BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLVII
II
33

Digitized by Google

XLVI
H
1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
ECCLESIASTICI
AB ANNO MCXCVIII.
UBI DESINIT
CARDINALIS BARONIUS,
AUCTORE
ODORICO
RAYNALDO
CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERO.
Accedunt in hac Editione
NOTÆ CHRONOLOGICÆ, CRITICÆ, HISTORICÆ,
QUIBUS RAYNALDI ANNALES ILLUSTRANTUR, SUPPLENTUR, EMENDANTUR,
AUCTORE
JOANNE DOMINICO MANSI
LUCENSI
CONGREGATIONIS MATRIS DEI
Tomus Decimustertius.



LUCÆ
Typis LEONARDI VENTURINI MDCCLV.
De Superiorum Licentia.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS	CLEMENTIS PAP. VII. ANNUS	CAROLI V. ROM. REG.
1527.	4.	9.

I. ANNUS ſervatoris milleſimus quingenteſimus vigeſimusſeptimus indictione decima quinta Romanæ urbis direptione, obſidione Clementis Pontificis, & captivitate lugubris

Clemens a Cæſareis proditus pacis initæ fiducia.

orbi Chriſtiano extitit: cum enim omni contentione pacis intenderent conſilia, pactiſque cum cæſareis inducia, ſtipendia etiam Borbonii ducis exercitui perſolviſſet, ac dimiſſis eccleſiaſticis & ſociorum copiis iter in Hiſpaniam pro redigendis in concordiam Regibus, ac depreſſa diſcordiarum cauſa, erigenda re Chriſtiana meditaretur, irruente Germanico exercitu prædandi ſpe allecto, odioque in pontificium nomen incitato, nec Romanis, qui impune anno ſuperiori Leoninam urbem diripi ſiverant, inani cæſarei patrocinii fiducia ad defendendam urbem, ut par erat, vimque barbaricam infringendam ſe comparantibus, oppreſſus eſt. Nec tantæ cladis prænuntium defuiſſe ferunt (*a*); excitatum nempe a divino Nomine virum pium, qui per urbis compita circumcurſando populum ad expianda lacrymis peccata & cœleſtem iram avertendam hortatus ſit, factuſque obvius Matthæo Giberto datario pontificio eidemque militarium conſiliorum promotori, ut plures ejuſdem literæ oſtendunt, ipſum equo deſilire, ac planctibus ſe dedere juſſerit.

(*a*) *Pontan. l. 3. Grolter. de dirept. urbis Sanſovin. l. 15.*

Prædicta urbis direptio.

II. Meminit de eodem Joannes Coclæus his verbis (*b*): *Erat tum Romæ Italus quidam ſacco indutus, qui ante captam urbem ſæpe prædicaverat grave imminere urbi exitium, niſi homines pravam vitam corrigerent, ac pœnitentiam agentes iram Dei precibus averterent: cumque id ſæpe feciſſet magis clamoribus, in publico comprehenſus & in carcerem conjectus ibique detentus fuit, donec Deus re ipſa comprobavit quod ille prædixerat.* Ut vero vinculis hoc eodem anno fuerit abſolutus, imminentiaque urbis prædatoribus & direptoribus mala prænunciaverit, dicetur inferius. Joannes etiam Fiſcherus epiſcopus Roffenſis poſtea Cardinalis & martyr, fortiſſimus Eccleſiæ propugnator, dum hoſtibus Romanæ curiæ vitia perſtringentibus reſponderet, hæc ſcripſerat (*c*): *Multa vulgus in eos obloquitur, quæ ſi vera ſint haud ſcio, relatione tamen conſtanti hæc res aſſeritur ita ſe habere. Verum [ſi quid ejuſmodi fuerit] ipſi ſeipſos reformarent, & a puſillorum animis tollerent offendicula; nam omnino verendum eſt, niſi quamprimum id fecerint, ultionem divinam haud diu defuturam. Nec ſane conveniret, ut Cæſar aut laici principes id negotii tentarent.* Diſertiſſime vero omnium Thomas (*d*) de Vio Cardinalis id confirmat, divinamque juſtitiam peccata ſacerdotum plectentem in urbis vaſtitate adorat, dum in Chriſti verba apud Matthæum (*e*): *Quod ſi ſal evanuerit ad nihilum valet ultra niſi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus*, hæc pia demiſſione ſcribit: *Impletur continue hoc, dum paſtorum vita merito deſpicitur, & eorum conſequenter verba contemnuntur. Experimur & ſpeciali modo hoc nunc nos Eccleſiæ prælati Romæ in prædam, direptionem, atque captivitatem dati non infidelibus, ſed Chriſtianis juſtiſſimo Dei judicio; quia cum in ſal terræ electi eſſemus, evanuimus ac id nihilum utiles niſi ad externas cerimonias, externaque bona: conculcati enim corporali captivitate ſumus, cum direptione & captivatione totius urbis die VI. maii hoc anno MDXXVII.*

(*b*) *Cocl. in actis & ſcriptis Luth. hoc anno Sur. in comm.*

Vates pœnitentiam prædicans conjectus in carcerem.

(*c*) *Jo. Fiſch. in art. 34.*

Joannis Fiſcheri Martyris & Card. prædictio.

(*d*) *Thomas e Vio Card.*

(*e*) *Mat. cap. 5.*

Inter hæc Franciſcus cui Angelorum III.

agnomen additum, Minoritani ordinis ſupremus miniſter, qui jam ante in Hiſpanias profecturus, ut inde in Americam ad diſſeminandam inter barbaras illas gentes Chriſtianam fidem traiiceret piis mandatis a Clemente Papa fuerat inſtructus (a), ut Carolum V. ad redintegrandam pacem ſacra eloquentia adhortaretur, ab illo ad Clementem ipſum tranſmiſſus eſt (b), ut cæſaream erga eum officioſam voluntatem ipſiuſque ſalutifera de pacanda Chriſtiana republica agitata conſilia exponeret: venturum ſcilicet in Italiam quinque militum millibus ſuccinctum ad ſuſcipienda auguſtalia imperii inſignia: iis acceptis mox in Germaniam ad Lutherum ſine ulla novi Concilii œcumenici indictione comprimendum perrecturum: æquis legibus cum Veneto ſenatu fœdus initurum: cognitionem cauſæ Franciſci Sfortiæ ducis Mediolanenſis duobus judicibus a Pontifice & a ſe delegatis commiſſurum, ac ſi criminis læſæ majeſtatis convictus foret, Mediolanenſem principatum Carolo Borbonio cæſarea beneficentia traditurum: exercitum omnem ex Italia abductum iri. Apoſtolica ſede ac Venetis ſtipendia militi debita perſolventibus: Gallo Regi obſides filios vicies centena millia aureorum conſtitutis temporibus numeranti reſtitutum iri: ad provehendam autem pacem ac perficiendam, inducias octo menſium pangendas.

(a) Clem. l. brev. an. 1526. par. 2. pag. 332.
(b) Guic. l. 17. Ext. etiam eadem de re lit. l. 1. liberar. princip. p. 180.

Pollicetur Cæſar ſine novo concilio Lutherum repreſſurum. Pacis inter Clem. & Cæſ. leges propoſitæ.

IV. Proficiſci ad Reges ſtatuit Clemens pro urgenda concordia.

Admittendæ hæ Pontifici induciæ viſæ ſunt, ut iis initis Ipſe ad Reges pacem ipſos inter conciliaturus ſe conferre poſſet: ſed hæc conſilia Hiſpaniæ Galliæque Regum adminiſtri non admiſerunt; nam Gallis maxime ingratum erat, ſi Cæſar quinque millibus militum ſtipatus Italiam ingrederetur; cum enim inſtructum in Inſubria haberet exercitum, necnon e Germania vicina excire alium poſſet, ac diviſas Italorum voluntates inventurus eſſet, res ſuas ipſum in Italia conſtabiliturum pertimeſcebant: bis centum auri myriades pro redimendis Franciſci Regis filiis denegabant, cum iis Cæſar auctus bellum ad Burgundiam expugnandam redintegrare poſſet: conſulebant itaque Pontifici, ut pro tuenda Italica libertate, & pontificatus majeſtate aſſerenda incerto bellorum eventu, & imminenti exitio ſe non exponeret, cum Franciſcus apud Ticinum contra amicorum omnium monita non ſolum ſe, ſed Galliam quoque, Italiam, univerſumque Chriſtianum imperium in extremum pene diſcrimen adduxiſſet. Ad quæ Gallorum improvida conſilia reſpondit Matthæus Gibertus datarius, qui Pontifici ab arcanis conſiliis erat, Cæſarem Italiæ ingreſſu pacifico arceri non poſſe, quoties pacem eſſet amplexus: quod ad vicies centena aureorum millia attineret, non ambigi quin Burgundia, immo & Gallia univerſa opprimi iis opibus poſſit; verum eam auri vim jam a Gallis ipſis Cæſari pro obſidum redemptione oblatam fuiſſe: quod vero querantur Galli, Pontificem jam a Gallorum conjunctione diſcedere; jam ante Gallos ſine Italis fœdus cum Cæſare inire tentaſſe: cæterum contemptam a Gallis Italiam fuiſſe, eorumque culpa, qui opportuna auxilia non ſubmiſerint, res feliciter cœptas, triſtes atque infauſtos exitus habuiſſe: exhauſtum pontificium ærarium, Pontificem viribus debilitatum, ac ni ab Hiſpano pacem coemerit, urbem ab hoſte expugnatum iri; nec ſi ipſe diffugerit propterea occupata a cæſareis eccleſiaſtica ditione Gallicas res ipſis melius ſucceſſuras: cum itaque conficiendæ pacis hæc una ſuperſit ratio, ſi induciæ pangantur, immerito carpi Pontificem ſi acerbas leges ab hoſte accipiat, cum meliores elicere non poſſit: nec Franciſcum Regem hæc ingrate ferre debuiſſe; quin potius obſtrictum ſe ſummo beneficio Pontifici agnoſcere debere, ſi Pontifex ipſe in Hiſpaniam ad Cæſarem pro reſtituenda Chriſtiano imperio pace, & Galli Regis filiis redimendis pergere, ſeque longinqui itineris incommodis exponere velit.

Gallorum conſilium.

Giberti ad Gallos reſponſum.

V. Ad iniquam ſortem adductus Pontifex.

Ita Galli Regis adminiſtri obſtabant paci, ſuiſque ſuaſionibus Clementem in exitium impellere nitebantur. Nec minus Hiſpani adminiſtri inſoleſcentes ſuperbia proclivem ad concordiam Cæſaris animum corruperunt, ac Pontifici indignas induciarum leges imperarunt: mutata quippe erat rerum Italicarum facies. Georgius Fronſpergus conflatum in Germania exercitum in Italiam duxerat (c), neque Helvetii, ut erant polliciti, fœderatis itinera intercluſerant: cæſarea claſſis novarum copiarum ſupplementa ex Hiſpania in regnum Neapolitanum tranſvexit: cujus pars tempeſtate diſiecta a Regis Galli & Venetorum triremibus bello petita eſt; at non ſine cæſareæ rei incremento, cum eæ triremes Hiſpanas inſecutæ obſidionem Genuæ ſolverint: Alfonſus Ferrariæ dux, quem Clemens affinitatibus ſibi devincire, atque ab eo ducenta millia nummum, traditis Mutina & Regio, elicere putabat, potiundarum cæſarea liberalitate earum urbium illecebra pellectus in Cæſaris partes tranſivit. Ex quibus ſucceſſibus elatus Launojus prorex Neapolitanus, tum a Columnenſibus exaſperatus, Pontifici induciarum

(c) Guic. l. 17.

Ingens rerum converſio.

rum

Acerbiſſimæ leges ab Hiſpanis impeꝛatæ Pontifici.

rum paciſque cupidiſſimo quaſi victo & proſtrato leges dedit acerbiſſimas : nam cum Minoritarum miniſter pietatis laude clarus ad eum juſſu Clementis ſe contuliſſet, ut induciarum formulam conſtitueret, ille popoſcit a pontifice non modo ad militem ſuſtentandum ſtipendia, verum etiam illata Columnenſibus damna reſarciri, eoſque in priſtinam dignitatem reſtitui tum pio componendæ in Chriſtiano imperio publicæ pacis deſiderio illudens, poſtulavit primum ut Oſtia & civitas vetula aut Parma & Placentia a Pontifice, tum a Florentinis Liburnum, & Piſæ ſibi oppignerarentur; ut eum his conſtrictum vinculis penitus a Gallico divelleret fœdere, ac veluti cæſareæ ſervituti addiceret : non tamen jure adminiſter Hiſpanus tantos ſibi ſpiritus tantamque arrogantiam ſumebat, cum Pontifex exercitum duce Cardinale Trivultio decem militum millium in regni limite teneret (a), ac ſocialis claſſis viginti octo triremium, Petro Navarra præfecto, in portubus finitimis ſtaret (b), atque jam ante Hiſpanam rem in regno Neapolitano, dum in illud irrumpere poterat, evertere potuiſſet.

Amiſſa a Pont. rei gerendæ occaſio.

(a) Lib. 2. lit. princ. p. 49.
(b) Guicc. l. 17.

VI. Majori longe humanitate & obſervantia, quam adminiſtri ſui, proſequebatur Chriſti vicarium Carolus V. qui poſt Minoritarum ſupremum miniſtrum, etiam Cæſarem Feramoſcam menſe decembri miſit, qui regias literas auguſtali manu exaratas pluribus amoris & ſingularis comitatis notis inſignes attulit Pontifici : qui ſimiliter paternæ benevolentiæ ſigna aliis literis extremo anno ad ipſum datis explicuit, profeſſuſque eſt, nullum ſibi in animo, quam publicum Chriſtianæ reipublicæ bonum & decus propoſuiſſe : rem jam ſatis ſuperque in extremis Hungariæ periculis illuſtraſſe ; nam cum univerſi Reges ac principes periclitantem illam deſeruerint, ſe ſolum quæ potuit ſubſidia ſubmiſiſſe : cæterum in omnibus, quæ bellorum fluxu contigere, caſibus nunquam ab amore in Carolum ipſum diſceſſiſſe, atque ad arma ob adminiſtrorum cæſareorum Inſubriam ſibi ſubiicere, Italicamque libertatem proterere molientium inſolentiam compulſum eſſe : tum ſi præterita oblivioni dentur, recolantur vero præſentia; quæſtus eſt cæſareos adminiſtros longe a cæſareo in ſedem Apoſtolicam ſtudio diſcrepare, ut ex pluribus pacis colloquiis formuliſque compoſitis patet, proponere quippe illos pacis leges eo imperio & faſtu quaſi jam ipſe victus ſit; nondum tamen ita obtritam eſſe Romanæ eccleſiæ cauſam, ut par non ſit periculi ac metus ratio : præterea illos non indigna modo, ſed etiam ea, quæ fieri nequeant, immenſam ſcilicet auri vim exigere ; cumque eccleſia cum militibus tum pecunia imparata futura ſit, ipſi vero iis omnibus paratiſſimi, pignoris tamen & fidei obſtringendæ nomine Parmam, Placentiam atque civitatem vetulam poſcere : quod autem graviſſimum erat, aſſidue proponere, ut non modo Columnenſes in priorem ſtatum revocentur, verum etiam omnia damna poſt baſilicam S. Petri ædemque pontificiam direptas ipſi reſarcirentur. Denique addidit Clemens, ſe ab adminiſtris cæſareis non veluti Pontificem, quem cæſarea majeſtas tanquam patrem revereri profitetur, ſed uti ſervum fugitivum, qui vinciri compedibus mereatur, haberi : porro moderationem pontificiam eos proterere ; cum enim jam ante in regnum Neapolitanum irrumpere, reſque cæſareas confundere potuiſſet, nunquam tamen eas turbare voluiſſe : ipſos vero nulla habita Apoſtolicæ ſedis ratione eccleſiaſticam ditionem invaſiſſe, iterumque novas coitiones in Pontificis vitam & corpus feciſſe, ac proceres & cives urbis ad prodendum ſuum principem ac patrem ſolicitaſſe, ac niſi divina juſtitia & eccleſiaſticarum copiarum virtus eorum impetus inſidiaſque repreſſiſſet, jam non ſine ingenti ſedis Apoſtolicæ detrimento Cæſarem non paterni & advocati, quod magnifice gerit nomen, ſed oppreſſoris Eccleſiæ relaturum fuiſſe. Addidit Clemens, jam ſe neceſſitate cogi non ad defendendum modo, ut etiam tum præſtitit ; ſed etiam ad offendendum, quamvis paratiſſimus ſit ad pacem & ſinceram amicitiam redintegrandam, necnon ad provehenda pia inſtaurandæ rei Chriſtianæ conſilia, quæ cum ſint conjuncta cum publica omnium Chriſtianorum principum concordia, non poſſe ſe ſolum aliis derelictis Cæſari fœdere jungere: cæterum ambos præ aliis omnibus ad operam publicis commodis potius quam privaris navandam obſtringi : propterea deſiderio obeundæ peregrinationis in Hiſpaniam pontificio muneri ac demiſſioni accommodæ flagraſſe, ſpemque firmam in Deo, qui pium illum inſtinctum aſflavit, habere, quod ſi tandem ambo in privatum colloquium venerint, atque alter alteri arcana pectoris ſui aperuerit, non modo inter ipſos, verum inter reliquos omnes Chriſtianos principes diſcordias diſſipatum iri : tum vero ſe non adeo flagitaturum a cæſare, ut veniam poſcat, quam ipſe pontificios in ea poſcenda a Cæſare apices inclinaturum, nec majeſtatem cæſaream de honore delato adeo glo-

Certat officiis cum Carolo V.

Cæſareorum adminiſtrorum avaritia.

Tractant indigniſſime Pontificem.

Proditione capere tentant.

De conveniendo in Hiſp. Carolo V. agitat Clemens.

gloriaturam, quantom de ſua demiſſione gloriaturus ſit Pontiſex, neque adeo Cæſarem gaudio exultaturum in colendo amantiſſimo patre, quantum ipſe ſe demiſſurus ſit ruendo in brachia chariſſimi filii, ac una ſalutem & pacem Italiæ & totius Chriſtiani imperii in ejus manibus cnllocando: tum eas ſanctiſſimas lacrymas, ea dulcia ſuſpiria, quæ ex amborum oculis, honor Dei, officii pontificii cæſareique religio, nec non Chriſtiani imperii calamitates elicient, firmiſſima mutui inter utrumque amoris vincula cauſamque futura, ac mentem excitatura, ut communi ſtudio periclitanti teligioni ſuccurratur, ut poſt tam longos labores graveſque calamitates Deo miſerante faventeque aditus felicioribus ſæculis pateſiat. Tum primum Deum omnipotentem, deinde Cæſarem ipſum enixe precatus eſt, ut quo par erat amore, & qua par erat prudentia, quantocyus nova mandata daret de ineundis armorum induciis, quibus paciſcendis ſe non defuturum addidit, ſi adminiſtri cæſarei ad æquiores, quam antea leges flectantur: quod ſi non conſequatur, cæſareæ tamen majeſtatis imperio pluribus malis occurri poſſe, præſtarique Pontifici opportunum tempus, ut prædictum ſanctiſſimum conſilium ardentiſſimis expetitum votis, atque ab ipſo Cæſare collaudatum perficeretur.

VII. Refert Guicciardinus (*a*) Franciſcum Gallorum Regem initio certiorem factum a Paulo Aretino pontificio oratore de ſuſcepto a Clemente navigandi Barcinonem ad adeundum Cæſarem conſilio, diſſuaſiſſe, cum metueret ne Pontiſex privata pactione Cæſari ſe devinciret; futurum ſcilicet longe honorificentius ſi Henrico Anglorum Rege, qui Pontifici addictiſſimus erat, auditaque Columnenſium proditione viginti quinqoe millia nummum dono ei miſerat, interprete pax conficeretur, quam ſi Pontiſex eam a Carolo V. emendicare videretur: deinde iterum ſolicitatum Clementis literis, ut ipſius in Hiſpaniam profectioni aſſentiretur, cum in mentem Regi veniſſet, Anglum facile pacis conditiones in rei Anglicæ potius quam Gallicæ amplificationem temperaturum; tum metueret, ne Cardinalis Eboracenſis, qui adverſa a Gallo & Anglo conſilia agitabat, in Cæſarem inclinaret, in æquam partem accepiſſe, ut Clemens in Hiſpaniam ſe conſerret, cum meliores interprete Pontifice quam Rege Anglo pacis leges ſe relaturum putaret. Ut vero decretum in Hiſpaniam Clementis iter retardatum ſit, ex Franciſci victorii literis ad archiepiſcopum Capuanum datis (*b*) conſtat, Pontificem, cum a Minoritarum miniſtro, de quo ſupra memoravimus, edoctus eſſet de mente Cæſaris, atque eximia ejus in Pontificem, in Eccleſiam, in Italiam, atque in univerſum populum Chriſtianum voluntate paciſque cupiditate, pacem amplecti ſeque cæſareæ poteſtati omnino committere decreviſſe; cumque de induciis, ut iter iniret, agere cœpiſſet, expetiiſſe ut ſocii Gallus ac Venetus ſequeſtræ pacis beneficio potirentur, reluctantibus adminiſtris Cæſareis, oſtenſum eſt Pontificem, ſi privatum fœdus feriret cum Cæſare, pium ejuſdem Cæſaris de pacando univerſo orbe Chriſtiano conſilium e ſententia non ſucceſſurum: præterea rum pontificiam authoritatem apud Francorum & Anglorum Reges ac rempublicam Venetam labeſactatum iri, acriora bella oritura, majoremque rerum perturbationem poſt ignominioſam eam pacem allatum iri: nec vero Gallum nec Venetum ab induciis excludendos a prorege Neapolitano oſtenſum. Quod ad orbes oppignerandas a Pontifice Hiſpanis pro induciarum firmitate attinet; aſſenſit Clemens, modo non Hiſpano, ſed alteri concordiæ interpreti, ut marchioni Mantuano, cujus filii duo Hiſpanis darentur obſides committerentur: una vero cum urbibus aurum pendere abnuit: ſin aurum mallent Hiſpani, centum viginti, aut centum quinquaginta millia ſe illis nummum numeraturum ea lege, ut Florentini fœdere comprehendantur. Admonitus etiam eſt Capuanus archiepiſcopus, ut iterum iterumque curaret, ut Borbonius iis aſſentiretur, quæ cum prorege paciſceretur, ne poſtquam cum altero conventum eſſet, cum altero dimicandum foret, extorquete annitente Lanojo prorege Neapolitano, non aurum modo, verum urbes pontificias, rum a Florentinis, cum quibus nulla contentio interceſſerat, Piſas ac Ligurnum, nec non Pompeii Columnæ in integrum reſtirutionem. Pontificio nomine reſponſum eſt (*c*) Florentinos nunquam aſſenſuros, nunquam Cæſari a Pontifice abruptam fuiſſe fidem, ut urbes eccleſiaſticæ petantur, cum a Veneto in fœdus recipiendo aurum tantummodo exigatur. Quod ad Pompejum Columnam exauthoratum ſpectat; illum judiciario ordine honore dejectum, neque enim latere proregem qualia ille & quanta facinora non modo in Pontificem, verum in ſedem Apoſtolicam ac proinde contra omnem Chriſtianam religionem patraſſet: acerbas autem adeo imperare leges proregem, ut acerbiores exigere non poſ-

(*a*) *Guicc. l.* 17.

Diſſuadet Gallus ne Pontiſex Hiſpaniam adeat.

Cur Hiſpaniam non adierit.

(*b*) *Ext. lib.* 1. *Collect. lit. prin. p.* 180.

Propoſitæ contrariæ rationes.

Prorex Neapolitanus tyrannidem exercet in Pont.

(*c*) *Ib. p.* 181.

poſſet, ſi captum conſtrictumque vinculis Pontificem teneret, nec gravius malum inferre poſſe, niſi vitam ipſam eriperet, quam cum dignitate pro divini Numinis cauſa profundere paratus ſit. Concluſit demum Pontifex, ſe etiam aſperas pacis leges a prorege admiſſurum pro revocanda in Italiam pace, & Chriſtiana republica inteſtinis bellis liberanda: at ſi Hiſpanus omnia occupare velit, ſtatuiſſe pati potius, ut vi extorqueantur, quam ut ultro dedantur.

VIII. Caroli V. promiſſis illuſus Clemens.

Ita cæſareus adminiſter acerbiſſime agebat cum Pontifice cum Cæſar literis ſuis, quæ in Cardinalium ſenatu perlectæ ſunt, piam mentem eximiumque erga Pontificem ſtudium ſignificaret, profitereturque (a) Italiæ ſe dominatum non affectare, ac poſiturum arma ſtatim atque Pontifex ea poſuiſſet; retinere autem ea Clemens non ad inferendam vim, ſed propulſandam coactus eſt, cum ad æquitatem adminiſtros cæſareos cervicibus imminentes non poſſet flectere; parteque alia in Inſubria, duce Carolo Borbonio, qui civibus Mediolanenſibus per vim & dolum quod potuit aurum abraſit (b), tempeſtas ingens belli Etruriam Urbemque exagitatura conflaretur, vim vi repellendam viſum eſt, donec univerſæ pacis rationes explorarentur. Cum itaque pro ea componenda, in Angliam, ut cum Henrico Rege & Thoma Cardinale Eboracenſi, qui ſe illius interpretes fore pollicebantur, tum in Hiſpanias internuntii ad Cæſarem a Pontifice miſſi eſſent (c), contigit ut Lanojus prorex Neapolitanus, qui ad pellendum urbe exuendumque ditione eccleſiaſtica Pontificem anhelabat (d), Fruſinone ultima januarii die aliqua copiarum parte amiſſa, fuerit propulſatus ab eccleſiaſtico exercitu, verſuſque in fugam: ex quo ſucceſſu ſumptis animis ad frangendum Hiſpani faſtum, bellum in regnum Neapolitanum traductum eſt, atque ſocia claſſis, ut littora incurſaret, excita.

(a) *Ib. p.* 181.

(b) *Guicc. lib.* 17.

(c) *L.* 2. *coll. princ. pag.* 49.

Proregis Neapolitani conſilia nefaria.

(d) *Clem. lib. brev. an.* 1527. *p.* 48.

IX. Prorex Neap. propulſatus Fruſinone.

Venerat Renatus Valdemontii comes ducis Lotharingi frater, qui regni Neapolitani jura hereditaria ſibi debita eſſe contendebat: is cum aliquot copiis in illud irrupit, incuſſuſque eſt ingens Hiſpanis terror; nam a claſſe caſtellum maris ac Surrentum, ab exercitu vero terreſtri Aquila, Ceperanum, Celanum, comitatus Taliacotii, & alia loca hoſti adempta (e): quo tempore nonnulla levia nummaria ſubſidia a Franciſco Gallorum Rege accepit Pontifex, ac longe majoribus promiſſis oneratus eſt, ob quæ gratias Gallo hiſce literis egit (f) conqueſtus, proregem Neapolitanum ex urbe ipſum depellere meditatum.

(e) *Ib. Pag.* 57.

(f) *Ib. p.* 48.

Plures urbes ademptæ Hiſpanis in regno Neap.

Franciſco Gallorum Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime in Chriſto fili. Nuper cum maximis anguſtiis & periculis nos & hæc ſancta ſedes pene oppreſſi eſſemus, propterea quod videbamus viceregem Neapolitanum ad noſtra & ſanctæ Romanæ eccleſiæ oppida una cum Columnenſibus dictæ ſedis hoſtibus atque rebellibus obſidenda veniſſe, ac nos ab alma urbe noſtra vi expellere minari, nec ullis niſi iniquiſſimis conditionibus & pactis ab obſidione & minis hujuſmodi deſiſtere velle, exultavit cor noſtrum in Domino, cum dilectum filium nobilem virum Laurentium de Veve domicellum Romanum a majeſtate tua in noſtrum & dictæ ſedis auxilium miſſum vidimus, ac omnipotenti Deo gratias agimus, qui exploratum habens nos conſilia & opera noſtra ad univerſalem Chriſtianorum pacem & ſanctæ fidei ſuæ defenſionem ſemper direxiſſe, regiam celſitudinem tuam inſpiravit ad imitandum exempla Chriſtianiſſimorum Regum, prædeceſſorum tuorum, qui ut prædictam ſedem & Romanos Pontifices in ea ſedentes a periculis liberarent, non ſolum proprias facultates atque opes, ſed vitam quoque effundere non dubitarunt. Gratias igitur majeſtati tuæ agimus de Laurentio ipſo ac pecuniis & aliis rebus in tempore tam opportuno ad nos deſtinatis, illamque ex parte omnipotentis Dei benedicimus, ac divinam majeſtatem rogamus, ut omnia ſecunda & proſpera eidem celſitudini tuæ concedat, eamque pro tam piis & ſanctis operibus in dies magis extollat, ac omnium, quæ pro ſe filiiſque ſuis juſte ſancteque deſiderat compotem faciat, &c. Datum Romæ die XXII. *februarii MDXXVII. pontificatus noſtri anno* IV.

Ut conati ſint cum Columnenſibus pellere Pontificem.

Subſidia nummaria Pontifici a Gallo ſubmiſſa.

X. Defuere promiſſa Gallorum auxilia.

Expectabat majora Pontifex ex Gallia ſtipendiorum militumque præſidia, quæ ſi opportuno tempore ſubmiſſa fuiſſent, cæſareorum adminiſtrorum res in ſummas anguſtias adductæ fuiſſent: jamque ad ipſa Neapolis mœnia more (g) ſociales copiæ Hiſpano maximum pavorem injecerant; ſed longa & irrita Gallorum auxiliarium expectatio felices ſucceſſus evertit: aptior longe erat movendis quam gerendis bellis Franciſcus Rex. Extant (h) Giberti datarii de tarda Gallorum mora graves querelæ, ob quam Clemens cum ærario exhauſtus eſſet, & Cardinalis Trivultius legatus exercitum commeatus inopia laborantem (i) ægre ſuſtentaret; jamque Lanoius prorex Neapolita-

(g) *L.* 2. *lit. princ. p.* 59.

Franciſcus Rex Italicas res deſerit.

(h) *Ext. l.* 2. *p.* 52. 54. 59.

De pace actum.

(i) *Ib. p.* 56. & 61.

tanus, metuens ne ob pervicacem ſuam in Pontificem acerbitatem regnum amitteret, æquiores pacis leges ſubmiſſo Cæſare Feramoſca, qui a Carolo V. ampliſſima ſequeſtræ pacis ineundæ authoritate inſtructus erat, proponeret; Carolus autem Borbonius adverſus urbem vel Etruriam exercitum Germanicum adduceret, ſi aliqui motus Florentiæ excitati fuiſſent.

XI. Demum poſt ancipites pugnantium inter ſeſe conſiliorum æſtus, fluctuantem aliquot dierum intervallu animum ad inducias faciendas decimaquinta martii (*a*), convertit: quas cum eodem Feramoſca Cæſaris & proregis Neapolitani oratore pepigit iis legibus, ut cæſareo exercitui, quem ductabat Borbonius, ſexaginta millia nummum penderet (*b*); capta utrinque loca reſtituerentur: Columnenſium vero cauſa præterita ſilentio, ut quas Pontifex eripuerat arces teneret. Conſtitutum (*c*) etiam, ut Neapolitanus prorex Romam accederet; Trivultius vero Cardinalis legatus ad caſtra cæſarea ſe conferret, ut Borbonius retro ſigna abduceret, nec ditionem eccleſiaſticam Etruriamque vexaret, ut conſtituto temporis flexu Gallus Venetuſque inducias poſſent admittere. Hac fretus fallaci fiducia, quod Borbonius cæſareis imperiis pariturus eſſet, eum Feramoſca orator cæſareus ad eum literas de induciis ſervandis deferret; & quamvis ille jam ante palam profeſſus eſſet (*d*) confectis a Pontifice cum prorege pactionibus ſe ſtare nolle; ac licet etiam Galliæ & Angliæ Reges Clementem monuiſſent, ne ſe Hiſpanorum fidei & poteſtati committeret; licet etiam Gallus Venetuſque damnarent inducias (*e*), atque invicem pro redintegrando bello novas coitiones facerent; Trivultio tamen legato Cardinali dedit mandata, ut exercitum ex Neapolitano regno revocaret, ac Valdemontium ducem, Venetarumque copiarum præfectum, tum Andream Laurentium & Horatium agminum ductores copias ex hoſtico ſolo juſſi educere (*f*). Aquila, Ponſcurvus, Ceperanum, & alia loca Hiſpano reſtituta ſunt, omniſque exercitus navalis & terreſtris ex curſu victoriæ & Salerni obſidione (*g*) revocatus (*h*), non ſine magno militum ducumque dolore & Hiſpanorum gaudio: denique pro placando exercitu cæſareo perſolutum aurum & omnia pacta ſumma fide a Pontifice ſervata (*i*), adeo ut Matthæus Gibertus datarius ad Cardinalem Trivultium ſcripſerit, maluiſſe Pontificem hoſtium perfidia res ſuas everti, quam ſi pertinaciæ ipſius ſuneſtus aliquis belli exitus aſcriberetur; additque Clementem maximis cauſis ad redintegrandam concordiam permotum, quas enumerare prolixùm foret: Cæſarem autem tot tantaque literis ſuis polliceri Pontifici, eumque per ſacra quæque ad pacem tam enixe adhortari, ut ſi verbis conſenſerint opera, maximæ ex illa in univerſum Chriſtianum imperium utilitates ſint redundaturæ: nec immerito ad retinendum Neapolitanum regnum, verum ad Bohemiæ & Pannoniæ regna in Auſtriacam ſtirpem inſerenda maximi ea pax intererat. Spondebat etiam univerſam armorum molem in Turcas ſe converſurum; iiſque pollicitationibus Franciſcus de Angelis Minoritarum ſupremus miniſter ex Hiſpania ad conciliandam concordiam miſſus, Francorum Regem literis adhortatus (*k*) eſt, ut induciis aſſentiretur, quæ pacem univerſalem certiſſimæ pariturae erant: non alia magis animo fovere vota Cæſarem, quam ut inſignis aliqua expeditio conjunctis omnium armis in Turcam conficeretur.

XII. Hunc porro Franciſcum de Angelis virum pietate inſignem, quem Americanis ad Chriſtum adducendis ſtrenuam navaſſe operam vidimus, a Clemente ad Carolum V. pro pacis conſiliis provehendis redire juſſum, teſtantur literæ (*l*): *Tibi in virtute ſanctæ obedientiæ per præſentes committimus atque mandamus, ut in ipſis communis Chriſtianæ pacis & boni negotiis tibi a nobis injunctis tam apud Cæſarem ipſum, quam apud alios ubicumque opus fuerit tractandis & conficiendis ita te geras, ut ſicuti hucuſque in aliis rebus tibi commiſſis fecimus, ita in his ipſis quoque nullum abs te officium, nec diligentiæ nec amoris, nec fidei, nec denique ejus probitatis & pietatis, quam & ſummam & veram prætefers deſiderare debeamus. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris* XXVII. *martii pontificatus noſtri an.* IV.

XIII. At facta cæſareorum adminiſtrorum verbis non reſpondere, piaque a Pontifice ſuſcepta pacis conſilia contrarios exitus habuerunt. Refert Matthæus Gibertus datarius epiſcopus Veronenſis, a Pompeio Columna alias ſibi dictum fuiſſe: conciliandum prius inimicum, quem quis magnifice lædere velit. Ita Pontificem quem a Columnenſibus pene interceptum anno ſuperiori vidimus; hoc vero iterum cæſareis & iiſdem Columnenſibus oppreſſum lugeamus. Caverat ipſe (*m*) ne eccleſiaſticus exercitus diſſolveretur antequam certior fieret, Germanicas copias, quas ductabat Carolus Borbonius, ſigna retro convertiſſe: cum vero nuntia-

tum

Induciæ ſancitæ & quibus legibus.

Incaute fidit Hiſpanis Pont.

Captas urbes reſtituit Hiſpano.

Pendit aurum Borbonii exercitui.

Hortatur Cæſarem ad ſervandam pacem.

Quanta commoda pax Cæſari erat allatura.

Gallum ad pacem incitat.

Proditus Pontifex ab Hiſp.

Dimittit exercitum.

(*a*) *Ib. p.* 61.

(*b*) *Guicciar. l.* 18.

(*c*) *L.* 2. *let. princ. p.*61.

(*d*) *Ibid. p.*56.

(*e*) *Ib. p.* 70.

(*f*) *Sup. p.*62.

(*g*) *Ib. p.* 69.

(*h*) *Pag.* 71.

(*i*) *Guicc. l.*18.

(*k*) *Ibid. pag.*71.

(*l*) *Ext. apud Vand. to.* 8. *ann.* 1527. *n.*3.

(*m*) *Ibid. p.*62.

tum eſſet illum jam receſſiſſe, dimitti juſſit cum pontificium ærarium eſſet exhauſtum, nec illum malis artibus addictis pretio galeris cardinalitiis, ut plerique ſuaſerant, vellet reficere, ac Matthæum Gibertum datarium eundemque internuntium apoſtolicum ad Cæſarem deſtinavit menſe aprili: de quo extant Clementis commendatitiæ literæ; neminem ad conferenda

Promiſſa Hiſpana in contrarium verſa.

cum ipſo conſilia de amplificanda fide Chriſti erigendaque republica Chriſtiana aptiorem ſibi occurriſſe, cum omnium pontificiorum arcanorum particeps etiam tum extiterit, omniaque ſua ſtudia ad divini Numinis provehendam gloriam religionemque propagandam direxerit. At dum expectatione pacis promiſſiſque Neapolitani proregis deluſus Clemens minus ſuis rebus conſulit, Germanicus exercitus delato auro non placatus, immo, ut latronum mos eſt, ſpe prædæ irritatus, cum aliquot diebus tumultuatus eſſet, ac majora longe depoſceret ſtipendia, nec quiſquam perſolveret, invaleſcente maxime factione Lutheranorum militum ductorumque, quos fero in Pontificem Romanum odio hæreſis imbuerat, ſigna per Flaminiam circumtulit, ac nullo ſacri & profani diſcrimine rapinis ac ſtupris obvia fœdavit: a cujus exercitus graſſatione & inſolentia Montis Guardiæ moniales inſigni prodigio vindicatas memorat (a) Aſcanius Perſius.

Non placatus auro ſed irritatus Germanicus exercitus.

In Flaminiam irrumpit.

(a) *Aſcanius Perſius de imagine Montis Guardiæ.*

XIV. *Anno*, inquit, *MDXXVII. cum Carolus Borbonius Caroli Imperatoris ejus nominis V. copiarum in Italia ductor infeſto Romam exercitu petens ad agrum Bononienſem, qua tranſiturus erat, adventaret, militeſque ejus quocumque inferrent greſſum populabundi nullius non inſolentiæ aut immanitatis veſtigia imprimerent; quippe exercitus is magnam partem ex hominibus a catholica pietate averſis nempe e Lutheranis erat conſtatus, occurrendum haud cunctanter ingruenti malo decrevit ſenatus Bononienſis, uti ſcilicet conditione aliqua propoſita pacatum per ſuum agrum a Borbonio tranſitum redimeret: ſacram interea imaginem e monte in urbem tranſvehendam, intactamque a Lutheranorum, quos facile eo evaſuros ſuſpicabatur, impietate ſacris privatim imaginibus infenſiſſimorum ſervandam curavit: virginibus ejus cuſtodibus bono eſſe animo juſſis; ſi enim nihil tandem æqui a Borbonio impetratum foret, curaturum ſe, ut ipſæ etiam ad urbem mature deducerentur, cum ex improviſo proxima monti hoſte occupante loca nonnulli e Germanis in eum conſcendere montem, cœnobiumque irrumpentes virgines ipſas in templum compulerunt: ubi illæ trepidantes, ac Deiparæ implorantes fidem ad veſperam uſque ſe continuere. Commodum vero ejus templi ſubiit porticum dux quidam cum armata militum manu ad triginta: ibi ille interea labantes mulierum animos confirmare, haud iis metuendum dicere, ne illa cujus aſſervaverant imaginem, ſervare viciſſim eas ac tueri & præſenti eripere periculo nolit: ſe etiam ibi adeſſe, ut eas, ubi ſit opus, auxilio juvet. Primis inde tenebris Germani audito templi illius campanæ occentu, qui canſalutandam Dei matrem de more admonebat, quaſi dato receptui tuba ſigno confeſtim in caſtra redeunt: tum iis conſuadet miles, ut fugam ornent, Germanos decreviſſe poſtridie ejus diei cum prima luce eo reverti, cunctaque diripere, quæcumque ſibi uſui forent aſportare, cætera ſubjecto igne corrumpere, omnia pro libidine agere, ut poſtea evenit; quare optimum factu illum favente nocte in urbem ſe & ſua quæcumque auferri poſſent conferre; iis ſeſe offerre itineris ducem, quippe eas illo perducturum incolumes; jam enim omnia obſideri loca ſuburbana, ut vix etiam noctu ſolæ, ſi proficiſcantur ſatis tuta eſſe fuga videatur. Parent illæ ejus dictis, & ſe ſuaque homini concredunt, & ſermone vultu, humanitate civem aut certe indigenam arbitratæ. Convaſatis ergo quæcumque licuit adjutantibus onera militibus, cum ſummum omnibus a ductore ſilentium per medios ituris hoſtes foret indictum, ſe in viam dant, urbemque verſus iter faciunt, ubi ad monaſterium virginum S. Mariæ Magdalenæ, hodie S. Joſepho dicatum & a Servitis fratribus habitatum, quod parvo admodum intervallo ab urbe diſtat, tunc ferme vacuum pervenere. Dux ipſe quaſi haberet clavim fores veſtibuli reſerat, atque ibi eas noctem illam traducere jubet: ingredientibus jam unam ex iis deſiderari nunciat. Hanc perhibent e Marſilia gente adoleſcentulam fuiſſe Leonam nomine, nullis quidem ipſam ejus cœnobii initiatam ſacris, ſed eo a parentibus erudiendi cauſa miſſam Romeo Foſcarino poſtea connubio junctam. Eam igitur duo milites perquiſitum eunt, quam in foſſam nacti prolapſam inde educunt, ac reducunt ad ſuas. Illa cum inter vias pedem in lubrica ripa incaute poſuiſſet, in ſubjectam foſſam provoluta caſum ſuum evulgare clamore minime auſa, ne proderet cæteras, imperatum ſibi ſilentium propriæ ſaluti potius duxerat ſalvis jam omnibus: Craſtina luce, inquit ductor, in urbem ingredimini; præſto enim erit, qui vos actutum intromittat. Ego interea loci cum meis veſtem veſtram omnem ac ſupellectilem ad S. Matthiæ cænobium perlatam veſtris reddam. Ingreſſus ille in urbem om-*

Moniales divinitus ſervatæ a militum inſolentia.

Deductæ Bononiam.

nia

nia, quo dixerat ferenda curavit, atque ejus cœnobii antiſtitæ Hippolitæ caſtellæ tradidit ſalvas eſſe virgines & brevi affuturas nuncians. Pauca hæc præfatus cum ſuis, qui cuncta fide ſumma ac ſilentio reddiderant, vale dicto abit: cumque mox a famulo monaſterii revocaretur, ut ſe una cum ſuis parato ſibi jentaculo reficeret, ſe ſtatim cum iis ex oculis ejus abſtulit, ita ut evaneſcere viderentur.

Angeli militare officium præſtitere.

Paulo ante ejus adventum quædam e contubernalibus, cui nomen Columbæ Aldrovandæ fuit, inſigni pietate virgo antiſtitæ viſum hoc renuntiarat: cum ipſa in communi omnium trepidatione ac turba ſui ſodalitii virgines, quæ in monte Guardiæ commorabantur, ſummo ſtudio Virgini commendaſſet, ne illa ſamulas ſuas hoſtibus prædæ ac ludibrio eſſe pateretur, ac paululum poſtea conquieſſet, viſam videre ſibi præfectum devotorum S. Mariæ mortis ſe prehenſam manu perducere ad templum, in quo ei multa ac varia a beata ipſa Virgine edita miracula in pariete picta digito commonſtrabat: tandem recens, necdum vulgatum oſtendebat illi miraculum hujuſmodi. Inerant in pictura montes & colles nemoroſi: ibi paſſim milites ſuis tentoriis ea turmatim percurrentes loca, villas devaſtabant, pecora, & quæcumque eſui forent abducebant, obvium quodque agebant, ferebant; cum interim per medios ipſos agmen mulierum Dominicano indutarum habitu procederet magno Angelorum comitatu ſtipatum. Tum illi præfectus: Noſtine locum & mulieres? Noſſe mihi, inquit illa, videor: mons Guardiæ hic eſt: hæ ſocietatis noſtræ mulieres ſacram in monte Guardiæ imaginem cuſtodientes. Ergo, inquit præfectus, nunc illæ e mediis evadentes hoſtibus a cœleſtium caterva juſſu Deiparæ deducuntur in urbem. Hactenus Columbæ viſum. Mox igitur ubi S. Lucæ virgines pervenere in urbanum cœnobium, conferendo hæc, quæ Columbæ in ſomniis oblata cum eventis, re vera milites illos, qui eas ad monaſterium S. Mariæ Magdalenæ deduxerant, angelos fuiſſe in faciem verſos humanam eſt judicatum, idque eo liquidius quod cum diligentiſſime requiſiti per urbem fuiſſent, quinam forent, qua porta ingreſſi, nunquam reperiri quitum.

Miraculum ſanctimoniali antea oſtenſum.

XV.

(a) Ib. p. 72.

Audito Germanici exercitus per Flaminiam progreſſu, completa (a) tunc terrore omnia fuere Romæ, ut Hieronymi Nigri literæ xv. aprilis die Romæ exaratæ oſtendunt, quibus ſignificat proregem quidem Neapolitanum Florentiæ agere, atque bona ſpe pacis *Lactare*, Pontificem: verum apud Livium legi, *barbaris ex fortuna pendere fidem*; ſpem tamen locatam in proregis Hiſpani fide, cui ſi ille defuerit, de Roma actum: lamentari univerſos, revocatum ex curſu victoriæ exercitum fuiſſe, atque acerbiſſimos perinfidæ pacis fructus collectos. Extant inſignes aliæ Romani aulici ad Nicolaum Capponem Florentinum literæ medio januario datæ (b), in quibus conſiliorum humanorum errores in his Italicis bellis recenſentur, utque contra omnem ſpem Turcarum in Pannoniam irruptio augendæ amplitudinis occaſionem domui Auſtriacæ dederit: ut exercitus ad defendendam contra Turcas Auſtriam comparatus in Italiam ad eam vaſtandam converſus ſit: ut nimiæ Cæſaris potentiæ deprimendæ conatus arcano divini Numinis judicio nil juverit: ut quantumvis ineatur fœdus cum Cæſare, vindictam Dei ſi Romanorum crimina plectere velit Germanico flagello, nullateuus averti poſſe; quem propterea demiſſe exoraudum ſtatuit. Ita prorſus contigit; nam quamvis varia ad abrumpendam procellam pertentata ſint, omnes conatus irriti cecidere. Putabatur in Florentiam, in qua jacta erant ad Mediceos evertendos diſcordiarum ſemina, impetus cæſarei exercitus converſum iri, atque ideo ad eam tuendam omnium ſociorum vires confluxere: quod cum hoſtes reſcirent, incredibili celeritate, fruſtra eccleſiaſtico exercitu, inſequente, Romam contenderunt.

(b) Ib. p. 46.

Humana conſilia contrarios ſortita exitus.

Socialis exercitus Mediceos tuetur Florentiæ.

Romam provolat Borbonius.

XVI.

(c) Id. ib.

Infanda Romanorum ſegnities ac perfidia.

Hoſte imminente Romani proceres a Pontifice moniti (c), ut opes ad comparandas copias ad repellendum latronum exercitum conſerrent, nec ſumptus in rem militarem ſuppeditarunt, nec ut par erat expediverunt arma. Extant Philippi Bellucii ad Federicum Clavarium commiſſarium apoſtolicum literæ die quarta maii datæ (d), quibus ſignificat, Aquampendentem, S. Laurentium ad cryptas, ac Viterbium exulum proditione occupata, de ſalute urbis jam deſperatum: Triginta hoſtium millia ſub ſignis recenſeri: parte alia Columnenſes decem militum millia coegiſſe, ac Pontifici itinera, ne fugam capiat intercludere: in urbe Laurentium Cerium quinque militum ſclopetariorum millibus urbem Leouinam tueri. Inſequenti die quinta maii hoſtis comparuit, atque ſcalis applicatis ad muros, bis non ſine cæde propulſatus eſt; cum Borbonius dux ſegnius rem agi arbitratus, ante omnes provolavit, atque in ipſo tertiæ impreſſionis furore, glande petitus occubuit: cum ante a Pontifice una cum Germanis Hiſpaniſque, quos ductabat, anathemate fuiſſet perculſus. Non tamen ducis nece con-

(d) L. 2. lit. princ. p. 74.

Tranſtyberina regio occupata.

conſternati Germani, tecti nebula, quæ eorum conatui favit, tranſcendere muros, ac tranſtyberinam urbis regionem obtinuerunt.

XVII. Romani detrectant pontes rumpere vel tueri.

Eodem die prono in occaſum ſole cum pontes reſcindi juſſiſſet Pontifex, & Romani factionis cæſareæ fiducia freti inſanirent, adeo ut anguſtos pontium aditus milite & vallo tormentiſque non munirent, agminatim per Sixtinum pontem in Urbem irruperunt, quam cæde, incendio, rapinis, ſtupris ſine ullo profani vel ſacri diſcrimine compleverunt. Interfecta in illius impetus & furoris ardore circiter quatuor hominum millia feruntur, cum ipſi e ſuis mille in mœnium expugnatione amiſiſſent. Ita Clemente a ſociis Gallo Venetoque, quos deſeruerat deſerto, ipſum prodente Hiſpano, cujus fidei ſe commiſerat, non ferente ſuppetias ingenti eccleſiaſtico exercitu cui Urbinas præerat, non utente Clemente conſilio, quod Hungaris antea dederat, de ſacra gaza in ſacrorum hoſtes expendenda, denique Romanis contra cæſareos non ſe defendentibus, ſed in palatiis ſe continentibus. *Contigit*, inquit Petrus Juſtinianus (*a*), *miſerabilis fœdaque Romanæ urbis direptio, qualis olim nec a Gothis, nec a Longobardis Vandaliſve facta legitur*. Et infra: *Hiſpani Germanique milites in omne crudelitatis genus prolapſi multas urbis partes incendunt, ſacra prophanaque diripiunt, omniaque fuga, tumultu, terrore, ac cæde replent: nec Cardinales, epiſcopi, cæterique viri religioſi impias deprædantium effugere manus. Ædes quoque ſacræ ad unam omnes ſpoliatæ ſunt, vaſaque libatoria divinis rebus dicata in prædam nefarie acta, ab altaribuſque ablatæ aureæ cruces, pretioſa candelabra, ſacerdotalia indumenta, atque uſque in ſacroſancta dominici corporis tabernacula rapaces manus injectæ, omneſque tandem eccleſiarum theſauros barbarico faſtu immanique avaritia crudelis hoſtis expilavit; atque in religionis Chriſtianæ ludibrium virgines ſacras vel violavit, vel expoliatas in publicum nudo corpore traxit: cæteras quoque matronas eadem ignominia affecit: nullum præterea fuit genus hominum, nulla tota Roma vel publica vel privata domus, quæ furentis ſacrilegique hoſtis manus evaſerit.*

Cæſa in bellico ardore quatuor Romanorum millia.

(a) Pet. Juſt. l. 12. p. 430.

Sacra & prophana direpta.

XVIII. Edidit Germanus ſcriptor de excidio Romanæ urbis libellum, ex quo hæc decerpſit Joannes Coclæus (*b*): *Milites Germani & Hiſpani in ea pugna nullum habentes ſacrorum reſpectum plurimos occiderunt non ſolum in atrio & porticu baſilicæ S. Petri, verum etiam in ipſo templo, atque adeo & circa ſacratiſſima altaria, & circa memorias & monumenta Apoſtolorum aliorumque divorum plurimum ſanguinis effuderunt. Devaſtato itaque burgo, mox in eam Romæ partem, quæ Tranſtyberim dicitur irruerunt, in prædam omnia rapientes, & vitæ redemptionem a quibuslibet extorquentes. Cunctis itaque ſubito & inopinato terrore perculſis, eodem victoriæ impetu eodem die irruerunt & in magnam Romam per pontem Sixtinum, ubi multo minus cædis, quam in burgo ſed longo plus prædæ fuit & pecuniæ, quia propulſo in caſtellum Papa nemo victori exercitui arma impune opponebat: plus itaque deditionis quam prælii fuit. Roma ergo ſic obtenta captaque ac pervaſa, miles abſque duce ferox & effrænis in prædam omnia uſurpavit ſacra juxta atque profana: neminem a direptione militari ſalvavit deditio, neminem ſacer locus, neminem Cæſaris aut nationis nomen, aut favor. Omnes incolæ ſive Romani eſſent, ſive Hiſpani, aut Germani amiſſis rebus omnibus corpora quoque propria, & vitam juxta æſtimationem ab irato & inſultante victore taxatam redimere coacti ſunt. Pars in tormentis & immaniſſimo cruciatu defecit, vitam ſimul cum pecuniis relinquens: pars ſemel redempta, ne rurſus æſtimaretur abiit ultro relictis omnibus: nam contigit haud ita raro eundem ſeu civem, ſeu incolam aut curialem nunc ab Hiſpanis nunc a Germanis capi, torqueri, æſtimari, ac ære mutuato redimi.*

(b) Cocl. hoc ann. Eccleſiæ ædibus prophanatæ.

Clemens in arcem Adrianam ſe recipit.

Romani tormentis ſubjecti, ut prodant reconditum aurum.

XIX. *Irrepſerat in eum exercitum per quoſdam Germanos lues Lutherana, qua ſane milites infecti omnia ſacra deſpectui habebant, ſacros calices haud ſecus quam profanos attrectabant ac diripiebant: venerabile ſacramentum abiicientes pixides ac monſtrantias argenteas rapiebant ſibi: ſacras veſtes in ludibrium religionis noſtræ profanis induebant lixis & calonibus: venerandas divorum reliquias velut oſſa canum abiiciebant, abrepto argento, ſacras item virgines haud ſecus atque meretrices ad ſtuprum rapiebant. Quidam Lutheranus eam hiſtoriam theutonice deſcribens affirmat Germanum quemdam militem, qui dicebatur Viridis ſilva, verſo ad caſtellum S. Angeli ore proclamaſſe in voto ſibi eſſe, ut ex corpore Papæ fruſtum devoret, quod Luthero nunciare poſſet, eo quod Papa verba Dei hactenus impediverit*. Paratæ erant Clementi maximæ calamitates, niſi divina miſericordia eas avertiſſet, nam Georgius Fronſpergius patria Suevus Lutheranæ impietati ad inſaniam deditus, Italicam expedionem eo conſilio ſuſceperat (*c*), ut ſuis manibus ſummum

Lutheranorum militum horrenda ſacrilegia.

Hæretici militis horrenda vox.

Lutheranus dux meditatus præfocare Pontificem.

(c) Sandovio. l. 5.

Divina ultione percuſſus.

mum Pontificem ſtrangularet laqueo, quem auro intexendum curaverat, geſtaratque in ſinu, identidem ſuis oſtentans, veluti de egregio facinore, quod furiali animo conceperat; verum divina ultione percuſſus ex equo corruens infelicem animam ſathanæ tradidit. Pergit Coclæus ex Germano authore, qui interfuit.

Milites, ex veteri capella Papæ, in qua ejus cantores quotidie miſſam, pias preces & horas canere ſolebant, feciſſe ſtabulum equorum, quibus bullas quas vocant, aliaſque pontificias literas ſubſtraverint: addit, nempe ille teſtis oculatus de quo meminimus, *milites Papæ ac Cardinalium veſtes ac pileos in eorum opprobrium induiſſe, fictumque creaſſe Papam ex Landesknechto, qui dixerit in ficto ſuorum cardinalium cœtu & conſiſtorio, ſe donare papatum Luthero; quiſquis militum id approbet, dextram in altum tollat: milites itaque levaſſe manum ac clamaſſe: Lutherus Papa, Lutherus Papa. At hæc omnia ignorante Cæſare perpetrata fuerunt, nec ea unquam approbavit, aut rata habuit quæcumque milites illi vi ac metu a Papa & Cardinalibus extorſerunt quamvis vero ea præda omnium opulentiſſima fuerit, quanta ſane Germano militi intra ducentos aut trecentos annos nunquam ex ulla oppugnatione aut pugna obvenit: attamen perpauci militum Germanorum ex tantis opibus ditati ſunt: bona pars omnia ſua ludendo perdidit, magna pars peſte aut eaumate periit, pars ictu bombardarum vitam cum præda reliquit.* Brevem hanc impiorum hominum lætitiam futuram prædixiſſe virum pium, quem imminentem urbi cladem vaticinatum diximus, cum e carcere, in quem conjectus fuerat, a Germanis emiſſus fuiſſet, refert idem author (*a*), quod alii confirmant (*b*): *Dimiſſus,* inquit, *e carcere a militibus, eis quoque prædixit breve fore eorum gaudium ex illa præda. Cum igitur evenirent ea, quæ prædixerat, creditus eſt prophetiæ habere ſpiritum, quem & vitæ auſteritate probavit, Joannis Baptiſtæ nomen habens & vitæ inſtitutum ſequens.*

Deriſa majeſtas pontificia.

(*a*) Cocl. ubi ſup. (*b*) Sanſovin. hiſt. Ital. hoc ann. Sur. in comment.

XX. Planxit pluribus literis eam urbis cladem Jacobus Sadoletus (*c*), hæcque ad Petrum Bembum ſcripſit: *Graviſſimum fuit audire urbem omnium nobiliſſimam, domicilium imperii, ac dignitatis ſedem, & patriam omnium noſtrum ita captam ac direptam; clades, cædes, ſtrages tot, tamque inauditas ab hoſte immani & impio fuiſſe factas, in quibus & Pontificis maximi, quem ego incredibiliter amo, indigni caſus, & multorum præterea chariſſimorum atque amiciſſimorum hominum mortes & exilia me vehementer perturbant: in quo angore animi etſi ea requiro ex ſtudiis doctrinæ doloris ſolatia, quæ mihi adiumento & levationi eſſe poſſint, tamen haud ita multum uſque adhuc perfectum eſt; omnem enim medicinam vincit dolor, nec ſic poſſum ſtudere conſtantiæ, ut obliviſcar humanitatis: ſed hæc Deus viderit, cui me totum addixi, &c. III. non. novembris MDXXVII.*

(*c*) Sadol. l. 1. ep. 10. p. 24. 35. 42. 208. 323.

Ut pii indoluere capta Chriſtianæ religionis arce, ita impii Lutherani, qui pugnare contra Turcas ducebant nefas, & auguſtiſſima ſanctitatis monumenta reſciderant ferro flammaque, triumpharunt: quæ cum ſignificaſſet Eraſmus, qui ſe pro catholico gerebat, Jacobo Sadoleto Cardinali, hoc reſponſum accepit (*d*) ſequenti anno: *Urbis Romæ caſum, quem pluribus deſles, non alterius arbitror eloquentia digne poſſe deplorari, quam tua: incredibile eſt quantum calamitatis & damni ex illius urbis ruina omni humano generi invectum ſit: in qua, etſi vitia quoque nonnulla inerant, maximam tamen multo partem dominabatur virtus, domicilium certe humanitatis, hoſpitalitatis, comitatis, omniſque prudentiæ civitas illa ſemper fuit; cujus excidio ſi qui, ut ſcribis, lætati ſunt, ii non homines ſed feræ potius immanes ſunt exiſtimandi: quamquam hoc paucis uſu arbitror contigiſſe, ut aut non doluerint nobiliſſimæ omnium & multo præſtantiſſimæ urbis clade; aut ſi furore quodam uſque eo debacchati ſint, ut hoc illi exitii malique optaverint, nunc ſaturatis odiis, non aliqua furoris ſui pœnitentia, & viciſſitudine rerum humanarum moveantur. Sed de his viderit Deus, quos tu, quod ſcribis reſipiſcere jam cœpiſſe, cupio equidem ut ita ſit, idque precari Deum non deſinam; non enim odi illis, quin eos reverti ad ſanitatem opto, ſed tamen Deus viderit, &c.*

(*d*) Ib. p. 42.

Diſſipatum in hac barbarica direptione bibliothecæ Vaticanæ theſaurum, ceteris opibus longe pretioſiorem, queritur Coclæus (*e*): *Maximum,* inquit, *vero damnum, quod eruditi præcipue deplorent, datum eſt a barbaris militibus in bibliotheca Vaticana ad S. Petrum, ubi pretioſiſſimus erat librorum theſaurus, quos magna ex parte furor barbaricus diſperdidit, diſſecuit, ac viliſſime diſtraxit.* Luget eandem jacturam Surius, noſque ſæpius in conſcribendis annalibus eccleſiaſticis luximus, cum plura inſignia monumenta in Pontificum libris recondita, quæ maximam hiſtoriæ lucem erant allatura, deſiderentur. Receperat ſe in hoc bellico turbine Pontifex in molem Hadrianam una cum tredecim Cardinalibus: & licet

XXI. Diſſipata bibliotheca Vaticana.

(*e*) Cocl. ubi ſup. Sur. in comment.

Obſeſſa itinera a Columnenſibus ne Pont. fugam carperet.

(a) L. 2. lit. princ. p. 67.

cet ſub primum Borbonii adventum fugam petiturus putaretur, id tamen facere non potuit, cum Columnenſes, qui jam ante poſt pactam a prorege pacem illati Pontifici belli veniam popoſcerant (a) humaniſſime a Pontifice habebantur, mutatis ex rerum converſione animis ob Borbonii adventum plura loca urbi circumjecta cepiſſent, ac decem millibus, quos prædandæ urbis ſpe allectos coegerant, itinera intercepiſſent (b). Itaque ab exercitu cæſareo in arce obſeſſus oppugnationem ſuſtinuit, ſperans fore, ut eccleſiaſticus ſociorumve exercitus ſuppetias afferret. Verum Urbinas parum fidus Pontifici rem male geſſit: nam Peruſio admovit (c) copias, ut Gentilem Balionium præfectura ipſi a Pontifice demandata pelleret, ac Joannis Pauli Balioni filios in eam urbem induceret: dein tot moras nexuit, novarumque difficultatum cauſas ingeſſit, ut licet florentiſſimus exercitus ad pugnam pro liberando Pontifice inſtructus, in quo Galli ac Veneti ad certandum erant paratiſſimi, prope Romam acceſſerit, nulla tamen vel leviſſima velitatio tentata ſit, quantumvis removeri caſtra vetaret Pontifex, ut hoſtes ad æquiores conficiendas pactiones flecteret.

(b) Ib. p. 74.

Urbinatis proditio.

(c) Guicc. l. 18.

Auxilia ſero e Gallia ſubmiſſa.

XXII. Peſtis in arce Adriana exorta. Necari a Germanis vel Columnenſibus metuit Clemens.

Demum cum Urbinas prima junii die caſtris abſceſſiſſet, atque ex Gallia, quæ parabantur auxilia, ſero nimium adventarent; cæſarei vero oppugnationem omni conatu urgerent, & cuniculis ſub propugnacula actis disjicere arcem molirentur, tum menſe julio peſtis late graſſaretur, atque morbi ſævitia aliquos e cubiculariis peremiſſet, Clemens univerſæ conſulturus Eccleſiæ edito diplomate (d) modum ſubrogandi Pontificis præſcripſit, ſi eum in carcere extingui contingeret, vitæ ſuæ metuens, ne vel a Germanis Lutheranis, vel a Columnenſibus necaretur, proregem Neapolitanum, qui Senis agebat, excivit, ut eum eo de deditione facienda ageret. Cupide acceſſit ille, cum ſupremum exercitus imperium extincto Borbonio duce adepturum ſe ſperaret; ſed ab exercitu parum honorifice habitus diſceſſit. Præerat vero Philibertus Auraſiorum regulus exercitui Germanico, Hiſpanico vero Hugo Moncata; cum quibus deditionem pactus non libertatem ſed vitam hoc pretio redemit, ut quadringenta millia nummum penderet, arcem Hadrianam, Oſtiam, Civitatem vetulam Tiphernum, Placentiam, Parmam, Mutinam traderet; & in cuſtodia cum tredecim Cardinalibus detineretur.

(d) Ext. apud Victorell. in addit. ad Ciacon.

Vitam redemit ingenti pretio urbiumque deditione.

XXIII. Audita capti Pontificis fama multo magis pii omnes, quos ex urbis direptione ſacrorumque profanatione dolor oppreſſerat, ingemuere. Extant Henrici Anglorum Regis ad Innocentium Cardinalem Cybum plenæ lachrymis literæ (e) decima Julii menſis datæ, quibus deplorat maximum omnium ab iis, qui Chriſtiana religione initiati, religionem Chriſti evertere nituntur, patratum ſcelus: ſæviri in verum & unicum Chriſti vicarium, ut percuſſo paſtore & diſſipato grege, Eccleſia lupis rapacibus dilanianda exponatur: poſt expilatas urbis eccleſias etiamnum, ſummum Dei ſacerdotem in ſervitute habitum ſanctorum reliquias conculcatas, contumelioſe exuſtum ſanctiſſimum tabernaculum & Chriſti corpus, in terram projectum: proinde eum ipſe defenſoris fidei titulos gerat, vias omnes ad dignitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ aſſerendam, libertatem ſummo Chriſtianæ reipublicæ principi & communi parenti reſtituendam, vindicandas injurias reſarciendaque damna Chriſti Eccleſiæ illata initurum; immo & regium ſanguinem profuſurum ſignificat: deinde miſſum a ſe Thomam Cardinalem Eboracenſem ſedis Apoſtolicæ in Anglia legatum, ac regiæ Anglicæ procuratorem ad Franciſcum Gallorum Regem, ut de loco ad colloquia ineunda pro liberando armorum vi Pontifice paciſcatur, rogatque Cardinalem Cybam, ut una cum aliis Cardinalibus, quos hoſtis ſervituti non addixit, in eum locum ſe transferat, ut optima conſilia pro redintegranda re Chriſtiana, eripiendoque e carcere Pontifice explicari queant. Hic vero caſus tam atrox non modo pios omnes vehementer perculit, ſed etiam ipſi Turcarum Imperatori indigniſſimus eſt viſus; ut Fabricius Cornelius (f) in ſua epiſtola meminit, dum ſic ait: *Quippe in inſolentiam Chriſtianorum excanduit, qui crudelius in ſupremum ſuum antiſtitem ſe geſſiſſent, omniaque ſacra prophanaſſent, quam ipſe Mahumetis cultor Græcorum patriarcham haberet: quandoquidem ejus ſacra violare nefas putaret.*

Clemens tenetur captus ab Hiſp.

(e) L. 2. lit. princ. p. 74.

Angliæ Regis querelæ.

Agit cum Gallo Rege de liberando Clemente.

Cæſareorum ſcelus execratur Solyman.

(f) Fab. Corn. in ep.

XXIV. Actum eſt magno ſtudio de convocandis in unum locum Cardinalibus, qui libertatem retinebant, ac Galliæ & Angliæ Reges Avenionem deſignarunt (g), cum is locus ad cogendum concilium eſſet idoneus, ut tum in Hiſpanias ad Cæſarem legationes pro liberando Pontifice decernerentur, tum ditioni eccleſiaſticæ conſuleretur: qua de re extant Joannis Salviati Cardinalis literæ (h): cenſebant alii Parmæ aut Bononiæ eoſdem Cardinales congregandos, ut promptius tantis malis occurreretur, atque in eam ſenten-

(g) Ib. p. 78.

De celebrando Avenione concilio actum.

(h) Ead. p. 78.

Cardinales in varias diſtracti ſententias.

(a) Lit p. 75.

Sadoletus qui pacem ſemper ſuaſerat e calamitate ſubductus.

(b) Jac. Sad. ep. 1.

tiam Cardinalis Cybus (a) collegas trahere nitebatur: alii lugeri potius malum, quam illi occurri poſſe arbitrabantur; in quibus erat Jacobus Sadoletus Epiſcopus Carpenctoratenſis, qui cum ſemper belli diſſuaſor extitiſſet, quaſi impendentis procellæ præſcius eo tempore, quo pacati (b) Germani putabantur, abeundi ad epiſcopatum Carpenctoratenſem a Clemente poteſtatem obtinuerat, atque Hieronymo Nigro de felici abſentia gratulanti ſic reſpondit: *Quod ego ſapientia quadam videar conſequutus, ut abfuerim in tam acerbis rebus atque temporibus, nequaquam id mihi arrogo; ſed hoc Dei erga me beneficium agnoſco, gratiaſque ago illi quantas equidem poſſum; nam quas debeo, ut agam & referam non modo meæ ſed ne ullius quidem humanæ facultatis eſt: certe enim ſi quid ego vidi aut prænovi, ſi quid in me aut boni ſenſus in tanto rerum motu, aut providentiæ in poſterum conſilii fuit, totum id fuit a Deo, cui dum cupio dare eas operas quæ a mea fide & a pietate mea requiruntur, quid mirum ſi ita accidit, ut bonum conſilium evaſerit ſapientia? Nec vero aliud ſtatuo ſapientiam, quam meminiſſe unumquemque, quid ſui officii & muneris ſit, idque cum fide & integritate præſtare; quod ſi hi feciſſent, qui maxime debuerunt (de ſummo Pontifice non loquor, cujus mihi virtus, clementia, integritas ſemper viſa eſt non ſolum magna, verum etiam admirabilis) quod nunc ad omnium injurias & contumelias projectum eſt, in priſtina ſua veneratione maneret ſacerdotium: Sed recordaris profecto reliquorum ordinum morumque communium labem & confuſionem, quos ego accuſando non inſequar, non quin cauſa fuerint univerſæ calamitatis; ſed quia non poſſum commemorare ſine dolore, quæ & urbi omnium nobiliſſimæ, & hominibus multi mihi neceſſitudine junctis infanda & atrocia contigere.*

Ejus de Urbis excidio ſententia.

XXV. *Illud dico quod ſentio, Deum hominesque conteſtans, cæpiſſe optimum Pontificem mederi moribus perditis: ſed cum res ferro egeret non malagmate, ipſius autem natura, & lenitas a vehementioribus remediis abhorreret, ut in corporum ſolet morbis, ſic in corruptis moribus, quæ intempeſtive adhibita eſt auxit morbum potius medicina, quam lenivit.* Nonnulliſque interjectis: *Habeo tamen ſpem & rationem quandam quæ mihi ut in malis non parum ſolatii affert illam videlicet quam ad Deum ipſum refero, quem ſcio & novi ita iraſci ſolere peccatis hominum, ut ſibi ſolui eas pœnas velit quæ illis ipſis qui deliquerunt utiles ſint & ſalutares &c. Vale Carpentoracti v. id. ſeptemb. anno MDXXVII.*

Piæ ſpes conceptæ a Sadoleto de divina clementia.

XXVI. Excepere hos acerbiſſimos caſus ſumma animi æquitate viri pii: inter quos B. Gajetanus Tianeus, ac Petrus Caraffa dictus poſtea in pontificatu Paulus IV. ac ſocii Theatini in ipſo carceris ſquallore divina officia pſallere non intermiſerunt; quibus ſacra cantica in ſervitute ceciniſſe libertatem peperit, ut narrat Antonius Caracciolus (c): *Invitaverat*, inquit, *aliquando centurio, ille, qui noſtros concluſos carcere tenebat, tribunum militum Hiſpanorum ad lautum convivium, quod in Vaticano ſupra horologium apparaverat: accedit itaque invitatus ad condictam diem atque horam. Dum menſa inſtruitur, ecce audire ſibi videtur e proximo cubiculo (id clauſum quia carcer erat) ſuſurrum quemdam mutuo pſallentium hominum, & divinum numen exorantium. Tum ad hoſpitem converſus quærit, quinam hominum illi ſint. Hoſpes ſpernentis in modum: Sunt clerici, inquit, aliquot pars noſtræ prædæ: rogat tribunus, ut ſe cernere eos faciat: ille morem gerit, & reſerato carceris oſtio, videt iſte natura, ætate, ac moribus viros adeo compoſite ac graviter preces Deo ſolventes, ut ſanctorum cœtum ſibi aſpicere videretur: & revera Paulum opinor atque Sylam referebant itidem in cuſtodia Philippenſi laudibus Deum celebrantes. Hoc adeo præclaro ſpectaculo commotus tribunus, indignatuſque homines eximie probos in tanta mala projectos, petiit enixe a centurione, ne eos diutius detineret: videri ſibi prorſus innoxios, qui religioſos ritus pietatemque divini cultus etiam in carcere tuerentur. Cum autem centurio obſtinatior rem in aliud tempus differret, multis ultro citroque habitis ſuper ea re verbis: Ego (inquit tribunus) nihil profecto apud te cibi ſumam, niſi hos extemplo liberos quo volunt abire ſinas. Tandem igitur centurio partim, ne ſubruſticæ aſperitatis notaretur, partim quod nulla ſpe lucri pauperes Chriſti ſervos vinctos ſibi haberet, reſeratis foribus educit atque dimittit.*

Theatini in ſervitute divina non intermittunt officia.

(c) Ant. Caracc. in annal. cleric. reg. & Jo. Bapt. Caſtald. in B. Caietani vit.

XXVII. Confuſis in tanta rerum perturbatione Cardinalibus, certaque expedire conſilia nequeuntibus, Galliæ & Angliæ Reges, tum Veneti Helvetiique Romanæ eccleſiæ patrocinium ad Pontificem communem omnium parentem ex cæſareorum ſervitute vindicandum ſuſceperunt (d): *Franciſcus & Henricus Reges*, inquit Paulus Jovius, (e) *ex ea direptæ urbis & capti Pontificis execrabili fama vehementiſſime commoti, excitique ad quærendum novum decus arma parabant: id namque adjuto liberatoque Pontifice, & vindicatis ejus injuriis, de cæſarianorum militum immani-*

(d) Clem. l. 3. brev. p. 5.

(e) Jovius l. 25. Roſcus hiſt. Neap. p. 2.

Anglus & Gallus Reges & Helvetii parant arma pro Pont. liberando.

nitate longe honeſtiſſimum proponebatur, eoque juſtius & ſpecioſius, quoniam ad utriuſque exiſtimationem maxime pertineret tueri armis ſacrorum principem, ſuprema prope ac inexpiabili affectum calamitate, & quod Chriſtianæ aures vix ferrent, indigniſſima carceris contumelia cum Cardinalium ſenatu uſque adeo impie mulctatum. Nonnulliſque interjectis: *Hos quoque duo legati opportune adverſus Cæſarem concitabant Salviatus Cardinalis in Gallia, & Ubertus Gambara apud Britannos, qui utrobique accurate referendo quanta immanitate in Romanos nihil tale meritos eſſet ſævitum, quantoque ludibrio ſacrati epiſcopi in cathenis ad haſtam venales fuiſſent circumducti, & quot demum honeſti atque inſontes ex aula aut tormentis excruciati, aut in vinculis deſperato redemptionis pretio trucidati periiſſent, piorum hominum animos inuſitatæ crudelitatis cogitatione ſuſpendebant: quando etiam permultos ante aram maximam ſumme venerabilis templi fruſtra ſalutem petentes inundato cruore pavimento cædeque polluto cecidiſſe narrarent. His ſermonibus per coronas utriuſque aulæ diſſeminatis, vetera novaque utriuſque gentis odia, quæ vix dum in Cæſarem deferbuerant, ex atrocitate tanti facinoris refricabantur tanto altius, quod Helvetii cum Gallo & Britanno in idem ſtudium conſenſumque acceſſerant, quos Ennius Philonardus vetus apud eam gentem Pontificis legatus,* Et infra: *diligenter admonebat, ut quam Julio Pontifici nuper circumvento & fere oppreſſo ſortem felicemque operam præſtitiſſent, eandem & certe majorem in liberando Clemente adverſus impios navare vellent.* Videbantur illi ſingulari dignitatis officio ad præclarum opus gerendum obſtringi, quod nimirum Gallus Chriſtianiſſimi nomen glorioſis atavorum, qui Pontifices ſemper erant tutati, facinoribus partum gereret: quod Anglus recenter a Leone X. ſacro ſenatuſconſulto fidei defenſor eſſet appellatus: quod Helvetii Eccleſiæ libertatis propugnatores dicerentur.

XXVIII.

(a) Ext. ejus lit. l. 2. coll. lit. princ. p. 78.

Differt Carol. V. liberare Pontificem.

(b) Guicciar. l. 18.

Seſe excuſat.

(c) Ext. l. 2. collect. lit. princ. p. 86.

Incitabat inter alios Henricum Anglorum Regem Thomas Cardinalis Eboracenſis, ut pacem univerſo imperio Chriſtiano reponi procuraret apud Carolum Cæſarem, atque ante omnia Pontificem e cuſtodia emitti, armatis precibus expoſceret, ut Joannes Cardinalis Salviatus refert (*a*). Extraxit (*b*) Carolus V. liberationem Pontificis, qui accepta cæſarea fide ab illius adminiſtris proditus erat, atque ineunte auguſto literas fucis verborum oblitas exaravit, (*c*), quibus patratum in Pontificem atrox facinus excuſare niſus eſt: malorumque culpam in Pontificem conjiciebat, quod initas ſuperiori anno cum Hugone Moncata inducias infregiſſet, cum tamen Clemens Hiſpanum bello non petiiſſet, ſed a Columnenſibus qui ab ipſo deſciverant ac S. Petri baſilicam diripuerant, pœnas, more principum, quos illata a ſubditis vis iniqua non alligat, repetiiſſet. Quærebatur etiam Carolus Neapolitanum regnum magna ex parte a Pontifice occupatum; tacuit vero illum adactum ad id Hiſpana importunitate fuiſſe, cum Lanojus admoto ad Fruſinonem exercitu Pontificem urbe pellere conaretur: tacuit pariter Cæſar quantis verborum blanditiis interprete Cæſare Feramoſca ipſe pacem efflagitaſſet, quave probitate & fide Clemens frementibus fœderatis exercitum ex medio victoriæ curſu revocaſſet, urbeſque & arces inſignes adductis in ſummas anguſtias Hiſpanis reſtituiſſet, violatam autem ab adminiſtris per ſummum nefas fidem excuſavit, quaſi Pontifex compoſitæ pacis religionem culturus non fuiſſet, tum quod eo tempore pacta eſſet, quo ſuſcipiendæ vindictæ occaſio immineret: quaſi vero Pontifex niſi fallaci pacis ſponſione deluſus fuiſſet a Cæſare, Eccleſiaſticis & ſociorum copiis arcere Cæſareas non potuiſſet. Addidit Carolus non tantas urbi illatas clades, quantas adverſarii prædicarent. Demum conſueto verborum lenocinio epiſtolam clauſit, pacem ſe univerſo Chriſtiano imperio reſtituere, atque arma adverſus fidei Chriſtianæ hoſtes vertere meditatum: quæ literæ Valliſoleti ſecunda die auguſti exaratæ fuerunt. Non ſe inanibus verborum fucis deludi ſivit Henricus Anglorum Rex: etenim decimaoctava die armorum ſocietatem cum Franciſco Gallorum Rege pro eripiendo e proditorum manibus Chriſti vicario pepigit (*d*), communique Regum ſumptu inſtructus exercitus præfecto Odetto Fuxio Lautrechii regulo in Italiam emiſſus eſt (*e*).

Hiſpanæ proditionis crimen refundit in Pont.

(d) Guicc. l. 18.

Immiſſus exercitus a Gallo & Anglo in Ital.

(e) Id. ib. Cavitell. hiſt. Crem. hoc ann. & alii.

XXIX.

Interea dum ſuſpenſa ejus expectatione fluctuat Italia, cæſareus exercitus Romæ peſte conſumebatur (*f*); adeout Auraſiorum princeps, penes quem erat ſupremum militare imperium, Senas conceſſerit, tum ad morbi ſævitiam defugiendam, tum ut injectos civitati illi tumultus comprimeret; Gallorumque adventu res cæſareæ in Inſubria deprimi cœptæ: oppidum Boſchi in agro Alexandrino Germanis oppreſſis receptum: Genua terreſtri maritimoque exercitu cincta a Cæſare deſcivit (*g*): Alexandria & Papia ad deditionem compulſæ: Ferrariæ dux & Mantuæ marchio ad Gallicas partes

(f) Guicc. ubi ſup.

Cæſareæ res depreſſæ in Inſubria.

(g) Id. ib. Paul. Jov. l. 25. Cavit. ubi ſup. & alii.

tes traducti. Inter quæ Carolus V. partim conſcientiæ ſtimulis agitatus, partim pudore affectus, quod ſummum Chriſtianorum omnium principem, nec ambiguum Dei vicarium ipſe, qui Eccleſiæ defenſorem ſe eſſe jactabat, in cuſtodia detineret : quo tempore hæreſiarchis Luthero, & Zuinglio, aliiſque omnibus impietatis monſtris libertatem ſummam permittebat, tutoque & libere vivere & graſſari ſinebat, haſce literas (*a*) ſuis ducibus perferendas dedit Franciſci de Angelis Minoritæ, ac Verrei cubicularii opera.

(*a*) *Ext. in collect. lit. procer. mundi p.* 157.

Carolus V. Romanorum Imperator, Philiberto Aurantio Ugonique Moncatæ ſalutem.

Carolus V. Pontificem dimitti jubet.

Moleſte graviterque tuli Romanæ urbis direptionem; ſed quia facta infecta eſſe non poſſunt, æquum piumque mihi videtur, ut Clementem Pontificem miſſum faciatis ac dimittatis, ac omni honore in priſtinam dignitatem aſſerere curetis: mibi etiam gratiſſimum feceritis, ſi ſacroſanctam ejus dignitatem obnixe defendi & coli patiamini, modo alicunde pecunia paretur, qua militibus merita ſtipendia perſolvantur, ut cum tempus depoſcat, Germanorum legiones urbe Roma adverſus hoſtes educantur: ſedulo autem cavete certis obſidibus, ne Pontifex, ſi forte injuriæ nondum oblitus hoſtilem animum indueret, vobis non magnopere nocere poſſit: illud demum vos etiam atque etiam velim curare, ne res noſtræ aliquid capiant detrimenti. Valete.

Addit, ut ſpolient opibus vinbuſque.

XXX. Hæc mandata cæſarea iniquiſſima fuiſſe conſtat, cum enim Carolus Clementem Papam ad pacem perpuliſſet, immenſis pollicitationibus, quod arma adverſus Lutherum ac Turcam vertere decreviſſet, paciſque fiducia Pontifex fuiſſet oppreſſus ab ejus exercitu, ac propterea non modo ſive ullo redemptionis pretio eum dimittere verum & amiſſa ipſi reſtituere & damna illata reficere ex officii religione debuiſſet; tamen cum latrocinium ac proditionem damnaret, latrocinii tamen & proditionis fructum colligere voluit, eademque acerbitate (*b*) communem patrem ad redemptionem cogere, ac ſi pugnantem in acie juſto bello cepiſſet : quin nec accepto imperio cæſareo ipſius adminiſtri Pontificem omnibus iniquis petitis aſſentientem dimiſere (*c*), adeo ut epiſcopi obſides cum expetita a Carolo auri vis nullatenus ab oppreſſo ſpoliatoque a latronibus cæſarianis Pontifice ſolvi poſſet, ad patibula abrepti fuerint laqueo præſocandi (*d*), niſi crudelitati avaritiæ ſpes obſtitiſſet : quam rerum indignitatem Paulus Jovius, quamvis cæſarianæ factionis ſtudioſus, ſilentio prætermittere non potuit, ac ſuperioribus literis conſentanea ſcripſit, ſic inquiens : *Cæſar, ſive tactus religione, ſive permotus infamia, aut gravi rerum ſuarum periculo adductus, Pontificem cuſtodia & tot ærumnis liberare conſtituit, Franciſcumque Angelium cucullatum Franciſcani ordinis principem pietatis & probitatis nomine expiandis criminibus ſibi delectum cum Verreo cubiculario ab Hiſpania Romam miſit, deditque ei literas ſuper ea re ducibus perferendas, quibus ſignificabat Philiberto Aurantio Ugonique Moncatæ, atque item Ferdinando Alarconi, ſibi æquum piumque videri Pontificem dimittere, atque eum omni honore verborum in priſtinam aſſerere libertatem, ſubindeque ſacroſanctam ejus dignitatem obnixe defendi colique oportere, modo alicunde pecunia pararetur, qua militibus meritæ ſtipendia perſolverent, ut quum tempus poſceret Germanorum legiones urbe Roma adverſus hoſtes educerentur : ſedulo autem caverent certis obſidibus, ne Pontifex, ſi forte injuriæ nondum oblitus hoſtilem animum indueret, ipſis non magnopere nocere poſſet.*

Gaudet latrocinii fructu & latrocinium damnat.

(*b*) *Guicc. l.*18. *Belc. l.*19. *n.* 42.

(*c*) *Clem. lib. brev. ann.*1527. *pag.*350.

(*d*) *Guic. l.*18.

Quæ cauſæ permoverint Carol. V. ut dimitti juberet Pontificem.

XXXI. *Erant hæc Pontifici in aliena poteſtate conſtituto longe graviſſima, cum nulla omnino tuta ratio cogendæ repræſentandæque pecuniæ reperiretur : quod infirmiſſima fide eſſet Pontifex apud creditores, uti captivus & manceps factus, neque ulla in eo niſi dubia & anceps vigeret authoritas, ſic ut de promiſſis firmiter cavere non facile poſſet, quando ſyngraphæ nummariæ, addictorumque vectigalium tabulæ, & obligationum contractus omnes ac aſſenſionum ſtipulationes legitimo robore ex certa communis juris formula carere dicerentur. In hac vero negotii difficultate uni omnium Germani indomita feritate nequaquam everſæ civitatis ſpoliis exſaturati, cum promiſſæ pecuniæ æquas publicanorum pactiones ſuſpectarent, ſuperbeque reiicerent, truculentiſſime cunctis, qui aderant in arce, Pontificique in primis atque ſenatui, niſi mature pecuniam expedirent, teterrima ſupplicia comminabantur. Res autem eo deducta eſt, ut Clemens longe chariſſimos atque honeſtiſſimos ex familiaribus, qui ſecum erant repræſentandæ pecuniæ obſides frementibus depoſcentibus Germanis tradere ſit coactus. Hi fuere Joannes Maria Montanus archiepiſcopus Sipontinus, & Honofrius Bartolinus Piſanus archiepiſcopus; epiſcopi vero Antonius Puccius Piſtorienſis & Joannes Matthæus Gibertus Veronenſis : his acceſſere uti pecunioſi nobileſque & arcta propinquitate Pontifici conjuncti Jacobus* Sal-

Indigniſſime expetitum aurum a ſpoliato.

Germani ſupplicia Pontifici & Cardinalibus comminati.

Traditi ut præſules obſides pro repræſentanda pecunia.

Perducti vincti ad furcas.

Salviatus Joannis Cardinalis pater, & Laurentius Ridulphus Nicolai Cardinalis frater germanus. Horum ſacratis manibus illico minaces barbari cathenas injecerunt, & tanta truculentia ad exprimendum aurum terruerunt, ut in campo Floræ ad erectas dicataſque latronum ſuſpendiis furcas damnatorum more cathenati perducerentur, parato ibidem ad lege agendum carnifice, ſi paulo aſperior concionis fremitus annuiſſet. Per hunc modum miſera pallentes & extremo ſupplicii metu perfuſi; terque in concionem producti præclara ope magni Numinis ſervati ſunt, cum ſpes auri vel in efferatis diuturna immanitate animis miſericordiam exprimeret. Ex his Joannes Maria archiepiſcopus, ita ex patibulo ereptus ſolium apoſtolicum poſtea conſcendit, in quo Julii III. nomen accepit. Ut vero ii barbarorum horum crudeles manus effugerint, author ita ſubiicit: *Paulo poſt, in carcere cuſtodibus ex inſtitutæ cœnæ crapula multoque falerno conſopitis, cathenas exuerunt, & per vaporarium foci tubum in ſumma Riariæ domus tecta extracti funibus evaſerunt tanta felicitate, ut pedibus egreſſi urbem ad Urbinatis caſtra, quæ tum erant in Umbriæ finibus, confugerent. Ubi non diu miſeri, tanquam illudente fortuna, in aliud prope diſcrimen incidere, cum eos Laurentius Martellius Florentinis præpoſitus copiis comprehendendos væſana temeritate cenſuiſſet: ſed hujus impii perverſique hominis amentiam Feltrius & Bozzolus ſeveriſſimis verbis retuderunt. Horum obſidum inexpectata atque admirabilis fuga Pontifici deſtinatam libertatem proculdubio maturavit.*

Germanorum ebriorum manibus lapſi.

XXXII. Differebat nimium Cæſar Pontifici libertatem, pacemque univerſo Chriſtiano imperio reſtituere, cum æmuli Reges eam ab ipſo poſcerent, Galluſque pro recipiendis filiis bis decies centena millia nummum illi ſponderet (*a*), poſſetque arma majori gloria & compendio adverſus infideles convertere; ſiquidem inſtaurandi in oriente Chriſtiani imperii egregia affulgebat occaſio, quam cum ab Hieroſolymitanorum equitum magiſtro cognoviſſet Pontifex, rem cum Henrico Anglorum, Joanne Luſitaniæ, & Franciſco Gallorum Regibus contulit, quos hortatus eſt, ut Rhodii magiſtri conſiliis faverent: conceptis hac verborum formula literis (*b*).

(*a*) *Guicc. l.* 18.

In oriente rei Chriſtianæ inſtaurandæ ſpes affulget.

(*b*) *Lib. brev. an.* 1527. *p.* 320.

Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime &c. Quæ nos una cum dilecto filio magiſtro Rhodi proxime perſcrutati fuerimus, quæve his exploratis conſilia ac ſpem ceperimus, ea tuæ ſerenitati ſignificanda curavimus per exhibitorem præſentium, qui ab eodem magiſtro hanc ob cauſam deſtinatur: ex quibus quidem perſpicies illa, quantum occaſio præſens ad honorem Dei commodumque totius Chriſtianitatis redundatura ſit, ſi ab eadem tua ſerenitate pro officio & pietate ſua ſtudioſe ſuſcipiatur, & ad effectum perducatur. Nos quidem quæ noſtræ erunt partes ſicut tractationi huic non deſuimus, ita nec executioni deerimus quantum noſtræ fortunæ tenuitas patietur. Tuam igitur ſerenitatem omni ſtudio ac prece hortamur requirimuſque in Deo domino, ut in hac inprimis gloria apud homines, merito apud Deum futura ſtudium, opem, operamque tuam præbere, eidemque magiſtro & ordini ejus de Chriſtiano nomine ſemper benemeritis omnibus in eorum rebus & negotiis favere pro tua conſuetudine & pietate velis, quod & catholico tuo animo digniſſimum, & nobis poſt Dominum omnipotentem eſt futurum gratiſſimum. Dat. Romæ in arce die XXVI. *octobris MDXXVII. pontificatus noſtri anno* IV.

Rhodius magiſter ad Reges miſſus.

XXXIII. Dum ab Hiſpanis in cuſtodia habebatur Pontifex, Lautrechii Gallorum exercitus ducis fuerunt literæ ad eum clam delatæ (*c*), quibus certior factus eſt, illum cum maximo exercitu a Gallo & Anglo Regibus pro ipſo ex proditorum manibus eripiendo mitti; quo ex nuntio valde erectus eſt & recreatus: ſed ducis ipſius moras diu ſuſtinere non potuit: ac Lautrechius, cum poſt ſuperiores victorias Boſcho, Alexandria, Genua, Ticino expugnatis victricia ſigna in Antonium Lævam exiguis Hiſpanorum ſuccinctum copiis exoſumque Mediolanenſibus attollere pellereque Mediolano poſſet (*d*), atque ita Germanis in poſterum aditus intercludere, ne in Italiam irrumperent, præclaræ occaſioni rei gerendæ defuit: ſuadentibus enim id Venetis, alii obſtitere: *Ex adverſo*, inquit Jovius, *duo Cardinales Cybous atque Ridulphus, qui clade urbis elapſi ad Lotrechium victorem pervenerant, & cum his Gregorius Caſalius Henrici Britanniæ Regis legatus vehementiſſimis precibus poſtulabant, ut liberandæ urbis Romæ eripiendique inde Pontificis potius quam oppugnandi Levæ negotium ſuſciperet: decorum ſcilicet ipſi factuque facile futurum, quando nulla graviore de cauſa tranſcendiſſe alpes, quam ut tam glorioſo quam neceſſario duorum regum decreto expedita pietate ſatisfaceret: ubi enim ad urbem explicatis vexillis iter intenderet, valitura eſſe arma pro religione ſuſcepta eaque paſſim fore auctiora firmioraque, excitis undique voluntariis, poſtquam latrones, non Cæſaris milites & incendiarios, everſoreſque ſacroſanctæ urbis*

(*c*) *Clem. lib. brev. ann.* 1527. *p.* 336.

Certior factus Clemens de Lautrechii adventu. Illius victoriæ.

(*d*) *Guicc. l.* 18. *Paul. Jov. l.* 25.

Hiſpanos Mediolano pellere potuit.

Conſultum illi ut Romam properet.

bis perſequeretur. Liberato namque Pontifice priſtinam ejus dignitatis atque potentiæ exiſtimationem ad fœderatos eſſe redituram; unde ulciſci acceptas clades, & reliquo metu atque ſævitia hoſtium victor Italiam ſumma cum laude liberares. Et infra: *Ab hac perſuaſione Lotrechius non ineptas conſilii cauſas apud legatos oſtendens trajecto Pado Parmam ſe demiſit.*

XXXIV.
Nimias nectit moras.
(a) Guicc. l. 18.

Trajeciſſe eum Padum die decimaoctava octobris, refert Guicciardinus (a): ſed cum ille exercitus novis Helvetiorum copiis augeri, claſſemque ad regnum Neapolitanum invadendum inſtrui expectaret, ſive a Franco Rege, qui pro recipiendis filiis de pace agebat cum Cæſare, ſegnius progredi juberetur, ſeu potius cum ad expugnandos in urbe cæſareos non ſat viribus polleret (b); adeo cunctatus eſt, ut Pontifex cum principatum eccleſiaſticum diſſipari clienteſque obteri doleret, omnia cæſareis dare & ſpondere pro redimenda libertate conſtituerit: ſed nec ea ſufficiebant, cum plura Hiſpani poſcerent (c), quam ipſe præſtare poſſet. Demum ultima octobris die cum Cæſaris adminiſtris pactus (d) eſt, ſe nunquam Cæſari in Neapolitanis & Mediolanenſibus rebus adverſaturum: cruciatæ, ut ajunt, in Hiſpania promulgandæ obventiones ac decumam annuam omnium eccleſiaſticorum vectigalium in ipſius regnis conceſſurum: Oſtiam, civitulam, Tiſernum, Forumlivium traditurum: Hippolytum & Alexandrum nepotes, qui Florentino principatu depulſi Parmæ agebant, obſides daturum. Dum vero ii evocantur, Piſanus, Trivultius, & Galdus Cardinales dati obſides, qui Neapolim abrepti & in arce nova conditi ſunt; addit etiam alii duo Cardinales vades Franciottus Urſinus & Paulus Cæſius, quos Pompejus Columna Sublaqueanum adduxit: ſpopondit etiam ſeptuaginta ſeptem millia nummum Germanis, Hiſpanis triginta quinque millia, tum lapſo dimidiato menſe aliam auri vim, quæ una cum alia jam ante numerata ad trecenta quinquaginta millia (e) nummum & eo amplius perveniebat; ſed cum tantæ pecuniæ impar eſſet, Cardinales aliquos pretio creavit, decumas regni Neapolitani, necnon aliqua eccleſiaſtica bona diſtraxit (f). Non tamen propterea Clemens in libertatem vindicatus eſt; nam cum arces plures cæſarei poſtularunt, novæ difficultates abortæ fuerunt.

(b) Clem. lib. brev. ann. 1527. p. 360.
Earum impatiens Clemens.
(c) Guicc. ibid.
(d) Guicc. eod. lib. 18.
Pro libertate acerbis legibus redimenda.
Cardinales obſides dati.
(e) Paul. Jov. l. 15.
(f) Guicc. ubi ſup.
Hiſpanorum tyrannis in Pont.

XXXV.
(g) Ext. apud Summont. diar. 4. hiſt. Neap. l. 7. c. 2.

Interea Carolus V. ſcriptis nono novembris literis (g) ampliſſimis Clementi expoſuit, ipſum a ſe omni officiorum genere affectum iri, ſi in Hiſpaniam vellet accedere, ac ſe de urbis excidio, cæteriſque vi militari illatis purgavit, cum tantorum facinorum nunquam conſcius extitiſſet, rogavit etiam, ut pacem orbi Chriſtiano reſtituendam curaret, atque Angliæ & Galliæ Reges ad jungenda in Turcas arma adduceret.

Sanctiſſimo in Chriſto patri & domino noſtro domino Clementi VII. divina providentia ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici domino religioſiſſimo Carolus divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Jeruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, archidux Auſtriæ, dux Burgundiæ, Brabantiæ comeſque Flandriæ.

Caroli V. lit. ad Clem.

Sanctiſſime ac beatiſſime pater domine reverendiſſime. Videbamus non ſine magno animi noſtri dolore quot quantiſque malis Chriſtiana reſpublica undique circumvallata, quot rerum difficultatibus atque incommodis vexata, quot arietum ictibus impulſa, & in extremum fere diſcrimen adducta erat, atque id non abſque ſumma Chriſtiani nominis ignominia & Chriſtianorum principum (quorum præcipue partes erant pro Chriſti nominis gloria, & Chriſtianæ reipublicæ ſalute & tranquillitate vigilare) perpetuæ infamiæ nota; perpendebamus enim hinc univerſam Chriſtianam rempublicam civilibus diſcordiis ſæviſſimiſque ſeditionibus laborare; inde vero Germaniam olim inter alias Chriſtiani orbis nationes florentiſſimam atque religioſiſſimam, nunc præter alia incommoda etiam in religione deſertam, atque contaminatam eſſe, & (quod omnium graviſſimum eſt) ex hac tam diuturna Chriſtianorum principum diſcordia, Turcarum potentiſſimum tyrannum victoriis elatum in dies magis in Chriſti populum ſævire, & novis incurſionibus infeſtare, Chriſtique ditionem ſuæ impiæ atque nefandæ tyrannidi ſubjicere, cum ita principum injuria eo deventum ſit, ut Chriſti religio, quæ univerſas fere orbis nationes occuparat, in mundi angulum nunc incluſa atque contracta ſit: quæ tametſi nulla noſtra culpa audiviſſe ſatis ſuperque eu noſtris literis ad veſtram ſanctitatem pro noſtra juſtificatione ſuper iis, quæ nobis tunc impingebantur, oſtenſum fuerit, ut nunc repetitione non egeant, non propterea nunc de aliorum culpis diſcutiendum putamus, ſed potius communi dolori conſulendum. Nos enim attendentes Chriſtiani principis eſſe non ſolum culpa carere a Chriſtianæque reipublicæ damno ſeſe immunem exhibere, verum ipſam Chriſtianam rempublicam pro viribus conſervare, illiuſque ſaluti paci,

De periculis in quæ conjecta eſt reſpubl. Chriſtiana.

ci, otio, & tranquillitati conſulere, nuper ad ſanctitatem veſtram ſcripſeramus, ut ſi Chriſtianam rempublicam ſalvam & quietam cupiebat, generalem pacem curaret, crudeliaque interea arma deponeret, ac per illius fœderatos deponi faceret, ut inde communibus auſpiciis Chriſtianæ religionis hoſti occurreret, & uſque ad hunc effectum ipſum Eccleſiæ theſaurum in tam pium opus reponendum aperire dignaretur, ſæpius a nobis flagitatum eſt: dumque ejus reſponſum ſummo deſiderio præſtolaremur, ecce ſubitus nuntius ad nos allatus eſt de iis, quæ in urbe per milites noſtro nomine in ea regione, ut ajunt, collectos, acta, attentata ac præter omnem animi noſtri ſententiam, & voluntatem patrata fuerant, deque miſeranda ac ſumme dolenda Hungarorum clade, quæ omnia tanto profecto dolore excepimus, ut nihil nobis contingere potuiſſet, quod tanta moleſtia graviorique dolore noſtrum afficeret animum, a noſtroque deſiderio & voluntate longius abeſſet: quid enim infauſtius infeliciuſque nobis accidiſſe potuit, quam quod videamus a militibus noſtro nomine noſtroque auſpicio (ut fertur) congeſtis ea patrari, quæ nos ipſi vel ſanguine ipſo noſtro & cupimus, & in omni rerum ac temporum eventu adverſus quaſcumque orbis gentes prohibere parati ſumus; & diripi quæ nos accumulare cupimus, ea ab iis amitti, quæ nos ſemper propagare optamus; non enim an ab aliis occaſio data fuiſſet diſcutiendum putamus, rem tantum ipſam perpendimus, ſub Eccleſiæ protectoris nomine ipſam Eccleſiam ejuſque caput ac Chriſti vicarium offendi?

Excuſat geſta. Se pacis cupidiſſimum extitiſſe ait. Se inſcio urbem vaſtatam.

XXXVI. Hungaricam cladem exponit.

De Hungarorum vero crudeliſſima clade, quis eſt tam demens, tamque a ratione alienus, ut non doleat, non ingemiſcat, vel ab hoc ſæculo emigrare non cupiat, potius quam hujuſmodi mala ſuo tempore videre; præſertim dum, ut cuperet, tot miſeriis occurrere non valeat? quod ſi de Chriſtiano quopiam privato ſentiendum eſt; quid de Cæſare quid de Apoſtolicæ ſedis protectore? quid de Chriſtiano reipublicæ defenſore? quid de eo, qui ab ejus prædeceſſoribus Chriſtianam rempublicam non modo a Chriſtiani nominis hoſtibus defendere, verum illam feliciter propagare didicerat, quique in eorum voluntatem ſuccedens, a Chriſtiana religione propaganda regni ſui initium auſpicatus, a quovis ſanæ mentis homine credendum erit?

XXXVII.

Hanc ergo animi noſtri perturbationem, quam velox tanti facinoris fama paulo ante prævenerat, literæ ſanctitatis veſtræ, atque ea, quæ ejus nuntius nobis ſuo nomine retulit, non parum primo aſpectu renovarunt, videntes tam de nobis ac noſtris querimoniam ab eo, quem peculiari quodam affectu, dum in minoribus ageret, proſequi, & deinde ſingulari obſervantia, devotione, atque pietate venerati ſemper ſumus. Veruntamen ſanctitatis veſtræ vere paternum animum erga ſuum a Chriſto commiſſum gregem optimam voluntatem propius inſpicientes, nova quadam inſtaurandæ Chriſtianitatis ſpe exhilarati, Deo inprimis optimo maximo, qui ad tam pium opus ſanctitatem veſtram ſtimulaverit, & deinde eum animum conceſſerit, ut ſuperata iracundia, boni paſtoris partes aſſumere dignata ſit, quas non verbis tantum, ſed mente concipere poſſumus, maximas gratias agentes, ſanctitati etiam veſtræ, & univerſæ Chriſtianæ reipublicæ hoc nomine gratulamur, ſperantes, fore ut ejus feliciſſimis auſpiciis diu optatam pacem firmam ac ſtabilem inveniamus.

XXXVIII. Belli Mediol. culpam a ſe derivat in alios.

Quod autem ſanctitas veſtra ait, ſibi non tam nobiſcum quam cum noſtris in ſtatu Mediolani ducibus atque exercitu bellum eſſe, militum noſtrorum inſolentiam graviſſimis verbis exaggerans; tam de ea re in prioribus noſtris literis abunde reſponſum ac ſatisfactum putamus, clareque oſtenſum nil horum culpæ noſtræ aſcribendum eſſe, qui ſub ſpe univerſalis pacis exercitum noſtrum diſſolvi juſſeramus; ſed his potius adſcribenda erit culpa, qui per novos belli motus violatis fœderibus nobiſcum initis, eorum clandeſtinis conſpirationibus rebus noſtris inſidiantes, duces noſtros ad ipſius exercitus retentionem coegerunt.

XXXIX.

Si vero ſanctitas veſtra non nobiſcum armis contendere, ſed injuriam & oppreſſionem repellere tantopere optabat, cur eas conditiones per dominum Hugonem de Moncada oratorem noſtrum oblatas renuit, quas ipſamet ſanctitas veſtra ſibi gratiſſimas fore atteſtata eſt, eſto quod prius cum aliis Chriſtianis Regibus ac principibus conveniſſet? ſi juſtitiæ ac oppreſſorum tantum cauſa agebatur, cur potius arma, quam ipſa juſtitiæ media cum Chriſtianæ reipublicæ pace & tranquillitate ſanctitas veſtra amplexa eſt? ſi cum noſtris in Mediolanenſi ſtatu ducibus ac inſolenti tantum exercitu bellum erat, quid Senæ, quid Janua civitates noſtræ imperiales promeruere, ut tam acriter invaderentur? nam ſi en altera, quia, ut inquit, res noſtræ & regnum noſtrum Neapolitanum erat, nulla utique vis a ſanctitate veſtra, quæ ſtatum noſtrum turbare poſſet, nec ſuſcepta nec cogitata eſſet, non ſic eſſet in fœdere inter ſanctitatem veſtram & sereniſſimum Gallorum Regem ac Venetos percuſſo

De Genua illi erepta queritur. De tentato Neap. regno.

De fœdere inter Gall. Venetos & Pont. inito.

cuſſo, cujus articulorum exemplum penes nos eſt : quæ omnia tametſi animum certe noſtrum multis nominibus cruciarent, æquiori tamen animo tulimus, ſperantes omnino fore, ut ſanctitas veſtra breviter [ut fecit] a tam infauſto periculoſoque conſilio deſiſteret ; quod continuis precibus ab omnipotenti Deo aſſidue petebamus : nec ea quæ ab gentibus iſtic noſtris tentata, & a militibus noſtro nomine congeſtis patrata ſunt, unquam, ut ſic fierent & tentarentur commiſimus, nec cogitavimus quidem, licet diffiteri nolimus cum domno Hugone de Moncada ad ſanctitatem veſtram cum iis, quas ipſamet poſtulabat, conditionibus deſtinavimus, nos ipſi in mandatis dediſſe, ut, ſi ſanctitas veſtra oblata noſtra non acceptaret, armaque in nos & ſtatum ac dignitatem noſtram continuaret, omnibus mediis, quibus id fieri poſſet ſubditorum noſtrorum ac dignitatis noſtræ defenſionem, & incolumitatem diſponere, pro viribus curaret, eaque tentaret media, quibus hoſtium noſtrorum vires minui &, ſi fas eſt, extenuari poſſent, aut ſaltem diverti, ne tanta hoſtibus ipſis nocendi offendive facilitas relinqueretur ; ita ut noſter exercitus ab hoſtium ipſorum conatibus congruentius, ac ſecurius protegeretur : in quo generali mandato nullum certe continebatur delictum, necdum credimus Hugonem ipſum, nec etiam Columnenſes tantum facinus tentare voluiſſe, nec id certe cogitaſſe, verum id ſedulo curaſſet, ut ſanctitatis veſtræ animum a divexanda Senenſi civitate & a tam hoſtili invaſione revocaret. Quod vero factum eſt temerariæ militum audaciæ adſcribendum erit ; qui non tam facile contineri regive poſſunt ; ut potiſſime ſua virtute & viribus adverſus renitentes ſe ſuperiores effectos conſpiciunt, nec ulla infamiæ macula in iis nobis impingi poterit : ſi enim hac Carolo V. imperante libri ac literæ acta fuiſſe prædicabunt, addent, profecto, ipſo penitus ignorante, tam impiam audaciam detrectante, ſi hujuſmodi ſcriptis fidem aliquam haberi voluerunt ; quis enim noſtro juſſu nobiſve laudantibus hæc acta fuiſſe credet? ſi ex præcedentibus & ſubſequentibus factis, & pro Romanæ eccleſiæ dignitate operibus præſtitis animum noſtrum metiatur, quo ne nos ipſos laudare videamur, potius reticenda, factiſque comprobanda eſſe cenſemus.

Quænam Ugoni Moncadæ mandata dederit.

Negat ſuo juſſu captam Romam.

XL. *Supereſt, pater beatiſſime, ut tanquam veri Dei miniſtri ad curam Chriſtiani gregis divinitus inſtituti dimiſſis privatis affectibus, invicemque condonatis injuriis, ſi quæ prætendantur, cum conſilio Dei cauſam agamus, publicæ tranquillitati conſulamus, & Chriſtianam rempublicam a tam diuturnis miſeriis & calamitatibus ſublevemus : accidit enim ſæpe ut iræ amantium amoris redintegratio ſint ; ſæpius enim Chriſti tyronibus evenit, ut ex inopinato aliquo caſu fortius inſurgentes, eorum animi firmius in Dei obſequio ſtabiliantur, & ferventiori ſtudio ad majora promoveantur ; ſic enim credendum eſt. Nobis omnino pollicemur, ex tam inopinata calamitate & afflictione magnum commodum Chriſtianam rempublicam ſuſcepturam, & concordibus Chriſtianorum principum animis, Chriſti regnum per univerſas orbis nationes propagandum. Ad id enim in primis conſilium ſanctitatis veſtræ de univerſali pace tractanda, ſuaque ad nos & cæteros Chriſtiani nominis Reges profectione, non poſſumus magnopere non laudare : hoc enim eſſet vere epiſcopum verumque patrem agere, ac veri Chriſti vicarii partes aſſumere : iis conatibus aderit pacificus Chriſti ſpiritus : tunc erimus Deo grati, ac Chriſti nominis hoſtibus formidabiles. Sic itur ad aſtra : hac via ſanctitas veſtra veram atque certam in utroque ſæculo immortalitatem ſperare, hic laudem, illic vero gloriam perpetuam ſibi polliceri poterit ; in iis enim, quad ad nos attinet, grato animo aſſentiri parati ſumus, ut communibus auſpiciis hæc Chriſtianorum arma inter ſe diſſidentia unitis viribus in Chriſtianæ religionis hoſtes convertantur : & tametſi multo magis conveniens eſt, ut filius ad patrem, quam pater ad filium veniret ; ne tamen noſter in Italiam acceſſus cuipiam formidabilis judicetur, ſed potius cuncta bono & æquo inter Chriſtianos principes componantur, omniſque ſuſpectionis ac timoris ſcrupulus veſtræ ſanctitatis opera ac authoritate tollatur, nihil nobis jucundius gratiuſve accidere poſſet, quam ſanctitatem veſtram tanquam verum patrem ac Chriſti vicarium in his regnis noſtris excipere & venerari, cum eo Chriſtianæ reipublicæ pacem, quietem & optatam tranquillitatem tractare, illique mentem noſtram atque animum aperire, ejus ductu & conſilio res noſtras componere, atque ad Chriſtianæ reipublicæ defenſionem illiuſque hoſtium invaſionem diſponere, aliaque agere, quæ Dei gloriæ ſubditorumque noſtrorum ſaluti mutuæque noſtræ amicitiæ convenire videbuntur : quæ certe haud audita commode per literas aut nuntios tractantur, præſertim ubi tot amoris atque benevolentiæ vincula tantaque pietas & obſervantia ex parte noſtra intercedit. Si ergo ſanctitas veſtra in ſuæ profectionis tam ſancto conſilio (ut credimus) adhuc manet ad regna noſtra ſe, ut ait, conferre*

Rogat Clementem de universali pace reſtituenda.

Obſequium & honorem pollicetur Clementi, ſi in Hiſp. velit accedere.

vo-

voluerit, nos illi honorem ex animo pollicemur, iiſque regnis ac dominiis non modo ut pater, ſed ut proprius eorum princeps ac dominus excipietur, de ipſiſque non ſecus ac nos ipſi diſponere poteris, noſtrumque animum ad omnem Chriſtianæ reipublicæ ſalutem, pacem, & tranquillitatem quam paratiſſimum inveniet; nec per nos ſtabit, prout hactenus unquam ſtetit, quominus Chriſtiani populi ſaluti conſulatur, immo ex proprio jure noſtro pro publica tranquillitate aliis concedere non negabimus.

XLI. Ad Hungariam liberandam arma ſpondet. *De regno autem Hungariæ, cujus culpa amiſſum ſit, nequaquam diſcutiamus; ſed quod longe ſalubrius erit communi conſilio Dei cauſam ſuſcipiamus, tamque crudele jugum ab illo olim florentiſſimo regno communibus auſpiciis atque viribus excutiamus.*

Poſcit Regum vires conjungi. *In primis enim ſanctitatis veſtræ partes erunt inter Chriſtianos principes mittenda auxilia communi conſilio diſponere atque decernere, & ſi veſtræ ſanctitatis opera & authoritate mutuæ diſcordiæ (ut cupimus) componentur, & pro ſanctitatis veſtræ affectu ſedabuntur, nos pro noſtra erga Deum pietate, pro ſingulari quo Chriſtianam rempublicam complectimur ſtudio, non modo auxilia, de quibus cum cæteris Chriſtianis principibus agitatur, mittere intendimus, ſed omnes vires noſtras ac etiam (ſi Chriſtianæ reipublicæ convenire videatur) perſonam ipſam noſtram eo convertere decrevimus ita ut (quod ſæpius atteſtari volumus) omnes ſciant & intelligant, nihil unquam nobis nec antiquius nec charius extitiſſe, quam pro Dei gloria & Chriſtianæ reipublicæ ſalute imperium regna atque dominia omnia noſtra, & quidquid in iis Dei benignitas nobis contulerit, & perſonam, ſanguinem, & vitam ipſam noſtram cuivis periculo quam libentiſſime exponere.*

XLII. Vertat ſtudia ad pacanda tot bella. *Hortamur igitur ſanctitatem veſtram, ac per Dei miſericordiam obteſtamur, ut, cum ſpem rei bene gerendæ in celeritate verti videat, hanc Dei & reipublicæ cauſam, (ut cœpit & pollicetur) ſuſcipiat, ignominioſamque ac crudeliſſimam hanc ortam ſeditionem ſedare cures, & ſuis auxilio, favore, atque exemplo labentem Chriſtianam rempublicam juvet; nec committat ut Clemente VII. univerſalem Eccleſiam moderante per tot ignominias, tot cædes, tot injurias, atque contumelias, ut nunquam numeranda mala, electus Dei populus & a ſuis domeſticis, & ab ejus crudeliſſimis hoſtibus patiatur: cæteri enim Chriſtiani principes facile ſanctitatis veſtræ authoritatem ſequentur, noſque pro parte noſtra nihil omiſſimus, quod pro Chriſti gloria, pro Chriſtianæ reipublicæ ſalute a Chriſtiano principe Romano Cæſare, religionis & Apoſtolicæ ſedis ſtrenuo protectore atque defenſore ſperari poſſit, tumque firmiſſimum animum noſtrum apud omnipotentem Deum, cui nos omnia debere fatemur, & ſanctitatem veſtram, quam filiali ſemper obſervantia veneramur, ac univerſam rempublicam, quam vita ipſa noſtra chariorem habemus, atteſtatum voluimus. Reliqua magnificus fidelis ſincere nobis dilectus Cæſar Ferramoſcha conſiliarius ac equorum præfectus noſter, quem ad id deſtinamus, ſanctitati veſtræ referet, cui jam fidem ſummam habere dignabitur, & ſanctitati veſtræ veram a Deo optimo maximo felicitatem optamus. Dat. in civitate noſtra Granatæ die IX. menſis novembris anno Domini MDXXVII. regnorum noſtrorum Romani VIII. aliorum vero omnium XI.*

Septimus jam excurrebat menſis, ex quo Chriſti vicarius ſervitutem Hiſpanicam patiebatur: & quanquam Cæſar indicto ſibi ab Anglo pro liberando Pontifice bello territus, eum liberari juſſerat menſe auguſto (a), ut Joannis Cardinalis Salviati literæ oſtendunt; adminiſtrorum tamen perplexo conſilio res extrahebatur: quippe ob proſperos Lautrechii in Inſubria ſucceſſus efferati graviores indies pactiones exigebant a Clemente, quem conculcata ſacroſancta majeſtate indigne habebant: quibus de rebus apud Cardinalem Toletanum, cæſaream amicitiam pollicentem, his literis conqueſtus eſt Clemens (b), preceſque addidit, ut qua apud Carolum V. valebat gratia, ipſum ad pacem univerſo imperio Chriſtiano reſtituendam induceret. XLIII.

(a) Ext. l. 2. lit. princip. p. 78.

(b) Lib. brev. ann. 1527. p. 550.

Archiepiſcopo Toletano.

Magnum nobis ac venerabilibus fratribus noſtris in hac miſerabili & diuturna captivitate conſtitutis attulerunt levamen literæ fraternitatis tuæ, ſermoque dilecti filii Franciſci de Sylva viri pii ac prudentis, quem ad nos miſiſti, literis ipſis congruens: nam & conſolando, & prope æque dolendo, benignitatemque sereniſſimi Cæſaris nobis certam & indubiam pollicendo, omni ex parte amorem erga nos pietatemque erga hanc ſanctam ſedem tuæ fraternitatis repræſentarunt, quod eo etiam gratius nobis fuit, quo illa hoc genere officii & pietatis erga nos ſæpius uſa eſt: meminimus enim cum eam ſuperioris anni injuriam a Columnenſibus accepiſſemus, ex qua gradus ad hanc ruinam factus eſt, te id binis literis amantiſſime ad nos ſcriptis indoluiſſe, ac tunc quoque, ut nunc, de mente ſereniſſimi Cæſaris pia & recta, propenſaque erga nos, & ad ulciſcendum eam injuriam parata nobis

Toletanus archiep. promittit Pont. cæſareum ſtudium.

fuiſſe teſtatam ; quo factum eſt, ut nos ſemper cupidos pacis, tuæ quoque fraternitatis authoritas tunc a bello totos averterit, & ad ſubeundas inducias, ex quibus hæc poſtea ſunt nata, permoverit. Hæc nos igitur tam pia & frequentia erga nos tua officia, quo debemus amore ac benevolentia ſuſcipimus. Talis præterea viri, & in Eccleſia Dei prælati tam inſignis teſtimonium ita grave nobis eſt, ut tali authore præterita credere debuiſſe, futura ſperare poſſe videamur ; nihil enim generi, virtuti, & authoritati tuæ magis convenit, quam ut tot literis & pollicitis tuis, ſicut ſperamus, re ipſa reſpondeas.

Poſcit Pont. ut facta verbis reſpondeant.

Nos quidem hinc tua ſecuti conſilia, quod noſtrarum partium & virium fuit, quam in omnes cæſareorum voluntates explendas incubuerimus, quam nihil recuſaverimus, quam gravia & intoleranda ſubire parati fuerimus, is idem familiaris tuus tibi teſtis eſſe poterit, qui omnibus ipſe interfuit : ex quo cum indignitates & acerbitates conditionum, tum tolerantiam & patientiam noſtram plenius intelliges. Sumus tamen, venerabilis frater, in eodem adhuc ſtatu miſeriæ & infelicitatis, quo ante literas ſereniſſimi Cæſaris fuimus : quam miſere interea habiti, quam indigne vexati, ſermo te tui familiaris edocebit ; nec vero tam privatis noſtris, de quo teſtem habemus Dominum, quam publicis damnis affligimur : ex hac enim noſtra captivitate, quod tibi exploratum eſſe poteſt, non ſolum hujus urbis ac ſedis totiuſque ſtatus eccleſiaſtici vaſtitas & excidium, ſed divini cultus deſuetudo, religionis interitus, animarumque periclitatio in dies magis procedunt, quæ hinc etiam manare in alias miſeræ Chriſtianitatis partes & regna poterunt, niſi qui unus poteſt, & ut ſperamus, volet Cæſar his omnibus ſua bonitate ſuccurrat, quo magis te ut in re ac periculo totius Eccleſiæ communi una cum prælatis cæteris, illo Hiſpaniæ clero ſemper pio, ſemper religioſo, hujuſque ſedis obſervantiſſimo annixurum confidimus apud eundem Cæſarem, ut is cum ſua bonitate, tum veſtris opera ac precibus finem tot malis imponere, pacemque feſſæ & periclitanti Eccleſiæ reddere dignetur : quo quidem opere nullum a tua fraternitate & illis aut ad famam glorioſius, aut ad ſalutem efficacius excogitari poteſt. Nos interea in tot malis conſtituti ſolo conſcientiæ bono fruemur, nos, quamquam pœnam tam atrocem ſubierimus, culpa tamen vacare : novit enim ille, qui hæc aliquando diſcuſſurus eſt, qua mente, quo animo fuimus, utque nulla noſtra cupiditate aut commodo adducti, dum publicis mederi cupimus, privata ſimus ruina oppreſſi : ſed hæc eidem Deo regum Regi relinquimus. Tuam fraternitatem hortamur & requirimus in Domino, velis pro ſua pietate officio & pollicitis, ſicut hactenus fecis inſiſtere, ut cæſareæ benignitatis effectum re potius quam ſcribendo ſentiamus : in quo nihil veremur omne te ſtudium & amorem pro nobis eſſe poſiturum, cum in id tua jam ſponte & pietate incubueris, quemadmodum hæc plenius idem familiaris tuus, & nuntius etiam iſtic noſter tuæ fraternitati explicabunt. Dat. Romæ in arce xv. novembris MDXXVII. pontificatus noſtri anno iv.

Exponit calamitatem ſuam.

Et miſerum Chriſtiani imperii ſtatum.

Cæſarea facta non conſentire verbis.

XLIV. Interea certior factus eſt Clemens ab archiepiſcopo Calaritano, navim Hiſpanam ſpoliis urbis ſacris & profanis onuſtam ſæva adeo tempeſtate in Sardico mari concuſſam, ut milites, qui plures ſanctorum reliquias ſecum vehebant, periculum in religionem verterint, timoreque perterriti archiepiſcopo Calaritano eas reliquias tradiderint, a quo ſumma veneratione receptæ & in principe eccleſia honorificentiſſimo loco reconditæ fuerunt : cum vero rogaretur ab illo Pontifex ut ſacra illa pignora eccleſiæ Calaritanæ attribueret, reſpondit (*a*), ſe opportuniore tempore ea de re conſilium capturum.

Sacræ reliquiæ plures ex urbe avectæ.

(*a*) *Ib. p.* 351.

Venerabili fratri Hieronymo archiepiſcopo Calaritano, &c.

Ex literis fraternitatis tuæ pie & amanter ad nos ſcriptis intelleximus, quemadmodum divino conſilio ex ſanctorum reliquiæ, quas nonnulli cæſarei milites direpta urbe in Hiſpaniam navi deferebant, prædam ſimul prophanarum ſacrarumque rerum aſportantes, orta apud Sardiniam tempeſtate, ab iiſdem militibus periculo deterritis penes tuam metropolitanam eccleſiam depoſitæ & relictæ fuerint : quod nobis quidem una cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, qui nobiſcum ſunt, ſumma animi lætitia accepimus, quod venerabilia illa oſſa ſimul impiorum manus effugerint, ſimul ad religioſum præſulem, inſignemque eccleſiam delata fuerint, ubi cum debito honore recondita venerentur. In eo enim haud dubie multis modis divina virtus emicuit, dum ſanctos ſuos liberat, impios milites monet, pioſque antiſtites, præſides, ac populum ſanctorum hoſpitio & depoſitione honeſtat. Benedictus itaque Dominus in ſanctis & electis ſuis, laudetur idem in mirabilibus ſuis, gratiæ ei agantur pro muneribus ſuis, quibus nos ex hac re conſolari dignatus eſt : noſtram enim calamitatem ferimus patienter, ut debemus ; hanc autem indignitatem religionis divinique honoris labefactationem ſummo dolore

Divina ultio ſequi impios viſa.

Digitized by Google

lore animi conſpiciebamus, nonnunquam miratis quid iſti in nos, ſed triſtati quid in Deum & ſanctos ejus ſævirent. Tuam itaque fraternitatem ſumme commendamus, ut debemus, in Domino, & quod nos ſuis literis, commemorationeque ſcripturarum pie conſolata eſt, & quod eas reliquias debita veneratione ſuſcepit, & quod ſuper his nos officioſe conſuluit, additis precibus, ut eas ſuæ Eccleſiæ concedere dignaremur; quod niſi eſſemus hac temporum procella ita perturbati, ut nihil decernere in tanto motu poſſimus, non diſtuliſſemus hoc deſiderium fraternitatis tuæ populique tibi commiſſi, quin quod munus Dei voluntas ad iſta loca detuliſſet, nos noſtro aſſenſu ratum faceremus: ſumus tamen eo omnino animo ac voluntate, ut his rebus, ſi quando Deo placuerit, compoſitis, veſtræ in hoc devotioni, quo plus poterimus annuamus. Interim vero requirimus & exhortamur fraternitatem tuam in Domino, ut qua cœpit cura ac pietate ipſas reliquias honorifice haberi, ac debite venerari faciat, ut illæ ſimul veſtræ pietatis, alienæ impietatis, Deique mirabilium teſtes ac monumentum perenne ſint, ſimul per merita ſanctorum, quorum ſunt, patrocinentur fraternitati tuæ & univerſis iſtius regni populis, quos Deus omnipotens benedicat & protegat. Dat. Romæ in arce xx. *novembris MDXXVII. pontific. noſtri anno* iv. Sane periiſſe naufragio Hiſpanos cum maxima ſpoliorum urbis parte refert Petrus Juſtinianus (*a*).

Conſignatæ ab iis archiepiſcopo Calaritano reliquiæ.

(*a*) *Petr. Juſt. l.* 12.

XLV.

Hiſpanorum pars naufragio merſa.

Biduo poſt Carolus V. fallaci rumore ex Galliis allato de Pontifice in libertatem vindicato, id ei gratulatus eſt per literas ſua manu exaratas (*b*): nullam quidem ab adminiſtris de ea re certum nuntium accepiſſe; facile tamen opinari, eos mandata de ipſo ex cuſtodia educendo confeciſſe: profeſſus eſt illius libertatis fama recreari, ut captivitatis nuntio antea indoluerat: tum adjecit ſe veri & optimi filii officia non prætermiſſurum, ſi Clemens patris & paſtoris optimi munus obiret, conſtitutumque ſibi eſſe vires ſuas pro amplificanda ſedis Apoſtolicæ dignitate exercere, inque rebus omnibus honeſtis illius votis conſenſurum: tum preces addidit ne ſe æmulorum cæſareæ dignitatis ſuſurris & invidia circumveniri pateretur, demiſſaque pedibus & manibus pontificiis libans oſcula longam & felicem vitam ei comprecatus eſt; ſeque humilem pontificiæ beatitudinis filium inſcripſit Burgis xxii. novembris. MDXXVII. Interea calamitatibus obrutus in carcere re vera detinebatur Pontifex, ac ni Gallici exercitus victoris imminentis terror Hiſpanos perculiſſet, ſerius longe ac nonniſi acerbioribus conditionibus libertatem obtinuiſſet (*c*), ut ipſummet ad Gallum & Anglum Reges ſcripſiſſe, ſuo loco videbitur.

(*b*) *Ext. lib.* 2. *lit. princip. pag.* 80.

Officioſæ Caroli V. literæ.

(*c*) *Lib. brev. an.* 1527. *pag.* 368.

XLVI.

Labente menſe decembri, cum Franciſcus de Angelis Minorum ordinis ſupremus miniſter ad Carolum V. internuntius apoſtolicus pro rebus Chriſtiani imperii pacandis a Clemente ſexta ejus menſis die fuiſſet decretus (*d*); jamque maximo cum incommodo ad ſatiandam proditorum religionis Chriſtianæ avaritiam undique petitæ a Pontifice opes collectæ effuſæque fuiſſent, dies nona decembris condicta eſt (*e*), qua e funeſto carcere Chriſti vicarius in libertatem reſtitueretur; cum ipſe ſubveritus ne Hugonis Moncatæ artibus adhuc detineretur (nam cæſareus cubicularius, cui Migliaut nomen inditum erat, ejus liberationi obluctatus, tædio rerum Neapolim conceſſerat ubi impietatis præmia proximo anno retulit una cum Hugone Moncata non aliter, quam Lanoius prorex, qui hoc ipſo anno e vivis ereptus erat) mercatoris cultu ſubornatus militarem cuſtodiam eluſit: de quo hæc narrat Paulus Jovius (*f*): *In componenda tranſactione liberandi Pontificis ſtrenue ſatagentibus Pompeio Columna, Hieronymo Morono (hos enim certis liberalibuſque promiſſis reconciliatos, & piis emollitos precibus ita in partes traduxerat, ut Cæſaris decreto quod Angelicus cucullatus adduxerat, mirifice faverent) res appoſite confecta eſt, eoque facilius, quod Ugo Moncata, & Verrejus, incerti & ſæpe tranſverſi conſilii homines, Neapolim conceſſiſſent, & Aurantius apud Galeriam vicum hyemaret, utpote qui ſuopte ingenio captuque mutabili, & ſemper ſuſpicioſe perplexo, novas difficultates negotio allaturus eſſe crederetur. Itaque poſt ſeptimum carceris menſem Pontifex cæſarianorum, Alarconiſque præſertim judicio dimittendus decreto, vix dum perſcripto, cum ſe exiturum poſtriduo dixiſſet, intempeſta nocte evaſit, nihil prohibentibus portæ cuſtodibus, cum petaſatus & penulatus, ſubductaque & velata barba ſe diſpenſatoris miniſtrum ignobili eo habitu mentiretur; diſpenſator enim ſe præparandis alimentis exituro Pontifici ad ſingulas Caſſiæ viæ manſiones præcurſurum dixerat: evaſit autem urbe occulta porta, quæ eſt in vaticani viridarii extremo ad turrim rotundam angulo, cujus clavem ab olitore paulo antea Pontifex impetrarat. Atque eo modo eluſis cuſtodibus Hiſpanico militari equo vectus, quem ei dederat Aloyſius Gonzaga cognamine*

(*d*) *Ibid. pag.* 423.

Cæſareorum ducum inſignis improbitas.

(*e*) *Guicc. l.* 18. *Belc. l.* 19. *n.* 44.

(*f*) *Jov. l.* 25.

Pontifex ignobili cultu ex ſervitute evadit.

mine Rodomontes, cuius fratrem adoleſcentem nomine Pyrrum Pontifex in his ærumnis propenſiſſime legerat in ſenatum, ad iter ſeſe extendit, ſubterque Cæſianum vicum & baccaviam ſilvam Capranicæ paulum moratus, ad Orbitum oppidum naturali circum ambientis vallis ſaxea orbita permunitum contendit admirante moram & ſemidecepto Alarcone, qui ut Pontificem ad quotidiana ſacra e cubiculo prodeuntem ſalutaret, in multam diem expectarat, non ſemel increpita apud cubicularios ſurgendi tarditate, cum Pontifex vel obdormiſcens excitandus ad iter videretur, quod ægre uti longum & lutulentum his brumalibus præſertim diebus obeundum foret.

XLVII. Noctu Urbem veterem ingreditur Clemens. (a) Guicc. l. 18.

Nullis comitantibus Cardinalibus noctu Urbem veterem ingreſſum addit Guicciardinus (a) neque a pluribus ſæculis auditum, ut Romanus Pontifex ex tanta potentia in tam infelicem ſtatum decideret; nec minus admiratione dignum fuiſſe, ex adeo miſeranda ſervitute brevi in priſtinam potentiam majeſtatemque aſſurrexiſſe; ex quo patet quanta veneratione Chriſtianus populus Romanum Pontificem proſequatur. Ita Urbevetere receptus Pontifex ad Lautrechium decreti a Regibus Gallo & Anglo belli pro ipſo liberando ducem has literas dedit (b):

(b) Lib. brev. an. 1527. pag. 366.

Domino de Lautrech.

Dilecte fili. Valde nos in captivitate conſtitutos recrearunt aliquot literæ nobilitatis tuæ; ex illis enim ſingularem tui Regis, noſtri in Chriſto filii chariſſimi, in liberandis nobis ſedeque Apoſtolica aſſerenda, voluntatem pietatemque cognovimus: quibus etiam tuam ipſe operam ac alacritatem adiiciens, omniaque nobis amantiſſime pollicens, omni ex parte noſtrum tunc mœrorem allevaſti. Verum cum tunc tibi reſcribere ſine evidenti periculo non poſſemus loco & cuſtodiis prohibiti, quamprimum ex illa calamitate emerſimus, ad chariſſimos in Chriſto filios noſtros Francorum & Angliæ Reges illuſtres, atque ad te mittendum gratiaſque vobis agendas duximus, quod pro nobis liberandis tantum illi virium, ſtudii & amoris una cum cæteris contulerint, tuque ea ipſa ſingulari tua virtute, & in nos benivolentia conſociaveris. Itaque tibi de his tuis tot officiis ac potius beneficiis gratias agimus, utinamque referre aliquando poſſimus: tu enim non ſolum ipſe incubuiſti, quoad tibi licitum fuit, in liberationem noſtram, quod erat tuæ virtutis; ſed etiam ſuaſiſti, ut quoquo pacto nos liberaremus, quod fuit tui in nos amoris; ſed de his omnibus ac neceſſitate intolerabili, qua compulſi ad nos liberandos fuimus, ideo nunc minus dicemus, quod nuper regium per hominem ad te jam profectum, & nunc ad tuum & Angliæ Reges literis noſtris ea omnia copioſe explicavimus, ac propediem per alium noſtrum, quem ad te & eoſdem Reges mittemus, diffuſius explicabimus. Cum enim omnis alia ratio liberationis noſtræ vel ſera vel perdifficilis appareret, omniaque jam noſtra & S. R. E. ad ruinam collaberentur, cumque quantum tua nobilitas progrederetur longius, tanto illi magis ſuas conditiones exacerbarent, poſt octavum denique menſem neceſſitati parere, & quaſcumque nobis dederunt conditiones accipere coacti fuimus, illo præcipue animo & cogitatione, ſicut teſtis nobis eſt Dominus, ut aptiores magiſque idonei vobis & omnibus in communis tractatione boni eſſe poſſimus. Nec vero, fili, minus nunc tibi debebimus, quam ſi tibi penitus progredi, & nos liberare contigiſſet; id quod ſcimus te omni ſtudio contendiſſe, ut efficere poſſes: ſed prorſus maximam noſtræ liberationis partem tuæ felicitati ac virtuti referimus acceptam: tua enim arma in initio proſpere celeriterque commota quantum iſtic momenti ad tuas laudes, tantum traducendis illorum animis ad nos liberandum præbuerunt. Quare eo ſimus neceſſe eſt erga te & tuum Regem animo & voluntate, ut non ſolum pro ſuſcepto ad nos liberandum hoc poſtremo bello, ſed etiam pro ipſa liberatione, quaſi inde profecta perpetuo debeamus: id quod omni tempore, omnique in re, quantum nobis licuerit, re ipſa conabimur oſtendere. Interea, fili, ut nos tuæ virtuti valde affectos, tibique valde debere, ex his exiſtimes, te plurimum in Domino adhortamur. Dat. in civitate noſtra Urbevetana die XIV. decembris MDXXVII. pontificatus noſtri anno V.

Lautrechium certiorem efficit de libertate recuperata.

Quæ recedebat propius Hiſpani acerbiores ſe præbuere.

Multum profuiſſe ut liberaretur commendat.

XLVIII. (c) Guicc. lib. 18. Teſtatur Clemens ob excidium clientum paciſci coactum

Meminit hujus diplomatis Franciſcus Guicciardinus (c), illiuſque ſententiarum præcipua capita affert. Quo etiam die conſignatæ ſunt aliæ Clementis ad Ludovicam Regis Gallorum matrem datæ literæ, quibus ei ſignificavit, ſe neceſſitate adactum ob religionis & ditionis eccleſiaſticæ imminens excidium cum hoſte paciſci, ſeque inter Carolum V. & Franciſcum interpretis concordiæ munus ſuſcepturum.

Ludovicæ de Sabaudia duciſſæ Engoliſmenſi matri Regis Chriſtianiſſimi.

Tuam nobilitatem omni ſtudio requirimus & rogamus in Domino Deo, ut ipſa boni conſulere, & idem ſuo ſereniſſimo nato noſtro in Chriſto filio chariſſimo perſuadere velit, ſi octavum poſt menſem captivitate tolerata cum tantum tui nati ſtu-

ſtudium & apparatus ad nos vi liberandos proficere non poſſent, tandem habuimus rationem miſerorum populorum noſtrorum religioniſque & divini cultus, ne penitus collaberentur: ſumus tamen eo animo, ut debemus, ut hanc ipſam liberationem veſtræ authoritati apud ſereniſſimum Cæſarem pro nobis interpoſitæ veſtriſque armis tanto ſtudio commotis magna ex parte referamus acceptam, &c. Datum Orveti XIV. *decembris MDXXVII. anno* V.

XLIX. Gallo & Anglo Regibus gratias agat.

. Egit Clemens aliis literis Franciſco Galliæ & Henrico & Angliæ Regibus, quos fœdus pro liberando vi armorum Pontifice pepigiſſe vidimus, eadem pene verborum formula conceptis maximas gratias, quod injuriis ſedi Apoſtolicæ illatis commoti ingentem pro ipſo ex hoſtium ſervitute eripiendo miſiſſent exercitum, cujus terrore minus graves conditiones hoſtis exegiſſet; pactionemque cum Cæſareis indictam excuſavit: ſe enim neceſſitate fuiſſe adactum ad levandas populorum Romanæ eccleſiæ clientum calamitates (*a*).

(*a*) *Clem. VII. lib. brev. ann.* 1527. *p.* 368. Pont. ad Anglum lit.

Regi Angliæ.

Conſecuti tandem ſumus, Deo nobis miſerente, liberationem noſtram, ac nunc fere primum in loco nobis tuto ac libero conſiſtimus, quod ut ſtatim nobis licuit, tuæ ſerenitati, quamquam illi forſitan jam notum, noſtris literis ſignificandum duximus; quippe quæ ſicut noſtris caſibus tanto affectu & pietate indoluit, tantumque ipſa armorum una cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Francorum Rege Chriſtianiſſimo, ac ceteris pro nobis liberandis commovit, ita hac ipſa liberatione ſumme gaviſuram confidimus. Nos quidem ipſi hujus lætitiæ fructum ſentire non poſſumus, quod tanta noſtri indignitate, tantoque ſedis Apoſtolicæ detrimento, quanta tua ſerenitas intelliget, id fuimus adepti: ſed tamen, fili chariſſime, id quod potes profecto exiſtimare, quodque res ipſa teſtatur, nulla nos noſtra voluntas in id traxit, ſed vis ac neceſſitas compulit: cum enim tot jam menſes, tantam acerbitatem una cum venerabilibus fratribus noſtris perpeſſi, nullum malis noſtris finem, aut alterius liberationis ſpem propinquam, parteque alid noſtrarum rerum omnium, præcipueque divini honoris & religionis excidium & ruinam cerneremus, nec ſingulare tuum ſtudium ac voluntas ad nos vi liberandos proficere poſſe viderentur, quin in dies magis res noſtræ deteriores, & conditiones acerbiores fierent, deſcendimus neceſſario ad eas conditiones, quas a nobis illa, cui jam obſiſti nullo pacto poterat, neceſſitas extorſit. Nos quidem ad hoc non rerum privatarum, non perſonæ noſtra reſpectu aut periculo deveniſſe illud inter cætera argumento eſt, quod res omnes noſtras privatas amiſimus, quodque indigniſſimam captivitatem octo jam menſibus toleravimus, nec diuturnius incommodum aut periculum noſtrum ſubire recuſaviſſemus, ſi nullius alterius, quam perſonæ noſtræ jactura facienda fuiſſet: ſed cum præter infeliciſſimam urbem omnis S. R. E. ſtatus, quem a prædeceſſoribus noſtris integrum acceperamus, quotidie diſcerperetur diriperetúrque, cum corporum animarumque aſſiduis detrimentis, ſimulque Dei honor & cultus ubique imminueretur; tum nos, qui privatis malis obdurueramus, publica negligere diutius non potuimus, ac tum denique nos non ſolum noſtrorum officialium, ſed omnium, qui nobiſcum erant S. R. E. Cardinalium voluntas & aſſenſus, ad ſubveniendum tot populis infelicibus, permovit: qui quidem fratres noſtri a nobis diſtracti pro nobis obſides fieri, & novam ipſi captivitatem ſubire non recuſarunt, ut ſaltem nos liberati publicis mederi poſſemus: nec vero tuæ ſerenitati, qui nihil aliud ſe cupere oſtendebat, noſtram liberationem quacumque via adeptam diſplicere poſſe arbitrabamur; cum præſertim illa non aliam ob cauſam pia arma ſuſcepiſſet, quibus nos quidem ac tuæ authoritati, quam pro nobis apud ſereniſſimum Cæſarem interpoſuiſti, hanc ipſam liberationem maxima ex parte referre poſſumus acceptam: illorum enim metus non ſolum ut citius liberaremur; ſed ut quæ graviſſimæ fuerunt ne multo eſſent graviores conditiones effeciſſe videtur. Quibus de rebus omnibus ut plenius ac particularibus tuam ſerenitatem edoceremus, remitteremus ad eam propediem dilectum filium protonotarium de Gambara nuntium noſtrum non ſolum ut inſtructum a nobis, ſed ut teſtem omnium ærumnarum noſtrarum & hujus ipſius, quam diximus, neceſſitatis.

Quantum profuerit ſubmiſſus ab eo & Gallo exercitus.

Nunc te, fili chariſſime, per illam, qua ſemper inter nos conjuncti fuimus benivolentiam & hortamur & rogamus, ut hoc totum æqui bonique conſulere, & eo, quo a nobis profecta ſunt, animo ſuſcipere velis; cum etiam noſtræ uſus benivolentiæ tibi ac cæteris paratior nunc futurus ſit, quam ſi captivi eſſemus, ad ſananda tot miſeræ Chriſtianitatis vulnera, pacemque univerſalem, eccleſiaſticamque rem & dignitatem, una tecum procurandam; in quod nos quidem tuo quoque, ut ſperamus, auxilio ita incumbemus, ut nullam in rem unquam magis; ac ſi id cernere aliquando merebimur, tum nos noſtrorum malorum non pœnitebit; ſed hæc o- L.

mnia

maia latius idem aoſter nuntius mox explicabit, cui & dilecto etiam filio noſtro Joanni Cardinali de Salviatis legatu noſtro fidem tua ſereaitas habebit : Nos tibi, fili chariſſime, pro tantu tuo ſtudio ac benivolentia, quam nobis & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, pro tua ac tuorum majorum conſuetudine in hac re cum literis ad nos, tum nuntiis ad ſereniſſimum Cæſarem, ipſa denique ſuſceptione armorum exhibuiſti, gratias agimus quam maximas poſſumus, animoque habemus multu majores ; nec unquam tantum tuum amorem, & pro nobis voluntatem ex animo aut memoria abiiciemus, Deum interim optimum deprecantes, ut quoniam tua beneficia illius honori & Eccleſiæ ſuæ tutelæ exhibita noſtram ſacultatem referendæ gratiæ exuperant, ipſe pro nobis ſe remuneratorem in tuis præcipue natis tibi reſtituendis, tuaque ſerenitate conſolanda præbere dignetur. Datum in civitate noſtra Urbevetana XIV. *decembris MDXXVII. pontificatus aoſtri anno* V. Conceptæ iiſdem verbis aliæ literæ traoſmiſſæ ſuot ad Franciſcum Regem, in quibus addidit Clemens ſe pro liberandis ejus filiis obſidibus curas adhibuturum.

LI. (a) *Ib. p.* 367.

Extant aliæ literæ ſcriptæ eodem argumento (*a*) ad Thomam Wolſæum Cardinalem Eboracenſem, quem pro liberando Pontifice legationem obiiſſe in Galliam, ac fœdere Gallum Anglumque junxiſſe in Cæſarem, autboremque fuiſſe ut Cardinales Avenione pro ferenda Romanæ eccleſiæ in tanta calamitate ope congregarentur, diximus ſupra : *In hanc*, ait Clemens, *te*, *fili*, *curam tua perſona & dignitate atque iſta tanta authoritate & gratia dignam advocamus, ut conſilia eorumdem Regum, quæ pia & recta per ſe futura confidimus, in commune hoc bonum univerſalis pacis, redintegraadæque omaium præcipue Apoſtolicæ ſedis, cujus tuendæ onut aobis ac tibi commuae eſt, rei & dignitatis traducere velis ; quo quidem opere nullum aut maius aut glorroſius, aut Deo gratius excogitari poteſt, &c. Datum in civitate noſtra Urbevetana* XIV. *decembris MDXXVII. anno* V.

LII. Ditio eccleſiaſtica miſere laniata.

Miſera quidem tum erat eccleſiaſtici imperii facies : cadente enim Roma, oppreſſoque Pontifice Mutioam invaſerat dux Ferrarienſis, Veneti Ravennam honeſta tuendæ illius ſpecie detinebant, Peruſium Urbinas ad Balionium traduxerat, Bononiam affectabant Peppuli, Camerinum Sarra Columna occupaverat, Oſtiam, Civitatem veterem, Viterbium, & alias arces inſidebant Hiſpani, Narniam Interamnemque oppugnaverant & exciderant Germani, qui decimaſeptima julii egreſſi urbe iterum ſeptembri exeunte redeuntes, majorem quam antea terrorem miſeris Romanis intulerunt : quorum calamitates deſcribit Joannes Barroſius, qui ab Hiſpanis captus fuit, in literis ad Petrum Juſtinianum amicitia conjunctiſſimum ſcriptis (*b*), in quibus hæc refert : *Fugiendi occaſionem nactus, Romam magnis itineribus coatendi, quam ubi ego adeo everſam, adeo deformatam inſpexiſſem, non ſolum dolui atque ingemui, ſed etiam ia uberrimas lachrymas ſum reſolutus, cogitans præclaram illam urbem atque olim rerum omnium dominam, aunc ad tantam tamque inſignem miſeriam redactam, tot generoſos illuſtreſque viros tormeatorum aſſiduitate periiſſe, tot nobiles atque ingenuas matronas ſtupratas, tot honeſtiſſimas virgines violatas, tut miſeros ſenes jugulatos, tot liberos a complexu parentum raptos, ſacratiſſima tenapla proſanata, nullum denique locum in tam ampla civitate extitiſſe, qui noa cæde atque ruinis, vaſtitate atque inceadio laborarit : atque ut vere ſcias quam magna atronque fuerit Romanæ urbis everſio, vidi egu, vidi atque diligenter obſervavi ipſos etiam hoſtes ſæpius lugentes Romanas calamitates, neque multo poſt, tanta inopia rei frumentariæ laboratum eſt, ut non ſulum plebeii, ſed etiam nobiliores potentiureſque homines herbas & viliſſimas quidem herbas eſitarint. Illud etiam videtur ſcitu non indignum, atque ad declarandam fortunæ varietatem ſatis accommodatum, viſos fuiſſe ſæpius quoſdam opulentiſſimos epiſcopos, multoſque alios præclariſſimos viros panem ipſum oſtiatim mendicaſſe. Hanc autem tantam atque tam eximiam rei frumentariæ charitatem tam atroa peſtilentiæ vis ſubſecuta eſt, ut quotidie ducenti atque amplius homines interirent : iſta tam ingens contagio ita ia dies magis magiſque invaleſcebat, ut vidiſſes loquentes homines in terram labi, vias ipſas mortuorum cadaveribus refertas, atque iſte tam contagioſo morbo arreptos via, quatuor horas ſupervivere, &c.*

(*b*) *Ext. apud Petr. Juſt. l.* 1.

Romanorum miſeranda calamitas.

Famem conſequuta peſtis.

LIII. Solicitatus Pont ut tyrannidem Hiſpanam ulciſcatur.;

Excitare Pontificem jam libertati reſtitutum ad vindicandas ſedis Apoſtolicæ offenſas niſi ſunt Gallus & Anglus, miſſoſque ea de cauſa a Lautrehio oratores ad Clementem refert Guicciardinus (*c*): Pontificem vero ſuperioribus perculſum malis reſpondiſſe, ſe viribus opibuſque exhauſtum inutilem bello futurum, rerumque exitus præſtolari conſtituiſſe. Extant in pontificio regeſto literæ ad eundem Lautrechium exeunte anno miſſæ (*d*) ; quibus ſignificat, Caſalium & Trivul-

(*c*) *Guicc. l.* 18.

Reſponſum Clementis.

(*d*) *Lib. brev. an.* 1527. *p.* 370.

vultium ejus oratores ſe audiiſſe, atque ex Galliæ & Angliæ Regum erga ſedem Apoſtolicam benevolentia, ipſiuſque Lautrechii ſucceſſibus proſperis, adeo ut ſecum felicitatem rapere videretur, voluptatem cepiſſe, atque in ſpem adduci, eo authore pacem Chriſtiano imperio, priſtinamque cuique ordini dignitatem reſtitutum iri, quæ literæ ita conſignatæ ſunt : *Dat. Orveti* XXII. *decembris MDXXVII. anno* V.

LIV. Impietas Lutherana aucta.

Hactenus luxit hiſtoria Chriſti vicarium una cum tredecim Cardinalibus in cuſtodia incluſum, ac ditionis eccleſiaſticæ excidium. Recenſeamus nunc ut eodem tempore in Germania hæreſiarchæ ſumma furendi libertate potirentur, novaque in dies pullularent hæreſum fœdiſſimarum monſtra, utque profanatis ſacramentis, baptiſmo ipſo, cui Lutherus quodammodo pepercerat, conculcato, ſpretis ſanctis, Chriſtum aggreſſi eum negarent Deum, ſed prophetam tantum dicerent cum Mahometanis : immo iis nequiores referente Luthero, Chriſtum Baptiſmumque ejus nihil eſſe dicerent : eo denique progreſſa eſt ſeditio, ut cum Cæſar tanta diſſimularet ſcelera, neque ad opprimendos hæreſiarchas, ſed ad Romanam Eccleſiam opprimendam vires convertiſſet, ipſi inter ſe mutuo digladiarentur : *Lutherus ipſe*, inquit Coclæus, *in Zuinglium & Œcolampadium alios novos Wiclephiſtas, bene prolinum edidit librum theutonicum, cui hunc inſcripſit titulum : Quod hæc verba Chriſti :* Hoc eſt corpus meum, &c. *adhuc firmiter ſtant contra ſuermericos ſpiritus. Multa igitur de ſuermeris eo in libro queritur : depingit deinde hic hæreſiarcha hæreticos ſuis coloribus. Artis ſuæ non obliviſcitur*, ſcilicet diabolus, *& inter nos quoque aliquid ſeminis ſui occulte immiſcuit : at circa hoc non ſubſiſtet, ſed incipit a minimis nempe a ſacramentis; quamvis ea in re ſcripturam in decem ferme foramina atque effugia tam laceraverit, ut ego turpiorem hæreſim legerim nunquam quæ in initio tot inter ſe capita tot ſectas habuerit, etiamſi in principali cauſa, utpote in perſequendo Chriſtum unanimes exiſtant. At ulterius procedet plureſque aggredietur articulos, quemadmodum jam oculis ſcintillat, baptiſmum, originale peccatum atque Chriſtum nihil eſſe. Hic rurſus erit in ſcriptura tumultus ac tanta diſcordia tot ſectæ, ut eum Paulo bene poſſimus dicere :* myſterium iniquitatis jam operatur *quod multæ poſt eum ſectæ eſſent futuræ.* Et poſt pauca : *Video hac in cauſa nihil aliud quam iram Dei qui diabolo fræna relaxat ad excitandos huiuſmodi adeo craſſos, rudeſque errores ac tenebras palpabiles, ut puniat turpem noſtram ingratitudinem, qui ſanctum evangelium tam vile atque contemptum habuimus*, ut iniquitati, *ſicut Paulus ait*, credamus, eo quod charitatem veritatis non recepimus.

Baptiſmum negat.

Negat Chriſtum.

Lutherus pugnat in ſacramentarios.

Agnoſcit in ſectarum copia dæmonem operari myſterium iniquitatis.

LV. Deſcripta ab eo Germanorum væſania.

Neque deeſt ſuermeriſati huic quidquam, niſi quod nova eſt : nos enim Germani tales ſocii ſumus, quidquid novum eſt arripimus, eique adhæremus velut fatui : ſi quis prohibet, is nos ad hoc furentiores reddit : ſin nemo prohibeas, nos ipſi ſtatim exſatiamur, & faſtidimus, inhiantes ſubinde ad aliud novum quid : diabolus vero id prærogativæ habet, ut nulla doctrina nullumque ſomnium tam ineptum exoriri poteſt, quin ad illud reperiat diſcipulos, & quanto inepſius, tanto citius. At ſolum verbum Dei manet in æternum : errores circa ipſum ſemper oriuntur & occidunt. Hæc Lutherus, quæ ipſi & ſectatoribus æque ac Zuinglianis conveniunt : Romana enim, non Lutherana, fuit eccleſia circa quam orti ſunt ſemper novi errores, & occiderunt : nec Lutherus meliori jure, quam alii impoſtores, verbum Domini ſibi arrogavit, quo errorum ſuorum turpitudinem ſubornaret, multis interjectis, dum ineptias ſuas, quod nempe corpus Chriſti ubique ſit, tuetur, grave adverſariorum argumentum ineptiſſime refellit, ſuamque & aliorum novatorum inſaniam detegit : *Super hunc*, inquit, *ſermonem alios forſitan ſuermeros acquiram, qui me capiant & dicant : Si Chriſti corpus in omni loco eſt, ergo illud devorabo & potabo in omnibus tabernis in omnibus ſcutellis, vitris & cantharis, & ſic nulla erit differentia, inter meam & Domini menſam. Hui quam egregie eum devorabimus : tam turpes enim porci ſumus nos infelices ac perditi Germani majori ex parte, ut neque diſciplinam, neque rationem habeamus : & quando de Deo quidquam audimus reputamus perinde ac ſi eſſent hiſtrionum fabulæ. Talia nunc & dicta & facta contra ſacramentum iſtud reperiuntur in plebe, quæ per ſuermerorum doctrinam ſeducta eſt, ut potius mori quis debeat, quam vel unum ad eos ſcribere ſermonem ; nam mox proruunt, quando audiunt nihil eſſe, & volunt iis illud cacare, ac nates in eo tergere.*

Seipſum convincit Lutherus dum alios oppugnat. Ubiquetariorum principia inepta.

LVI. Hæreſiarchæ jactantis ſe organum Spiritus ſancti ſpurcitia.

Videant novatores qualem & quantum evangeliſtam, qui tam inhoneſte loquitur, & ſua verba, verba Domini appellat, ſecuti ſint. Pergit dicere Lutherus, ſeque una cum aliis hæreticis, quos non puniendos jam ante contenderat, dignum ſupplicio arguit : *Sæcularis poteſtas deberet ejuſmodi blaſphematores punire : im-*

Hæretiços muniendos jam decernit Lutherus.

pudentia eſt & audax temeritas, cum prorſus nihil de eo ſciant, & tamen hunc in modum blaſphemant, & novit Deus me hujuſmodi alias res invite ſcribere, quando oportet talibus projici canibus & porcis. At quid faciam? Suermeri de hoc rationem reddent, qui ad hæc me cogunt. Audiſne jam porce, aut ſuermere, aut quiſquis es irrationabilis aſine, etiamſi Chriſti corpus ubique ſit, illud tamen propterea non ſtatim devorabis, nec potabis, nec palpabis, neque ego tecum de iiſce rebus loquor: vade in tuum ſtabulum porce, aut in tuum ſterquilinium, &c.

LVII. Animadvertendum in his primum eſt, Lutherum cum docente ira dæmone ſacerdotium, atque adeo panem in corpus Chriſti commutandi poteſtatem ſuſtuliſſet, nec tamen negare poſſet Chriſti corpus in Euchariſtia exiſtere, fœdiſſimum errorem commentum, Chriſti corpus ubique eſſe: quem cum id omnibus ſectatoribus non placeret, iique objicerent ſublatum hoc pacto Euchariſtiæ ſacramentum; cum menſa Domini a tabernarii menſa non differret, parique ratione in utraque corpus Chriſti exiſteret, vi argumenti victum ad convitia ſuperiora furentis more confugiſſe. Is vero error, cum jam late ſerperet, in concilio Senonenſi, de quo inferius agetur, damnatus eſt: cumque, ut dicebamus ab omnibus Lutheranis non ſuſciperetur, illius delirii ſectatores Urbiquetariorum nomen traxere. Advertendum ſecundo in ſuperioribus Lutheri convitiis in alios ſectarios fuſis quantum impoſtor ipſe ſecum pugnaverit: *Tale*, inquit Coclæus (a), *erat tum Lutheri de Germanis judicium quando plurimos a ſua ſecta ad novos ſuermeros tranſire videbat, quibus tamen paucos ante annos, dum ſibi adhærerent, ultro tradebat facultatem judicandi de omni doctrina, ac de omnibus etiam Papæ & generalium conciliorum decretis.*

Conſpicua illius contradictio. Idem reipſa docuit quod ſacramentarii.

(a) Cocl. hoc ann.

LVIII. Zuinglius & Œcolamp. in Lutherum inſurgunt.

Addit author, mox Zuinglium & Œcolampadium contra Lutherum Germanicos libros edidiſſe, ſemperque illi dum vixere, adverſatos, nec paucos ſectatores præſertim Argentinæ, Baſileæ, Conſtantiæ, Ulmæ, Auguſtæ, Turegi, ac Bernæ, ſibi conciliaſſe. Ut vero catholici hoſce hæreſiarchas inter ſe certantes confutarint ſubdit idem Coclæus: *Quos tamen omnes evidentiſſime confutavit & convincit venerandus pater Joannes Fyſcherus Epiſcopus Roffenſis in Anglia libris quinque, & Jodocus Clichtoveus theologus eximius in Gallia libris duobus, quibus nemo eorum hactenus reſpondit: tranſtulit quidem Fyſcheri quinque prologos in theutonicum Joannes Cochlæus: Verum tanta eſt dementatæ plebis perverſitas & pertinax adhæſio, ut nihil in contrarium vel audire vel legere dignentur, ne de opinione ſemel concepta vacillare aut dubitare quidquam videantur.*

Qui ſcripſerint adverſus hos hæreſiarchas.

LIX. Inter alios, qui adverſus Lutherum hoc anno ſcripſere, Eraſmus, [1] qui licet catholicus videri vellet, privatarum tamen hæreſum, quas recenſet Albertus Pius (b), & in concilio Senonenſi damnatas viſuri ſumus, lue pollutus erat, tertium librum inſignem & prolixum pro aſſerenda humana libertate edidit, in quo uti ab amicis catholicis erat rogatus, omnia de ſervo arbitrio Lutheri argumenta diſſolvit, atque inter cætera hanc in ejus libros & pſeudoevangelium ſententiam memoria dignam protulit (c): *Videor hoc mihi in Lutheri ſcriptis animadvertiſſe: non ſemper eſt intentus his, quæ ſcribit, nec id fieri poteſt ut hominis animus perpetuo ſit intentus alicui negotio; ſemper tamen illi currit calamus: itaque, quo creſcat volumen, plurima incidunt, quæ nihil aliud quam chartas explent: nunc reperis plus decies dicta, commutatis tantum verbis: nunc aſſeverationibus explet chartas: nunc ineptis, ſalibus & infacetis facetiis eximit tempus: nunc quidquid offertur, aut ſuccurrit animo, quocumque modo detorquet ad cauſam ſuam ac præter convitia, quibus natura ſcatet, habet verba quædam veluti magica, quæ non ratione, ſed vehementia quadam afficiant lectoris animum, vel imbecillem vel parum eruditum: in quibus quoniam imaginatio plurimum valet juxta phyſicos, fit ut quodammodo afflentur ſpiritu, utinam ſancto.*

Eraſmus in Lutherum ſcribit.

(b) Albert. Pius l. 20.

(c) Eraſm. apud Cocl. in actis & ſcrip. Luth. an. 1526.

Illius de Lutheri ſcriptis ſententia.

LX. *Irenæus tradit arte ſimili plurimis impoſuiſſe Valentinum & Marcionem non mulierculis tantum ſed & judicibus, habebant verba quædam barbara incognita vehementia, imperioſa; ea mira fiducia pronuntiantes territabant judices & infirmos*

NOTÆ [1] TErtium Eraſmi ſcriptum pro aſſerenda hominis libertate, cujus hic meminit Annaliſta numquam edendum fore, Lutherani ſibi blandiebantur, rati librum Lutheri *de ſervo arbitrio* adeo totum argumentum illud excuſſiſſe, ut ejus refutandi ſpes omnis viris etiam doctiſſimis, Eraſmo præſertim, ſublata eſſet. Id aſſerit Spalatinus qui annales ſuos cum præcedenti anno clauſit; narrat enim eodem anno 1528. *Dixit nobis in cœna Matthias Leinbergius Eraſmum Rot. mire conſternatum editione ſervi arbitrii, et libello non reſponſurum; jam ſcribere de conjugio.* MANSI

nos rapiebant in ſuam ſententiam: mulieribus etiam prophetiæ ſpiritum dabant iterum atque iterum jubentes, præcipientes, imperantes; ut tantum aperirent os aſſeverantes fore prophetiam fore quidquid dicerent, quid quæris? incaleſcebant magicis verbis imbecilles animi & afflabantur non aliter quam qui commentitiis vocibus adjurati intumeſcunt, fremuntque perinde quaſi veris exorciſmi verbis premantur hujuſmodi vocibus, quum omnes Lutheri libri tum hic præcipue ſcatet. Addit æris dodonæi loquacitatem, aut ſi quid illo eſt loquacius ut lector quamvis ſanus & integer tamen hoc tædio delaſſetur, Interjectis nonnullis addit: *Quid autem ſtultius, quam, cum eo diſputare, qui nihil admittit niſi ſcripturæ verba, ſed horum interpretationem uni ſibi reſervans? immo, qui ſibi permittit comminiſci quoties commodum eſt, quod non magis e ſcripturis eluci poteſt, quam e punice lac: & tamen ſibi videtur mirificus diſputator; atque ita re geſta ſibi canit encomium.* Et poſt alia: *Hoc me docet certe ſenſus communis, fieri non poſſe, ut ſincero pectore cauſam Dei tractet, qui concitatis tantis in orbe tumultibus, ludit ac delitiatur ſannis ac dicteriis, nec unquam expletur. Nec ſtultitia carere poteſt tanta inſolentia, quantam adhuc in alio vidimus nemine: nec cum apoſtolico ſpiritu congruit tam ſcurrilis petulantia.*

Stultitia ejuſdem inſignis.

Et impudentia mira.

LXI. *Quale eſt evangelium, quod recipit tales, quales nimium multos novimus, quod agnoſcit decoctorem ſcortis, alea, comeſſationibus, otio, luxuque perditum, nihilque ſibi non permittentem, modo ſibi nomen equitis poſſit affingere: & hujus tituli jus eſſe putat deludere creditorem, & ſi repetas multum, pro hoſte ducere: & quoties urget inopia, huic aut illi, unde ſpes eſt prædæ, bellum indicere, publicumque latrocinium belli nomine fucare. Principi jus non eſt indicere bellum, niſi concilio adhibito, & is, qui pedem ubi ponat non habet, bellum indicit cuilibet, ac talibus eſt locus in novo evangelio, quibus apud ethnicos in civitate moderata locus non eſſet; hoc ſatis eſt, approbat mea dogmata: quid refert de factis, modo adſit fides? Fateor: olim & tales recipiebat evangelium, ſed reſipiſcentes, ſed transformatos; nunc quidam adeo non corriguntur per evangelium, ut potius videantur deteriores: nec fit ut peccare deſinant, ſed ut peccent impunitius*, paulo poſt id ita demonſtrat. *Quid hic commemorem quanta inter evangeliſtas, [ſic enim ipſi ſe vocant] diſſenſio, quam atrox odium, quam amarulenta contentio: immo quanta inconſtantia, cum ipſe Lutherus toties mutarit ſua placita, & ſubinde nova paradoxa ſubpullulent. Promittis ſibi mirificam apud poſteros memoriam: at ego potius auguror futurum ut nullum nomen ſub ſole fuerit unquam execrabilius Lutheri nomine.*

Quales fuerint novi evangelici.

Ex Lutheri doctrina in graviora lapſi. Lutheri inconſtantia.

LXII. Dum Luthero prænunciabat Eraſmus ipſius nomen omnibus ſæculis execrandum & deteſtabile futurum, ipſe Lutherus ſcelerum furiis agitatus ſeipſum tolerare non poterat, adeout ad ſedandos æſtus conſcientiæ, quæ illi tot & tantorum malorum, quibus Chriſtiana reſpublica premebatur, fontem authoremque extitiſſe obiiciebat, ad cantharos generoſioris vini & ampliores ſcyphos confugiendum amiculis inſuſurraret, ut egregie Ulembergius ex Jonæ ac Pomerani amantiſſimorum Lutheri ſcriptis enarrat (*a*): *Dum*, inquit, *pugna fervet cum ſacramentariis, dum ſerpunt Suvenckfeldiani, dum anabaptiſtæ in varias cohortes diviſi cervices paſſim erigunt, Lutherus hac rerum perturbatione territus, cujus ſe noverat authorem, in graviſſimos incidit angores, & horrendam aliquandiu corporis animique preſſuram ſuſtinuit* (*b*), *quam illi per diabolum illatam fuiſſe Jonas & Pomeranus commemorant, qui velut oculati teſtes rei geſtæ ſeriem deſcripſerunt. Habuit initium paroxyſmus iſte ſabbato poſt feſtum viſitationis B. Mariæ virginis horis matutinis, idque tanto cum impetu, ut ipſe præ mentis anguſtia nihil aliud quam ad extrema veniendum exiſtimaret. Accerſit igitur ad ſe Pomeranum, eique peccata ſua ſoli confitetur, rogans ut ſibi conſolationem ſuggerat e ſacris literis, & peccatorum omnium abſolutionem impertiat, preces etiam pro ſe fundat ad Dominum, & poteſtatem ſibi faciat poſtridie, qui dominicus dies erat, Euchariſtiam participandi. Ille territus inſolito Lutheri ſermone, quid hoc negotii eſſet vehementer mirabatur. Peracta confeſſione, Pomerano deinde commemorat quam intolerabiles animi cruciatus & angores pertulerit horis matutinis, eos certe graviores fuiſſe, quam ut verbis poſſint explicari. Addit porro: Quia me nonnunquam paulo hilariorem exhibeo in moribus externis, multi exiſtimant me jucundam omnino vitam vivere, verum Deus perſpectam habet morum meorum rationem. Sæpe propoſui paulo majorem auſteritatem & ſanctitatem in gratiam hominum præmeferre, verum a Deo mihi donatum non fuit ut hoc exequerer.* Subdit deinde Ulembergius.

Furiis conſcientiæ torquetur Lutherus.

(a) Ulember. c. 19.

(b) Luther. to. 3. fol. 401.

Ad mortem anxius confugit ad ſacramenta.

LXIII. *Augeſcente hoc malo, & mediam capitis partem occupante, ac ſi ſonitum aquarum audiret, aut molendini ſtrepitum, ad lectum redire feſtinavit. Et*

Ægritudinem ſibi immiſſam a dæmone agnoſcit.

paulo inferius : *Hanc vero tam ſubitaneam ac vehementem animi corporiſque ægritudinem non proveniſſe ex cauſis naturalibus, ſed operatione maligni ſpiritus illatam Lutherus ipſe cenſuit, uti Jonas & Pomeranus ſectantur. Quod ſi conditionem temporum ſpectes, & publicum rerum ſtatum, tum ipſius Lutheri machinationes, angores, quos illo die pertulit, ex morſu conſcientiæ ſubortos, non injuria dixeris. Neque vero alienum eſt a ſathanæ veteratoris malitia, ſi in animum ſeſe fraudulenter inſinuet anxiis cogitationibus fluctuantem, & hujuſmodi pavores augeat trepidantis conſcientiæ, adeoque afflicto afflictionem addat, præſertim ſi quis illum admiſerit conſultorem, ejuſque ſuggeſtionibus locum dederit ; uti Lutherum pridem in nocturna diſputatione de ſacrificio & ſacerdotio feciſſe ſupra demonſtravimus.* In ea calamitate coactum Lutherum amicis ægritudinem animi pandere refert author.

LXIV. Fatetur amicis calamitatem ſuam.

Certe, inquit, *quatuor fere menſibus, poſtquam in hunc paroxyſmum incidit, ſcribit ad amicum quemdam ex intimis, ſe velut rejectitium vermem animi mœrore, & puſillanimitate ſpiritus duriter affligi & gravius quidem, quam ut ferre tantos angores poſſit.* Et infra : *Cæterum inter varias ſuggeſtiones quibuſcum luctandum fuit, illa cogitatio penetravit altius, eumque vehementer anxium reddidit, quæ de vocatione ad dicendum, deque doctrina, quam ſub evangelii nomine propagabat, animum ſubivit in hunc fere modum, ut ipſius diſcipuli teſtantur : Tu prædicas, evangelium ſcilicet ? quis vero te vocavit ad hoc miniſterium ? quis tibi præcepit, ut hoc faceres ? in primis autem, ut ad hunc modum doceres evangelium, quo nemo mortalium multis ſæculis id docuit ? quid autem ſi Deo non placeat hic docendi modus? quid ſi tua culpa tot animæ pereant, quarum damnatio tibi ſit imputanda? Tu certo mutationem hanc inſtituiſti, & author es turbarum omnium. Quot ſcandala peperit doctrina tua ? quanta malorum ilias ex ea provenit ? quam ingens hominum multitudo per eam ſeducta eſt ? His cogitationibus ſe frequenter affligi fatetur, & in magnas anguſtias adduci, ut nonnunquam ad inferni barathrum deſcendere ſibi videatur. Hanc vero moleſtam ac difficilem conſcientiæ luctam ad extremam uſque ætatem ſuſtinuiſſe videtur, in qua ne vel conſcientiæ ductum ſequeretur pœnitentiam ſuggerentis, vel diabolo deſperationem proponenti ſuccumberet, iiſdem proculdubio remediis uſus fuit, quæ aliis in hoc genere ſuaſit adhibenda, quorum ſumma eſt abſtinere prorſus a jejunio, edere, bibere, ludere, jocundis cogitationibus animum oblectare, bene curare ventrem & caput, bonum hauſtum ſumere : Mihi ſane, inquit loco quodam, opportunum eſſet contra tentationes remedium fortis hauſtus, qui ſomnium induceret.* Uſum autem fuiſſe liberaliore vivendi ratione, & largiori hauſtu peccare ſolitum, Pomeranus ipſius diſcipulus teſtatur.

Doctrinam ſuam habet ſuſpectam.

Luſu & ebrietate ſopire ſtudet tentationem.

LXV.

Translatum fuiſſe ab eodem hæreſiarcha novum teſtamentum in Germanicam linguam, ac multis locis depravatum diximus ; tum etiam nefariis annotationibus ad confirmandas hæreſes ſubornatum: & licet Hieronymus Emſerus adulteratos a Luthero textus edito libro redarguiſſet, ignari tamen populi evangelii nomine & illecebra deliniti, illud per typographorum avaritiam ſæpius impreſſum lectitabant, ac Georgium ducem, qui in Miſnia, Thuringia, & parte Saxoniæ dominabatur, ac Lutheri teſtamentum indictis pœnis gravioribus proſcripſerat, quaſi evangelii oppreſſorem calumniabantur : ad quam repellendam calumniam, tum ad populos a Lutheri adulterino teſtamento abducendos viſum eſt, ut Emſerus approbatam ab Eccleſia univerſa latinam traductionem Germanicam faceret : qua edita Lutherani teſtamenri nomen authoritatemque apud plebem obſoleviſſe refert Coclæus (a), atque Georgium ducem eidem Emſerianæ editioni præfarionem adjeciſſe, in qua pſeudoevangeliſtarum fraudes impietateſque in totius populi Germanici oculis defixæ fuerunt. Inter cætera vero is princeps de re catholica optime meritus ita proloquitur : *Eapropter nos maturo ac deliberato conſilio, atque etiam ex mandato & commiſſione cæſareæ majeſtatis Caroli V. domini noſtri omnium clementiſſimi dictam Lutheri interpretationem, ac novum teſtamentum dilectis fidelibuſque noſtris ſubditis ad evitandas pœnas & damnatum corporis tum animæ, intentione prorſus paterna, debitaque, ac bona interdiximus, atque etiam e manibus eripuimus : id quod Lutherus cum nonnullis complicibus ſuis nobis peſſime imputantes criminati ſunt nos velut tyrannum ac perſecutorem & hoſtem ſancti evangelii, ac verbi Dei, qui illud libere legi ac prædicari in terris noſtris non permittamus. In quo ſane iniquiſſime nobis moleſti ſunt ; ſperamus enim in Domino, omnes, qui nos recte cognoſcunt, non aliter percepiſſe unquam, quam nos evangelium ac verbum Dei, quomodo ab Eccleſia catholica receptum eſt, libenter audiiſſe : utinam & facto illud ſecuti ſimus ; quod tamen facere, quantum gratia nobis contulit Deus, ſtuduimus ac de cæ-*

Corrupta a Luthero ſacra ſcriptura.

Cur traducta a catholico theologo in Germ. linguam.

(a) *Cocl. in actis & ſcript. Luth.*

Georgius dux facti cauſas aperit.

te-

tero ſtudebimus pro virili. Neque igitur verum evangelium, neque verum verbum Dei ſed dumtaxat Lutheri aliorumque pſeudoevangelicorum concionatorum fallaces doctrinas, ſermoneſque, & ſcripturas in terris noſtris ſupprimere, intendimus: in quo ſane propoſito, conſtanter, Deo volente, per divinam gratiam uſque in finem perſeverabimus.

LXVI. Speramus autem & confidimus, eos quoque, quibus ignoti ſumus, & qui poſt nos venturi ſunt, ex ſubſequenti commemoratione fructuum, qui ex Lutheri aliorumque ſuermerorum doctrinis enati ſunt, nos facile excuſatos in hoc habituros eſſe: quamvis enim Lutherus rem primo ſub prætextu cujuſdam reformationis & emendationis abuſuum, qui apud & eccleſiaſticos & ſæculares radices egerunt, incœperit, verbis tamen ac factis mox indicavit, ſeſe non intendere rem emendare, ſed prorſus evertere, quemadmodum ſæpe gloriatur eo ſe rem perducturum eſſe (neque item ulli ad hoc labori pepercit, & de hoc maxime proteruit) ut intra paucos annos nullum templum, collegium, ſacellum, aut monaſterium, nullus presbyter, monachus, aut monialis; nullus item epiſcopus, aut princeps ſub cælo permanere debeat, neque in his contentus, verum etiam totam Eccleſiam catholicam ac ſanctam fidem noſtram partim per ſeipſum, partim per ſuos ſequaces ſuermeros ac pſeudoevangeliſtas penitus extinguere; & non modo divos, verum etiam Chriſtum ipſum e cælo propellere conatus eſt, quemadmodum & facto unum poſt alterum adorti primum doctores ſcholaſticos, deinde & veteres ſanctos doctores, quos eccleſiaſticos vocant, quorum ſcripta, canones, & decreta, quæ ad ædificationem Eccleſiæ a Spiritu Sancto eis indita fuerunt, ignibus publice combuſſerunt; ſanctorum imagines, & crucifixi ſtatuas, quæ non pro idolis, ſed pro memoria dumtaxat ad plebis excitandam devotionem erectæ ſunt, deſtruxerunt ac diſſecuerunt non modo in viis publicis, verum etiam in templis: omnia bona opera, qualia ſunt virginalis caſtitas, jejunia, orationes, feſta, viſitationes eccleſiarum, proceſſiones, lætaniæ, matutinæ, veſperæ, ac aliæ horæ canonicæ: adhac vigiliæ, miſſæ pro defunctis, exequiæ, trigeſimi anniverſarii, & quidquid ab Eccleſia in ſuffragium piis animabus peragitur, ſimul cum omnibus antiquitus obſervatis ritibus, & cerimoniis non ſolum ſcelerate flocciſecerunt, verum etiam prorſus abrogarunt, & omiſerunt: preterea uſque adeo carnales ac feri facti ſunt, ut etiam ſacris ſextis feriis aliiſque jejunii præcepti diebus, non ex neceſſitate, ſed ex mera petulantia & in Eccleſiæ deſpectum carnibus cibent & veſcantur. Rogans inſuper ac deſiderans, ut poſt mortem non in locum ſacratum, ſed in profanum, ſicut aliud animal irrationale ſepeliantur, nec aliquid boni pro eis fiat, neque etiam pro ipſis oretur: atque ut in his omnibus impuniti permaneant, conciliorum quoque & Eccleſiæ poteſtatem omnem proſtraverunt, ac vulgari populo id poteſtatis tradiderunt non ſolum ſuper ſcripturis & conciliis, verum etiam ſuper utraque ſuperioritate tum eccleſiaſtica tum ſæculari ad judicandum ac puniendum. Ac deincept temere aggreſſi ſunt non ſolum ceremonias & ſacramentalia, qualia ſunt benedictio aquæ, ſalis, herbarum, candelarum, & id genus alia, quæ (ut Paulus ait) per orationem & verbum Dei in templo ſanctificantur, abrogare: verum etiam ipſa ſacramenta arroganter invaſerunt; quorum aliqua prorſus rejecerunt, ut pro nullo habeant ſacramento, veluti confirmationem, extremam unctionem, ſacros ordines, confeſſionemque cum pœnitentia & ſatisfactione: cætera vero variis multiſque modis ac formis immutant ac pervertunt, &c.

Reformationis ſpecies fallax prætenſa ab hæreticis.

Qua arte ſubornarint populum.

Ad illum ſacram & profanam authoritatem transfert.

LXVII. Deſcribit eoſdem Lutherani pſeudoevangelii fructus peſſimos, hæreticorumque fraudes Joannes Faber in literis (a) hoc anno ex Anglia ad Baſileenſes catholicos, qui ab Oecolampadio ſe imbui hæreſi non ſinerant.

(a) Ext. inter ejus opuſcula.

Omnibus vetuſtioris indubitatæ fidei firmis cultoribus fratribus & ſororibus, qui ſunt Baſileæ, ego Joannes Fabri doctor ex animo opto a domino noſtro & ſalvatore Jeſu Chriſto & ſincero corde gratiam & pacem & ſalutem perpetuam.

Intelligitis, opinor, fratres in Chriſto dilectiſſimi, quod noſtra Germania (proh dolor) ſuo magno malo probe didicit, negotium hoc Lutheranum non tam odioſum, quam omni amaritudine plenum, odio & invidia inflatum, denique malis artibus cumulatiſſimum eſſe: hoc enim hominum genus nihil penſi habens, quodlibet licere arbitratur, & audet: primum poteſtatibus ſuperioribus recalcitrare pro nihilo exiſtimat, ſpiritualium ſuperiorum quemquam agnoſcere nefas ducit: omnia autem in deterius ſeditiones ſcilicet & cruentas cædes vertere ſumma apud illos prudentia eſt. Et quia evangelii veritas locum nullum apud hanc immaniſſimam beſtiam habere poteſt, ut ſecurius mendacia eorum fuco regantur, in promptu ſunt quæ fingunt & excogitant diſſenſiones, traditiones, poſtremo ad ſummam reipublicæ perniciem ſervientes, ruſticæ & imperitæ turbæ, quibus ſeducantur articulos condunt,

Pſeudoevangelii quales fructus extiterint.

dunt, atque ut ſuum venenum ſuam invidiam quam latiſſime diffundant, non erubeſcunt frontes æreæ docere, & pertinaciter pro vero aſſerere, quod omni jure prohibetur & condemnatum eſt, ita ſe
(a) Jo. 16.
Deo obſequium præſtare putantes (a), *ſi ſtrenue perrexerint. Hoc niſi apertiſſimum totius Germaniæ malum vos ſoli non cernatis, niſi in vulgatiſſima fama veſtræ peregrinentur aures per ſuperiores annos vidiſtis opinor? equidem ab aſtronomis prædictum, cum non ſine timore diluvii cujuſdam aquarum periculum ad annum* XXIV. *expectabamus, multo majori cum detrimento ſanguinis inundatione obruti ſumus. Adhæc oppidis, caſtris, monaſteriis, pagis dirutis & everſis, miſeri Germani mutuis vulneribus concidimus, & tot alternis præliis attriti ultra centum millia virorum amiſimus, adeo ſe prodidit ſplendidus Lutherani evangelii fructus, ut non abs re Lutherus, quem elapſis octo jam annis quidam Danielem appellarunt, ſcripſiſſe videatur novum hoc evangelii negotium odio & invidia cœptum, eundem etiam finem conſecuturum: quod ut efficeret, bone Deus, quam ſtrenue advigilavit, quam fortiter rem geſſit? qui non contentus fuit Petri ſe cathedram clavibus*

Lutheraniſmus odio & invidia cœptus.

(b) Matth. 16. Act. 22.
(b) *confractis evertiſſe, gregem domini Dei & habuiſſe contemptui & ſua doctrina turbatum in fugam convertiſſe; quin etiam majeſtatem imperatoriam per contumeliam in caminum deducens allatrare eſt auſus: ſubditos adverſus principes, poteſtates, & quaſcumque alias ſuperioritates irritavit, atque ad ſeditiones eorum animos impulit, quæ incautioribus præſentiſſimam attulerunt mortem.* Et paulo poſt: *Elabendi cauſam cautioribus dedit aſtutia, qui mature ipſius Lutheri adjuti ſolertia, cum eo mutarunt animum: cum enim videret Lutherus poteſtates a Deo ordinatas* (c), *nec deturbari nec removeri quovis modo poſſe, ſed eas paſſim contra æquum & bonum commotos ſubditorum animos componere, recalcitrantes vi coercere, & de pertinaciter reſiſtentibus pœnam ſumere; tum Lutherus loco antiquæ, devotæ, & ſanctæ Eccleſiæ, novas propria authoritate conceſſit indulgentias: ſiquidem clare ab eo ſcriptum reperitur, eum, qui ruſticum interficiat, peccatorum remiſſionem eſſe conſecutum; neque enim cuiquam ex ipſis vivere fas eſſe. Ii evangelici Lutheri ſermones, hæc pia ejus ſcripta* (d), *quorum pater ex Belzebub natus fructus parit deteſtandos, invidia, ſeditionibus, effuſione ſanguinis conſpicuos; habetque in ea re fratres, ſorores, liberos obſequentiſſimos, quod, me tacente, libri, dialogi, invectivæ, & cætera tum a ſe, tum a complicibus ſuis edita & ſcripta clare comprobant: nullam hiſtoriam reperiri ſatis certo ſcio quæ tam terribiles iras, odia, diſcordias, & ei quidquid eſt ſeditionum de ullo commemores vel ſæculo vel populo, quanta hæc omnia recentiores iſti doctores in Germania, quam ad hæc uſque tempora tam pie fraterne legitimis ſuis ſuperioribus ſubjectam fuiſſe compertum eſt; recentiores inquam iſti doctores ſeminare, & pro virili plantare conantur; in quorum cordibus adeo etiam charitatem extinctam, invidiam contra inſitam eſſe intelliges, ut ſi accuratius conſideres ex oculis ſcintillantem iram, item fronte, labiis dentibus, denique quales ſint deprehendas; iis enim notati ſunt ſignis, qui hoc veneno aliquando imbuti & a diabolo circumventi ſunt, &c. Datæ in Londino Angliæ 1. aprilis anno MDXXVII.*

Politicum ſtatum evertere niſus eſt.

(c) Rom. 13.

(d) Matth. 12. Luc. 11.

Ex his hæreſiarchis Jacobus Kautius invaluit adeo Wormatiæ hoc anno (e), ut comparata ſibi ſectatorum multitudine, tum in Lutheranos, tum in ſenatum, tum in Ludovicum comitem palatinum Rheni imperiique electorem, in cujus tutela ea urbs erat, inſurrexerit, ac pro concione in præpotentem, principem inveheretur, jactaretque ejus poteſtatem eſſe contra verbum Dei, & non ex Deo, ſed diabolo; neque inde ſe diſceſſurum, etiamſi mille capita peritura eſſent, immo & Wormatia, & ejus ager, ac præterea aliqua regna devaſtanda forent, ſeque eo a divino Numine miſſum, ad Palatinum docendum. Cum vero Lutherani a Deo ſe miſſos pariter contenderent, atque invicem diſſentirent dogmatibus, perniciaLXVIII.

Jacobi Kautii ſe miſſum a Deo jactantis furor.

(e) *Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc anno.*

Wormatiæ ſeditionem excitat.

lia inter eos nata ſunt diſſidia, & Kautius ſeptem articulos propoſuit diſceptandos, quorum tertium & quartum impietate inſignes refert Joannes Coclæus (f): *Tertius* inquit, *ita habebat: Baptiſmus parvulorum a Deo prorſus non eſt, ſed directe contra Deum & contra Dei doctrinam, quæ nobis per Chriſtum Jeſum filium ejus prolata eſt. Quartus vero ſic: In ſacramento ſeu cœna Domini neque eſt ſubſtantiale corpus aut ſanguis Chriſti, neque uſus illius hic unquam rite eſt celebratus.*

(f) *Id. ib.*

Baptiſmum puerorum & Euch. negat.

Poſtremus hic articulus Anabaptiſtis cum Zuinglio, quem antea vidimus confutatum, & cum Gaſpare Suvenkfeldio, de quo agetur inferius, nonnulliſque aliis hæreſiarchis, qui Chriſti divinitatem negarunt, erat communis. Porro adverſus hunc hæreſiarcham libro edito Coclæus baptiſmum infantium ita tutatus eſt. LXIX.

In tertio Kautius omnino paganus eſt; nuſquam enim prohibitum eſt baptizari parvulos, & ſemper in Eccleſia fuit par-

Deficit ad Ethniciſmum.

vu-

Digitized by Google

vulorum baptiſmus, id quod inſignis martyr D. Cyprianus libro tertio epiſtola octava ad Fidum multis demonſtrat tum ſcripturis tum rationibus; ſed & palam adverſatur & ipſi Chriſto & ſacratiſſimæ ejus doctrinæ vetare, ne parvuli baptizentur; Chriſtus enim jubet baptizare omnes gentes, neminem excipiens neque ſenem, neque juvenem, & dicit : Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt intrare in regnum Dei, *Joan.* III. *quinimmo ſpeciatim expreſſis parvulos dicens Matth.* XIX. ſinite parvulos, & nolite eos prohibere venire ad me: talium eſt enim regnum cælorum. *At Kautius facit hic ſicut alibi fecit occulte Lutherus, qui primo peccatum poſuit in parvulis poſt baptiſma, ac deinde fatebatur, niſi pueri habeant fidem propriam eos baptizari non debere: nos autem baptizamus parvulos in fide ſanctæ matris Eccleſiæ, atque ita tollitur ab eis omne peccatum per baptiſmum.*

LXX. (a) *Id. ib.* Diſcrepantia novatorum oſtendit eos non eſſe ex Deo.

Hortativam etiam ad ſenatum Wormatienſem epiſtolam Coclæus ſcripſit (*a*), ut ſectam utramque ad reſtituendam urbi pacem pellerent: *Chriſtus*, inquit, *pro ſuis rogavit patrem ſuum cæleſtem in monte Oliveti, ut ſint unum, ſicut & ipſe cum Patre unum eſt Joann.* XVII. *cum igitur tot ſectæ ex Lutheri doctrina oriantur, facile ſane intelligitis eam ex Deo non eſſe, ſicut eſt doctrina & inſtitutio ſanctorum patrum Eccleſiæ catholicæ: ſed ex patre potius mendaciorum diſcordiarumque, uti cunctæ aliæ fuerunt ex eo hæreſes, & ſchiſmata.*

LXXI. Anabaptiſtæ & Lutherani ejecti Vvormatia.

Amplexus eſt ſenatus ille ejus conſilium; ac Ludovici Palatini authoritate Kautianos & Lutheranos Wormatia demum ejectos tradit idem Coclæus, qui in libro de nova Wormatienſium evangeliſtarum doctrina cauſam inquirens, cur tot novæ hæreſes contra baptiſmum publice affigerentur valvis & perſtrepentibus concionibus proponerentur, ſubjecit: *Ut reliqui ejus impietatum ſocii aliquid agere videamur, comminiſcuntur diu noctuque aliquid novi, unde & ipſi nomen acquirant; ſciunt enim Lutherum non niſi ex impietatibus nomen grande ſibi paraſſe; quum antea tam obſcuri fuerit nominis, ut ne vicinis quidem Dreſdæ aut Lipſiæ notus extiterit.* Cæterum licet Lutherus aperta impietate anabaptiſmum non induxerit, ipſum tamen hunc impietatis abyſſum aperuiſſe ex Coclæo vidimus, quod etiam teſtatur Ulembergius (*b*) in ejus hiſtoria hoc anno: *Sedato per Germaniam ruſticano motu, radix anabaptiſmi, quæ penitus evulſa non fuit, denuo fructificavit in varias factiones; quod malum in omnes pene Germaniæ provincias ſeſe diffudit. Quæ res magiſtratus ac principes paſſim exercuit, & Luthero, cujus ſcripta fœdum hoc hæreſeon chaos pepererunt, magnam apud bonos omnes invidiam conciliavit: nec ignorabat ipſe nec diffiteri poterat, hos tam deteſtandos multiplicium ſectarum fœtus ex ſe primum originem duxiſſe.*

Gloriæ cupidine conflatæ novæ hæreſes.

(b) *Ulemberg. de vit. & geſt. Luth. c.* 18.

Infecerat peſtis anabaptiſtica inter alias provincias maxime Moraviam: eumque Joannes Faber Ferdinandum Regem ſecutus, ad impietatem exeindendam ſtudia ſua vertiſſet, plures conciones ſacras ad populum ab errore eruendum habuit, monuitque in primis, ne cuilibet obvio impoſtori mox fidem præberet: *Accipio*, inquit, *in hoc laudabili Moraviæ marchionatu apud vos plures brevi tumultuum, bellorum, diſſeſſionumque authores ſpiritus conſediſſe*, & infra, *qui quamquam miſſi ſint ſathanæ & tenebrarum angeli, mirabiliter tamen ſe honeſta larva, ſpecieque circumvolventes in angelos lucis transfigurant, exhibentque ſe ſimplici popello oves ſimplices, innocentes, humiles; intus vero alunt lupos rapaces. Perſuadent imperitis agreſtibus & rudibus idiotis, puerorum baptiſmum vanum eſſe, ideoque eum, qui puer baptizatus ſit, non eſſe in fœdere Chriſti, ſed neceſſe eſſe, etiamſi centum annos natus ſit, iterum baptizari, alioqui ſalvari non poſſe. Ita in angulis imperitam multitudinem ſeducunt, & ut bovem ad cædem mactationemque protrudunt, ac cameli inſtar inſerto per nares circulo circumducunt. Ad terrorem præponunt res horrendas auditu de extremo judicio, deque aliis id genus, quo authoritatem illorum hypocriſis augeat*, & infra: *revelata eſt eorum impietas; nihil enim occultum quod non ſciatur, & nihil abſconditum, quod non aliquando pateat. Juxta hunc rebaptizandi errorem nefarias inauditas horrendas alias hæreſes alunt, & ſeditioſa diabolica decreta fovent; ejuſmodi ſunt brevi extremum judicii diem adfuturum, ad penthecoſtes feſtum ſcilicet diem, aut certe ab eo anno proximo, haud aliter atque ſi Jonæ ſint, ſciantque quos diebus Ninive ſtatura duraturave ſit: Chriſtum etiam Dei filium eſſe negant: magnis clamoribus plenis buccis negant magiſtratus eſſe in Chriſtianis. Sunt qui tenent Chriſtum brevi venturum, eorumque opera ad eos qui veteris ſunt fidei omnes cædendos uſurum, ac tandem etiam multos dæmones ad ſalutem vocaturum, vindicaturumque. Multis locis tenent omnes demortuos dormire, dormituroſque cum anima & corpore ad extremum uſque diem. Plerique vetus teſtamentum contemnunt, perinde ut*

LXXII. Moravia anabaptiſmo infecta.

Mentiuntur Anabaptiſtæ brevi futurum diem judicii. Chriſtum Dei filium negant. Alii eorum errores.

Ma-

Manichæi. Non pauci etiam a novo teſtamento deſcivere, quinetiam omnia communia facere conantur, etiam uxores, Nicolaitarum more: quando enim pater ſive ſpiritus jubet, ſic enim ajunt, quamcumque acceſſerint ſororem, eam cuilibet illico communem, obtemperantem, ſubditam eſſe neceſſe eſt. Proinde vereor ne huiuſmodi ſit conſpiratio nequiſſimorum hominum, qualis illa, qua unanimiter Sodomæ domus Loth expugnare parabant, & infra: *Belial pro Chriſto inducunt; belialiter ſunt vivunt homines nullis magiſtratibus obtemperantes ad omne jugum inſolentes, in omnem licentiam verius quam libertatem & carnis & ſenſus inclinati.*

Projecta impudicitia.

LXXIII. Cum tot flagitiorum ſordibus eſſent contaminatiſſimi Anabaptiſtæ, ſe tamen puros omni criminis labe ementiebantur: tum exquiſitis artibus inania fingebant miracula, ut ſimplicem plebeculam in errorem adducerent, quorum ſacrilegas artes ita deſcribit idem Faber (a): *Gloriantur Anabaptiſtæ, ut quondam Novatus hæreticus, ſeſe, ſolus catharos id eſt mundos eſſe, & ab omni delicto alienos: eorum conciliabula eccleſiam appellant, noſtram ſacroſanctam congregationem negant eſſe Eccleſiam: omnes præterea non ſuæ factionis neſariæ complices, etiam Lutheranos, ut impuros contemnunt: cum interim eorum manus & pedes pleni ſint ſanguine: munditiès autem quæ eſſe poteſt? quamnam puritatem ſperemus apud eos, quorum conciliabula uxoribus communiter pro libidine abutuntur? quæ eorum puritas ejuſmodi eſt, ut tam impurus nemo hactenus fuerit, qui literis committere auſus ſit? Et quamquam præclaræ eorum res a quibuſdam doctoribus, quos illi in cuſtodias incluſos jam virgis cædere & urbibus eiicere ſolent, præſcripta ſunt, & nos ſingula, ſi perſequi velimus, plures decades confecturi, unum tamen præterire nequeo, quomodo Catabaptiſtæ magnam pecuniæ vim multum pretioſæ ſuppellectilis ex miſerorum inopia emunxerint. Audite quibus artibus* [*hiſtoriam narro, rem geſtam aſſero, nihil adfingo*] *Tredecim Catabaptiſtæ ſocietatem ac fœdus coiere: unum, qui ad id idoneus magis viſus eſt magiſtrum fecere: duodecim reliqui diſcipulos agebant. Cum itaque in montanis in prædivitem, cumque ſimplicem agricolam incidiſſent ex duodecim aliquot, facie, vultu, habitu magnam humilitatem ſanctimoniamque hypocritice ſimulantes, magiſtrum præceſſiſſent, ad miſerum agreſtem accedentes, magiſtrum, quem ſalvatorem appellabant, virum ſanctum prophetam in illius ædes diverſurum nuntiabant, habiturumque ſermonem: cæterum ipſos diſcipulos eſſe duodecim qui magiſtrum ſequerentur. Cum vero agricola neque vini, neque cæterarum rerum, quæ ad victum pertinent, copiam ſe habere quereretur, ne piſces quidem quibus Salvator veſci ſolitus ſit, quibus tam ſanctum virum tantumque prophetam pro dignitate accipere queat, tum diſcipuli amphoras duas aquæ plenas pro feneſtra ſtatui juſſerunt. Cum igitur veniſſet ſalvator reliquis diſcipulis ſequentibus, miſero agricolæ familiæque illius ſermonem fecit. Interim commodum nacti tempus diſcipuli, effuſa, quæ in amphoris erat aqua, vinum quod ſecum attulerant, infuderunt, piſceſque aliquot bene magnos in puteum qui præ foribus erat, in quo piſcis nunquam antea viſus, immiſerunt. Confecto itaque ſermone, rebaptizatiſque omnibus, nihil tale ſuſpicatus agricola ſimplex amphoras aquæ plenas ratus in medium protulit. Hic magiſtraliter pſeudoſalvator ille verum ſimulans ſalvatorem, qui in nuptiis in Cana Galilææ divina benedictione, aquæ amphoras in vinum commutarat, ſua benedictione fucatis geſtibus uſus, itidem ſeſe facere videri voluit. Cum igitur vir ſimplex, qui probe ſciret ſe aquam infudiſſe, vinum experiretur, attonitus procidit coram ſalvatore, eumque adoravit. Quod cum probe ſucceſſiſſet, alterum actum aggreſſi de piſcibus percontati ſunt; & cum piſces in promptu eſſe negaret agreſtis, ſalvator ad puteum progreſſus ſolitis uſus præſtigiis piſces excipi juſſit. Hic majori admiratione ducitur agreſtis ille in ſolitudine vivens, quippe qui ſciret eo in puteo piſces non reperiri: hiſque rebus adductus omnes facultates ſuas vaniſſimis nebulonibus eſt impartitus: quod non paucos præterea feciſſe conſtat, ut relictis conjugibus, liberis, poſſeſſionibus hæc hominum ludibria ſequerentur. Cujus generis exempla* (*ſic enim legitur*: Ecce ego ad prophetas ait Dominus, qui furantur verba mea unuſquiſque a proximo ſuo: Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui aſſumunt linguas ſuas & ajunt: Dicit Dominus, Ecce ego ad prophetas ſomniantes mendacium, ait Dominus, qui narraverunt ea, & ſeduxerunt populum meum in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis, cum ego non miſiſſem eos ne mandaſſem eis: *ſi perſequi vellem volumen totum complecterer*. Et paulo poſt.

(a) *Jo. in ſermone paraneticо ad orthodoxos.*

Fallax eorum jactantia.

Communes inter eos uxores.

Doctores cedunt virgis ac proſcribunt.

Antichriſtus fictitius.

Fictitia miracula.

Nefandæ eorum impoſturæ.

Idololatria.

Expilati ſimplices a pſeudoprophetis.

Videte autem quo eorum animi tendant: non id agunt, ut evangelium ac religionem fortiter tueantur, ſed ſi Turca eove immanior, & ſi quid truculentius Turca eſſe poteſt, forte invaſerit, eum lubenti animo accepturi, eum adoraturi videntur; ſic enim ab archihæretico ſupremo tot mon- LXXIV.

ſtro-

Prædictum a Luthero Turcas excitum iri in Germ.

ſtroſiſſimarum opinionum capitaneo Luthero ſunt edocti. Octo jam anni ſunt, quando a me ſcriptum eſt fore, ut ille monachus Turcas in Germaniam introduceret, quod [proh dolor] utinam non tam vere prævidiſſem, nam plane effectus jam exiſtunt, teſtanturque id multæ impiæ actiones, varia argumenta in Catabaptiſtarum tenebris reperta, ac in lucem protracta. Hi fructus an ſint evangelici, quivis expendere poterit, in quo vel ſcintilla amoris Dei reſedit. Timendum præterea eſt, niſi diligentius acriuſque vigilent principes, majora quædam immanioraque facinora ante hoc tempus nunquam audita deſignatum iri, & infra, *ac cum omnibus rebaptizatis magnam partem jurandum ſit, corpus, animam, honores, facultates in medium ponere inque diſcrimen conferre, vel quid aliud eſt, quam ut recte depinxit divinus ille propheta Iſaias*, fœdus, atque adeo avidiſſima humani ſanguinis conſpiratio, quæ ab orbe condito non audita ſit? *non ſolis enim principibus, magiſtratibus, omnium ordinum hominibus; ſed toti Chriſtianæ reipublicæ ultimam perniciem exitiumque minitantur.*

Dira horum conjuratio.

LXXV. Quod ad Anabaptiſtarum argutias, quibus illi ad circumveniendos fideles & oppugnandam Eccleſiam utebantur; eas affert ac diſſolvit idem Faber, quem, lector conſulat; profanum tantum ritum in pſeudobaptiſmo ab iis adhibitum afferam: *Vos interrogabo*, inquit, *balneatores & balneatrices, lotores & lotrices Catabaptiſtas, ubi ſcriptum legiſtis, & ubi aut unde edocti eſtis, Apoſtolos, quomodo vos ſoletis, in angulis baptizaſſe horas duas antequam illuceſceret, catinum aquæ plenum ſuper menſam ſtatuiſſe, inde tinctis digitis crucem fronti adſcripſiſſe, docuiſſe veſtrum, non autem Eccleſiæ, baptiſmum verum eſſe? quod ſi mihi ex bibliis oſtenderitis veſtro ritu Apoſtolos baptizaſſe, me quoque retingendum exhibebo. Hic non effugietis; nam vos dicere neceſſe eſt, ſic enim veſtra decreta jubent, ſic veſter balneatorum ordo flagitat, nihil recipiendum, ac pro rato habendum, niſi clariſſime bibliis expreſſum legatur; atque adeo omnia eccleſiæ inſtituta contemnitis, niſi Chriſtum ac diſcipulos eadem obiiſſe vobis conſtet. Quæ igitur veſtra tanta amentia eſt, cæcorum cæci duces, quæ orthodoxæ eccleſiæ receptum confirmatum tot ſæculis approbatum baptizandi ritum vos contemnere impulit, novaque hac inſolenti formula, quam ex evangelis doctrina nullo modo probare poteritis? uti hortata eſt, quocirca veſtram doctrinam ex Deo non eſſe liquido pates, ſed Beelzebub principe dæmoniorum.* Porro Anabaptiſtæ Moravi diviſi ſunt in duas ſectas capitali inter ſe odio diſſidentes, nimirum Huttitarum & Gabrieliſtarum, qui ſenſere cum Mahomete Chriſtum non fuiſſe Deum, ſed tantum prophetam: quorum impietates, ritus, ſpurcitias, ac mores fuſe deſcribit Arnoldus Meshovius (*a*); additque Hutterum ejus ſigniferum deluſum a dæmone falſas apocalypſes jactaſſe, venditaſſeque: *Se* inquit, *& fratres reliquos corporaliter populum Iſraeliticum eſſe, quibus Deus ad impios Chananæos certo tempore, quod revelaturus, funditus excindendos, gladium commiſerit: ſæpe in cœlum rapi, & viſionibus multis, quandoque etiam colloquio divino dignari: omnia mundi futura mala in ſpiritu prævidere; hinc continuas afflictiones, miſerias, ærumnas, morbos, bella, tonitrua, fulmina, damnones, mortes regnorum everſiones, gentium excidia, tyrannorum pœnas, horrendas & terribiles plagas denuntiabat. Prædicabat diem Domini inſtare, ideoque omnia ante ejus adventum abligurienda, nec quidquam in reſiduo reponendum.* Cum deinde multi ea credulitate ſeducti bona prodegiſſent, ac deprehenſo errore deficerent, ille pertinaciſſime affirmabat, vidiſſe ſe angelum cum turba, ſed Patrem cœleſtem permotum precibus ejus veluti Ezechiæ, ſententiam revocaſſe. Hunc vero captum ac Ferdinandi juſſu exuſtumque proximo anno videbimus. Inficiebatur etiam Bavaria ab hujuſmodi impoſtoribus, adeo ut jam populi pendere tributa detrectarent: ſed principis diligentia brevi provincia expurgata eſt.

Ritus eorum non expreſſi in ſacra Scriptura.

(*a*) *Meshov. hiſt. Anabapt.*

In Sileſia prodiit hoc anno novus hæreſiarcha Gaſpar Suvenckfeldius, qui non modo peſtiferis argutiis præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia oppugnavit, verum alias hæreſes, ſectamque ſui nominis condere cœpit: cujus hæreſiarchæ meminit Ulembergius hiſce verbis (*b*): *Aliæ quoque ſectæ per Germaniam exortæ ſunt; unde factum eſt, ut populus miſerandum in modum in varias factiones ſub evangelii nomine diſtraheretur. In Sileſia Gaſpar Suvenckfeldius nobilis ſurrexit, homo fanaticus, qui tametſi quædam habebat communia cum Zuinglianis, in multis tamen ſummi momenti dogmatibus ab iis diſſidebat: ab hoc velut authore primo ſecta Suveuckfeldianorum originem duxit, quam nunc longe lateque propagatam videmus.* Scripſit adverſus naſcentem hanc hæreſim Joannes Faber (*c*) librum erudítiſſimum, in quo primum divinis oraculis ex Matthæo, Marco, Luca & Paulo orthodoxum dogma illuſtravit; deinde impoſtoris hæc Chriſti verba: *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur*; in-

LXXVI. Gaſpar Svvenfeldius hæreſiarcha.

(*b*) *Ulember. in vita & geſt. Luth. c.18.*

(*c*) *Jo. Faber lib. adverſ. Gaſpar. Svvenckfelder.*

Ut corruperit Scripturæ verba.

vertentis in hunc ineptiſſimum modum: *Tradetur pro vobis quod corpus meum eſt hoc*; perfidiam traduxit, ac ſingula ejus argumenta diſſolvit accuratiſſima oratione. Præter vero ſuperiorem errorem contra Chriſti in Euchariſtia præſentiam, alios contra ejus regni æternitatem, & immenſitatem Dei errores, Gaſpar Scuvenkfelder inflatus ſuperbiæ ſpiritu invexerat: *Ut*, quemadmodum ait Faber, *etiam videatur eſſe aliquid, ut ſe apud poſteros efficeret immortalem, & apud Deum peſſima morte mortalem*; cum ad aſtruenda impia dogmata ſcipturis ſacris eſſet abuſus, eas demum contempſit, ac non divinis ſcripturis, ſed interiore divini Numinis afflatu homines regendos effutiit, ut, miſeros mortales dæmonum ludibriis proſtitueret. Fuiſſe hunc etiam Anabaptiſtam, tradit Meshovius (*a*), & contemptis ſacramentis contemplationem, qua ſpiritum vivificantem, & lumen intellectus & gloriæ hauriret, commendaſſe; ac recenſet triginta quinque illius hæreſes, aitque tot in Sileſia & finitimis regionibus homines ſuis erroribus irretiiſſe, ut de eo referat Hoſius Cardinalis, ſathanam per Suenkfeldium abſolviſſe pſeudoevangelium, quod per Lutherum exorſus erat: explodere vero literalem ſenſum ſolitus, ſecundum ſpiritum interpretandam ſcripturam contendit, commentaque dæmonis pro divinis illuſtrationibus obtruſit, cujus veſtigia ſecutum Calvinum ſuo loco dicetur.

Æternitas Dei, & immenſitas impugnatæ ab hæret.

(*a*) *Meſhov. l. 3.*

Pſeudoevangelium ſathanæ cœptum a Lutero abſolutum a Svencfeldio.

LXXVII. Exorientibus ita in dies novis hæreſiarchis horrida blaſphemiarum portenta per Germaniam diſſeminata ſunt, ut refert Joannes Coclæus (*b*): *Circumferebantur & alii novi quorumdam articuli octo ex Saxonia, ac totidem ex Moravia, hos anabaptiſtæ in Nikelſpurgo, illos quidam apoſtata Præmonſtratenſis Magdeburgi ſe diſputaturum pollicebatur: utrique vero tanta in Chriſtum ipſum impietate inſaniebant, ut vel Imperatar Julianus, qui ex Chriſtianiſmo ad paganiſmum apoſtatice tranſiverat, tam fœdis & abſurdis erroribus vix fuerit obnoxius; ſic enim ait Præmonſtratenſis ille: Infernus non eſt: Chriſtus non deſcendit ad inferna: ſancti patriarchæ & prophetæ non fuerunt in inferno: Chriſtus cum hanc vocem dixiſſet:* Eli, Eli, lamma ſabacthani; *damnatus fuit quia deſperavit, &c.* Qua in re poſtea Calvinus etiam deliravit. *Moravi autem illi dicebant Chriſtum non fuiſſe verum Deum, ſed prophetam; nec prædicandum eſſe ejus evangelium publice in eccleſiis: ſed ſolum privatim domibus, & in aures: inter Chriſtianos nullam poteſtatem aut magiſtratum eſſe: Chriſtianis omnia eſſe: inter ſe communia: diem extremi judicii poſt biennium futurum eſſe, &c.*

(*b*) *Coel. in actis & ſcript. Luth. Meshov. hiſt. l. 3.*

Chriſtum deſperaſſe interpretantur nonnulli. Negant alii fuiſſe Deum.

LXXVIII. *Fuerunt & alii homines numero trecenti, qui prope Apocellam in Helvetiis in editum aſcendebant montem, velut aſſumendi illinc in cœlum cum corpore ſimul & anima, quibus cacodæmones ita omnem eripuerant intellectum, ut abjecto omni pudore humano, in brutorum modum congrederentur, ac neceſſarium eſſe crederent, ut commiſcerentur, ita ut ne virgines quidem a tali congreſſu ſibi abſtinendum putarent: qualia & in ora Saxoniæ circa Bremam ex Lutheri doctrina & prædicata & practicata fuiſſe dicuntur.*

Illuſi a dæmone cælum ſcandere moliuntur. Turpiſſime luxuriam exercent.

Deludi vero ſolitos Anabaptiſtas inanibus promiſſis a dæmone, teſtantur graves authores, qui inter alia vanitatum deliria hanc narrant hiſtoriam (*c*), ex qua facile pateant vatum iſtorum nugæ ac ludibria: *Mulier quædam*, inquit, *anabaptiſtica excucullati monachi eandem religionem profitentis uxor, cum marito in ſua paupertate vivebat ſic, ut ad victum ſæpe panis etiam deeſſet: nocte quadam ſpiritus ei revelat ac jubet, ut vicinas ac ſocias epulo excipiat, pollicitus nihil rerum neceſſariarum defuturum: illa dicto audiens mane omnes quotquot noverat invitat. Hujus convivii fama cum percrebuiſſet, plerique, quibus fœminæ paupertas nota erat, mirari, unde illi ad eam rem ſumptus, neque tamen quiſquam quidquam ſuſpicari, quod bonæ illa hactenus exiſtimationis fuiſſet, ut quæ in cœtibus eorum biblia nonnumquam prælegeret. Accurrente magna hominum multitudine, ut & convivii apparatum & exitum viderent, jubet illa menſas ſterni & convivarum ſuo quemque pro dignitate, aut ætate loco conſidere. Interim vero in tota domo nec fumus nec flamma conſpiciebatur, omnibus jam prima fercula expectantibus: ac cum nihil adferretur, mutuo ſeſe reſpicientibus, illa conſtanti vultu circumiens rogat ut pauliſper adhuc expectare ſuſtineant, brevi Angelos adfuturos & omnium ciborum admirabilem copiam allaturos: hoc enim miraculum præterita nocte a Spiritu Sancto, qui mentiri non poſſit, ſibi revlatum eſſe: moram vero hanc interponi ad tentandam ipſorum conſtantiam & fidem. Interim illa oculis ac manibus ad cœlum elevatis, multis editis ſuſpiriis & gemitibus, ut olim baalitici illi ſacerdotes, Deum obſecrare non ceſſabat: dicens:* Mitte nobis pater de cœlo panem, quibus multo majora, nempe vitam æternam, promiſiſti: *ſed hoc mortuo erat næniam cantare. Appetente ergo jam nocte, fames convivas domum ſuam quemque diſcedere, & ibi latranti ſtomacho præſen-*

(*c*) *Florimun. Raymund. & ex eo Arnold. Meshov. l. 4.*

Anabaptiſtica a dæmone deluſa.

Sponder Angelos convivium apparaturos.

Deum Rogat ut cœlo epulas mittat.

Pſeudoprophetiæ convicta.

ſentius remedium quærere coegit, multo turpius deceptos quam illi, quos Heliogabalus invitavit: eiſque præter panes fictos ac cibos pictos nihil appoſuit, quibus ſi non ſtomachus, oculi tamen aliquo modo fuere recreati. Apparata ſæpius a dæmone fuiſſe convivia magis ac ſtrigibus, certiſſimæ teſtantur hiſtoriæ, ut alibi oſtenſum eſt: verum non permiſit Deus ut his Anabaptiſtis dæmon cibos inferret, ne diabolica ſecta confirmaretur.

Anabaptiſtica alia illuſa a dæmone perit.

Illuſa eſt multo infelicius alia anabaptiſtica mulier Baſileæ; cum enim in carcere dæmon illi ſpopondiſſet, ipſam ſine cibo & potu, divino miraculo vitam ſuſtentaturam, omne cibi genus reſpuit, ac die decimo fame arida extincta eſt. Non defuit (*a*) qui eodem ſpiritu inſtinctus filium tanquam Iſaac immolaret: denique nulla res adeo abſona & impia fuit, quam dæmon fidei catholicæ deſertoribus non perſuaſerit: tradit enim hæc Coclæus (*b*).

(*a*) *Felix Capito & ex eo Arnold. Meshov. hiſt. Anabaptiſt. l. 4.*

Anabaptiſta filium immolat.

(*b*) *Cocl. in actis & ſcript. hoc hoc ann.*

Somniant alii novam legem traditum iri.

In Suevia captus quidam ſacerdos dixerat, finem jam Chriſtianæ fidei adeſſe, aliamque legem tradendam eſſe: nam ſicut lex Moyſi mille quingentis annis duraverit, ita & lex Chriſti totidem jam annis duravit: ideo tempus jam eſſe ut alia tradatur hominibus lex aliaque fides. Ut vero tanta improbitate perculſi nonnulli principes in eos animadvertendum cenſuerint, ita ſubdit author.

LXXIX. *Cum hæc & id genus alia impia, incredibilia & abſurda paſſim audirentur ac fierent, plerique principes rerum indignitate commoti, ejuſmodi homines non ſolum in vincula conjecerunt, verum etiam extremo alicubi affecerunt ſupplicio: nam Roteburgi ad Neccarum fluvium ex Anabaptiſtis comprehenſi complures tum viri tum mulieres quicumque revocare & errores ſuos abjurare noluerunt, ultimo affecti ſunt ſupplicio: Exuſti quidam igne viri novem, aquis vero ſubmerſæ mulieres decem.*

Flamma & aqua in hæreticos ſævi viri cœptum.

Nullum doloris ſignum hos martyres dæmonis, utpote ab eo infeſſos præſetuliſſe, memorat Nicolaus Harpsfeldius: additque Meshovius quanto ſtudio iſti, qui ſanctorum reliquias conculcant, juſte damnatorum reliquias colligant, ut ex iis magica incantamenta conficerent, ac memoriam eorum carminibus celebrarent: *Ex omnibus*, inquit, *hæreticis nulli difficilius ad Chriſtianam fidem convertuntur: rapti ad ſupplicia admirabilem conſtantiam, & in tormentis vim incredibilem oſtentant, tanta perſeverantia, aut indurata potius obſtinatione, ut quemadmodum de ſui ſæculi Anabaptiſtis D. Bernardus ſcribit, non modo patientes, ſed & læti, ut videtur, ad mortem currant: & ipſi ſubinde ligna, & ſtipulas igni admoveant, ſuppliciaque ſibi velocitate quadam accelerent: Norimburgi etenim, ut ſcribit Nicolaus Harpsfeldius in dialogis ſuis ab Alano Copo editis, ad Neccarum fluvium novem Anabaptiſtæ exuſti ſunt, fœminæ decem ſubmerſæ. Paſcaviæ quinque in flumen projecti ſunt, qui nullam doloris aut triſtitiæ ſignificationem dabant; ac juvenes quidam Baſileæ flagris atrociſſime cæſi alacres ac ridentes illa perferebant.*

Sibi ultro ignes adhibent interritis

Fœminæ mergendæ aquis non dant triſtitiæ ſignum.

Ad incarceratos ob religionem literas frequenter exarant: cuſtodes, judices, ſcabinos, & magiſtratum ipſum munuſculis corrumpunt, ne ſit præceps aut maturet in ferenda ſententia: tunc quo magis pertinax captivus manet, hoc gaudent vehementius. Verba ab eo toto captivitatis tempore prolata a tortoribus induſtrie percunctantur. Mox rythmos & cantiunculas concipiunt, has per omnium manus & ora mittunt. In his conſtantiam, ſanctitatem, innocentiam, & perpeſſos fratris dolores celebrant: epiſtolas ab eodem, licet ne literulam unquam pinxerit, ad ſe ſcriptas nomine ſubiecto ſpargunt: ſi ad mortem condemnatum accipiunt, audaculos ſubornant, qui præſentes morituro ſe ſiſtant. Hi pileum capiti ejus, manicas, collare, cingulum, & quo præter tegumentum verecundiæ carere poteſt, clam conniventibus ſpe lucri lictoribus detrahunt: hæc fidei ſuæ reponunt pignora: has reliquias pro martyris conſervanda memoria ferunt, quia & de iis cantiones fabricant, quibus per magiam aut dæmonis artes vinculis ſeſe expediunt, quos non ſuo ſed divino ductu tyrannorum manibus ereptos jactant. Ita ſcilicet Apollonium Tyaneum evolaſſe e carcere olim memorant: *In carcere meditationibus inſiſtunt*, nempe impiis, *multa ſæpe vaticinantur tortoribus mala, quæ ipſis in pædore collocatis primum obveniunt.*

Anabaptiſtarum fraudes circa ſuos pſeudomartyres.

Reliquias eorum ſedulo legunt. Cum iis artem magicam exercent. Ope dæmonis e carceribus interdum avolant. Falſa vaticinantur.

Subornati ii Roteburgenſes Anabaptiſtæ fuerant a Michaele Sellario, quem Anabaptiſtæ protomartyrem ſuæ ſectæ vocant: is autem a Georgio Blaurodo Tiguro (quem a dæmone arreptum illuſumque vidimus) miſſus fuerat, & cum candentibus forcipibus laniaretur, nullum doloris indicium dedit, cantandoque ac tripudiando morſus pertulit, ut narrat ex Modetto Meshovius, de cujus merito ſupplicio hæc habet Coclæus: *Cæterum doctor & dux eorum Michael Sellarius monachus apoſtata, qui longe gravius peccaverat, eam in judicio publico ſententiam accepit, ut a carnifice primum excidatur ei lingua blaſphema, deinde ſuper currum alligato candentibus forcipibus ex carne ejus bis dilacerentur fruſtra in foro, deinde adhuc quinquies in via ſic la-*

Michael Sellarius Anabaptiſta affectus ſupplicio.

nietur, ac tandem in cineres exuratur : quod & factum eſt die XVIII. *maii ; graviter enim populum ſeduxerat, docens non eſſe in ſacramento corpus & ſanguinem Chriſti, non eſſe baptizandos pueros, non eſſe præſtandum juramentum ſuperioribus, non eſſe reſtituendum Turcis, non eſſe invocandos ſanctos, &c.* Nonnulliſque aliis interjectis ſubdit aurhor. *Sic & in arce palatini electoris, quæ Alcea dicitur, multi ex ea ſecta homines diu fuere detenti, multiſque judiciis producti, donec tandem aut revocarent errores, aut ſubirent ſecundum leges ſupplicia. Sic & in Bavaria Salisburgi, & Monachii ; ſic in Auſtria Viennæ ; ſic in Thuringia Iſennaci ; ſic & Auguſtæ & Vvormatiæ, aliiſque in civitatibus nonnullis imperii plerique in carceribus detenti, aut ſuppliciis aut revocationibus ac publicis pœnitentiis emendati ſunt.* Ar de Pelargo horum anteſignano hæc narrat Meshovius (*a*) : *Pelargus ne & ipſe in magiſtratus poteſtatem deveniret exemplo aliorum, ex Sileſia in Bavariam abiit, ubi reliquum vitæ tempus in magnis ærumnis confecit, Monachii inter inopes & calamitoſos graviſſimo morbi genere, juſto Dei judicio extinctus.*

Affecti eodem plures alii aut emendati.

(*a*) *Arnol. Meshov. l. 1.*

LXXX. Contra hoſce novatores impios cum Mauris in oppugnanda Chriſti divinitate ſentientes librum edidit Coclæus, ac poſt aſſertum catholicum dogma oſtendit, omnia hæreſum genera ex ſcripturis in pravum ſenſum detortis aſtrui poſſe ; ex quo perſpicuum fieret verum ſcripturarum ſenſum ab Eccleſia catholica petendum : *Si ego*, inquit, *reluctante fide mea, tremente conſcientia, piliſque ſimul cum mente inhorreſcentibus contra Deum & ſalvatorem meum tot ſcripturæ ſacræ loca intra paucas unius diei horas colligere, ac in reprobum impiumque ſenſum detorquere potui, quid* [*obſecro*] *poſſe putetis iſtos ſuermeros, qui per hæreſim juſto Dei judicio in reprobum ſenſum traditi ſcripturi ſunt, ut ſentiunt, ut credunt, ut erronea fides conſcientiaque eis dictat, idque facient ſerio ac minime inviti, ſed omni conatu totiſque viribus, non ſolum uno aut altero die, ſed omni tempore, quoad victuri ſunt nitentur hunc ſuum articulum quoquo fuco perſuadere atque defendere.* Et poſt alia : *Satis nobis eſt contra omnes hæreticorum fucos & argutias, vel unicum illud, quamlibet breve dictum evangeliſtæ:* Et Deus erat verbum. Interjectis multis in eam ſententiam, convertens ad principes orationem, non ſufficere oſtendit, ſi novatores hoſce ferro percutiant incolumi Luthero ; omnium enim hæreſeon fœcundam radicem Lutherum ipſum excindendam : *Quid prodeſt, inquiebat, occidere ſuermeros ruſticoſque Lutheranos, ſuperſtite libroſque diſſeminante Luthero ?* ipſe eſt *enim* radix germinans, *ut Moyſes ait* (*b*), fel & amaritudinem : ipſe eſt radix amaritudinis, *uti Apoſtolus* (*c*) *vocat*, ſurſum germinans, per quam inquinantur multi : ipſe eſt radix colubri, de qua egrediuntur reguli (*d*), *quorum nunc ſibilos blaſphemos nimium exhorreſcimus.*

Scripturæ interpretatio ad quos ſpectet.

Malorum radix Lutherus tollendus fuit.

(*b*) *Deut.* 29.

(*c*) *Heb.* 12.

(*d*) *Iſai.* 14.

LXXXI. In Livonia hoc anno laxiſſimis habenis lutherana hæreſis furere cœpit ; cum epiſcopus, canonici, & monachi unius pellionis Wittembergenſis conatibus initio non obſtitiſſent ; eoque progreſſus eſt Torpathi furor, ut ſacerdotes pulſi, monachi & moniales ad inceſta ineunda connubia coacti, templa profanata fuerint, ut narrat hiſce verbis Tilmannus Bredenbachius (*e*) : *Anno Domini MDXXVII. ipſo die venerabilis ſacramenti, pellio quidam Witembergenſis in civitate Torpato clanculariaſ conciones in ædibus quorumdam incolarum habere cæpit : plurimos e junioribus mercatoribus novis dogmatibus a catholichiſmo ſeducens uſque adeo, ut vehementer adaucto factioſorum numero, dominica die proximo ſubſequenti ſeditioſe ac magno cum tumultu in baſilicam divæ Virgini ſacram irruerent, ſuumque illum concionatorem violenter in ſuggeſtu collocarent, ſacerdotibus & cantoribus omnibus e templo profligatis ; hinc altaria & divorum ſtatuas invadunt, diruunt, imagines ipſas in forum allatas accumulant, & ſubſtructa pyra comburunt : conſimili modo in ædem D. Joannis velut homines fanatici ſe proripiunt, aras ſubvertunt, imagines confringunt, organa demoliuntur, omnemque templi ornatum in foro congeſtum ignibus & flammis ſubjiciunt.*

Livonia contaminata hæreſi.

(*e*) *Bredenbachius in hiſt. Belli Livonici.*

Torpathi exuſtæ ſacræ imagines.

LXXXII. *Nondum his euſatiatus impius eorum furor, & cæca temeritas : Dominicanorum monaſterium invadunt, monachos univerſos exturbant adeo, ut ſalvo corpore difficulter evaderent. Præfectus monachorum hortatur fratres, ut patienti & infracto animo ſuſtineant quidquid ob Chriſtianæ fidei profeſſionem obveniat : paratum eſſe præmium & coronam, quam omnibus ſtrenue certantibus ſummus ille agonothetes cumulate ſoleat elargiri : nullam eſſe tantam crucem, nulla tormenta, quæ illi triumpho valeant æquiparari. Hujuſmodi dictis ubi ſuorum animos obfirmavit præfectus omnibus alacri animo dimiſſis & abdicatis cum fratrum ſodalitio e monaſterio ſecedit, nec quidquam e monaſticis bonis ſecum aufert univerſa ſocietas præter horariarum precum codices : atque ita Dominicanis e monaſterio ſuo ejectis pergit Lutherana factio ad ædem Minoritarum, eoſque ſimili modo explodit. Horum præfectus,*

Dominicani e monaſterio exturbati.

quem

Digitized by Google

Ejecti Minoritæ.

quem guardianum vocant itidem fratres ſi qui erant animi dejectioris confirmat, ac non multo poſt cum importunius urgeret factio, ſinguli acceptis pſalmodiis horariis præeunte guardiano voluntarium exilium libenter amplectuntur, parati omnia derelinquere propter illum, quem noverant animam ſuam poſuiſſe pro ipſis.

LXXXIII. *Ubi hanc in monaſticæ profeſſionis viros crudelitatem exercuerunt, fœmineum inſuper ſexum aggredi inſtituunt, virgines ex antiquiſſimo Eccleſiæ more Deo dicatas invadere parant. Erat ibidem monaſterium virginum inſtituti D. Franciſci. Hæ cum irruentes conſpicerent Lutheranæ factionis conjuratos, in genua provolvuntur, & ut fieri ſolet lachrymis & precibus orant propter communem nominis Chriſtiani profeſſionem, permittant ipſis antiquæ & a majoribus acceptæ religioni, cui mancipatæ ſint, pacifice & tranquille vacare: innoxium ſe imbecillem eſſe cœtum, quæ mundanas curas reſignaverint, voluntariam paupertatem & pudicitiam profiteantur: obſecrare ſe & ne cultum divinum & ſuſceptum vitæ inſtitutum deſerere, atque a monaſterio profugere, aut voto contraria patrare compellant. Hoc tam miſerabili planctu nihil emolliti Lutherani, velis & peplis, e virginum capitibus excuſſis, truculentas manus in crines earum mittunt, ex cellis & latibulis inclementer extrahunt, & monaſterio extrudunt, quaſdam etiam conjugium amplecti compellunt. Miſerandum hoc erat & flebile ſpectaculum, quod vel ſaxeum pectus in gemitus & lachrymas ſolveret. Porro ex monachis nuper ejectis quotquot parati erant, exuto & abjicato habitu monaſtico, matrimonio ſe dedere, & Lutheranam doctrinam ſuſcipere, eos ab exilio revocatos jure civitatis donabant; quales venerandus vir dominus Philippus Olmenſis, qui horum fere omnium ſpectator, & ut hiſtorice conſcriberem mihi author fuit, pleroſque novit. Hi conjugibus liberos educabant, familiam alebant, omniumque pertinaciſſime catholicos perſequebantur. Hoc igitur modo monachis, virginibus, cœnobiticis & ſacerdotibus pene omnibus, paucis exceptis profligatis, ſenatus & cives Torpatenſes monachorum, parochorum, & vicariorum exuvias & reddidus ad ſe transferebant.*

Moniales crudeliter raptatæ.

Apoſtatæ recepti in urbem.

Eccleſiaſtici, qui diſſimularant hæc ſcelera aboliti.

LXXXIV. *Habebat id temporis magnus Moſchoviæ dux Torpati Rigæ, & Rivaliæ templum, ubi Moſcoviticæ gentis negotiatores diebus dominicis ſuo more cultum divinum peragere conſueverant: non tulit Lutherana factio ut Ruthenorum & Moſcovitarum templum illæſum evaderet, ſed in eodem fervore in illud ſe proripiunt, & pene a fundamentis univerſam ædificii molem ſubvertunt: porro ne dirutarum baſilicarum nullus omnino uſus eſſet, Dominicarum eccleſiam tormentis bellicis aſſervandis deſtinant, & in publicum armarium convertunt; Franciſcanam ædem calci coquendæ deputant: Rutenorum templum in foricam converſum excipiendis fœtoribus, ſordibus & excrementis humanis mancipant, atque hoc modo ubi Torpati in catholicorum & Moſchovitarum delubra ſævitum eſt, Rigæ, & Rivaliæ itidem Ruthenorum fana demoliuntur.* Concepit inde graves iras Moſchoviæ dux, eum ſcelera hæc non ulciſceretur Carolus V. ademitque poſtea eam provinciam Romano imperio.

Moſchorum eccleſia diruta.

In Scotia Patritius Hamiltonius abbas Fernenſis atque Aranii comitis nepos, cum in Germania Lutheri venena hauſiſſet, Scotos hæreſi inficere conatus, de juſtificatione, prædeſtinatione, ac libero arbitrio impia dogmata ſparſit: cumque neque argumentis, nec ſcripturæ teſtimoniis, neque Eccleſiæ authoritate flecti ad mutandam impiam mentem poſſet, hæreticus renuntiatus flammarum ſupplicio addictus eſt, Jacobo V. Rege catholicæ religionis ſtudium ac defenſionem conſanguinitatis, qua ei erat conjunctus, affectibus præferente. LXXXV.

LXXXV. Abbas Fernenſis ob hæreſim exuſtus in Scotia.

Rex prætulit religionem conſanguinitati.

In Suecia autem religionis catholicæ reſtituendæ, atque hæreſeos evellendæ ſpes affulgere cœpit, quæ tamen Lutheranorum dolo paulo poſt extincta eſt: nam cum Goſtavus Rex, interprete Joanne Upſalenſi archiepiſcopo, Heduvigem Sigiſmundi Regis Poloniæ filiam ſibi matrimonio jungi depoſceret, Sigiſmundus pio religionis tuendæ deſiderio permotus aſſenſit, addita juſta & pia conditione, videlicet quod Sueciæ Rex non permitteret ſe per pſeudoevangeliſtas, qui tunc Chriſtianam pietatem evertere conabantur, a vera religione abduci. Honorificentiſſimæ erant eæ nuptiæ Goſtavo Regi & utiliſſimæ; cum ita ſe eum Poloniæ & Hungariæ, ac Romanorum Regibus affinitate devinciret, atque adverſus Moſcovitam maximum robur accederet: tum dos ingens pluſquam ducentorum millium aureorum promiſſa erat, & ipſa Heduviges virtutibus & formæ elegantia excellebat: ſed infelix Rex a Lutheranis ſenatoribus, qui metuebant, ne admiſſa flagitia aliquando luere cogerentur, faſcinatus petitam Regis Poloniæ affinitatem reſpuit, ac ducis Lovembergenſis filiam inopem & regio conſortio indignam duxit; creſcenteque in dies impietate ſanctiones hæreticæ in Aroſienſi & Errebroenſi civitatibus promul-

Sigiſmundi Regis Poloniæ pia conſilia.

De affinitate inter eum & Polonum jungenda actum.

Goſtavus a Lutheranis ſubornatus eam reſpuit.

Digitized by Google

Hereticus conſtitutiones edit. Epiſcopus boni ejicit.

mulgatæ hoc anno fuerunt. Maxima autem religionis in Suecia everſæ cauſa extitit, quod plures epiſcopi a Chriſtierno jam occiſi eſſent atque ob inſignem cleri negligentiam nulli epiſcopi in illorum locum ſubrogati fuiſſent: quare cum pauci ſupereſſent boni, oppreſſi & ejecti fuere cum Joanne Upſalenſi archiepiſcopo; mali vero impietatem voluptatum illecebris deliniti ſunt amplexi.

LXXXVI. In Belgio lege agebatur judiciaria in hæreticos ſævitas, cum divina miſericordia inſigni miraculo fideles ſuos ab hæreſi, quæ plures pietatis ſpecie faſcinabat, deterrere voluit hoc anno, quod ex Chriſtiano Maſſæo (a) ita repetit Bredenbachius: *Scribit Chriſtianus Maſſæus chronicon libro vigeſimo anno ſalutis MDXXVII. die XX. julii Tornaci Lutheranum quendam nomine Henricum fuiſſe combuſtum: is (ut ait Maſſæus) ſequenti nocte ſociis in carcere totus ardens apparuit, illis præ timore clamantibus ait:* Niſi ab errore ceſſetis, mecum peribitis in æternum. *Excitatus clamore carcerarius conſules urbis advocavit: dicunt illis vincti:* Facite de nobis quod volueritis modo prius confiteamur, ne cum Henrico pereamus. *Hæc Maſſæus.*

(a) *Maſſæus chron. lib. 20. & ex eo Bredenbac. in apolog. pag. 181.*

Hæreticus poſt ſupplicium ſocios edocet de paratis inferorum pœnis.

Adderem & alterum ſi tam ſcripto probare poſſem, quam propter fidem ejus qui mihi narravit: nihil de eo dubito. Fuit mihi in hac ſchola Embriceſi laborum ſocius Petrus Homphæus, non ille, qui poſtea factus eſt hujus collegii decanus, vir æterna memoria dignus, ſed hujus patruelis. Is aliquando e ſua patria navigio deſcendens ſecum habuit præter cæteros in eadem nave duos monachos: Hos cum quidam factionis Lutheranæ miris contumeliis, conviciis, & diſputandi contentionibus exagitaret, alter monachorum placidis quidem verbis, ſed rationibus tam gravibus obviavit, ut ille nihil haberet quod contra diceret. Cœpit itaque devovendo ſe inficiari vera eſſe quæ dicerentur a monacho: Si (*inquit*) iſta ſe ita habent, perdat me ſubitanea morte hoc loco Deus; *atque una cum ipſo verbo efflavit animam: hæc ille mihi & multis aliis a ſe viſa & audita retulit. Quæ in commentariis Sleidani & aliis libris leguntur viris prudentibus, ipſis legenda & expendenda relinquo: tametſi Sleidanus exempla omnium clariſſima omiſit, quorum narrandorum illi fuiſſet occaſio præſentiſſima.*

Hæreticus alius blaſphemando repentina morte affectus. Sleidanus infidus in ſcribendis miraculis quæ contigere.

In Galliis ineunte februario hujus anni LXXXVII. Antonius de Pratis archiepiſcopus Senonenſis, idemque extremo anno creatus Cardinalis, ut dicetur inferius (b), Pariſiis inſignem ſynodum provincialem celebravit, [1] in qua recentiorum novatorum hæreſes damnatæ, ac plura ſanctiſſima decreta ad Gallos ab errorum labe vindicandos edita fuerunt: ac primum quidem recenſitis Lutheri hæreſibus perculit anathemate omnes, qui fidem Romanæ eccleſiæ abjicerent, atque in eos ſine ullo ordinis diſcrimine legum ſeveritatem adhibendam ſanxit: tum monuit ſuffraganeos ut loca hæreticæ contagionis ſuſpecta adirent (c), a vicinis de prodendis hæreticis ſacramentum exigerent, & urbium magiſtratus jurejurando adigerent contra hæreticos publicam opem ſe allaturos.

(b) *Clem. lib. brev. ann. 1527. pag. 418.*

Senonenſis ſynodus adverſus Lutheranos.

(c) *Ext. ejus acta to. 4. concil. par. 2. pag. 149.*

Antonius miſeratione divina tit. S. Anaſtaſiæ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter Cardinalis, archiepiſcopus Senonenſis, Galliarum & Germaniæ primas, ac Franciæ cancellarius, univerſis præſens hoc ſcriptum inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus.

Inter cunctas paſtoralis officii ſolicitudines quibus premimur inceſſanter, illa fortius nos angit, ut cunctis hæreticis de finibus Chriſtianorum expulſis, ſuiſque falſis & virulentis ſcriptis ac peſtilentibus doctrinis penitus extirpatis, fides catholica quæ ſolida ſemper fuit ſubnixa petræ, integra illibataque permaneat, ac populus Chriſtianus noſtræ potiſſimum provinciæ in fidei ſynceritate [*quolibet obſcuritatis ſemoto velamine*] *immobilis inviolatuſque perſiſtat. Sane proſpicientes quod non ſine gravi diſplicentia referimus inſurrexiſſe nonnullos pſeudochriſtos, ac pſeudoprophetas, quorum dux ac vexillifer eſt Martinus Lutherus, qui a veritate excidentes nonnullos ac pene infinitos, etiamſi fieri poſſit, electos, ut eſt apud Matthæum* (d), *ad errores inducunt, homines haud dubie hæreſiarchas faſtuoſos, ſeditioſos*

De novis hæreſibus præfatio.

(d) *Matth. 24.*

NOTÆ [1] PAriſienſe concilium provinciale cum hoc anno male conjungitur in Annalibus. Cum enim more veteri Gallicano annus *a Paſchate ſumeretur*, ut in præfatione concilii Lugdunenſis hoc pariter anno celebrati aſſeritur, dies III. februarii anni 1527. quæ adſcripta eſt literis Archiepiſcopi Senonenſis in prima ſynodi ſeſſione datis, exhibet anni 1528. exordium. Manſit autem uſque ad diem IX. octobris ejuſdem anni, ut exprimitur in ſecunda parte decretorum ejuſdem concilii. Acta illa diſtinguuntur in partes duas, quarum alia canones XVI. complexa impia Lutheranorum, Anabaptiſtarum & Sacramentariorum dogmata proſcribit; altera vero canones ad morum reformationem ſpectantes quadraginta exhibet. Inter hos canones multi occurrunt quos dein Tridentinum concilium confirmavit. MANSI

ſos, luciferiana ſuperbia ac rabie lupina erectos, ac demum quales Apoſtolus ad Timotheum (a) graphice deſcribit ſuiſque pingit coloribus, & ad amuſſim exprimit, qui rurſus, ut inquit Petrus (b), ſectas perditas ac damnatas introducunt libertatem promittentes, cum ipſi ſint ſervi corruptionis in maximam certe reipublicæ Chriſtianæ perniciem & jacturam; ac tandem, niſi cito occurratur, ruinam & everſionem utpote quos non pudet novas hæreſes effingere, ſed etiam ſatagunt ac ſtudent veteres & jamdiu per eccleſiam ſopitas inſtaurare, & inter hæc primum de ſacramentis eccleſiæ multum perinicioſe dogmatizant, affirmantes laicos & mulierculas æque ac presbyteros poſſe abſolvere; & quod hactenus fuit inauditum, laicis ut ſacerdotibus Eucharistiæ conſecrationem permittunt. Inter ſacerdotes & plebem nihil intereſſe dicunt, ſed omnes ſacerdotes putant quicumque ſunt Chriſtiani. In clericis in ſacris ordinibus conſtitutis cœlibatum non admittunt, monachis & aliis voto obſtrictis libertatem laſciviendi indulgent, quibus relicto velo & abjecta cucullа ad ſæculum redeundi facultatem relaxant, & apoſtaſiam permittunt: Romanorum Pontificum decreta, decretales epiſtolas etiam & canones conciliares enervare contendunt: veteres eccleſiæ cerimonias ac receptas tot annis laudabiles, conſuetudines ridiculas cenſent, & ut ad impietatis cumulum addant, ſacram ſcripturam figere ac refigere non dubitant, ac relicto ſenſu patrum orthodoxorum vellicare, & ad ſuum ſenſum reprobum contorquere conviciis ſemper & maledicentiis pleni, & non ſolum aceto perfuſi, ſed ubique veneno reſperſi articulos inſuper infinitos, quos non magnopere attinet referre, diſſeminant, aut ſcandaloſos aut temerarios aut blaſphemos aut piarum aurium offenſivos, ac tandem ſuper exitiali peſtilentique dogmatum veneno pleraque alia tam fœda ac malevolentia nauſeabundi evomunt, ut quaſi ex profeſſo habeant ſpeciem ac decorem ſanctæ matris Eccleſiæ non habentis maculam neque rugam (c) fœdare, ſpurcare ac contaminare: veriti ergo ne hoc veneficum virus in nobis credito dominico agro radices ageret: & velut cancer creſceret in perniciem aliorum officii noſtri paſtoralis eſſe duximus vepres hujuſmodi nocivas falce authoritatis eccleſiaſticæ reſecare, & plantulam priuſquam ſoboleſceret & in plures
LXXXVIII *ſerperet, radicitus evellere.*

Hinc eſt quod in hoc noſtro provinciali concilio, quod ad corrigendos exceſſus & extirpandas hæreſes juxta Chalcedonenſe ac Lateranenſe concilia (d) adunatum eſt, ad Dei honorem, fidei orthodoxæ exaltationem, ac ſubditorum noſtrorum pacis augmentum, & tranquillitatem duximus, habito ſuffraganeorum noſtrorum conſenſu, ac multorum divini & humani juris interpretum conſilio, his tantis periculis ſalubriter ac celeriter providendum, antiquos ſcilicet canones, quorum utique cuſtodes & executores conſtituimur, aut declarantes, aut renovantes, ſeu ex poteſtate nobis conceſſa interdum adiectione pœnæ communientes; in primis juxta ſacrum Lateranenſe concilium excommunicamus & anathematizamus omnem hæreſim extollentem ſe adverſus orthodoxam & catholicam Eccleſiam. Univerſos inſuper qui aliter, quam Romana credit & prædicat eccleſia, credere, & pertinaciter aſſerere attentant, ejuſmodi concilii authoritate velut hæreticos & pertinaces & a communione fidelium ſeparatos declaramus: Eccleſia quippe univerſa errare non poteſt, utpote quæ regitur Spiritu veritatis (e) ſecum manente in æternum, & cum qua Chriſtus manet uſque ad conſummationem ſæculi (f): quæ etſi diverſa, & nonnunquam, quod ſæpius neoterici hæretici objiciunt, pugnantia propoſuerit decreta, nihil tamen eſt in tanta decretorum multitudine, quod fidei orthodoxæ adverſetur, ſed ab uno eodemque Spiritu edocta fuit, ut ita pro conditione temporum ſtatueret, ut viſum fuerit conducibilius: ejuſdemque concilii authoritate credentes receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum excommunicationi ſubjacere decernimus (g).

LXXXIX *Suſpectos autem de hæreſi, & notatos poſt unam aut alteram correptionem decernimus ab omnibus devitandos, ſcientes, ut dicit Apoſtolus (h), quod ſubverſi ſunt & ſuo plane judicio condemnati; ac ſubinde, dum intelligunt, ſe a conſortio hominum ſeparatos, rubore plerumque ſuffuſi ad humilitatis gratiam & conciliationis affectum facilius inclinentur, damnati de hæreſi, ſi ad unionem fidei catholicæ redire voluerint, maneant de foro Eccleſiæ, & ad agendam perpetuam pœnitentiam in pane doloris & aqua triſtitiæ perpetuo carceri deputentur. Damnati de hæreſi, ſi eam abjurare noluerint, ſi laici ſunt, ſtatim ſunt judicio ſæculari relinquendi, ſi clerici præſente poteſtate ſæculari ſunt a ſuis ordinibus degradandi, & pronuntiandum eſt, ut eos ſæcularis judex in ſuum forum recipiat. Cæterum quia epiſcoporum numerus per ſacros canones ad degradationem requiſitus non facile poteſt adunari; concedimus ut cum ſacerdos aut alius in ſacris ordinibus conſtitutus fuerit pro crimine hæreſis degradandus, poſſit accerſitis abbatibus aliiſque prælatis ſolus epiſcopus degradare.*

(a) 1. Timoth. 4.
(b) 2. Petr. 2.
(c) Epheſ. 5.
(d) Cap. Quoniam 18. diſt. Cap. ſicut olim de accuſ.
Eccleſia non poteſt errare.
(e) Joan. 14.
(f) Matth. 15.
Pœnæ hæreticorum fautoribus irrogatæ.
(g) Cap. excommunicamus § Credentes.
(h) Tit. 3.

Qui

XC. Relapſi ſæculari judicio relinquendi.

Qui in hæreſim ſemel abjuratam reciderint, ac velut canes ad vomitum redierint, tanquam palmites aridos in vite manentes foras mittendos decernimus, & ſæculari judicio ſine ulla audientia relinquendos: relapſos autem in hæreſim juxta decretum Alexandri IV. declaremus eos, qui in judicio hæreſim abjurarunt, & poſt committunt in ipſa, licet prius hæreſis crimen non plene contra ipſos probatum fuiſſet. Inſuper eos, qui una ſpecie hæreſis commiſerunt, aut in uno fidei articulo erraverunt, & poſt ſimpliciter vel generaliter hæreſim abjurarunt, ſi ex tunc in aliam ſpeciem hæreſis commiſerint, velut relapſos in hæreſim decernimus judicandos. Pluribuſque interjectis ſubditur: *Præterea is de cujus lapſu in hæreſim ente abjurationem conſtiterit, vel nunc conſtat, ſi poſt illam hæreticos deducat, acceptet ſive aſſociet, vel dona ac munera eis mittat, ſeu favorem eis impendat qui excuſari non poſſit, merito judicari debet relapſus, cum illum ex approbati a ſe erroris conſequentia non ſit dubium id feciſſe, noviſſime abjurans in judicio hæreſim propter vehementem præſumptionem, ſi iterato labitur, licet non fuiſſet pene probata, relapſus dicitur. Cæterum relapſis etſi reſipiſcentia non profuerit ad evitationem pœnæ temporalis, tamen cum eccleſia nulli claudat gremium redeunti, non ſunt ipſis relapſis ſi pœnituerint & pœnitentiæ ſigne apparuerint, pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramente deneganda. Qui de hæreſi deprehenſi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi juxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemque perſonæ innocentiam ſuam congrua purgatione mouſtraverint, anathematis gladio feriantur, & uſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus evitentur. Hæreticorum (a) bona tanquam reorum læſæ majeſtatis ſi laici ſint, fiſco ſæculari applicentur, ſi vero clerici, eccleſiis a quibus ſtipendia receperint: confiſcationis autem executio non fiat per judicem ſæcularem, niſi prius a judice eccleſiaſtico ſuper crimine ſententia pronuntiata exiiterit. Cæterum quia intelleximus per nonnulla loca provinciæ noſtræ quoſdam qui in nulla unquam academia incorporati fuerint, ſed in verba Lutheri jurarunt, aut Luthero ſunt nequiores monopolia illicita facere & occulta conventicula necnon cum laicis ſeſe in penetralibus domorum recipere, & cum idiotis ac mulierculis converſari, de fide catholica diſputere & non ſecus quam impius Montanus cum ſuis Priſcilla & Maximille ſimplicium animos deludere & faſcinare inter hæc jactantes ſe habere ſpiritum Domini. Propterea ne vitia ſub ſpecie virtutum ſubintrent, præcipimus ſuffraganeis noſtris, ut congregationes hujuſmodi occultas & adeo pernicioſas prohibeant, ac tranſgreſſores pœna condigna puniant; Deus enim qui eſt lux vera & qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, adeo execratur opera tenebrarum, ut Apoſtolos in univerſum mundum prædicaturos miſſurus præceperit eis aperte quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Rurſus etiam intelleximus nonnullos Martini Lutheri libellos pernicioſos jampridem cum ſuo authore a ſanctiſſimis Pontificibus Leone Papa & Hadriano, necnon Clemente Papa moderno damnatos, a nonnullis nihilo ſecius timore divino & pudore humano prorſus abjectis adhuc evulgari, legi & circumferri; propterea prohibemus ſub pœne excommunicationis latæ ſententia, ne qui cujuſcumque conditionis aut ſtatus exiſtant, prædicti Lutheri libellos aut qui ab eo & ſuis ſequacibus prodiiſſe aſſeruntur, deinceps comparent, habeant & circumferant, aut in concionibus publicis ſeu privatis confabulationibus laudent, approbent, tueantur aut evulgent. Porro cum ſecundum Apoſtolum, alios dedit Dominus Apoſtolos, alios doctores, alios prophetas, hinc eſt quod diſtricte juxta ſacrum generale Lateranenſe concilium prohibemus, ne paſſim liceat cuivis prædicationis officium uſurpare, neque ad prædicandum prodeant, niſi quibus aut a jure aut a Papa aut epiſcopo loci licentia concederetur;* quomodo enim prædicabunt (b) niſi mittantur? *& veritas ipſa dicit in evangelio* (c). Rogate dominum meſſis ut mittat operarios in meſſem ſuam; *Joannes* (d) *quoque Baptiſta ſpecialis ſuæ miſſionis teſtimonium protulit de ſcriptura dicens:* Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias propheta (e).

XCI.

Ordinamus inſuper quod ſuffraganei noſtri, ſi viderint aliqua loca eſſe de hæreſi ſuſpecta, per ſe aut alios idoneos quamcitius ad illa accedant, & ab illis de vicinia exigant (f) ſacramentum de prodendis hujuſmodi hæreticis ac conventicula illicita facientibus; quibus etiam diſtricte præcipimus, ut ad hæc exequenda diligenter invigilent, & in negotio hujuſmodi hæreticæ pravitatis ſummarie & de plano procedant: & ſi in expugnando hujuſmodi fermento fuerint remiſſi & negligentes, intelligant ſe pœnas incurſuros, quæ in ſacro generali Lateranenſi concilio (g) continentur: pœnas inſuper reformident contra inquiſitores in officio delinquentes in ſacro Viennenſi concilio promulgatas. Conſtitutiones (h) autem Urbani V. Clementis V. Bonifacii VIII. diligenter obſervent ſuffraganei noſtri. Ob-

(a) Cap. Vergentis de hæret.

Clandeſtini conventus prohibiti.

(b) Rom. 10.

(c) Matt. 9.

(d) Joan. 1.

(e) Iſa. 40.

(f) Cap. Statuta de hæret. in ſexto.

(g) Diſt. Cap. Excommunicamus 1. §. Volumus.

(h) Cap. Volentes de hæret. in Clem.

XCII. Rogatus Gallorum Rex. ut hæreticos pellat.

Obſecramus autem per viſcera miſericordiæ Dei noſtri Chriſtianiſſimum Regem & principem ac dominum noſtrum ſupremum, ut pro ſuo ſingulari zelo, miroque affectu & incredibili devotione religionis Chriſtianæ, a ſuis terris & dominiis univerſos hæreticos confeſtim repellat, exterminetque hanc tetram & diram luem hæreticorum, quæ in dies magis ac magis pullulat: res haud dubie inaudita, cum ab initio naſcentis Eccleſiæ uſque ad hæc noviſſima tempora regnum hoc Chriſtianiſſimum, inquit Hieronymus, hæreticorum prodigioſis monſtris caruerit.

XCIII. *Proinde principes orthodoxi, ſi Chriſtiano nomini conſultum eſſe volunt, ſi religionis Chriſtianæ ruinam metuunt, neceſſe eſt in exterminandis profligandiſque hæreticis omnes ſuos conatus intendant, omnem ſuam poteſtatem exerceant; periculum alioqui eſt, ne Petri navicula operiatur fluctibus ac demergatur in profundum; nunquam enim ſic undis jactata eſt Eccleſiæ navis, ſic ventis validis (id eſt vanis doctrinis) impulſa, ſic undique procellis agitata; inde quod Chriſto in navi dormiente apud Matthæum* (a) *Apoſtoli fecerunt, inſtante naufragio clamemus neceſſe eſt & dicamus:* Domine ſalva nos; perimus.

(a) Matth.8.

XCIV. Data magiſtratibus impetia.

Noviſſime ordinamus, quod rectores & conſules civitatum juxta ſacrum generale Lateranenſe concilium corporaliter præſtent ſacramentum, quod fideliter & efficaciter Eccleſiam in hujuſmodi negotio hæreſis (cum fuerint requiſiti) juxta ſuum officium pro viribus adjuvabunt, manuſque porrigent adjutrices: epiſcopi autem vel inquiſitores, dum in hujuſmodi negotio procedunt, & a ſæcularibus judicibus forſan excommunicatis ſubſidia poſtulant, nullam ex participatione hujuſmodi excommunicationem incurrant. Præcipimus tandem ſingulis ſuffraganeis noſtris, ut hoc noſtrum tam ſalubre, tamque pro conditione temporum neceſſarium ſtatutum ſuis ſtatutis ſynodalibus adjiciant, ac in prima eorum ſynodo faciant publicari. Dat. Pariſiis in prima ſeſſione concilii noſtri facta apud fratres eremitas S. Auguſtini anno Domini MDXXVII. die III. februarii.

XCV. Decretum de Eccleſiæ auctoritate.

(b) Matt. 16. 19.18.
(c) Eph. 4. 5. 1. Tim.3.
(d) Oſea 2.
(e) Pſal. 120. 128.
(f) 1. Pet. 3.
(g) Jo. 14. 17. Apoc. 21.

Addita ſunt plura decreta eccleſiaſtica ſacræ ſcripturæ oraculis contexta pro aſſerenda fide orthodoxa atque hæreticorum argutiis divinæ authoritatis clypeo repellendis. Primum itaque ex Matthæo (b), Paulo (c), Oſea (d), Davide (e), Petro (f), & Joanne (g) unam eſſe & ſanctam Eccleſiam, quæ neque falli neque fallere poſſit probatur, ac demum concluditur: *Una igitur ſancta & infallibilis Eccleſia, quæ nec a charitate decidere poteſt, nec ab orthodoxa fide deviare, cujus authoritatem, qui in fide & moribus ſecutus non fuerit, quaſi Deum abnegaverit cui gloria in Eccleſia & Chriſto Jeſu in omnes generationes infideli deterior habeatur.*

XCVI. (h) Conc. Senon. decr.2.

Convulſa ſecundo decreto (h) eſt alia hæreſis novatorum, qui cum ſacris oraculis Eccleſiæ unitatem, ſanctitatem, authoritatemque negare non poſſent, illud inane diffugium captabant, ut Eccleſiam dicerent inviſibilem; quod inſigne mendacium ita fuit convictum: *Cum adeo explorata ſit ex ſcripturis tum unitas Eccleſiæ, tum ſanctitas, ut qui ſecus auſit affirmare, manifeſtæ ſtatim impietatis convincatur, apertiſſimum autem in hæreticos argumentum, & quo minore negotio contundi queant, ſit ejus authoritas, cujus definitiones & decreta propter ſui claritatem non facile ſint cavillis & tergiverſationibus obnoxia; operæ pretium ſe facturos eſſe putaverunt, ſi quam inficiari non poſſunt, dolo tandem & verſutiis eludant: id quod tum demum aſſecuti fuerint, ſi pro ſententia Lutheranorum inviſibilis & tota ſpiritualis, ac perinde nobis incognita credatur Eccleſia: nam quis futurus contentionis modus, ubi provocatur ad judicem, qui nec inveniri, nec inventus internoſci poſſit? atqui inquit Chriſtus* (i): ſi te corripientem frater tuus non audierit, dic Eccleſiæ: *quid autem craſſius aut quid inutilius fingi poſſit, ſi prorſus occulta ſit & inperveſtigabilis Eccleſia, cujus majores natu admonet Apoſtolus* (k) *univerſo gregi non quidem inviſibili attendere, in quo eos Spiritus ſanctus poſuerat epiſcopos ad regendam Eccleſiam Dei? nunquid inviſibilis illa, a qua pro Petro, cum carcere teneretur, aſſidua fieret oratio;* (l) *aut in qua Timotheum conſervari docet* (m) *Apoſtolus? Non igitur fide tantum & internis chariſmatibus, ſed confeſſione fidei & externa ac viſibili ſacramentorum participatione conſtat, ſemperque conſtitit Eccleſia, quæ ab ipſis incunabulis communi & præſcripta unius & ejuſdem fidei proteſtatione non caruit.* Unum corpus, *inquit Paulus* (n), unus Spiritus, unus Dominus, una fides. *Sed ne ab his inviſibilibus tantum pendere videretur Eccleſia:* Unum, *adjecit*, baptiſma; etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus (o) ſive Judæi ſive gentiles, ſive ſervi, ſive liberi: omnes in uno Spiritu potati ſumus. *Quiſquis igitur tergiverſandi ſtudio inviſibilem & incertis ſedibus errantem dixerit Eccleſiam, non hæreſim tantum dixiſſe, ſed hæreſum omnium puteum fodiſſe judicetur.*

Confutati qui inviſibilem dicunt.

(i) Matt. 18.

(k) Act. 20.

Viſibilem eſſe Eccleſiam demonſtratur.

(l) Act. 12.
(m) 1.Timoth.3.

(n) Epheſ. 4.

(o) 1. Cor. 12.

XCVII. Retuſa eſt tertio decreto (*a*) eorumdem improbitas & impudentia, qui ex Lutheranis deliramentis conciliorum authoritatem evertebant: ex quo oſtenſum eſt, data cuique quidlibet ſentiendi libertate, omnes veteres hæreſes inſtaurandas, novaſque temere confingendas: *Abſurdum*, pergunt acta ſynodalia, *non ab re videri poſſit, ſi tanto ſtudio veteri ſynagogæ* (*b*) *Deus affuit, ut ſi quid in lege difficile vel ambiguum occurreret, quod citra controverſiam a judicibus & legis peritis abſolvi non poſſet, deſignato tamen cœtu non carerent, cujus arbitrio res tota finiretur; Eccleſiam autem longe ſynagoga potiorem ita neceſſariis deſtituat auxiliis, ut prorſus non habeat cui, ſuborta de fide quæſtione, tuto ſatis inniti poſſit: proinde cum certa ſit & infallibilis Eccleſiæ regula, nec aliquando inviſibilitatis prætextu tandem eludi queat, ea profecto ſacris generalibus conciliis authoritas derogari non poteſt, quæ proxime univerſalem repræſentant Eccleſiam. His enim conciliis ſi ea decernendi, quæ ad ſinceritatem fidei & extirpationem hæreſum, Eccleſiæ reformationem, & morum integritatem pertinent, poteſtas adimatur, nihil certum, nihil ſtabile futurum eſt, nihil denique, quo hæreticus ab orthodoxo poſſit internoſci; cum ille frequenter tum impendio loquacior, tum pervicacior pluribus licet perperam intellectis ſcripturarum teſtimoniis falſo glorietur: nec erat quo veterum quondam hæreticorum retunderentur inſultus, niſi eccleſiaſtici proceres Apoſtolorum exemplo concilia celebraſſent* (*c*), *quibus ſancti Spiritus authoritatem ferocientibus illis, & rerum humanarum ſcientia tumentibus opponerent quo fit, ut ſi conciliorum authoritati ſub hac temporum calamitate tantillum depereat, protinus velut ab inferis ſuſcitandæ ſint damnatæ hæreſes, neque defuturi ſint, qui hinc Ario, inde Neſtorio, cæteriſque id genus peſtibus, palam ſubſcribere non formident. Etſi autem nonnihil quoque laicorum interſit, quid credendum ſit quid agendum; id tamen ab Apoſtolis* [*quibus ſuccedunt epiſcopi*] *legimus obſervatum* (*d*) *ut ſive murmuri Græcorum occurrendum foret, ſeu pacanda ſuper legalibus oborta ſeditio, non centurionem* (*e*) *non promiſcuam e plebe multitudinem accerſerent, ſed præſentem ſibi Spiritum ſanctum affirmarent,* (*f*) *cujus inſtinctu quod juſtum eſſet & æquum ſanciretur: quod ſi, ubi duo vel tres in nomine Domini congregantur* (*g*) [*licet ſibi ipſis relicti falli poſſint*] *continuo tamen in medio eorum ſit Dominus; quanto magis ubi ſummus Pontifex cæterique primores eccleſiaſtici conveniunt, ut hæreſibus ſubinde pullulantibus occurrant, & dominicum agrum ſubortis expurgent zizaniis? Sancta igitur & inviolabilis eſt ſacrorum conciliorum univerſalem authoritas, cui quiſquis pertinacius refragatur, hoſtis fidei jure optimo cenſeri debet.*

(*a*) *Synod. Senonen. dec. 3. Bochell. l. 5. tit. 20. cap. 42.*

(*b*) *Deuter. 17.*

Refutati qui authoritatem conciliorum temnunt.

(*c*) *Act. 6. & 15.*

(*d*) *Act. 6.*

(*e*) *Act. 15.*

(*f*) *Act. 17.*

(*g*) *Matth. 18.*

XCVIII. Quarto decreto probatum eſt ſpectare ad Eccleſiam ſacras ſcripturas a profanis diſtinguere, tum de illarum vero ſenſu ferre ſententiam, nec ulla alia ratione hæreticos convinci: *Obortis igitur*, ait ſynodus, *de fide diſſidiis, fruſtra ſæpe ſcripturæ conſulitur, niſi Eccleſiæ certa & infallibilis litem dirimat authoritas, quæ canonicum librum ab apocrypho catholicum ſenſum ab hæretico, germanum ab adulterino diſcernat. Hac nempe velut internuntia patrum & ſacrorum conciliorum organis Spiritus Sanctus docet nos omnia, & ſuggerit nobis omnia, ſine quorum auſpiciis, qui ſcripturæ ſacræ ſenſum habere ſe jactitant, non intelligunt quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, ſed videntes non vident, & audientes non audiunt.*

Scripturæ verus ſenſus ab eccleſia indicandus.

XCIX. Præterea contendentibus hæreticis ad eludendas Eccleſiæ traditiones, non alia credenda, quam quæ in ſcripturis ſacris expreſſe continentur, obſtruitur os quinto decreto ac demonſtratur nonnulla credenda, quæ a Chriſto vel Apoſtolis ipſis familiari colloquio, & majorum traditione ad nos pervenerunt: *Ubi quæſo*, ait ſynodus (*h*); *ſcriptum eſt illud, quod a Chriſto dictum commemorat Apoſtolus* (*i*): Beatius eſt magis dare quam accipere? *quis ſcripto redegit ea, quæ per dies a reſurrectione quadraginta Dominus cum diſcipulis de regno Dei diſſeruit* (*k*), *atque alia id genus multa, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum mundum juxta Joannem* (*l*) *arbitramur poſſe capere, eos qui ſcribendi ſunt libros? quibus non longe ſunt aliena ſymbolum illud Apoſtolorum, & quod ſine unctione non fit confirmationis ſacramentum, & in ſuperbenedicto miſſæ ſacrificio aqua vino miſceatur, aut fideles vivificæ crucis ſigno frontem communiant, pluraque id genus, quæ velut eu receptione quadam & quaſi per manus ab Apoſtolis emanarunt. Hinc Paulus non eas tantum traditiones jubet a Theſſalonicenſibus* (*m*) *obſervari quas per epiſtolam, ſed etiam quas per ſermonem didiciſſent: neque prætermiſiſſe putandus eſt cætera, quæ circa venerandum Euchariſtiæ ſacramentum Corinthiis ſeſe diſpoſiturum cum veniſſet ultro ſpoponderat; quorum plurima licet a Chriſto forte non ſunt inſtituta, id tamen ratum eſt, quod dictante Spiritu Sancto Apoſtoli tradiderunt, veluti quod Chriſtus ipſe tradidit* (*n*), *& in ſui commemorationem fieri præcepit. Oportet itaque*

Omnia Chriſti oracula non ſunt ſcripta.

(*h*) *Concil. 30. nomen debr. 5.*

(*i*) *Act. 10.*

(*k*) *Act. 1.*

(*l*) *Joann. 21.*

(*m*) *2. Theſſ. 2.*

Traditioni credendum eſt.

(*n*) *1. Cor. 11. Cy. in ſerm. de abl. Caſſ. coll. 21. c. 12.*

que

que nos authoritati patrum, conſuetudinique majorum uſque ad tantum tempus, per tantam annorum ſeriem protelatæ, etiam non percepta ratione, credere, eamque, ut antiquitus tradita eſt, jugi obſervantia ac reverentia cuſtodire: quam ſi quis eo prætextu pertinacius reiiciat, quod non legitur in ſcripturis ſacris, ut hæreticus & ſchiſmaticus habeatur.

C.
(a) Concil. Senonen. decr. 6.
Conſtitutiones non ſunt puræ humanæ.
(b) Matth. 23.
(c) Luc. 16.

Conſtabilitæ decreto ſexto (*a*) ſanctiones Eccleſiæ, quæ licet humanæ ſint, eo quod ab hominibus latæ, non tamen pure humanæ ſunt, cum earum authores divinus ſpiritus rexerit, convictique hæretici ex deuteronomii decimo ſeptimo, capitali ſupplicio afficiendos eos, qui ſummi ſacerdotis imperio parere detrectarent: Chriſtum edixiſſe (*b*), ob morum impuritatem a ſacerdotum obſequio non diſcedendum: *Omnia quæcumque dixerint vobis ſervate & facite*; commendaſſe (*c*), eos, quibus ſuam Eccleſiam regendam committebat: *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit*. Adductæ plures aliæ ſacræ ſententiæ, ex quibus hæc ſancita ſunt: *In omnibus igitur, in quibus, nihil certi definivit ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta majorum pro lege habenda ſunt, & ſicut prævaricatores divinarum legum contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi.*

CI.
(d) Concil. Senonen. decret. 7.
De ſervanda qudrageſima.
(e) Heb. 10. Coloſſ. 2.

Jejuniorum vetus obſervantia ſeptimo (*d*) contra hæreticorum grunnitus confirmata: Inſtitutum itaque ab Apoſtolis, quadrageſimale jejunium ita comprobatur: *Quo Chriſti fideles non tam Moſen aut Eliam, quam Chriſtum imitari totius anni decimam exolverent: quæ vero a Calixto martyre in quatuor anni partes diſcreta ſunt jejunia quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis, legem referunt, ac figuram adimplent, & velut quædam noſtri temporis primitiæ ſub illis quatuor anni partibus offeruntur, ea quidem obſervantia, ut duodenarius dierum numerus duodecim menſium numero reſpondeat: neque diſſimili religione ſtatuta ſunt cætera vigiliarum jejunia, quo puriores ſacris ſolemnitatibus accedamus. Cæterum quod ad ciborum delectum attinet; etſi jam olim exoleverit vetus illa Moſaicæ legis ſervitus, quam umbram futurorum Apoſtolus appellat (*e*), nec jam aliquid commune dicendum ſit aut immundum; nihil tamen ſanctius, nihil utilius potuit inſtitui, quo pruriens carnis laſcivia frænaretur, quam ut jejuniorum & ſtatutis ab Eccleſia abſtinentiæ diebus a carnis eſu temperantes cibis tantum aridioribus veſceremur. Neque profecto minor eſſe debet apud nos ſacroſanctæ matris Eccleſiæ authoritas, quam apud filios Rechab morituri patris imperium, qui ne patris edictum violarent, a vino perpetuo abſtinuerunt* (*f*). *Si quis igitur Arianorum hujuſmodi errorem mille ab hinc annis damnatum, & a Joviniano, Vigilantio, Waldenſibus, Wicleffo, Huſſitis, ac noviſſimis iſtis diebus a Luthero & ſequacibus ſuſcitatum ſecutus quadrageſimale jejunium non tam terrena cogitatione initiatum, quam cœleſti majeſtate conſecratum, & cætera eccleſiaſtica jejunia vel præſcriptas a patribus abſtinentias non obſervaverit, aut non obſervandas decreverit, ſacrorum conciliorum authoritate anathema ſit.* Cum non minus libidini, quam gulæ inſervirent hæretici, cœlibatum ſacerdotum omni contentione oppugnantibus, hoc decretum objectum eſt (*g*).

(f) De conſecr. diſt. 3. ca ſejunia a pluralitis.
(g) Concil. decret. 8.

CII.
(h) Apoc. 32.
De cœlibatu ſacerdotum.
(i) Levit. 21.
(k) 1. p. 24. Amb. in 1. ad Ti. c. 3.
(l) C. 2. di. 32. cap. ſi quis.
(m) 1. Reg. 21 82. diſt. cap. propoſuiſti.
(n) 1. Cor. 7.
(o) 1. Timoth. 1.

Non ſatis eſſe viſum eſt Lutheranæ factionis authoribus, ſi quis in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc (*h*), *niſi luciferiana quadam malitia magnam ſtellarum partem ſecum traherent, qui jam dudum impudicitiæ fræna laxaſſent, multo plurimos in ſacrilegos inceſtus, & nefanda prodigioſæ libidinis exempla ſecum præcipites agerent; ut enim qui laſcivia diffluebant plures haberent ſui ſimiles, & coacervata multitudine ſuam utcumque turpitudinem obumbrarent, in eam proruperunt audaciam, ut ſacerdotes evangelicos nulla cælibatus lege teneri velint, ſed contra totius Eccleſiæ ritum & præſcriptam ab ejus incunabulis conſuetudinem liberas quibuſcumque poſt adeptum ſacerdotium affirment nuptias: leviticis quidem ſacerdotibus* (i) *licita fuere conjugia, utpote qui paucis tantum diebus ſua vice miniſtrarent, & eu ea tantum tribus jure ſucceſſionis ſacerdotio fungerentur: neque voluit orientalis eccleſia* (*k*) *ſuos ea ſeveritate coerceri, ut contractis primum matrimoniis uti non liceret. At ſacerdotio Chriſti, utpote ſublimiori & excellentiori ſuperinductas aliquando fuiſſe de jure nuptias exemplo caret, & tanquam ab Apoſtolis interdictum ſecundo Carthaginenſi concilio* (*l*) *prohibetur: neque potuit quidquam illo ſanctius inſtitui, quo miniſtri puriores ſacris accedant altaribus, & jugi pene ſacramentorum adminiſtrationi reddantur aptiores, quam neminem nec ad ſubdiaconatum quidem admitti, qui non ſeſe voto perpetuæ caſtitatis adſtrinxiſſet: etenim ſi lege veteri* (m) *ii tantum ſanctis panibus veſcebantur, qui ab uxoribus mundi forent; ſi procul a ſuis domibus habitabant, quibus ſua vice ſacrificandum erat, ne conjugum forte pollueretur amplexibus; ſi quibus orandum eſt a conjugali commercio ſit ad tempus abſtinendum* (*n*); *ſi denique a viduis* (*o*),

quas ſuis ſnmptibus Eccleſia quondam a-lendas admittebat, continentiæ votum e-negerit, jure quidem optimo a ſummis Pontificibus & ſanctis Eccleſiæ conciliis indictum eſt, ut qui ſacris ultro ſeſe ordinibus mancipatent, perpetuo cœlibatus vincula necterentur : nam qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt (*a*) quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi quomodo placeat uxori & diviſus eſt; *degravat quippe animum, & ad terrena deiicit uſus matrimonii, amor liberorum avarum & ſolicitum reddit. Qniſqnis igitur contra ſacrorum conciliorum (b) & patrum decreta ſacerdotes, diaconos, aut ſubdiaconos lege cœlibatus non teneri docueris, aut liberas illis conceſſerit nuptias, inter hæreticos umni tergiverſatione rejecta numeretnr.*

(a) 1. Cor. 7.
(b) Carthag. 2. c. 2. Carthag. c. 2. Tolet. 1094.

CIII.
De votis monaſticis.

Tum defenſa fuere (*c*) contra pietatis hoſtes vota, ac præſertim monaſtica, & demonſtratum veram libertatem in virtute ac ſpiritu collocandam : *Non abſimili ſane verſutia*, ajunt acta ſynodalia, *veritatis inverſores declinaverunt in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis (d), dum vota perpetua, & in his potiſſimum monaſtica, non vanitatis tantum, ſed & impietatis accuſant, & abjecta peſſimo quidem exemplo cuculla, ad ſacrilegas ſe convertunt nuptias; quod infandum apoſtaſiæ genus hac una manime prætexunt ratione, quaſi vota ejuſcemodi libertati Chriſtianæ præjudicium afferant, nec ſatis in noſtra ſit poteſtate jugis illa perpetuaque caſtitas, atque his ſtrophis in deſideria carnis pelliciuns (e) eos, qui paululum effugiunt, libertatem eis promittentes, cum ipſi ſint ſervi corruptionis. At vero nulla major libertas, quam cum repreſſa carnis tyrannide corpus in obſequium Chriſti trahitur, nec tam concupiſcentia ducimur, quam ſpiritu, nempe ubi ſpiritus Domini ibi libertas (f) : nempe quidquam eſt, quod non poſſumus in eo, qui nos confortat (g); Chriſtus, quippe qui non patitur nos tentari ſupra id quod poſſumus (h); ſed facit cum tentatione proventum, ut poſſimus ſuſtinere; cujus auxilio freti inventi ſunt eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum cælorum (i); ac proinde certa ſit damnatio viduarum, quæ cum luxuriatæ forent (k), in Chriſto volebant nubere : turpi certe transfugio primam fidem irritam facientes, non quam baptiſmo, qui nuptiarum fœdera non reſpuit, ſed juxta expoſitionem concilii Carthaginenſis (l), quam perpetuæ caſtitatis profeſſione ſpopondiſſent. Ab hoc autem perpetuæ caſtitatis voto, qui Chriſtum aliquando dehortantem facit, in eum blaſphemat & Apoſtolo contrarius eſt, qui palam, nec ſemel tantum ad perpetuæ virginitatis obſervantiam inſtigaſſe legitur (m). Cæterum cum Chriſtus aperte ſuadeat ut :* Qui vult perfectus eſſe (*n*) abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, vadat & vendat omnia, quæ habet, & det pauperibus; *ad perpetuæ profecto tum obedientiæ tum paupertatis vota cohortatur. Si quis igitur votum aliquod hujuſmodi voverit Domino, etiamſi perpetuum fuerit, non faciet irritum verbum ſuum (o); ſed Deiparæ virginis, Annæ matris, Samuelis, & Rechabitarum exemplo omne quod promiſerit implebit; neque tardabit reddere, ſed quæ ſemel de labiis egreſſa fuerint obſervabit, & faciet ſicut promiſit Domino; quandoquidem ruina eſt (p) homini devotare ſanctos & poſt vota retractare : quod ſi quis ſecus fecerit, aut hæretica pravitate corruptus ſecus facere licitum eſſe docuerit, is velut juris tum divini tum naturalis infractor, nedum ſacroſanctis conciliis injurius, condigna per ſuos ſuperiores animadverſione plectatur.*

(c) Conc. Sen. decr. 9.
(d) Decr. 9. a Pſ. 140.
(e) 2. Petr. 2.
(f) 2. Cor. 3.
(g) Phil. 4.
(h) 1. Cor. 10.
(i) Matth. 19.
(k) 1. Timoth. 5.
(l) 279. 1. c. ſicut bonum.
(m) 1. Cor. 7.
(n) Luc. 9. Matt. 19.
(o) Num. Deuter. Luc. 1. Jeron. 35. 1. Reg. 1.
(p) Proverb. 20.

CIV.
De ſacramentis.

Edita etiam in eodem concilio plura alia ſanctiſſima decreta pro ſacramentorum veritate adverſus novatores aſſerenda, necnon orthodoxis dogmatibus de expiandis peccatis, fundendis pro defunctis precibus, cultu ſanctorum, ſacrarum imaginum veneratione, libero arbitrio, fide & operibus, merito, & gratia ab impiarum opinionum argutiis vindicando, de quibus proximo anno dicetur. Cæterum dum Antonius de Prato Senonenſis archiepiſcopus tuendæ incorruptæ fidei puritati, arcendiſque e Gallia novarum hæreſeon peſtibus ſtuderet, a Clemente cardinalitio galero ornatus eſt : ad quem hæ datæ literæ (*q*).

Senonenſis archiepiſcopus Cardinalatu donatus.
(q) Lib. brev. an. 1526. p. 418.

Antonio tit. S. Anaſtaſiæ presbytero Cardinali Senonenſi regni Franciæ cancellario.

Dilecte fili. Quod nobis egiſti gratias per literas de dignitate Cardinalatus, quem in te conſulimus; amamus in eo quidem gratitudinem tuam, verum tibi ipſi ac virtuti, & authoritati tuæ non minus quam nobis eam referre potes, acceptam : cui tu cum ſemper ornamento futurus fueris, nunc omnino tempus exigit ei ut ſis etiam ſicuti eſſe cæpiſti, magno adjuvamento, quod non dubitamus te vel pro pietate tua, vel pro hac ipſa dignitate ſtudioſe eſſe facturum. Non ille ſuo muneri defuit : ſed poſtea Galli Reges politicæ artis fraudibus ſubornati, inito cum hæreticis fœdere, una hæreſi in Gallias aditum aperuere; unde omnia poſtea, ut ſuo loco dicetur, cædibus, incendio ac rapinis completa fuere.

Cæ-

CV. B. Hiacynthus miraculis claret.

Cæterum florebat ea tempeſtate in Polonia B. Hyacinthi gloria multis miraculis, quæ edebat Deus, eorum miſertus qui ſe illius patrocinio commendarent: quibus permotus Clemens ordini Prædicatorum permiſit (a), ut horariis precationibus ſacriſque anniverſariis ejus memoriam in Polonia recolerent.

(a) L. 3. brev. p. 5.

Dilectis filiis prioribus & fratribus domus S. Dominici Cracovienſis ordinis Prædicatorum.

Dilecti filii ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod alias fœlicis recordationis Leo Papa X. prædeceſſor noſter ad inſtantiſſimas preces chariſſimi in Chriſto filii noſtri Sigiſmundi Poloniæ Regis illuſtris, certis epiſcopis tunc expreſſis ut ad generalem inquiſitionem vitæ, ſanctitatis & miraculorum B. Hiacynthi fratris ordinis veſtri ac ſocii S. Dominici olim inſtitutoris dicti ordinis procederent, mandavit, ipſeque proceſſus per unum ex fratribus domus veſtræ clauſus & ſigillis obſignatus nobis nuper præſentatus, illiuſque examinatio tribus ex S. R. E. Cardinalibus ac duobus rotæ auditoribus per nos commiſſa fuit: & licet ipſe Hiacynthus dum in humanis egit ac tempore quo creatori ſuo ſpiritum reddidit, ac poſteaquam vita functus fuit, plurimis miraculis coruſcarit, ac propterea magna Chriſti fidelium iſtius regni multitudo ad eccleſiam veſtram in qua ipſius beati corpus requieſcit aſſidue confluant, plureſque ejuſdem beati interceſſione preces ſuas quas ad Deum effundunt, exaudiri firmiter credant, ipſumque pro beato teneant & venerentur; quia tamen in cathalogo ſanctorum annumeratus non eſt dubitatur an ſibi facere liceat; quare venerabilis frater noſter Laurentius epiſcopus Præneſtinus Cardinalis ſanctorum quatuor coronatorum nuncupatus, dicti regni protector tam præfati Sigiſmundi Regis quam veſtro nomine nobis humiliter ſupplicavit, ut pro æterni Regis laude & gloria ac ipſius beati reverentia & honore, necnon Eccleſiæ dedecore ac catholicæ religionis ſplendore populique devotione & ſalute, vobis ſingulis annis etiam priuſquam ad illius canonizationem proceſſum fuerit, feſtum & officium ejuſdem Hyacinthi de uno confeſſore cum oratione unius confeſſoris ſub nomine B. Hiacynthi in eccleſiis & domibus veſtri ordinis dicti regni ac provinciæ celebrandi & celebrari faciendi licentiam concedere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos qui fideles quoslibet ad ſanctorum Dei venerationem & jugem erga eos devotionem, ut ei a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum procedit, placere ſtudeant, prout poſſumus libenter excitamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis & aliis aliarum domorum, necnon monaſteriorum monialium ſeu ſororum veſtri ordinis, in dicto regno & provincia conſiſtentium, fratribus ac monialibus, ſeu ſororibus, ut de cætero perpetuis temporibus in eccleſiis domorum & monaſteriorum veſtri ordinis hujuſmodi officium & miſſas in memoriam eiuſdem Hiacynthi de uno confeſſore ſub nomine B. Hiacynthi annis ſingulis altera die poſt feſtum Aſſumptionis B. Virginis immediate ſequente, eiuſque imaginem depingi facere in eccleſiis domorum & monaſteriorum dicti regni & provinciæ, depictam tenere libere & licite valeatis, ordinariorum locorum & cujuſvis licentia ſuper hoc minime requiſita, authoritate apoſtolica tenore præſentium licentiam & facultatem concedimus, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod propter præmiſſa dictus beatus Hiacynthus canonizatus, & catalogo prædicto ſanctorum aſcriptus non cenſeatur. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 11. februarii MDXXVII. pontificatus noſtri anno IV.

De eo in ſanctorum numerum referendo actum.

B. nomen illi decretum.

CVI. Tartarorum in Lithuaniam irruptio.

Quod ad res Polonicas attinet; Tartari Præcopenſes, quos jam ante a Solimanno adverſus Polonos vidimus concitatos, iterum ineunte hoc anno per concretas gelu paludes & indurata ſtagna in Lituaniam irrupere, factiſque late variis excurſionibus ingentem Chriſtianorum multitudinem in ſervitutem erant abducturi, cum Oſtrogius Polonorum dux tanta celeritate incurrit, ut hoſtes antequam equos conſcendere poſſent, obtriverit magna ipſorum ſtrage edita, ac ſeptingentis captis: quam victoriam ornarunt quadraginta Chriſtifidelium millia

e bar-

NOTÆ [1] CElebre noſtra ætate diſcrimen inter Sanctos & Beatos tota retro antiquitate ignotum nunc primum in hiſtoria Eccleſiaſtica occurrit. Quare ejus exordium hoc anno figendum eſt, ac omnium primum exemplum in S. Hyacintho exhibitum. Ita tamen beati cultum eidem S. Hyacintho pontifex decrevit, ut non magnopere curaverit de titulo; quem enim in literis hic recitatis *beatum* appellat, in aliis literis datis anno 1530. quibus feſtum, miſſam, & officium *S. Hyacinthi* ad omnes illas Poloniæ eccleſias quas Rex cum epiſcopis delegiſſet, extendit *Sanctum* nuncupare non tenuit. Literæ illæ recitantur a F. Severino Cracovienſi ordinis prædicatorum in vita & Actis canonizationis S. Hyacinthi edit. Romæ anno 1594. ex quo demum ſcriptore diſcimus Clementem VIII. anno 1594. ſupremum illi ſanctimoniæ cultum decreviſſe. MANSI

e barbarica ſervitute liberata : ſuſcepta deinde affecto jam anno in Tartariam expeditio equeſtris, factæque circa Oczacoviam ad Boryſthenis oſtia excurſiones in barbaros, quibus victis ingens a noſtris præda acta eſt.

CVII. Hungaria civilibus bellis laniata.

Geri etiam in Turcam ſtrenue bellum, lapſæque res Hungariæ reparari potuiſſent, ni duo æmuli Reges Romanorum & Francorum mutuo ſe laniaſſent. Cæſo ut diximus anno ſuperiori Ludovico Rege, Ferdinandus Auſtriacus mox ob veteres inter Fridericum Imperatorem & Matthiam Regem de regni ſucceſſione pactiones iterum inter Maximilianum & Ludovicum ſolemni ritu inſtauratas, de quibus ſuo loco dictum eſt, Bohemiæ & Hungariæ regios titulos capeſſiverat, atque in Bohemiam primum progreſſus ſolemni ritu Pragæ diadema ſumpſit communi ordinum conſenſu : inde fortiſſimo ſuccinctus exercitu in Pannoniam irrupit, cum jam palatinus coactis Poſonii procerum comitiis Joannis Scepuſienſis comitis electionem irritam pronuntiaſſet, Ferdinandum vero Regem appellaſſet, venientique cum ſuis occurreret : cujus conjunctione confirmatus tantum terrorem Joanni Regi æmulo Ferdinandus injecit, ut ille Budam deſeruerit : qua ſine cruore potitus trajecto Tibiſco illum inſecutus eſt, partaque de ejus ducibus, qui temere prælio dimicare auſi ſunt, victoria univerſa Hungaria depulerit. Fuit ea duorum Regum diſcordia exitio Hungaris; nam Joannes Rex ad firmandum ſolium cum Franciſco Gallorum Rege Auſtriacæ ſtirpis amplitudini infeſto fœdus percuſſerat : ſed cum ægre ex Gallia educi poſſent auxilia, Sigiſmundum Regem Poloniæ de ſuppetiis ſibi ferendis ſolicitarat, ne Auſtriacos aliena regna invadere pateretur, qui Pannonia occupata poſtea Poloniæ imminerent : verum ille implicare ſe eo bello abnuit (a); futurum autem ſe inter utrumque Regem concordiæ interpretem pollicitus eſt, cum inteſtinæ diſſenſiones illæ Turcis Hungarici regni iterum opprimendæ occaſionem præberent. At cum pacis conciliandæ ſtudia eluſa eſſent, ac Joannes Rex a Ferdinando repentina vi deturbatus in Poloniam confugiſſet, atque una cum Hieronymo Laſco Siradienſi palatino, qui ſapientiæ & doctrinæ laude florebat, militaria conſilia contuliſſet, ab eodem Laſco Achitophele altero perſuaſus eſt, ut Solimanni Turcarum Imperatoris contra Auſtriacum opem imploraret, ut barbaricis armis in regnum reſtitueretur : ita ex politicæ ſapientiæ inſtitutis, quæ toties Chriſtum proculcat, quoties humani commodi ſpes affulſerit, a Chriſtianis ad Auſtriacæ domus potentiam frangendam Turca provocatus eſt. Quanta vero hæc politica idololatria in orbem Chriſtianum mala invexerit inferius lugendum erit.

Ferdinandus Bohemica corona redimitus.

Buda potitur.

Joannes Scepuſienſis pulſus.

Fœdus init cum Gallo.

Polonum appellat de fœdere.

(a) Salomon. Neugebavrus ubi ſup.

Repulſus Turcam evocat.

Eodem anno, cum a Turca tum a Lutheranis maxima bellorum pericula Germaniæ imminerent, divina providentia terribili oſtento populos admonuit, ut divinam iram placarent, ut refert Hermannus de Kerſenbroch in Monaſterienſi hiſtoria (b) : *Quid*, inquit, *terrificum illud oſtentum anno MDXXVII. die undecima octobris a multis hora quarta ante ſolis exortum in cælo viſum portenderit, cum in ſeptentrione maxime fuerit conſpicuum res ipſa declaravit : apparuit autem forma brachii incurvati e nubibus protenſis, in cujus manu gladius anceps utrinque ſtellam unam obſcuriorem, in acie vero unam reliquis majorem lucidioremque habens: videbatur, in lateribus ſpecies gladiolorum ſanguinolentorum capitibus humanis permiſtis apparebant : quod tantum horrorem ſpectantibus incuſſit, ut exanimatos propemodum eos fecerit.*

(b) MS. Alex.VII.

CVIII. Propagatur apud Mexicanos religio.

Deficiente porro in multis Europæ locis religione, novos ſibi in altero orbe fideles Chriſtus peperit. Inſignis enim hic annus fuit ob Mexicanos ad unius Dei cultum traductos : qua de re antequam dicatur exponendum eſt, ut ii dæmonum laqueis conſtricti tenerentur. De Mexicanæ gentis traditionibus refert expugnati Mexicani hiſtoriæ author plura delira, quæ prætermittimus. Sentiebant (c) de anima eam immortalem eſſe, atque in altera vita præmiis ſuppliciiſve, ut quiſque bene aut male vixiſſet, affectum iri, quamvis eam veritatem multis errorum additamentis inquinarent. In Regum ſuorum funeribus ducentos homines jugulabant (d), exſectorumque cordium cruore regium rogum ſpargebant (hos demortui principis futuros ſervos fingebant.

(c) Ib. 300.

Nefandæ eorumdem ſuperſtitiones.

(d) Ib. p. 301.

CIX.

Conſecrabant (e) iidem barbari virgines ſuis adumbratis numinibus, quæ nunquam templis excedebant, ſacra dæmonibus educto ſanguine peragebant, ac ſi virginitatem violaſſe reperirentur, fera morte una cum viro mulctabantur. Superſtitionis vero ſacerdotes (f) ſummum ſibi antiſtitem præficiebant, a quo ſolemni ritu inaugurabantur Reges, qui in ea inauguratione jubebantur curare, ut ſol nitidius incederet, fluerent fontes, pluerent nubes, terra germinaret. Arcana ſacrorum ſeu verius impietatis, nemini laico graviſſimis pœnis impoſitis aperiebant; quorum plures tuendæ dignitatis

(e) Ib. p. 305.

(f) Pag. 298.

tatis cauſa aſpernabantur nuptias, in quos, ſi in ſtupro deprehenſi eſſent, acerbiſſime animadvertebatur. Crines prolixos impexoſque tenebant, & hi velut humano faſtigio ob ſanctitatem auguſtiores cenſebantur: diebus feſtivis pingebant variis figuris corpora atro colore

Magnus ſacerdotum numerus.

pro rituum more, ut deformitate æquare dæmones viderentur. Quinque millia hominum in ſolo templo Mexicano, cui Vizilopuchtli nomen erat, idolorum cultui ſerviebant: cultellis lapideis acutiſſimis ſanguinem pietatis ergo e lingua, e brachiis, e tibiis ſibi detrahebant: ante altaria dæmonum ingens ſurgebat ſaxum, in quo mactandis hominibus aperiebant pectora, & hyſſopo cruore imbuto idola mox aſpergebant: mactatorum corda parietibus templorum in memoriam facinoris appendebant. Duo millia deorum

(a) Pag. 317.

(a), quos ſingulos proprio numine, munere, & ſigno diſtinguebant, & eo amplius, numerabantur. Inter hos colebant

Pulices & ranæ habitæ pro numinibus.

locuſtam, ne panem voraret; pulices & cimices, ne noctu pungerent; ranas, ut piſces darent: alia animalia propter manſuetudinem, alia propter furorem; ſolem, aquam, terram ob beneficentiam; tonitrua, fulgetra, fulmina ob terrorem. His & aliis infandis erroribus nondum evangelica luce colluſtrati tenebantur irretiti, deludebanturque a dæmonibus, qui tum

Ludibria dæmonum.

eorum ſacerdotibus, tum principibus, necnon aliis, verum non omnibus, ſe viſcendos obiiciebant. Cum vero mille formis ſe indueret dæmon, ita illum mille formis adumbrabant, quarum aliquæ adeo deformes, horroris terroriſque plenæ erant, ut ſtuperent Hiſpani: deformem

Horrendæ ſpecies ab iis ſuſceptæ.

tamen miſeri gentiles dæmonem non putabant, qui cum dæmoni crederent, in ſummam impietatem immanitatemque, religionis ſpecie, erant prolapſi.

CX. Sacrificia immaniſſima.

Diebus feſtis, quorum alii aliis celebriores erant, horrendam hominum dæmonibus immolatorum edebant carnificinam, adeo ut ultima die primi menſis centum mancipia mactarent, quorum corda & capita vorabant ſacerdotes ipſi, reliquas carnes epulandas menſæ apponebant, non ſine multiplici chorearum pompa & luxu; quodque funeſtius erat,

(b) Pag. 318.

qui mactandi erant, deſignabant (b) idolum, cui mactari vellent, ac tanquam ad triumphum ducendi ſolent corrogatis undique muneribus & corollis ornari, laſcivienteſque tripudiabant.

CXI. Simulata per ludibrium Euchariſtia.

(c) Ib. p. 320.

Sæva exectandaque alia ſacrificiorum genera (c) author recenſet; ut homines vivi flammis ad placanda inferna numina exurerentur: ut omnia ſeminum genera cum humano ſanguine permiſta in idoli ſpeciem conformarent: ad quod deinde partiendum edendumque ſe mutuo eliderent interdumque ſuffocarent: ut Quahuticlanenſes ſingulis quadrienniis centum homines ſagittis configerent: ut in dracone adorando homines vivos torrerent, ſemiuſtulatoſque vorarent.

Dæmon in draconis forma adoratus.

Indicta erant etiam a ſacerdotibus nonnulla jejunia, quibus ſolemnes ſupplicationes decernebantur, eæque demum centum vel ducentorum hominum laniena claudebantur; ſoli vero & lunæ innumeræ humanæ victimæ ſingulis annis offerebantur, ſi vero luna vel ſol ecclipſim paterentur, mcruentes ne ea ſydera extinguerentur, mœſtas flebileſque voces expromentes, ſe ſauciabant cultellis, quaque e fronte, qua e lingua, qua e brachiis, qua e tibiis, qua ex vultu, qua e pectore cruorem fundebant.

In Eccliſibus ſuperſtitio inepta adhibita.

CXII.

Æmulatus etiam dæmon jubilei anni inter Chriſtianos celebritatem, recurrentibus ſingulis quinquaginta duobus annis piacularem inter Mexicanos inſtituerat, adeo ut e viginti leucarum ambitu populi Mexicum concurrerent. Jubebantur pervigilio omnium in primis templorum & ædium ignes extingui una cum eo igne inextinguibili, quem colebant; qui ſi extingueretur, ſacerdos in eodem rogo mactandus erat. Tum ad templum in montis vertice ſitum ſubibant noctu, in quo novum ignem accendebant, accenſoque ex eo titiones rapientes ſacerdotes in Mexicanum templum deferebant, ignemque excitabant, quem mactati hominis cruore luſtrabant.

Jubilæus annus per ludibrium expreſſus a dæmone.

CXIII. (d) Pag. 324. Sacrificium hominis cruci affixi.

Sacrilegi ritus hujuſmodi ab aliis populis (d) Taſcallatenſibus, Chololianis, Tepeacenſibus; & aliis, qui alia numina colebant, ſervabant: pueros puellaſque mactabant deo aquarum: quadam celebritate recurrente hominem cruci affixum telis conficiebant; pariter in humili cruce alligato guttur incidebant: modo duas mulieres mactabant, & corda ſacerdorum adoleſcentum collo, qui per urbem trimphali pompa excurrebant, appendebantur.

CXIV. Jejunia imperata a dæmone.

Evolvente ſe quarto quoque anno, quem numinis annum vocitabant, centum & ſexaginta dierum ſacerdotibus, laicis vero ſexaginta, jejunium ſolemni ritu indicebatur; quod ſi quis infringeret, fortunis evertebatur: acerbiſſimum erat ejuſmodi jejunium, quo aquam tantum puram bibere, & pauxillum edere licebat a calentibus cibis, vel delicatis, necnon ab uxoribus ſe continebant. Obibant etiam peregrinationes barbari ad Cholollam e remotis centum leucarom intervallo regionibus, ubi trecenta templa extabant,

Templi dæmoni ſacri perfectio fulminibus impedita.

quo-

quorum maximum Deo aeris ſacrum erat, referebaturque a barbaris ab eo perficiendo fulguribus, tonitruiſque, fulminibuſque majores fuiſſe coercitos.

CXV. Caſtitas devota dæmoni intentato flammarum ſupplicio.

In provincia vero Teovacanenſi juvenes annis quatuor in templis jejunia acerba colebant, caſtique eſſe jubebantur, adeo ut deprehenſi in ſtupro ante idola cremarentur, cineresque in aerem jactarentur. Duo ex his ſingulis noctibus vigilare jubebantur, & quatuor vicibus cruorem cum orationibus fundere, & litare dæmonibus. Habiti illi fuerant in maximo honore a Meteczuma Rege, qui dæmonum familiaritate impliciti plura prædicabant, admirandaque viſa illis obiiciebantur. Hi erant gentis Mexicanæ ritus; ex quibus conſtat ipſos tum idolorum cultores nefandiſſimos & immaniſſimos homicidas extitiſſe, ex quibus ſexaginta & amplius myriades Chriſto adjunctas memorat Mexici expugnati hiſtoria: quibus erudiendis quidem iis navari jam opera cœperat biennio ante; hoc vero anno longe majori ardore & feliciore exitu pium opus urgeri cœptum eſt, duorum epiſcoporum ſcilicet Juliani Garciæ ordinis S. Dominici Tlaſcallatenſis ac Joannis Zumarragæ Minoritæ Mexicani auſpiciis; etenim ii plures ſacerdotes viroſque religioſos in vineam Domini traxere, qui quidem initio ſummos labores ſuſtentarunt, cum nec audirent, nec audirentur: cœperunt vero ipſi virorum nobilium filios lingua Caſtellana inſtruere; viciſſimque Mexicanam, ut populis Chriſti lucem exponerent, perdiſcere. Maximus vero labor in abigenda uxorum multitudine impendendus fuit; commoniti enim divini præcepti, ut unus vir unica uxore contentus viveret, plurium Hiſpanorum, qui fræna libidinibus laxabant impura exempla, vagoſque eorum concubitus obiiciebant: querebantur etiam Mexicanum genus, ſublata uxorum plurium ducendarum licentia, imminutum iri.

Sexaginta myriades Mexicanorum converſæ ad Chriſtum. Epiſcoporum & ſacerdotum adventus in Mexicum.

CXVI. Profuit idola ac templa ſuſtuliſſe.

At maximo ad rem Chriſtianam inter barbaros conſtabiliendam præſidio fuit omnia funditus evertiſſe templa, omniaque idola aboleviſſe: cum enim nullum haberent locum ad quem pro ſacris peragendis convenirent, ad eccleſias confluebant, evangelicos præcones de rebus fidei diſſerentes avidis auribus excipiebant, ſacrificio miſſæ rituum perculſi ſanctimonia & majeſtate attenti aderant, atque adeo acedente interno auræ cæleſtis afflatu ad ſacrum demum baptiſmatis fontem tanto numero concurrere, ut in Xomilcbenſi oppido quindecim hominum millia uno die cæleſti lavacro expiati fuerint a duobus ſacerdotibus, ac non nemo Franciſcanus multorum annorum flexu quadringenta hominum millia baptizarit. Et quidem plures a Minoritis quam ab aliis ſacro fonte lotos fuiſſe, refert ſuperior expugnati Mexici hiſtoria, additque ipſos ſacrilegum uſum de fundendo ante idolorum ora cruore e ſauciatis membris convertiſſe in eccleſiaſticum ritum, diverberando per majorem hebdomadum flagellis humeros, ad recolenda flagella quibus Chriſtus Jeſus pro humani generis ſalute ad columnam cæſus eſt; adeo ut inſtructa religioſa pompa interdum decem millia: immo & quinquaginta, quinimmo centum millia ſe flagellantium inſtructis ordinibus eant.

In uno oppido uno die quindecim millia baptiſmo initiata.

Centum millium Mexicanorum pia flagellatio.

CXXII.

(a) Ja. p. 330.

Porro in condenda Mexicana eccleſia profuſum aliquot martyrum, qui pro fide ab idolorum cultoribus trucidati ſunt, cruorem, memorat author (a): in primis procerum & nobilium filios diſciplina Chriſtiana imbuendos ſacerdotibus Corteſii imperio tradi juſſos; verum aliquos barbaros initio filios occuluiſſe, vel alios ſuppoſuiſſe, atque in iis Tlaxcallenſem dynaſtam, qui ſexaginta uxores alebant, tres filios Chriſtiana religione erudiendos dediſſe, ſed majorem natu annorum duodecim penes ſe retinuiſſe: demum pervulgata re ipſum quoque produxiſſe, qui brevi Chriſtiana fide & Hiſpana lingua excultus Chriſto nomen dedit, accepto in baptiſmate Chriſtophori nomine: reverſus domum impreſſam adeo menti Chriſti doctrinam gerebat, ut patrem de uxorum multititudine reprehenderit, ebrietatem damnaverit, ejuſque odio etiam vina ſuderit, idola omnia quæcumque domi ſive in privatorum hominum ædibus reperire potuit, diruperit. Hæc barbarus pater acerbe ferebat, verum aliquandiu, ut majorem natu filium coluit: at dæmone inſtigante, urgenteque una ex concubinis, illum hoc anno jugulavit, ignibuſque injecit, dein ejus matrem interfecit, ne facinus patefaceret: verum detecto ſcelere impius & barbarus ab Hiſpanis laqueo interimi juſſus eſt. Similiter conſequentibus annis alii plures evangelicos præcones, idola, quæ illi erexerant & adorabant, evertentes, contrucidarunt, de quibus ſuo loco.

Nonnulli martyrio affecti.

Neophyti pius ardor.

A Barbaro patre occiditur.

De patre carnifice ſumptum ſupplicium.

CXVIII. Dœmonis fraudes ad barbaros conciliandos in Chriſtianos.

Quinetiam ipſo initio expugnati Mexici, cum dæmon ſæpius, ut dictum eſt, barbaris videndum ſe obiiceret, ac ſuaderet, ut in avita religione perſtarent, colerent ejus amicitiam & familiaritatem; minitaretur ſi ritus profanos abiicerent, non ſolem, non imbrem, non vitam, non filios ſe daturum: argueret puſilli animi quod paucos numero Hiſpanos neci non darent; nonnulli aliquos

Hiſ-

Hiſpanos trucidarunt, defendendaque idola ſuſcepere, obiiciebantque Hiſpanis veteres deos tanta ſolicitudine aurum non confectatos, ut ipſi confectarentur. Recondebant etiam idola, & cruces ſuperponebant, ut fallerent Hiſpanos: ſed tum contigit, ut dæmones in idolis latentes a cruce ſugarentur; ex quo magna admiratione affici cœperunt, & Crucifixi, quem prædicari audiebant vim ſateri. Collocarunt etiam tunc noſtri pluribus in locis ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, cujus præſentia dæmones fugati ſunt: ad id ipſum etiam fatendum adacti ſunt dæmones ipſi a ſacerdotibus, cum inquirerent cur non amplius, ut conſueverant, Americanis intuendos ſeſe obiicerent. Ita ſenſim dæmon diſparuit, cum ad Mexicanos, qui baptiſmo abluti vel Euchariſtia vel cruce muniti erant, accedere non auderet.

Dæmones fugati virtute crucis.

Et præſentia Euchariſtiæ.

CXIX. *Aquæ luſtralis vis inſignis.*

Profuit quoque plurimum aqua luſtralis ad ſpectra dæmonum depellenda, ſuperſtitioniſque gentilitiæ fraudes diſſolvendas; cumque Joannæ e Zuviga Marchioniſſæ vas e Saxo politiſſimo, in quo idola & cineres, aliæque magicæ res recondi conſueverant, delatum eſſet, ipſa juſſit felem, ut in eo vaſe aquam biberet admoveri: at illud animal nunquam in eo vaſe, donec aqua luſtrali aſperſum fuit, bibere voluit; quod inter Mexicanos pietatis ergo pervulgatum fuit. Sæpius etiam cum areret tellus ac ſata languerent, decretis ſolemnibus ſupplicationibus, cælo miſſus eſt tempeſtivus imber: proximo anno cum tanta pluviæ vis decidiſſet, ut non modo ſata, verum animalia & domus pene mergerentur, habitæ ſunt Mexici, Tezcuci, & in aliis oppidis ſolemnes comparato religioſo agmine ſupplicationes, imberque non ſine magna fidei Chriſtianæ comprobatione e cælo facta, repreſſus eſt: deinde pluebat iterum, iterumque ſol nitidius incedebat, & ſumma fuit aeris temperies ringente dæmone, incaſſumque interminante, quantumvis idola diſtringerentur, atque ejus templa funditus everterentur.

Probata exemplo.

Sacrarum ſupplicationum vis pro imbre impetrando.

I. Pactiones concordiæ initæ.

ANno a virgineo partu milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo indictione prima oſtenſæ ſunt redintegrandæ publicæ pacis, lapſarumque rerum inſtaurandarum ſpes, cum jam inter Hiſpanum Gallumque de concordiæ formulis conventum eſſet; ſed adminiſtrorum de ordine perducendæ rei ad exitum argutiis & contentionibus novis evanuerunt: Gallus enim ſibi prius obſides filios tradi poſcebat, oblato Anglo fidejuſſore, quam exercitum ex Italia revocaret; Cæſar vero prius avelli Lautrechium ex Italia poſtulabat: bellumque majori quam ante animorum ardore geſtum, ac læta rerum Gallicarum initia ſucceſſu caruerunt; cum interea ob hæc principum catholicorum bella, ab hæreticis, quos impunitas ſcelerum armabat audacia, religioni maxima detrimenta illata fuere. Præſidebat Gallus florentiſſimo ſuo exercitui, quem ductabat Lautrechius, adeo ut regnum Neapolitanum atque Inſubriam Cæſari ſe erepturum fingeret animo (*a*); prætetea in alia ditione cæſarea atrox adeo bellum geſturum, ut Cæſarem ad reſtituendos ipſi obſides natos adacturum putaret (*b*) miſſoque Longavalle oratore ad Clementem Pontificem, in armorum ſocietatem illum trahere, niteretur ad offenſas Apoſtolicæ ſedis vindicandas: jure quidem pellendos Italia Hiſpanos, qui tam inique & immaniter Romanam eccleſiam oppreſſiſſent, ac præficiendum regno Neapolitano novum Regem videbatur; ſed ancipites & incerti bellorum exitus ab iis deterruerunt Pontificem (qui etiam pertimeſcebat ne ſuſcepto cum Cæſare novo bello nulla poſtea conciliandæ inter illum & Francorum Regem pacis ratio iniri poſſet) ne Lutheranæ hæreſi major ſæviendi licentia permitteretur; tum ne Germania univerſa a ſede Apoſtolica deſciſceret, neſaria enim hujuſmodi conſilia agitare cæperant impii, qui ad defectionem cæteros adducere in Ratiſponenſibus conventibus moliebantur, de quibus inferius.

De modo exequendi iis orta.

Conceptæ a Gallo ſpes ingentes.

(*a*) *L. 2. in princ. pag. 82.*
(*b*) *Ibid. pag. 81.*

Sollicitatus Clemens, ut injurias ulciſcatur.

Deterritus ne Germania ab eccleſia deficiat.

II. Increbreſcebant præterea rumores novum in Germaniæ finibus conflari bellum, atque ideo tutius Clemens interpretem pacis agere interea, rerumque ſucceſſus tranquillo animo expectare, quam novis ſe obiicere periculis cenſuit. Itaque fœderatorum Regum oratori reſpondit, decreviſſe communis parentis gerere officium, nec pacis actionem poſſe abrumpere, cum Cæſar anno ſuperiori tertia auguſti die literis regia manu exaratis ſpopondiſſet pacis rationes pontificio arbitrio ſe commiſſurum, atque etiam Franciſcus Quinonius cæſareo nomine affirmaſſet publicam pacem ad Pontificis arbitrium componendam, itaque prius epiſcopum Piſtorienſem in Hiſpaniam ſe legaturum, ut experiatur an inania verba daret Cæſar, an ea operibus ornare velit; ſi vero ille pacis conſiliis non aſſenſerit, his legibus cum Gallo & Anglo ſe armorum ſocietatem coiturum, ut nullam ipſi cum Cæſare concordiam inconſulta ſede Apoſtolica faciant: ut ante fœderis promulgationem ſua apud Venetos authoritate perficiant, ut Ravenna & Cervia Romanæ eccleſiæ reſtituantur: ut de modis Rhegii ac Mutinæ eccleſiaſticæ ditioni reſtituendarum conſuleretur; ut regno Neapolitano, cum bello partum ſuerit, ad pontificiam voluntatem Rex præficiatur, cujus etiam partem, quæ ditioni eccleſiaſticæ conjuncta eſt, ex formula a Leone X. præſcripta Romanæ eccleſiæ imperiio adüci voluit: ut denique Etruriæ & Inſubriæ rebus conſultum foret; de quibus Baptiſta Sanga, qui Clementi ab epiſtolis erat, nona ſebruarii die ad protonotarium Gambaram apoſtolicum in aula Anglica internuntium literas dedit (*c*), ut pontificiarum voluntatum æquitatem Anglo Regi exponeret, eumque hortaretur, ne ægre ferret ſi Regum fœderi non accederet, cum exhauſtis viribus, diſſipatiſque eccleſiaſticæ ditionis opibus, nullum communi hoſti damnum facere, ſed illius tantum iram aſperare poſſet, adeo ut Italiæ omnis libertas, ſi vinceret, peritura eſſet. Et quidem miſerum prorſus pontificiarum rerum ſtatum hoc tempore fuiſſe, & iniqua nonnullorum cupidine dejectas, plangit Jacobus Sadoletus epiſcopus Carpenctoractenſis hiſce verbis (*d*).

Illius Reſponſum,

Cur Regibus Clemens non ſe conjunxerit.

(*c*) *Ext. ibid. pag. 81.*

Pontificiarum rerum miſer ſtatus.

(*d*) *Sadol. l. 1. epiſt. pag. 37.*

III. *Non ſunt mala noſtra ejuſmodi, ut ſi in una parte offenſum ſit, in altera ſit proſpere actum; ſed cum uno interitu omnia jaceant proſtrata, ubi amplius ſpe nulla nitamur non habemus, niſi ad eum ſolum reſpiciamus, qui altiſſimum poſuit refugium ſuum, quo videlicet neque mali flagellum aliquod, neque fortunæ temeritas poteſt aſpirare: quod equidem oro optoque quotidie, ut ita fiat; ſed ſi cæteris non poſſim, mihi quidem ipſi conſulere potui, habeoque conſtitutum, nequaquam amplius poſthac a ſummo Dei cultu ac famulatu me ſejungere, cui uni ſum dicatus ac deditus hoc arctiore fidei & devotionis vinculo, quam plerique, quod cognovi meam illi ſalutem & libertatem eſſe curæ. Itaque certum eſt quod tempus vitæ mihi re-*

Conſilia Deo non conjuncta infeliciter exeunt.

li-

liquum fuerit, id omne ad Dei immortalis cultum & artium optimarum ſtudia conferre, quod ſcribo ad te aliquanto liberius; ſenſi enim te numquam abhorrere a talibus conſiliis, quæ cum Deo conjuncta ſunt, quæ qui deludere & aſpernari ſolebant, cum opes & potentias nimium ſectarentur, intellexerunt ipſo eventu docti, falſo ſe conſilio a veris rationibus aberraſſe, &c. Carpentoracti III. *non. februarii MDCCCXVIII.*

IV.

(a) Guicciar. lib. 18.

Imola & Ariminum ad eccleſiaſt. ditionem revocata. Lautrechii in Neap. regnum irruptio. Germani Roma divolſi.

Aſſurgere dein pontificiæ res paulatim cœpere (*a*) Gallici exercitus opera, qui duce Lautrechio per Æmiliam ac Picenum in quibus aliquot urbes, quæ a Clemente defecerant, ut Imola, Ariminumque, Joanne Saxatello & Sigiſmundo Malateſta deturbatis, ad Eccleſiæ imperium certis pactionibus redierunt, irrupit in Neapolitanum regnum, in quo a populis Hiſpani imperii pertæſis avide exceptus Germanos ex urbe Roma divulſit. Minitabantur illi ferociter reliquias ejuſdem urbis abolere; ſed demum placati auro a Pontifice ad tuendum Neapolitanum regnum decima ſeptima februarii ægre abſceſſerunt (*b*): ac mox Amicus Arſolus militari ſuccinctus manu Romam procurrit, eam in Pontificis poteſtatem redegit, omneſque Germanos, qui in domibus reſidui erant, contrucidavit: quos dum perquirebat (*c*) plures a ſuis prædæ factæ. Egreſſa ex urbe omnibus ornamentis ſpoliata quinque millia Germanorum tantum, nam cæteros peſtis conſumpſerat; ut refertur in literis ad Paulum Creſcentium internuntium pontificium in Gallico exercitu ſcriptis; ac reliquum exercitum cæſareum tam ex Italis & Hiſpanis, qui partim Romæ, partim in regno Neapolitano egerant, ad Hiſpanorum ſex millia, Italorum quatuor millia redactum fuiſſe. In Gallico autem exercitu feruntur (*d*) octoginta peditum viginti equitum millia fuiſſe; nam complures Itali ad eum confluxerunt. Pontifex illi conceſſerat (*e*) ut viribus ditionis eccleſiaſticæ uteretur: querenti vero ſuppeditata Germanis ſtipendia, ut Roma diſcederent, cum iis in urbe cunctantibus res cæſareæ in Neapolitano regno peſſum irent, neceſſitatem excuſavit Pontifex ad ſervandas urbis reliquias: tum ad Urſinum & Cæſium Cardinales obſides redimendos adactum, quinetiam Tiphernum (*f*) retinuiſſe.

(b) L. 2. lit. princ. 90. Guicc. l. 18.

Maxima eorum pars caſibus variis abſumpta.

(c) Eod. lib. 2. lit. princip. pag. 91.

(d) Guicciar. lib. 18. & continuator Sabell.

(e) Lib. 2. lit. princ. pag. 86.

(f) Ibid.

V.

Plures urbes ad Gallos in regno Neap. deficiunt.

Cæterum lætiſſima Gallis belli Neapolitani initia fuere populis certatim deditionem facientibus, adeo ut qua vi, qua pactione, Aquila, Amalphi, Barolo, Trano, Capua, Nola, Acerra, Averſa partis, & univerſo ferme regno occupato Lautrechius exeunte aprili Neapolim obſidione cinxerit (*g*). Cum vero cæſarei vires omnes in ea urbe, necnon Cajetæ incluſiſſent, non vi aperta expugnandam, cum ſine magna hominum ſtrage id fieri non poſſe videretur, ſed fame ad deditionem perpellendam. Intercludere pariter mari nitebatur commeatus, Philippinus Auria, qui Gallicæ octo triremium claſſi præerat: quæ, cum minus valida eſſet eam Hugo Moncada prorex lectiſſimo Hiſpanorum militum flore impoſito navibus adortus funeſta accepta clade majo ineunte fuſus eſt (*h*). Luit ille tum pœnas proditionis jam ante in Pontificem admiſſæ ſaxis obtritus ambuſtuſque flammis: periit etiam Cæſar Feramoſca fallacis pacis interpres: perieratque paulo ante ſub mœnibus Neapolitanis Miglianus, qui pontificiæ liberationi obluctatus fuerat; alii etiam proceres Vaſti marchio, Aſcanius & Camillus Columnæ, Salerni princeps, tum Serenonius capti: duæ tantum naves effugere victoris manus, quarum altera mox ad ipſum defecit. Ita amiſſo maris imperio adductæ (*i*) in ſummas anguſtias res cæſareæ, adeo ut divina vindicta urgeri viderentur: nec multo poſt Columnenſes qui tot ſedi Apoſtolicæ intulerant injurias, ab abbate Farfenſi Urſinæ ſtirpis profligati, a quo præcipiti victoriæ impetu Columnenſium oppida, quæ urbis ſpoliis aucta erant, igni ferroque evaſtata fuerunt (*k*).

Obſeſſa Neapolis.

(g) Guicc. lib. 18. & 19. continuator Sabell. Pet. Juſt. lib. 12. Belchair. l. 19. & 20. l. 2 lit. princ. p. 118. Roſeus l. 2. & alii.

(h) Guicc. l. 19. Roſeus l. 2. Aug. Juſt. l. 6.

Hugonis Moncadæ & aliorum proditorum infelices exitus.

(i) Guicc. l. 19.

Exactæ a Columnenſibus pœnæ.

(k) L. 2. lit. princ. p. 117.

VI.

Submiſſa e Germania Hiſpanis auxilia.

Interea dum in exitium vergebant Neapolitanæ res, inſtructa in Germnia copiarum ſupplementa ad decem circiter militum millia in Italiam Tridento deſcendere, quæ cum per ditionem pontificiam in Neapolitanum regnum penetrare cogitarent, Clemens, qui hoſtem Cæſaris ſe profiteri detrectarat, Bartholomæo Ferratino prolegato ac Placentinis præcepit (*l*), ne cæſareis iter impedirent: *Quandoquidem*, inquit, *nos neutrales ac pater omnium pacem inter eos quærere decrevimus*; verumtamen omnes arma ſtrenue ſumerent ad Placentiam defendendam, ac propulſandam vim, ſi illi fidem fallerent; mox enim auxiliarem exercitum in eorum opem provolaturum: quæ literæ VI. maii Urbevetere exaratæ fuerunt. Tum Andream Burgeum cæſareum dynaſtam apoſtolicis literis de ſuo in Cæſarem ſtudio fecit certiorem (*m*), rogavitque ut operam daret, ne a cæſareis in ſedem Apoſtolicam ulla hoſtilia facinora ederentur.

(l) Lib. brev. ann. 1528.

Iter iis non abrumpendum Clemens decernit.

(m) Ib. p. 74.

VII.

Clementis ad Brunſvicenſem ducem litt.

Præerat huic novo exercitui Henricus junior Brunſvicenſis & Luneburgenſis dux, cujus benevolentiam Clemens his officioſis literis (*n*), quibus exprimebat quanto pa-

(n) Ib. p. 75.

pacis deſiderio teneretur, quippe qui a fœderatis principibus nullis precibus, nulliſve minis, nec recentium injuriarum memoria ad belli in Cæſarem ſocietatem trahi potuiſſet, eblandiri conatus eſt.

Heurico juniori duci Brunſvicenſi & Luneburgenſi Cæſareæ majeſtatis per Italiam capisaneo generali.

Non dubitamus quin plane tuæ enpectationi reſpondeamus, cum in retinenda amicitia chariſſimi in Chriſta filii noſtri Caroli in Imperatorem electi, tum in pace omni ſtudio procuranda: nam quod ad amicitiam majeſtatis ſuæ attinet; ſatis jam ſpectatum eſſe confidimus animum noſtrum, ſiquidem nec recenti memoria injuriarum, quas ab ejus exercitu eramus perpeſſi, nec ullis precibus, nec comminationibus, cum a Venetis etiam urbibus noſtris quaſi pignoribus ablatis cogeremur, perducti ſumus in ſocietatem armorum; pacis vero ſtudium antiquum in nobis eſſe Deum omnipotentem teſtem habemus; ideoque ſtatuimus mediam & communis parentis perſonam, quam etiam noſtro officio debitam ſuſcepimus, apsiſſimam eſſe ad pacem procurandam, omneſque nunc curæ & cogitatianes noſtræ in hoc conſumuntur; ſiquidem, quod prudentiſſime dicit nobilitas tua, nulla alia re ſanari poſſunt Chriſtianæ reipublicæ vulnera. Tibi quidem dilecte fili gratulamur eiſdem itineribus vadenti ad immortalitatem, quibus majores tui pietatis ac religionis ſuæ lumen prætulerunt; audimus enim omnes in te eſſe virtutes homine nobiliſſimo ac Chriſtiano diguas, ſummam religionem, contiuentiam vero ac juſtisiam tantam ut redundet in omnem enercisum, quem ſeveriſſima diſciplina contineri eo laudabilius eſt, quo profuſiorem cognovimus aliorum exercituum licentiam. Quas virtutes cum ſumma erga Deum ac ſedem Apoſtolicam pietate cumulaveris, digniſſimum te præſtas clariſſimis majoribus tuis. Oratorem autem, quem propediem ad nos te miſſurum ſignificas, libentiſſime audiemus, cupimuſque eſſe aliquem apud nos, qui propius intuens actiones noſtras reddat nobilitati tuæ probatum animi noſtri erga Cæſarem, ac pacem univerſalem, & privatim erga nobilitatem tuam teſtimonium, &c. Datum Viterbii XII. *junii MDXXVIII. pontificatus noſtri anno* V.

VIII. Refert Guicciardinus (*a*) Franciſcum Gallorum Regem cum de hujus auxiliaris exercitus apparatu nuntium accepiſſet, alium exercitum, qui iter ei præcluderet, conflare decreviſſe, cui comitem S. Pauli præfecerit, ſerius tamen ab eo immiſſum, cum jam in Inſubria Germanicæ copiæ Hiſpanis ſe conjunxiſſent, quamquam eæ paulo poſt ſtipendiorum inopia maxima ex parte diſſipatæ fuerunt. Cæterum novis iis ſupplementis auctus Antonius Læva Inſubriæ præfectus cæſareus impetu & militari dolo Ticinum Gallis eripuit: necnon Liguria priſtinæ libertatis cupidine Francorum Regis jugum excutere meditata eſt: nec multo poſt propulſatus Neapoli eſt, ſuſuſque Gallicus exercitus, quæ ut geſta ſint deſcribunt ſuſius authores ac plura digna memoria in literis principum recenſentur.

(*a*) *Guicc. l.18. & l.19.*

Serius a Gallis ſubmiſſa auxilia.

Ticinum Gallis ereptum.

In Inſubria & Liguria Gallicæ res collapſæ.

IX. Referunt in primis literæ ad Salviatum Cardinalem in Gallia legatum datæ, Francorum Regem (*b*) ob proſperos in regno Neapolitano ſucceſſus elatum quaſi jam parto regno egiſſe cum Pontifice, miſſo ad ipſum oratore, ut tertio genitus filius dux Engoliſmenſis regno Neapolitano præficeretur, illeque neptem Medicæam in matrimonium duceret: tum juncta affinitate armorum fœdus inter Clementem & Gallum ad offendendum defendendumque percuteretur, ut Cæſar ob ſedem Apoſtolicam inique oppreſſam imperiali dignitate exueretur: at Clementem quamvis inanibus etiam tum verbis a Cæſare, qui Oſtiam & Civitatem veterem, necnon tres Cardinales in cuſtodia Neapolitana tenebat, deluſus fuiſſet, graviora metuentem pericula detrectaſſe ſe bello implicare, ni prius cæſareus exercitus omnino profligatus in regno Neapolitano fuiſſet, ac Ravenna & Cervia a Venetis Romanæ eccleſiæ reſtituerentur: moleſte præterea ferre, ducem Ferrariæ, qui Mutinam ac Regium Romanæ eccleſiæ eripuerat, a Gallo non modo in amicitiam acceptum, verum regia affinitate auctum fuiſſe (*c*): de abrogando autem Cæſari imperio, licet nullus veterum Germanorum Cæſarum, quos Romanus Pontifex de impetiali gradu dejecir, tot menſibus Chriſti Vicarium in cuſtodia acerbiſſima detinuiſſet, coegiſſetque ad redemptionem libertatis, nec umquam tot hæreſes, quam Caroli V. negligentia pullulaſſent, ob temporum tamen calamitatem id aggredi non tutum erat: refertque Guicciardinus Clementem reſpondiſſe, Germaniam ab Eccleſia defecturam, ſi Pontifex deligendi Cæſaris jure uteretur; verituram enim ne imperium Gallorum Regi ab ipſo Pontifice traderetur, ac propter hæreſis Lutheranæ graſſationes ſatius fore, ut ſtuderet paci, nec parentis communis officium deponeret. Donavit itaque Deo acceptas a Cæſare injurias Clemens, quantumvis urgeretur (*d*) a fœderatis, ut ſedis Apoſtolicæ offenſas pontificia conſtantia vindi-

(*b*) *L.2. lit. princ. p.118.*

Galli Regis maxima poſtulata.

Negat Clemens ſe implicare bello.

(*c*) *Ib. p. 109.*

Cur non ſit exauctoratus imperio Carol. V.

(*d*) *Guicc. l.19.*

Digitized by Google

Clementis amicitiam prenſat Carolus V.
(a) L. 2. litt. princ. p. 118.

dicaret. Tumque ſucceſſit ei conſilium; nam Cæſar amittendæ Neapolis metu commotus conciliare ipſum ſibi blandis officiis cœpit, ſpopònditque (a) miſſo voluntatis interprete, Civitatem veterem, Oſtiam, Cardinaleſque obſides redditurum, reſque Italicas ad pontificis arbitrium compoſiturum, ea tantum lege, ut in neutram partem inclinaret.

X.

(b) Ib. p. 107.
Lautrechius Pontifici ingentia ſpondet. Epideroico morbo extinguitur.
(c) Guicc. l. 19. Belchair. l. 20. & aliis.
Auria a Gallis abalienatus.
(d) Ext. de eo lit. l. 2. lit. princ. pag. 110. Guicc. l. 19. Aug. Juſt. l. 6.
Deficit ad Carolum V.
Everſæ Gallorum res.
(e) Guicc. lib. 19. Belch. lib. 20.
Depulſi Galli Neapolis obſidione
(f) Ext. L. 2. lit. princ. p. 126.

Inter hæc mutata eſt rerum facies; nam Lautrechius, qui ut Pontificem in armorum ſocietatem ſibi adjungeret pollicebatur (b) Medices ad Florentinæ rei principatum ſe revocaturum, Senenſis civitatis adminiſtrationem ad Pontificis voluntatem temperaturum, tum arma pro recuperandis omnibus Eccleſiæ juribus ex pontificio arbitrio expediturum, menſe auguſto ſævitia peſtis, qua exercitus vexabatur, interemptus eſt (c). Ruere etiam jam ante in pejus res Gallorum cœperant, nam poſt partam a Philippino Auria navalem victoriam, qua Hiſpanæ vires maritimæ conciderant, cum victoribus nulla a Gallo Rege præmia perſolverentur, immo capti prælio optimates cæſareis a quibus magna auri vis exigi poterat (d), repeterentur: tum nonnulla a Genuenſibus per latrocinium abſtuliſſet Saonenſis præfectus, nec impetrare potuiſſet a Rege, ut Saona Genuenſi reipublicæ, quæ ſub Gallico patrocinio erat, reſtitueretur, indignatus. Auria pro egregiis militaribus officiis rependi injurias, nec ſolvi ſtipendia, ad Cæſarem patriæ ſuæ libertatem pactus deſcivit, cum ab eo præmia meliora ſperaret: cujus defectio Neapolitanum regnum Gallo Regi abſtulit; nam cum cæſarea vexilla extuliſſet, ac duodecim triremibus ſubvectus, quæ antea Gallo Regi paruerant, ad Cajetam applicuiſſet, cæſareæ res mox ita erectæ ſunt, ut pluribus circa Neapolim receptis oppidis & urbibus intercluſi Gallico exercitui epidemia laboranti commeatus fuerint: quorum inopia Galli, qui Neapolim ad deditionem famis peſtiſque ſævitia cogere putaverant, obſidionem ſolvere coacti (e) cum Averſam contenderent, ab hoſtibus in itinere circumventi ad internecionem cæſi ſunt: qua de re extant Raynerii Urbani ad Jacobum Salviatum literæ (f) Viterbii VI. ſeptembris datæ.

XI.

(g) Ib. p. 124.
De Concordia agit Clemens.
(h) Guicc. l. 19.
(i) Lib. brev. ann. 1528. p. 195.

Hac rerum converſione audita Clemens qui eam jam ante præſenſerat, qui poſt Lautrechii obitum comitem S. Pauli in Inſubria Gallorum exercitus ducem, ut in regnum Neapolitanum provolaret, moneri (g), juſſerat, ad obeundum interpretis concordiæ munus ſe accinxit (h), hiſce literis ad Carolum V. miſſis (i).

Cæſari.

Carolus V. ad eam dandam ſollicitatus.
Liguria a Gallis deficit.

Non dubitamus quin in omni ſtatu varietateque rerum noſtrarum ſemper tuæ ſerenitati voluntas noſtra conſtiterit, eadem videlicet, quam perſonæ & officii noſtri ratio nobis imponebat, pacem inter ſerenitatem tuam & Chriſtianiſſimum Regem cæteroſque procurandi, quo fidentius parta nunc tibi Dei munere tali victoria agnitis tibi piis conſiliis noſtris, perſpectaque viciſſim nobis ex tuis quampluribus literis tua optima mente, idem officium cum tua ſerenitate repetemus. Neque enim quod duriore nuper tuarum rerum fortuna cum tuis adverſariis egimus, quoad potuimus, id nunc proſperioribus rebus tuis tecum agere deſiſtemus, cum te hoc tantum Dei munus pie recogniturum ſperemus, animumque ad lenitatem & manſuetudinem converſurum, ſicut cæſarea celſitudine dignum eſt. Ac nos quidem, fili, illud primum optaviſſemus, ut ſine cæde ac ſanguine res ad concordiam redigi potuiſſet: quod quando conceſſum non eſt, gratulamur tibi iſtam victoriam, ſi ex illa, ſicut ſperare nos licet, gradus ad pacem factus eſt: in quod opus Deo acceptum & gratum, ſi noſtrum, fili, laborem & officium interponi permiſeris, nihil optatius ſuſcipiet perſona noſtra, quam authore Domino mediam & communem hactenus reſervavimus, ut quoniam armis nocere cuiquam noſtrum non erat, pacificatoris ſtudio prodeſſe omnibus ſtuderemus. Sumus igitur in hoc unum intenti atque parati, ſi per tuam ſerenitatem liceat; reliquos enim ſperamus ex ipſa fortuna promptiores futuros ad pacis conſilia accipienda. Quocirca te etiam atque etiam, chariſſime in Chriſto fili, adhortamur in Domino & rogamus, ut dare te ad lenitatem, placabilitatemque animi velis pro univerſæ Chriſtianitatis commodo & Dei honore, a quo maniſeſtiſſime & hanc & alias victorias es adeptus: credibile enim eſt, aut perſpicimus potius, Dominum ipſum piam tuæ ſerenitatis mentem, & ad aliquod magnum univerſæ Chriſtianitatis bonum converſam intuentem, has proſperitates tot victorias ei largiri, quibus illa, ſicuti facere debet, ad communem ſalutem uti poſſit. Ac certe fili ſi eidem Deo gratus eſſe velis, ut certe vis, aliqua ſunt a te propter Deum condonanda, per quem regna, imperia, victorias perpetuo fere curſu conſequi meruiſti; in quibus adipiſcendis, ſi tua te juvit bonitas, & religio animi ſingularis, ad illius benignitatem promerendam adjuvet, nunc in ea retinenda tua manſuetudo & humanitas digna non ſolum Cæſare, ſed optimo & religioſiſſimo Cæſare. Nos quidem, qui vetere noſtro ſtu-

dio

dio erga ſerenitatem tuam paterno & ſingulari amore ſumus incenſi, ſi illa hanc pacis tractationem ex ſua benignitate nobis permiſerit, quamque æque gratam ac ipſam, pacem quocumque authore conficiatur, habituri ſimus, tuum in primis honorem, dignitatem, commodum omnibus modis procurare annitemur; ſed tamen tua æquabilitate & indulgentia inter hæc nobis opus eſt, ut per te miſeræ & affectæ chriſtianitati conſuli poſſit: quæ ſane nunc tot concuſſa calamitatibus Deum nobiſcum orat, ut hanc tantam tuam in bellis Chriſtianis felicitatem, rebus hic compoſitis, ad retundendos ſubigendoſque ſibi Turcas transferat; qui nunc quidem noſtris cladibus taciti exultant, noſtris regnis inhiant, prædam ſibi haud dubie ſpondentes, quidquid Chriſtianorum inter ſe viribus conſumptis illorum opibus integris offeretur, quemadmodum hæc dilectus filius B. Caſtil nuntius noſter proſequetur, cui tua ſerenitas fidem habere velit. Datum Viterbi 11. ſeptembris MDXXVIII. pontificatus noſtri anno v.

XII. Secuta eſt Neapolitanam cladem Liguriæ defectio; nam Andreas Auria Genuam invectus Gallicam claſſem portu diſpulit, urbem in priſtinam libertatem reſtituit, ac deinde Saonam Gallo ademit, nec principatum Liguriæ magna animi integritate ſibi delatum accipere voluit. Jam ſuſcepti antea de bello in Cæſarem non gerendo, neque ultum eundi injurias conſilii (quod etiam an Henrico Anglorum Rege & Thoma Cardinale Eboracenſi commendatum eſt (*a*) fructum collegit Clemens: aſſiduiſque precibus a fœderatis, qui ejus cauſam contra Cæſarem armis tuendam ſuſceperant, pulſatus ea exceptione repulſam dederat, non ipſis ſe adhæſurum aperte, ni Veneti, qui partem victoriæ nonnullis urbibus maritimis regni Siciliæ ſuo adjectis imperio erant relaturi, Ravennam Cerviamque Romanæ eccleſiæ reſtituiſſent: ſed licet Gallus & Anglus obnixe id a Veneto ſenatu petierint, nunquam tamen obtinere potuerunt, quantumvis Gallus a Venetis eblandiri conaretur, ut eæ urbes ipſi oppignerarentur: qua de re extant hæ literæ ad ejuſdem Regis oratorum miſſæ (*b*).

(*a*) *Lib. 2. lit. princ. p. 127.*

(*b*) *Lib. brev. ann. 1528. p. 332.*

Venerabili fratri Joanni Langiach epiſcopo Abrincenſi Chriſtianiſſimi Regis apud Venetos oratori.

Venerabilis frater ſalutem. Non defuiſſe nobis fraternitatis tuæ ſtudium & amorem in procuranda apud Venetos terrarum noſtrarum reſtitutione tam perſuaſum & certum habemus, quam tu optas, & tuæ etiam literæ declarant: etenim præterquam quod in eo tui Chriſtianiſſimi Regis voluntatem es executus, ea actio maxime fuit propria probitatis & profeſſionis ac benivolentiæ in nos tuæ. Itaque hoc tuum officium ſuſcipimus in animo noſtro pergratum, illorum vero duritiam cordis, quæ non authoritate tanti Regis, non tuo aſſiduo labore & cura molliri potuit, Deo corrigendam relinquimus, quem ad poſtremum ſperamus Eccleſiæ ſuæ minime defuturum. Nos quidem in hoc nemo unquam accuſaverit, niſi quod nimis cunctanter patienterque Eccleſiæ cauſam egimus, dum omnia fruſtra tentamus, & experiri malumus, ac ne illud quidem recuſamus, quin urbium illarum manifeſte noſtrarum poſſeſſio in tuum Regem ſeponeretur, cujus maxime medio voluiſſemus noſtra recuperare: ſed cum illi ſuo more in hoc egerint, nos tamen interea tuum officium ſtudiumque perinde habemus gratum, ac ſi ut optabamus eveniſſet, &c. Dat. Viterbii 1. Octobris MDXXVIII. anno v.

Repoſcit Clemens a Venetis urbes eccleſiaſticas.

XIII. Retinuiſſe Ravennam, quam Pontifice oppreſſo invaſerant Venetis nocuit: qui enim Clementem in fœderatorum partes trahere potuiſſent, cujus authoritas pro eripiendo Cæſari Neapolitano regno plurimum pollebat, ex quo ipſi Brunduſii, Monopolis, Trani, & aliarum urbium ſibi imperium erant aſſerturi, non eas modo urbes amiſere verum Cæſaris patrocinium Romanæ eccleſiæ ſuſcipientes imperio Ravennam & Cerviam reſtituere coacti ſunt, ut dicetur inferius. Præter Venetos ac ducem Ferrarienſem, qui oppreſſa a Cæſare eccleſia ipſa, ditionis eccleſiaſticæ urbes aliquas invaſerant, etiam Florentini graviſſime Clementis animum offenderant; non enim modo ſtirpem Mediceam gubernaculis reipublicæ mota ſeditione depulerant, ac neptem Clementis Gallorum Regis rogatu dimittere recuſarant (*c*), verum acerbiſſimam tyrannidem in eccleſiaſticos, hæreticorum ſacras opes expilantium more exercuerunt; adeo ut Clemens, qui domeſticas injurias ſilentio prætererat, illatam ſacerdotali ordini vim & injuriam ferre non potuerit, datis hiſce ad Florentinos magiſtratus literis (*d*).

Veneti malum conſilium ſequuti. Cum jactura ad Ravennam reſtituendam adacti.

Florentini in Mediceos ingrati.

(*c*) *L. 2. lit. princ. p. 131.*

Eccleſiaſticam libertatem violant.

(*d*) *Lib. brev. ann. 1528. p. 337.*

Dilectis filiis prioribus libertatis, & vexillifero juſtitiæ populi Florentini.

Licet alia ſeverior judicis perſona nobis impoſita ſit, illam tantum pii monitoris vobiſcum ſuſcipiemus, quid autem vos filii aliud moneamus, quam quod omnibus perſpicuum & liquidum eſt, vos ita in rem eccleſiaſticam invadentes, omnibus eccleſiaſticis cenſuris ſententiiſque innodatos eſſe, cum ne a ſponte quidem ſolventibus clericis exigi liceat, nedum inviti

Moniti cenſuras contraxiſſe.

cogi

cogi poſſint: his enim quaſi præſidiis ſancta Eccleſia chriſtos Domini, bonaque eccleſiarum munivit, ne quando violarentur, ac per hæc divinus quaſi cultus imminueretur: quod quidem pro Dei omnipotentis honore ac reſpectu ita ab omnibus principibus populis & gentibus late receptum eſt, ac non ſolum divinis ſed humanis omnibus legibus, omniumque conſenſu perſonarum, & res eccleſiaſticæ ſemper ſacroſanctæ, & ab omnibus oneribus immunes exiſtimatæ ſint. At quamquam ea incidunt tempora, ut ad commune reſtinguendum incendium communi auxilia etiam eccleſiarum, quæ cum cæteris pariter defenduntur, opus ſit, id nos quidem, filii, fatemur; eamque ob cauſam eccleſias veſtri dominii tam ſæpe gravavimus; ſed jam modus adhibendus, nec tanta de Dei rebus fiducia vel ſumenda a nobis, vel optanda a vobis eſt: propria autem authoritas, ſeu vis potius in eccleſias ſine Eccleſiæ legitima authoritate nullo pacto eſt exercenda. Nos quidem inter patriæ charitatem, apoſtolicamque perſonam medii conſtituti egimus hactenus quoad potuimus haud minore in patriam quam in Eccleſiam pietate, ut publicis malis una vobiſcum occurreremus, &c. Dat. Orveti XXVI. *februarii MDXXVIII. pontificatus noſtri anno* V.

XIV. Florentini abuſi libertate libertatem amiſere. Pontificiam amicitiam prenſat Cæſar. (a) L. 2. lit. princ. pag. 128. (b) Ib. p. 126. Quæ ſpoponderit. (c) Clem. lib. brev. ann. 1528. p. 257. (d) L. 2. lit. princ. p. 129. Quæ pactiones initæ. (e) Clem. lib. brev. ann. 1528. pag. 229.

Non multo poſt, Florentinos libertatem, qua abutebantur, amiſiſſe dicetur ſuo loco: nam Clemens, cum Gallicas res everſas animadverteret, atque a Cæſare, qui in extremum diſcrimen Neapolitanum regnum adductum viderat, neceſſariamque ſibi Pontificis amicitiam animadverterat, de redintegrando fœdere ſolicitaretur (*a*), adeo ut culpam ab exercitu ſuo admiſſam emendaturum ſe polliceretur, ut oſtendunt literæ ad Cardinalem Salviatum ſcriptæ (*b*), Civitatem veterem atque Oſtiam ſe reſtiturum ſponderet, ut Auraſiæ principi mandaſſet (*c*) ut pontificiam rem proveheret, ac deſolatæ urbi, quæ ſummis anguſtiis rerum neceſſariarum hoc anno preſſa fuit, provideret: de quo miſſæ ad Auraſiacum ipſum, qui verborum officiis plura amoris & obſervantiæ ſigna dabat extant pontificiæ literæ (*d*); urgeret etiam precibus Clementem, ut urbi ſedem reſtitueret: non enim levi pudore afficiebatur circumferri fama pulſum ab ipſo ex urbe Pontificem fuiſſe: ex quo etiam hæretici ingentes ſuſtollebant cachinnos, ac tanquam everſa Romana eccleſia triumphabant; quo cognito encyclicas a Clemente literas (*e*) ad epiſcopos miſſas videbimus, quibus docuit reſtitutam fuiſſe in priſtinum ſtatum ſedis Apoſtolicæ majeſtatem, omneſque Reges pontificiis imperiis jam obſequentes eſſe: ſponderet præterea Cæſar (*f*) Medices ad Florentinum principatum ſe reducturum, ac Mutinam Regium, Ravennam, Cerviam, Romanæ eccleſiæ a Venetis, & Ferrarienſi duce reſtitutum iri; demum Clemens cæſaream amicitiam deletis oblivione præteritis injuriis amplecti, omnique contentione pacis conſilia urgere decrevit. Egreſſus (*g*) itaque Viterbio quinta octobris die cæſareorum rogatu (*h*), maximo reliquiarum Romanarum, quæ reſtituta urbi ſede Apoſtolica ex acceptis calamitatibus emergere ſperabant gaudio, die ſexta ingreſſus eſt Romam: cujus conſpectus lacrymas elicuit, cum jam non urbs ſed urbis triſte & miſerabile cadaver videretur. Ad urbis itaque & totius Italiæ, immo orbis Chriſtiani reſarciendas ruinas Clemens Cæſarem ad pacem reipublicæ Chriſtianæ reponendam hortatus eſt (*i*) rogavitque ut Columnenſes & alios cæſarearum partium, qui injurias ſibi ab Urſinis illatas ulturi finitima urbis loca infeſtabant, compeſceret.

(f) L. 2. lit. princ. pag. 129. (g) Ibid. p. 131. (h) Ib. p. 141. Reverſus Romam Clemens. (i) Lib. brev. ann. 1518. p. 265.

Cæſari.

XV. Cæſaris apud Clementem officia.

Expectamus quotidie a majeſtate tua dilectum filium noſtrum Franciſcum Cardinalem S. Crucis cum oratore, quem ad nos a te deſtinatum jampridem intelleximus; nec dubitamus quin ea omnia ſint allaturi, quæ cupimus, non modo in iis, quæ ad nos privatim, atque hanc ſanctam ſedem, ſed etiam ad Italiæ quietem, tuamque cum reliquis principibus pacificationem pertinent: ſiquidem & expectationi noſtræ ſunt & tuæ virtuti maxime convenientia. Qua ſpe ducti, poſt donatam a Deo omnipotente exercitui tuo victoriam, ſtatuimus ſedem Apoſtolicam peregrinantem, Romam ut in proprium domicilium reducere, dilectis filiis nobili viro principe Orangiæ tuo in regno Neapolis vicerege, tuique exercitus capitaneo generali Philiberto de Chalon ac Joanni Antonia Muſctula oratore apud nos tuo, homine nobis probatiſſimo, cæteriſque tuis ducibus non modo ſuadentibus, ac fidem tuo atque univerſi exercitus nomine dantibus, ſe pro dignitate ac ſalute noſtra tuenda non minus laboraturos, quam ſi de ſua ſaluta ageretur: & ita noſtrum ad urbem reditum flagitantibus, ut tuæ virtuti ac filiali in nos obſervantiæ injuriam facturi videremur, ſi ulla minima mora interpoſita de te tuiſve ſuſpicionem aliquam oſtenderemus. Itaque noſtram de ſerenitatis tuæ virtute expectationem fidemque, quam de te tuiſque cepimus, pluris fecimus, quam admonitiones multorum, qui nos ab eo conſilio retraherent, peterentque ut ſaltem expectaremus quid afferret orator tuus; pro-

Digitized by Google

Columnenſium in Romano agro graſſationes.

præſertim cum Columnenſes ac plerique ſuarum partium omnia circum loca ferro ignique vaſtarent, ut non videremur ullo modo hic en dignitate noſtra poſſe conſiſtere. Nos tamen Dei omnipotentis miſericordia ſuaque virtute ac pietate erga nos freti Romam venimus, cujus quidem reditus noſtri nuncium audimus Neapoli ab exercitu tuo omnibus lætitiæ ſignificationibus celebratum; ſed & majeſtati tuæ ex omnibus ejus victoriæ fructibus nihil jucundius futurum eſſe ſperamus, quam ut univerſus orbis intelligat, ex diuturna adverſa tempeſtate fluctuantem adhuc Petri naviculam ſecundis tuæ fortunæ flatibus in portum reductam, cum eximia tua ac tuorum laude atque admirabili omnium hominum lætitia: nobis tamen tametſi læti eſſe debemus, quod ex naufragio licet nudi in terram evaſimus, tamen publicas ruinas totius Italiæ ac præſertim hujus urbis ac ſtatus noſtri calamitates intuentibus auxiſſet urbis conſpectus moleſtiam & dolorem, niſi in Deo fiduciam haberemus, futurum ut tot Italiæ ac Chriſtianitatis vulnera datis a bonitate ſerenitatis tuæ remediis ſanare poſſimus, & hac urbs noſtra ac curiæ præſentia te in eo pro viribus nos adjuvante paulatim reviviſcat:

Triſtiſſima urbis facies in Clementis reditu.

offendimus enim, fili chariſſime, lacerum ac miſerabile urbis cadaver, neque ulla res eſt, quæ infixum animo noſtro ex hac calamitate dolorem poſſis evellere, aut afflictam urbem hanc & Romanam eccleſiam erigere, niſi diuturnæ pacis ac tranquillitatis ſpes, quam poſitam habemus in moderatione animi ſerenitatis tuæ. Quamobrem quod ſtatim egimus poſt adeptam a tuis victoriam idem etiam non deſiſtemus hoc agere, ut te omni ſtudio atque affectu

Pontificia ad Cæſarem cohortatio.

animi noſtri ad pacem adhortemur, ad quam nunquam te propenſiorem fuiſſe credimus, quam hoc tempore futurum confidimus: ſiquidem nihil Deo omnipotenti, qui te tot victoriis illuſtravit, facere potes acceptius, nihil nomini tuo glorioſius, nihil ad ſtabilitatem quæſitæ amplitudinis tuæ majus: hic fili chariſſime, oſtendas oportet Chriſtianæ reipublicæ laboranti, lumen animi tui ac moderationis tuæ; quod quidem te facturum, ac tuas reliquas laudes hac cumulaturum non dubitamus, &c. Dat. Romæ die XXIV. octobris MDXXVIII. pontificatus noſtri anno V.

XVI. De Columnenſium aliorumque cæſareorum graſſationes extant plures lugubres literæ (a). Licet vero illi injurias ab Urſinis acceptas ulciſci obtenderent, tamen cum latrocinandi dabatur occaſio, pontificios clientes opprimebant, atque ita abbatiam Farſenſem incenderunt, omnemque Eccleſiæ theſaurum ornatumque expilarunt, Anagniamque ac Tybur, quod ante ab Urſino abbate Farfenſi vexatum fuerat, diripuerunt. Alii etiam cæſarei, qui in Urſinos incurrebant, a Romanis veluti amici excepti, pacta fide non ſervata, per urbem ad domos expilandas diſcurrerunt: ſed generoſi cives ſumptis armis ſparſos per ædes latrones adorti, trecentos ex iis contrucidarunt (b), reliquos necis terrore pepulerunt. Baptiſta etiam Sabellus & alii cæſarei nominis ſpecie Sabinos vexarunt, pluraque alia ingentia ſcelera ſub factionis cæſareæ umbra committebantur, adeo ut Octavianus Spiritus Viterbienſis, qui ſe cæſareum gerebat, collectis ſicariorum turmis in Viterbium, dum adhuc in ea urbe agebat Pontifex, hoſtilem impreſſionem facere fuerit meditatus, (c), quam Antonius Muſcettola orator cæſareus graviſſime redarguit: jam improbos quoſque homines ad quodvis ſcelus agendum Cæſaris nomine abuti, atque optimi & religioſiſſimi principis gloriam indignis horrendiſque ſuis facinoribus commaculare: verum non defutura remedia ad tollenda hæc opprobria; ſubmiſſum enim iri cæſareo juſſu pontifici auxilia ad fœdam tollendam delendamque ejuſmodi ſicariorum colluviem: quibus de rebus extant datæ ad Balthaſarem Caſtilioneum pontificium in cæſarea aula internuntium literæ, ut Carolum V. ad purgandam prædonibus provinciam reſtituendaſque priſtino ſplendori eccleſiaſticas res hortaretur: adjecta (d) etiam alia mandata de rogando Cæſare, ut ſua authoritate Venetos ad Ravennam Cerviamque reddendas permoveret.

(a) L. 2. lit. princ. 142. &c.

Columnenſium graſſationes variæ.

(b) Ib. p. 135. & 142.

Cæſarei nominis jurndi ſpecie admiſſa plura ſcelera.

(c) Ib. p. 142.

(d) Ib. p. 153.

Inter hæc Franciſcus Francorum Rex ex alto felicitatis bellicæ dejectus eſt faſtigio; nam reliquæ arces, quæ in Neapolitano regno ipſius partes tuebantur, non diu victoris impetus laturæ videbantur; quippe auxiliares copiæ, quas Laurentius ductabat, diſſipabantur (e), & comes S. Pauli in Inſubria licet Ticinum recepiſſet, Genuam tamen tentare non erat auſus (f); fallaces belli ſpes cum parta Neapoli florentiſſimam ad filios liberandos in Hiſpaniam expeditionem jactaſſet, (g) damnare atque ad pacem inclinare cœpit (h): quo cognito Clemens Cardinalem Salviatum in Gallia legatum præmonuit, ut ab illo ſolerter exciperet quas tandem leges pacis expeteret, atque illi Franciſcum Quinonium Minoritarum ſupremum miniſtrum ſedulum apud Cæſarem conſiliorum pacis interpretem cardinalitia dignitate donatum ſignificavit. Ornatus (i) primum eſt titulo ſancti Calixti, deinde titulo S. Crucis a Pontifice: quem etiam Cæſar ob navatam publicæ XVII.

con-

Gallorum felicitas deflorelcit.

(e) L. 2. lit. princ. pag. 133.

(f) Ib. p. 129.

Ad pacem inclinat Franc.

(g) Ib. p. 124.

(h) Ib. p. 128.

Franciſcus Quinonius hanc promovet. Cardinalatu auctus.

(i) Ib. p. 142.

Urbes & Cardinales obſides reſtituit Cæſar.

(a) *Ib. p.* 147.

concordiæ egregiam operam archiepiſcopum Granatenſem deſignavit. Is ex aula cæſerea vigeſima prima ſeptembris die profectus (a) mandata de Oſtia & Civitate vetere, necnon de tribus Cardinalibus, qui in Neapolitana cuſtodia erant, reſtituendis Pontifici, ſpes quoque maximas publicæ pacis, cujus Clemens erat futurus arbiter, attulit.

XVIII. Hæretici fidem orthodoxam abolere nituntur.

(b) *Cocl. in act. & ſcript. Luth. hoc ann. Sur. in comm.*

Se arbitros dogmatum fidei ſtatuunt.

In his bellorum turbinibus, ac Romanæ eccleſiæ calamitatibus exultantes hæretici ad dolos vimque, ut fidem orthodoxam in Germania abolerent, ſe convertere: ineunte quidem anno apud Helvetios Bernenſes (b), licet in conventu Badenſi omnium ordinum conſenſu jam ante fuiſſent Lutherana & Zuingliana hæreſes proſcriptæ, ac decretum, ut vetus religio a Chriſto inſtituta & per Apoſtolos eorumque ſucceſſores tradita coleretur, tamen pernicioſo capto conſilio ſolemnes catholicorum hæreticorumque de fide concertationes indixere, ac repudiatis Baſileenſis & Conſtantienſis, aliorumque veterum conciliorum ſanctionibus ſe controverſiarum judices atque arbitros dogmatum fidei conſtituerunt, ſuoſque clientes ipſorum placitis ſtare, ac religionis figmentum, quod temere conflarant, ab iis coli, deſerta antiqua religione voluerunt; quæ inſana hæreticorum geſta deplorat his verbis Joannes Coclæus (c): *ſub initium ejuſdem anni famoſa ac ſcandaloſa habita eſt diſputatio apud Helvetios in oppido Berna, quam procuraverunt Zuinglius. Oecolampadiuſque, & eorum complices Wolfgangus Capito, Martinus Bucerus, qui Argentinæ in ſecta Zuinglii prævalebant, & duo ſcelerati apoſtatæ Berchtoldus Heller, & Franciſcus Kolb, qui potentem ac bellicoſum populum Bernenſem in fide perverterunt. Cum igitur formula ad diſputandum a Bernenſi ſenatu præſcripta atque evulgata catholicis aperto præjudicialis ac iniqua eſſet; Zuinglianis vero plauſibilis nimiumque alludens, factum eſt, ut e catholicis nemo doctorum theologorum ibi diſputaverit ne comparuerit quidem niſi provincialis Auguſtinianus dominus Conradus Tregarius, neque ullus epiſcoporum ad eam ſuos miſerit oratores, ſicut miſerant ante biennium ad diſputationem Badenſem: articuli enim decem, quos diſputandos proponebant, aperte erant impii & erronei contra Eccleſiam, contra veritatem Euchariſtiæ, miſſæque & aliorum ſacramentorum, contra merita venerationemque ſanctorum, contra exequias defunctorum, breviter contra receptos & approbatos Eccleſiæ ritus ceremoniaſque fere omnes; & ipſa formula ſic erat imperioſa & faſtu quodam turgida, ut quatuor epiſcopos perſonaliter ita citaret ad comparendum, ut niſi comparerent ſimul cum doctis viris ſacrarum literarum peritis, omnem juriſdictionem epiſcopalem in terris Bernenſibus perdituri eſſent.*

(c) *Cocl. hoc ann.*

Præcipui hæreticorum magiſtri.

Conculcata a Bernenſibus epiſcoporum authoritas.

XIX. *Evulgata autem ea formula, multiplex diſſuaſio ac dehortatio Bernenſibus perſcripta ab aliis facta eſt; in primis a regimine imperiali nomine cæſareæ majeſtatis e Spira interdictum eſt Bernenſibus ſerio, ne diſputationem illam admitterent: deinde a quatuor epiſcopis multis rationibus prolixe probatum eſt, non expedire, ut fieret ea diſputatio; & adhuc multo copioſius diſſuaſerunt eamdem octo Helvetiorum cantones catholici: inter quos Lucernenſes primas tenebant partes, quorum ſane admonitio adeo pia erat & fidelis, ut eorum verba ex imis viſceribus, ac intimis cordis penetralibus abſque omni fuco procedere viderentur: admonebant eos diſputationis Badenſis, quam inter duodecim cantones ipſi Bernenſes præcipue & expetierant & comprobaverant: admonebant eos fœderum, promiſſionum, literarum ſigillatarum, receſſuum (ut vocant) publicorum, juramentorum, & multorum aliorum monumentorum, quæ omnia per impiam diſputationem iſtam violanda erant. Dicebant eiuſmodi diſputationem fore non ſolum contra diſputationem Badenſem intra biennium prius communi eorum conſenſu & approbatione habitam, verum etiam contra juſiurandum, quod & civitas Bernenſis & eorum territoria præſtiterant, & contra ſigillatos receſſus; item contra ipſorum fœdera, & contra Eccleſiæ ordinationes: unde exoritura ſint plurima ipſis mala, magna detrimenta, ſcandala, damna, ſeditiones, tumultus & quid non? Sed & Joannes Coclæus, qui tum Moguntiæ degebat, cum ſero vidiſſet eam diſputandi formulam publico Bernenſium edicto præſcriptam, confeſtim collegit diſſuadendi rationes quamplurimas, quas per proprium nuntium per tanta terrarum intervalla Bernam tranſmiſit, quo tempore jam cœptum erat diſputari.*

Admoniti Bernenſes a Lucernenſibus.

Propoſita ingentia mala quæ admittant.

XX. *Admonuit eos legis divinæ, authoritatis Eccleſiæ & ſedis Apoſtolicæ, legum imperialium, ne tot ſæculis probatos ac receptos fidei noſtræ articulos per infauſtam illam diſputationem in dubium revocarent; maxime vero reprobavit modum judicandi ſuper diſputatis, quod rejecta omni Eccleſiæ doctorum expoſitione, ſola biblica ſcriptura debeat inter partes diſcernere ac judicare, quandoquidem ipſa ſecundum ſeſe ſit res inanimata, quæ eloqui non poſſit, nec judicare utra partium ipſam rectius intelligat aut exponat, ne-*

que clamare poſſit Obe, aut væ contra eos, qui ei vim faciunt, aut retortam velut per capillos in devium ſenſum trahunt. At ipſi Bernenſes temere ſibi judicandi authoritatem ſumpturi ſint ad pronuntiandum utri ſcripturam rectius intelligant catholici ne, an hæretici; & proculdubio hæreticis palmam daturi ſint, quorum inſtinctu & diſputandi formula, & impii articuli fuerint promulgati: Deus autem divina nequaquam talem ſtatuit diſquirendi modum, ſed juſſit, ſi quid ambiguum fuerit, ut illud proponatur ſummo ſacerdoti, qui pro tempore fuerit, ut ejus ſtetur judicio; & qui acquieſcere illi noluerit, morte moriatur. Deuter. XVII. *Denique ut nudæ ſcripturæ nimium confiderent rejecta doctorum Eccleſiæ expoſitione, propoſuit eis tria themata ſecundum ſeſe, ut falſiſſima, ita & abſurdiſſima, quorum primum erat, Chriſtum non eſſe verum Deum. Secundum, Deum debere obedire diabolo; tertium Mariam Dei genitricem non permanſiſſe perpetuo virginem. Primum erat error quorundam Anabaptiſtarum & antiquorum Hebionitarum. Secundum Joannis Wicleffi. Tertium Helvidii. Hæc tria in utramque partem e locis variis ſcripturæ probavit nunc argumentando, nunc ſolvendo, ut iiſce exemplis declararet, quam non ſit difficile ex tanta ſcripturarum ſilva excerpere diverſa loca, per quæ ſecundum fucum & exteriorem corticem literæ quodlibet thema & probari & reprobari queat. Niſi igitur ſtetur authoritati Eccleſiæ conciliorumque generalium, & ſanctorum patrum expoſitioni, qui per Spiritum Sanctum locuti ſunt, velut per certum veritatis magiſtrum, per corticem literæ omnia ab hæreticis in dubium vocari ac perverti poſſent.*

Non ipſos eſſe judices controverſiarum.

Oſtenſum ex ſcriptura ſola controverſias dirimi non poſſe.

XXI. *Bernenſes vero, his omnibus contemptis, proſecuti ſunt diſputationem ſuam, diſputantes a die ſeptimo uſque ad vigeſimum ſextum januarii: poſtea judicarunt decem articulos recte probatos & in ſcripturis fundatos eſſe. Mox igitur novam inſtituerunt reformationem, in qua præceperunt primo, ut ab omnibus ſubditis ſuis approbentur decem articuli: deinde ut ſubditi ipſorum nulli e quatuor epiſcopis amplius obediant in rebus eccleſiaſticis, non in cauſis matrimonialibus, non in excommunicationibus & abſolutionibus, non in perceptione chriſmatis, non in oblationibus, decimiſque, & frugum primitiis, &c. Deinde abſolverunt a juramentis epiſcopo præſtitis decanos, camerarios, paſtores, concionatores, & quoslibet Eccleſiæ miniſtros. Poſtea cum ipſi in urbe ſua jam demoliti eſſent altaria atque imagines ubique in templis ſuis miſſaſque penitus aboleviſſent, præceperunt ſubditis, ut per omne territorium ſuum itidem facerent. Deinde abrogarunt omnes miſſas, & exequias anniverſariaſque memorias defunctorum, fraternitates viventium, dedicationes templorum, habitus monachorum & monialium, uſum ſacrarum veſtium, dies jejuniorum, feſta ſanctorum, & quid non; Permiſerunt autem ſacerdotibus uxores, novas nuptias monachis, ſacrilegos maritos monialibus. In fine tamen, ut fidei ſuæ incertitudinem conſcientiaque palpitationem ac metum proderent, adjecerunt ſeſe ubi meliora docti fuerint, ea libenter amplexuros eſſe, & eam reformationem velle vel augere vel minuere.*

Nova eccleſiæ deformatio conſtituta a Bernenſibus.

Quoniam vero tam in Badenſi quam in Bernenſi diſputatione coram laicis Teuthonice & loquendum & ſcribendum fuit, Teuthonice quoque reprobaverunt dominus Joannes Eckius diſputationem, & Joannes Coclæus reformationem Bernenſium; Eckius prolixius ac ſubtilius; Coclæus brevius ac ſimplicius pro captu laicorum. Eckius ultra decem articulos diſputationis commemoravit adhuc viginti quinque articulos erroneos, quos in diſputatione illa admiſerunt, decem item articulos contradictorios ſibi ipſis, & quindecim locos ſcripturæ, quos falſificaverunt inter diſputandum. Coclæus priuſquam articulatim reformationem reprobaret, objecit Bernenſibus contemptum & negligentiam circa viros doctos, quos ad diſputationem ſuam vocare debuiſſent, præſertim dominum Eckium: deinde exprobravit incivilitatem, qua male tractatus fuit in ea diſputatione dominus Conradus Tregarius provincialis Auguſtinianus Helvetius natus: poſtea reſpondit articulatim ad reformationis capita, e quorum trigeſimo paucula exempli gratia retuliſſe operæ pretium fuerit. XXII.

Eckius & Coclæus ſcribunt in hæreticos.

Conradus Tregarius reſpondet ad ſingula.

Trigeſimo, inquit, *conceditis monaſticis perſonis deſerere monaſteria, & inire connubia, atque ut eas ad hoc provocetis, vultis eis bona quæ intulerunt reſtituere: quæ ſi nimis modica ſint, vultis plus addere modo exeant, ſive connubia ineant ſive non. O boni domini quam inimicus eſt & honori veſtro & animarum veſtrarum ſaluti author hujuſcemodi reformationis: quomodo poteſtis [obſecro] uſque adeo obliviſci omnis ſcripturæ, omnis legis & juris, omnis diſciplinæ & honeſtatis? quomodo poteſt licere vobis, qui juramento fœderati eſtis, juramenta & vota Deo præſtita tam turpiter ac ſceleſte ſolvere, & concedere id quod in veſtra poteſtate minime conſiſtit? Honeſtas juris etiam apud gentiles, & Romanos antiquos exigit, ut juramenta & pacta etiam hoſti ſerventur; vos autem ea ne Deo quidem ſervari vultis: quomodo poſſitis, quæſo, majores aut* XXIII.

Pacta hoſti ſervanda ſunt & Deo vovendo ſunt infringi hæretici.

ve-

vehementiores vos exhibere hoſtes Dei, & Eccleſiæ, quam hic facitis, conſiderate vos ipſi. Quomodo enim poteſt alicui major aut dolor, aut injuria inferri, quam ſi ſponſa aut uxor ejus abducatur, aut rapiatur, aut ſi filius aut filia ejus amiſſo honore, ad ignominiam redigatur publice coram toto mundo? jam ſponſæ & uxores Chriſti Dei & domini noſtri moniales ſunt, Cant. IV. *Joan.* III. *Corint.* II. *Epheſ.* V. *Apocalip.* XXI. *Sunt & filiæ ſanctæ matris Eccleſiæ Galat.* IV. *Corinth.* IV. *pſal.* XLIV. & XLVII. *Cantic.* III. I. *Petr.* III. *Quomodo igitur præſumitis eas contra omne jus, contra omnem ſcripturam & honeſtatem a votis ſuis abſolvere? Jubete quæſo apoſtatas veſtros omnem perſcrutari tum ſcripturam tum hiſtoriam, an invenire queant, quod in ulla per orbem terrarum provincia intra MD. annos uſpiam conceſſum fuerit monachis & monialibus matrimonia inire, aut e monaſteriis in mundum redire? eſt enim manifeſte contra Deum ſic irrita facere vota. num.* XXX. *deut.* XXIII. *pſal.* LXV. *eccl.* IV. *contra Chriſtum Matth.* VIII. & XIX. *Luc.* IX. & XIV. *contra Paulum* I. *Timot.* V. *ubi damnantur ii qui primam fidem [votum ſcilicet] irritam faciunt: quid autem ſacra concilia, ſanctique pontifices, & catholici doctores contra ſcelus iſtud ſcripſerint, atque ſtatuerint, recitare hic nimis longum foret, atque etiam apud vos irritum & inutile, qui talia cuncta contemniſtis. Recitabo autem vobis legem imperialem ex codice, ut ex ea intelligatis quid hic meremini, &c.*

XXIV. Apoſtatæ loco Apoſtolorum, Papa pro Antichriſto habiti.

Poſt hos Bernenſes nefarios cœtus Zuinglianam hæreſim late graſſatam apud Helvetios, & Chriſti vicarium loco antichriſti habitum, apoſtatas vero inceſtis nuptiis infames apoſtolorum loco habitos luget Surius hiſce verbis (a): *Per hoc fere tempus aliquot ſuperioris Germaniæ locis præſertim in Helvetiis & Argentinæ multum increvit dogma ſacramentarium, & ſecta Zuingliana, & miſſa, qua nihil eſt ſanctius, ceu idololatria abrogata eſt: imagines e templis deturbatæ & flammis exuſtæ: Baſileæ quidem ipſo die cinerum, quo ſolent Chriſtiani ſe ad meliorem frugem recipere, non tamen ſimul uno anno ſed per temporum intervalla hæc ſenſim irrepſere diverſis in locis, ita ut res omnino ad Mahometicam, vel potius antichriſtianam vaſtitatem ſpectare videretur; cum iſti ſacramentarii interim Romanum Pontificem non alio, quam antichriſti loco haberent. Porro apoſtatas monachos publice inceſtis nuptiis infames, haud ſecus atque Chriſti Apoſtolos ſuſciperent, ac venerarentur. Erat ea irati numinis horrenda vindicta, & ſevera animadverſio in hominum peccata.*

(a) Sur. in comment.

Argentinæ imagines flammis exuſtæ.

XXV. Invidit Lutherus Zuinglio, confictumque a ſe pſeudoevangelium Zuingliano pſeudoevangelio obſcurari indoluit: ſtylum itaque vertit adverſus æmulos hæreſiarchas, qui cum ipſo de comminiſcendis novis religionum monſtris impietate certabant, adeo ut iiſdem argumentis ſemetipſum atque ipſos conficeret: *Scripſit*, inquit Coclæus (b), *rurſus contra eos bene prolixum librum Teuthonice, cui titulus eſt, de cœna Chriſti confeſſio Lutheri. In prima ejus parte exagitat ac reprehendit Zuinglium, in ſecunda Œcolampadium, in tertia denique fidei ſuæ mentis ſententiam tam in vita quam poſt mortem haberi jubet. In prima multa objicit Zuinglio ejuſque complicibus, quæ catholici prius longe juſtius objecerant ipſi Luthero, nempe quod ejuſmodi diſſenſio & diviſio inter ipſos non eſt a Spiritu ſancto, ſed a ſathana: quod ſpiritus ille vertiginis contradicit ſibi ipſi: quod libere concludendum eſt diabolum omnis diſſenſionis patrem eſſe eorum doctorem: quod diſſenſio in intellectu & ſermone ex diabolo eſt, &c. In ſecunda contradicit ſibi ipſi, dum negat in cæna Chriſti remanere vinum, eo quod Chriſtus dixerat.* Non bibam de genimine vitis, &c. *Quod antea ſæpe affirmaverat cum alibi, tum in Babylonica ſua captivitate, ubi deriſit tranſubſtantiationem, & accidentia ſine ſubjecto.* Addit Coclæus etiam in tertia parte eundem hæreſiarcham ſecum pugnaſſe, ac poſtquam doctrinam orthodoxam de tranſubſtantiatione eſſet profeſſus, plura blaſphema adverſus miſſam evomuiſſe: *Licet non eſſet neſcius toto terrarum orbe*, obſervat Surius, *omnibus retro ſæculis apud Chriſtianos miſſam celebratam eſſe. Extat Græce & Latine D. Jacobi Apoſtoli fratris Domini, itemque Baſilii & Chryſoſtomi miſſa, ut nihil de Latina Eccleſia dicamus.*

(b) Cocl. hoc ann. de ſcript. Luth.

Plura Zuinglio Lutherus objicit quæ Lutherum convincant.

Nunc fatetur tranſubſtantiationem. Secum pugnat.

XXVI. In Lutherum alii hæreſiarchæ certant.

Ubi vero Lutheri in ſacramentarios liber evulgatus fuit, Zuinglius, Œcolampadius, ac Bucerus in Lutherum alios libros ediderunt, cum ii magiſtro in nulla re concederent; ſed ſpreta veritate, quam neutra pars tuebatur, de inani gloria certarent, ut alii præ aliis viciſſe viderentur; pergit enim Surius (c): *Fuit certe, & eſt hæc res in primis ridicula & ſcurrilis, quod illi ſublimes gigantes, qui ſe jactabant in Germaniam, qua tot ſæculis caruiſſet, lucem evangelii invexiſſe, tam inter ſe pertinaciter & odioſe digladiabantur. Faceſſat hic omnis frivola excuſatio*, non eſt diſſenſionis Deus, *inquit Apoſtolus* (d), ſed pacis; *quomodo poſſunt me iſti docere quid verum ſit, cum ſe ipſi* vi-

(c) Sur. in comm. hoc ann.

(d) 1. Cor. 14.

viciſſim in rebus graviſſimis mendacii inſimulent; & hæc quidem non paucos permoverunt, ut in hac mutua Lutheranorum & Zuinglianorum diſſenſione rem accuratius expenderent, adverterentque non poſſe eos veritatis eſſe præcones, qui pugnantia docerent, atque eam ob rem ad catholicam Chriſti Eccleſiam ſe reciperent, contemptis ſtultiſſimis fanaticorum hominum ſic enim ipſi ſe vocant opinionibus, quæ identidem in alias atque alias formas transformantur, ſicut neceſſe eſt evenire illis, quæ cum mendacio conjuncta ſunt, varium eſt enim & inconſtans mendacium.

Suſpecta fit novatorum doctrina ob contradictiones.

XXVII. Anabaptiſtæ cum Luther. & Zuingl. pugnant.

Gerebat etiam utraque ſecta odia adverſus Anabaptiſtas, ut ſuperius dictum eſt, ac Lutherus hoc anno ſcripſit in Balthaſarem Pacimontanum anabaptiſticæ factionis ſigniferum, quod is Lutherum ſuæ ſententiæ favere diceret; impius vero calumniator catholicos in invidiam adducere annisus eſt, quaſi anabaptiſmi fautores, quod Luthetanum pſeudoevangelium non admitterent; falſamque probationem addidit, quod nulli in Saxonia Anabaptiſtæ reperirentur; cum tamen multi Yſenaci deprehenſi ac meritis pœnis affecti fuerint. At non catholicos, ſed Lutherum anabaptiſticæ peſtis fuiſſe parentem ſic ita arguit Coclæus (*a*): *Dum ſcriberet ad Vualdenſes ſeu Pighardos Bohemiæ, inter ea, quæ in eis reprehendebat, hunc quoque articulum commemorabat, quod parvulos baptizant ad futuram fidem, quam adulti conſecuturi ſint. Ait igitur præſtare prorſus omittere baptiſmum in parvulis, quam baptizare ſine fide, quia ſacramenta neque debeant neque poſſint ſine fide accipi: ſi vero ſine fide accipias, huic veſtræ* [*inquit*] *doctrinæ opponimus nos verbum Chriſti: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit, &c.* Deinde in Coclæum ſcribens repetiit: *Aſſerimus parvulos prorſus non eſſe baptizandos, ſi verum eſt eos in baptiſmo non credere, ne illudatur majeſtatis ſacramentum, & verbum.*

(*a*) *Cocl. hoc ann. Sur in comm.*

Ut docuerit anabaptiſmum Lutherus.

XXVIII. Deiu Catholicorum argumentis uſus eſt in Anab.

Idem tamen inconſtantiſſimus homo hæc damnavit, & cathnlicorum argumentis in Anabaptiſtas uſus eſt, ut obſervat Coclæus, ſic inquiens: *Cum rebaptizatores dicant nuſquam haberi in Scripturis, quod parvuli habeant fidem propriam, aut quod baptizari debeant, ipſe in hunc modum reſpondet: Quod parvuli non credant, nullo ſcripturæ loco demonſtrare poſſumus, qui clare his aut ſimilibus verbis dicat, parvulos baptizate; nam & ipſi credunt: ſi quis nos urgeat ad demonſtrandam ejuſmodi literam, huic nos credere oportet, & victoriam dare nuſquam ſcriptum invenimus; boni autem & ratione præditi Chriſtiani tale a nobis non exigunt: contentioſi & cervicoſi ſectarum duces id faciunt; at contra neque ipſi ullam afferent literarum, quæ dicat, adultos baptizare, & nullos parvulos.* Hæc Lutherus, qui Anabaptiſtas refellere non potuit, niſi ad Eccleſiæ authoritatem, quam toties vir impius obtrivit, confugeret, adeoque præter morem Romanam eccleſiam commendarit: *Nos*, inquit, *fatemur ſub papatu multa eſſe bona Chriſtiana, immo omnia bona Chriſtiana, atque etiam inde ad nos defluxiſſe; nempe confitemur in papatu veram eſſe ſcripturam ſacram, verum baptiſmum, verum ſacramentum altaris, veras claves ad remittenda peccata, verum prædicandi officium, verum catechiſmum, veluti orationem dominicam, ac decem præcepta, & articulos fidei.* Hanc væſani hominis inconſtantiam, atque in dictis & factis varietatem ita perſtringit inter alios Ulembergius (*b*).

Commendat jam homo inconſtans Romanam eccleſiam.

(*b*) *Ulember. in vit. & geſt. Luth. c.19.*

XXIX.

Si reiicienda ſunt, quæ papatus ambitu continentur, conſequens ait fore, ut & eccleſia & Chriſtianiſmus templum Dei reiiciatur una cum theſauro bonorum omnium, quæ per Chriſtum illi credita ſunt atque commiſſa. Hæc de eccleſia Romana Lutherus lubricus nimirum & vertiginoſus encomiaſtes; nam quæ tam honeſto verborum apparatu in hujus eccleſiæ laudem ebuccinat, ea paulo poſt ad ingenium reverſus in ſummam ejus contumeliam detorquet: in fine comparat inter ſe ſacramentarios & Anabaptiſtas; utroſque vero, vel potius per utroſque & per alios, omnes ſuermeros, ipſum ſathanam hoc unum agere totis viribus, ut in dubium vocentur, quæ vera ſunt & certa, nec aliud quam incertas opiniones urgere, quæ nullis nitantur ſolidis fundamentis, adeoque ſuſpiciones ſuas docere, non fidem. At hæc ipſa in ſe Lutherus agnoſcere debuerat, qui florente Eccleſia in Germania vera & certa fidei capita primus convellere erat aggreſſus.

Novarum ſectarum auctores eſſe dæmones pronuntiat.

XXX.

Cæterum quamvis Lutherus Anabaptiſtas perſequeretur, tamen non feriendos gladio a magiſtratu contendit, ſed cuique quidlibet credendi permittendam libertatem, atque hanc ineptam rationem attulit, ſi male quis credat ſat pœnarum apud inferos luiturum, ut propterea in hoc ſæculo plectendus non ſit. At licet hac ſtropha ipſo exordio, cum ſuas ſpargere hæreſes cœpit, uſus eſſet, non tamen hæretici contrarias hæreſes tolerandas cenſuere: immo & volaticus Lutherus in æmulum ſuum hæreſiatcham Zuinglium gladio animadvertendum ſcripſerat. Adeo autem Lutheri de permittenda

(*c*) *Cocl. in act. & ſcr. Luth.*

An tolerandæ ſint contrariæ ſectæ certans novatores.

qua-

quavis ſecta patuit error, ut Joannes Faber in ſua cum Balthaſare Pacimontano Anabaptiſtarum principe diſputatione hæc ſcribat (a): *Multæ, mihi crede, civitates obviis (ut dicitur) manibus ante aliquot annos Lutherum, ut chariſſimum hoſpitem & perjucundum convivam acceperunt, quem ſi in præſentiarum ad lethæos fontes infimumque barathrum rejicere poſſent, nullis laboribus, nullis impenſis parcerent: vident enim & reipſa expertæ ſunt, quam nocentem ignem & peſtiferum animal in ſinu foverint, auribuſque lupum tenuerint; ſed tam profunde in Lutheri lutum demerſæ ſunt, ut emergere & e tam vaſto gurgite niſi cum magna ignominia & magno periculo enatare non poſſint. Et res ſane eſt admiranda plurimum, quod qui toties præteritis annis perpetuo deprædicarunt, licere ſingulis credere, quod animo concepiſſent, neque ullum Chriſtianum ob hæreſim aliquam ſupplicio puniendum eſſe, aut pœna mulctandum aliqua, nunc ſine ulla miſericordia cunctos Anabaptiſtas perſequi, ac igni, ferro, aqua, omnibus denique ſuppliciorum generibus in eos, quos ipſi procrearunt & aluerunt, animadvertere cœperunt, ſimile quiddam Æſopico facientes, qui dulci oratione demulſas anſerum aures, ubi in ſomnum vidit declinaſſe, deſiluis repente, atque obſopitos anſeres jugulavit, ſic multis locis magiſtratus facile paſſus leviculis ſermonibus ablactatos imperitæ multitudinis animos a veteri ſummi Dei cultu ad novum quoddam diſſolutum, impium, ac plane epicureum vivendi genus prolabi, qui ubi ſpiritu novo veluti muſto efferveſcentes aliquo furere, fructuſque jactis ſeminibus dignos producere cœperunt, a magiſtratu oppreſſi trucidatique graviſſimas mortis pœnas dederunt: id quod quotidie exerceri ſcias in civitatibus Germaniæ clarioribus, apud quos Anabaptiſtæ quamprimum caput erexerint, mox colla eorum ſpiculatori ſubduntur. Hæc ex conſulto te celare nolui, quando jam aliquot menſibus in carcere hic, neque ut Joſeph Danielve innocens, ſed tuum ob peccatum, incluſus jacuiſti, ut ſcires quatenus infelicis lolii, ſpinarumque & zizaniorum germen in agro Domini enatum eradicetur, & ut primi novæ religionis authores patronique veſtri defecerint, & reſipiſcant, voſque paſſim, ut indignos, quos terra foveat, e mundo tollant magiſtratus: quorum omnium ſane malorum Lutherus in cauſa eſt, homo ille inimicus Dei & fidei noſtræ, qui per noctem obrepens ſeminibus bonis zizania immiſcuit ægre & vix multis ſæculis radicitus coercenda.*

(a) Fab. in diſp. cum Balth. c. 7.

Anabaptiſtæ paſſim in Germ. ſupplicio affecti.

XXXI. Captus in Auſtria fuerat Balthaſſar hæreſiarcha cum populum ſeduceret, atque in Viennenſi carcere diu tentus, cum jam in ſe ferendam mortis ſententiam noſſet, interprete Ferdinandi Regis quæſtore obtinuerat, ut in alicujus viri docti congreſſum colloquiumque veniret, profeſſus nolle ſe in impio quovis errore perire. Excitus itaque Strigonio Joannes Faber Ferdinandi Regis juſſu prolixam cum eo diſputationem habuit, in qua omnes hæreſes, quæ hoc tempore graſſabantur, confutavit, atque acta divulgaturus, ea Georgio duci Saxoniæ inſcripſit præfixa epiſtola, in qua hæreſeos Lutheranæ retexuit originem (b), deque Anabaptiſtis & Balthaſſare hæc expoſuit.

Balthaſar hæreſiarcha captus.

(b) Jo. Faber. in ep. ad Georg. duc. Saxon.

Georgio duci Saxoniæ.

Cum jam ſpes eſſet tot malis finem impoſitum iri, ecce ſubito alia Anabaptiſtarum ſecta execrabilis in apertum prodit, quæ & uſum rebaptizandi induit, non contenta priori in infantia ſuſcepto baptiſmo, & novam ſeditionem ſtruere, ſecretiores conventus habere, ac ſub ementito evangelii nomine cœnam dominicam agere cæpit. Illorum anteſignanus & præcipuus author quidam doctor Balthaſar, qui cum ſe Pacimontanum ſcriberet, bellorum & rebellionum ſuſcitator fuit aſſiduus: is inquam tam erecti ſpiritus homo fuit, ut ſe ſua eruditione cunctos Zuinglios, Oecolampadios, ipſumque adeo Lutherum præcellere & longe anteire gloriatus fuerit, non contentus quod in Germania multis in oppidis, & potiſſimum ſub inclyta Auſtriæ domo, tumultus concitaverit horribiles, & jampridem jurejurando apud Tigurinos retinctionis errorem abjuraverit, ſub anathemate quoque damnaverit, & publice teſtatus ſit, mox in Moravia repudiato univerſalis Eccleſiæ ritu in eandem Catabaptiſtarum hæreſim ut canis ad vomitum impie relapſus eſt, ac rejecto infantium baptiſmo grandævos, tantum & homines canos, ſilicernos & jam prope edentulos ſacro illo fonte cenſuit eſſe tingendos; qua de re libros & tractatulos ſcripſit ſane non paucos: iſque novus & deteſtabilis abuſus novas populi conjurationes, illicita veneris connubia, & cætera id genus ſcelera propemodum infinita quotidie parit.

Horrenda mala inducta ab Anabaptiſtis.

XXXII. *Et inter hos Catabaptiſtas inventi ſunt qui vetus teſtamentum Manichæorum more prorſus abnegantes novo duntaxat fidem adhibendam eſſe ſtatuerunt. E regione quoque non pauci fuere, qui novum teſtamentum negantes ad legem Moſaicam, quaſi in Ægyptum redeuntes, ollas carnium, alia, & cucumeres deſiderarunt: quam rem abhorrendam, neque apud Chriſtianos ullis ſæculis auditam, ubi ſereniſſimus Chriſtia-*

Nonnulli ex his vetus teſtamentum rejiciunt. Alii novum.

ſtia-

ſtianiſſimuſque Reu ac princeps Ferdiuandus animadvertis, & (ut eſt in rebus fidei & religionis diligentiſſimus) conſideravit, ac eupendis, perſpicue intelleuis, quod uiſi tanto ſceleri obviam iretur, ſimul divinas humanaſque leges everſum iri, atque haud procul abeſſe, quin omnia, quæ ſancta ac juſta inter mortales & ſunt & habentur, exitio darentur: hæc ut magua illorum pars non modo Chriſtum & Deum creatorem cœli & terræ negare cœperunt, Balthaſarem illum tam pernicioſæ rei authorem capi, & captum iu vinculis teneri juſſit: qui nuper in ſeſe deſcendens, ſuorumque ipſius atrocitate ſcelerum expenſa, jam cum de vita ac ſalute deſperaret, antequam pœnas dignas lueret, mecum ſuper uonnullis rebus diſſerere cupiens, facile obtinuit ut Regis juſſu (cujus incredibile eſt dictu quanta ſit in tuenda vera pietate, ac reducendis ad ſanitatem tam diro veneno corruptis homiuibus cura ac ſolicitudo) ad captivum proficiſcerer comitantibus magnificis viris domino Marco a Leopolsdorff quæſtore ærarii Auſtriaci ac rectore gymnaſii Viennenſis, Ambroſio Saltzero licentiato: quod eo quoque libentius feci, quod jam iude a compluribus annis hominem & noram, & eo familiariter eram uſus, cum adhuc eſſet iucolumi mente & ſenſu, ac couſcientia incoutaminata, & uterque communibus ſtudiis uno in gymuaſio, ſub eiſdem præceptoribus operam daremus.

Pars Chriſtum pars Creatorem abnegat.

Jo. Fabr. cum Balthaſare congreſſus.

XXXIII. *Ad quem ubi veniſſem, nihilque librorum quam biblia, quorum & illi copia erat, mecum attuliſſem, de illis ipſis hæreſibus, quarum vel author ille vel doctor & aſſertor fuerat, cum eo placide fraternoque & Chriſtiano affectu, & more diſſerere cœpi, ita ut alter alterum viciſſim interrogaret, & ad interrogata reſponſitaret, quemadmodum ſequenti iu libro, qui eſt dialogi inſtar, coutinetur: quæ quidem inter nos diſſertio hos ſane fructus peperit ſtatim, ut retractationum librum compoſuerit, quorum capita breviter perſtringam.*

Retractatio errorum.

XXXIV. *Primum multis ac gravibus argumentis*
I. *oſtendit ſolam fidem non ſatis eſſe ad a-*
II. *nimæ ſalutem. Deinde bona opera, quæ*
jampridem ab eo exploſa erant, per eun-
III. *dem reducta ſunt & comprobata. Liberta-*
tem Chriſtiauam a Luthero tantopere lau-
datam, ac pertiuaciſſime defenſam etiam
cum iuſectatione damnavit. Rurſum in-
cutiendum eſſe mentibus hominum corrup-
torum metum Dei ac reverentiam, & ſum-
ma ope aduitendum, ut rectæ conſcientiæ
aculei iu intimis ſeuſibus figantur. Sane
IV. *quam efficaciſſimis ratiouibus docuit falſo*
& impie perſuaſos eſſe homines ut crede-
rent omnia ex adamantina quadam & iue-
vitabili neceſſitate geri; contra vero ſoli-
diſſimis argumentis liberum arbitrium con-
ſtabilivit nixus authoritate utriuſque te-
ſtamenti. Pœnitentiam criminum cum re- V.
ſipiſcentia vel eu evangelio commonſtravit.
Sempiternum illibatæ virginitatis decus VI.
beatiſſimæ matris Mariæ contra Helvidia-
nos acerrime defendit. Simul Neſtoriano- VII.
rum erroram & nefandam opinionem re-
fellens, qui illa non Deiparam fuiſſe ne-
farie probare conati ſunt. Perfidiſſimæ hæ- VIII.
reſeos authores, qui aſſeruerant Chriſtum
neque ipſum Deum eſſe, neque Dei filium,
palinodia recitata, inſectatus eſt. Neque IX.
inficias ivit purgatorii locum eſſe. Preca- X.
tiones Chriſtifidelium adprobavit. Confeſ- XI.
ſionem præterea ſermone factam apud ſa-
cerdotem tum utilem, tum neceſſariam,
& a Chriſto inſtitutam eſſe, aſſeveravit. XII.
Opinioni ineptæ impiorum quorundam no-
viſſimum diem intra biennium affuturum
ſentientium vehementer eſt refragatus. Tum XIII.
imaginariam illam eccleſiam ceu ideam
quandam deriſit, & nullam eſſe faſſus eſt. XIV.
Conſervatam puellarum viduarumque pu-
dicitiam Deo immortali cum primis cordi
eſſe conſtanter credidit. Jejunia commen- XV.
davit. Diem dominicum celebrandum eſſe XVI.
judicavit. Eſum carnium diebus, quibus in- XVII.
dicta ſunt jejunia, improbavit. Excommu- XVIII.
nicationem ſuum robur ac vires voluit ob-
tinere. Neque fruſtra eſſe ſanctorum pro XIX.
nobis deprecationes. Ad ultimum ita legum XX.
reverentiam, authoritate magiſtratuum ac principum poteſtatem extulit, ut crederes nil ejus animo alienius eſſe a ſeditione, & cupiditate rerum novaudarum. De baptiſmo tamen parvulorum, ſeu iufantium & ſacramento Euchariſtiæ varians ſtatuit in Regis ſententiam & academiarum concedere, id quod ſuæ manus propriæ ſcriptura teſtatus eſt. Haſce igitur diſſertationes ac potius defenſiones pro orthodoxa & catholica fide unum iu librum conflatas, & in publicum emiſſas tuæ celſitudini multis de cauſis nuncupavi &c. Datum Pragæ 1. julii anno ſalutis humanæ MDXXVIII.

XXXV. Cum vero Balthaſar in his controverſiis erroris convictus fuerit, præſentibus doctore Saltzero, & Marco regii ærarii præfecto a Joanne Fabro (*a*) præcipua argumenta ex actis decerpere non injucundum erit: *Etſi non ignorem*, inquit, (*b*), *Pelagium hæreticum ante mille & centum annos, perinde atque vos facitis, parvis infantibus ac pueris cœli portas obſtruxiſſe, cuius uon modo non audita atque accepta, ſed commuui Eccleſiæ conſenſu damnata & neglecta opiuio eſt; at quoniam non niſi authoritate convinci vis, age tuo ingenio obſequamur: eſt apud Joannem III. cap. ſcriptum, ubi dominus & Le-*

(*a*) *Jo. Faber. diſp. cum Balth. c.* 2.

(*b*) *Hier. cont. Pelag.*

Probatur ex ſcriptura puerorum baptiſmus.

& Legiſlator noſter ad Nicodemum ſic ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. *Quanto itaque pueris Chriſtus regni cælorum ſpem porrigit, neceſſe eſt eos ex aqua & Spiritu Sancto renaſci, eamque nos renaſcentiam regenerationemve conſuevimus catholicorum more appellare; baptiſmum ergo, ut baptizentur & utile ipſis, & neceſſarium eſt.* Hoc perturbatus argumento hæreſiarcha ſtulte negavit Joannis textum de baptiſmo intelligi: tum ſuæ hæreſeos virus effudit; negavit enim regnum cælorum puerorum eſſe, ſtatuereque de pueris eos neque ſalvandos neque damnandos; ſed omnipotenti Deo, ut faciat de iis quid velit committendum. Quem Faber mox aliis divinis oraculis convicit, regenerationem ex aqua & Spiritu Sancto baptiſmum eſſe: *Nam*, ait, *Paulus ad Titum* III. *oſtendit quod* per miſericordiam Dei ſalvatoris noſtri ſalvi facti ſumus per ablutionem ſive lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus

(a) 1. Petr. 1.

Sancti; *ſic Petrus* (a): Benedictus ſit Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam nos regeneravit in ſpem vivam Jeſu Chriſti a mortuis. *Hæc regeneratio uno loco Græce palingeneſia dicitur, alio vero loco anageneſia, ſed non ea conſideratione, qua Pythaghoras olim palingeneſiam animarum aſſeruit; ideoque error apud vos eſt, non eſſe in ſcriptura regenerationem. Quod autem hæc ad baptiſmum referenda ſint, confirmant omnium orthodoxorum & veterum doctorum enarrationes, perinde atque ego de baptiſmo loquentium.* Deinde Faber negantem Balthaſarem regnum cælorum eſſe puerorum convicit ex evangelio Matth. XIX. Marc. X. & Luc. XVIII. quando allati ſive adducti ſunt ad Jeſum pueri, quos cum prohiberent diſcipuli increpavit: *Sinite*, inquiens, *eos ad me venire, & nolite prohibere; talium enim eſt regnum cælorum: quæ verba ter in evangelio repetita leguntur. Et Matth.* XVIII. *Dominus Jeſus puerum in medio diſcipulorum conſtituit, per hoc viam aperiens, qua eos ad vitam ingredi oporteret, eis inſuper proprios angelos præfecit in cælis, qui faciem Dei Patris ſemper intuentur, noli, noli (te quæſo) per manſuetudinem Chriſti eſſe eorum in numero hypocritarum* (b), *qui cum ipſi regnum cælorum ingredi nequeant, etiam aliis cælum occludere non verentur.*

(b) Luc. 11.

XXXVI. Argutia hæreſiarchæ.

Ut eluderet vim argumenti hæreſiarcha, finxit pueros allatos ſive adductos ad Chriſtum rationis uſu jam præditos fuiſſe, addiditque Chriſtum dixiſſe: Talium, id eſt humilium, eſſe regnum cælorum. Ad quem Faber: *Cautiſſime, mihi ut video, tenendus es ne in anguillæ morem e manibus elabaris. At ſi te æquum auditorem mihi docenti præbueris, ſane te Lucæ authoritas ab errore eximet, qui Græce brephi, id eſt infantes habet, qui ſcilicet fari per ætatem nequeant: ſic exultavit infans in utero Elizabeth Lucæ* 1. *ſic invenere paſtores Mariam & infantem, Luc.* II. *ſic ad verbum Petri convenit eſſe nos, ut modo genitos infantes ubi ſemper brephos Græce legimus: eſt præterea apud Marcum* (c) *quod Dominus eos complexus ſit, & benedixerit: quod ſi filii iræ, non Dei forent, qui eos benediceret, qui tandem diceret* (d): Regnum cælorum qui non acceperit ut puer, iſte non ingredietur in illud? *ſed quod dicis haberi talium, non ipſorum, ſophiſticæ artis præſtigium eſt: ut dem ego tibi hic comparationem eſſe, ea tamen ad id unde comparatio ſit perpetuo reflectitur; alioqui neque ulla ſimilitudo accedet, neque comparationis nomen habere merebitur, & ſic corruet totum ædificium opinionis tuæ.* Pluribus interjectis Jeremiæ (e) & Joannis (f), qui in utero divinæ gratiæ participes redditi ſunt, exempla Balthaſari propoſuit Faber; tum addidit: *Inde manifeſtum fit infantibus gratiam Dei non negandam eſſe.* Et infra: *Habes Joannem exultantem in utero ac Spiritu Sancto repletum: habes mille quadringentis annis Chriſtianos infantili ætate tinctos, uti in præſentiarum omnes puerilibus annis, non grandævi baptizati ſumus: qua temeritate ergo audebis, hoc totius Chriſtianitatis baptiſma damnare.* Oſtendit dein ſacros baptiſmi ritus ſanctorum patrum vetuſtiſſimorum, ut Ignatii, Dionyſii, Cypriani, Hieronymi, traditione ad nos derivatos: cumque Hieronymum & Origenem veluti ſuæ ſententiæ aſſertores falſo traduceret Balthaſar reſpondit Faber, Hieronymum, qui adverſus Pelagium ejus erroris authorem duos libros edidiſſet, in contrarium ſenſum detorqueri: Origenem in epiſtola ad Romanos teſtari baptiſma parvulorum ab Apoſtolorum temporibus, ad illius ætatem dimanaſſe; Cypriani vero in epiſtola ad Fidum authoritatem his verbis expreſſam adduxit: *Quantum ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum vel tertium diem, quo nati ſunt, conſtitutos baptizari non oportere, & conſiderandam legem circumciſionis antiquæ, ut intra octavum diem eum, qui natus eſt, baptizandum & ſanctificandum non putares; longe aliud in concilio noſtro viſum eſt: in hoc enim, quod tu putabas eſſe faciendum, nemo conſenſit, ſed univerſi potius judicavimus nulli hominum*

Diſſolvitur.

(c) Matth. 10.

(d) Luc. 18.

(e) Hier. 20.

(f) Luc. 1.

nato

nato miſericordiam Dei & gratiam denegandam; nam cum Dominus in evangelio ſuo dicat. Filius hominis non venit animas hominum perdere, ſed ſalvare, *quantum in nobis eſt, ſi fieri poteſt, nulla anima perdenda eſt*.

Si Eccleſiæ non creditur nec ſcripturæ creditur.

Cum igitur Cyprianum ſperneret novator, demum univerſæ Eccleſiæ traditione, cujus authoritati ſacrarum ſcripturarum nititur authoritas, illum contudit, ad quam quidem authoritatem Eccleſiæ Zuinglius confugere erat coactus: *Tuus*, inquit, *amicus Zuinglius adverſus te aſſeclas ſectatoreſque tuos non leve argumentum objecit puerorum baptiſmum a tempore Apoſtolorum ac Chriſti diſcipulorum ad ſuam uſque memoriam permanaſſe, perque totam fidelium Eccleſiam omnium in uſu extitiſſe*. Porro Faber, cum multa de traditionum dignitate diſſeruiſſet (*a*), iterum e ſacris ſcripturis plura teſtimonia pro infantium baptiſmo attulit (*b*): Stephanæ (*c*), & Lydiæ purpurariæ integras familias baptiſmo ablutas; in his vero ſine dubio aliquos pueros fuiſſe: annuntiatum de Chriſto (*d*): quod ſalvum eſſet facturus populum ſuum a peccatis eorum; cur ergo e numero populi infantes tollantur vetenturque in fide Eccleſiæ baptizari? infantes in lege Moyſis circumciſos, ut majorum fidei compotes fierent; cur non pariter infantes baptizandos, cum in confeſſo ſit legem per Moyſen datam (*e*), gratiam autem & veritatem per Jeſum Chriſtum factam eſſe? unde hauſerint Anabaptiſtæ miſericordem Deum pueris occultum fidei donum non inſerere, ſpiritum ubi velit ſpirare, & ad baptiſmi effectum aquam tantum & Spiritum ſanctum requiri, teſte Chriſto: ſanctorum Innocentium diem feſtum coli ab Eccleſia: juſſiſſe Petrum (*f*) in actis baptizari, qui Spiritus Sancti ſunt capaces, cujus certe omnem ætatem ex divinis oraculis capacem antea indicatum eſt, atque idem in aliis elucubrationibus fuſius demonſtravit, tum concluſit: *Noli tuo hoc vano pertinacique errore eos perdere ac damnare, pro quibus mortuus eſt Chriſtus* (*g*). Miſeram vero Anabaptiſtarum conditionem & improbitatem ob oculos ita propoſuit: *Cum inquit omnium in conſpectu eorum malefacta traducantur, qui modo inferos eſſe negant, modo non ferendos ſuperiores, omnia omnibus communia eſſe oportere docent: ſacramento ſuos effectus adimunt, ut horum aliorumque nefariorum articulorum gratia capitis, famæ, rerum denique omnium periculum adire nunquam non parati eſſe velint*.

(*a*) *Fab. diſp. cum Balth. c.* 3.
(*b*) *Ib. c.* 4.
(*c*) 1. *Cor.* 16. *& Act.* 16.
(*d*) *Matth.* 1.
(*e*) *Joan.* 1.
(*f*) *Jo.* 3. *Act.* 10.
(*g*) *Rom.* 14.

XXXVII Cum Balthaſar hæreſiarcha hoc ſuis erroribus fundamentum ſtruxiſſet: *In ea adhuc ſum ſententia, nihil in Eccleſia ratum habendum fuiſſe, neque hodie haberi debere, niſi ſacris literis apertiſſime expreſſum*; Faber (*h*) illud ita convulſit: *Ego vero contra credo ajoque quod ne vos quidem negare poteſtis Servatorem noſtrum, evangelium, & ſcriptum aliud non reliquiſſe, niſi ut Paulus docet, in Apoſtolorum & noſtris cordibus inſcriptum; nempe Apoſtoli ad Hebræos* VIII. *verba ſunt hæc:* Hoc eſt teſtimonium, quod diſponam domus Iſrael; Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in mentem eorum & in corde eorum ſuperſcribam eas hac lege: Charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris *ad Roman.* v. *& hæc eſt illa epiſtola ſcripta in cordibus, de qua iterum præco veritatis Paulus* II. *Cor.* III. ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. *Recepimus itaque evangelii novique teſtamenti fidem per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis; non autem ut legem Moſi lapideis inciſam tabulis. Sed neque omnes Apoſtoli ſuarum prædicationum ſcripta reliquere; quippe cum approbatorum quatuor tantum evangelium ſcribendum ſuſceperint, duo ex iis Domini diſcipuli fuere Matthæus & Joannes, id eſt primus in ordine & ultimus reliqui duo diſcipulorum diſcipuli, Marcus Petri, Lucas Pauli, qui evangelium non primo ſcriptum, deinde autem prædicatum, ſed multo ante tempore & prædicatum & ſervatum literarum monumentis commiſere, poſteaquam Matthæus in Judæa, Marcus in Alexandria, Lucas in Bithynia, Joannes in Aſia divini præcones Chriſti verbum ſeminarunt, & longo poſt tempore Joannes, ubi Aſiæ Chriſtum inſeruit acerbiſſimis mirifici Verbi, quod a ſæculo fuit & antequam mundus conderetur, hoſtibus Ebione & Cherintho invaleſcentibus, jam natu grandior ſub Trajano ad ſcribendum eſt excitatus. Firmantur ea, quæ dico, ex Lucæ proœmio ad Theophilum. Inſuper palam eſt Eccleſiam Chriſti Jeroſolymis principio centum & viginti hominum, deinde trium & quinque millium, tum plurium etiam quorum mentio ſæpe fit in libro actorum, atque aliis ſcripturæ voluminibus evangelio a Spiritu Sancto præſcripto unanimi concordique voluntate omnium fidelium, fideique conſenſu recepto gubernatam eſſe, cum multitudinis credentium ut ait* (*i*) ſcriptura tanquam unum cor, unaque anima eſſet. Et infra:

Hæreticorum axioma impium.
(*h*) *Hier.* 31.
Confutatur.
(*i*) *Act.* 3.

XXXVIII *Eventum poſtremo vide ac dogmatis veſtri conſtantiam, quæ ante civitates illita veſtra dulci veneno decreta primum æquo animo per vulgus effundi indomitum*

paſ-

Digitized by Google

Anabaptiſmus primo admiſſus a Germanis dein damnatus.

paſſæ, deinde ſummo ardore complena mordicus tenuere, eæ nunc non minori vehementia commotæ veſtram Anabaptiſtarum hereſim agitant, eludunt, perſequuntur, nunc hunc, nunc illum arripiunt, carcere, crucibus, ſuppliciis omnibus dignos habent, ut Huttus veſter per Sileſiam, Moraviam, Auſtriam, cæteraſque provincias pſeudo-apoſtolus, in Auguſta Vindelica, cum en impatientia mortem ſibi conſcire paraſſet,

Huttus affectos ſupplicio.

juſte vulcano vindice in cinerem redactus conceptæ impietatis fraudem luit, qui Nicolſpurgii veſtro in grege conſceleratiſſimas

Contra Chriſti divinitatem ſcribere auſus.

adverſus Chriſtum unicum ſummi Dei Filium quæſtiones agitavit, plurimorumque ſimplicum mentes verſutiis hipocriticis callidiſſime circumventos ſeduxit. Hæc eo pluribus narrare volui, ut ſummatim ediſceres e primo Chriſti inſtituto manifeſtum evangelium eſſe, ejuſque vim & interpretationem non in litera occidente, ſed in unitate ſpiritus, ac ſpirituali unanimi (a) fidelium animarum conſenſu conſiſtere: quod niſi fuerit, nullum malorum finem expectamus, tot hæreſeon portenta, quot bibliorum novi authores, prophetæ, interpretes emergent, & omnino tot, quot capita, ſententiæ erunt. Huttum jactitaſſe altiorem ſe reliquis habere ſpiritum, memorat Arnoldus Meshovius (*b*), ac ſæpe ſe in cælum rapi, & miris viſionibus, divinoque interdum colloquio recreari, tum omnia mundi futura mala in ſpiritu prævidere,

(a) Cor. 3.

(b) *Meshov. l. 4.*

Huttus viſis dæmonum illuſus fuit. Crudelia ejus conſilia.

Hinc, ait author, *continuas afflictiones, miſerias, ærumnas, morbos, bella, tonitrua, fulmina, dæmones, mortes, regnorum everſiones, gentium excidia, tyrannorum pœnas horrendas, & terribiles plagas denuntiabat.* Suis vero ſectatoribus novum & felix imperium, exciſis Chananæis, pollicebatur. Condiderat ille Huttiſtarum ſectam in Moravia, ſanxeratque in ſuis conventiculis concubitus

Ut propagata ſit Huſſitarum ſecta.

promiſcuos, & quos in aliis provinciis ſeduxerat ad ea loca tranſmittebat, quibus ſub libertatis Chriſtianæ velo juvenculæ dabantur, & ex communibus ſodalium opibus delicatiores epulæ iis offerebantur: quare multa otioſorum agmina ad eos confluebant parta bona in commune collaturi, ut creſcente eorum numero trepidatum fuerit, ne provinciam occuparent; ex qua tandem ſunt exturbati.

XXXIX. Cæterum novatores, cum initio prætexuiſſent magnificum religionis & ſanctimoniæ ſpecimen, demum poſt labefactatam fidem in atheiſmum prolapſos, deſcribit egregie idem Faber hiſce verbis: *Mi Balthaſar ad te verba facio, ad te ſermonem verto; quos putas atheos anachariſtos & aneuchariſtos, tu tuique ſimiles impudentiſſimis, damnatiſſimiſque traditionibus veſtris excitaſtis, quibus male precatur, ut ſcis, in pſalterio David* (c) *Nabal? Forte ſapis quid velim, quo tendam:* Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus. *Et Lutherus adverſus Eraſmum ſcribens, hac tentatione non eſſe Deum, ſe acerrime urgeri & premi fatetur ingenue: alibi vero contra Carolſtadium conjuratum Catilinam furens religioſiſſimo jurejurando affirmat, ſe ſcire Carolſtadium non credere Deum eſſe aliquem. Proh pudor & nefas hæc audixi ab his, qui fidei noſtræ velint haberi & eſſe columnæ! interim tamen nos noſtroſque majores impietatis reos fœde & ſeditioſe traducitis. Sed volubiles linguæ veſtræ Chriſtum nomine tantum prædicant; Chriſtus autem non ſurſum in mentem vobis aſcendit* (d), *non deorſum in cor deſcendit. Sermo veſter ac ſpecioſi clamores ad pruritum popularium aurium accomodati ſunt: ore labiiſque confitemini Deum, factis vero negatis.*

(c) *Id. ib. in c. 7.*

Hæretici in Atheos verſi.

Lutherus tentationem atheiſmi faſſus. Carloſtadius atheus.

(d) *Matth. 19. 2. Tim. 4. Tit. 2.*

Communio ſub utraque ſpecie inducta.

En quantis quibuſque clamoribus ſummis Pontificibus, ſacerdotibus, monachis importuniſſime inſultaſtis, quod idiotis & profanis alteram ſacramenti ſpeciem, ſanguinem Chriſti videlicet, adverſus Chriſti inſtituta negaſſent: ea propter repente feciſtis, ut fere omnis populus, ubi veſtræ hæreſes prævaluerant, dominicis feſtiviſque diebus ad menſam Domini corporis & ſanguinis ſacramento reficerentur. Sed quis non videt quam cito ignis ille extinctus ſit, caritaſque friguerit, juxta commune proverbium: Quod cito fit, cito deperit. *Refer, te quæſo, animum ad ea loca, ubi Carolſtadii, Zuinglii, Oecolampadii nondum etiam hæretica de ſacramento opinio recepta eſt, unde clamoſos novi evangelii ſtentores offendis, qui pluribus annis belluarum more a ſacramento abhorrentes, communionem exoſi ad dominicam cœnam menſamque non acceſſerunt, neque hodie accedere cogitant: illis porro quibus veſtra luculenta cœna tantopere arridebat, jam incipit vileſcere, niſi ad panem & vinum & carnium ollæ adſint, quibus bene ſuffarti communicare ſoletis, ita ut ex vini immodica ingurgitatione illos probe madere oporteat, ſatiſque ſit, ut Græco more bene poti diſcipuli veſtri exhilarentur. Interea vero priſcam communicandi conſuetudinem reſume, & ob oculos revolve quanta devotione vixerint, qui pro Chriſtiano ritu ſeſe ad paſchalia feſta menſæ dominicæ fecerunt eſſe participes: quæ res una valido argumento eſt noſtram de ſacramento fidem ac ſententiam veſtra opinione longe præſtantiorem eſſe, utpote quæ propius divino ſpiritui & primo inſtituto accedat.*

Dein contempta.

Communioni adhiberi carnes cœptæ ab hæreticis. Verſa in commeſſationem communio.

Hortatus demum eſt Balthaſarem hæreſiarcham Joannes Faber, ne præſideret

commentitiis aut diabolicis revelationibus, ne putet verſatam hactenus in errore Eccleſiam, quæ teſte Apoſtolo ſit columna & firmamentum veritatis, cui Chriſtus paracletum Spirtum veritatis, ut maneat cum ea in æternum, promiſit: quam ſponſam ſibi delegit; non potuiſſe vero, ut contendebat hæreſiarcha, tot ſæculis deſeri his argumentis convicit: *Servator noſter ait* (a): Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, ille teſtimonium perhibebit de me. *Ecce ut dominus noſter Jeſus Chriſtus hunc Spiritum a Patre procedentem Spiritum veritatis ſemper appellat, qui & juxta ſua promiſſa non ſolum omnia, ſed & omnem veritatem edocturus ſit; eapropter non eſt neceſſe, ut nos veritatis novæ novos authores audiamus, ac vetera a majoribus noſtris religioſiſſime cuſtodita temerario furore prolapſi, velut vana mendoſaque habeamus; nam Chriſtus Deus & dominus noſter de hoc Spiritu ſuo amplius ſic ait* (b): Ego rogabo Patrem & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum neque ſcit eum: vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit & in vobis erit, non relinquam vos orphanos. *Quod ſi veritas jam primum (ut vos egregie gloriari ſoletis) vobis authoribus revelata eſt; ubi quæſo ſpiritus ille veritatis intra mille annos ſeſe continuit? Chriſtus vero ait hic:* Vos cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. *Vides jam iterum Spiritum in perpetuum Eccleſiæ promitti; quo præſente fieri non poteſt, ut tamdiu cæci in errore fuerimus. Conſideremus vero & ultima verba Chriſti, quibus cælum conſcenſurus affatus eſt diſcipulos. Habentur hæc Matthæi* (c) *ultimo:* Ecco ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. *Hæc verba (quod & tu fateare oportet) nihil amplius ſequitur apud Matthæum. Cum igitur os omnis veritatis immo ipſa veritas uobis promiſerit, nos orphanos non relictum iri, Spiritum Sanctum manſurum ac fore perpetuo in nobis, atque nobiſcum, immo Chriſtus ſeipſum omnibus diebus (non poſt magnum Platonis annum) nobiſcum fore præſentem ſpondet* (d); *eapropter non eſt euiſtimandum a Spiritu veritatis derelictum gregem ſeſquimille annos fuiſſe, ac nunc primum, cum audax Lutherus abiecto cucullo e monaſterio elapſus in monialium virginum collegium impetum faciens, omnium elegantiſſimam ſibi de multis thori ſociam ſumeret, funeſti monachi impudentiſſimis flagitioſiſſimiſque ſcriptis Spiritum illum elicitum nos reviſere voluiſſe. Quocirca fidenter credo verbo Chriſti, neque dubito quin promiſſa fecerit, neque mihi perſuaderi poteſt, Meſſiam de quo toties, tam multi prophetæ locuti, cujus nos doctrinam, exempla, paſſionemque imitari debeamus, ſemperque meminiſſe, &c. ſecundum illius verbum vitam noſtram informare ubi cælos conſcenderit, abiecta noſtri cura tantis de rebus, utpote de puerorum baptiſmo, ſacramento altaris, plurimiſque aliis obſopitos nos, non ſine præſenti animarum pernicie, errare permiſiſſe, &c.* Licet autem conſpicuis argumentis convictus eſſet Balthaſar, ipſum ſpiritu erroris agi, non vero Eccleſiam, cui Chriſtus ſpiritum veritatis ſpoponderat; tamen more hæreſiarcharum, quos ab errore difficillimum eſt eripere, anceps & inconſtans in fide fluctuavit, atque ob ingentia ſcelera & flagitia, quæ fecerat, concitataſque populorum in principes ſeditiones, Ferdinandi juſſu Viennæ combuſtus eſt; de quo hæc habet Meshovius (e).

(a) Jo. 15.
Spiritus veritatis Eccleſiam non deſeruit.

(b) Joan. 14.
Probatur ex evangelio.

(c) Matth. 28. Jo. 14.

(d) Joan. 28.

Promiſſa Chriſti fallacia eſſe nequeunt.

Balthaſar Viennæ flammis exuſtus.

Priuſquam in rogum demitteretur totus in errorem verſus confiteri rogatus etiam noluit ſalvareturne an condemnaretur, idque & divinæ tum miſericordiæ tum omnipotentiæ credidit eſſe relinquendum. Et ſane obſervandum hoc loco venit, quam quiſque ſolicitus pro animæ ſuæ ſalute eſſe debeat, cum ſathan viros tam doctos eo errorum traheret & iis hæreſibus ineſcare norit, ut qui ante alios ſanis documentis erudiebant, illi ipſi proprios defectus poſtmodum perſentiſcere, animæque ſuæ ſalutem promovere in erroribus obdurati nequeant.

(e) Crasep. in cit. hær. Meshov. hiſt. Anab. l. 2.
Mira Balthaſaris cæcitas.

Ob hæreſiarcharum in docendo ſummam inconſtantiam & inſtabilitatem miſer populus, qui ſe eorum ludibriis agi ſiverat, pene ad atheiſmum redactus eſt, ut quid certo crederet ignoraret, qua infelici calamitate motus Faber (f) Lutherum graviſſime ita carpit: *Mirum mihi Luthere videtur quod populus in Saxonia adeo aberravit, ut quid credat certo neſciat, ſi tamen preſſius mecum repeto facile id exputare poſſum, nempe in proclivi id eſſe, cum hæreſum author in errore verſetur, ut & diſcipuli hallucinentur; perinde enim tibi contingit ac illis, qui agreſtes ſectantur capreas, uſque eo enim aliquando aſcendunt, ut tuto ſe non amplius recipere poſſint.*

XL.
Populus ab hæreſiarchis illuſus quid credat ignorat.

(f) Jo. Fab. cenſur. viſit. Saxon. cap. 4.
Labitur in atheiſmum.

Hoc anno cum ex Lutheri deliramentis laici eadem poteſtate ac ſacerdotes inſtructos ſe ſomniarent ad conſecrandam Euchariſtiam, impius ruſticus ludibrio id pertentaturus repentina morte exanimatus eſt: quam rem compertiſſimam Eraſmus ad epiſcopum Leodienſem ſcri-

pſit

Digitized by Google

(a) Eraſm. l.20. epiſt. ad epiſc. Leodien. (b) Matth. Tympius in theat. div. vind. pag. 316. (c) Jodoc. Cocc. t. 2. lib. 6.

Laicus conſecrare euchariſtiam volens repente exanimatus.

pſit (a), & ex eo Matthæus (b) Tympius & Jodocus Coccius (c) narrant : *In pago quodam*, inquit Eraſmus, *Baſileæ anno MDXXVIII. cui nomen Vetus vicus, ruſticus quidam in diverſorio, dum Euchariſtiam irridet, ſubito exanimatus eſt. Rem ſic actam teſtes docuere. Æditus quidam ruſticus perferebat ſcriniolum plenum panibus conſecrandis, quas hoſtias vocant. Huic comes erat alter ruſticus, qui quondam fuerat æditus. Ubi ventum eſt ad vicum modo dictum, libuit ibi bibere in diverſorio : petit comes ille ab æditus hoſtiam dono, illo cunctante, accepit, & incœpit per ludibrium conſecrare. Cauponaria videns increpat ; ille : Nihil, inquit, tua refert ; abi apporta vinum. Ubi redit mulier videt hominem collapſum : rogat quid habeat ; reſpondent ibi potantes in alia menſa : Forſitan habet illum ſyncopis. Mulier adfert acetum, admovent, ſed fruſtra erat plane mortuus. Hæc non eſt fabula : feruntur & alii rumores, verum nolui parum comperta ſcribere.*

XLI. Moliuntur Lutherani fidem excindere in Germ.

Moliri ſunt Zuinglianorum exemplo Lutherani hoc anno Germanus ad Ratiſponenſes conventus cogere, ut quemadmodum Bernates egerant, ita ad ſententiam de rebus fidei ferendam decernendamque a Romana eccleſia defectionem ipſos pellicerent : quod cum Pontifex accepiſſet, Ferdinandum cæſareas in Germania vices gerentem, ac Bohemiæ & Pannoniæ Regem his literis hortatus eſt (d), ne inferri ab hæreticis novam religioni cladem pateretur.

(d) L. 6. & ann. 1528. p. 2.

Ferdinando Regi Bohemiæ & Hungariæ, &c.

Ferdinandus a Pont. monitus ut eam tueatur.

Cum de conventu Ratiſponenſi indicto, eoque ſerenitatem tuam cum Germanis principibus conventuram eſſe audiremus, etſi voluiſſemus ſtatim ad te ipſumque conventum aliquem legatum ſeu nuncium noſtrum mittere, qui, ſi qua res ad nos & ſedem Apoſtolicam pertinens incidiſſet, neque officium neque authoritatem noſtram deſiderari fineret, tamen cum neque cauſas indicti conventus, neque an de pertinentibus ad nos tractandum ibi eſſet ſciremus, ſuaſerunt nobis hæc ipſa itinerum pericula, temporumque & rerum omnium difficultates, & infra, *ut nuntii miſſionem differremus; omnia tamen ad authoritatem, pietatem, catholicumque animum tuæ ſerenitatis reiiceremus : quæ ſi retroacto tempore, ex quo Lutherana labes illam nobiliſſimam & fortiſſimam provinciam invaſit, nullum optimi & religioſiſſimi principis in fide tuenda eccleſiaſticaque dignitate aſſerenda officium unquam omiſit, nunc tot victoriis & regnis inſuperque liberis a Deo omnipotente aucta, uberiores ſuæ pietatis fructus eidem Deo præſtare debet, ſicut eam eſſe facturam confidimus. Quare nullum majus præſidium ſanctæ religioni & rebus eccleſiaſticis, quam in tuæ ſerenitatis authoritate & pietate eſſe poſſe exiſtimantes, cum ne noſter quidem legatus vel nuntius ſine tua ope quidquam efficere potuiſſet, omnem fidei cauſam & rei eccleſiaſticæ ſublevationem tuæ ſerenitati per Jeſum dominum commendamus, ut non modo quidquam deterius adverſus rem Dei & Eccleſiæ iſtic fieri, permitti, decerni non patiaris, ſed quoad poteris præteritos lapſus ad veterem pietatem ſtudeas revocare ; cum præſertim, ut ſæpe ad te ſcripſimus, in hac fidei cauſa tua etiam & cæterorum principum dignitas & utilitas incluſa ſit, cum non poſſit illa convelli, quin veſtrarum etiam rerum labefactationem ſecum trahat ; quod clariſſime in locis iſtis aliquot perſpectum eſt : cui periculo te in futurum occurrere præterquam pietatis, eſt etiam prudentiæ tuæ : quod ſi quid gravius quod nos concernat, tractari in ipſo conventu acciderit, a ſerenitate tua petimus, id ut nobis ſignificare velit, quo illius admonitu conſilium ex re atque tempore capere & exequi poſſimus. Nos omnium iſtic rerum ſanctæ fidei eccleſiſtici nominis ſummam ſpem in ſumma authoritate & potentia tua collocamus, & ſemper collocabimus. Dat. Orvieti* xx. *martii MDXXVIII. pontificatus noſtri anno* v.

Ut conjuncta ſit illius cauſa cum eccleſiæ cauſa.

XLII. Tentant Lutherani catholicos incautos opprimere.

Extractus eſt cæſareo imperio in proximum annum Ratiſponenſis conventus, ne nova turbarum materies oboriretur, cum non a Germanicæ nationis ordinibus, ſed ab univerſa Eccleſia hujuſmodi controverſiæ dirimendæ eſſent. At Lutherani labeſactandæ & pervertendæ Germaniæ univerſæ pernicioſis conſiliis defraudati ſuis dolis inteſtinum bellum accendere, atque improvidos catholicos opprimere ſunt meditati. Nefariæ hujus conjurationis author extitit Otho Pak occultus Lutheri diſcipulus pii atque catholici principis Georgii ducis Saxoniæ conſiliarius, qui falſi catholicorum principum adverſus Joannem electorem Saxoniæ & ad Haſſiæ Lantgravium fœderis adulterinam formulam confinxit, arcanoque ſui principis ſigillo quod ſcrinii magiſter eſſet, obſignatum ad Lantgravium ipſum tranſmiſit : qui mox cum electore Saxoniæ & Lutheranis rem contulit, a quibus collectus eſt ingens exercitus ad principes eccleſiaſticos armis obruendos. Vulgata rei fama cum Lantgravius Haſſiæ Georgium ducem Saxoniæ appellaſſet, ut fœderi catholicorum in Lutheranos ſancito renuntiaret, ille exaratis Dre-

Ottonis Pak inſignis proditio.

ſdæ die aſcendenti in cælum Domino ſacra literis profeſſus eſt, nullum ejuſmodi ſœdus a ſe percuſſum; idem etiam alii principes & epiſcopi ſcriptis & ſigillis ſunt teſtati: ſed non juvit Othonis Pactii proditionem aperuiſſe, candoremque innocentiæ teſtari; nam Lutherani armorum potentia præferoces ab archiepiſcopo Moguntino, & Herbipolenſi ac Bambergenſi epiſcopis centum aureorum millia abraſere, pacemque redimere coegerunt. Cæterum illi in confiɛta ſœderis catholiei formula inſultare viſi ſunt catholieis, quod religionis curas etiam tum abjeciſſenr, necdum pro aſſerenda orthodoxa fide arma in hæretieos cepiſſent: Otho enim literarum adulterator ita catholicos principes Germaniæ loquentes induxerat, ut iis pios affectus, quos ob Lutheranorum ſcelera, quæ nitide exponuntur, religioſa mente concipere debuiſſenr, affingeret his verbis.

Lutherani armati ab epiſcopis aurum abradunt.

XLIII. *Poſteaquam in hoc periculoſo, & adverſo rerum ſtatu, quem Deus omnipotent ſuper genus humanum propter iniquitates & peccata permittit, multæ in Deum blaſphemiæ & injuriæ, ſcandala proximorum exoriuntur, ita quod Deus non ſolum in ſuis ſacramentis, quæ ipſe ſuper terram tum ad emendationem noſtri, tum ad confortationem infirmæ conſcientiæ noſtræ inſtituit; verum etiam in ſua ipſius omnipotentia ac deitate injuriis contumeliiſque afficitur, in eo ſane quod templa & monaſteria diripiuntur ac devaſtantur, Deo ſacratæ perſonæ ab ejus cultu expelluntur, ad loca inhoneſta protruduntur, ſuiſque cenſibus & proventibus vi ſpoliantur & privantur, & quod omnium horrendiſſimum eſt ſacræ miſſæ officium non ſolum aboletur, ſed & idololatriæ & peccato aſcribitur: nobis tanquam catholicis, Regi, principibus electoribus, archiepiſcopis, epiſcopis, & principibus propter votum & promiſſionem, quam Deo creatori noſtro fecimus, cui nos tanquam creaturas ſuo creatori abſque omni medio ſubdere, ac ſacris pedibus ejus ſubſternere debemus; ſimiliter etiam propter juramenta & fidelitates, quas partim apoſtolicæ ſanctitati, ac omnes nos Romanæ Cæſareæ majeſtati domino noſtro omnium clementiſſimo præſtitimus quibus tanquam ſuperioribus noſtris debitam obedientiam exhibere debemus & tenemur, nihil aliud convenit quam ejuſmodi ſuprascriptis blaſphemiis quantum nobis velut hominibus mediante auxilio divino poſſibile eſt occurrere, eas avertere ac in melius convertere, &c.* Affecti tanta injuria catholiei principes, atque officii ab ipſis hæreticis commoniti, rem taciti eum magno pudore tulere, eum Cæſar procul in Hiſpania ageret, ac Ferdinandus ejus frater politicas ſecutus artes poſt immiſſum antea fortiſſimum exercitum non contra Lutherum, ſed in Pontificem, amplificandæ in Hungaria amplitudini ſuæ ſtuderet.

Mala a Lutheranis patrata exponuntur a Lutherano.

Ferdinandus Lutheranorum inſultus diſſimulat.

XLIV. Depulerat is Joannem Regem Pannonia, quem ſatius fuiſſet, ut regno Bohemiæ contentus arma adverſus Lutheranos vertiſſet; Joannes enim ubi in Poloniam profugit, Pontificis opem imploravit, qui eum nullam afferre illi poſſet, ſed triſtes tantum ejus caſus dolere hæc ipſi reſcripſit (a).

Porus Bohæmiæ regno Hungaria Joannem pellit. Implorat Joannes Pontificis opem.

(a) *Lib. brev. an. 1528. p. 171.*

Joanni Regi Hungariæ.

Moleſtiam tuæ ſerenitatis ex incommodis noſtris ſuſceptam ita habemus, fili, perſuaſam ut idem nobis ex tuis accidiſſe an tibi pariter perſuaſum eſſe cupiamus; omnium enim principum Chriſtianorum incommodis tangimur ob generalem noſtram in omnes principes charitatem, tuaque virtus & religio iſto regno a Turcis olim tuendo nobis apprime nota eſt; quo fit ut te tali animo adverſus eoſdem infideles, ut ſcribis, paratum velimus libenter juvare, niſi ea, quam ſerenitas tua fatetur, ac nemo negare poteſt, extrema inopia noſtra nos a deſiderio tibi gratificandi averteret; eſt enim illa tanta noſtra afflictio prioris anni, ut omnibus notum eſt, nihil diminuta, cum præſens annus ſua ſterilitate omnem ſpem noſtram noſtrorumque populorum ita dejecerit, ut vix frumento ad ſuſtentationem victus coemendo pares eſſe poſſimus; ſuperadditis vero ad tantam ſterilitatem etiam belli & peſtis cladibus ubique in miſera Italia vigentibus, ita omnia præcipueque in noſtro ſtatu concuſſa exhauſtaque ſunt, ut extremam calamitatem ſubitura videantur, niſi omnipotens Deus, qui ſe nunc juſtum non miſericordem ſuis exhibeat; quæ omnia noſtramque ab urbe Roma etiam nunc abſentiam cum nota tuæ ſerenitati arbitremur, illam boni conſulere cupimus, & ſperamus ſi non re ipſa, quam præſtare non poſſumus, ſed amore & benivolentia, quibus ſane abundamus, tuæ ſerenitati reſpondemus; illam enim jamdiu etiam, antequam in Regem aſſumeretur, ex ſua virtute & authoritate, ſuiſque & ſuorum inclytis pro Chriſti fide geſtis, ſumme dileximus, & magni fecimus; proindeque dolere cogimur ejuſmodi incidiſſe tempora, eaque communiter nobis accidiſſe incommoda, ut magis dolere tuos caſus, quam juvare, aut ſublevare poſſimus; non deerimus tamen authoritate & opera noſtra apud alios principes ad opem tibi adverſus fidei hoſtes ferendam commovendos, ut qui alia non poſſumus, hac ſaltem, quam eti-

Pontifex ſuam inopiam illi exponit.

etiam poſtulas, tibi promimus. Plura ſcriberemus, niſi tuæ ſerenitati ſatis conſtare ſperaremus de noſtra erga eam benevolentia & voluntate, ſicut hæc ex tuorum literis copioſius intelliges. Dat. Viterbii die XXX. *augusti MDXXVIII. pontificatus noſtri anno* V. Poſcebat Joannes ſacræ in Turcas expeditionis conficiendæ ſpecie adverſus Ferdinandum ſubſidia, cumque nulla a Chriſtianis principibus ob Italicarum rerum converſionem, & proſperos Cæſaris ſucceſſus impetrare potuiſſet, obtrito omni pietatis & religionis reſpectu, Solimanni Turcarum Imperatoris clientelæ ſe commendavit (*a*), Hungariæque exitio fuit, de quo proximo anno dicetur.

Joannes in Turcarum clientelam ſe confert.

(*a*) *Salom. Neugeb. l. 7.*

XLV. Indictæ a Clem. ſolemnes ſupplicationes.

(*b*) *Lib. an.* 1528. *p.*229.

Inter has Chriſtianorum Regum diſſenſiones Pontifex epiſcopos ſolemnes ſupplicationes indicere in ſuis diœceſibus juſſit (*b*), ut populi ſuis precibus divinam miſericordiam flecterent ad redigendos in concordiam principes, quo ab iis ſacrum in Turcas bellum pro liberanda ex Mahumetanorum ſervitute Palæſtina ſuſciperetur; tum invalaſcens hæreſis deleretur. Certiores etiam fecit Daniæ epiſcopos, reſtitutam jam eſſe ſedi Apoſtolicæ libertatem dignitatemque: tum ad paſtorale munus ſtrenue obeundum plectendoſque pertinaces hæreticos cohortatus, etiam ad dandam reſipiſcentibus veniam, atque ſacerdotes, qui ſe in inceſtas nuptias conjecerant, ſi pœniteret flagitii, in priſtinum ſtatum reſtituendos authoritate inſtruxit.

Venerabiles fratres.

Scimus fraternitates veſtras non latere quanta ab impiis graſſatoribus paſſa ſit Apoſtolica ſedes mala, quantiſque in periculis verſata fuerit Chriſtiana religio ob temerariam nonnullorum impiorum invaſionem; propter quod exploratum habemus quanti acri dolore concuſſæ ſint mentes veſtræ, & quiſquis Deum pie ac Chriſtiane colit. Verum tandem reſpexit Deus ex alto, neque paſſus eſt naviculam ſuam admodum fluctuantem impiorum hominum fluctibus obrui, ne fides illa, pro qua Chriſtus oravit, ut non deficeret, capite orbata ſuo dilanianda proculcandaque daretur; eripuit enim Deus Eccleſiam ſuam noſque de malignantium in eam manibus, reſtitutaque eſt pontificia dignitas in priſtinum vigorem, nobiſque & ſanctæ huic ſedi obediunt Chriſtianiſſimi principes & populi omnes, qui orthodoxam fidem ſequuntur, ut antea conſueverunt. Nos vero quod alias ipſis pontificatus noſtri initiis procuravimus, totis viribus enitimur, ut crudelia bella Chriſtianos populos, & miſeram præſertim Italiam tamdiu vexantia ſopiantur, & Chriſtiani principes, quos omnes chariſſimorum in Chriſto filiorum loco habemus, pacis ac charitatis vinculo uniantur, ut ipſi cum populis ſuis domeſtica ſeditione liberati, arma convertant in perfidos Chriſtianæ religionis hoſtes, vendicentque a canum manibus ſanctiſſimum Domini noſtri ſepulchrum. Altera dein cura noſtra eſt, ut verus Dei cultus, ſicubi per incuriam, aut per irrepentes hæreſes omiſſus eſt, reſtituatur, clerici honeſte ac religioſe vivant, & tota denique Chriſtianorum vita ſit, ut eſſe debet: quæ omnia difficile conſequi poſſumus, niſi prius ſæva bellorum rabies ceſſet. Hæc igitur fraternitatibus veſtris ſignificata voluimus, tum ut vos, qui hactenus ob Romanæ eccleſiæ incommoda doluiſtis, lætari poſſitis, intelligentes meliorem ſtatum & libertatem ejus, quæ communis eſt omnium eccleſiarum mater, tum ut alacriori animo ac ſecuriori mentem his, quæ ad officium veſtrum pertinent, intendere valeatis: eſtis enim vos fratres noſtri in partem ſolicitudinis nobiſcum a Deo vocati pro hæreſum extirpatione, morum emendatione, divini cultus augmento.

Ereptum ſe ex manibus hoſtium ſignificat.

Pia ſtudia exponit ut arma vertantur in Turcas & hæreticos.

XLVI.

Vos ergo, ut cum Dei auxilio, quæ pro univerſali bono agenda ſunt, facilius conſequantur, in viſceribus charitatis hortamur, ut publicas litanias in eccleſiis ac diœceſibus veſtris haberi procuretis; ubi primum immortali Deo gratiæ agantur, quod Eccleſiam ſuam de impiorum manibus liberavit: deinde oretur pro pace atque unione omnium Chriſtianorum, ut Deus & dominus noſter tandem miſeratus populi ſui calamitatem, Chriſtianis principibus ſpem pacis immittat. Vos deinde recordati quod ſit veri paſtoris officium, operam detis, ut hæreſes, quæ Domini gregem invadere cœperunt, tollantur, & ſolita prudentia veſtra ſupprimantur: in eos, qui ad cor redire volent benigni eritis & libenti animo veniam condonabitis; quos autem in errore ſuo pertinaces repereritis, in eos eccleſiaſticæ ac ſæcularis, quæ in tam ſancto negotio minime defutura eſt, ſeveritatis ultionem exercebitis. Et quia renunciatum eſt nobis, perſonas eccleſiaſticas etiam in arctis religioſis ordinibus profeſſas exiviſſe monaſteria, matrimoniaque laicorum more contraxiſſe, quæ tamen urgente conſcientia ſi veniæ locum ſperarent, ad priſtinum vivendi inſtitutum redirent, nos conſiderantes Deum peccatores quandocumque pœnitentes ad ſe recipere, fraternitatibus veſtris, earumque ſingulis in Domino concedimus, ut cum omnibus iſtis & aliis quomodocumque a Chriſti fide apoſtatantibus, ſi ad Eccleſiæ gremium redire voluerint, diſpenſare valeatis, ut primum gradum in quo erant in omnibus & per omnia recu-

Fundant preces pro impetranda pace.

pe-

perent, & eoſdem ab omnibus cenſuris & pœnis abſolvere, injuncta ad arbitrium veſtrum pœnitentia, &c. Dat. Viterbii die XXVII. *auguſti MDXXVIII. pontificatus noſtri anno* V. Nondum Daniæ Rex Lutheranam hæreſim aperte erat amplexus, cum epiſcoporum authoritatem vereretur: poſt Smalcaldicum vero cum Germanis Lutheranis initum fœdus Dania magis infecta eſt (*a*), quo tempore ſacerdotum & monachorum magni greges ab altaribus ad profanos thalamos profugerunt; conſtante in fide orthodoxa ruſticana plebe. [1]

Dania infecta hæreſi.

(*a*) *Florim. Raymund. l.4. c.14.*

XLVII. Hoc anno in Saxonia, cum hydra Lutherana nimis turpis videretur, ſecta ſunt plura ejus capita ab ipſis Lutheranis, ac Joannis ducis electoris authoritate nova condita (*b*) eſt ſuperſtitio, quæ ut occuleret priora ſœditatum monſtra, plures veteres eccleſiæ Romanæ ritus ac dogmata Luthero contraria ſibi aſcivit; quam Saxonum retractationem ubi vidit Joannes Faber exclamavit (*c*): *Sane belle ſe res habet jam plus minus decem annis, cum Luthero & his quibuſcum in Saxonia ſuper quibuſdam fidei noſtræ articulis nobis bellum fuit, ipſe jam de novo multa reſtituit, & poſteaquam inſania deferbuit, ſeſe captivum dat & ad nos catholicos tandem redit atque declinat: ſed illius oculus re vera ſiniſter erat; non enim ad ea quæ ſurſum & in cœleſtibus erant, animum erexit, ſed dumtaxat ad hæc animi cogitatum adjecit, quo bruchos in applauſum inertis plebeculæ congregaret, eccleſiaſticorum poſſeſſiones in prædam daret, omnes ad voluptatem & illecebras carnis vivere doceret: ideo datus eſt illi ſpiritus vertiginis, ut diceret, doceret, & faceret, quæ minime decerent, neque ullum hominem Deo acceptiorem facerent. Sed quid opus eſt verbis ubi res ipſa loquitur, & ipſe exitus acta probat?* Et infra: *Id e Witsemberga edito libro accepi, eſtque initium ejus: Quomodo populus tractandus ſit & continendus in timore Domini, in bona conſcientia, & ut pœnitentiam agant, auricularem confeſſionem teneant, diem dominicam & alia ſolemnia feſta colant, ſed & alia multa, quæ antea etiam potenti manu abolita ſunt, de novo ſtatuunt, erigunt, atque ita inconcuſſe ſervanda præcipiunt: & ut hæc conſtanter & illibate ſerventur, viſitatores, & qui rebus illis intendunt ordinati ſunt. Sed nimium ſero hæc arbitror fieri: ſero phryges ſapiunt: ſero Cumani: ſero hac in re Alemani, ſiquidem fidei lumen, timor Dei, conſcientiæ ſanctitas plane illis excidit. Vereor ne multis accidat id quod Caroli magni temporibus Saxonibus accidiſſe memoratur, ut etiam fidem deſerant, non dico de omnibus, ſed de multis. Jam ego videro lubens religione omni ſublata quomodo Reges, principes, primateſque ſuos ſubditos gubernaturi ſint. Hoc gentibus non licuiſſe immo difficillimum extitiſſe Numa Pompilius exemplo erat.* Indicat his verbis Faber imperatam Saxonibus hanc novam religionem, ut populi in ſui principis fide continerentur, cum permiſſa hæreſeon omnium licentia & ſublato omni divino timore politica adminiſtratio perverteretur; quam etiam cauſam his verbis aperit Ulembergius (*d*).

(*b*) *Cochl. hoc ann. Ulemb. c.19. Sur. in comm.* Lutheranæ ſectæ reformatio.

(*c*) *Jo. Fab. diſp. cum Balthaſ. c.7.*

(*d*) *Ulemb. in vit. Luth. c. 19.*

XLVIII. *Vix erecta fuit per Saxoniam eccleſia Lutherana, cum varii ſtatim defectus & errores in ejus regimine paſſim deprehenſi ſunt: cum enim Lutherus decreta Pontificum & ſaluberrimas Eccleſiæ veteris ſanctiones ſub evangelicæ libertatis umbra, tanquam humanas conſtitutiones petulanter & proterve convulſiſſet, anarchia quædam inter concionatores ſuborta fuit & fœda confuſio, dum quilibet genii ſui ductum ſecutus ageret pro arbitratu, eumque ſequeretur docendi modum, qui maxime allubeſceret. Vidit hoc incommodum, ut erat ingenio perſpicaci, Lutherus, hæſitque ſatis quid faceret, aut quod huic malo remedium adhiberet, ſi leges conderet, & novis ordinationibus recens natam & tenellam adhuc eccleſiam fulciret. Parata videbat obloquia quaſi ſecus faceret, quam docuiſſet, ſi Pontificum & Eccleſiæ decreta reiiceret tot ſæculorum uſu confirmata, & ſua ſubſtitueret in locum, novamque in conſcientias tyrannidem, ceu novus Papa moliretur: ſi vero prædicantes ſuo quemque arbitratu agere permitteret, ſatis intelligebat in quam ataxiam & confuſionem illa libertas eſſet evaſura. Itaque novam quandam excogitavit eccleſiæ reforman-*

Ut confuſio ea libertate pſeudo-evang. enata ſit.

NOTÆ [1] Quamquam Daniæ rex Fridericus epiſcoporum authoritatem non plane totam hoc tempore abolevit; intra fines tamen anguſtiores illam coercueret. Teſte enim Chronologo Danico apud Ludewig Reliq. to. IX. num. II. hoc ipſo anno *menſe auguſto habitus eſt ſolemnis dominorum & magiſtratuum conventus regni Olthomæ inſula Tiomæ, ubi aderat etiam Fridericus rex. Ibi nimium extortum eſt jus epiſcoporum, in criminoſos nimirum adulteros inceſtos.* Quod vero afferit hic Annaliſta de rege Danorum, qui nonniſi poſt Smalchaldicum fœdus Lutheraniſmum palam oſtentarit, veritati minime cohærere cenſeo. Idem enim chronologus anno ſequenti ſcribit. *Cum Fridericus rex ſe totum Lutheraniſmo addixiſſet &c.* Smalchaldicum vero fœdus nonniſi anno 1530. coaluit. Mansi

mandæ viam, & quod eſt in hoc genere munus epiſcoporum, id electori Saxoniæ principi ſæculari detulit, qui per ipſum interpellatus quatuor viſitatores conſtituit, iiſque dedit in mandatis, ut perditiones electoris explorarent certius, quo in ſtatu eſſet recens exorta religio, & morbidum eccleſiæ Lutheranæ corpus, quibus poſſent conſtitutionum humanarum remediis fulcirent, &c.

XLIX. Lutheri dogmata præcipua mutata.

Subdit eos novam divini cultus formam præſcripſiſſe, atque in nonnullis graviſſimis dogmatibus diſſenſiſſe a Luthero. Quæ quidem mutari neceſſe fuit, cum Lutherani ob illa duo principia quod ſola fides ſine bonis operibus ad ſalutem ſufficeret, quodque nullum liberum arbitrium eſſet, cunctis ſceleribus laxas habenas darent: quare Philippus Melanchton novus hæreſiarcha non tam Lutheri poſthac diſcipulus, quam magiſter (de quo dixit Faber (*a*) Lutherum ipſum compellans: *Si ille tuus logodædalus non eſſet, neſcio quid præſtare poſſes* barbarica illa dogmata ſpecioſis interpretationibus emollivit; præcipuuſque hujus fictitiæ religionis, quæ mollium Lutheranorum dicta eſt, plaſtes extitit, & catholicorum eam reſpuentium perſecutor; de quo hæc narrat deque ipſius collegis Joannes Coclæus (*b*): *Dum Saxoniæ princeps elector cum audiret in terris quoque ſuis fieri plurima nimis barbarice contra religionem, deſtinavit quatuor viſitatores, quorum duo erant nobiles dominus Joannes a Plaunitz & Eraſmus ab Haubitz, & duo eruditis doctor legum Hieronymus Schurff, & magiſter artium Philippus Melanchton: qui circumeuntes de oppido in oppidum paſtores & concionatores ubique examinabant, eiſque novam & paſcendi & docendi normam tradebant, mediam ferme inter catholicam & Lutheranam; de utraque enim aliquid mutuabantur. In eam igitur cogebant catholicos, aut reluctantes expellebant, & nimis ferocientes Lutheranos ad ſuæ normæ temperiem caſtigabant ac moderabantur: ſplendide illis ſumptum ſuppeditare cogebantur communitates, ad quas divertebant & ii quidem aliquanto moderatius agebant. Verum poſt eos conſtituti alii adeo imperioſe ac ſumptuoſe geſſerunt ſe, ut ejuſmodi viſitatio cunctis retro ſynodis epiſcoporum & archidiaconorum communitatibus gravior intolerabiliorque videretur. Eam viſitationem primum Latine Philippus Melanchton, poſt Teuthonice Lutherus deſcripſit, hic verboſius ac imperioſius, ille ſuccinctius ac moderatius.*

(*a*) Fab. in cenſura viſ. Sax. c.46.

(*b*) Cocl. in act. & ſcript. Luth.

Catholici a Saxone oppreſſi.

L. Addit Coclæus Melanchtonem viginti capita doctrinæ ſuæ, quibus parochi inſtruerentur a Saxonicis cenſoribus, præſcripſiſſe, atque in ipſo exordio Lutherum, qui etiam tum laxandas habenas docuerat correxiſſe, dum ita populum ad pœnitentiam, qoam tantopere Lutherus erat inſectatus, excitandum ſanxit: *Paſtores debent exemplum Chriſti ſequi, qui quoniam pœnitentiam & remiſſionem peccatorum docuit, debent & iſta paſtores tradere eccleſiis: nunc vulgare eſt, vociferari de fide, & tamen intelligi quid ſit fides non poteſt, niſi prædicata pœnitentia. Plane vinum novum in utres veteres infundunt, qui fidem ſine pœnitentia ſine doctrina timoris Dei, ſine doctrina legis prædicant, & ad carnalem quamdam ſecuritatem aſſuefaciunt vulgus.* Hæc ille, qui com eſſerre oculos ad hauriendum catholicæ veritatis lucem debuiſſet, ac fateri, damnatam juſte a Romano Pontifice Lutheri doctrinam, hæreſiarcharum tamen gloriam infamem exambiens, & Pontificem & Lutherum hac eadem cenſura percellere maluit: *Ea ſecuritas eſt deterior, quam omnes errores qui antea ſub Papa fuerunt.* Idem contra dogmata Lutheri, qui expilari ſacerdotes juſſerat, beneficentiam erga ſacerdotes commendavit: *Quia ſcriptum eſt*, inquit, *duplici honore digni ſunt.*

Philippus Melanchton correctɔr pſeudoevang. Lutheri.

Lutherus ab eo redargutus.

Emendavit etiam Lutheri inſaniam, qui ſublato libero arbitrio hominem ad brutorum animantium ſortem dejecerat, ut propterea monſtroſo vitulo deſignatum Lutherum creditum ſit, de quo hæc Joannes Faber (*c*): *Impudenti audacia idem apoſtata monachus (pudet enim hunc aut ſacerdotem aut doctorem dicere, qui Chriſti ſacerdotium, veramque doctrinam in ſcoriam ac ſcortationem verterit) elatus furioſe & inſolentiſſime (ut ſolet fœdiſſimum in errorem præcipitatus eſt,) quem neque Judæorum religio, neque gentium inſtituta neque Tartarorum Turcarumque immanitas, nulla denique ſub cœlo natio extra Saxonum regionem, talibus portentis, neſcio quo fatali malo, faventem ferre potuit, hodiene poſſet? bene enim ſaginatus ille vitulus, prodigioſo cucullati vituli partu noſtro, ut ſcis, tempore edito deſignatus, pertinaci animo genuinaque obſtinatione affirmavit, ex abſoluta quadam neceſſitate omnia fieri.* LI.

(*c*) Jo. Fab. diſp. cum Balth. c.3.

Inſania Lutheri de abſoluta neceſſitate.

Cum ergo is error intolerandus Melanchtoni videretur, ut qui omnium flagitiorum invidiam in fata transferret, ſic a novo hæreſiarcha temperatus eſt: *Volo nonnihil de libero arbitrio aſcribere, quomodo doceri debeat, de quo plerique valde incommode loquuntur. Et quia clamitant omnino nos nihil facere poſſe aliud quam quod facimus, nihil docent quam diffidentiam, quæ multa peccata parit in* LII.

vul-

vulgo : voluntas humana eſt vis libera, ut facere poſſit juſtitiam carnis, ſeu juſtitiam civilem, ubi lege & vi cogitur : ut non furari, non occidere non mœchari, &c. Ita minus abſurdam Lutheri doctrinam Melancthon reddidit, cui Lutherus etiam in ſua Teuthonica viſitandi formula conſenſit : *Hinc data eſt*, ſubdit Coclæus, *catholicis anſa colligendi plurimas e ſcriptis*

Lutherus proprio judicio ſe condemnat.

Lutheri contradictiones & antilogias, quibus docuerunt, Lutherum juxta Pauli Apoſtoli ſententiam proprio judicio condemnatum, & velut ſervum nequam in evangelio ex ore ſuo judicatum. His conſentanea tradit Ulembergius (*a*) : *Factum eſt*, inquit, *ut catholici iſtius temporis hujus viſitationis decreta cum Lutheri principiis & ſcriptis prioribus conferrent, & magnam inter utraque diſcrepantiam invenirent, immo manifeſtam contradictionem ſcriptis in lucem editis oſtenderent.*

(*a*) *Ulember. in vit. Lutheri.*

LIII. Inter hos Joannes Faber Catholicæ Eccleſiæ athleta fortiſſimus hoc ipſo anno luculentum librum inſcriptum, cenſuram viſitationis Saxoniæ, edidit, quem ſenatui populoque Lindovienſi, apud quos pluribus jam ante annis parochum & eccleſiaſtem egerat, dicavit, exaratis hiſce literis (*b*) ut qui primum Luthero deinde Zuinglio nomen dederant animadverſa hæreſiarcharum horum levitate reſipiſcerent : *Ego vobis*, inquit, *concionatus ſum, non eſſe tutum atque e re veſtrarum animarum vel tranſverſum digitum ab Eccleſia, quæ ſupra ſolidiſſimam petram ædificata eſt* (*c*), *recedere. Quid, levitatis nonne argumentum hoc eſt, deſultorie, ut veluti arundinis inſtar hinc inde quovis leviſſimo ventulo moveri? multi tamen veſtrum aures quidem* [*proh dolor !*] *habuiſtis* (*d*), *ſed nihil audiſtis ; adeo ut & de vobis videtur dixiſſe propheta* (*e*): Aures habent & non audiunt. *Mihi enim idem contigit, quod Iſaiæ* (*f*) *prophetæ, qui vobis, ut multi mihi retulerunt, placentia grataque prædicare deberem veluti Lutherus, ac ejus aſſeclæ. At vos ne verbum quidem de pœnitentia, de veſtibus Ninivitarum, ac de luctu David acceptare voluiſtis, adeo ut pro certo habeam vos æque ac omnes mortales quid enim aliud illa eſt pertinax veſtra opinio quam præſentiſſima mors ? novitate ac gratis nuntiis, ſed non vero evangelio oblectari.* Et infra : *Porro ego vos iterum paterne adhortor & moneo, ut perpenſa Lutheri reverſione ac reſipiſcentia a Zuinglis deſultoria levitate quam ſæpius ac publice ſcriptis meis notavi, neque etiam tantum iota quidem reſpondere aut poteſt aut audet, velitis hinc tam nefandarum hæreſum oblivisci, ac in viam catholicæ veritatis redire, &c. Pragæ in Bohemia die* XXII. *julii anno MDXXVIII.*

(*b*) *Ext. inter Fab. ejus opera p.*303.

(*c*) *Matth.*16.

(*d*) *Matth.*11. *Luc* 7.

(*e*) *Pſ.* 3. 5.

(*f*) *Iſai.* 30. *Matth.*3. & 4.

LIV. In eo vero libro ex ipſis Lutheri verbis oſtendit Faber, ut ille veteres ſuas hæreſes retractet ; in primis ut jam ille reprehendat docentes nos ſola fide juſtificari : tum inanem fidem a vera diſtinguat ; quibus ſubdit hanc animadverſionem Faber (*g*) ; *Hoc de te tuiſque aſſeclis querebamur jam inde a duodecim fere annis ; vos enim tantummodo ſimpliciter nudam & unicam illam fidem docuiſtis prædicaſtiſque, ob quam rem rude & iners vulgus* [*proh dolor*] *ab omni metu ac cultu divino, bona conſcientia, amore proximi ſui bonis operibus, ac penitus, ut paucis comprehendam, ab omni Chriſtiano decoro & honeſtate excidit.* In hac iterum retractationum formula Lutherus pœnitentiam remiſſioni peccatorum conjunxit, ac ſectatores ſuos corripuit his verbis : *Multi id temporis tantum de remiſſione peccatorum, & nihil aut certe parum de pœnitentia diſſerunt, cum ſine pœnitentia peccatorum remiſſio fieri non poſſit : certe remiſſio delictorum abſque injunctione pœnitentiæ intelligi non poteſt.* Subdit Faber : *Mi Luthere, multi ne dicam pene omnes tuæ farinæ concionatores decem fere jam annos aut ultra nihil aliud creparunt aut docuerunt, quam unicam fidem, quam illi in ore quidem paſſim circumtulerunt, re ipſa vero, qui fidei fructus eſt nihil omnino præſtiterunt ; atque ita quaſi unica fides nos juſtificaret ac ſalvos redderet : illi enim egregii eccleſiaſtæ pulchre videntur ſibi rerum ſuarum ſatagere, ſi publice qua non inſania ac immodeſtia in bona opera debacchati fuerint. Quis vero tragediæ author ac caput extitit quam tu ? tu equidem in quinto articulo tuæ aſſertionis tres partes potiſſimum pœnitentiæ e medio tuliſti : in xv. quoque articulo ſic eos inſtituiſti, qui ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſynaxim facturi ſunt, ut ne pœnitudine delictorum ducantur, neque ex confeſſione humili profiteantur ; verum tantum credendum ac fidendum eſſe præcepiſti. Accedit ſuperioribus quod plus quam centies in ſcriptis tuis reperitur, unicam fidem nudam & ſolam ſufficere ad juſtificationem : quamobrem textum tertio ad Roman. capite adulterina interpretatione, cœno pejus obleviſti, cum quatuor illa verba, quæ neque in Græco, neque latino exemplari reperiuntur inſeruiſti, neque Paulus unquam ſomniavit.*

Retractatio Lutheri.

(*g*) *Jo. Fab. cenſ. viſit.* 1. *Sax. c.*1.

Corripit jam docentes ſolam fidem juſtificare.

LV. Inſtruxerat antea Lutherus ſuos ad audaciam ac fallacem præfidentiam ſalutis dum reipublicæ ſuæ hæreticæ fundamenta jecit ; nunc meliora canens Dei metum incutit : *Populus*, inquit, *ad timorem Dei, ac ad pœnitentiam provocari*

quan-

Digitized by Google

quantum poteſt debet, necnon ſecurum hoc ac audax vivendi inſtitutum ab eis caveatur. Ad hæc Faber (a): *Si ita ſenſiſſes ac docuiſſes, mi Luthere, per id temporis cum Lipſiæ cum D. Eckio diſputaveras, nunquam tanta hominum clades in Germania facta fuiſſet; ſcis enim hanc diſputationem ob id omnium maxime inſtitutam, ut ibi de timore Dei, pœnitentia, aliiſque bonis operibus conveniretur: quid vero tu ibi? metum Dei & contritionem vel attritionem non reſpuiſti, verum exterminaſti e republica tua hæretica. Nunc autem [tanta eſt rerum viciſſitudo] inconſtantiæ tuæ ſpecimen præbuiſti, cum ad nos a Babylonica tua captivitate veluti Sinon ille Trojanus perveniſti. In ore multorum eſt, te legione ſathanarum obſeſſum eſſe, ut quotidie vel in ſingulos dies quidlibet novi aliquid tibi confingat. Hinc fit ut ſcripta tua male conſarta diſcrepent*. E *contra alii fatentur, quod illa atra avis, quam tibi ante aliquot annos Liechtembergius ſcapulis adpinxit, ita te diverſum erahat, adeo ut quid ſcribas ac mediteris ne ipſe quidem ſentias*.

(a) *Jo. Fab. cenſ. viſit. Sax. c. 6.*

Timorem Dei docet.

LVI. Cum etiam Lutherus ſectatores ſuos reprehenderet quod evangelium adulterarent, moneretque ne illi quidquam adderent vel demerent, tanti illum mali authorem eſſe ita demonſtrat (b). *Ad propugnandas veſtras portentoſas hæreſes, quibus non undequaque hinc inde collectis particulis uſi eſtis, Quæ vero minus vobiſcum facientia reperiſtis, ſaltuatim ea veluti panthera multiformis percurriſtis, ac tranſilivistis. Quid totos dies clamas ac doces, nil eſſe divinis verbis ſubtrahendum vel addendum, cum tu ipſe hoc apertiſſime feceris? facere enim aliis medicinam volens, ipſe graviſſimo morbo tentaris: nam novum teſtamentum plus quam ſexcentis locis tua illa barbara translatione depravatum reddidiſti, quædam quæ non huc ſpectabant inſerendo, quædam vero pro libidine excerpendo quæ ſuo jure ſtare potuiſſent: cujus rei inprimis Græco Latinoque exemplari palam convinci potes: cæterum proprietates tuæ vernaculæ translationis ipſemet non obſervaſti, quoniam innumeris in locis poſſet tibi in os exprobari, quod aliter atque aliter ac diverſis modis ſæpe idem vocabulum in tuis illis virulentiſſimis libellis extuleris, quam poſtmodum in ipſo teſtamento*. Et infra: *Scribis in ultimo libro, quem contra juratos tuos ſodales Zuinglium, Oecolampadium, ac Carolſtadium publicaſti, ſtandum eſſe potiſſimum ab illis libris, quos proximis quatuor aut quinque annis edidiſti: quomodo vero, mi Luthere, cæteri tui libri [jam enim agitur duodecimus annus ex quo perverſis tuis traditionibus Chriſtianos veluti præſentiſſimo veneno inficere & conficere inſtituiſti, ſextodecimo enim concluſiones tuas primum non electus indulgentiarum commiſſarius edidiſti] quomodo mi Luthere, habendi ſunt? Nunquid reprobandi an rejiciendi, quaſi non ſubacta cogitatione ſcripſiſſes, aut certe ita ut illis inimicitias denuntiares, quod tam ſplendido officio te non præfeciſſent? Ah, Ah bene intelligo animi tui malignitatem. Atqui ante ſeptem annos Regi Angliæ ſcripſiſti, te certum ſcire quod doctrinæ tuæ ſint datæ tibi deſuper, rem quoque ſic fieri oportere veluti divina providentia. Quid autem nos tandem ad eos libros remittis, quos ante per proximum quadriennium, aut quinquennium fere effudiſti? quo vero numero alii habendi ſunt, quos antehac non præmeditatus congeſſiſti? ubinam locorum illi ſunt, qui per hos edocti bellum principibus indicere, optima quæque ſurſum deorſum verſus rerum novarum ſtudio miſcere auſi ſunt, ac ob id omnes ad internecionem fuſi ſunt? ubi alii qui ante hunc tumultum deciderunt?*

(b) *Id. ib. c. 2.*

Damnat Luth. ſuos priores libros.

Cur factus hæreticus.

Lutheri jactantia ab ipſomet confutata.

Fatetur deceptos ab eo Germanos.

LVII. Mutatus etiam a ſeipſo Lutherus veterem revocans hæreſim ſuos ſectatores perſtrinxerat his verbis: *Ipſi cum non pœnitentiam prædicant, magnam portionem ab evangelio abſtrahunt*; in quem Faber ita invectus eſt; *Pœnitentia ductus pœnitentiam per te & exterminatam veluti ab exilio reducere operam das, ecquæ mala iſta tua jactatio, inflata ſuperbia, ac diabolica arrogantia, qui ſpiritum Dei veniſſe ſuper te ajebas? neque tamen ille neſcio quis ſpiritus tibi planum fecit fore, ut res Chriſtiana venenatiſſima tua ſeminatione peſſumdaretur*. Et infra: *In eo libro, quem adverſus Zuinglium ac Oecolampadium publicaviſti, ipſe fateris neminem quemque, qui hæreſum author, ac hæreticorum magiſter extiteris, poſſe ad bonam frugem redire, neque ullum ullo unquam tempore ſe ad bonam mentem recepiſſe affirmas: quamobrem periculum eſt, te quoque, ex cujus officina tot portentoſæ hæreſes veluti ex equo Trojano prodierint occuparintque (horreſco referens) jam fere totam illam Germaniam poſſe ad veros indubitatos Chriſti fideles a tua indurata opinione redire*. Præterea Lutherus, in ſua viſitatione Saxonica repetendas edixit ſacras preces, quas antea ſuſtulerat (c) & quaſi ethnicas imprecationes habuerat; in quem hæc Faber (d): *His bene cohæret opinio aſſeclarum tuorum; qui ob eam rem preces ab eorum republica excluſerunt, quod Chriſtus ſemel exoraſſet omnia; quaſi vero hominibus pro eorum ſalute Deum invocare non liceat*. Statu-

Pœnitentiam modo prædicat.

(c) *Ib. c. 8.*

(d) Cap. 9. Preces nunc a Luthero commendatæ.

ente Luthero jam dies feſtos celebrandos, quæſiit Faber (*a*), quo evangelicæ ſcripturæ teſtimonio diem dominicum ſanctificandum fidem faceret : *Quod ſi probare neſcies*, inquit, *cantilenam en Lutheri ſchola protuliſti, quidquid enim non aperte ac enpreſſe in evangelio habetur, multis in locis veluti humanum conſictitium ac inutile eniſtimas ac ludificaris.*

(*a*) Cap. 10.

LVIII. Circa bona opera ita dicta ſua priora retractavit Lutherus (*b*) : *Semper decalogus præceptorum Domini doceri debet, in quo omnia bona opera comprehenduntur*. Et iterum (*c*) : *Opera bona, ſicuti Deus præcepit ſic fieri opus eſt*. Hanc dogmatum varietatem miratus Faber ita Lutherum compellat (*d*) : *Dicunt illi tui ſeptuaginta duo diſcipuli te docuiſſe unumquodque bonum opus eſſe peccatum mortale; ac nunquid illos in monaſticum habitum reducere velles, iterum cucullam induens, te interrogabunt*. Nolumus proculdubio, *inquiens*, inutilis eſt enim nobis, contrarius eſt operibus noſtris (*e*), & impruperat nobis peccata legis : *quid tibi fiet rogo, ſi hoc auſis illi certe tui epicurei de grege porci, pedibus ac calcibus te inſultarent : ſi quoque apud illos vel verbum de caſtitate faceres, abſque dubio caput tibi in Nicolaitarum conventiculis, id eſt eorum ſchola, colaphis ac fuſtibus tuber redderent; te enim non ita ſcripſiſſe (ut res ſeſe ipſa habet) conſtanter affirmarent : ſcripſiſti autem nullam duodecim annum egreſſam caſtam eſſe poſſe, tu maritis commolitores allegaſti quoque, tu unicuique duas ſorores in matrimonium dediſti, nec diſſimile his eſt, quod tot Virginum Deo ſacratarum domiciliis vaſtitatem ac interitum attuliſti.*

(*b*) Cap. 8.
(*c*) Cap. 12.
(*d*) Sup. c. 8.
Imperata bona opera.
(*e*) Sup. 2.
Fœminam poſt annum duodecimum caſtam eſſe negarat.

LIX. Damnavit etiam Lutherus juventutis inſolentiam & improbam educationem hiſce verbis : *Juventus nullo unquam tempore magis audax fuit, quam nunc, ſicuti omnibus planum eſt, neque audit parentes, neque honorem eis habet : hinc abſque dubio multæ plagæ, bella, ſeditiones, ac alia mala in orbe terrarum orta ſunt*. At tantorum malorum illum fontem eſſe ſic demonſtrat Faber (*f*) : *Conſidera ſodes, mi Luthere, quid a principio geſſeris, quam tumultuoſe ac veluti cataphractus cum æquali tuo Hutteno impreſſionem feceris : quid enim primum aliud in dialogis veſtris quam virus, convitia, peſtes, ac ſeſquipedalia verba jactaſtis? Hic veſter exercitus clavis, fuſtibus, furcis obarmatus erat, tanquam Judæi in horto cum capto Chriſto illuderent. Tum monachi ſunt in cuilium acti, virgines deo ſacræ matrimonii involucro turpiter ſtupratæ ſunt, ac nos denique ſacrifici miſeris modis accepti fuimus : inſigne enim noſtræ religionis raſuram arbitror criminibus obduci juſſiſti, perinde ac ſi piaculare eſſet ſic incedere, ac ſacerdotalem habitum penitus aboleri?*

Juventus hæretica profligatiſſima.
(*f*) Cap. 13.
Tyrannis Lutheri in religioſos & ſacerdotes.

LX. Cum vero antea Lutherus Chriſtianæ libertatis nomine cujuſvis ſceleris admittendi & ſeditionum concitandarum licentiam dediſſet, jam cum catholicis eam interpretationem correxit his verbis (*g*) : *Sunt qui adeo inepte ac citra omnem delectum loquuntur de Chriſtiana libertate, ut populus arbitretur adeo eſſe ſe liberum, ut non poteſtatibus ſubeſſe cogatur, ut non cenſus ac debita perſolvere debeat. Altera pars opinatur* Chriſtianam *libertatem nihil aliud eſſe, quam non confiteri, veſci carnibus, nunquam jejunare, ac id genus ſimilia. Iſtæ abſurdæ populi perſuaſiones debent per prædicatores emendari ac caſtigari, ne hæc libertas ad pejus & temeritatem vergat*. Et infra (*h*) : *Perinde agitur cum Chriſtiana libertate, ac ſi quis princeps agmen porcorum ſuæ menſæ adhibeat, qui cum non intelligant hunc honorem ac apparatum, facile omnia immundis morſibus contaminant, ac ipſum Dominum quoque ac convivatorem ſordibus conſpergunt : ita vulgus non intelligens quid ſit* Chriſtiana *libertas facile abutitur : ita enim etiam Deus dehoneſtatur, bonique mores ac omnis honeſtas negligitur*. Hæc Lutherus : cui falſæ honeſtatis larvam ita detrahit Joannes Faber : *Multi docti juxta ac pii ante tuam ætatem viri fuere, qui non tam reverenter quam docte ac exquiſite longe de majoribus rebus ſcripſerunt quam tu; nemo tamen quiſquam tantus audaculus extitit ac tu es, qui ita* Chriſtianam *libertatem populo deridendam propinaverit. Hinc vulgus commotum noluit amplius ſuperioritatem ac principum & dominorum ferre jugum, cenſus ac alia debita reddere noluit : tandem nihil aliud ſecutum eſt, quam cædes, ſtrages cruentæ, ac latrocinia, & mortes inhoneſtæ, nugæ, proditiones, ac alia innumera; quorum tu caput es, neque poteris unquam non fuiſſe tantorum malorum te authorem inficiari*. Prioribus etiam Lutheri dictis hæc oppoſuit Faber : *Tu equidem operam dediſti, ut animum tuum in novis ſeditionibus concitandis expleres; primo enim ruſticano tumultu, deinde in imperio multos Cæſari infenſos ac exulceratos reddidiſti, ut interea temporis dum tu ita debaccharis, Turca veniret (ejus enim fugitivus Joannes*, nempe Tranſilvanus) *ac nos internecina quadam clade perderet; te vero ſolum in baſcham vel teſquam eligeret in Mecha*. Hæc Faber, qui

(*g*) Cap. 37.
Chriſtiana libertas qualis inducta a Luthero.
(*h*) Cap. 49.
Retractatio ejuſdem.
Quantus Cæſaris hoſtis Lutherus fuerit.

(*a*) *Jo. Fab. cenſ. viſit. Sax. c.42.*

Reſipiſcit Lutherus gerendumque cum Turca bellum conſulit.

(*b*) *Damnatur a Leon. X. in bull. conſt.40. prop. 34.*

qui aliis locis (*a*) docet Lutherum Solymanni anteambulonem fuiſſe, ac ſuis hæreſibus in ſeditiones & diſcordias inter Chriſtianos inſtigante dæmone concitaſſe, ut Turca Pannoniam, Germaniamque ac dein reliquum orbem Chriſtianum obrueret : nec ſegniter rem Turcicam a Luthero provectam vidimus dum docuit : *Præliari* (*b*) *adverſus Turcas eſt repugnare Deo*. Ob quam impietatem alias anathemate, ut ſupra diximus, a Leone X. fuit perculſus. Jam vero, ut in ſuæ hæreſeos monſtro hanc fœditatem ablueret, ita in luſtratione Saxonica fari cœpit.

LXI. *Quidam concionatores etiam quiritantur apud populum temere ne Turcæ obvieatur, quod vindicta Chriſtianis interdicta ſit quæ certæ conditiones ſunt ſeditioſæ ac intolerabiles*. Reformatoris hujus impudentiam non ferens Faber hanc animadverſionem adjecit : *Si hæc ſeditioſa ac concitatoria eſt traditio, Turcæ bellum non eſſe inferendum, tu ejus caput ac fons extitiſti ; compertum enim habes, te docuiſſe ac ſcripſiſſe, Turcæ non eſſe refragandum : nam cum Leo Pontifex maximus te ob eam rem caſtigaſſet in bulla, confeſtim ſcripſiſti librum, quem aſſertionum appellas in cujus articulo* XXXV. *ſic ais : Turcis repugnare Deo eſt repugnare, qui peccata noſtra per illos corrigit. Ad hæc ais te hanc propoſitionem vel probare maxime his duabus rebus : primo quod Turca magis, magis, magiſque confortetur, Chriſtianitas vero inclinet ac decreſcat : ſecundo quod non multas adverſus illum obtinemus victorias. Hinc populus rudis ſibi quoque perſuaſit potius manendum eſſe ſub Turcæ ditione, quam Chriſtiani principis, quippe qui ſubditis ſuis non tam multum negotii faceſſat : quare certe maximopere delinquis ſubductus tuis traditionibus ac doctrinis*. Deſcribit pluribus vectigalium, quæ a Chriſtianis Turcæ exigunt acerbitatem tum ſævam tyrannidem : *Si Turcarum*, inquit, *Imperator expeditionem adornat pro arbitratu ſuo, tauros, vitulos, arietes, capras, oves e ſuis accipit, quid? quod ſi Turca apud hominem Chriſtianum hoſpitio acceptus fuerit ille omnia, quæ ad eſum tam ſuum quam equorum ſpectant quaſi ſuo jure ſibi vendicat ; immo quod maxime dolendum eſt ſi Chriſtianus ille habuerit pulchram uxorculam, filiam, conſanguineam, vel aliam ſexus fœminei vi ad ſtuprum rapit, hoſpite etiam ſi refragatus fuerit verberibus ac plagis affecto. Demum Turca habet ſuos emiſſarios, quibus id negotium datur, ut tributum per ſingulas domos exigendi copiam habeant, ac quoslibet ad duodecimum annum vel circiter venientes juvenes impune accipiant, ut manuariis operibus ſcite edoceantur, ac deinde in ſtipatorum numerum, quos Janizeros appellant adlegantur : bellicis enim ac caſtrenſibus deinde rebus edocti Cæſarem quoquo gentium comitantur. Poſtremo quicumque homo Chriſtianus cum Turca gravius contenderit, cogitur circumcidi aut recta in ignem ire : quo fit ut Chriſtiani magna ex parte mirabilibus commentis ac tyrannide a fide noſtra ad Mahumeticam ſuperſtitionem adigantur : quamobrem tu Luthere temere ac impie docuiſti, quod Turcis reſiſtendum non ſit*.

Ut Lutherus cum Turcicum ſubeundum jugum conſuluerit. Jactatum falſo a Turca non gravari ſubditos.

Quam acerba ſit tyrannis Turcica.

Quanta Lutheri impietas qui Turcis reſiſtendum negaverit.

LXII. Suſtulerat imperata ab Eccleſia jejunia Lutherus, omnibuſque religioſis ordinibus, quod voluntariam corporis afflictionem profiterentur, bellum indixerat, necdum abjecto cucullo ſæva caninaque ea verba protulerat (*c*) : *Prælati eccleſiaſtici & principes ſæculares non male facerent ſi omnes ſaccos mendicitatis delerent*. Converterat ipſe Auguſtinianum Wittembergenſe cœnobium in popinam, ac plura alia monaſteria in brutorum animalium ſtabula : nunc vero non dimiſſo ſcorto ſuo, dum ſuæ ſectæ dedecora ornare molitur, pœnitentiam & ſpontaneam carnis afflictionem prædicat, ac ſectatores ab Jeremia reprehenſos notavit, dum ait capite ſeptimo : *Illis non eſſe credendum, qui clament pacem, pacem, cum tamen Deus iratus, ac non vera pax ſit*. Et infra : *Ergo*, inquit, *vera pœnitentia nihil aliud eſt, quam gemina cordis contritio, ac dolor ſuper peccata ſua ac ex animo terrefieri ob Dei iram ac judicium ; hoc enim eſt pœnitere ac peccata agnoſcere. Item carnis mortificatio etiam præcipue pœnitentia adpellatur, adeo multis ac variis nominibus ſcriptura eam appellat*. Hæc impudentiſſimus Lutherus, cujus hypocriſim exponit Faber (*d*) ſic inquiens ; *Ita tu quidem feciſti, Luthere ; vociferatus enim es ab annis hinc duodecim, non eſſe jejunandum, nec orandum, quod a Chriſto ſatis jejunatum ac oratum ſit, immo quod ipſe ſummatim pro nobis ſatisfecerit, quaſi pax quidem eſſet, ut propheta ait. Verum perinde nobis illuſiſti ac Judas, qui Salvatori prætextu amicitiæ oſculum malevolentiæ dedit, ac eum interea temporis prodidit*. Et inferius : *Omnia ſcelera per te quidem hominum deſides ac deſidioſos animos occuparunt, atque adeo, ut ſibi perſuadeant Chriſtum ſua morte nos non tantum a peccatis, verum etiam omnibus periculis ac tentationibus liberaſſe*.

(*c*) *Dam. a Leon. X. in bullar. conſt.40. art.42.*

(*d*) *Fab. cenſ. viſ. Sax. c.29.*

Lutheri præſtigiæ ad pia opera abjicienda.

LXIII. Convellere antea niſus erat Lutherus omnem politicum ſtatum, ac populos ad conflandas adverſus principes ſeditiones incitaverat (*e*), Germaniamque vaſtatum iri

(*e*) *Cap. 15.*

iri fuerat minitatus : ſed cum deforme nimium Lutheranæ hæreſis monſtrum propterea videretur, poſtea illud poliens poteſtatibus parendum edixit. Obtriverat quoque antea omnes leges comitiorum imperii, decreta in ludibrium adduxerat : nunc jus civile commendat (*a*): omnia eccleſiarum bona diripi juſſerat ; nunc provinciales ſanctiones de furtis obſervari jubet (*b*), quem Faber ita perſtringit : *Extare egregios illos tuos labores, ac etiamnum mentibus hominum pene recentes inhæreſcere credo : quod enim coloni decimas gravatim ac ægre reddunt, tu equidem authoritatem feciſti ; quod etiam ſæculares tantopere eccleſiaſticorum bonis inhient, negare non potes quia per te factum ſit ; hic enim evangelii tui cardo vertitur, quod a te doctum eſt, ut eccleſiarum bona diripiantur, ac in privatam commoditatem vertantur, poſſeſſoribus legitimis exterminatis ac in exilium actis ; compluribus enim in Germania locis ex ſacratis templis profana latronum gurguſtia ac ſordidas inſtitorum tabernas reddidiſti.*

(*a*) Cap. 16.
(*b*) Cap. 17.

Templa multa a Lutheranis in tabernas verſa.

LXIV. Gymnaſia initio ſublata a Luthero poſtea reſtituta.
(*c*) Cap. 27.

Suſtulerat idem hæreſiarcha ſcholas Mahumetis exemplo, ne a peritis convinceretur ; jam vero ſuam dedolans hæreſim eas reſtitui imperat, quem Faber hac cenſura percellit (*c*): *Non inficias is quomodo publice ſcripſeris, academias eſſe lupanaria, Sodomas, & Gomorras, & multa alia ad contemptum academiarum ac doctorum hominum, adeo ut neminem quidem magiſtrum dici volebas, hoc uſus argumento, unicum & ſolum eſſe magiſtrum Jeſum Chriſtum : quemadmodum etiam neminem patrem : ſolum enim unicum eſſe patrem & eum in cælo jam vero commiſſo manifeſto errore ipſe digitis deprehendis tuam doctrinam nihil eſſe nihilque valere. An non multo melius eſſet omittere, quam demum iterum inſtituere ; ac ad veterem Eccleſiam accedere : & quemadmodum illa perditiſſima ſimia inde omnia dirimere ac eccleſiam plane ignominioſam inſtituere ?* Eo dementiæ atque impietatis progreſſus eſt initio Lutherus, ut non ad conſtituendam novam religionem, ſed evertendam, inducto atheiſmo, religionem omnem, ac perdendum orbem Chriſtianum, ne periret ſolus, incumberet ; atque ideo de baptiſmo infantium litem conciverat, baptiſmi formam commutarat ; ſacerdotes omnes dixerat, ut omne ſacerdotium tolleret : ſacramenta convulſerat, jus canonicum excuſſerat, ſacros eccleſiæ cantus abjecerat, ritus omnes damnaverat, traditiones eccleſiæ reſpuerat, hierarchiæ omnem ordinem confuderat : ſed cum jam nonnullos principes ſuis incantationibus faſcinaſſet, nec ſine religione principatus ſtare poſſent, ſuperiora errata obtexit, adulterinamque religionem, quæ ad principum commodum referretur, confingere ſtuduit. Itaque cum antea omnem Eccleſiæ authoritatem adeo infregiſſet, ut ſuis ſectatoribus inculcaret (*d*): *Docendi ſunt Chriſtiani plus diligere excommunicationem quam timere* ; nunc novam condens eccleſiam ſacrorum interdictionem formidandam edixit, ſummovendoſque a flagitiis ea formidine homines improbos conſtituit (*e*), ſic inquiens : *Quicumque aperta ſcelera ſæpius, ut ſunt adulterium, ebrietas ac alia commiſerit, neque commonitus abſiſtere vult, is non debet admitti ad ſacramentum Euchariſtiæ : attamen ſæpius antea præmoneri ac corrigi tales debent ; quod ſi dicto non audientes fuerint, tum demum ab eccleſia excommunicandi ſunt.* Hæc Lutherus turpes ſuorum mores indicans ; nam inter ejuſmodi evangelicos adulteria jocus eſſe cœperant, ut narrat Coclæus (*f*), qui etiam Bonganherti cujuſdam civis Baſilienſis, qui uxorem prægnantem de adulterio ſuſpectam contrucidavit, ſeque deinde e tecto præcipitem dedit, tragicum facinus deſcribit. Ebrietas etiam maxime inter Lutheranos vigebat, interque compotatores Lutherum in hauriendis capacioribus mero plenis ſcyphis palmam tuliſſe, Joannemque Iſlebium agricolam Antinomorum ſectæ conditorem vaſto poculo hauſto, quem alter imitari non potuit confudiſſe narrat Ulembergius (*g*): Turegi vero, ubi Zuingliana hæreſis ſedem fixit, ebrietas adeo dominabatur, ut a principibus nullis pœnis coerceri potuerit.

(*d*) Leon. X. in bull. conſ. 40. ar. 24.

Excommunicatio antea ſpreta nunc intentata.

(*e*) Fab. cenſ. viſit. Sax. c. 49.

(*f*) Cocl. hoc ann. Sur. in comm.

Inter ebrios palmam refert Lutherus.

(*g*) Ulember. in vit. Luth.

LXV. Antea omnem ordinem confuderat.
(*h*) Leon. X. in bullar. conſt. 40. art. 40.
(*i*) Luth. apud Jo. in cenſ. viſit. Sax. c. 30.

Docuerat antea Lutherus (*h*) : *Via nobis facta eſt enarrandi authoritatem conciliorum, & libere contradicendi eorum geſtis, & judicandi eorum decreta.* Idem etiam plebejum quemque omnium conciliorum judicem conſtituerat ; jam vero in ſuorum ſectæ dogmatum emendatione ait (*i*) : *Debet quoque populus erudiri, ut de iſtis eccleſiaſticis ordinationibus diſcrete loquatur : ſunt enim quædam cerimoniæ inſtitutæ pacis ac ordinationis cauſa, ut ait S. Paulus 1. ad Corinth. cap.* XIII. *quod omnia in eccleſia ordinate fiant.* At ſi omnia in Eccleſia ordinate fiant, quo ordine Lutherus jus canonicum continens quæ ab Apoſtolorum temporibus uſque ad Lutheranæ hæreſis exordia in Eccleſia ordinata erant, igni concremavit ? reſpuit ſcilicet tradita Eccleſiæ a Sancto Spiritu documenta juxta Chriſti ſponſionem : *Ipſe docebit vos omnia* ; atque aliam hierarchiam fingere voluit, ac epi-

piſcoporum vice quos vocat ſuperintendentes conſtituit: quam væſaniam multis Joannes Faber (*a*) increpat.

(a) Jo. Fab. ubi ſup. c. 52.

LXVI. Miſerat antea frequentiſſime blaſphemas ac furiales voces Lutherus adverſus canonem miſſæ: nunc vero paulum reſipiſcit, ut religionis ſpeciem commentitiæ ſuperſtitioni affingeret in ſua viſitatione Saxonica: *Cum*, ait (*b*), *abſurdum ſit ſemper eaſdem cantilenas canere, bonum eſſet, ut in majoribus feſtis latinos introitus*, Gloria in excelſis Deo; Alleluja, *ac puras ſequentias*, Sanctus; Agnus Dei *parochi canerent*. Hæc Lutherus, quem Faber (*c*) ita compellat: *An neſcis eccleſiaſticas cantiones eſſe pulchras ac affectibus Chriſtianis plenas, ut ſæpius ſancti patres noſtri iis acquieverint lachrymis cum audirent? negare enim non potes quod S. Gregorius ac Ambroſius in Mediolanenſi Eccleſia tales cantiunculas compoſuerint, quæ ne latum unguem quidem a biblicis evangeliciſque ſcripturis diſcordant: proinde nihil eſt quod tu vel tui diſcipuli cavillari poſſint.* Repetenti iterum Luthero, ut hymni Latini ex ſcripturis decerpti in præcipuis feſtis diebus canerentur, nec par eſſe, ut quiſque cantiunculas in miſſa decantandas componendi authoritatem ſibi arrogaret, ſubjunxit Faber (*d*): *Ea es enim arrogantia ac humanæ gloriolæ cupiditate præditus, ut ad novum quemdam pontificatum obrepere tibi propoſueris nulla alia ratione, quam ut publice feratur Lutherum quemdam deſertorem ordinis hæc deſignaſſe.*

(b) Luth. apud Jo. Fab. in cenſ. viſit. Sax. c. 46.

Pars miſſæ ab eodem reſtituta.

(c) Fab. eod. cap.

(d) Id. ib. c. 32.

LXVII. Everterat antea Lutherus ex eccleſiis Saxonicis cerimonias, eum religionem tolleret; nunc eas reſtituere molitus eſt: *Cum paſſim*, inquit (*e*) fictitiæ religionis artifex veræque diſſipator, *in multis locis antiquæ cerimoniæ antiquatæ ſint, neque in eccleſiis canitur amplius, neque legitur: ſic autem, ut ſequitur, fieri in ſacris ædibus ac ſcholis, ac præcipue in his locis, ubi hominum eſt maxima frequentia, utpote civitatibus, oppidis in poſterum concluſum eſt & decretum*, & infra, *ſcilicet in primis poſſunt mane ſingulis diebus tres pſalmi cantari: an Latini vel Germanici ſint, nihil refert.* Hæc verſipellis impoſtor, quem Faber ita redarguit: *Quod cerimoniæ celebres in eccleſiis veſtris fuerint ejectæ, tu quidem operam ſummi animi ſolicitudine dediſti; docuiſti enim nihil eſſe exteriores cerimonias, immo potius idololatriam, ac aſſentationem appellaſti, quaſi plane ridiculum ac inane eſſet in orationibus pronum ad Dei genua provolvi, aut inflexis genibus, aut manibus pectinatim junctis ac in cælum ſublatis, tunſis pectoribus, paſſis ulnis, ita Deum velle commovere, phariſæos quoque id feciſſe, ac Chriſtianis non licere dixiſti: quamobrem commune vulgus non tantum ab iis cerimoniis, verum etiam ab omnibus orationibus ac piis preculis, quibus nobis Deum devincimus, ac ab ira reflectimus, longe lateque receſſit.*

(e) Luth. apud Jo. Fab. in cenſ. viſit. Sax. c. 43.

Cærimonias quas ſuſtulerat ex parte inſtauratæ.

LXVIII. Rejecerat antea nequiſſimus hæreſiarcha nonnullos ſcripturæ ſacræ libros, quod ipſius deliramentis adverſarentur: nunc autem eos laudavit, & alios quos collaudarat contempſit; de ſcripturis enim, quæ in eccleſiis Saxonicis erant legendæ, ita ſanxit (*f*): *His diebus, in quibus non conciones fiunt, poteſt per concionatorem lectio quædam legi, utpote Matthæus, Lucas, prima epiſtola S. Joannis, & ambæ Petri & S. Jacobi*, & infra, *aliquæ S. Pauli epiſtolæ, ut ſunt ambæ ad Timotheum, una ad Titum, ad Epheſios, ac Coloſſenſes, & ſi hæc abſoluta fuerunt denuo revocanda ſunt a principio ac repetenda.* Hujus pſeudopontificis Saxonici decretis hanc cenſuram adjecit Joannes Faber: *Age in medium, adferam judicium tuum de libris novi teſtamenti, quod in præfatione vernaculæ tuæ translationis in novum teſtamentum præfinivisti in hæc verba: Quandoquidem Joannes non multum Chriſti facta attigit, ſed tantum ſuos ſermones ac conciones deſcripſit; rurſus vero alii evangeliſtæ multum de factis ac operibus ſuis ſcribunt, parum vero de prædicationibus, Joannis evangelium unicum eſt tenerum, purum ac principale evangelium, ac aliis tribus longe præferendum; ita quoque Pauli ac Petri epiſtolæ longe lateque excellunt tria evangelia Matthæi, Marci, & Lucæ, & ut ſummatim dicam, Joannis evangelium ac prima ſua epiſtola, S. Pauli epiſtolæ ad Romanos, Galatas, ac Epheſios, ac Petri prima Chriſtum prædicant, ac oſtendunt omnia, quæ ſcitu digna & cognitu utilia ſunt, etiam ſi nullum alium librum unquam audires vel videres: proinde Jacobi epiſtola plane ſtraminea eſt ſi ad alias conferatur; nihil enim evangelicæ artis ac ſaporis in ſe continet: ſed de hac re longe fuſius in alia epiſtola ſeu præfatione. Hæc tua verba ſunt, Martine Luthere, quæ te velim paulo preſſius deſpicere; prius enim omnia retuliſti ad Joannis evangelium veluti principale ac primarium, nunc vero in illa tua viſitatione plane nugarum tuarum oblitus illud omiſiſti, ac prætериiſti prius in præfatione tua novi teſtamenti in commendandi Pauli epiſtola ad Romanos tantum, nunc duodecim paginas ſcribendo conſumpſiſti, nunc eandem tacite conſenſu obliteras, ac in Saxonum ſuorum animis delere cupis. Ita ad Galatas epiſtolam laudibus*

(f) Luth. in viſit. Sax. apud Jo. Fab. c. 44.

Lutheri de ſcripturis impium judicium.

Digitized by Google

dibus evexiſti; nunc plane amplius non meminiſti. Proh pudor! quas tenebras quas nugas quas tergiverſationes quas impoſturas rudi populo ac novarum rerum ſtudioſo ſemper æſtuanti offundere nondum ceſſas: prius equidem primam tantum Petri epiſtolam commendaſti, nunc ambas legendas cenſes: quid quod S. Jacobi epiſtolam nullam evangelicam artem habere ac rationem prius aſſeruiſti? nunc eandem multis epiſtolis Pauli, Joannis ac aliorum omiſſis publice legendam arbitraris atque repetendam, ſi in legendi orbem redacta fuerit ac a principio legendam?

Contradictiones Lutheri circa libros canonicos.

LXIX. Removerat etiam antea Lutherus eccleſiaſticum e ſacrorum librorum numero, quem iterum in priſtinam dignitatem reſtituit (*a*) in hac ſua Saxonicæ eccleſiæ inſtitutiooe; *Nam ita*, inquit, *ſcriptum eſt eccleſiaſtici* XXVIII. A Deo omnis eſt medicina & a Rege accipiet donum. In quæ verba Faber Lutheri ſacras Scripturas modo reſpuentis, modo recipientis levitatem perſtringit hac cenſura: *Eſt dictum eu libro eccleſiaſtico, quem prius omnino coudemnabas, & jam iterum iu eandem & priſtinam ſententiam concedis; ſed opinor cogeris facultati medicorum hac in re morem gerere*. Cæterum idem Faber Lutherum ita pro libidine ſua inſtituentem quæ ſacræ Scripturæ legendæ in eccleſiis Saxonicis eſſent, arguit (*b*) veteris conſuetudinis immutatæ: *Cur non*, inquit, *potius primitivæ Eccleſiæ morem obſervaſti, quæ ſacerdotes ac ſacris initiatos ita inſtituit, ut quilibet presbyter prope omnes novi ac veteris teſtamenti libros peroraret unius anni ſpacio? quod de precatione dominica ais tecum facio ac tibi aſſentior; nolim tamen ut ſecundum tuam interpretationem oraretur, eſt enim quatuor in locis fœde depravata. Cur autem angelica ſalutatio omittenda ſit neſcio, plurimum enim refert, ut ſibi Chriſti incarnationis, gratiæ, ac miſericordiæ ob peccata noſtra admoneat*. Hoſtem Deiparæ fuiſſe Lutherum, eoque odio ſuos ſectatores infeciſſe, dicetur inferius.

(*a*) Cap. 56.

(*b*) Cap. 44.

LXX. Præterea cum in libro de captivitate Babylonica ſacramenta convulſiſſet, jam de iis honorifice loqui cœpit: *Populus*, inquit, *ſuo loco & tempore admoneri debet, cum prædicatur de ſacramentis*; quibus verbis Faber hanc obſervationem appoſuit: *Recte & hoc facis loco & longe melius quam cum de hac re ad Regem Angliæ ſcripſiſti; ajebas enim nullibi ſacramentum ea ſignificatione in bibliis repertum iri, qua nos eccleſiaſtici uteremur, neque extra unum habere voluiſti*. In primis circa baptiſmum cum plura impia olim dixiſſet Lutherus, nunc ex veteri Eccleſiæ ritu conferendum ſtatuit: *Baptiſmus*, inquit, *perinde obſervari debet, ac hactenus conſuetum eſt, nempe ut infantes lavacro abluantur*. Ex hoc arguit Faber (*e*) quam male Lutherus alias conſuetudines Eccleſiæ inveteratas removeret, quandoquidem everſa Eccleſiæ authoritate anabaptiſticam peſtem ipſe induxiſſet: *Culpam*, inquit, *non ſubterfugis; in cauſa enim es quod pernicioſiſſimi illi homines, quos anabaptiſtas appellant, adeo radices egerunt; mutaſti enim in Babylonica tua captivitate, quod ſcis formam Chriſtiani ac veri baptiſmi, aliaſque complures anſas dediſti perfido huic hominum generi, quo hæreſim ſuam graviſſimam peſtilentiſſimamque venditare poſſet; quid tu illis circumciſionem obiicis, quod in ejus locum apud Chriſtianos baptiſmus ſucceſſerit? neſcio vero quod tibi illi reſpondeant, unde ſcriptura, unde ſcriptura? ajunt enim (quod negare nemo poteſt) circumciſionem tantum ad maſculos ſpectaſſe, non vero ad fœminas, proinde maſculi ſolum non autem mulieres baptizandi forent: quanquam ego & tu contra illos ſcripſerimus ac prædicaverimus; arbitror tamen nos vin fortius argumentum habere præter hoc, quod Origenes* (*d*) *ac alii ſcribunt, infantium baptiſmum jam inde ab ætate Apoſtolorum inſtitutum, ac uſitatum a Chriſtianitate fuiſſe*. Et paulo poſt: *Tu ipſe aſſeris baptiſmum infantium plus quam mille annis obſervatum fuiſſe, proinde idem religioni habendum arbitraris, ſi nunc pro furioſorum hominum iſtorum libidine antiquetur, ac aboleatur. Ego vero, ut intelligas quorſum ſpectet hæc mea Socratica inductio, oſtendi quod dies paſchatis, ſolis (quod ſabbatum eſt Chriſtianum) quadrageſimale jejunium, extrema unctio; ad hæc vetitis temporibus abſtinere a carnibus, orare pro defunctis animabus, apud Chriſtianos non tantum a mille annis, verum ſtatim a temporibus Apoſtolorum inductum ac obſervatum fuit*.

Nunc puerorum baptiſmum docet.

(*e*) Fab. in cenſ. Sax. c. 20.

(*d*) Origen. homil. 4. ſuper Jeſum Nave.

Verbis ſuis Lutherus revincitur.

Reſtituit etiam Lutherus ſacramentorum numero pœnitentiam hiſce verbis (*e*): *Pœnitentia*, ioquit, *etiam ſacramento annumeratur*; cum antea ſuos ad profaoandum pœnitentiæ ſacramentum impiis argutiis impelleret. Jam vero veteres hoſce depellens errores pœnitentiam & contritionem ſimul cum fide in ſuſcipiendo confeſſionis ſacramento exigit (*f*): *Deus*, ioquit, *tantam iram oſtendit contra peccata, ut proprium filium ſuum ob hanc rem morti dederit; nullus enim angelus, nullus ſanctus contra peccata ſatisfacere quivit. Verum Chriſtus, qui & ipſe Deus eſt, ſeſe obtulit, &c. O quam gra-*

Modo recepta ab eo pœnitentia inter ſacramenta.

(*e*) Luth. apud Fab. in cenſ. viſ. Saxo. c. 26.

(*f*) Damn. a Leo. 10. in bullar. conſt. 40. art. 11. 13. 14.

vis

Digitized by Google

vis pœna ſuper eos veniet qui exiſtimant peccata tam levia, cum Deus adeo magna exiſtimaverit.

LXXI. Contremiſcendum propterea ob mortem Chriſti cenſuit Lutherus, cum antea inde laſciviendi argumenta ſectatoribus ſuis ſuggeſſiſſet; ob quæ ipſum Joannes Faber ita increpat (*a*). *Meminiſtine etiamnum, mi Luthere, quamnam paſſionem ante octo annos prædicaveris, gaudendum enim tibi, non flendum cenſebas. Hinc omnis pietas in illa magna ſeptimana, quam vocant, excidit: nam, ita me Deus ſalvum faciat, in hac re plurimum deliquiſti, quod populum adeo ab omni pietate ac devotione deplorationeque corporis Chriſti in hoc ſancto tempore abalienaris. Scis etiam quod exultaverint, ac tripudiaverint præ quadam inerti lætitia per id temporis, quod Chriſtus eos ab omni mortis periculo liberaverit; quaſi vero ille ideo pro peccatis noſtris ſatisfeciſſet, ut nos tantum deliciis ac humanis voluptatibus vacaremus: nunc vero, mi Luthere, abſiſte nec omitte hunc errorem, quem inſeruiſti in cordibus, delere ac iterum eradicare.*

(*a*) *Ibid.*

Alia Lutheri palinodia circa paſſionem Chriſti.

LXXII. Eo proceſſerat antea Lutheri impietas ut etiam paſchalia feſta abolevisſet, nunc illa reſtituit; ad quem Joannes Faber: (*b*) *Cum tu non in litueris primus hoc feſtum, ſed potius fateare neceſſe eſt duodecim Apoſtolos, ac eorum poſteros hoc docuiſſe ac ſervaſſe, quid malum te movit, quod ante decem annos paſcha non peregeris, immo abjeceris? quod ſi id iterum inſtitueris, aut hujus rei ſcripturam adduces, aut ordinem duodecim Apoſtolorum ac Chriſtianorum ſervabis: numquam autem in æternum potes ſcriptura probare ex novo teſtamento, eapropter hoc penes eccleſiaſticam ordinationem, quam tu corrupiſti, conſtitit: & quemadmodum de feſto paſchali hic dico, etiam de cæteris diebus feſtis dico.* Illuſerat jamdiu ſacrilegus ipſe hæreſiarcha peccantibus, quorum perditione ad colligendam inanem gloriolam abuſus erat, ut ſine contritione, ſine precum repetitione, ſed gratiæ conſequendæ fide tantum ſuffulti ad Euchariſtiam accederent (*c*). Jam vero cum Lutherus conciliare ſuæ ſectæ pietatis ſpeciem niteretur, prius populum confiteri crimina, conteri corde, ac morſus ſopire conſcientiæ juſſit: ad quæ Faber: *Hæc omnia prius pie juxta ac diligenter in eccleſia obſervata ſunt, quam tu vexaſti miris modis; an vero tam in proclivi tibi ſit templum Dei ædificare ac demolitus es, libenter quidem viderem.*

(*b*) *Fab. cenſ. viſit. Sax. c. 59.*

Feſtum Paſchæ ex ſola traditione fluxit. Par eſt aliorum feſtorum ratio.

Confeſſionem euchariſtiæ præmittendam negaverat.

(*c*) *Damn. a Leon. X. conſt. 40. art. 15.*

Nunc eam præmitti vult.

LXXIII. Contenderat antea Lutherus mulierem ac puerum æque ac ſacerdotem & epiſcopum Euchariſtiam conficere poſſe; unde ſublato funditus ſacerdotio neceſſario ſequebatur corpus Chriſti non eſſe in ſacramento, quod quis authoritate illius conficiendi a Chriſto per Apoſtolos eorumque ſucceſſores non inſtructos confeciſſet: jam vero melius ſentire de ſacerdotio viſus eſt; nam, cum in Euchariſtiæ ſacramento corpus Chriſti verum & ſanguinem Chriſti verum exiſtere faſſus eſſet, Saxones ita erudivit: *Cogitandum eſt quod tantum miraculum non fit meritis ſacerdotis, ſed ob eam rem, quod Chriſtus ſic præcepit ac voluit, ut corpus ſuum coram præſens adſit, cum fit communio; nam & ſol quoque exoritur, non quod nos ita mereamur, ſed quod Deus ſic a principio ordinarit.* Subjungit Faber: *Gloria vero Deo ſit in excelſis, quod in tam multis articulis iterum nobiſcum facias. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.* Contempſerat antea Lutherus omnes veteres ſanctos patres, prædicaratque non ipſos audiendos, ſed unum ſe, cujus ore Chriſtus loqueretur: jam vero paululum reſipiſcens, ſeque adverſus æmulos pſeudoprophetas Carolſtadium, Zuinglium, Œcolampadium, Balthaſarem, Suvenchfeldium Chriſti realem præſentiam negantes in ſacramento, tueri volens, Saxonicis eccleſiis hæc dedit mandata (*d*): *Parochi debent etiam ea legere, quæ veteres ſcripſerunt, quo facilius ac melius ipſi percipere, & alios inſtituere poſſint; Hilarius enim ſcribit in octavo libro de ſancta Trinitate, non eſſe cuiquam dubitandum, quod verum corpus ac ſanguis Chriſti ſit, cum Chriſtus ipſemet ſic dixerit.* His verbis Joannes Faber hanc obſervationem adjecit: *Hoc erat ante multos annos mihi in votis, ut Hilarium alioſque eccleſiaſticos doctores abs te in aliquo numero haberi intelligerem; tu autem eorum dignitati illuſiſti, tu eos abjeciſti in lacunas, tu eorum authoritatem infregiſti, tu pedibus inſultaſti conculcaſtique: quaſi vero ſolum te Spiritus ſanctus illuſtraſſet.* Hæc Faber, qui novatorum deridens diſſidia Luthero objicit, illum, ſi ad Zuinglium diſcipulum, quem nebulonem appellat ſe contulerit, ipſum non minus ab eo virgis ad palum cæſum iri, quam Balthaſarem.

De ſacerdotio melius ſentire jam viſus.

Contempſerat antea SS. Patres.

(*d*) *Eod. c. 30.*

Nunc eos legendos conſulit.

Aboleverat antea Lutherus miſſæ ſacrificium a cacodæmone edoctus, ut ipſemet teſtatur, ſuoſque Auguſtinianos, ut omnium primi id flagitium Wittembergæ facerent impulerat, cum etiam canonicos eccleſiæ omnium ſanctorum aliquot annis in miſſa celebranda conſtantes injuriarum ſævitia e ſacris altaribus avulſerat; poſtea vero miſſam in hac ſua Lutheraniſ- LXXIV.

mi;

Miſſæ forma male a Luthero immutata.

mi emendatione reſtituit; ita tamen, ut cerimonias ſe commutaturum ſponderet: *Varii*, inquit, *geſtus, qui fiunt in miſſa quoad in æqualem ac meliorem modum dirigantur, neminem debent commovere*. At eos geſtus a Chriſto, Apoſtolis, & aliis ſanctis viris uſurpatos fuiſſe certum eſt. Quam autem ſtulte (a) & impie alios ritus, & precum formulas in miſſa repetendas hæretici confinxerint, deſcribit Joannes Faber in prædicta cenſura: *Ita Zuinglius ſane pulchrum canonem de vero corpore ac Chriſti ſanguine compoſuit: verum ille neſcio in quam ſpongiam incubuit, nam interim, dum canonem commentabatur, a ſacramento Euchariſtiæ penitus excidit. Pariter & Œcolampadius, Brenzius, ac alii ab eorum inſtitutis exciderant primi; quotuſquiſque enim nunc non indoctiſſimus reperitur, qui proprium ſibi canonem confingat? ubinam autem illi canoniſtæ ſunt, qui crucem Domini abnegarunt?* Et infra: *Oſtendam tibi ob oculos quendam tuum libellum, quem publicaſti anno MDXXIV. titulus autem hujus erat: Forma miſſandi in iſto autem ſcribis quomodo in poſterum evangelica miſſa habenda ſit, & aliæ noſtræ antiquandæ ac rejiciendæ ſint: cum autem libellum illum duorum quaternionum, ac præſentem viſitationem confero, nihil aliud reperio quam e diametro pugnantia ac diſſimilia. Primo aſſeris vernacula lingua eſſe cavendum, ut vulgus intelligere poſſit: nunc vero contrarium doces; quod mihi non diſplicet. Secundo viſum tibi eſt, ut omnia feſta beatæ Mariæ virginis, Apoſtolorum, ac aliorum ſanctorum abolerentur, adeo ut etiam feſta ſanctæ crucis anathemate devoveris: nunc autem in illa viſitatione reſtituis, quæ prius deleveras; ita enim miſerum vulgus naſo trahis, ut hiſtriones ac ſcurræ bubalum vel urſum. Tertio extreme damnaſti epiſtolas ac evangelia, quæ in annum partita ſunt ad bona opera; nunc autem revocas te, ac admiſſi inſimulas teipſum. Quarto quadrageſimale jejunium & magnam ſeptimanam, ac præcipue feriam quintam ac ſextam non aliter colendam duxiſti ac alios dies; nunc vero diverſum opinaris, &c.*

(a) *Fab. cenſ. viſit. Sax. c. 47.*

Variæ Lutheri contradictiones circa ritus & feſta.

LXXV. Peſſimum Lutheri conſilium.

Cum ſuperiora retractaſſet Lutherus, atque ad Eccleſiæ caſtra accedere viſus eſſet, non tamen cum ea redire in gratiam voluit, ſed inducta hac religionis larva ſectam magis amplificare, ac populo ſimplici, cujus pars magna avitarum cerimoniarum tenax erat, illudere meditatus eſt; plures enim errores peſtiferos adhuc retinuit: in primis circa Euchariſtiam voluit panem remanere cum Chriſti corpore; neque reſtituit etiam numerum integrum ſacramentorum quem ob maximam circa ſacramenta inconſtantiam carpit Faber (b). Suſtulit etiam vota caſtitatis, quæ ſine peccatis ſervari non poſſe contendit, mentituſque eſt ab Eccleſia matrimonium interdici; cujus væſaniam ita redarguit Faber (c): *Hæretici, quos Tatianos adpellant, ab Eccleſia ob eam rem diris devoti ſunt, quod matrimonio interdicere conati fuerunt; proinde non eſt cur ita apud te malitioſe conſtituas: quod autem iis nuptiæ ſint vetitæ, quæ ſe virginitati dederunt, ac cum Paulo viduæ manent, Paulum equidem incuſa, is tibi proculdubio reſponſum dabit; ſcribit (d) enim ſic:* Adoleſcentiores autem viduas devita, cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. *Præterea hoc non eſt uſque adeo recens; nam D. Hieronymus ante MCC. annos talia vota monaſterialia caſtis virginibus contribuit; per Africam enim, Europam, ac Aſiam ſic obſervata fuerunt. Nil hic me impediet impudens hoc dictum, ais virginem viginti annos natam reperiri nullibi poſſe: quare miror cur non moloſſis Anglicis fueris e Germania exactus; ſed forſitan id mercedis etiamnum te maneat, ni reſipueris; nam hoc non tantum virginibus probroſum fuerat in monaſterio conſtitutis, verum etiam electoribus, principibus, ac nobilibus plane dedecus eſſet, quod eorum matres non virgines, verum magis leviſculæ mulieres fuerint: atque ita, ut ſummatim dicam, conſequeretur quod omnium matres, quæ ante annum vigeſimum non nupſiſſent, eſſent (præfandus enim hic eſt honos) meretrices, noſque ſpurii ac nothi eſſemus: proh dedecus, proh ſcelus, proh crimen: miror enim cur ſol te jamdiu aſpicere poſſit, aſpexit enim nihil unquam te turpius ac ſceleſtius.*

(b) *Cap. 26.*

(c) *Fab. lib. ſup. c. 38.*

(d) *1. Cor. 7. 1. Timoth. 5.*

Monaſticorum votorum antiquitas.

Stultum & impudens Lutheri dictum.

LXXVI. Quadrageſimale jejunium a Luth. ſublatum.

Præterea Lutherus in hac ſua eccleſiæ Saxonicæ inſtitutione ſanxit, jejunia quadrageſimalia, non veſci carnibus feria ſexta, ac preces horarias eſſe contra Deum ac reiicienda: idem tamen docuit ea eſſe conſtituta ad impetrandam, ut ait, gratiam pro peccatis noſtris; cujus deliramenta Faber refellit, hac cenſura: *Mi Luthere, quonam modo hac in parte ægre feres, quod ego ſanctum epiſcopum ac martyrem Ignatium; qui S. Joannis evangeliſtæ diſcipulus fuit, antepono tibi: qui ſanctus martyr (e) ante MCCCC. annos Philadelphis carnis privium quadraginta dierum & docuit & mandavit.*

Commendatum eſt a ſanctis.

(e) *Ignat. 4. epiſt. ad Philip.*

LXXVII Cauſas fidei ad Principem referri vult Lutherus.

Conſtituit etiam Lutherus in hac Saxonica emendatione, ut cauſæ ſacerdotum ac fidei, ſi quæ novæ hæreſes obori-

ri-

Digitized by Google

rirentur, ad principem Saxoniæ referrentur: Faber vero has cauſas ad epiſcopos ſpectare demonſtravit: *Scis Paulum Timotheo viam, modum ac ordinem dediſſe (a) quomodo & quibus modis ipſe contra clericum actionem inſtituere deberet, & quod hoc in præſentia duorum vel trium teſtium fieri debeat, & conveniat: ex quo intelligi datur, etiam tempore Pauli Timotheum & ipſum Paulum poteſtatem judicandi ſacerdotes habuiſſe, nec quemquam alium: porro ſcis quomodo magnanimus, ac vere Chriſtianus Cæſar Conſtantinus Niciæ nihil de presbyterorum ac epiſcoporum cauſis judicare voluit: quin potius illis hanc dedit poteſtatem; & hoc ante ducentos mille annos conſuetum fuit, ut ambo Theodoſii, Martianus, Valentinianus, Gratianus, Juſtinianus, Carolus magnus, Lotharii, Ottones, Henrici, Friderici, Conradi, ac alii Chriſtiani principes ſervarunt: debebas gratioſiſſimo meo domino & electori hoc praelegere, neque ita ei conſulere, ut Judas, proculdubio ſua gratioſiſſima dominatio hoc in poſterum caveret, ac ſumma in lætitia viveret, ut cæteri illius generis electores olim vixere: ſed adhuc ſemel tuam prophetiam comprobes neceſſum eſt, ubi ais eam cauſam ex invidia ortam, eamque invidia finiri debere, neque rebus conſultum eſſe uſque dum ita committatur cædes, ut in ſanguine ad media uſque genua ambulemus; & hic tandem cachinnum movebis ac lætus eris*. Reſpondere dictis adverſi ſucceſſus; Germaniam enim innumeris ſtragibus ob hæreſim Lutheranam attritam, tum ingentes rerum perturbationes, cum principes ab Eccleſia alieni ſubditis variarum ſuperſtitionum formulas imperarint, ſecutas viſuri ſumus.

(a) Tim. 5.

Refellitur.

Prædictæ ſtrages ex Lutherana ſecta ſecuturæ.

LXXVIII. Præterea licet Lutherus dies feſtos ſanctorum inſtauraverit in hac Saxonica emendatione; tamen Deiparam & ſanctos invocari & coli vetuit (b); cui Faber poſt plura: *Si tu*, inquit, *una cum Zuinglio adhuc ita vehementer ac graviter Hieronymum contemnitis, nobiſcum fateri convenit vos, diem dominicam a ſabbato unam diem eſſe ſepoſitam ratione reſurrectionis Chriſti. Propterea fateamini oportet diem dominicam a tempore duodecim Apoſtolorum ad nos perveniſſe: & quamquam hoc praeceptum non in antiquis tabulis ac lapidibus inſcriptum, aut literis in evangelio ſcriptum ſit, tamen recte in corde Chriſtianorum inſcriptum*. Et infra: *Et quemadmodum (c) ego hic de Paſchali ac Pentecoſtes feſto ex die dominica refero; ita etiam ſe habet cum aſſumptione virginis Mariæ, quam quidem tu Autidicomarita omiſiſti, ac ſi adhuc non mortua, nec etiam cælos aſcenderit: quamquam non ſolum Auguſtinus & Hieronymus ante tot centum annos, ſed & Dionyſius de divinis nominibus cap. III. hujus aſcenſionis meminit; attamen tu matri ac puræ virgini Mariæ cælum concluſiſti*. Hæc Faber ad imperfectam Lutheri palinodiam, quem ad damnandum reliquos errores, & omnes traditiones apoſtolicas, ex quibus ipſa ſcripturæ ſacræ pendet authoritas, amplectendas adhortatur, cum Eccleſia, ut ipſe Lutherus contra Anabaptiſtas fatetur, deſeri a Chriſto non potuerit.

(b) Cap. 33.

(c) Cap. 61.

LXXIX. In Pruſſia, quam hæreſis Lutherana ob Alberti cruciferorum magiſtri defectionem ab Eccleſia, infecerat, novatores, qui ſibi ſacerdotalem ordinem ex Lutheri deliriis & perverſa ſacræ ſcripturæ interpretatione arrogabant, decumas pendere epiſcopo Wladislavenſi detrectarunt; monitique officii a Rege Poloniæ ſuum ſacerdotium commentitium prætexuerunt; ad quos Sigiſmundus Rex de rhecnis Lutheranis edoctus ipſos in principes æque ac ſacerdotes conjuraſſe hæc ſcripſit:

Pruſſi negant epiſcopis decumas.

Sigiſmundus Rex ad conſiliarios terrarum Pruſſiæ.

Vehementer miramur, quæ eſt iſta nova Chriſtiana ratio. Quia per legem gratiæ, quæ tantum legi iram operanti contradicit, per libertatem evangelicam, quæ ſolum ſervituti peccati opponitur, duplex idque ingens peccatum adverſus divinas & humanas leges committitis, alterum, non reddendo proximo ſuo, atque adeo paſtori, quæ ſua ſunt, alterum, literis & decretis principis ſui non parendo: ſi per legem gratiæ liber eſt populus a ſolvendis decimis, quæ miniſtris Dei debentur, eadem lege liber erit a ſolvendis tributis, quæ aliis ordinibus & poteſtatibus debentur; nam lege gratiæ omnes pariter Chriſtiani in unam libertatem ſunt aſcitii: ſed ob hoc quod ſublatum eſt ſacerdotium Judæorum, non plus habeant ſacerdotii Chriſtiani ſacerdotes, quam id quod commune eſt omnibus; neque illis ſuos proventus deberi: pari ratione abolito regno Judæorum Chriſtiani non plus erunt Reges quam cæteri Chriſtiani, nam per legem gratiæ omnes ex æquo regale ſacerdotium eſſe cenſentur: quod ſi Chriſtiani principes decimas & proventus ſucceſſoribus Apoſtolorum non recte contulerunt, minus recte Apoſtolis ipſis primi illi Chriſtiani pretia bonorum ſuorum omnium conſecrabant. Si nefas eſt Pontificem ob non redditas decimas populum excommunicare, majus erit nefas quod Apoſtoli ob negatam pecuniam Eccleſiæ dicatam utraque morte condemnabant. Si non pendendum eſt pa-

Vanæ eorum argutiæ.

Convincit Lutheranos Polonus valido argumento.

paſtori niſi paſcat & doceat, non pendendus erit etiam a plebe ſuus cenſus ordini, ſeu ſtatui militari, niſi militet & populum Dei tueatur. Si denique non ſunt validæ dotes & privilegia majorum & anteceſſorum noſtrorum eccleſiis collata, cujus erunt firmitatis illa aliis ordinibus ſub paribus ſignis, pari atramento & pelle conceſſa? Atque hæ ſunt illæ evangelicæ rationes, quæ nunc orbem terrarum ſeditionibus, tumultibus, perjuriis, & ſacrilegiis implent. Gravi igitur & moleſtiſſimo animo ferimus, quod adverſus decretum noſtrum tales literas talibus impiis dogmatibus confutas miſeritis, quæ non ſolum indigna ſunt auribus noſtris, & ab univerſa eccleſia catholica damnata, ſed etiam a nobis & aliis Chriſtianis principibus publicis adictis vetita; & proinde denuntiamus vobis hanc immutabilem ſententiam & voluntatem noſtram. Quod decretum ipſum noſtrum juſte & legitime latum nulla eu parte mutaturi, neque dominum epiſcopum & jura ipſius noſtro debito patrocinio deſerturi ſumus: & ſi in ea contumacia perſeverare volueritis, nos id quod juſtum & Chriſtianum principem attinet, exequemur. Datum Petricoviæ x. januarii anno Domini MDXXVIII. Imperante Poloniæ Sigiſmundo Rege ſapientiſſimo, hæreſis afflavit tantum illius regni finitimas Germaniæ provincias, interiores vero penetrare non potuit.

LXXX. In Galliam irrepit hæreſis. Præfecta Chriſti & virginis imaginibus capita. Illatam injuriam ſarcit Gallus Rex.

In Galliam cœpit hoc anno hæreſis maniſeſte irrepere, dareque ſui furoris ſigna furialia; nam in regia urbe Lutetia nonnulli viri noctu veluti principis tenebrarum adminiſtri præcipuis Chriſti & Virginis ſimulachris præ templi foribus expoſitis capita præſecuerunt, cum in cælos ad Chriſtum & Deiparam ejus matrem contrucidandos penetrare non poſſent: quo ſcelere perculſus Franciſcus Rex ingentia præmia iis, qui auctores facinoris detegerent, propoſuit; tum illa ſacratum imaginum capita dehoneſtata argenteis imaginibus, incluſit, ut injuriam Chriſto & Virgini illatam ſarciret, tum exoriens hæreſeos incendium reſtingueret: de quo egregio facinore illum Clemens hiſce literis commendavit (a).

(a) Lib. br. an. 1528. p. 129.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Regi Francorum Chriſtianiſſimo.

Commendatur a Pont. ejus pietas.

Preclariſſimum tuæ ſerenitatis factum vereque Chriſtianiſſimo dignum Rege, quod proximo junii menſe in tua Pariſiorum urbe omnibus palam fuit, cum & domini noſtri Jeſu Chriſti ejuſque ſanctiſſimæ matris ſacris imaginibus, quibus de nocte capita adempta fuerant, argenteis an imaginibus repoſuiſti, tantaque ſceleris indici magna propoſuiſti præmia, non ſane ut inexpectatum ſi quidem a virtutibus tuis præſtantiſſimis, inter quas Chriſtiana pietas maxime elucet, etiam majora debemus expectare ſed ut hoc tempore valde neceſſarium, gratiſſimum, & acceptiſſimum nobis fuit nam ſive heretici illa fuit ſacrilega & deteſtabilis manus, ſive cujuſvis alterius iniquitatis filii, quæ tantum ſcelus, eam impie auſa eſt, non minus ſapienter, quam juſte & ſancte ejuſmodi abs te remedium eſt adhibitum, etenim his reſtinctis contemptæ religionis ſcintillis, majora quæ inde oriri poſſent incendia, ſimul reſtinguuntur, hiſque optimis ſuperiorum & principum perſpectis exemplis, facile qui inferiores ſunt ſive amore virtutis, ſeu pœnæ formidine ad ea imitanda convertuntur, quod utinam aliis in regnis & locis a principibus ſuis factum eſſet, nec tanti mali primordia nimium neglecta fuiſſent, certe non in tot tantaque Chriſtianæ reipublicæ fideique orthodoxæ diſcrimina veniſſemus. Sed non eſt ut hæc nunc commemoremus, verum ut potius tibi nobiſque de tam orthodoxo Rege gratulemur; id quod omni affectu facimus, ex hujuſmodi enim factis tuis ſanctiſſimis, & maxime ſalutaribus, nobis ſperare licet, te unum fore aliquando, qui tot Chriſtianitatis vulnera adeo infixa impie & negligenter curata curare magna ex parte poſſis. Hæc nos, fili chariſſime, tanto magis in dies de te ſperamus, quanto te his digniorem tua cum virtutum omnium, tum hac pietatis laude nobis oſtendis. Tuæ nunc erit conſtantiæ perſtare in inſtituto, ac tantæ pietatis fructus non modo conſervare, ſed & augere; quod ut efficias non quidem ſerenitatem tuam adeo ſua ſponte ad id propenſam adhortamur, ſed id omnino expectamus & vehementer cupimus; nam præter commune commodum, quod ex eo maximum ſemper eſt oriturum, quod ad nos privatim attinet, nihil eſt nobis gratius futurum, majuſque ſolamen inter tot noſtras miſerias allaturum, quam ea de te ſemper audire; quæ cum ſanctæ fidei defenſione tibi tuoque nomini gloriam ſint paritura ſempiternam. Datum Viterbii die v. julii MDXXVIII. pontificatus noſtri anno v.

Obſtandum principiis ne ſerpat hæreſis.

LXXXI.

De ſerpente recenter hæreſi in Gallia extant querulæ literæ (b) prima julii Pariſiis exaratæ, quibus refertur Franciſcum Regem ejuſque matrem pio tuendæ catholicæ religionis ſtudio ardere, ſed in regia aula aliquos diffluentes luxu & deliciis ad Lutherum illecebras cupidinum proponentem ſpectare; in Pariſienſi etiam ſenatu nonnullos hæreſeos labe contaminatos, cumque ex academia Sorbonica,

(b) Ext. l. 2. lit. princ. p. 103.

In aula regia & ſenatu plures ad hæreſim vergunt.

Cenſores creati ex Sorbonico collegio.

nica, necnon ex ſenatu duo juris canonici periti totidemque theologicæ ſcientiæ laude clari judices ad peragendam fidei cenſuram delecti fuiſſent, a quibus egregie reprimendis hæreticis opera navata erat, ſubreptitium diploma per quorundam regiorum adminiſtrorum aſtum a Clemente impetratum eſt, quo cenſuræ fidei agendæ authoritas academiæ Sorbonicæ erepta eſt, atque ad Pariſienſes ſenatores eccleſiaſticarum & theologicarum rerum imperitiſſimos translata: ex hoc vero patefactas hæreſi fores ſignificatum eſt Pontifici, cum hæretici conſiliorum conſenſione ſint conjunctiſſimi, nec Rex aliis diſtrictus rebus malo graſſanti conſulere poſſit; nec, licet decretum fuerit, ut vel epiſcopus Pariſienſis aut vicarius judicio interſit, rem ſucceſſuram ex ſententia, cum eorum hominum conſilia frangere non poſſint; cæterum Sorbonicos theologos omni contentione pro tuenda fide orthodoxa etiam tum decertaſſe, repulſoſque a cauſarum fidei cognitione facile in ſedem Apoſtolicam aliquid vinctæ cupidine molituros. His monitis excitatus Clemens mox prius diploma regio extortum nomine ab eo reſciſſum eſt fideique cenſura prioribus judicibus atque aliis ab academia Sorbonica deſignatis demandata eſt (*a*).

(*a*) Ib. p. 107.

LXXXII. Pariſiis ſynodus contra hæreticos celebrata.

Celebrata hoc tempore inſignis ſynodus provincialis Pariſiis pro aſſerenda incorrupta fidei orthodoxæ puritate anno ſuperiori cœpta, cui præerat Antonius de Prato archiepiſcopus Senonenſis Galliarum & Germaniæ primas, ac tit. S. Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis, a quo plura ſanctiſſima decreta ſunt (*b*) promulgata; [1] interque ea hoc adverſus Iconoclaſtas (*c*), quo contunduntur calumniæ hæreticorum, qui idoli nomen, quod imaginibus dæmonum ſive falſis diis aptatum eſt, ad ſacras imagines transferebant: *Et nos quidem non quaſi ante divinitatem ante imaginem proſternimur, ſed illum adoramus quem per imaginem aut paſſum vel in throno ſedentem recordamur, & dum nos per ipſam picturam quaſi per ſcripturam ad memoriam filium Dei reducimus, animum noſtrum de reſurrectione lætificat, aut de paſſione mulcet, non majore quidem idololatriæ periculo quam cum in nomine Jeſu omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium & infernorum: quem enim vocula curſim auribus inſinuat, hunc eundem fidelibus oculis imago ſedulo repræſentat. Accedit & ex imaginibus alia non inferior utilitas, idoneum videlicet atque accommodum indoctæ plebi rudimentum, ut cum ſacratiſſimæ virginis Mariæ aut ſancti cujuſquam ſeſe imago offert, ea velut archetypo ad propoſitæ ſanctitatis imitationem & veram utcumque pietatem rudi quadam introductione ſimplex populus animetur. Et ſepoſita tantiſper diſtractione dum ad unius imaginis contuitum ſe colligit, uno obtutu ſibi plura proponit, quam diuturna librorum evolutione comprehenderet. Non ab re igitur Apoſtoli vivificam crucem & ſacras venerunt imagines, quæ cum ab initio naſcentis eccleſiæ debita ſemper ab orthodoxis veneratione colerentur, nihil illis a ſacroſanctis quatuor univerſalibus conciliis derogatum eſt.*

(*b*) Act. Conc. Sen. ext. t. 4. conc. p. 2. ex edit. Binii.

(*c*) Conc. Sen. decr. 14.

Reddita a Concilio Senon. ratio cur fiant imagines.

Hæc adverſus Iconoclaſtarum furorem LXXXIII.
Gallicani patres, qui in ſuarum ſanctio-

NOTÆ [1] ANnaliſta noſter miræ hallucinatus Pariſienſem quandam Synodum provincialem anno præcedenti celebratam conſtituens, alteram nihilo ſecius hoc ipſo anno ab eodem Antonio de Prato Senonenſi archiepiſcopo indictam ſtatuit. Reipſa tamen ſuperioris anni concilium & alterum præſentis anni unum idemque habenda ſunt. Cœpit vero illud non quidem anno ſuperiori ſed præſenti die III. februarii, quo ſcilicet menſe annus 1527. ex veteri Gallico ſtylo adhuc agebatur; perſeveravitque adusque diem IX. octobris anni 1528. Ex qua anni ſupputandi ratione factus eſt Annaliſtæ fucus reputanti anno 1527. die III. februarii Synodum quandam Pariſiis conveniſſe. Cum vero in fine actorum ejuſdem Concilii ſignatam legiſſet diem IX. octobris, annum vero 1528. duo inde ſtatuit concilia. In hanc vero perſuaſionem confirmatus eſt ex literis Antonii de Prato, in Annalibus hic recitatis, quibus adſcripta eſt dies XX. februarii annus 1528. Verum literæ iſtæ non quidem hoc anno 1528. at ſequenti 1529. cum ex veteri Gallorum ſtylo annus 1528. adhuc flueret ſcriptæ ſunt, nec ad exordium concilii pertinent ſed potius concilii jam abſoluti conſtitutiones Antonius de Prato iiſdem ſcriptis literis promulgat ac per provinciam ſuam diſpergit.

Hoc ipſo pariter anno Lugdunenſis provinciæ epiſcopi Lugdunum convenerunt ad ſynodum provincialem, cui, authoritate & nomine Franciſci de Rohan Lugdunenſis archiepiſcopi, præfuit Claudius de Longovio epiſcopus Matiſconenſis ejuſdem Archiepiſcopi in ſpiritualibus vicarius. Actum ibi de ratione præcavendæ hæreſis Lutheranæ, de moribus reformandis, ac tandem de aſſignanda regi pecunia quam denarii nomine poſcebat. Convenerunt patres die XXI. martii die ſabbati indictione prima; quæ omnia annum 1528. demonſtrant. Quod vero pro anno 1528. annus 1527. ibidem adſcriptus ſit, facit vetus Gallicanus ſtylus qui annum a paſchate exordiebatur; paſcha vero anno illo in diem XII. aprilis incidit.

Denique hoc eodem anno die XXI. martii Franciſcus Turnonius Bituricenſis archiepiſcopus ſynodum provinciæ ſuæ habuit in quo decreta plura tum adverſus gliſcentem Lutheri hæreſim, tum pariter ad alia diſciplinæ capita ſancita ſunt. Utramque concilium exhibet collectio Venoto-Labbeana tom. XIX. MANSI

(a) Act. Conc. Sen. ext. t. 4. conc. p. 2. ex edit. Binii. (b) 2. Timoth. 3.

num exordio ita proloquuntur (a): *Adeſſe jam tempora illa periculoſa, de quibus ad Timotheum ſcribit Apoſtolus (b), ipſa rerum experientia delucide comprobat; tanta enim Martini Lutheri & perditorum quorumdam hominum auſpiciis in orthodoxam fidem peſtis efferbuit, tam gravis Eccleſia procella ſuperioribus hiſce diebus increbuit, ut electi [quod eſt apud Matthæum] (c) propemodum viderentur in errorem induci, & dirum concuſſæ Petri naviculæ naufragium intentari. Nempe eo dementiæ proruperunt Eccleſiæ perduelles, in eam venere perfrictæ frontis impudentiam, dum extinctarum quondam hæreſum cineres euſuſcitant, dum hæreſiarchas ab omni fidelium theatro quondam exploſis orthodoxis patribus anteponunt, ut ſacroſanctam conciliorum authoritatem reſpuant, nullum vel apertiſſimum ſcripturæ locum non depravent, ſed corruptum atque adulteratum in ſuam utcumque ſententiam detorqueant. Datum Pariſiis anno Domini MDXXVIII. die vero* xx. *menſis februarii.*

(c) Matt. 24.

Decretum contra depravatores ſcripturæ ſacræ.

LXXXIV. Annexa eſt egregia præfatio, qua hæreſiarcharum Eccleſiam ab ipſo ejus initio oppugnantium conatus irriti ex illis Davidicis verbis (d): *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea dicat nunc Iſrael. Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi*; deſcribuntur. Cur vero Eccleſiam ſuam Deus inexpugnabilem eſſe voluerit, quibuſve ſignis ab aliis adulterinis eccleſiis diſtinguat ita ſubditur: *Voluit*, nempe Deus, *tantam eſſe Eccleſiæ ſuæ ſtabilitatem & poteſtatem, ut per eam veluti per infallibilem quandam regulam ad ſalutem mortales dirigerentur: nam, ut ſanctæ ſcripturæ conteſtantur, nulli ad vitam beatam patet aditus, qui Eccleſiam non audiat, aut qui ab ejus communione excluſus ſit.*

(d) Pſ. 128. Eccleſiæ oppugnatio prædicta a propheta.

Nec certe gloriari poſſunt hæretici, quaſi
LXXXV. *apud illos reſideat Eccleſia catholica, nam cum illa ſit univerſalis, omneſque fideles complectatur [alioqui catholica non eſſet,] angulis aut latibulis hæreticorum nequit circumſcribi. Huic accedit quod in integritate fidei Eccleſia catholica ſemper perſeverat, nec ullis erroribus coinquinatur: at contra nefariis ſuis conventiculis, veluti infamibus proſtibulis, fidem hæretici proſtituere ac violare ſatagunt, dum impie in ſuis adinventionibus fornicantur. Præterea in finem uſque ſæculi juxta Chriſti pollicitationem (e) perduratura eſt Eccleſia catholica, quod nullis adhuc hæreticorum ſectis contigit: quare non poteſt apud hæreticos catholica Eccleſia reſidere, licet ſecus arbitrati ſunt Manichæus, Ærius, Vigilantius, & cæteri prænominati.*

(e) Matt. 28.

Recenſentur dein ſingulæ Manetis, Pelagii, Ætii, Vigilantii, Valdenſium, Marſilii Patavini hæreſes, quas omnes amplexus ſit Wiclephus Lutheranæ ſectæ fons & origo, cui Lutherus in omnibus ferme conſenſit; tum de nova hæreticorum diſſenſione demonſtrata hæc adduntur. LXXXVI.

Eo etiam vaſaniæ devenerunt eorum nonnulli, ut ſpiritum Dei jactantes ſe habere ſcripturas ſacras luce clariores affirment, omnibus ſacris interpretibus rejectis, quibus tamen plerique alii refragantur. Sunt & alia non pauca de quibus inter ſe Lutherani digladiantur. Hæc autem diſcrepantia plane indicat quam a veritate ſint alieni; veritas ſiquidem ubique ſibi conſtat, nuſquam diſſidet, non enim Spiritus Dei ſpiritus eſt diſſenſionis. Cum itaque in his quæ ad fidem ſpectant tam manifeſte diſſideant, perſpicuum eſt eos nullatenus, in ſolidæ veritatis radice ſtabiliri; eos enim qui ab unitate Eccleſiæ diſſident, relinquit Deus in manu conſilii ſui, ut nec ſibi ipſis nec aliis hæreant &c.

Somniant hæretici ſcripturas eſſe clariores luce.

His adjecta ſunt decreta fidei, de quorum parte anno ſuperiori memoravimus: præterea vero plura alia edita, quibus vis & numerus Sacramentorum aſſerti fuerunt. Cum itaque inter hæreſes Lutheri hæc ſecundo ordine a Leone X. damnata fuiſſet: *In puero poſt baptiſmum negare remanens peccatum eſt Paulum & Chriſtum ſimul conculcare*; a Gallis epiſcopis hoc decreto (f) divinis oraculis contexto ita confutatur: *Hoc ſacramentum*, nimirum baptiſmi, *eſt fons (g) ille patens domui David, & habitantibus Jeruſalem in ablutionem peccatoris, hæc aqua (h) munda, cujus effuſione mundamur ab omnibus inquinamentis & ſpurcitiis noſtris: hoc, quod nos ſalvos fecit (i), baptiſma, quo denuo naſcimur: per hoc lavacrum (k) regenerationis & renovationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Jeſum Chriſtum ſalvatorem noſtrum, juſtificati gratia ipſius hæredes ſumus ſecundum ſpem vitæ æternæ.*

LXXXVII. Decretum de baptiſmo.

(f) Conc. Senon. decr. 10. 6.2. Ut ab eo peccatum eluatur. (g) Zac. 13. (h) Ezec. 36. (i) 1. Pet. (k) Eph. 3.

Progreſſus ulterius impietate Lutherus in libro peſtifero de captivitate babylonica ſacerdotalem ordinem ſuſtulerat: quam infandam hæreſim Gallicani patres pluribus ſacris oraculis ita confutarunt: *Sacramentum ordinis vel hinc facile colligi poteſt, quod etſi omnibus adeo commune ſit internum illud ſacerdotium (l), quo exhibemus corpora noſtra hoſtiam (m) ſanctam viventem, Deo placentem, ut priſcis quoque ſub Moſaica lege (n) patribus conveniret, non protinus tamen quilibet diſpenſator (o) miniſteriorum Dei, & architectus ædificii ſpiritualis habendus eſt.* LXXXVIII.

Decretum de ſacerdotio. Refelluntur hæreticorum argutiæ. (l) 1. Petr. 2. (m) Apoc. 1. (n) Rom. 12. (o) Exo. 29.

Non

Non continuo ſi puer aut mulier baptiſmum ſuſceperit, legatione pro Chriſto fungitur; ſed diviſiones miniſtrationum ſunt, deditque Deus quoſdam quidem Apoſtolos (a) Cor. 4. *(a), quoſdam prophetas, alios Evangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, ad ædificationem corporis Chriſti: atque eius gratia Titum Cretæ reliquit Apoſtolus, ut conſtitueret per civitates presbyteros: nam ſi totum corpus oculus, ubi auditus? ſi totum auditus (b), ubi odoratus?* (b) Cor. 35. *Denique ſi omnia eſſent unum membrum, nec eſſet aliquis, qui non ſit ſacerdotali ordine inſignitus, ubi corpus? aut quid denique confuſius, quid perturbatius eſſe queat? Quoſdam itaque Chriſtus ſacerdotes inſtituit, quibus ſui corporis poteſtatem commiſit; veri quidem, dum inſtituto ſui corporis & ſanguinis ſacramento:* (c) Cor. 5. Hoc facite (c), *inquit*, in meam commemorationem; *myſtici vero, dum poſteaquam in diſcipulos inſufflaſſet:* (d) Cor. 12. Accipite (d), *inquit*, Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt; *quibus palam evadit in ſuſceptione ordinis conferri gratiam. Recte igitur Timotheum (e)* (e) Tim. 4. 2. Tim. 1. 1. Tim. 5. *Paulus admonet, ut non negligat gratiam, quæ data eſt ei cum impoſitione manuum presbyterii; ſed eam reſuſcitet potius: quod ſi pro ſui dignitate quis fecerit duplici honore dignus habeatur.*

LXXXIX. Euchariſtiæ veritas illuſtratur.

Contra Zuinglianos etiam, qui ob Helveticæ gentis cum Gallica commercium Galliam inquinare cœperant, ac veritatem præſentiæ Chriſti in Euchariſtia in controverſiam adducebant, paratum eſt hoc antidotum, depulſaque divinis vocibus iniqua ſuſpicio; *Quis autem vivificum eſſe neget Euchariſtiæ ſacramentum, quod tam apertis teſtimoniis ſcripturæ comprobatur?* (f) Cor. 10. Calix (f) enim benedictionis, cui bene dicimus, nonne communicatio Sanguinis Chriſti eſt: & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? Hic nempe Calix ille præclarus (g) inebrians: hoc frumentum (h): hoc vinum germinans virgines (i). (g) Pſ. 23. (h) Pſ. 4. (i) Zac. 9. (k) 1. Cor. 11. Probet itaque ſeipſum homo (k), & ſic de pane illo edat & de calice bibat; nam qui manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. (l) Jo. 6. Caro (l) *enim* mea (*inquit Dominus*) vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in illo. *Et rurſum (m)*: (m) Ibid. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam; *quibus hac luce clarius conſtat hoc ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum non ſolum gratiam conferre, ſed & alia pleraque adverſus hæreticos roborari, quæ de ipſo catholica tradit Eccleſia; atque adeo quidem, ut poſt tam aperta ſcripturarum oracula plura conſarcire ſupervacuum foret.*

XC. De ſacramento confirmationis.

Nec obſcurius quidem, ajunt iidem Gallicani patres, *ſacramentum confirmationis Chriſtus inſtituit cum parvulis manus imponeret (n)*: (n) Matt. 19. *quod & ab Apoſtolis legimus promulgatum, cum ad Samaritas miſerunt Petrum & Joannem (o), a quibus* (o) Act. 8. *illi (licet a Philippo diacono antea baptizati) per impoſitionem manuum Spiritum Sanctum acciperent: quod ex actis Apoſtolorum (p) apud Epheſios a Paulo, & ex* (p) Act. 19. *Dionyſio, Clemente & Fabiano Pontificibus a primitiva quondam Eccleſia legimus obſervatum; unde & tunc impoſitionis manuum, nunc confirmationis appellatum eſt ſacramentum; baptiſmo ſiquidem regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum hoc ſacramento confirmamur ad pugnam: in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum hoc ſacramento roboramur; cujus conferendi poteſtas epiſcopis a Chriſto conceſſa, donum Dei eſt, quod aſſeruit Petrus (q) pecunia poſſideri non poſſe.* (q) Act. 8.

XCI. (r) Damn. a Leo. X. in bull. conſt. 40. art. 6, 7. & 11. Errores impii adverſus pœnitentiam.

Contra alia venena Lutheri, qui peccantes ea dulci, ſed letifera opinione (r) imbuerat, non eſſe diſcutienda anteactæ vitæ crimina, non eorum multitudinem, gravitatem, ac fœditatem cum dolore ponderandam, non de amiſſa cœleſti felicitate, non de commeritis æternis ſuppliciis plangendum, quod eo angore hypocriſis peccatum admitteretur; ſed optimo pœnitentiæ genere novam vitam reſtituendam eſſe, credendumque firmiſſime ſibi peccata a Deo remiſſa; patres præmonuere Gallos non ita commiſſas culpas oblivione obruendas, ſed de iis contrahendum acerbum dolorem: Pœnitentiæ ſacramenti veritas illuſtrata. *Pœnitentiæ*, inquiunt, *tam neceſſarium eſt ſacramentum quam impoſſibile eſt baptiſmum iterari.* Et paulo poſt: *Cum igitur in multis offendamus omnes (s); neque ſit, qui poſſit dicere* (s) Jac. 3. mundum eſt cor meum (t) & purus ſum a peccato, (t) Prov. 20. *neceſſaria eſt profecto ſecunda poſt naufragium tabula (u), in qua diſcuſſa diligenter conſcientia quidquid occurrit Dei offenſivum deteſtemur: non* (u) S. Hier. ad pœnitentiam nos adducit benignitas Dei (x) ſecundum autem duritiam & impœnitens cor homo theſaurizat ſibi iram, (x) Rom. 2. *niſi reſipiſcens ſciat & videat quam malum eſt (y) & amarum reliquiſſe Dominum, & non eſſe timorem ejus apud ſe;* (y) Jere. 2. *contra vero, quæ ſecundum Deum triſtitia eſt (z) pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur; neque enim cor contritum (a) & humiliatum deſpicit Deus (b), qui* (z) 2. Cor. 7. (a) Pſ. 50. (b) Pſ. 146.

ſanat

Digitized by Google

(a) Pſ. 59. *ſanat contritos corde* (*a*) *& allevat contritiones eorum, &c.*

XCII. Lutheri error de integritate confeſſionis. (*b*) *Damn. a Leo. X. in bullar. conſt. 40. ar. 8. & 9.*

Faſcinarat etiam miſeros homines magno illo & impudenti mendacio (*b*) Lutherus, olim in Eccleſia moris fuiſſe peccata tantum manifeſta confiteri, atque ideo non hauriendum illum pudorem in aperiendis ſacerdoti omnibus peccatis interioribus: qui ſecus facerent de miſericordia Dei diffidere. Ne itaque hoc dulci hamo ſe capi ſinerent Galli, concilium confeſſionem omnium peccatorum lethalium interiorum, de quibus peccator meminerit, a Chriſto inſtitutam, & ab Eccleſia antiquitus etiam uſurpatam ex ſacris ſcripturis & ſanctis Patribus ita docuit (*c*): *Ut vetuſtiſſimum illud, ita veriſſimum:* Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur (*d*); qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. *Neque ſatis fuerit de peccatis conteri, & ea apud ſeſe Deo confiteri, niſi ſacerdoti quoque ſacramentali confeſſione detegantur; ea quippe nec humanum nec recens inventum eſſe poteſt, quæ tot & tantis fulcitur ſcripturarum oraculis. Ad hanc enim, præter multas Moſaicæ legis figuras, propius manu duxiſſe videtur primum ille Chriſti præcurſor, a quo qui baptizabantur confitebantur peccata ſua* (*e*)*; tum Chriſtus ipſe dum ſuſcitatum Lazarum ab Apoſtolis ſolvi jubet* (*f*), *& ei quem a lepra curaverat præcipit* (*g*), *ut ſeſe ſacerdotibus oſtendat. At tum demum hujuſcemodi confeſſionem inſtituit & præcepit, cum poſtquam in Apoſtolos inſufflaſſet:* Accipite, *inquit* (*h*), Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. *Nam quomodo remittet, quæ ſibi cognita non fuerint? aut quo pacto eorum judex eſſe poterit, quæ prorſus ignota ſint? Oportet* (*i*) *itaque quem antiquus ille ſerpens occulte momorderit, abſtruſiſſimum quodque vulnus medico detegere, omnem indigeſtum & virulentum humorem* [*etſi ſtomacho mentis inſederit*] *evomere, pudorem in ſatisfactionis partem de ſingulo quovis errato pati, ne dum occultis peccatorum vinculis ſeſe teneri diſſimulat, horrendæ tandem ſub omniumoculis æternæ damnationis laqueo conſtringatur. Proinde ſtatim ab ipſis Eccleſiæ naſcentis incunabulis ſacer iſte confitendi ritus, de interioribus, nedum de exterioribus tantum inolevit, ut tum ex Jacobo* (*k*), *tum ex D. Dionyſii, Alexandri* (*l*), *Urbani, & Cypriani ſcriptis manifeſtum evadit. Recte igitur hanc exomologeſis legem a Chriſto inſtitutam per Apoſtolos ad nos uſque deductam, & ab univerſali Eccleſia inviolabiliter obſervatam, a cunctis Chriſti fidelibus ſectandam eſſe, & contravenientes authoritate concilii Conſtantienſis & aliorum complurium damnatos declaramus.*

(*c*) *Act. Conc. Senon. dec. 20. §. 7.* Confutatus a Concilio. (*d*) *Prov. 28.* (*e*) *Matt. 3.* (*f*) *Jo. 2.* (*g*) *Matt. 8.* (*h*) *Jo. 20.* (*i*) *Cypr. ſer. c. 5. de lapſis. Hier. in eccleſ. juſt. Chryſ. in Matth. hom. 5.* (*k*) *Jac. 5.* (*l*) *Diony. in epiſt. ad Ph.*

XCIII. De ſacramento unctionis.

De ſacramento extremæ unctionis adverſus hæreticos divina ſacramenta in ridiculam fabellam vertentes, & gratiæ interioris ſigna profanis uſibus accommodantes, a Gallicanis patribus orthodoxa veritas ita illuſtrata eſt: *Ad unctionis autem extremæ ſacramentum Chriſtus manuduxiſſe primum videtur, cum Apoſtoli oleo ungerent* (*m*) *multos infirmos & ſanarentur; neque enim id ſuo ſenſu, ſed præceptoris inſtituto feciſſe putandi ſunt. Sed ne hic noſter ungendi infirmos ritus Chriſti præceptum, non tamen ſacramentum eſſe videretur;* ſi quis infirmatur (*inquit Jacobus* (*n*)) in vobis inducat preſbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. *Quibus liquido conſtat, extremam unctionem non ægritudinis tantum corporalis medicamentum eſſe, ſed etiam cæterorum ſacramentorum inſtar remiſſionem peccatorum efficaciter operari, ac proinde nec ab Jacobo quidem fuiſſe inſtitutum, ſed ab eo tantum, cui peculiare eſt, ut gratiam* (*o*) *& gloriam conferre poſſit.*

(*m*) *Marc. 6.* (*n*) *Jac. 7.* (*o*) *Pſ. 38.*

XCIV. Sacramentum matrimonii cur negatum ab hæret. Probatur veritas ſacramenti.

Cum etiam hæretici vagarum libidinum cupidi ſacramentum matrimonii ſannis proſcinderent, ii traditionibus Eccleſiæ & divi Pauli authoritate confutati ſunt a congregatis, Lutetiæ epiſcopis; *Poſtremo*, inquiunt, *matrimonium eſſe ſacramentum, abunde ſatis ſacroſancta matris eccleſiæ tum uſu tum authoritate comprobatur.* Hoc (*p*) *quippe* ſacramentum magnum eſt in Chriſto quidem & Eccleſia, *quo ſanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem* (*q*), *& mulier infidelis per virum fidelem.* Hoc honorabile conjugium, thorus immaculatus, *in quo non ſolum ſalvatur mulier per filiorum generationem, ſed fas eſt* unicuique vas ſuum poſſidere (*r*) in ſanctificatione & honore, *per quod conjuges benedictionem conſequuntur in filiis* (*s*) *nec habet in eos dæmonium poteſtatem, niſi ita conjugium ſuſcipiant, ut Deum a ſe & ſua mente excutiant, & ſuæ libidini vacent* (*t*), ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. *Qui negat itaque matrimonium eſſe ſacramentum, aut denique ſeptem ſacramenta non admittit, inter hæreticos habeatur.*

(*p*) *Ephe. 5.* (*q*) *Heb. 13.* (*r*) *1. Ti. 2.* (*s*) *1. Theſſal. 4.* (*t*) *Tob. 6.*

XCV. De miſſæ ſacrificio.

Muſſitantibus adverſus miſſæ ſacrificicium hæreticis ita illius auguſta veritas

& ma-

& majeſtas a Gallicanis patribus contra Lutherum aſſerta eſt ; Si omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in eis, quæ ſunt ad Deum (*a*), ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis, *quod tandem proprium & peculiare novæ legis ſacrificium a ſacerdote offerendum eſſe queat, niſi ſuperbenedictum iſtud corporis & ſanguinis Chriſti ſymbolum, quod eſu paſchalis agni, manna, cæteriſque propemodum omnibus Moſaicæ legis cerimoniis figuratum eſt ? neque enim lex eſſe poteſt, quæ ſacerdotio careat : quod ſi ſacerdotium habet, habet & ſacrificium. Porro etſi* Chriſtus aſſiduus pro nobis Pontifex (*b*) non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa ; *negari tamen non poteſt* ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech (*c*), *ac proinde hujus exemplo ſacrificium aliquod obtuliſſe* (*d*), *quod exteriore panis & vini forma veteri illi Melchiſedech oblationi reſponderet* ; erat *enim* ſacerdos Dei Altiſſimi (*e*) *: quod utique fecit in ſuprema illa cœna, nam accepto pane gratias egit, & fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens :* Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur ; *& ab evangelicis ſacerdotibus jugi ſemper obſervantia præcepit iterari.* Hoc facite *inquit* (*f*) in meam commemorationem. *Hoc enim holocauſtum ; hæc victima pro peccata : hæc hoſtia pacifica, hoc juge ſacrificium, hæc munda juxta miſſæ nominis Hebraici rationem oblatio, quam in omni loco Malachias prædixit* (*g*) *offerendam, cum repudiatis legis antiquæ cerimoniis ab ortu ſolis uſque ad occaſum magnum eſſet nomen Domini in gentibus. Nihil igitur in ſacrificiis majus eſſe poteſt, quam corpus & ſanguis Chriſti, nulla potior oblatio : qua in re cum univerſalis Eccleſiæ ritu tum aperte conſentiunt Ignatius, Irenæus, Cyprianus, Athanaſius Chryſoſtomus, ac reliqui poſteriores, & concilia prope innumera, ut qui contrarium ſenſiſſe præſumpſerit, manifeſtam hæreſeos labem incurrat.* Non præterimus prædixiſſe etiam Iſaiam (*h*) Deum ex Græcis, & Lydis, & Latinis, & aliis gentibus levitas & ſacerdotes creaturum : ergo in lege evangelica debere eſſe levitas & ſacerdotes : ergo & ſacrificium.

(a) *Hebr.* 5.
(b) *Hebr.* 9.
(c) *Pſ.* 109.
(d) *Gen.* 14.
(e) *Ibid.*
(f) *Luc.* 22.
(g) *Malac.* 1.
(h) *Iſai.* 64. *ult.*

XCVI. Adverſus Luheri & aliorum hæreticorum verſutias, qui facillimam ad cœleſtem gloriam viam eſſe dicebant, atque efferebant plebem in ſacerdotes quaſi commentitiis de animarum ſtatu fabellis aurum emungerent, illuſtratum eſt, quid de ſatisfactione, de purgatorio igne, ac de commemoratione defunctorum ſit ſentiendum : *Sacro approbante provinciali concilio firmiter tenendum decrevimus, culpa per pœnitentiam abolita, frequenter ſupereſſe temporalis pœnæ reatum, velut ſuperſtites quaſdam peccati reliquias, quæ per dignos pœnitentiæ fructus veniant expiandæ* (*i*) *: adeo ut iniquitate & culpa peccati dimiſſa peccator adhuc pœnæ temporali ſit obnoxius. Hinc murmuranti* (*k*) *adverſus Dominum Iſraeliticæ plebi, inde David dimiſſam primum adulterii noxam ſcriptura commemorat* (*l*) *: pro qua tamen ſubinde pœna temporalis irrogata eſt.*

De ſatisfactione.

(i) *Mat.* 3. *Luc.* 3.
(k) *Num.* 14.
(l) 2. *Reg.* 12.

Superabundans quidem atque exuberans eſt Chriſti ſatisfactio (*m*), *cujus plenitudinem aſſequimur, dum ſicut ſemel tantum mortuus eſt, ita ſemel illi conſepelimur* (*n*) *per baptiſmum ; peccata vero, quæ poſt baptiſmum fuerunt, pœnitentia quidem expiantur, ſed quæ morienti Chriſto non ſemper configuret. Cum autem hujuſmodi pœnæ temporalis aut venialis tantum peccati reus repente nonnunquam intereat, de omni verbo etiam otioſa rationem redditurus* (*o*) *; nec illi pateat aditus in cœleſtem illam Jeruſalem, in quam nihil intrat coinquinatum* (*p*) *: nec item gehennæ ſubjaceat, quippe qui gratiæ ſit particeps, ac pœnæ temporalis tantum debitor ſit, ut primum purgetur ex iis, quæ geſſit in corpore* (*q*), *ſalvus tandem aliquando futurus ; ſic tamen quaſi per ignem* (*r*) *de ſua ſemper interim ſalute ex remanentibus in eo fide ſpe & charitate ſecurus : neque enim ex eorum eſt numero, quorum blaſphemia non remittitur neque in hoc ſæculo neque in futuro* (*s*), *quorum ſuperbia aſcendit* (*t*) *; ſed eorum potius, quos ſub terra Deo laudem acclamantes ſacer Apocalypſis liber commemorat* (*u*). Sancta igitur & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur (*x*). *Nec ab re ab Apoſtolis traditum, ut in tremendis & vivificis myſteriis agatur commemoratio defunctorum ; ſciebant enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multam.*

(m) 2. *Pet.* 2.
(n) *Rom.* 6.
De purgatorio.
(o) *Mat.* 12.
(p) *Apo.* 21.
(q) 2. *Cor.* 5.
(r) 1. *Cor.* 3.
(s) *Mat.* 12.
(t) *Pſal.* 73.
(u) *Apoc.* 5.
(x) 2. *Mach.* 12.

Non contenta hæreſis ſævire in defun- XCVII.
ctos, quibus vivorum ſuffragia ademit, etiam in vivos ſæviens ſanctorum opem ipſis eripere conata eſt : *Quaſi vel preces noſtras non audiant*, nimirum ſancti, *vel noſtris calamitatibus non tangantur ; quaſi divinæ clementiæ deroget quod qui Chriſto miniſtraverit hoc honore dignus habeatur, ut pro cæteris intercedat.* At hæ argutiæ ita a concilio diſſolutæ ſunt : *Sed quam ſit primum horum non modo veritati, ſed ſcripturis quoque diſſonum facile intelligit, qui beatis pervium eſſe non ignorat omniforme illud divinitatis ſpeculum, in quo quidquid eorum interſit illuceſcat, etſi* ne-

Quod Beati noſtras preces audiant.

neque deſint nobis angeli Gabriele Danielis (a), Raphaele Tobiæ (b) haud quaquam ſegniores, qui ab exordio precum noſtrarum aſſideant, ut illis mox offerant, quorum ſuffragium imploramus, nec pigrius quam olim præveniant principes conjuncti pſallentibus (c), e quorum manibus aſcendat fumus aromatum de orationibus ſanctorum (d). Et infra : *Hinc angelus ille Zachariæ (e) & Jeremias jamdudum in ſinum Abrahæ receptus, multum orant pro populo (f), & univerſa ſancta civitate, & pro pœnitentis impietate orabit (g) omnis ſanctus in tempore opportuno ; nihil autem divinæ benignitati vel omnipotentiæ deerit, quæ ſumma & incomprehenſibili ſapientia infima quæque per intermedia moderatur & regit : neque minus unus eſt mediator Dei & hominum Jeſus Chriſtus (h), ſi juxta ſacram Aurelianenſis concilii (i), atque aliorum complurium inſtitutionem litaniis ad aliquos ſanctorum convertamur ; Chriſto tamen accepta ferantur omnia, per quem omne id genus interveniendi munus, cæteraque in humanum genus beneficia deriventur, &c.* Huic decreto aliud de ſacris imaginibus adjunctum, quod ſuperius attulimus.

(a) Dan. 9. (b) Tob. 12. (c) Pſal. 67. (d) Apo. 8. (e) Zacc. 1. (f) 2. Mach. (g) Pſal. 31. (h) 1. Tim. 2. (i) 1. Conc. Aur. c. 23. alias 29. de conſec. diſt. 3. ca. rogamus.

XCVIII. Ad ſcelerum illecebras fatum confictum.

Ad avertendam vero imminentem morum cladem, cum hæretici ad trahendos in exitialem admittendorum omnium ſcelerum libertatem homines, humanam negarent libertatem, malæque voluntatis invidiam omnem ad commentitiam fatorum neceſſitatem transferrent, Gallicani Patres erroris illius fœditatem, quam etiam gentiles exhorruiſſent, detexere graviſſima ſanctione, (k), ex qua hæc decerpſi : *Liberum arbitrium aſſerentes divinam non excludimus propterea gratiam, quod illi falſo toties imponere non verentur, atque hoc fumo credulorum oculos perſtringere, ſed juxta ſacram ſcripturam eo tendimus, ut voluntas humana miſericordiæ prævenientis auxilio ſuffulta, & interiori quodam & occulto ſecretioris inſpirationis afflatu contacta ſeſe convertat in Deum, Deo appropinquet, & ad veram illam gratiam ſe præparet, qua tandem accepta ſit ad vitam æternam : neque tamen tanta gratiæ neceſſitas libero præjudicat arbitrio, cum illa ſemper ſit in prompeu nec momentum quidem prætereat, in quo Deus non ſtet ad oſtium & pulſet : cui ſi quis aperuerit januam, intrabit ad illum & cœnabit cum illo : nec denique tale ſit hujuſmodi trahentis Dei auxilium, cui reſiſti non poſſit; quoties enim Dominus voluit congregare filios Jeruſalem ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluerunt ? fruſtra certe Stephanus Judæos duræ cervicis & incircunciſi cordis argueret, qui ſemper Spiritui Sancto reſiſterent : fruſtra Paulus Theſſalonicenſes admoneret ſpiritum ne extinguerent, ſi divinis inſpirationibus homines inevitabiliter raperentur. Trahit quidem Deus, ſed in ejus odorem currimus : non vi, non unco raptamur : prædeſtinat, eligit, vocat ; ſed eos demum adultos glorificat, qui in fide & charitate radicati per bona opera certam ſuam vocationem electionemque fecerint.*

(k) Con. Sen. act. dec. 15. apud Bool l. 1. t. 17. c. 26.

XCIX. Quam denique ſtulte hæretici de vana ſua credulitate ſibi lenocinarentur, quamque male veræ fidei ſpe & charitate exornatæ elogia ſuæ maleſanæ opinioni inepte conceptæ accommodarent, & in quo juſtificatio, meritum, & gratia ſita ſint, ita patres explicuerunt (l); *Fide quidem vivimus, & ſine hac* impoſſibile eſt placere Deo (m). Si quis *nihilominus* habuerit (n) omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habuerit, nihil eſt. *Fide juſtificamur (o); ſed & ſpe ſalvi facti ſumus (p), & dimiſſa ſunt Mariæ Magdalenæ peccata multa, quoniam dilexit multum (q);* ſi quis enim *dicit Dominus (r)* diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Nunc igitur manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, major autem horum eſt charitas (s), *& in vivificando juſtificandoque potior : quandoquidem* fides ſine operibus mortua eſt (t); *tum demum utilis eſt ad ſalutem, cum per dilectionem operatur.* (u). *At charitas non eſt otioſa (x), ſed per bona opera ſatagit, ut certam vocationem noſtram electionemque facias (y); non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur (z), &c.*

(l) Abac. 2. (m) Heb. 11. (n) 1. Cor. 3. 13. (o) Rom. 9. (p) Rom. 8. (q) Luc. 7. (r) Jo. 14. (s) 1. Cor. 13. (t) Jac. 2. (u) Gal. 5. (x) 1. Cor. 13. (y) 2. Pet. 1. (z) Rom. 2.

C. Aliorum hæreſiarc. errores damnati.

Damnati in eodem concilio (a) plures alii errores graviſſimi, qui partim a Luthero, partim ab Hutto, partim ab Eraſmo, partim a Balthaſare diſſeminati fuerant : conceptaque verborum formula recenſiti ſunt, ut ab iis tanquam præſentiſſimis venenis fideles caverent : quos prætermittimus, ne tædium lectori afferamus; tum quia de iis ſæpius mentio facta eſt; inter quos eſt is abſurdiſſimus a Luthero confictus : *Magna eſt fides cognoſcere Chriſtum corporaliter eſſe ubi ſacramentaliter eſt; ſed major eſt cognoſcere eum abſolute ubique corporaliter eſſe.* Magnas ex eo errore concitatas contentiones ſuis locis dicetur. Uti etiam hic ſubdolus articulus plures in errorem impulit : *Humana inſtituta ſi obſervas ut humana nihil te juvant : ſi ut divina, mendacium committis.* Demonſtratum eſt antea ſtatuta Eccleſiæ non eſſe pure hu-

(a) Conc. Sen. act. ſub fin.

Ubiquetatorium deliramentum.

Digitized by Google

humana, etſi humano organo pronuntiata, quod Eccleſia a Spiritu Chriſti regatur.

CI. Moniti principes ut hæreticorum conventicula diſſipent.

His & aliis principes catholici, recenſitis erroribus, precibus ſolicitati ſunt, ut regia authoritate præſules armarent ad illos ex clero populoque excindendos, diſſipandaque hæreticorum conventicula; ac piorum principum, qui aſſerendæ fidei ſtuduerunt, felicia exempla, infelicia vero aliorum, qui errori favere, ſunt propoſita: *Plurimos*, inquiunt iidem præſules, *hactenus errores commemoravimus; ſed non illorum ſufficit commemoratio, opus namque eſt quod Chriſtianiſſimi principes ſuppetias ferant zelo zelantes pro domo Domini exercituum, quæ juxa Apoſtolum*(a) *eſt Eccleſia. Poſſet haud dubie Deus abſque illis univerſam hæreticorum cohortem conterere ac exterminare, nullius enim creaturæ ſuæ eget miniſterio, vult tamen pro ſua benignitate homines ſibi cooperari: amplaquoque eos donat mercede, qui ei cooperantur, in iis præſertim negotiis, quæ ad fidei dignoſcuntur ſpectare integritatem, quemadmodum multa indicant hiſtoriæ. Laborarunt olim adverſus hæreticos ſtrenue Chriſtianiſſimi principes Conſtantinus, Valentinianus, Theodoſius, Clodovæus, Carolus magnus, & Ludovicus pater S. Ludovici; ſed nunquid præmio defraudati ſunt? minime certe; nam apud Deum gratiam invenerunt, qua nihil in vita eſt expetibilius, & apud homines immortale ſui nominis decus adepti ſunt: contra vero principes, qui hæreticorum conſuetudine abuſi, & eorum deliniti conſortio impiis erroribus non obſtitere, ſed impenderunt ſubſidium, iram Dei vindicem ſenſere, &c.* Non fuerunt hæc inaniter jactata verba; cum enim poſtea nonnulli Galli Reges patrocinium hæreticorum male ab inſanis politicis perſuaſi ſuſcepiſſent, ſic regnumque illud florentiſſimum in ſummas anguſtias adduxerunt: quorum funeſtæ clades alibi lugendæ erunt.

(a) 1. Tim. 3.

Propoſita veterum exempla.

Vaticinium verum in fautores hæret.

CII. Leges pro inſtauranda diſciplina eccleſiaſtica.

Præter ſuperiores ſanctiones ad incorruptam fidei puritatem tuendam latas, aliæ ad conſtituendam aſſerendamque diſciplinam eccleſiaſticam promulgatæ fuerunt: in primis ſancitum (b) ut publicæ & privatæ preces in ſacris templis pro Eccleſiæ quiete & mutua Regum Chriſtianorum concordia funderentur: vetitum (c) ne qua pecunia pro ſacramentorum, rerumve divinarum adminiſtratione acciperetur: ut ſacris ordinibus initiandi literas de honeſtate vitæ, ætate, atque doctrina teſtes producerent (d): ut ſacerdotia viris idoneis demandarentur (e). Præter hæc nonnulla alia ad corruptelas, quæ irrepſerant tollendas decreta; & concilium nona octobris hujus anni ſolutum eſt.

(b) Cap. 1.

(c) Cap. 2.

(d) Cap. 3.

(e) Cap. 9.

CIII.

Quo etiam anno Lutherani, qui Caroli ducis Gelriæ factionem ſecuti pulſo Ultrajectino epiſcopo eam immenſis affecerant calamitatibus, ſuppellectilem omnem auream & argenteam eccleſiarum, cruces nimirum, calices, iconas Chriſti, & candelebra, ad cudendos nummos pro ſumptibus in rem militarem faciendis diripuerunt, interque alia ſacram effigiem Chriſti e cruce pendentis argenteam vetuſtate viſendam, pondo quinquaginta & eo amplius, quæ in baſilica S. Martini ſupra aram maximam inter arcuatas pilas paulo infra Chori teſtudinem ſublimis ſtabat, clam noctu abſtulerunt: quo ſacrilegio comperto, dum exultant hæretici, mœrentes catholici, qui ex ſacræ Chriſti iſtius imaginis inſpectione pietate affici conſueverant, divinum Numen non impune facinus laturum exclamarunt. Neque incaſſum jere vota; nam ſacrilegi homines cogente Deo ipſam Chriſti effigiem in eodem loco repoſuerunt ſequenti nocte: utque perſuaderent populo non ſublatum ut liquaretur, ſitum & ſqualorem ex humiditate aeris pulvereque contractum diligenter deterſerunt; increbuitque fama pluribus ſcriptis Germanicis per univerſam Hollandiam ſparſis divini prodigii hiſtoriam continentibus confirmata, monetarii utramque manum, dum Chriſti ſignum liquandum in focum immittere pertentaret, non modo ambuſtam, ſed quaſi amputatam una cum ipſa mole in terram decidiſſe, divinæque iræ horrendo exemplo perculſos ſacrilegii ſocios ſacram Chriſti imaginem in priſtinum ſuum locum reſtituiſſe. At Lambertus Hortenſius (f) rerum Ultrajectinarum ſcriptor hæreticus; qui idololatriæ crimine catholicos ob cultum ſacrarum imaginum inſimulat, hoc prodigium inter fabulas refert; ea ſcilicet remeritate & impudentia, qua innumera alia prodigia pro confirmanda ſacrarum imaginum veneratione divinitus edita impii deridere conſueverunt. Et certe qui hæreticorum in expilandis ſacris imaginibus furorem & avaritiam perpenderit, non ſine maxima cauſa imaginem amplius quinquaginta pondo argenti ab hæreticis militibus, qui arma faceſque Ultrajectinis civibus intentabant, niſi diripi templorum ornatum paterentur, reſtitutam cognoſcet: quod diſſimulans author hæreticus inſulſam argutiolam ad prodigium obſcurandum affert, nimirum repo-

Ultrajectina eccleſia ſpoliata a Lutheranis.

Divina ultio in ſacrilegum iconoclaſtam.

(f) Lamb. Hortenſ. rer. Ultrajectin l. 6.

repoſitam in ſuo loco imaginem ad removendas vanas catholicorum ſcelus execrantium ominationes; quaſi eas tanti faciant latrones hæretici, ut quinquaginta argenti libras ex unguibus rapaciſſimis avelli ad ſedandas arguendaſque inanes voces patiantur, & non potius diras pœnas imprecantes illuſiſſent, ſi Chriſti argenteam illam imaginem liquatam, in nummos nullo edito divinæ ultionis exemplo conflaſſent: & cur non etiam calices argenteos & alias cruces alii monetarii reſtituerunt, niſi quia divina ultio nondum impium facinus ſecuta fuerat?

CIV. In ducem Gueldriæ.

Cæterum Gueldriæ duci non profuit bellum ſacris pro retinendo Ultrajecto intuliſſe, ſpoliaſſeque templa; nondum enim pecunia e ſacris vaſis ſigniſque conflata ex utroque latere percuſſa fuerat in monetaria officina Petri Montani, ut diſtribueretur militi, cum Burgundicus exercitus catholicus, duce Henrico Bavaro epiſcopo, in Ultrajectinam urbem irrupit junio ineunte, ac ſacrilegos Lutheranos partim obtruncavit, partim diſpulit, Petrique Montani cruces & calices conflantis argentaria officina expilata eſt, necnon omnium Lutheranorum ædes, non inſcriptæ, diripiendæ militi catholico expoſitæ fuerunt. Ita Ultrajectum in epiſcopi poteſtatem redactum eſt, ſumptumque de factioſis ſupplicium: recuperata etiam nonnulla alia oppida, ut Rhenæ & Hardervvica; at Tyla irrito conatu oppugnata.

Ultrajectum in epiſcopi poteſtatem redactum.

CV.

Porro epiſcopus principatus Trajectenſis jura, quæ adverſus vim Gelriæ ducis Lutheranorumque factionem tueri non poterat, ſcriptis publicis tabulis in Carolum V. Cæſarem tranſtulit, ejuſque procuratorem in Trajecti poſſeſſionem induxit, cui cives ſolemni ſacramento fidem addixere: *Epiſcopus*, inquit author, *aſſenſu ordinum in curia magnæ baſilicæ D. Martini* XII. *kal. novembris jus epiſcopatus ducibus Brabantiæ & comitibus Hollandiæ tradidit, cum octingentos & ſexdecim plus annos res ampliſſimæ ditionis in varia ejus gentis fortuna belli & domi ab epiſcopis adminiſtrata eſſet.* Et infra: *Fuit autem hic CCCCC. &* X. *annus a morte Adelboldi epiſcopi, ſub quo prima odii fax inter Ultrajectinos & Hollandos ardere cœperat: a pulſo vero ex urbe Ratbodo Phriſiorum Rege DCCC. ſupra* XXIV. *quo anno Ultrajectum Willibrordus reverſus ſacellum ſanctæ Crucis primum poſuit, DCCCXXXII. ab reditu ejus e Roma in urbem Sergii Pontificis authoritate in epiſcopatum confirmati: quo item anno Thomæ ſacellum, poſtea Martini dictum ab eodem epiſcopo conditum fuit & epiſcopatus, & ab epiſcopis regnari cœpit: a regni Hollandici origine DCLXXXII. annus ſi tempora recte a ſcriptoribus digeruntur.*

Quanto tempore epiſcopi regnariot Ultrajecti.

Cum vero principatus Ultrajectinus ab epiſcopo ſine ſummi Pontificis authoritate abalienari non poſſet, conſultus tota de re Clemens, ejuſdem principatus jura Carolo V. aſſeruit, ut contra Gelriæ ducis & Lutheranorum molimina rem catholicam tueretur: qua de re apoſtolicum diploma (*a*) proximo anno exaratum eſt, cujus poſtremam partem ſubiicio.

Principatus jura ab epiſc. in Carol. V. tranſfuſa.

(*a*) *Ext. in app. hiſt. Ultraject.*

CVI.

Clemens, &c. Habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione & diſcuſſione, electum, [nimirum Henricum,] & ſingulares perſonas capitulorum hujuſmodi a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, de eorundem fratrum concilio & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine translationem temporalis juriſdictionis civitatis, caſtrorum, & oppidorum tam patriæ Tranſſellanæ ſuperioris, quam patriæ Trajectenſis inferioris, ac aliorum jurium prædictorum, in ipſum Carolum Regem, tanquam ducem Brabantiæ & comitem Hollandiæ, ac illarum donationem ac alia per eundem Henricum electum de eorumdem capitulorum conſenſu facta authoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus; præterquam quoad caſſationem penſionis, nimirum duorum millium aureorum in eventum unionis menſæ epiſcopalis Trajectenſis beneficiorum eccleſiaſticorum valore dictæ penſionis. &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini MDXXIX. XIII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* VI. Redacti porro in ditionem Caroli Regis Ultrajectini imperiis acerbioribus contineri cœpti ſunt (*b*), qui ſuave epiſcoporum jugum pati non potuerant.

(*b*) *Heri. ter. Ultraject. lib. 7.*

CVII. Brixiam inficit hæreſis.

In Italiam irrepere conata hæreſis hoc anno Brixiam inficere cœperat Joannis Baptiſtæ Palavicini ordinis Carmelitani pſeudomonachi opera: ſed Paulus Zana urbis illius epiſcopus ſtrenue graſſanti malo obſtitit, ejuſque ſtudio exciti Brixienſes magiſtratus in hæreticos conſurrexere: quorum pietate & diligentia collaudata Pontifex cenſuram fidei exerceri in impios juſſit, atque epiſcopum Brixienſem cenſoremque ampliſſimis manda-

tis

Digitized by Google

(a) Ext. in bull. in Clem. VII. conſt. 22.

tis ad evellendas omnes hæreſeos Lutheranæ fibras inſtruxit. Conſignatum eſt hac temporis nota hujuſmodi diploma (*a*). *Datum. Viterbii ſub annulo piſcatoris die* XIII. *julii MDXXVIII. pontificatus noſtri anno* V.

CVIII. Jactæ hoc anno ſchiſmatis Angl. ſemina.

(b) Sanderus de ſch. Angl. Pol. Virg. l. 27. Sur. in comm. Harpſfel. in hiſt. eccl. Angl.

Hoc anno ſchiſmatis Anglicani & ſecuti poſtea religionis orthodoxæ excidii ſemina jacta ſunt (*b*) Thomæ Volſæi Cardinalis imprudentia & ambitione: is enim imperitorum quorundam theologorum de conjugio Henrici Regis diſceptantium ſuſurros collegerat, ipſius matrimonium legibus non initum, ot qui Arthuri fratris defuncti uxorem duxiſſet, quod illi divino jure vetitum interprerarentur, ut propterea a Romano pontifice conceſſa peragendi ejuſmodi conjugii venia non valeret.

Volſæus Card. de matrimonio Regis Henric. litem movet.

CIX.

Speciosum erat aſſentantium politicorum ad matrimonium dirimendum argumentum, cum nulla proles maſcula ex illo ſuſcepta eſſet, immineretque periculum, ne ad externum principem Angliæ imperium deferretur. Itaque licet initio Henricus a conjugis repudio abhorrere viſus eſſet, tamen partim quod ſimoltates cum Carolo V. ſororio geret, partim quod voluptatum illecebris delinitus alias nuptias concupiſceret, partim quod filium habere exoptaret, cauſam apud ſedem Apoſtolicam judiciario ordine experiri conſtituit. Itaque rogatus Pontifex, ut jus in ea controverſia diceret, cum ob beneficia in adverſis rebus jam ante accepta Henrico Regi obſtrictus eſſet, illumque magis ſibi devincire cuperet, eo adductus eſt, ut Laurentium Campegium Cardinalem ad cognuſcendam cauſam legatum decreverit diplomate ita conſignato. *Datum Viterbii anno incarnationis dominicæ MDXXVIII. pontific. noſtri ann.* V. Hujus legationis occaſione Henricus in ſpe diſſolvendi conjugii, inque innocentiſſimæ conjugis abalienatione magis confirmatus eſt; ex quo ad concubitus promiſcuos dilapſus non uti Cardinalis Volſæus animo agitarat, Galliarum Regis affinitatem, repudiata Cæſarea, exambivit; ſed Annæ Bulleinæ hæreticæ, ſcortique impuriſſimi ſervituti regium decus proſtituit, & hac cathena irretitum dæmon ab Eccleſiæ obſequio divulſit.

A repudio initio abhorret Henricus Rex.

Decretus in Angliam legatus Card. Campegius.

Henricus Rex averſus ab uxore dilabitur ad ſcorta. Quanta inde mala ſint conſequuta.

CX. Luſitanorum in mare erythræum expeditio.

In Indiis hoc anno ſeptemdecim Luſitani, qui navicula vehebantur, intercepti a Mauris ad Badurem Cambaiæ ſultanum adducti ſunt: qui ipſos primum blandis verbis ac pollicitationibus ingentibus a Chriſti cultu ad Mahometis ſuperſtitionem pellicere, mox eorum conſtantiam minis ſuppliciiſque labefactare tentavit: ſed nemo ex iis promiſſis barbari, aut dolore frangi ſe paſſus eſt: quinetiam Didacus Meſquita, cum in ingentis bellicæ machinæ tubo poſitus fuiſſet, ac ni Chriſtum execraretur applicato igni ſe laniatum iri audiret, imperterritus reſpondit, quodcumque ſupplicium etiam atrocius pro Chriſto ſe toleraturum, ac ſi diuturnius foret, in eo ſe demonſtraturum quanta voluptate in perferenda nece pro divini Numinis honore & ſanctiſſima ſua fide potiretur: qua conſtantia perculſus tyrannus illum ex tormenti bellici hiatu educi, atque una cum aliis in tetrum carcerem conjici juſſit, e quo poſtea iidem glorioſi Confeſſores emiſſi fuerunt.

Septemdecim Luſitanorum inſignis fidei confeſſio. Didaci confeſſoris conſtantia. Tertius tyrannus noluit Martyrem efficere.

I. ANno ſalutis milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono indictione ſecunda ab hæreticis & Turcis deleta pene eſt res Chriſtiana in Germania & Pannonia : quo tempore in novo orbe plura centena hominum millia ad Chriſti cultum & obſequium ſedis Apoſtolicæ ſe contulerunt. Nam hæreſis ob Regum Chriſtianorum diſſidia, ob recentes eccleſiæ Romanæ calamitates, ob imminentes Turcicas eruptiones audentior effecta, palam efferre caput altius non contenta, etiam catholicos aperta vi obterere cœpit. Supererant adhuc Baſileæ plures viri catholici acceptæ a Chriſto per Apoſtolos eorumque ſucceſſores doctrinæ tenaces, qui cum libertate magna orthodoxam religionem tuerentur, ac pii ſacerdotes e ſacro ſuggeſtu impiorum hominum flagitia arguerent, facta eſt ab hæreticis in eos omnes conjuratio, qua ſævo impetu Turcico more in ſacra templa incurſum eſt, ac dirutis altaribus, & ſacris imaginibus concrematis, tunc miſſæ ſacrificium abolitum, ac de magiſtratus gradu catholici dejecti. Quibus de rebus hæc narrat Surius (a) : *Hujus anni menſe februario Baſileæ cives tumultuantur, & duodecim ſenatores loco movent : quin & ſacras imagines, ut ſupra attigimus, in templis omnibus demoliuntur, ceu idola quædam, ita perſuaſi a ſuis doctoribus, quaſi eadem ſit apud Chriſtianos ratio imaginum, quæ fuit olim apud ethnicos idolorum : miſſam quoque prorſus abolent, nihil deinceps habituri commercii cum incruento illo Eccleſiæ ſacrificio. Ipſo die cinerum ſtatuas vel imagines ligneas diſtribuerunt in homines tenuioris fortunæ, ut illis barbaro in primis exemplo ad focum abuterentur : ſed illi tanta contentione eas ſibi ſingulatim vendicare conabantur, ut ad pugnas quoque ventum ſit. Ea re factum eſt, ut in novem congeſtæ ſtrues, ante ſummam ædem flammis omnes permitterentur. His rebus geſtis lætum illi diem egerunt tam egregio patrato facinore. Aliis quoque locis ſævitum eſt in imagines vel ſtatuas, miſſæque ſacroſanctum ſacrificium ; & erat hoc præclarum evangelii recens orti ſtudium, ut nihil intentatum relinqueretur a ſui ſtudioſis, quod ampliſſima antichriſto itinera præpararet.*

Extant apud Summont condit inter PP. & Carol. V.

Baſileæ conflata in catholicos conjuratio.

(a) *Sur. in comm. hoc ann.*

Calumniantur eſſe eandem imaginum ſacrarum & idolorum rationem.

II. *Anno ſuperiori multum tum Cæſar ipſe per epiſcopum Hildesheimenſem, tum epiſcopus Argentoratenſis, & plerique alii egerunt apud Argentinenſes, ut nihil in religione mutarent, aut certe expectarent concilii ſententiam : at illi quoque improborum hominum peſtiferis perſuaſionibus circumventi, ad res novandas animum adjecerunt : atque ita alii poſt alios paſſim in Germania nobiliſſima quondam provincia, in olim damnatos, nimiumque craſſos errores prolapſi, cæteris nationibus ſe affatim irridendos propinarunt. Certe ipſe quoque Turcarum princeps Solimannus Lutheranos deteſtatus fertur, propterea quod eſſent proni in ſeditiones concitandas. Interim vero, qui a catholica Eccleſia deficiebant valde ſibi gratulabantur quod tyrannicum Romani Pontificis jugum excuſſiſſent, & jam tandem veram evangelii lucem inveniſſent ; Romanos enim Pontifices non alio, quam tyrannorum loco habent, & doctrinam Eccleſiæ vocant papiſticam, ac meras tenebras. Porro interim illos duces ſequuntur, qui odioſiſſime a ſe invicem in rebus graviſſimis diſſentiunt, & miſeros pluſquam Cimmeriis tenebris involvunt : quod tum demum ipſi nimium male experientur, cum erit migrandum e corpore.*

Argentina hæreſi infecta.

Aliæ poſt alias urbes in hæreſim lapſæ.

Hæretici lucem tenebras & tenebras lucem dicunt.

III. Quamquam vero Eraſmus jam plura in ſacras imagines impie effutiiſſet, tamen hoc Baſileenſium facinus damnavit, cujus ne particeps, videretur Baſilea Friburgum conceſſit, libellumque edidit adverſus hæreticos, qui ſe falſo evangelicos jactant, atque inter alia illud obſervatione digniſſimum dixit : *Nullum ſe noviſſe en illis nempe evangelicis, qui non ſeipſo videatur eſſe factus deterior.* Ex quo perſpicue patet, hæreſim ex morum corruptela natam mores corrumpere ſolitam : impietate vero a Lutheranis Turcas victos memorat Joannes Faber hiſce verbis (b) : *Suſpicite & levate capita veſtra quotquot ſacrilegi eſtis, num liceat vobis e ſacrario temploque Dei facere ſtabula equorum porcorumque ; in quo Turcis pejores eſtis, Cappadoces enim & Macedones, ac aliæ nationes, quæ ſub Turco ſunt ſi quando vel D. Georgii vel D. Nicolai & plerumque Joannis Baptiſtæ & B. virginis Mariæ templa occupant, nihil violant, nihil deturpant. Nempe Maria Dei mater & virgo, Joannes Baptiſta, Georgius martyr, & Nicolaus epiſcopus eu alchorano & ejuſdem alchorani interpretibus maximo in honore ſunt apud Turcos. Hoc ipſum probat quod propriis oculis videre datum eſt, quod cum an. MDXXIX. Solimannus Turcorum tyrannus per Strigonienſem agrum cum ſuo grandi exercitu properaret in Auſtriam, ut expugnaret Viennam Auſtriæ metropolim, vaſtaſſetque ac incendio & flamma perdidiſſet cuncta, inventæ ſunt eccleſiæ ſub titulo D. Georgii martyris, inter quas una Strigoniæ fuit ornata optime :*

Eraſmi de pſeudo-evangeliis ſententia inſignis.

(b) *Jo. Fab. l. 1. de ſacris non temere violandis.*

Lutherani pejores Turcis.

D. Georgii imaginem & eccleſiea venerantur Turcæ.

me : intravere Turci, pernoctavere illic ; ſed ne una quidem imago læſa eſt, minus incendio flammaque conſumpta.

IV.
(a) Coel. hoc ann. in act. & ſcript. Lut. Sur. in comm. hoc ann.

Hæc Baſileenſium ab Eccleſia defectio alios tumultus ſecum traxit (*a*) ; nam Tigurini & Bernates Helvetii a Zuinglio corrupti Baſileenſium armis auxiliaribus ſuffulti, in quinque toparchias, quas cantones vocant, adhuc in fide orthodoxa perſtantes, nimirum Lucernenſes, Suirenſes, Subſilvanos, Urienſes, & Zugenſes militari a ſigna extulerunt, cruentaſque & horribiles ſtrages hic motus minitabatur, ni aliæ toparchiæ fœdere junctæ, nimirum Glareani, Solathernii, Friburgenſes, Schafhuſenſes, & Appocellenſes concordiæ egiſſent interpretes. Tigurini & Bernates, cum pollerent viribus, magis ferociebant, eum pacis arbitri hanc concordiæ formulam catholicis iniquiorem compoſuerunt : *Juſſi ſunt*, inquir Coclæus, *Catholici mox antequam e campo abirent, tradere in manus ſequeſtrorum literas ſigillatas fœderis, quod cum Rege Ferdinando inierant, ut ruptis ſigillis ſciſſiſque membranis fœdus illud, prorſus emortuum ac irritum eſſet decretum eſt : item ut a Regibus & principibus nulla deinceps munera aut ſtipendia ulli reciperent Helvetii, utque Bernenſibus, Tigurinisque, & eorum complicibus pacta ſua inter ſeſe inita firma permanerent, neque ad reſtituendum quiſpiam teneretur, neque in jus vocaretur, qui imagines aut altaria demolitus fuiſſet, aut ſacras veſtes aliaque eccleſiarum ornamenta rapuiſſet, &c.*

Hæretici Helvetii catholicos opprimere nituntur.

V.
(b) Id. ib. Sur. in comm.

Addit (*b*) hæreticos Lutheranos & Zuinglianos furoris & dogmatum conjunctionem Philippi Lantgravii Haſſiæ opera Marpurgi pertentaſſe, cum ſuperioribus annis hæreſiarchæ ſinguli contendentes ſe divino lumine ad evangelium purum docendum colluſtratos, ſuggeſtas a dæmonibus interpretationes ac fœdiſſima ludibria credulis volaticiſque hominibus proponerent : *Philippus Haſſiæ Langravius*, inquit author, *ægre ferens inimicam illam inter Lutherum Zuingliumque & Œcolompadium contentionem & diſcordiam, convocavit eas in urbem ſuam Marpurgum, ut ibi amica diſceptatione finiretur contentio. Convenerunt quidem illi & multi complices eorum, atque ut aliquid effeciſſe viderentur, conſcripſerunt ac ediderunt aliquos articulos, in quibus contra catholicam eccleſiam conſentiebant inter ſeſe, velut Herodes & Pilatus contra Chriſtum : verum in principali articulo de venerabili ſacramento Euchariſtiæ, de quo præcipue contenderant ſemper, hæſit ac permanſit inter eos diſcordia. Zuingliani circumferebant trecenta argumenta quæ dicebant a Zuinglio fuiſſe objecta Luthero, re igitur infecta diſceſſum eſt.*

Haſſiæ Lantgr. Lutheranos & Zuinglianos conciliare nititur.

Irrito ſucceſſu res tentata.

VI.
(c) Ulemb. c. 20.

Hæc vero trecenta ſophiſmata ad tria præcipua redigebantur, de quibus memorat Ulembergius hiſce verbis (*c*) : *De Euchariſtia tantum inſtituta fuit collatio, in qua Zuinglius & Œcolampadius contra Lutheri ſententiam tria potiſſimum argumenta protulerunt : primum formatum fuit ex dicto Chriſti Joan.* VI. Caro non prodeſt quidquam. *Alterum ex articulo fidei de Aſcenſione Chriſti in cælum partim, partim ex principiis phyſicis, quod naturale corpus eodem tempore non niſi uno in loco eſſe poſſit ; de quo argumento diu diſceptatum fuit. Tertium vero ex ſacramentorum natura deſumptum fuit, quod in primis Œcolampadius vehementer urſit, aſſerens Chriſti verba non aliter accipienda, quam ſacramentorum ratio ac natura ferat, ex quo conſequens eſſe dicebat, non vere Chriſti corpus adeſſe in Euchariſtia, ſed ſignificatione tantum. Lutherus ad hæc argumenta reſpondit eum in modum, ut ipſe Sacramentariis abunde ſatisfactum cenſeret, quanquam illi longe ſecus judicarent : demum Zuinglius & Œcolampadius multas recitarunt ſanctorum patrum ſententias, quibus opinionem ſuam aſtrui perſuaſum habebant. Contra Lutherus & Melanchton cum cæteris non pauciora patrum earundem teſtimonia ſcripta Lantgravio obtulerunt, quibus veram Chriſti corporis in Euchariſtia præſentiam confirmabant. His ad eum modum peractis, utrique in ſententia ſua rigide perſtiterunt.* Et infra.

Vanæ Zuinglii argutiæ.

Confutatæ ab ipſis Lutheranis.

Aiunt Œcolampadium a Langravio privatim admonitum de perſpicuitate ac certitudine verborum Chriſti cum gemitu reſpondiſſe, optare ſe dextram ſibi fuiſſe præciſam antequam de hac controverſia ſcribere quidquam ordiretur. Certe Lutherani Zuinglium & Œcolampadium incertos de doctrina ſua fuiſſe memorant ; & reſtitiſſe tamen contumaciter veritati : quam ob cauſam accidiſſe putant horrendo Dei judicio, ut uterque biennio poſt e medio tolleretur, alter confoſſus in prælio, alter vero mœrore animi ob repentinum Zuinglii caſum extinctus, quemadmodum & Core, Dathan, & Abiron abſorptos hiatu terræ deglutiverit infernus, cum Moyſi reſtitiſſent.

Œcolampadium pœnitet flagitii. Zuinglius & Œcolampadius incerti fluctuare viſi.

VII.
Sacramentarii & Lutherani inter ſe non conveniunt.
(d) Luth. ad Jac. præp. Bremum.

Sacramentarii victum fuiſſe Lutherum jactarunt, viciſſimque Lutherani ſacramentarios confuſos divulgarunt ; adeo ut de his hæc ſcripſerit Lutherus in literis proximo anno ad Jacobum præpoſitum Bremenſem datis (*d*) : *Vides hos Marpurgi revocaſſe in articulis poſitis ea, quæ de-*

ba-

baptiſmo, ſacramentorum uſu, ſimiliter externo verbo, & alia, quæ hactenus editis libris peſtilenter docuerunt, nos nihil revocavimus. At cum victi eſſent etiam in cœna dominica noluerunt revocare hunc articulum, etiamſi viderent ſeſe non conſiſtere; metuebant enim plebes ſuas, ad quas non licuiſſet reverti, ſi revocaſſent. Et qui non vincerentur? cum Zuinglio unum & totum argumentum fuerit, corpus non poſſe eſſe ſine loco & dimenſione: cui ego ex philoſophia oppoſui ipſum cælum naturaliter eſſe ſine loco tam magnum corpus, nec diſſolvere potuerunt. Œcolampadio vero fuit unicum argumentum: Patres appellant ſignum: ergo non eſt ibi corpus. Multis vero verbis promiſerunt ſe velle nobiſcum eatenus dicere Chriſti corpus veraciter eſſe in cœna præſens, & ſpiritualiter tantum, ut eos fratres dignaremur appellare, & ſimulare concordiam. Hoc quod Zuinglius palam lachrymans coram Lantgravio & ordinibus rogabat. Nonnulliſque interjectis. *Tandem id conceſſimus ut in articulo ultimo ponitur, ut fratres quidem non eſſent, ſed tamen charitate noſtra, quæ etiam hoſti debetur, non ſpoliarentur: ita indigniſſime affecti ſunt, quod fratris nomen non potuerunt obtinere, ſed pro hæreticis diſcedere cogerentur, &c. Dat. Coburgi prima die junii MDXXX.*

Lutherus & Zuinglius ſe habent pro hæreticis.

Enixum Lantgravium eos ita inter ſeſe conciliare, ut quamvis circa Euchariſtiam diſſiderent, tamen mutuo ſe fratres appellarent; ſed abnuiſſe Lutherum, conſentit Surius (*a*). Ita Lutherus & Zuinglius ſe mutuo hæreticorum loco, uti re vera erant habuerunt. Addit author (*b*): *Porro ſunt, qui ſcribant & putent, in hoc uno articulo diſſidere Zuinglianos a Lutheranis; ſed hoc falſiſſimum eſt, cum etiam in aliis non paucis inter ſe hoſtiliter diſſentiant: immo vero paulatim eo res rediit, ut nec Zuingliani cum Zuinglianis, nec Lutherani cum Lutheranis conſentiant; ſed alii alios palam evulgatis libris odioſiſſime & impotentiſſime proſcindant.*

(*a*) *Sur. in comment.*
(*b*) *Id. ib.*

VIII. Conventus agunt varios.

Suabachi quoque & Smalcaldiæ hæreticorum conventus acti, ut in catholicos fœdus pangerent; ſed eorum controverſiæ nullo modo tolli ſententiis potuere, ut refert Surius (*c*): *Fuit*, inquit, *hoc anno Suabachi conventus eorum, qui ſe evangelicos dicebant; ſed cum inter ſe convenire non poſſent de cœna Domini [ſic enim vocabant ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum] alius conventus Smalcaldiæ indictus eſt. Ita hoc præclarum evangelium in re præcipui momenti neque tunc neque poſtea unquam idem ſtatuere potuit: eaque diſcordia magis ac magis ſemper aucta eſt, quemadmodum illis evenire neceſſe eſt, qui a veritatis conſtantiſſima luce ad incertas varias & lubricas humani ingenii opiniones ſeſe transferunt.*

(*c*) *Sur. in comm. hoc ann.*

Nec ceſſiſſe rem felicius in Smacaldienſi conventu tradit pluribus interjectis idem author, ſic inquiens: *Qui ſe evangelicos proteſtantes vocabant, rurſus alium conventum indixerant Smalcaldiam, eoque cum ventum eſſet, tametſi omnes cuperent vires ſuas icto fœdere conjungere, & ſe adverſus pontificiorum, id eſt catholicorum potentiam communire; nihil tamen confici potuit, quod & Lutherani nollent eos recipere, qui dogmata Lutheri omnia complecti non vellent, & Zuingliani, ut id facerent adduci nulla ratione poſſent; putabant enim pro ſua parte potius ſtare verbum Dei, & puram evangelii doctrinam, quam pro Lutheranis: Lantgravius vero medium ſe inter utroſque gerens volebat eos redigere in concordiam; ſed ejus conatus omnes irriti fuere; cum enim jam utraque pars ab catholica Chriſti Eccleſia ſe ſeparaſſet, non poterat habere ſpiritum illum concordiæ & pacis, qui non eſt extra Eccleſiam Dei toto orbe diffuſam. Interim Zuingliani nolebant a ſua diſcedere ſententia, nec minus ipſi reiiciebant Lutheri judicium & authoritatem, quæ erat maxima apud Lutheranos, quam Lutherus Romani Pontificis. Quid ergo mirum ſi Lutherus ab eccleſia Romana ſub verbi Dei & evangelii prætextu procaciter diſceſſit, quando ab ipſo Luthero, quem jam plerique ceu Deum ſuſpiciebant, ſub eodem prætextu intra pauciſſimos annos ipſius diſcipuli pertinaciſſime deſciverunt? non enim minus nititur verbo Dei, licet perperam intellecto, Zuinglius cum ſua cohorte, quam Lutherus cum ſuis; & tamen neceſſe eſt vel Lutherum errare vel Zuinglium. Non ergo ſatis eſt ſcripturas allegare, quibus plerique omnes hæretici ſua ſemper quantumvis abſurda paradoxa firmare conati ſunt; ſed oportet legitimam ſcripturarum vim & intelligentiam adhibere, quæ non eſt apud hæreticos, ſed in ſola Eccleſia catholica, cujus & doctor & rector eſt Spiritus ſanctus: id quod non ſine cauſa identidem inculcamus.* IX.

De interpretatione evangelii diſſentiunt.

Convicti hæretici ex ipſorum diſſenſione non ſufficere ſcripturas.

Sed quid mirum ſi Lutherani cum Lutheranis, aut Zuingliani cum Zuinglianis non conſentiant, cum Lutherus a Luthero, & Zuinglius a Zuinglio diſſideant, ut editi antilogiarum libri (*d*), vulgatæque anno ſuperiori palinodiæ teſtantur: at non modo antilogum & bicipitem aut bifrontem Lutherum, ut Joannes Faber, ob dogmatum inconſtantiam, verum ſepticipitem demonſtravit Joannes Coclæus (*e*), edito eleganti libro, cujus argumentum ipſe his verbis deſcribit X.

(*d*) *Jo. Fab. l. antilog. Zuingl. & l. antilog. Luther.*
(*e*) *Cocl. in act. & ſcript. Luth. hoc ann.*

Nec Lutherus cum Luthero nec Zuinglius cum Zuinglio conveniunt.

bit. *Edidit ſub idem tempus Coclæus latinæ haud ita brevem librum, qui inſcriptus eſt, Septiceps Lutherus, quem ob duas potiſſimum cauſas ex diverſis Lutheri opuſculis tam latinis tum Theutonicis in unum collegit, nempe & propter concionatores catholicos, ut ii quovis propoſito themate Lutheranos facile per propria ſcripta Lutheri abſque longæ diſquiſitionis labore, ac tædio reprobare, atque confundere poſſint, & propter exteras nationes, ut viri docti linguam Germanicam non callentes, in futuro concilio haberent breve compendium, ex quo intelligerent qualia theutonice ſcripſerit Lutherus, atque eo facilius eum velut ſervum nequam de ore proprio judicarent. In præfatione autem ejus libri ubi admonuiſſet lectorem quomodo eum librum cum fructu aliquo legeret, ita ſubjunxit: Cogita, quæſo, lector, quam periculoſum ſit illi firmiter adhærere, & ab illius parte ſtare, qui tam inſtabilis ubique eſt in ſeipſo: aut ei pluſquam toti Eccleſiæ credere, qui toties contradicit & non credit ſibi ipſi, ac ſe proprio judicio condemnat, & mendacem reddit: ipſe quidem ſacramentariis ſuermeris, nunc adverſariis, paulo ante dilectiſſimis fratellis, filiolisque, & aureis amiculis ſuis triumphabundus objicit, ibi mera eſſe & mendacia & dæmonia ubi tanta reperiatur eorum de re una diverſitas, utpote circa Euchariſtiæ ſacramentum: quanta, obſecro, jactias nos id ipſum objicimus ei, qui cum ſit in ſubſtantia individuum unum, ſeipſum in ſeptem capita contrariis aſſertionibus diviſit? multa quidem peperit olim monſtra Aphrica; ſed mirabiliora nunc parit monſtra Germania: quid enim monſtroſius quam in uno cucullo reſidere tot capita, inter ſeſe tam contraria atque diſſimilia? quid ad hæc Janus bifrons? quid Geryon triceps? quid Cerberus trifaux? fabulæ ſunt poetarum & jocoſa figmenta: at ſepticeps cucullus, immo cucullatus iſte draco noſter nimium vero ac ſerio ſeptem capitibus Germaniam confudit, ac peſſimis venenis lethaliter afflat atque corrumpit. Quis antea vidit, quæſo, tale unquam portentum?* Et infra: *In veteri Chriſtianiſmo multitudinis credentium erat cor unum & anima una: in novo autem evangelio Lutheri diſſecatur cor & caro una in corda & capita multa, ut non ſolum diverſi diverſa ſentiant, ſed & unus arroget ſibi ſenſus & capita multa, &c. Nos quidem breviter ſeptem elicuimus, qui invite ac gravi cum tædio nauſeaque Lutheri libros legimus. At ſi quis plura in eis deſideret ſive monſtra ſive capita, modo excutiat ac perluſtret paulo diligentius, inveniet procul dubio multa & plura & mirabiliora, & ea quidem uſque adeo abſurda, impia, blaſphema, ut homo pius ac timoratus neque lingua eloqui, neque mente cogitare atque revolvere ſuſtineat.*

Ad conciliandum (*a*) Lutheranæ ſectæ patrocinium antiquitatis concitandumque in catholicos Germanicæ plebis odium, Joannes Agricola poeticus theologus, & ſacerdos non unctus, ut ipſemet gloriatur, ſcilicet non conſecratus, ſed commentitius (horrendum enim, id divinæ vindictæ genus in ſe traxerunt Germani, obſervat Surius (*b*), ut qui ab Eccleſia calicis, quem ſibi per invidiam præreptum a ſacerdotibus ajebant, cupiditate deſciverunt, ſacerdotes fictitios ſint nacti, qui pro corpore & ſanguine Chriſti panem piſtorium & vinum popinale porrexerint) edidit (*c*) quandam Joannis Hus hæreſiarchæ concilii Conſtantienſis juſſu exuſti hiſtoriam in quadam bibliotheca repertam, cujus author incertus omnia præſens viderit: in cujus præfatione impius ac blaſphemus Agricola eumdem Joannem Hus probum Dei amicum, concilium vero Conſtantienſe ſynagogam antichriſti vocat. Cæterum ea ipſa hiſtoria, *parum Lutheranis*, inquit Coclæus, *conducit; nam eos articulos, quos ipſi maxime affirmant, Joannes Hus & in eccleſia Conſtantienſi ante degradationem ſui, & foris in campo circa ſupplicii ſui locum publice coram omnibus negaſſe refertur in hiſtoria illa: non eſt igitur quod de ea hiſtoria glorientur Lutherani.* XI.

(*a*) *Coel. in act. & ſcript. Luth. hoc ann.*

(*b*) *Sur. in comment.*

Lutherani dum calicem affectant ſeu uſu Euchariſtiæ privant.

(*c*) *Coel. ubi ſup.*

Joannes Agricola Antinomorum princeps.

Joannes porro Agricola ut parem ac reliqui hæreſiarchæ gloriam æmularetur, Antinomorum, ut refert Ulembergius, (*d*) ſectam condidit nefandiſſimam, de quibus hæc tradit Petrus Cratepolius (*e*): *Antinomi quaſi legem ſpernentes, ſive eam impugnantes, vel legi divinæ contrarii adeo efferant evangelium, teſte Staphilo, ut affirment legem Dei prorſus inutilem, & neque ante neque poſt juſtificationem neceſſariam eſſe, hominesque evangelicos non obligari ad bona opera divinæ legis. Apud iſtos hæreticos tanta eſt varietas, tanta confuſio & doctrinæ inconſtantia, ut tot exiſtant fere factiones, quot capita; tot prope hæreſiarchæ, quot ſectarii; alii namque ſunt Lutherani, alii ſemilutherani, alii antilutherani.*

(*d*) *Ulemb. in vit. Luth.*

(*e*) *Cratep. in Antin.*

Lutheranorum factiones variæ.

Horum hæreticorum decalogum aſpernantium ſophiſmata duo erant præcipua: primum quod ſufficeret credere: ſecundum quod vetus lex abrogata eſſet, quod dixiſſe eos conſtat ex Joanne Fabro, qui Lutherum & Melanchtonem in luſtratione Saxonica ita hanc palinodiam canentes. *Debent prædicatores decem præcepta ſæpe* XII.

ac

ac diligenter prædicare ; his verbis ſuperiori anno perſtrinxerat (a) : *Si ego ruſticus in Saxonia fuiſſem id temporis cum ſuo æquali Luthero luſtrationem habuit, ac ad me veniſſent, ego canes domeſticos in eos irritaſſem, his verbis illis obvians : Aſpice tu Melanchton, ac tu Luthere, quo tandem nos abducis. Quod os, aut quæ tibi frons eſt, ut ad me venire, aut bene longo ſermone de bonis operibus diſputare auſis, cum tamen prius in tuis locis communibus ac aliis lucubrationibus aliter ac longe diverſius ſcripſeris, nempe quod tantum credere debeam ? Quid mihi nunc loqueris de decem præceptis, cum apud Chriſtianos eſſe tantum novem prius affirmaveris ? nam in veteri teſtamento etiamſi decem ſint, in tabulis Moſis, dixiſti tamen eſſe eaſdem tabulas antiquatas ac fractas, atque ita, ut in novo teſtamento plus novem non ſint, ac reperiantur*. Cum etiam Lutherus palinodiæ ſuæ adjeciſſet hæc verba : *Vociferantur quidam, bona opera nihil mereri apud Deum, adeo ut longius ſatius fuiſſet, ut homines ad bona operanda compellerentur, quam ut acres illæ diſſertiones obſervarentur. Verum enim eſt, quod Deus propter promiſſionem ſuam magis quam propter opera noſtra benigne nobis facit ; opera tamen bona ſicuti Deus præcipit ſic fieri opus eſt*. Ad quam Lutheri aliquantulum reſipiſcentis palinodiam Faber de prædicto Joanne Agricola Islebienſi, qui opera bona conſcripto libro peſtifero damnarat, ſubjecit : *Semper ita, mi Luthere, animatus fui, ſed Islebius tuus Spiræ in me neſcio quid ſcripſit, cum ita publice in concione ſenſiſſem : omnia enim in unicam fidem bonus ille vir ponebat : cum enim ego evangelium de D. Magdalena ad amorem ac bonorum operum rationem interpretatus fuiſſem, perperam ſentire me exiſtimavit : nunc vero comperio quod ego quidem tuo judicio non ab cauſa decidi, verum litem ac rem ipſam, de qua diſceptamus obtinui, &c.* Placuit adeo juventuti petulanti Agricolæ bona opera improbanti exitialis doctrina, ut poſthac ingentes motas de his concertationes audituri ſimus quanquam ipſe Joannes Islebius errorem ſuum Lutheri hortatu damnaſſe feratur. (b)

(a) Jo. Fab. in cenſ. viſ. Sax. c. 5.

Prædicare incipit Lutherus bona opera.

Palinodia impoſtoris.

Corrupta juventus amplectitur avide hæc elim.

(b) Sur. in comm. an. 1538.

XIII. *At præpotens Deus*, inquit Surius, *novis in dies emergentibus hæreſeon & ſcelerum portentis nova adhibebat flagella* ; invexit nimirum hoc anno novum morbi genus, quem ſudorem Anglicum dixere, quo paucarum horarum ſpatio correpti vitam cum morte commutabant : de quo inter alios Hermannus e Kerſenbroch in Monaſterienſi hiſtoria ms. hæc enarrat (c) : *Lethalis ille ſudor (quem Anglicum nominabant) anno MDXXIX. totam Germaniam ſubita ac immenſa hominum ſtrage pervadens, intra viginti quatuor horas correptos aut ſuffocavit, aut ſine vitæ diſpendio priſtinæ ſanitati reſtituit : qui tantum terroris omnibus impreſſit, ut vivi & adhuc integra valitudine fruentes ambulando ſe mori profiterentur. Cum autem hic morbus tantopere graſſaretur, ac plurimos paſſim corriperet, ſterneretque ; ſacerdotum vero cum ſacramenta decumbentibus adminiſtrarent exiguus eſſet numerus, in tanto hi [neceſſitate ſic poſtulante] fuere honore & veneratione, ut numina eos terreſtria eſſe putares. Nihil certe hoc univerſale Germaniæ malum, & incolarum afflictio aliud nobis prædixit, quam majoris mali magnitudinem, & religionis avitæ everſionem paulo poſt futuram : nam eo nunc res devenit, ut hi*, nempe ſacerdotes, *vix cum agaſonibus & viliſſimis homuncionibus conferantur ; immo hominis vix appellatione digni habeantur, ſed lupi ac hominum ſeductores appellentur ; quos tamen Chriſtus lucem mundi & ſalem terræ nominare non dubitavit. Profecto hæc ſunt illa tempora, quibus ſalem infatuatum ab hominibus conculcatum iri Chriſtus prædixit. Quemadmodum igitur ſudor ille luctificus inſtar præcipitis fluminis totam Germaniam ab ortu & meridie in occaſum & ſeptentrionem pervaſit, omneſque pagos & urbes funeſta clade terruit ; ita quoque nova religio, omnes cerimonias antiquas cum bonis operibus damnans, per quoſdam cucullatos & fœdifragos errones, paphioſque myſtas cum plebis applauſu recens invecta, primum in civitates orientales ac auſtrales celeriter detonuit, & inde tandem has noſtras Weſtphalicas urbes non ſine luctifico motu percurrit.*

(c) Herm. de Kerſ. l. 1. c. 9.

Flagello divino percuſſus populus.

Sacerdotes tunc habiti in ſummo honore.

Deinde contempti.

Prædictio Chriſti de ſale infatuato tunc illuſtrata.

Ex vitio hæreſis progenita.

De eodem morbo epidemico hæc Sabellici continuator memorat : *Immunes erant pueri, & ſenes ab hoc malo. Qui media ætate eſſent, aut non multo infra hanc, hi incidebant in morbum, prandentes, dormientes, comeſſantes corripiebat hæc peſtis. Tantum malum erat, ut ipſi medici faterentur ſe neſcire quid eſſet. Tales morbos Deus in iram ſceleribus noſtris provocatus immittere ſolet : pie autem fecerimus, ſi hanc calamitatem ſuis quiſque peccatis imputaverit, & fructus pœnitentia dignos fecerit : placatur enim Deus innocentia, veritate, caſtitate, fide, continentia. Quare ſtolide agunt homines : cum Deus vitiis hominum exacerbatus iſtiuſmodi mala immittit, nos culpam in alia reiicimus &, ut canes ſolent projectum mordemus lapidem, non attendentes ad eum, qui projecit*. Antuerpiæ tridui ſpatio quadringentos & amplius is morbus

Sudoris anglici natura.

bus

bus extinxit. Itaque confugiſſe referunt Antuerpienſes (*a*) ad divinum auxilium; & cum ſolemnes ſupplicationes ſenatus populuſque decreviſſet die archangelo Michaeli ſacro ſubito malum evanuit; cujus beneficii memoriam anniverſaria ſupplicatione colunt.

(*a*) *Auber. Miræus in chron.*

Liberata Antuerpia divinitus.

XIV.

Apud Batavos monialis, quæ extincta videbatur, divino nutu ad ſenſus reverſa teſtata eſt, ſe Lutheranos æternis inferorum pœnis addictos, vidiſſe (*b*): *Anno MDXXIX. Delphis* [*quæ celebris eſt Hollandiæ civitas*] *in monaſterio S. Annæ fuit ſanctimonialis quædam vocata Anna Georgii nota filia cujuſdam viri nobilis alterius provinciæ invita pene in idem monaſterium intruſa, quæ cum annum ætatis ageret vigeſimum quartum, in gravem incidit infirmitatem circa horam ſeptimam veſpertinam, ex qua exanimis facta eſt circa horam tertiam, jacuitque omnium vitalium ſenſum expers ad quartam horæ partem, tandemque ſibi reſtituta graviter ingemuit, oculoſque in prioriſſam coniiciens ait:* Chariſſima mater, ubi nunc fui? equidem vidi ſcribas & phariſæos ardentes in barathro gehennæ: *mater vero placidis ſermonibus eam reprimere conabatur, exiſtimans illam mentis impotentiam incurriſſe. Reſpondit illa, ſe nulla mentis inopia laborare, ſed pleniſſime ſibi conſtare:* Viditque, *inquit*, Lutheranos ardentes in abyſſo inferni; *cumque objurgaretur a quadam ſorore aſtante, prohibereturque talia proloqui, illa mox luculentiori voce ſubjunxit:* Tunc, *inquit*, vis ut ſileam? non eloquar ſolum, ſed vociferabor & ejulabo, quoniam ab omnipotente Deo compellor hæc eloqui, vidique Lutheranos in profundis abyſſi infernalis & quemdam jamdudum; hic Delphis defunctum, *quem quidem ipſa nec viderat unquam nec noverat, ſed quædam laica mulier lecto aſſiſtens eundem noverat.* Vidi præterea, *inquit*, illam perſonam, quæ ut ab hac religione monaſtica deficerem, blandis pernicioſiſque ſuggeſtionibus pellicere conabatur tartareis ignibus mancipatam; ſed gratias ago tibi, benigniſſime Jeſu, quod perſeveravi in hoc ſacro inſtituto, tuum hoc eſt donum, non meritum meum, &c. Subdit author illam pluribus gravioribus oppreſſam morbis, effuſis ad Deum piis precibus, feliciter obiiſſe.

(*b*) *Tilmann. Bredenbac. l.7. collat. c. 27.*

Cœleſte viſum de Lutheranorum damnatione.

Confirmavit etiam Deus hoc anno Chriſti in Euchariſtia præſentiam, de qua concertantes adeo hæreticos vidimus, conſpicuo miraculo, quod Theodoricus Loer inter plura alia Bruxellis edita ita enarrat (*c*): *Anno Chriſti MDXXIX. Elizabeth a Gerven Buſcoduci uxor Henrici a Geveren e puerperio tali claudicatione contracta, ut non niſi ſcipionis aut baculi adminiculo vix aliquo proreperet, Bruxellas profecta eſt; poſtquam in publica proceſſione, quomodocumque poterat, ſecuta eſſet venerabile ſacramentum, perreptavit tandem & in templum ad venerabile ſacramentum a ſupplicatione in medio eccleſiæ in altari repoſitum, coram quo magno deſiderio, devotione, fiduciaque in genua procumbens, ex animo dominum comprecata eſt. Inter precandum ſenſit ſuas precationes a Domino exauditas eſſe, eratque illi in loculis nummus offertorius, ut appellant. Exurgens igitur alacris & lætabunda ſcipiones ſuos exhibuit domino Sebaſtiano Michaeli apud D. Gudilam Sacellano ibidem hærenti ad recipiendas oblatiunculas:* Heus tu, *inquit*, domine mi, hos tibi accipe ſcipiones, ego Deo gratias plane convalui. *Sacerdos arbitratus mulierculam motæ mentis eſſe, prorſuſque inſanire:* Mulier (*inquit*) dic, quæſo, quid tandem novi tibi accidit? Domine, *inquit*, abhinc perpetuum ſexennium non licuit abſque ſcipionibus ambulare; at jam nunc, ut ipſe coram vides, probe, incedo ambuloque. Cæterum ad continendos in fide orthodoxa Batavos ac Belgas Carolus V. Lutheri ſcripta flammis aboleri juſſit (*d*), atque in errorem lapſis, ſi dicto die illum damnarent, veniam propoſuit; pertinaces vero ac relapſos ultimo ſupplicio affici voluit.

(*c*) *Loer. in lib. de Euc. mir. Brux. edit. & ex eo Jodoc. Coc. to.1. l.6.*

Contracta mulier divinitus ſanata orans ante Euch.

(*d*) *Ext. ejus dec. typis cuſ. Gand. an. 1559.*

Carolus Cæſar ſuis fidelibus ſalutem.

Ut omnes intelligant nos neque vitæ neque facultatibus aliorum inhiare, moti miſericordia, & de ſpeciali gratia conſentimus, ut quicumque privatim ſeu etiam publice perperam de fide, de ſacramentis, vel Eccleſiæ conſtitutionibus ſenſerint, ſi pœnitentia ducti ante dictum XXV. *novembris apud primarium loci præfectum errores ſuos, & perperam facta ejuraverint, quod nobis & juſtitiæ hac ratione per omnia cenſebuntur ſatisfeciſſe, ſalvo quod ante finem quindecim dierum ſequentium a paſtore ſuo, vel alio poteſtatem habente doceant etiam ſe catholicæ Eccleſiæ reconciliatos eſſe; iis tantum exceptis, qui ſemel in gratiam recepti iterum lapſi ſunt, aut qui in vinculis detinentur, aut quorum lis pendet, qui corrigentur ſecundum ſua delicta eorumque exigentiam. Datum Bruxellis* XIV. *die octobris anno MDXXIX.*

Lapſis venia data non relapſis.

XV.

Hoc anno ſolemnes Germaniæ conventus Spiræ indicti ſunt, ad quos Pontifex internuntium apoſtolicum legavit, eum in iis de Pannonia adverſus Turcarum irruptionem defendenda tractandum foret: de qua re extant datæ ad Ferdinandum Bohemiæ & Hungariæ Re-

Spirenſes conventus.

(*a*) *Ext. inter brev. Clem. hoc ann. p.* 70.

Regem ſeptimo martii die literæ (*a*) : celebrati autem ſunt ii conventus menſe aprili, in quibus cum de religionis controverſiis actum eſſet, ſancitum fuit ut Pontifex de concilio œcumenico in Germania celebrando poſtularetur : vetitum abrogari miſſæ ſactificium ; eæ ſectæ, quæ præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia negant, in Germania prohibitæ : in Anabaptiſtas adhiberi juſſa legum ſeveritas : tum nonnulla auxilia ad propulſandos Turcas Ferdinando Regi decreta hoc edicto (*b*).

Quid in iis ſancitum ſit.

(*b*) *Ext. apud Dolgaſt. to.* 3. *p.* 494.

Ferdinandus Dei gratia Hungariæ ac Bohemiæ Reu infans Hiſpaniæ, archidun Auſtriæ, duu Burgundiæ, &c. ſacri Romani imperii vicarius, & nos Dei item gratia Balthaſar epiſcopus Melitenſis Conſtantienſis epiſcopatus orator generalis, Fridericus comes Palatinus Rheni, duu Bavariæ, &c. Willelmus comes Palatinus Rheni dux Bavariæ, Ericus duu Brunſuicenſis, & Luneburgenſis, & Bernardus epiſcopus Tridentinus, a ſereniſſimo & invictiſſimo principe ac domino domino Carolo V. electo Romanorum Imperatore in hanc urbem Spiram ad comitia deputati commiſſarii, &c.

Fatemur, & bis mediantibus notum facimus, eum ſacra Cæſarea majeſtas dominus noſter clementiſſimus, exigentibus ſummis neceſſitatibus pro commodo ſacri Romani imperii, & in primis Germanicæ nationis honore & emolumento generalem conventum in hanc urbem Spiram indiuiſſet, ut de punctis quibuſdam neceſſariis tanquam de diſſenſione in fide Chriſtiana, de via atque ratione reſiſtendi Turcis, per expedita auuilia, de ſuſtentando regimento imperii, & judicio cameræ, de aliis denique incumbentibus negotiis ſecundum cæſareæ majeſtatis indictionem, & inſtructionem, &c. deliberaretur & conſtitueretur ; ipſius autem majeſtas propter graviſſimas occupationes & impedimenta præeſſe conventui in perſona non potuerit, & nos nomine ſuæ majeſtatis cum pleniſſima poteſtate & inſtructione delegaverit, quod nas euplenitudine dictæ poteſtatis & mandati cum electoribus principibus prælatis, comitibus, & cæteris ſacri imperii ſtatibus, qui frequentiſſimo numero præſentes comparuerunt, abſentiumque legatis ſupra memorata & alia puncta diligentiſſima deliberatione conſultavimus, & de ſingulis articulis unanimiter concordavimus ac decrevimus, ut ordine in hoc receſſu ſequuntur.

XVI. *Primum quod ad diſſenſiones in Chriſtianæ fidei articulis & cauſa ſanctæ religionis attinet ; cum in omnibus fere hactenus celebratis comitiis, ac in his ipſis vigentibus de tollendis ac componendis illis diligenter & accurate ſuſceptæ & inſtitutæ fuerine deliberationes, nec tamen curando illi morbo remedium magis idoneum aut efficacius ullum hucuſque reperiri & excogitari potuerit, libero ac totius orbis Chriſtiani generali concilio in aliquo idoneo loco indicendo & cogendo, ac omnes etiam imperii ſtatus ſæpiſſime ac ſubjectiſſime a cæſarea majeſtate petierint & flagitarint, ut illud apud Pontificem quam primum promoveree & procuraret ; tandem vero electores principes, & imperii ordines eu cæſareæ majeſtatis inſtructione percepiſſe hoc conſilium de cogendo libero ac generali concilio non tantum probari bonumque videri cæſareæ majeſtati, verum etiam ipſam apud Pontificem primo quoque tempore pro viribus procuraturam ac promoturam illud, & ut utriuſque pariter ſuo ac Pontificis nomine per imperium indicatur effecturam eſſe.*

Expetitum concilium a principibus.

Hac audita de concilio libero & generali indicendo & cogendo prompta, ac clementiſſima voluntate, electores, principes, ac imperii ſtatus rurſus legationem ad cæſaream majeſtatem miſiſſe, ſubjectiſſime oratum, ut miſerum & tumultuoſum imperii ſtatum reſpiciens, ac graviſſimas Germanicæ nationis miſerias perpendens, ipſe tanquam ſupremus Eccleſiæ advocatus & Chriſtianæ religionis propugnator ſtrenuus eam rem, quæ moram ferre non queat, clementiſſime promoveret, atque adeo efficeret, ut primo quoque tempore, poſt promulgatum hoc decretum liberum ac generale concilium intra annum indiceretur, ac deinde elapſo anni ſeu ſeſquianni ſpacio ejus fieret initium, locuſque idoneus, utpote Metum, Colonia, Moguntia, Argentoratum, vel alius magis accommodus ſignificetur, ut Germanorum in Chriſtiana religione voluntates viciſſim coaleſcerent & conſentirent, ac vigentes in Eccleſia ſimultates & diſcordiæ componerentur & tollerentur. XVII.

Temere principes Germani locum concilii deſignant.

Quod ſi vero aliis intervenientibus Pontificis impedimentis concilium tempore conſtituto ac præfinito ſucceſſum nullum haberet ; cæſarea majeſtas nihilominus omnium imperii ordinum, ac aliorum etiam quos ei intereſſe neceſſitas poſtularet, generalem congregationem loco & tempore conſtituto ac præfinito indiceree, & propria perſona, quæ plurimum prodeſſe poſſet ejuſmodi conventibus præſto eſſe non gravaretur, eaque diligentia & ſtudia rem omnem juvaret & promoveret, ut nulla longiori interveniente mora ac impedimento quamprimum ejus fieret initium.

Regere non regi perperam volunt.

Et cum in decreto ſuperioris conventus XVIII.

tus Spirenſis inter alios conſcriptus & compoſitus ſit articulus, qui contineat, electores principes imperii, ordines, ac abſentium legatos communi ſenſu decreviſſe ſe interea temporis, donec cogatur concilium, cum ſubditis ſuis de cauſis in edicto cæſareæ majeſtatis in comitiis Wormatienſibus promulgato comprehenſis & expreſſis ita acturos, ac ita ſe geſturos, atque exhibituros eſſe, quo facti ſui probabilem rationem Deo ſimul & Cæſari quoque reddere queant; nunc vero ille decreti articulus ſiniſtra depravetur interpretatione, & ad omnis generis abſurda ac nova dogmata defendenda & excuſanda detorqueatur, ne hoc malum inundet, ſerpatque longius, ſed plures defectiones, ſeditiones, diſſidia, atque alia incommoda vitentur & præcaveantur; nos cum aliis electoribus principibus, prælatis, comitibus, atque imperii ordinibus, re diu multumque deliberata, ac bene penſitata, tandem concludimus & decernimus, ut illi, qui hactenus dicto cæſareæ majeſtatis edicto Wormatienſi obedientiam præſtiterunt, in poſterum etiam idem faciant, ac ſubditis etiam ſuis, ne quid contra audeant, injungant: quod cum apud eos, in quorum ditionibus nova nata & ſparſa eſt doctrina, ſine gravi turba, magnis tumultibus, atque periculis obtineri facile & mutari non queat, in poſterum tamen ſumma diligentia & cura, ne quid innovetur uſque ad futurum concilium, in quantum fieri poteſt præcaveatur.

Ex interpretatione temeraria ſcripturæ ingentia mala exoriri agnoſcunt.

XIX. Damnatus Zuinglianiſmus.

In primis vero illa doctrina, quæ veri corporis ac ſanguinis Chriſti ſacramentum elevare & oppugnare videtur, intra Germaniæ fines a nullo recipiatur, neque pro concione ullo in loco populo proponatur; miſſa non abrogetur, aut tollatur ex Eccleſia. At nullæ in eoſdem Zuinglianos, qui inferre vim catholicis cœperant ne ſacra audirent, decretæ pœnæ; nec de Baſilientibus ſacrilegis ſumptum ſupplicium; ſed ſectam & impietatem non probaſſe ſat fuit, quam admodum invaluiſſe tradit Cochlæus: *Zuingliana enim factio & apud Helvetios & apud pleraſque urbes imperiales Argentinam, Conſtantiam, Ulmam Auguſtam &c. Lutheranorum ſectæ jam prævalebat. Cum etiam non multis ab hinc annis novum quoddam doctrinæ genus Anabaptiſticum vocitatum cum omnibus legibus prohibitum & damnatum, tum veterum etiam conciliorum auctoritate rejectum & exploſum contra cæſareæ majeſtatis editum mandatum publicum in dies latius propagetur & firmiores radices agat, cæſaream majeſtatem ut & tanto malo ac inde ſecuturis incommodis in tempore convenientem medicinam faceret, pacem & tranquillitatem per omnes imperii fines conſtitueret & confirmaret, diplomate huc illuc dimiſſo, ac ubique terrarum evulgato, ordinem & conſtitutionem imperio profuturam facere voluiſſe hac verborum ſententia & ſumma, ut omnes Anabaptiſtarum & Anabaptizatorum utriuſque ſexus perſonæ, qua per ætatem de rebus judicare poſſent, morte mulctarentur, ſive id igne, ſive gladio, aut alio mortis genere pro conditione perſonarum, etiam ſine ulla præeunte ſpiritualium judicum inquiſitione fieret, nec ulla in ejuſmodi publicæ pacis & tranquillitatis turbatoribus ſectarum magiſtris & abſurdarum opinionum anteſignanis erroribus & ſeditioſis, ac nominatim Anabaptiſmi aſſertoribus & defenſoribus, aliiſque pertinaciter in concepta opinione perſeverantibus, vel in errorem relabentibus, & iterum apoſtatantibus coercendis & puniendis adhiberetur epichia, ſed cum illis juxta hujus conſtitutionis & edicti tenorem ac ſummam ſtricto ageretur jure: cum aliis vero, qui vel propria moti conſcientia, vel ab aliis admoniti & de meliori doctrina edocti ſe erraſſe ſponte faterentur, errorem revocare & pœnam ob receptum & defenſum illum ſubire, ac culpam deprecari parati eſſent, levius pro conditione ſtatus, perſonæ, dignitatis, ætatis, aliarumque circumſtantiarum ageretur. Ne etiam quis eo audaciæ & dementiæ procederet ut poſthabito mandato divino & Chriſtiano filios ſuos parvulos a baptiſmo arceret. Huic vero mandato, qui ſe pertinaciter oppoſituri, & parvulorum baptiſmo vim omnem detracturi eſſent, illi & in numero Anabaptiſtarum haberentur, & cæſareæ majeſtatis conſtitutioni ſubjacerent: ſed quibus ex circumſtantiis ſupranominatis pœna eſſet mitigata, illi nec deportarentur aut relegarentur alio, ſed ſuo quiſque in loco, & ſub magiſtratu legitimo arreſtatus maneret, qui ſedulo & diligenter ne denuo deficerent providere deberet.*

De Anabaptiſtis comprimendis.

Igne vel ferro tolli juſſi.

Conſtitutæ in eos pœnæ qui filios baptiſmo initiari prætermitterent.

XX. *Mandatum etiam illud monuiſſe, ne quis ob anabaptiſmum fugitivos, & exulantes in tutelam & clientelam ſuam reciperet clanculum, eos ſuſtentando & defendendo, ſed magiſtratus ille, ſub cujus juriſdictione exules & fugitivi illi deprehenderentur, quamprimum de re certior factus eſſet, juxta cæſareæ majeſtatis mandatum ſevere in eos animadverteret, ſub pœna proſcriptionis & anathematis: quam cæſareæ majeſtatis conſtitutionem & ordinationem nos, & electores principes, prælati, comites & ordines per omnia communi & unanimi conſenſu certam ratamque habemus noſtris etiam exemplis, quantum ejus fieri poteſt diligenter & ſedulo eam confirmaturi.*

XXI. *Additæ etiam ſunt leges, ut evangelium, ſanctorum patrum interpretationibus a concionatoribus explicaretur, atque in typographos qui famoſos libellos vel nova & hæretica dogmata excuderent typis, pœnæ conſtitutæ: tum mutua inter principes concordia imperata, vetitumque ne quis alterius ſubditos in clientelam acciperet, Interiectiſque nonnullis de ſeditionibus, inteſtiniſque bellis in ipſo exortu extinguendis, de Turcica expeditione hæc decreta ſunt.*

XXII. De Turcis coercendis actum. *Deinde quod ad expedita auxilia contra Turcas attinet, cum ex inſtructione cæſarea conſtet Turcam ſummis opibus niti in eam intentionem ut hoc verno tempore regnum Hungariæ, & inde totam Chriſtianitatem omnibus viribus adoriatur & oppugnet electores principes, prælati, comites, & cæteri ordines, reputantes qualiter Turca anno MDXXVI. proxime præterito Hungariam cum maximis copiis ingreſſus victoriam obtinuerit, & potiorem ejus partem cum urbibus, caſtris, & munimentis verſus Hungariam & Germaniam occupaverit, & etiam nunc teneat, neque in Hungarorum poteſtate atque viribus eſſe, ut hoſti tam potentiſſimo ſoli reſiſtant, remque eo loci deveniſſe, ut niſi regno Hungariæ auxilia adverſus Turcam ſubminiſtrentur, periculum ſit, ne ipſum regnum Hungariæ cum finitimis regionibus ac principatibus in ditionem ſuam redigat, & ſic porro ipſam Germaniam aggrediatur; conſideraverunt, & deliberate perpenderunt pericula atque clades, quæ ſi Turca iterum [quod Deus miſericorditer* Expoſitum imminens Germaniæ periculum. *avertat] victoria in Hungaros potiatur & finitimas regiones popularetur, Germanicæ nationis fancibus imminerent, & ex terrore puſillanimitatem plerorumque defectionem, quantum eæ damni daturæ eſſent; ideo unanimi conſenſu decrevimus regnum Hungariæ, cum Chriſtianum ſit, & inde reipublicæ Chriſtianæ, in primis Germanicæ nationis, ſalus dependeat, non eſſe deſerendum: quare quo expedita auxilia maturius copioſiuſque ſuppeditari poſſint, nos & electores, principes, ac ſtatus conceſſimus, ut ſeſquiquarta trium menſium, & dimidia quarta ſeu menſium pedeſtris militis, & quatuor millia equeſtrium copiarum quæ de promiſſa expeditione Romana adhuc ſupererant, & in bellum Turcicum reſervata ſunt, juxta matriculam Romanæ expeditionis in comitiis Wormatienſibus factam, in pecuniam conferantur, atque una cum duabus illis quartis pedeſtrium militum in Hungariam aut finitimos principatus, ubicumque neceſſitas poſtulaverit, adverſus Turcas mittantur.*

Ne autem hæc expeditio inutiliter inſtituatur, neque aliter aut alio, quam defenſive adverſus Turcas, neque etiam prius quam ipſe Turca certo conſtet in Hungariam, aut finitimos principatus Germanicæ nationis cum exercitu irrupiſſe, cum electoribus ac principibus in receſſu Eſtingenſi comprehenſis actum nunc eſt in hoc conventu, ut celeres atque exploratores ſubornent, ex quibus de Turcæ rebus ac propoſito certiores reddi poſſent, & quidquid unus ex ſeu illis electoribus & principibus inaudierit, reſciverit, ac didicerit, ut is cæteris id commode ac mature ſignificaret, qui ubi exiſtimaverint Turcæ intentionem ita comparatam eſſe, ut neceſſe ſit ad eam inhibendam auxilia mitti in Hungariam, hoc caſu ipſi cum quatuor regimenti conſiliariis per ſe, aut ad Regis Hungariæ pecuniam, quæ de duabus quartis partim ſoluta eſt, partim in hac exactione pendetur, ab eo cui tradita eſt petendi & accipiendi capitaneos atque milites equeſtres pariter ac pedeſtres, prout cum Rege Hungariæ poterunt convenire, aut ipſiſmet e re eſſe videbitur conſcribendi, ac conducendi, & ad Regem Hungariæ mittendi poteſtatem habeant. Et paulo poſt. XXIII.

In primis autem unanimiter concordatum eſt ut, ſi contingeret Turcam non in Hungariam, ſed in Poloniam, Saxoniam, aut Brandeburgium irruere, tum electores Saxo ac Brandeburgius cæteros quatuor principes Auſtriacum, utrumque Bavarum ducem, & Auguſtanum epiſcopum cum quatuor regimenti conſiliariis juxta receſſus Spiræ & Eſtingæ factos Ratiſponam evocandi jus haberent. Si vero Turca in Auſtriam aut Bavariam cum exercitu ſuo tenderet, ut Auſtriaco Bavaris atque Auguſtano electores Saxonem & Brandeburgium cum quatuor regimenti conſiliariis Auguſtam evocandi jus eſſet: qui ſeu electores atque principes cum quatuor illis regimenti conſiliariis poteſtatem habebunt conducendi idoneos capitaneos, & dictam pecuniam in bellum Turcicum, ut ſupra relatum eſt, pro rerum locorumque neceſſitatibus diſpenſandi. Adjecta ſunt alia de conficiendo in militum ſtipendia ærario, deque civilibus cæterorum principum bellis ſedandis implorandiſque eorum ſuppetiis additum. XXIV. Ut conſcribendus ſit exercitus ſi Turca in varias partes irrumpat.

Præterea nos & electores, principes, prælati, comites, & ordines de continuatione belli Turcici diligenti conſultatione habita videmus non tantum opus eſſe his expeditis auxiliis ad reſiſtendum Turcarum irruptioni, ſed multo magis quibus modis, quibuſve viribus & iidem poſſunt repelli, & ea, quæ jam aliquot annos occupaverunt, ac poſſident in Chriſtianorum poteſtatem XXV.

re-

redigi, tandemque Chriſtiani a crudelitate hereditarii iſtius hoſtis tuti ſecurique reddi, &c. Datum in ſacri imperii civitate Spira XXII. *aprilis anno a nativitate Chriſti MDXXIX.* In margine autem huic edicto apud Dolgaſtum hæc adjecta ſunt: *Contra hoc decretum die* XIX. *aprilis ſtatim proteſtati ſunt Joannes elector Saxoniæ, Georgius marchio Brandeburgenſis, Erneſtus & Franciſcus duces Luneburgenſes, Philippus Lantgravius Haſſiæ, Wolfgangus princeps Auhaltinus: quorum proteſtationi communicato conſilio conjunxerunt ſe civitates Argentina, Norberga, Ulma, Conſtantia, Reutlinga, Winshemium, Meminga, Lindavia, Campodunum, Hailbonna, Iſna, Vaiſſeburgum, Norelinga, Sanctgallum. Et hæc eſt prima origo nominis Proteſtantium.* Ita illi in Germaniæ perniciem conjurarunt, cum ab ipſis auxilia contra Turcas in Pannoniam irruentes poſcerentur. Carolus vero V. obſtupuit tot ac tantos hoſtes a pſeudomonacho hæreſiarcha, in quem damnatum ab Eccleſia ferrum diſtringere contempſerat, fuiſſe concitatos, a quibus Auſtriaca proſapia graviſſimis bellis ac proditionibus affligenda, erat didicitque ſerius eos, qui ſuave Eccleſiæ jugum excutiunt, etiam regium jugum, cum primum viribus valuerint, excuſſuros.

Lutheranorum conſpiratio in gratiam Turcarum. Proteſtantium origo.

Ut porro honeſtis fucis conjurationem Proteſtantes colorarent, petiere a Carolo V. ut concilium liberum in Germania pro tollendis religionis diſſidiis celebraretur, non quod illi, utpote conciliorum irriſores, concilii decretis parere vellent, qui ſi œcumenica concilia libera etiam in Germania celebrata, nempe Conſtantienſe & Baſileenſe admiſiſſent, Lutheri & Sacramentariorum hæreſes utique damnaſſent; ſed ut ſpecie concilii contra veterem morem congregandi, in quo ipſi judices ſederent, catholicos opprimerent. Ita refert Magnus, Guſtavum Sueciæ Regem urſiſſe Joannem Gothum archiepiſcopum Upſalenſem qui pro religione in Suecia aſſerenda primum ab Hadriano creatus ſedis Apoſtolicæ legatus fuerat, deinde a Clemente VII. confirmatus ut concilium totius Sueciæ epiſcoporum pro ſedandis fidei controverſiis celebraret; ſed illum, cum præſentiret concilium illud liberum non futurum, ſed oppreſſum iri a Rege hæretico, diſſenſiſſe.

Proteſtantes concilium poſcunt.

Iidem ſpernunt concilia œcumenica. Eorumdem fraudes.

Sueciæ Rex cur etiam poſcerit concilium. Cur diſſenſerit legatus.

Porro Carolus V. Saxoniæ duci & conjuraris reſpondit, ſibi & reliquis principibus animæ ſuæ ſalutem & conſcientiæ tranquillitatem non minus eſſe curæ, quam illis; nec minus optare concilium, quam illi optent: quod tamen concilium videri poſſit non admodum neceſſarium, ſi modo quæ communi voluntate atque conſenſu decreta ſunt valerent; ſi edictum, quod Wormatiæ communi approbatione editum erat, ad exitum perductum fuiſſet: nec licere paucis id reſcindere, quod major & ſanior ordinum pars ſancivit; neque eo tempore, quo Turca Germaniæ immineret, diſſidere debuiſſe; neque obſiſtere quominus Ferdinando fratri auxilia contra Turcas ſubminiſtrarentur. Cum vero jam tandem agnoſceret Cæſar quanta diligentia naſcentes hæreſes excindendæ eſſent, adverſus Anabaptiſtas, omnium hæreticorum ſceleſtiſſimos capitalem hanc ſententiam, de qua mentio facta eſt, promulgavit (a).

Quid proteſtantibus a Carolo V. reſponſum.

Carolus V. Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Hiſpaniæ, utriuſque Siciliæ, Jeroſolymorum, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. omnibus & ſingulis noſtris & ſacri imperii electoribus, principibus eccleſiaſticis & ſecularibus prælatis, comitibus, baronibus, dominis, equitibus, nobilibus, capitaneis, provinciarum præſidibus, vicedominis, advocatis, præfectis, adminiſtratoribus, officialibus, conſulibus, judicibus, ſenatoribus, civibus & communitatibus, omnibuſque aliis noſtris & imperii fidelibus in quacumque dignitate ſtatu aut conditione exiſtant, noſtram benevolentiam gratiam & omne bonum.

(a) Ext. apud Dolgaſt. to. 2. p. 155.

XXVI. Caroli V. contra Anabaptiſtas literæ.

Reverendiſſimi & reverendi, illuſtriſſimi dilecti amici conſanguinei & affines, electores & principes illuſtres, generoſi, nobiles, ſpectabiles, venerabiles dilecti fideles. Quamquam jure communi ordinatum ac proviſum eſt, ne quis, qui ſemel Chriſtiano ritu baptizatus eſt, vel ipſe iterum rebaptizetur aut aliorum baptiſmum illicita uſurpatione geminet, & cum maxime Imperatoris conſtitutionibus pœna capitis ſancita eſt tam in eum, qui anabaptiſma fecerit, quam qui in ſe fieri paſſus eſt, eaque initio proxime præteriti vigeſimi octavi e minori numero, vobis omnibus ac ſingulis ex officio, quo cæſarea dignitate potimur, ut ſupremus advocatus ac defenſor ſacræ Chriſtianæ noſtræ fidei publico mandato diſtricte præcepimus, ut ſubditos omneſque alios, qui ad vos ſpectant, ab illo nuper orto errore ac ſecta anabaptiſmi, ejuſque turbulentis, perditis, ac ſeditioſis ſectatoribus tam veſtris mandatis, quam orthodoxorum prædicatorum concionibus avocetis, fideliter ac ſeveriter eos admonentes de humano ſupplicio, quod in tales conſtitutum, & inevitabili ira divina, quæ talibus in æternum expectanda eſt. Præterea in eos, qui tale peculiare crimen commiſiſſe detecti fuerint,

de-

delati, & comprehenſi jure ac legibus pœnaliter vindicetis pro culpæ qualitate; neve negligentes ſitis in puniendo tanto crimine, quo futuris malorum periculis, quæ exinde ſuboriri præſagiuntur, in tempore occurratur; tamen quotidie comperimus ſpreto jure communi noſtroque publico mandato, veterem illam & ante aliquot centum annos vetitam atque damnatam ſectam Anabaptiſtarum longius longiuſque ſerpere, & magis in dies invaleſcere. Cui malo, & exorituris inde periculis, ut prævenientes caveamus, pacem & unitatem in ſacro imperio conſervemus, omnes etiam diſputationes & ambiguitates, quæ ſuper pœna Anabaptiſtarum moveri poſſent, tollamus, renovamus omnes priores conſtitutiones cæſareas deſuper editas, noſtrum quoque publicatum illud mandatum; ordinamus enim, ſtatuimus, & declaramus de cæſareæ poteſtatis plenitudine ex certa ſcientia, volumuſque ut omnes & ſinguli Anabaptiſtæ utriuſque ſexus, & qui fecerunt anabaptiſma, & quibus perſuaſum ſit [ſi tamen criminis per ætatem capaces ſint] ſupplicio ignis, gladii, aut ſimilium, pro meritis perſonarum, etiam non præhabita eccleſiaſticorum judicum inquiſitione, percellantur.

Pœnæ ignis & gladii in eos conſtitutæ.

Et prædicantibus quidem authoribus circumvagantibus, ſeductoribus, & ſeditioſis concitatoribus dictæ Anabaptiſtarum ſectæ; item eis, qui obſtinate in errore perſeverant, & qui iterum in eum relabuntur nulla omnino pœnæ gratia facienda eſt; ſed rigide ſecundum tenorem hujus noſtræ conſtitutionis adverſus eos procedatur. Qui autem errorem ſive ſponte, ſeu aliorum inſtinctu & admonitione confitentur eum revocant, pœnitentiam quoque dignam facere prompti ſunt, & pœnam deprecantur, illis magiſtratus pro qualitate dignitatis eorum conditionis atque ætatis aliarumque circumſtantiarum gratiam facere poteſt. Volumus etiam ac jubemus, ut quiſque liberos ſuos juxta ritum, mores & cerimonias Chriſtianæ Eccleſiæ in infantili ætate ſacro baptiſmate tingi faciat: quod qui facere contempſerit, & infantium baptiſma non neceſſarium eſſe duxerit, is ſi eo in errore pertinaciter hærere perſeveret, tanquam Anabaptiſta pœnæ in hac conſtitutione comprehenſæ ſubjiciatur. Nullus autem eorum, quibus ſupraſcripto modo gratia facta eſſet, in alias terras relegetur, aut emittetur; verum adigantur potius & aſtringantur a ſuo magiſtratu, quod in eorum ditione velint perſiſtere, qui porro operam dabit, ut in eos diligenter advertatur, ne rurſus relabantur. Similiter nemo alterius ſubditos aut cognatos, qui prædictis de cauſis e magiſtratus ſui ditione fugerint & exceſſerint, recepet, defendat, teneat, aut foveat; ſed non ipſe magiſtratus, ſub quo fugitivus latet, ſimulatque crimen ejus reſcierit, adverſus eundem fugitivum juxta tenorem hujus noſtræ conſtitutionis diſtricte procedat, neque ulterius apud ſe eſſe patiatur, pœna banni multando eum, qui contrarium huic ſtatuto tentaverit. Mandamus igitur & imperamus omnibus ac ſingulis in quacumque dignitate, ſtatu, aut conditione conſiſtatis, per ſacramentum, quo nobis & ſacro imperio vadati atque obligati eſtis, & ut graviſſimam noſtram imperialem animadverſionem evitare cupitis, ac volumus, ut omnes ſingulique hanc noſtram conſtitutionem de Anabaptiſtis diſtricte atque firmiter in omnibus ejus punctis obſervetis, ſecundum eam judicetis, agatis, & irremiſſibiliter exequamini, voſque ipſos ita obtemperantes & obſequentes oſtendatis, uti debetis & neceſſitas ipſa poſtulare videtur, quemadmodum vos facturos certiſſimo perſuaſum habemus, & conſervabitis noſtram ſeveram voluntatem. Datum in noſtra & imperii civitate Spira XXIII. *die aprilis anno nativitatis Chriſti MDXXIX. regnorum noſtrorum Romani* x. *cæterorum vero omnium* XIII. Lege in Anabaptiſtas actum fuiſſe memorat Joannes Faber (*a*), eoſque a dæmone occœcatos infeſſoſque ſupplicium interrito vultu pertuliſſe, dæmonumque martyres factos: *Quam primum*, inquit, *ſathanas ingreſſus eſt proditorem illum Judam eſcarioten, nullum otium ſibi deſumpſit, nunquam quievit, donec ipſum ad laqueum adigeret; ita etiam hodie miro artificio utitur erga Anabaptiſtas, quos ſemel ob tam nefandas ac abominabiles hæreſes obſeſſos lætos ac gratulabundos ad ſupplicium ac cruciatus pertrahit: nec mirum, cum draco ille doloſus nunquam mutetur, ſed ſemper ad ingenium illud ingenitum redeat, ac per inſidias ſuas humano generi illudat.*

(*a*) *Jo. Fab. in lib. de ſacrificio miſſæ & ſacerdotio; novæ legis.*

Anabaptiſtæ ad ſupplicia ruunt.

XXVII. Animadverſum ideo eſt in Anabaptiſtas, cum non modo catholicis, verum etiam Zuinglianis & Lutheranis exoſi eſſent; de quibus hæc habet Joannes Cochlæus (*b*) de his Spirenſibus conventibus loquens: *Anabaptiſtæ occultis per diverſa loca conſpirationibus non minus utrique ſectæ, quam ipſis catholicis de violenta eruptione, ac terribili ſævitia ſuſpecti erant.* Inter alia dogmata non gerendum a Chriſtiano gladium docuerunt; ſtatim tamen atque convaluiſſet ſecta gladios in inſontes latronum more diſtricturi, quorum articulos ita recenſet Joannes Faber (*c*): *I. Nemo Chriſtianus gladium gerere, nemo eum magiſtratu eſſe, aut poteſt aut debet ex illo Lucæ*: Reges gentium dominabun-

(*b*) *Coc. in act. & ſcript. Luth. Sur. in comm.*

(*c*) *Jo. Fab. in opuſc.*

Alia Anabapt. dogmata.

buntur illis; vos autem non ſic. *II. Juramentum facere nemo debet magiſtratu jubente. III. Ad civiles defenſiones & reipublicæ curam magiſtratui non obtemperandum. IV. Qui eorum hæreſis & ſectæ non ſunt, eos hædos nominant ſtantes ad ſiniſtram. V. Cathedram Moſi penes neminem eſſe, niſi penes ipſos; neminem præterea vocatum. VI. Vetarunt ne quis ſui ordinis verbum Dei auſcultatum noſtra in templa accederet, ubi imagines ſanctorum collocatæ colerentur; ſed in eorum tantum conventiculis evangelium cognoſci voluerunt. VII. Qui eorum in ordine ac ſecta non ſunt, eos pro damnatis habent. Sunt etiam in iis, qui omnia communia eſſe volunt.* Pergit Faber: *Hos omnes articulos ad tumultus & bella dæmonum aſtu compoſitos apertiſſime ſcripturæ adverſari demonſtravi in primis ex D. Paulo ad Romanos ubi ait*: Omnis anima ſubjecta ſit poteſtatibus ſublimioribus ac magiſtratui; neque enim eſt poteſtas niſi a Deo, omnis autem poteſtas ita ordinata eſt a Deo, *ut qui repugnet magiſtratui, Dei repugnet ordinationi*. Et authoritatibus cumulatis addit: *Ferri error iſte non poteſt Catabaptiſtarum, magiſtratum poteſtatemque omnem e medio tollentium, quod Chriſtus effugerit Rex eſſe cum diceret Lucæ* XXII. Reges gentium dominabuntur illis; vos autem non ſic. *Hoc ſervatoris noſtri dicto profani principes ac primores facile paſſi ſunt ad impugnandum ſacerdotum juriſdictionem, ac poteſtatem quoſdam abuti: hoc gratum illorum auribus pabulum fuit. Atqui nunc juſta talione temeritatis ſuæ pœnas dant, cum vel Chriſto vel gladio, ac magiſtratu ſeſe abdicare, ſi horum rationibus aurem præbeant, neceſſe habeant.* Confutavit dein ſingulos alios articulos adeo abſurdos, ut eos indicaſſe confutaſſe ſit: cumque illi cæteros appellarent hœdos, Joannes Faber caninas eorum ſpurcitias biennio ante Apocellæ exercitas ipſis exprobravit. Porro contra Lutheranos multo minus quam adverſus Zuinglianos quidquam conſtitutum eſt, cum illi Joannis ducis Saxoniæ & Philippi Lantgravii auctoritate niterentur, adeo ut ad hos conventus Joannes princeps elector ſecum duxerit Philippum Melanchtonem hæreſiarcham: qui datis ad Ferdinandum Regem literis affirmavit, nullum eo tempore gravius eſſe crimen, quam non amplecti genuinam religionis doctrinam; ita Lutheri ac ſua deliramenta ſtulte appellabat: viros vero probos veteris & incorruptæ religionis propugnatores ſycophantas dixit, qui principes ubique concitarent. At Ferdinandus etſi ſerpentino ſibilo aures obſtruebat, impune tamen graſſari Lutheranam hæreſim permiſit, ut contrahere auxilia ab impiis poſſet: *Neceſſitate*, inquit, Coclæus, *cogente conſenſit in publicum decretum, quo unicuique, quantum ad fidem & religionem attineret, liceret ſic agere ac ſtatuere, ut de factis ſuis ſciret & Deo, & Cæſari rationem reddere.*

Ut politici fræna laxarint hæreſi.

Laxatæ Lutheranis male agendi habenæ.

Ferdinandus ſua commoda religioni prætert.

XXVIII. Ferdinandi & politicorum conſilia illuſa.

Ut porro difficillimo hoc tempore tutum non erat Ferdinando Regi Lutheranos hæreticos armis contundere, ita potuerat ſuperioribus annis ipſos compellere, ut ad officium redirent; ſed ob politicas cauſas eoſdem tolerarat, quos toleraſſe nocuit; didicitque ſuo malo nunquam recte politicam rem divinæ anteferri: qui enim liberata hæreſi Germania, ingentem cruceſignatorum exercitum veteri more non ad tuendam modo Hungariam, ſed ad ipſam Turciam invadendam cogere potuiſſet, frementibus undique ſectarum furiis, ac principum diviſis animis, nullas validas copias colligere potuit, quantumvis ſcelerum licentiam hæreticis permitteret, ut eorum feroces animos mulceret, quorum impietas eo proruperat, ut palam Chriſtianum nomen Turcis prodendum, nec ſumenda in hoſtes fidei arma variis ſophiſmatibus & argutiarum fucis prædicarent: cujus exitialis perſuaſionis author erat Lutherus, uti ante oſtenſum eſt.

Negant Lutherani ſumenda arma in Mahom.

XXIX. Priora dogmata Lutherus abnegat.

Verum retractarat illam anno ſuperiori, quam etiam edito libro hoc anno revocare viſus eſt aliquibus; de quo hæc Ulembergius (*a*): *Scripſit paulo poſt alium tractatum de bello Turcico, quem Philippo Haſſiæ Lantgravio dedicavit: permotum ſe dicit adeoque coactum, ut hunc librum in publicum emitteret, importunis amicorum quorundam cohortationibus, quibus vel hoc nomine lubentius ceſſerit, quod in Germania quoſdam audiat inveniri futiles & ineptos concionatores, qui populum ab armis contra Turcam capiendis dehortentur; quoſdam vero ad eam inſaniam provectos, ut dicant non licere portare gladium Chriſtianis, vel politicum gerere magiſtratum: quin Germaniæ populum adeo ferum & agreſtem eſſe [ſemidæmones & ſemihomines eos vocat] ut non deſint, qui Turcarum adventum deſiderare videantur; atque hanc hominum impietatem & malitiam ſibi queritur imputari, quaſi fructus hic ſit evangelii novi, quod in lucem ipſe protulerit: quemadmodum & ruſticanæ ſeditionis invidiam omnemque culpam ferre cogatur.*

(*a*) *Ulemb. in Luth. c.19. in fin.*

Hæc in præfatione Lutherus, qui profecto ſine cauſa de concionatorum importunis clamoribus & impietate populi queritatur, cum hæc intemperies non aliunde,

quam

quam e ſcriptis ipſius provenerit. Et quidem ſi ſemidæmones ſuut & ſemihomines appellandi, qui Turcam oppugnari nolunt qui Chriſtianos interdicunt uſu gladii, qui Chriſtianorum principum gubernationi Turcarum regimen anteponunt, certe Lutherus ipſe ſemidæmon eſt, & ſemihomo, qui ſcriptis ſuis & impiis dogmatibus Germanos [*populum ſincerum & catholicæ religionis obſervantem antequam regio hæc eluvione hæreſeon fuit inundata,*] *in ſemidæmones & ſemihomines transformavit: ſcripſit enim ante annos aliquot, qui contra Turcas arma ſumerent, eos Deo repugnare peccata hominum iſto flagello vindicanti: ſcripſit Chriſtianam nec gerere poſſe magiſtratum politicam, nec in judicia cum quoquam contendere: ſcripſit Turcam Chriſtianis principibus, quos moriones & in rabiem actos nebulones appellat, meliorem eſſe & juſtiorem. Quid mirum igitur ſi concionatores ipſius doctam ſecuti hoc ipſum ſparſerunt in vulgus, quod prius e ſcriptis ipſius hauſerant? quid mirum ſi populus ea credidit, ſi principibus furioſis iſtis nebulonibus recalcitravit, qui Lutherum, ut virum Dei prophetam evangeliſtam, & apoſtolum Germaniæ venerabatur? quamquam in hoc tractatu mitigat, vel retractat potius aſſertionem a Leone X. pridem damnatam, quæ ſic habet articulo* XXXIV. *Præliari adverſus Turcas eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per illos; hanc inquam, retractat, nec tamen pro ſua pertinacia contradictionem ullam agnoſcit, diverſam temporum conditionem cauſatus.*

Ut populum corruperit.

Hæc ſcilicet erat temporum diverſitas, quod jam Lutherus uxorem & liberos aleret, ac multos ſectatores ſibi comparaſſet, quos omnes male perdi a Turcis e re ſua non exiſtimavit: at cum de ſua ſalure antea deſperaſſet, id ſuis malis ſolatium quæſierat, ut omnes cum ipſo perirent.

Pro tempore & commodo ſuo mutavit fidem.

XXX. Cæterum Lutherum in hoc ipſo libro non modo cum ſuperioribus dictis pugnaſſe, verum dementis inſtar ſimul & ad bellum Germanos hortatum eſſe, ab eodemque ipſos abſterruiſſe; Coclæus & Surius narrant: hic enim hæreſiarcha ſemper cum Deo & Eccleſia & aliis, immo & cum ſeipſo pugnare ſolitus eſt, ut propterea phalange dæmonum, ut ajebat Joannes Faber (*a*) inter ſe pugnantium obſeſſus videatur. Rem illuſtrat Joannes Coclæus (*b*) adductis ipſis impii ſophiſtæ verbis: *Sub idem tempus*, inquit, *cum immineret Germaniæ Turcarum tyrannus, librum Theuthonicum edidit Lutherus, cui titulum inſcripſit: De bello contra Turcas; in quo ſane ita ſuadet, bellandum eſſe contra Turcas, ut magis abſterrere ab eo bello Chriſtianos videatur, quam ad illud incitare; etenim multis ibi verbis ac foliis queritur inique damnatum fuiſſe a Papa Leone X. illum articulum ſuum: Præliari adverſus Turcas eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per illos. Inter multa ſane alia ſic ait: Interrogetur rerum experientia, quam proſperum hactenus nobis fuerit bellum cum Turcis gerere, quando tanquam Chriſtiani & ſub nomine Chriſti pugnantibus donec tandem Rhodon totamque pene Hungariam adhæc multam Germaniæ partem amiſimus, atque ut ſentire ac palpare poſſimus, Deum non eſſe nobiſcum ad bellandum contra Turcas: nunquam adhuc dedit principibus noſtris tantum animi aut ſpiritus in mentem, ut vel ſemel potuerint ſerio de Turcico tractare bello; quamvis plerique, aut pene omnes conventus imperiales, eam ob cauſam indicti ac celebrati, nuſquam enim vult res diſponi aut concludi, ut appareat Deum irridere conventus ejuſmodi, ac ſinere ut diabolus eos impediat ac gubernet, donec Turca opportuno tempore adrepat, Germaniamque abſque labore ac reſiſtentia diſperdat. Quare fit hoc? propterea nimirum, ut meus articulus, quem Leo Papa damnavit, indemnatus efficaxque permaneat, &c.*

(*a*) Jo. Fab. in conſ. viſ. Sax.
(*b*) Cocl. in act. Luth. Sur. in comm.

De re Chriſtiana afflicta triumphavit Lutherus.

XXXI. Uſum alio ſophiſmate eumdem Chriſtiani nominis proditorem refert Coclæus, nempe contrahi exercitus Chriſtianorum contra Turcas, hoſtes Chriſti, eſſe directe contra doctrinam nomenque Chriſti: *Contra doctrinam quidem, quæ dicit, Chriſtianos non debere malo reſiſtere, non bellare, non contendere, non vindicare, nec litigare: contra nomen vero ejus eſt, quod in ejuſmodi exercitu via quinque forſitan Chriſtiani ſunt, ac deteriores forte coram Deo homines, quam Turcæ ſunt; & tamen omnes volunt ferre nomen Chriſti: quod ſane omnium maximum eſt peccatum, quale Turcarum nemo facit.* Hæc calumniator Chriſtianorum Lutherus ejuſmodi fucis ambagibus, ludibriiſque miſeros Germanos faſcinans, quos aliter ſuperiore anno in luſtratione Saxonica inſtituerat: *Poſteaquam poteſtates benefacta laudare ac mala corrigere debent, ut ſcribit Paulus ad Romanos* XIII. *ac* I. *Petri* II. *continetur, debent quoque illos punire, qui cultus divinos, bonas provinciales conſtitutiones, juſtitiam ac judicia e medio auferre volunt: quamobrem obnoxii ſumus repugnare Turcis, qui non ſolum illa, verum etiam regiones noſtras, domos violenter accipere, uxores ac noſtras filias dehoneſtare nituntur, atque adeo ut poſtea ne illi quidem etiam ſecuri vivere poſſint, qui reliqui facti neque liberos ad mores bo-*

Lutheri ſophiſmata ne pro Chriſto in Mahometem ſumantur arma.

Contraria ſententia ab eo deinde probata.

nos

nos ac virtutes amplexandas educare poſſint.

XXXII. Inter hæc cum increbreſceret fama (*a*) Solimannum Turcarum Imperatorem rogatu Joannis Regis Hungariæ a Ferdinando pulſi, qui contempta Chriſtiana pietate Turcica arma imploraverat, Othomannicum vexillum explicuiſſe, ac Ferdinandus adverſus Solimannum pontificiam opem expoſceret (*b*), Clemens ob ſuperiora bella & urbis vaſtitatem ærario exhauſtus primum eccleſiaſticas decumas & alia ſubſidia jam ante Ludovico Regi decreta attribuit (*c*), necnon Vincentium Pimpinellam archiepiſcopum Roſſanenſem legatum in Pannoniam miſit, ut Hungaros ad regnum contra Solimannum defendendum hortaretur, ac pontificio nomine illius partocinium ſuſciperet: tum ordines hiſce literis excitavit (*d*), ut conjunctis animis Ferdinando, qui ad ſedis Apoſtolicæ tutelam confugerat, contra hoſtes adhærerent.

(*a*) *Ext. l. 2. in. princ. p.* 170.
Turca a Joanne Tranſylvano concitatus in Ferdinandum.
(*b*) *Ib. p.* 176.
Poſcit opem a Pontif. Ferdinandus.
(*c*) *Sur. p.* 170
(*d*) *Lib. brev. ann.* 1529. *p.* 812.

Venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis, ac dilectis filiis nobilibus viris, ducibus, marchionibus, comitibus, equitibus, & populis ſtatus regni Hungarici facientibus.

Cum perinde ac noſtro conveniebat officio augeremur novis periculis iſtius regni Hungariæ, nec in tanta rerum noſtrarum, quantam audire potuiſtis, calamitate alia ope nunc ſubvenire poſſemus, ſane nos, qui cum nobis licitum fuit, nulla in parte noſtri officii & amoris erga dictum regnum defuimus, neque ipſa nunc id oſtendere vellemus; tamen quod fuimus moniti a chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Hungariæ Bohemiæque Rege illuſtri libenter præſtitimus, ut authoritatem noſtram ad tutelam eiuſdem regni conferremus. Quamobrem Deum ſuppliciter orantes, ut vos dextera ſua protegere ipſe dignetur adverſus ſuos & noſtros hoſtes Turcas, vos etiam paterna charitate & affectu hortamur in eodem Domino, ut Chriſtiani nominis & avitæ virtutis memores, vos cum ipſo regno & ſancta fide, quod ſemper feciſtis & nunc, ut audimus, facere parati eſtis, acriter defendatis: ſed hæc plenius venerabilis frater Vincentius archiepiſcopus Roſſanenſis nuntius noſter, vir nobis ob doctrinam & probitatem ſuam charus, quem cum facultatibus a nobis requiſitis iſtuc mittimus vobis explicabit; cui plenam in his fidem habere velitis. Dat. Romæ die XIV. *maii MDXXIX. pontificatus noſtri anno* VI.

Moniti a Clemente Hungari ut Turcam propulſent.

XXXIII. Eidem autem archiepiſcopo dedit etiam mandata (*e*), ut Ferdinandi filium ſacro fonte levaret, ac pontificio nomine compatris officio fungeretur. Præterea eidem Ferdinando ſignificavit (*f*) magno ſe ob imminentem Turcicam irruptionem dolore affectum eſſe, eumque eſt adhortatus, ut confirmato animo ſuam in Deo ſpem collocaret: quinetiam cum iterum ille miſſo oratore ſubſidiarium aurum efflagitaret, quod gemino diſtineretur bello, cum in Germania Turcarum adventu efferatiores Lutherani capeſſiviſſent arma, non ad Turcas propulſandos, ſed ad obruendos catholicos, qui Ferdinandi opem implorabant: parte alia Solimanno venienti occurrendum foret. In qua rerum anguſtia Pontifex & Cardinales, quamquam eorum opes expilaverant antea cæſarei, pro ſua tamen tenuitate quidquid potuere viritim contulerunt, ut hæ literæ oſtendunt (*g*).

(*e*) *Ib. p.* 302.
(*f*) *Ib. p.* 319.
Imminente Turca Lutherani catholicos opprimere moliuntur.
(*g*) *Lib. brev. ann.* 1529. *p.* 419.

Clemens, &c. Cum oratores cæſareæ majeſtatis & Ferdinandi ſereniſſimi Regis Hungariæ hoc mane fuerint ad nos, exponentes nobis quod in congregatione Cardinalium pridie facta per majorem partem eorum fuerit concluſum, quod quilibet ipſorum iuxta eorum poſſibilitatem erant parati ſolvere certam pecuniarum ſummam, ſeu pro ea obligare pileum ſuum: & quia tota Germania eſt in armis, & Lutherani hæretici Lutheranam hæreſim tenentes, qui longe majores numero ſunt quam Chriſtiani, arma contra eos ceperunt, implorant auxilium a Rege Hungariæ cæſareæ majeſtatis in ipſa Germania generali locumtenente, qui etiam a Turcarum tyranno infeſtatur, prompta auxilia cum omni celeritate ſint eis neceſſaria; propterea nobis humiliter ſupplicarunt, ut ſubventionem, quæ in præmiſſis per nos præſtari poteſt ad eundem Regem per eum in uſum contra hæreticos & Turcas dumtaxat convertendam, quamprimum mittere, & etiam curare dignaremur, quod Cardinales per eos factam oblationem omni executioni debitæ demandarent, ut eorum ſubventio una cum noſtra mitti poſſit; ideo quilibet ex eiſdem Cardinalibus pecunias, quas dare ſeu pileum pro ea obligare obtulit inferius ſe ſubſcribat, & ita faciat, ut ſuum, ac noſtrum, & hujus ſanctæ ſedis honorem, ne in tam fidei neceſſaria cauſa negligere videatur. Subjungitur Cardinalium cathalogus, qui ad pendendas vectigalium decumas Hungariæ Regi donec bellum in Turcas gereret ſubmittendas ſe obſtrinxerunt.

Pontifex & Cardd. aurum Ferdinando ſubmittunt.

XXXIV. Promulgato etiam per univerſa Chriſtiana regna diplomate apoſtolico ingentia indulgentiarum præmia contulit Clemens fidelibus, qui vel ſtipem pro Pannonia Germaniaque defendendis contra Turcas conferrent, vel militaria præſidia ſubmitterent, vel arma induerent, ac

Digitized by Google

vincias noſtras ſub tyrannidem ſuam compellat, verum etiam univerſam Germaniam, ac deinde quam longe lateque Christianum nomen auditur, regna, provincias, terras omnes ſibi ſervire cogat. Quocirca ut tantis imminentibus malis occurratur & ſummi Dei ira forſitan ob noſtra ſcelera atque delicta juſtiſſime ſuſcepta mitigetur, hortamur obteſtamurque univerſos ac ſingulos per viſcera miſericordiæ domini ac Dei noſtri Jeſu Chriſti, quo erigatis animos, ac corda veſtra ad ſummum optimum maximumque Deum, omnis miſericordiæ patrem in oratione ſupplices admiſſam culpam deprecemini, Ninivitarum aliorumque pœnitentium exemplo, qui iratum Deum reſipiſcentes & lachrymabundi placarunt: vos quoque gratiam apud Deum quæratis, oculos ac manus veſtras ad Deum tendatis, ejuſque auxilium clamantes imploretis: Quis ſcit ſi convertatur & ignoſcat Deus & relinquat poſt ſe benedictionem? hac ratione & via nihil ambigentes ſperamus & confidimus, tametſi maximum & inſtructiſſimum exercitum, & quaſi in locuſtarum numerum ferociſſimus hoſtis adverſus nos puſillum Chriſti gregem adducat, pro ſuis fidelibus Deum optimum maximum facturum, ſacroſanctam fidem ac religionem non deſerturum, populo ſuo præſens auxilium allaturum; ut quemadmodum priſcis temporibus Gedeon, Joſue, Machabæi, utcumque exilibus copiis innumerum impiorum hoſtium exercitum fundere, fugare, ac profligare quiverunt: ſolus enim Deus eſt, ut ait Scriptura, cui non modo non impoſſibile, ſed in prompta etiam eſt ac facile dare victoriam ac triumphum tam in modico quam multo populo; & nos cum regio citharedo ingenue agnoſcimus, non in gladio, neque in hoſte, non in curribus, aut in equis, ſed in brachio excelſi ſalvari omnes, qui ſperent in eum qui ſi pro nobis fuerit pro nobiſque pugnaverit, quis contra nos?

XXXVII. Quam fœda ſervitus impendeat.

Cum autem ad hujuſmodi expeditionem immenſa pecunia, belli quidem nervus, requiratur, illamque in noſtris regnis provinciiſque conficere nullo modo poſſimus, proinde hortamur univerſos & ſingulos, ſuper quos dulciſſimum Jeſu Chriſti nomen invocatum eſt, ut intra ſe redeant, oculos cordis aperiant, quid & quantum Chriſtiano homini nunc nunc, ſi non aſtiterint pereundi immineat alta mente cogitent, atque tandem conſiderent quam miſerabiliter tot millium Chriſtifidelium animæ a truculentis hoſtibus Turcarum captivæ in exilium ac ſervitutem quotidie rapiantur, conjugum pudicitia dehoneſtetur, virginum honos violetur, infantes a matrum ſæpe uberibus avulſi trucidentur, ſenes decrepiti & emeriti armis laboribuſque minus idonei vario ſupplicii genere enecentur, reliqui ad arenam fodiendam, ad coquendos lateres & ad metalla, aliaque ſervitutis juga perinde ut pecora divendantur: & interim quot centena [proh dolor] hominum millia ab orthodoxa Chriſti fide minis, vi, armis ad impuram Mahometi ſuperſtitionem ac ſectam in dies compellantur? quam indignitatem nemo, in cujus corde Chriſti nomen inſedit, non ita acerbam putare debet, ut non modo fortunas ſuas omnes ſed corpus & ſanguinem ſuum adverſus illius authorem ſit impenſurus.

Neque in dubium vocamus ſi hoc, o viri Chriſtiani, amoris dilectioniſque veſtræ erga Deum ac proximum veſtrum incendio flagrantes, ſinguli de facultatibus ſuis, quas a Deo pro illius gratiæ benignitate acceptas poſſidetis, tanquam procuratores boni præſentibus periculis commoti in medium, vel eleemoſynæ loco contuleritis quod nos Chriſtiano zelo ducti, ut facere non recuſetis, impenſiſſime hortamur nos veri domini Dei exercituum gratia & auxilio nitentes non ſolum præſentia pericula a capitibus veſtris id quod ex animo volumus & optamus propulſaturos, ſed eos etiam, qui Chriſtiani nominis fratres noſtri diuturna, & pluſquam Ægyptiaca aut Babylonica ſervitute miſerabiliter affecti illic in compedibus vitam quovis ſupplicio acerbiorem degunt, liberaturos, & in patriam ac libertatem reduces vindicaturos, eoque ſecundo Dei optimi maximi favore, victricibus armis progreſſuros, quoad civitatem ſanctam Jeruſalem crucifixi Dei noſtri Jeſu Chriſti monumentis nobilem, & ſepulchrum, quod illum tridaum tenuit, in poteſtatem noſtram redegerimus, adorabimuſque in loco, ubi ſteterunt pedes ejus: nec ceſſabimus donec exitioſam Mahumeticæ perfidiæ Zizaniam, ſpurcitiamque radicitus e mortalium genere ſuſtulerimus. Promittimus inſuper & in nos recipimus, per dexteram ac fidem boni Regis ac principis a veſtra pietate collatam pecuniam in nullum alium uſum, quam alendi adverſus efferatam Turcarum immanitatem exercitus impenſuros.

XXXVIII. Ingentia Ferdinandi conſilia.

XXXIX.

Vos itaque Chriſtianæ religioni initiati quicumque, & ubicumque terrarum has noſtras literas viſuri lecturi, audituri eſtis, acceptas fidei Chriſtianæ contumelias præſentes, miſerorum ærumnas, imminentem omnium noſtrorum calamitatem ac perniciem ante oculos poſitam pro pietate veſtra ſedulo conſiderate, quem fratribus veſtris debetis amorem non inviti tribuite, memores, ad Pauli doctrinam vinctorum

Propoſitæ collatoris ſtipem in Turcas indulgentiæ.

quaſi ſimul vincti, paternas denique ſummi & clementiſſimi Pontificis indulgentias, quæ cordis contritionem oriſque confeſſionem, immo pœnitentiæ ſtatum primo omnium loco exigunt, & quibus nobis ſua ſanctitas totique Chriſtianæ reipublicæ tali tempore conſulere juxta emiſſarum bullarum tenorem dignata eſt, Chriſtiano animo accipite & commendatas habete, &c. Dat. in oppido noſtro Zinzio XXVIII. *auguſti anno MDXXIX. regnorum noſtrorum anno* III.

XL. Extant in pontificio regeſto Clementis literæ (*a*) pridie kal. ſeptembris exaratæ, quibus eidem Ferdinando gratulatur quod in tanto diſcrimine fortes animos pro defendenda Hungaria oſtenderet. Verum licet Solimannus adulta jam æſtate tardo paſſu præter morem in Pannoniam irruerit, quod ab Ibraimo procerum primario Chriſtiani nominis amico procuratum ferunt, ut Chriſtiani ad reſiſtendum ſe poſſent accingere; leves tamen ad præpotentem hoſtem arcendum inſtructi ſunt bellici apparatus: exitio autem fuit infelici Hungariæ civilis diſcordia; nam Joannes Rex pulſus, qui Laſco interprete Solimannum politicam rem divinæ & publicæ Hungarorum, ſaluti præferens, ut diximus, evocaverat, ut ipſius beneficio in regnum Hungaricum reſtitueretur, præmiſit nonnullas copias, quæ amicis Tranſilvanis conjunctæ copias Ferdinandi verſus Caſſoviam ſudere: qua victoria lætus Joannes e Polonia in Pannoniam, ut venienti Solimanno ſupplex occurreret, provolavit: reducis vero Joannis adventu audito plus Hungari optimates etiam eccleſiaſtici Ferdinando infenſi ad eum ſe contulerunt, civileque bellum conflatum eſt, Joannis ac Ferdinandi exercitibus Hungaricas arces igni ferroque partientibus. Hæc totius mali origo fuit; ſi enim Hungarici ordines Pontificis, qui tutelam regni contra communem hoſtem ſuſceperat, monitis paruiſſent, ac Joanne Chriſtiani Hungaricique nominis proditore barbari beneficiario contempto, adhæſiſſent Ferdinando, publicæ ſaluti Pannoniæque dignitati felicius conſuluiſſent: ſed illis inter ſe certantibus, ac Turcicum patrocinium admittentibus profligata eſt Hungaria.

(*a*) *Lib. brev. hujus ann. p.* 327.

Ibraim Chriſtianis favere creditus.

Ferdinandi copiæ profligatæ.

Hungari inter ſe diviſi.

Turcæ ſe ſubiciunt.

XLI. Venienti itaque poſt demeſſas fruges Solimanno obvius ivit Joannes cum exercitu in Mahocianis campis, tyrannumque miſer adoravit, oblatis illi pretioſiſſimis muneribus, a quo Janizerotum ſatellitio & quotidianis eduliis donatus eſt: tum deſignatus ei locus, in quo caſtra Hungarica Turcicis conjungeret. Ferdinandus autem cum Solimannum Viennam tendere noſſet, exercitum a Zagabriæ obſidione revocavit, ut Viennam firmiſſimis præſidiis muniret. Non ita valido præſidio Budam firmaverat, unde factum ut præſidiarii poſtquam aliquot diebus Turcas mœnibus gladiis fortiſſime ſubmoviſſent, demum ſuæ paucitati diffiſi ingentique copiarum numero (quas ad centum & quinquaginta pugnatorum millia perveniſſe ſcribit Iſthuanffus (*b*): jactaſſe tamen Turcas eum numerum duplo ipſos exceſſiſſe, verum dimidiam partem ad ineundam pugnam uti calones & lixas idoneam non fuiſſe, quamquam in impreſſionibus ubi aſſiliendum eſſet in muros, omnes, qui arma geſtare poterant, educeret, at ſecum quadrigenta hominum millia ipſum adduxiſſe Coclæus (*c*) memorat perculſi præſidiarii Germani de deditione facienda cum hoſtibus agere cæperunt: quos cum ſevero vultu & minis Nadaſtius eorum præfectus increparet, hortateturque ad conſtantiam, illi vociferantem comprehendere & cuſtodia incluſere, dein pacti deditionem Turcas in arcem induxere, a quibus paulo poſt armis ſarciniſque exuti fuere; cumque chirographum impunitatis expectare juſſi eſſent, extra urbem deducti exceptis aliquot adoleſcentibus omnes ad unum contrucidati a perfidis, perfidiæ & proditæ rei Chriſtianæ pœnas dederunt: præfectus vero cuſtodia eductus a Janiſſeris divinæ providentiæ beneficio cum fluvio mergendus eſſet, in cymbam Janiſſeris invitis inſiliit, ac ſine remigin in adverſam ripam evaſit.

Budenſes præſidiarii ſe Turcis dedunt.

(*b*) *Nicol. Iſthuanff. ubi ſup.*

(*c*) *Cocl. hoc ann.*

Contrucidati contra fidem datam.

Porro Solimannus Budam Joanni Regi reſtituit, ac Ludovico Gritto cum tribus millibus Turcarum præſidiariorum relicto, exercitum die ſanctiſſimæ Virginis natalibus ſacro ulterius movit, claſſe centum & ſexaginta, ut fertur, præter onerarios lintres navigiorum adverſo Danubio ſubſequi juſſa: cumque Strigonium perventum eſſet, Paulus Vardanus archiepiſcopus Strigonienſis Turcarum multitudine perterritus, cum metueret Ferdinandum uni Viennæ conſervandæ intentum ſero opem allaturum a Chriſtiano deſcivit imperio, miſſiſque nuntiis in caſtra Solimanni in Turcicam clientelam ſe commendavit, ac dein cum trecentis peditibus totidemque equitibus ad Solimannum acceſſit, magna totius Mahometani exercitus gratulatione, quod ſummus in Hungaria Chriſtianæ religionis antiſtes ad ipſos defeciſſet: exceptus comiter lauteque a barbaro infelix caſtra Turcica adverſus Chriſtianos ſequi juſſus eſt. Javarinum, Altemburgum, & aliæ arces a præſidiariis Turcarum XLII.

Archiepiſcopi Strigonienſis turpiſſima defectio.

rum

Google

rum multitudine perterritis deſerta & incenſa fuerunt.

XLIII. Vienna a Solimanno obſeſſa.

Ita nemine obvio vel reſiſtente in Viennam caſtra Solimannus movit ac XXVI. die ſeptembris in coronæ ſpeciem circa urbem conſedit, ac longe lateque provinciam vaſtavit. Fridericus Rheni Palatinus, cui ut ſummo duci omne urbis & copiarum imperium concreditum erat, urbe excluſus eſt: Philippus tamen patruus loco ejus præfuit exercitui præſidiario, qui octodecim militum millibus ex quibus quingenti equites cataphracti erant, conſtabat: ſubruerunt murorum partem actis cuniculis barbari; ſed cum per ruinas in urbem penetrare niterentur, magna eorum edita ſtrage propulſati ſunt. Deinde ad artes converſi, tres Germanos, qui antea fidem Chriſtianam deſeruerant, ſubornarunt, ut in urbem tanquam e vinculis effugiſſent ſe reciperent, & condicta die & hora, cum undique in urbem impetus fieret, ignem diverſis locis injicerent ædibus ad urbem concremandam: ſed divina providentia nefarium confregit conſilium, nam Turca damnata Mahometis ſuperſtitione ad noſtros transfugiens fraudem aperuit, ac tum proditores conquiſiti ſceluſque faſſi ſupplicio affecti ſunt.

Inſidiæ divina providentia ſuperatæ.

XLIV. Monitus Carolus V. Germaniæ periclitanti ſubveniat.

Inter hæc rerum diſcrimina cum increbreſcerent rumores Solimannum poritum Vienna ad Germaniam, quam Lutheranorum, Zuinglianorum, atque Anabaptiſtarum peſtes a Mahumetiſmo non alienæ debilitaverant, perdomandam in Hungaria hyematurum, Pontifex graviſſimis curis ſaucius Carolum V. Cæſarem literis quibus aſcripta ſecunda octobris dies, ſolicitavit (a), ut periclitanti Ferdinando Hungariæ Bohemiæque Regi fratri ſuo opitularetur, paritetque rogavit Henricum (b) Angliæ Regem, ut una cum cæteris Regibus ac principibus arma & ſtipendia militaria ad communem hoſtem propulſandum conferret.

(a) *Libr. an.* 1529. *pag.* 497. Anxiæ Pontificis curæ. (b) *Ib. pag.* 497.

Regi Angliæ.

Cum, immaniſſimo Turca in Hungaria præter morem ſuum cum potentiſſimo exercitu hyematuro, ad omnes Chriſtianos principes pro ope adverſus illius formidabiles apparatus contribuenda mittamus, etiam quantum noſtræ attenuatæ vires patiantur minime in hoc defuturi; neminem principum juſtius aut libentius, quam tuam ſerenitatem, in hoc requirendam duximus, utpote quam ad ſanctæ fidei tutelam ſemper promptam ac pervigilem haud minus ex ſui animi pietate, quam majorum ſuorum exemplo fuiſſe perſpeximus. Itaque elegimus ex tuis haud minus quam noſtris communiter nobis charum & fidum dilectum filium Paulum Caſalium tui apud nos oratoris fratrem, nuntium ad hoc noſtrum, qui preces ad te noſtras pro communi fidei defenſione ac ſalute perferret. Quare, fili noſter in Chriſto chariſſime, ſerenitatem tuam per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti hortamur & rogamus, illam omni ſtudio obſecrantes, ut in communi omnium haud minus quam illarum regionum periculo opem pro Chriſti fide populiſque Chriſtum profitentibus defendendis velis pie contribuere, unde & officii Deo omnipotenti a te debiti perſolutio & exempli cæteris principibus tributio gloriaque apud homines meritumque apud Deum ſerenitati tuæ ſuccedent, &c. Dat. octobris MDXXIX. pontificatus noſtri anno VI.

Solicitatus Angliæ Rex ut opem urbi Chriſtiano ferat.

Conceptis eodem argumento literis Franciſcum Gallorum Regem adhortatus eſt (c), ut ad Chriſtiani nominis dignitatem contra Mahumetis cultores aſſerendam vires conjungeret, atque Antonium de Prato Cardinalem Senonenſem (d), tum Ludovicam Regis matrem (e) pios ſtimulos Franciſco ipſi addere juſſit, ut Chriſtianiſſimi Regis claros titulos piis operibus exornaret: *Te in Chriſto, filia, cujus pietas erga Deum ſingularis in cunctis rebus perſpecta ſemper eſt, & in hac maxime a nobis & omnibus expectatur, hortamur ac per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jeſu Chriſti aſtringimus, ut eundem tuum natum, ipſum per ſe omni laude pietatis inſignem, & titulo Chriſtianiſſimi ad hoc obligatum impellere & perducere velis ad opem ſuam contra communem hoſtem contribuendum; quod ei gloriæ apud homines, meritoque apud Deum eſt maximo futurum, cum non modo re ſit in hoc profuturus, ſed exemplo, &c. Datum, &c.* In ſuperioribus proximis literis adjecta eſt hæc temporis nota IV. *octobris* MDXXIX.

Additi Gallo Regi pii ſtimuli. (c) *Ib. pag.* 493. (d) *Ib. pag.* 492. (e) *Ib. p.* 491.

XLV. Inſignis Regum Chriſtianorum ſegnities. De Rhodo recuperanda actum.

Magna extitit Chriſtianorum Regum pro re Chriſtiana tuenda amplificandaque ſegnities, non enim deſuerat hujus anni exordio recuperandæ Rhodi occaſio, nam qui ſupererant Chriſtiani Rhodii Turcicum jugum excutere exoptabant: de quibus monitus Pontifex Antonium Boſium ſubmiſit (f), ut arcana conſilia pro recuperanda ea inſula agitaret. Erat vir ille in rebus gerendis acerrimus, ac de re Chriſtiana optime meritus, quem Clemens ampliſſimis affecit præmiis, atque hoc ornavit elogio (g): *Noviſſime Rhodi ab immaniſſimis Chriſtianæ fidei hoſtibus obſidione durante ac etiam antea eidem civitati non modicam tam militum quam commeatus ſubſidii opem etiam per mediam Turcarum claſſem ex partibus occiduis & inſulæ Cretæ non ſine maximo vi-*

(f) *Ib. p.* 89. (g) *Ib. p.* 120. Antonii Boſii equitis commendatio.

vitæ tuæ diſcrimine attuliſti. Dat. Romæ XIII. *aprilis*. Particeps erat ejus conſilii pro redintegranda re Chriſtiana metropolita Rhodi, cui de nimia Chriſtianorum cunctatione querenti reſpondit Clemens (*a*) XIV. aprilis die expeditionem multas ob cauſas dilatam, neceſſarios tamen ad eam apparatus confici. Verum præclarum & ſalutare conſilium, quod ſi e ſententia ſucceſſiſſet, Solimannum ab Hungarico & Germanico bello retardaſſet, mora conſenuit : nam decima junii Clemens Rhodiorum equitum principem ad Melitem inſulam ire, ſedeſque ibi figere juſſit (*b*) ; quandoquidem ob Chriſtianorum principum negligentiam recuperandæ Rhodi conſilium ex nimia cunctatione periiſſet.

(*a*) *Ib. p.* 170.

Prætermiſſa recoperanda Rhodi occaſio.

(*b*) *Ib. p.* 170.

XLVI. Solymanni ardor ingens pro re Chriſtiana opprimenda.

Non ita Solimannus in oppugnando imperio Chriſtiano iners, quem tantis molitionibus Viennam Germaniæ propugnaculum adortum ferunt, ut hoſtilibus impreſſionibus ſuſtinendis Germani præſidiariis pares eſſe nunquam potuiſſent, niſi divina providentia Turcicis pectoribus Chriſtiani ſanguinis avidiſſimis tantum terrorem incuſſiſſet, ut a ſuis ducibus cædi ſuſtibus claviſque ferreis, gladiiſve conſcindi mallent, quam greſſum ad oppugnationem urgendam admovere, cum totius exercitus vires una impreſſione experiri conſtituiſſet, quam ita deſcribit Nicolaus Iſthuanfius (*c*) : [1] *Ad diem* XIII. *octobris purpurati & alii præfecti eos omnes, quicumque arma capere poſſent, omnibus caſtris exire ſublatiſque clamoribus & ingenti tympanorum & turbarum ſonitu, ac crepitantium ſclopetorum fragore ad murorum ruinas, quas actis in imo cuniculis diſiecerant extremam editurus vim procedere juſſerunt : quas tametſi noſtri noctibus, quæ anteceſſerant magno militum & civium labore conteatis trabibus ac vaſis terra repletis reficere, ac irrupturis, quod ſuſpicabantur, hoſtibus obicem ponere, & novam veluti munitionem opponere contendiſſent ; non tamen parum formidinis militibus incuſſit tantus hoſtium irruentium numerus, & in multa agmina diviſus barbarorum exercitus. Et ſane quod merum haud leviter auxit Turcæ aſſiduis colubrinarum ictibus turrim portæ charinthiacæ, ex qua antea magnum illis detrimentum illatum, magnaque eorum ſtrages edita fuerat, puncto temporis diſiecerunt, eaque concidente magiſtris tormentorum ea in parte defendendi muri facultatem omnem ademerunt, noſtroſque haud leviter perterruerunt ; magno tamen ardore cohortantibus ducibus animos colligere, ac tam denſam & terribilem ſclopetorum procellam in hoſtes eminus effudere, ut iis, qui primo ordine muros ſubiiſſent, maxime ex parte conciſis & interfectis, cæteri eos ſubſequi aut laborantibus opem ferre nequaquam auderent, ſed in fœdam fugam conjicerentur.*

(*c*) *Nicol. Iſtuanſ. l.* 10.

Turcarum formidanda impreſſio.

Prima eorum acies cæſa.

Quo animadverſo Ferhatus Janicerorum tribunus, & Behramus, & Ibraimus beglerbegi, ſeu magiſtri equitum, quum in fugientes & pavidos ad pugnam reducendos fuſtibus & clavis nihil proficerent, ſicuti in proximo impetu acciderat ac acinacibus vulnera ignavis ingerendo, pleroſque interſecere ; ſed perturbatos ac metu & pavore exterriatos propius muros nullo modo adigere potuere, cum ſe ſuorum potius principum manibus & gladiis occumbere, quam Germanorum aut Hiſpanorum ſclopetis, aut veruibus ſic illorum longiores ſpathas appellabant figi ac interfici malle reſponderent : ita ut Turcas, alioquin ſuis principibus dicto audientes & in Chriſtianorum cædem atque ſanguinem inſita quadam & naturali feritate & truculentia ultro ferri ſolitos, divini numinis ope & providentia tantum animis terrorem concepiſſe credi fas ſit. At Solimannus ſpe potiundæ urbis ſua etiam confeſſione dejectus, pertinaciæ finem impoſuit, incuſataque fortuna, quæ lubrica & inconſtans conatus ſuos eluſiſſet, obſidionem ſolvere, & Byzantium reverti conſtituit. Itaque ad XIV. *diem octobris, qui fuit dies jovis, obſidionis autem vigeſimas tertias extrahi aggeribus tormenta, & majorem partem na-*

XLVII. Secunda fugam carpit.

Summa Turcarum in ſuos ſævitia.

NOTÆ [1] HÆc Vindobonenſis (vel ut Leunclavio placet Vindomane) urbis obſidio, quam hic deſcribit Annaliſta, divino prorſus miraculo ſoluta eſt ut non chriſtiani tantum ſcriptores faterentur, ſed & Mahometani pariter agnoviſſe viſi ſunt. Author enim Annalium Turcicorum Leunclavii, & alter Italice vulgatus, cum reditum hunc Solimanni aliter excuſare non potuerint, nollentque prodigium fateri, ſcripſere Solimanni exercitum intolerabilem frigoris vim ferre minime potuiſſe, quare obſidionem deſerere inviti coacti ſunt. Quam ſane frigoris intolerantiam nemo ejus temporis hiſtoricos notat.

Quid vero egerint Lutherani in tanto rei Germanicæ periculo non ex catholico aliquo ſcriptore, cujus fides ſuſpecta eſſe poſſit, ſed ex uno aliquo eorum & quidem nobili ſectario Georgio Spalatino in vita Joannis electoris Saxoniæ diſcimus. Narrat vero ille electorem vectigal popularibus ſuis indixiſſe ut exercitum compararet. Res tamen adeo ſegniter confecta, ut antea obſidio ceſſarit, quam exercitus in expeditionem proceſſerit. MANSI

navibus imponi, reliqua ad caſtrorum neceſſitates una vehi juſſit, ac ejuſdem noctis hora decima, quod tam tumidum elatumque barbari animum haud parum pudeat, ſublatis ſilentio tentoriis, impedimentiſque & conclamatis vaſis iter arripuit tanta properandi cura, ut die quinto in campis Budæ ſubjectis, quod triginta duorum millium paſſuum intervallum habetur, caſtra collocaverit. His addit appendicis Sabellico adjectæ author: *Nullum puto a condito ævo locum majori mole oppugnatum, nullum magis ſtrenue defenſum. Vicies, ut fertur, hoſtis ſubiit muros, vicies cum ingenti ſtrage a mœnibus repulſus Dei virtute necnon ducum, civium & militum fide manſit inter tot terrores res Viennenſis ad exitum incolumis*.

Removet caſtra a Vienna Solymannus.

XLVIII. Feruntur periiſſe (a) in ea Viennenſi oppugnatione Turcarum octoginta millia, quorum pars maxima calonum erat; militum enim viginti & eo amplius millia Iſthuanffus cenſet: extrema autem agmina ſecuti equites, qui Vienna eruperunt, magnam multitudinem hoſtium contrucidarunt, necnon plures captivos in libertatem vindicavere; ceperant enim illi in Viennenſis agri populatione ad ſexaginta Chriſtianorum millia, ut Surius narrat, qui de hoc bello ſubdit: *Non dubium eſt quin omnipotens Deus ſingulari benignitate eam victoriam contulerit Germanis, quorum certe vires tanto hoſti longe alioqui impares erant. Sub Turcarum adventum juſſi erant urbe excedere fœminæ, pueri, ſacerdotes, monachi, & omnis imbellis turba, at [quod ſumme dolendum eſt] ii magna ex parte in immanes barbaros inciderunt, qui infantes ſecuerunt medios, fœminas & ſenes quos in ſervitutem nollent abducere partim palis infixerunt, verubus transfoderunt, gladiis diſciderunt. Feruntur in ea Turcicæ vaſtitatis procella ſupra ſexaginta millia Germanorum in ſervitutem rapta: porro totus Viennenſium ager ſuccisis vitibus & frugiferis arboribus triſte intuentibus ſpectaculum præbebat. Solimannus ubi Budam rediit Joannem Vaivodam Regem conſtituit, amicumque & beneficiarium appellavit: ſed ſic recuperaſſe regnum miſerum profecto eſt, & a Chriſtiana pietate alienum, quamquam [o cæca mortalium pectora] quid non faciunt plerique homines, ut vel ad breve tempus poſſint eſſe beati in hac vita; iidem ipſi omnis laboris impatientes, ſi quid agendum ſit pro æterna vita?* Solimannus Joanni ſacram olim coronam jam multis impiatam flagitiis, ſceptrumque, & alia inſignia regia contuliſſe, accitoſque proceres illi parere juſſiſſe, tum valido Janizerorum præſidio communita Buda Conſtantinopolim ſe recepiſſe addit Iſthuanffus: cujus belli hiſtoriam paucioribus hiſce verbis complectitur Coclæus (b).

(a) Sur. in comm. Cont. Sab. hoc ann.

Turcarum immanitas in pueros & ſenes.

Joannes beneficiarius fit Solymanni.

(b) Cocl. hoc ann. in act.

XLIX. *Turcarum tyrannus Solimannus, vaſtata Hungaria, Viennam Auſtriæ caput venit die* XXI. *ſeptembris habens in exercitu ſuo quadringenta millia militum circumdans urbem ſexdecim caſtris per circuitum, quæ ad tria aut quatuor milliaria extendebantur*, & infra: *Rex Ferdinandus fortiſſimo munierat urbem præſidio, in quo ſane lectiſſimi erant milites, quorum ſupremus capitaneus erat illuſtriſſimus dux Bavariæ Rhenique Palatinus Philippus. Invenerat præterea tormenta bellica maxima & optima quæque, quorum pretia vix duo regna [uti nonnulli dicunt] æquare poſſent, hoſtes qui bombardas magnas non advexerant [quia urbem ſubito occupare intendebant præveniendo imparatos] maxima urbi præſidioque pericula intentabant, cuniculis antriſque ſubterraneis, quibus urbem velut penſilem faciebant, & impoſito pulvere tormentario, eoque incenſo terribiliſſimis fragoribus rupturiſque muros demoliebantur. Urbe magna ex parte muris nudata, fecerunt creberrimas oppugnationes: ſed invictum præſidii robur ſemper cum damno eos repulit, adeo ut Turcæ tandem quamvis fuſtibus gladiiſque a ſuo tyranno ad oppugnandum adigerentur, ſtatim tamen retroceſſerint. Interea Rex Ferdinandus, qui in oppido Lintz velut in ſpecula ad Danubium morabatur, magna undique conciebat auxilia, ut obſeſſis opem ferret, quorum magna pars in procinctu jam erat: quod ubi animadvertit Turca ſolvit obſidionem incenſis caſtris die* XVI. *octobris, & inglorius Conſtantinopolim reverſus eſt magnis acceptis in terris & aquis per inediam & frigora incommodis, non ſolum in rebus & machinis, ſed etiam in hominibus, cameliſque & equis*.

Ferdinando opem parante obſeſſis, Turca diceſſit.

L. Dum Conſtantinopolim Solimannus Caroli V. Cæſaris, qui in Germaniam ex Italia adventaturus cum exercitu ferebatur, metu diſcedit Hungaria, in qua hyemem tracturus putabatur, non minus Carolus V. fluctuabat incertus an ad defendendam Germaniam contra Solimannum procurreret, an componendis rebus Italicis vacaret: ineunte quidem anno Cardinalis S. Crucis Pontifici nomine cæſareo pollicitus Oſtiam & Civitatem veterem Romanæ eccleſiæ a ſuis ducibus reſtitutum & Cardinales obſides liberatum iri, Neapolim profectus eſt, ut regios adminiſtros ad perficienda imperata cæſarea adduceret: quibus de rebus ad Balthaſarem Caſtilioneum in Hiſpania internuntium datæ ſunt literæ (c),

Caroli V. curæ graviſſimæ.

(c) Ext. l. 2. l. princ. p. 153.

ut

Digitized by Google

Cardinales obſides liberari jubet.

ut pontificio nomine Carolo V. gratias ageret. Clemens vero, cum a Philiberto Auraſiæ principe certior eſſet factus, præceptum ſibi a Cæſare, ut eos e cuſtodia emitteret, eoſdem tres Cardinales diuturnum carcerem ab hoſtibus paſſos his conſolatoriis literis erexit (*a*).

(*a*) *Lib. brev. an.* 1529. *p.* 1.

Dilectis filiis noſtris A. S. Hadriani, F. S. Marci, ac H. S. Theodoreti diaconis Cardinalibus.

Clementis ad eos literæ.

Dilecti filii noſtri. Exultamus gaudio, & Deo omnipotenti gratias agimus, quod veſtram liberationem tanto ſtudio optatam & procuratam a nobis, jam tandem confectam videmus: ita enim dilectus filius nobilis vir princeps Orangiæ ſibi a Cæſare hoc demandatum inquiens nobis pollicetur, ſe & vos, quod in primis cupimus, & arces redditurum eſſe quamprimum id nos fieri velimus. Nos vero id impendio per literas eum rogamus, ut ſtatim efficere velit, voſque ante omnia nobis reddere: quod eum non dubitamus ſine mora eſſe facturum. Quæ vobis, filii, nota eſſe voluimus, nobis etiam ſcribentibus, ut nobiſcum pariter gauderetis, etſi gaudium veſtrum eo præcipue reſervatur, cum vos reviſere & complecti licebit: quod propediem fore confidimus. Dat. Romæ, &c. VIII. *januarii MDXXIX. pontificatus noſtri anno* VI.

LI. Hortatus vero eſt (*b*) eumdem Auraſiacum principem proregem Neapolitanum, ut tum Cardinales obſides, tum arces ea mandati cæſarei formula reſtitueret; reſtitutaſque fuiſſe refert Franciſcus Guicciardinus: de quibus (*c*) etiam a Pontifice ipſo Carolo V. VII. maii actæ gratiæ (*d*); tum benevolentiæ ergo enſem & pileum pontificia prece in natali Domini nocte extremo ſuperiori anno ſacratos ad proregem Neapolitanum tranſmiſit, munuſque ornavit hiſce literis (*e*).

(*b*) *Ib. p.* 11.

(*c*) *Guic. l.* 19.

(d) *Lib.* 2. *lit. princ. p.* 161.

(*e*) *Lib. brev. an.* 1529. *p.* 3.

Principi Orangiæ.

Sacrum munus Auraſiæ principi tranſmiſſum.

Dilecte fili ſalutem, &c. Cum pontificii moris ſit donare ſingulis annis aliquem ex Chriſtianis principibus enſe cum pileo dominicæ nativitatis nocte benedicto; nos, qui tibi poſt ſereniſſimum Cæſarem in perpetuum nos debere agnoſcimus, nec ſumus ulla in re, quam honeſte poſſimus, a gratificandi tibi voluntate unquam deſtituri, id munus tuæ virtuti ac felicitati accommodum pro noſtra in te benevolentia de venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium, quos ſumme lætificaſti, conſilio & aſſenſu per dilectum filium Antonium de Hiſpello camerarium noſtrum ad te deſtinamus, ut adverſus impios & infideles Turcas tua dextera apoſtolico etiam munere & authoritate muniatur ad defenſionem fidei, & eccleſiæ ſanctæ Dei. Tu igitur pro tua pietate hoc munus noſtrum Chriſtiano affectu & pia veneratione ſuſcipies, nec tam muneris qualitatem tibi imparem, quam myſterium & cerimoniam eius perpendes, ob quæ maximi quique principes hoc munere ſemper ſe ſumme honeſtatos putaverunt, quemadmodum idem Antonius plenius explicabit. Dat. Romæ, &c. VIII. *januarii MDXXIX. pontificatus noſtri anno* VI.

Extant aliæ literæ ad internuntium apoſtolicum, qui in Neapolitano regno agebat datæ (*f*), ut Philiberto Auraſiæ principi Neapolitano proregi eadem ſacrata munera traderet: devinxiſſe vero ſibi Pontificem hunc principem, ut ipſius armis Florentinæ reipublicæ imperium Mediceæ familiæ reſtitueret; tum Peruſium, cujus toparcha Malateſta Balionus in Galliæ Regis & Florentinæ reipublicæ clientelam merendorum ſub iis contra Cæſarem ſtipendiorum ſpecie ſe commendarat. Tulit graviter ejuſmodi Peruſinorum defectionem Pontifex, ipſoſque admonuit (*g*) impendentis diſcriminis, ne cæſarea arma in ſe concitarent. LII.

(*f*) *Ib. p.* 10.

Cur prenſarit illius gratiam Clemens. Peruſini pontifici infenſi.

(*g*) *Ib. p.* 197.

Peruſinis.

Intelleximus preces ac deſiderium non plus veſtrum fili, quam noſtrum conſulendi rebus iſtius civitatis, quas & pro paterno amore, quem erga vos ſemper habuimus & habemus, & pro commodo ac honore noſtro haud minus noſtras, quam veſtras eſſe ducimus: ſed tamen huic noſtræ medendi & occurrendi voluntati illud difficultatis ſumme obiicitur quod his ipſis, quos timoris motibus cauſam a vobis datam eſſe cæſarei allegant, qui ſicut hactenus nobis deprecantibus nobiles noſtros, quamquam alieno in ſe animo toleraverunt; ita nunc ſe minime laturos affirmant, quod hoſtes ſereniſſimi Cæſaris patientibus id vobis in iſtam civitatem milites induxerint, & pro arbitrio dominentur, poſthabita noſtra & hujus ſanctæ ſedis authoritate, cuius defenſionem ab eodem Cæſare ſibi demandatam publicant, &c. Dat. Romæ XII. *junii MDXXIX. pontificatus noſtri anno* VI.

Moniti ne arma Cæſarea in ſe concitent.

Ad ſtudium ſui perduxerat (*h*) Malateſtam Balionum Peruſii tyrannum Franciſcus Gallorum Rex, cum ita copias ex Etruria in Neapolitanum regnum traducere, atque Hiſpanis iter intercludere ſe poſſe ſperaret: viſæ enim ſunt hujus anni exordio Gallicæ res anno ſuperiori impeditæ ac pene perditæ reſtitui, tum etiam in Inſubria reflorescere; quæ demum in utraque Italiæ parte proſtratæ Gallum Regem in bello gerendo infelicem ſpectare ad pacem coegerunt.

(*h*) *Guic. l.* 19.

Cæſareæ res in regno Neap. depreſſæ.

De turbatis quidem initio cæſareis rebus in Neapolitano regno extant plures lite- LIII.

literæ (*a*), ut exules Neapolitani ingenteſque ſicariorum vagæ & palabundæ turmæ magnam vaſtitatem agris intulerint (*b*): ut Veneti Barolum, Monopolim, Tranumque communierint (*c*): ut Alfonſus Davalus marchio Vaſti Monopoli obſidione propulſatus fuerit: ut Aquila Camilli Pardii opera in Gallorum poteſtatem conceſſerit (*d*); in qua Mendanium Hiſpanum ſummæ impietatis in Pontificem, dum in arce Hadriana obſidebatur, patratæ, reum periiſſe glande frontem penetrante, refert Paulus Jovius (*e*) ſic inquiens: *Is ille eſt Mendanius, qui ſub arce molis Hadriani vetulam olitoris uxorem impiis manibus laqueo pro januæ ſuſpendit, quod illa expetenti Pontifici binas lactucas in foſſam opera pueri funiculo alligandas & ſurſum extrahendas projeciſſet; ſic ut deteſtabili ejus ſuſpendii ſpectaculo proſpectantis Pontificis oculi graviſſime per ſex dies offenderentur, illeque juſta indignatione permotus hominem uſque adeo impium execratus pari ſupplicio devoveret*. Addunt principum literæ, ut in Apulia inde Gallica factio amplificata fuerit (*f*), ut Peruſium etiam a Malateſta Bolionio ad partes Gallicas traductum fuerit (*g*); ut graves ideo effuderit querelas Pontifex (*h*), qui neque Gallica neque cæſarea factione ſe implicare, ſed communis parentis officium ad Reges æmulos in concordiam revocandos gerere cupiebat (*i*): utque Franciſcus Rex leves excuſationes obtenderit, modo geſtam rem ſe inconſulto a regio oratore (*k*), qui Florentiæ agebat, modo facinus excuſarit (*l*) eo fuco, quaſi Peruſium Gallico præſidio infeſſum non minus poſthac, quam antea in pontificia futurum eſſet poteſtate.

(*a*) *Lib.* 2. *lit. princ. p.* 165.
(*b*) *Ib. p.* 166. & 168.
(*c*) *Ib. p.* 160. 164.
(*d*) *Ib. p.* 180.
Mendacii impii funeſtus exitus.
(*e*) *Jov. l.* 25.
(*f*) *Ead. t.* 21. *lit. princ. p.* 157.
(*g*) *Ead. pag.*
(*h*) *Et* 177.
(*i*) *Pag.* 169.
(*k*) *Pag.* 172.
(*l*) *Pag.* 177.

LIV. Addit Guicciardinus (*m*) claſſem ſocialem Lancianum invectam eam urbem expugnaſſe Severi oppidum & alia capta fuiſſe, ac ſi Gallus, ſubſidiarium aurum, ut jactarat, militumque ſupplementa ſubmiſiſſet, potuiſſe iterum in diſcrimen Neapolitanum regnum adducere: at eo promiſſis tantum ſuos ſuſtentante, ipſius res primum in Apulia, deinde in Inſubria conciderunt: in Veſtinis quidem Aquila & aliæ munitæ arces a Philiberto Auraſiæ principe expugnatæ ſunt: qui deinde ad Gallos Peruſio depellendos cœperat ſe accingere, cum nonnulli cæſarei duces in Peruſinum agrum incurrere; quibus cum Spoletani ſuos adjunxiſſent oratores, quaſi ex pontificia voluntate bellum Peruſinis inferretur, increpuit eos Clemens (*n*): tum metuentes Peruſini ne univerſi exercitus cæſarei moles in ipſos incumberet, eundem Pontificem rogarunt, ut imminentem bellicam tempeſtatem averteret: quos ille de excepto Gallico præſidio objurgavit, neque impendentibus malis niſi pulſo Baliono ſe occurrere poſſe reſpondit (*a*).

(*m*) *Guicc. lib.* 19.
Gallis iterum aſſlictis inſtauratæ Hiſpaniæ res.
(*n*) *Clem. lib. brev. p.* 199.

(*a*) *Lib. brev. ann.* 1529. *p.* 420.

LV. *Valde*, inquit, *miramur, ac pro noſtro erga vos amore vehementer dolemus, nec conſilium adhuc neque authoritatem noſtram apud vos, quantum æquum erat, in veſtrum beneficium valuiſſe: nam ſi, ut fidos ac veros Eccleſiæ filios decebat, noſtris monitis paruiſſetis, declinaretis omnem iſtam tempeſtatem; vobis enim ſi quam prædicatis nobis atque Eccleſiæ fidem, re ipſa præſtabitis, ſi tyrannum jam non civem, qui veſtro ſanguine veſtris viſceribus alitur, ejeceritis, nihil omnino metuendum eſſe in verbo veri Pontificis pollicemur; neque enim, dimiſſo Malateſta, accedet ad vos exercitus Cæſaris, quem ab omni in noſtros ſubditos injuria temperaturum confidimus, & præter domeſticas juventutis veſtræ vires non deſit a nobis præſidium, quod liberæ civitati numquam denegaturi ſumus, modo videamus urbem Eccleſiæ, non tyranno, conſpirare. Dirigat Deus mentes veſtras ad ſaniora conſilia, neque unius aut paucorum culpa calamitas univerſis inferatur*, &c. Ejectus eſt Malateſta Peruſio armorum vi ab Auraſiæ principe, cum Pontifex jam cum Cæſare contraxiſſet fœdus, quod publicæ pacis exordium extitit & unicum lapſis rebus præſidium (*p*).

Objurgati a Clemente.
(*p*) *L.* 4. *lit. princ. p.* 179.

LVI. Cum enim, ut ſuperius indicatum eſt Lutherani aucti numero & audacia non jam, ut antea, permittendam cuique quod vellet ſentiendi libertatem ſtatuerent, ſed gladios ſtringerent in catholicos, ac vi religionem abolerent, noſtriſque diſſidiis erectus Solimannus ad Pannoniam ac Germaniam occupandas erumperet, Clemens Pontifex, qui diu ante conſilia de itinere in Hiſpaniam Galliamque ad Reges illos in concordiam redigendos inſtituendo ſuſceperat, ea rurſum aſſumpſit: cum enim anni principio morbo gravi implicitus decumberet (in quo Hyppolitum Medicem nepotem Cardinalem creavit (*q*) rogatu Cardinalium, qui afflictæ Mediceæ familiæ illud columen dandum cenſuerant) vocatis Cardinalibus aperuit ſe decreviſſe, ſi valetudini reſtitueretur, ad Reges proficiſci conciliandæ pacis cauſa, ac ſi ab humanis demigraret, eoſdem eſt adhortatus, ut ad redintegrandam pacem, ac ſananda tam acerba Chriſtianæ reipublicæ vulnera, ſtudia vireſque omnes intenderent: extantque Jacobi Salviati ad comitem Mirandulæ datæ literæ (*r*), qui-

Iterum de profectione trans Alpes cogitat Clemens.
(*q*) *L.* 2. *lit. princ. p.* 153.
(*r*) *L.* 2. *lit. princ. p.* 179.

Digitized by Google

quibus ſignificat Pontificem decreviſſe proficiſci ad Cæſarem pro publica pace firmanda, eaque firmata concilio œcumenico congregando non defuturum, cum perturbatiſſimis iis temporibus labefactata dignitas pontificia a concilio reſtitoenda ſit. Levatus autem morbo Clemens idem conſilium ſovit, ut Hieronymus Niger ad Jacobum Sadoletum ſcribit (*a*): *Clemens Pontifex maximus e morbo tandem convaluit: quotidie in ore habet divinum conſilium tuum de profectione ad Cæſarem, & de pace publica: quo quidem conſilio ſi integris rebus uſus fuiſſet, non laboraremus. Dat. Romæ* XV. *kal. aprilis MDXXIX.* Tum epiſcopum Vaſionenſem internuntium ad Cæſarem miſit (*b*), ut com eo de pace publica conferret, conſuleretque num Pontificem in Hiſpaniam proficiſci, an vero ipſe Carolus V. in Italiam accedere mallet: qua de re extant pontificiæ ad eundem Cæſarem VII. maii die datæ literæ: ſuperiori vero menſe hunc internuntium fuiſſe decretum oſtendunt aliæ XVI. kal. maii hujus anni conſignatæ, datamque illi publicæ pacis cooſtituendæ provinciam.

(*a*) *Ext. apud Jac. Sad. ep. l.8.*

(*b*) *L.2. lit. princ. p.161.*

Conſulit de ea re Carolum V.

LVII. Miſit viciſſim ſuos oratores Cæſar ad Pontificem, qui ipſum de pacandæ Italiæ ratione conſuluere: quibus Clemens non armis, ſed concordia controverſias omnes Italorum eſſe dirimendas reſpondit (*c*). Roganti etiam Cæſari, ut prior ipſe Pontifex ſuam de pontificio in Hiſpaniam vel Cæſaris in Italiam acceſſu depromeret ſententiam, ſignificavit publicæ rei magis intereſſe, ut Cæſar in Italiam ſe conferret, quo imperialia inſignia e pontificiis manibus acciperet, atque in Germaniam ad eam contra Turcicas irruptiones tuendam tranſcenderet: tum ob valetudinem affectam & Romanæ aulæ inopiam futurum iter ſuum incommodum.

Carolus V. Clem. conſulit an ſit venturus in Italiam.

(*c*) *L. 2. lit. princ. pag.* 183. 184.

Clementis reſponſum.

LVIII. Legavit eodem tempore Clemens archiepiſcopum Capuanum ad Franciſcum Francorum Regem, ut actionem de pace publica in regia Gallica proveheret, atque eidem Regi profectionis in Gallias & Hiſpaniam conſilio defuiſſe vires ſignificavit (*d*).

(*d*) *Lib. brev. an.* 1529. *p.* 236.

Regi Chriſtianiſſimo.

Decreveramus iampridem, ſicuti tuæ ſerenitati notum eſſe non dubitamus, pro conciliande communi pace, quod unum ruenti Chriſtianitati remedium fore videmus, ipſi navigare ad te & ad ſereniſſimum Caſarem, ut nihil omitteremus quod noſtro vel officio, vel deſiderio in ea re conveniret; verum antea caſibus acerbis, noviſſime noſtra infirmitate, ex qua etiam nunc ſumus perimbecilles a facultate perſonaliter veniendi retardati, elegimus venerabilem fratrem Nicolaum archiepiſcopum Capuanum omni tempore & in omni re nobis ſumme charum & acceptum, qui noſtro nomine in hoc tam pio opere & labore fungeretur, noſtraſque preces & hortatus ad te & principes reliquos perferret: quare ſerenitatem tuam hortamur plurimum in Deo domino, ut ipſum archiepiſcopum benigne ſuſcipere, & ei plenam fidem in omnibus nunc & quoties acciderit habere velit. Dat. Romæ, &c. die v. junii MDXXIX. pontificatus noſtri anno VI.

LIX. Labentis Chriſtianæ rei, ac diuturni inter Reges diſſidii, quod tot tantaque mala invexerat, dolore confecti fideles continentibus votis pacem a divino Numine poſcebant: quos Pontifex encyclicis literis de pacis ſpe, quæ affulgere cœperat, certiores fecit (*e*). Suſceperant autem præcipuam redintegrandæ inter Reges concordiæ procurationem Margareta Auſtriaca (*f*) Cæſaris amita, tum Ludovica Francorum Regis mater (*g*), necnon dux Sabaudiæ (*h*), quos Pontifex ad rem perficiendam literis ſuis eadem die exaratis urſit.

Pacis colloquia habita inter Reges.

(*e*) *Ib. p.* 137.

(*f*) *Ib. p.* 201.

(*g*) *Ib. p.* 340.

(*h*) *Ib. p.* 249. 239.

Fœdus init Clemens cum Cæſare ad reſtituendos Florentiæ Mediceos.

LX. Dum ita publicam pacem ſuadebat Clemens, privatum fœdus cum Cæſare ad reſtituendam Mediceæ familiæ dignitatem extremo junio iniit: ſiquidem Cæſar illatas jam ante pontifici injurias magnitudine officiorum ſarcire cœperat; Gallus vero ac Veneti ita pontificiam amicitiam colebant, ut ex ea augere ſua tantum commoda vellent: nam Mediceorum Florentia pulſorum afflictis rebus reſtituendis parum conſulebant, nec ad urbes pontificias recuperandas operam dabant, Gallus ſcilicet Peruſium, Veneti Ravennam & Cerviam retinebant, quæ ſi reciperentur interpretibus Gallo & Anglo Regibus, cum nondum Hiſpanus Oſtiam & Civitatem veterem reſtituiſſet, de ineundo cum iis fœdere egerat (*i*): ſed cum nec Anglus nec Gallus Venetos ad reſtituendas eccleſiaſticas urbes flectere (*k*) poſſent, publicas & privatas res, juncta cum cæſare arctiſſima amicitia promovere decrevit, quam iis legibus Barchinone firmatam refert Guicciardinus (*l*), ut Pontifex exercitum Cæſareum e Neapolitano regno egreſſum libere per eccleſiaſticam ditionem commeare ſineret: ut Alexander Mediceus pontificius nepos Margaritam archiduciſſam Auſtriæ Caroli Cæſaris notham filiam uxorem duceret, armiſque Cæſareis in principatum Florentinum revocaretur: ut Ravenna Cerviaque Cæſarea vi vel authoritate Romanæ eccleſiæ reſtituantur, necnon Mutina, Rhegium, ac Rubiera, quas Fer-

Cur Gallum & Anglum & Venetum deſeruerit.

(*i*) *Id. ib.*

(*k*) *L.2. lit. princ. p.*165.

Præcipua fœderis capita.

(*l*) *Guic. l.*19. *Belcair. l.* 20. *Juſt. l.* 12. *Panvin. in Clem.*

Ferrariæ regulus tenebat, redderentur, ſalvis tamen priſtinis juribus Cæſarum controverſis.

LXI. Sancitum etiam ut Pontifex receptis iis urbibus grati animi ergo pro accepto beneficio Carolum juribus regni Neapolitani donaret, ac vectigal nummarium unius equi albi coloris munere pro ſupremo Romanæ eccleſiæ in regnum Neapolitanum imperio agnoſcendo permutaretur: ut epiſcopatus & eccleſiarum, quæ non eſſent juriſpatronatus, ſacerdotia controverſa a ſede Apoſtolica conſerrentur: ut familiare colloquium inter Pontificem Cæſaremque haberetur pro Italicis tumultibus ſedandis ac reſtituenda univerſo Chriſtiano imperio concordia, conſuetoque ritu alter alterum coleret. Conſtitutum præterea, ut ſi Pontifex recuperare Ferrariam decreverit, Cæſar ut ſedis Apoſtolicæ prnpugnator ac filius primogenitus præſidio non deſit. De Franciſco Sfortia conventum ut commune conſilium Pontifex ac Cæſar inter ſeſe conferrent quo illius cauſa non ſuſpectis judicibus committeretur qui ſervato legum ordine aut inſontem abſolverent aut reum damnarent; quem ſi exauctorari contigerit, tum Cæſarem ex Pontificis conſilio cuipiam grato & accepro eidem Pontifici eum principatum traditurum: ut nulla fœdera his contraria poſthac iniri poſſint, vel antea inita reſcinderentur: Venetis fruendæ pacis hujus beneficio poteſtas facta, ſi Ravennam Cerviamque reſtituerint Romanæ eccleſiæ, ſi occupatas in regno Neapolitano urbes reddiderint, ſi debita antea Cæſari & Ferdinando ex veteribus conventis munera præſtiterint.

De Mediolanenſi duce quid decretum.

LXII. His adjectum eſt, Cæſarem fratremque Ferdinandum Bohemiæ Hungariæque Regem omni ſtudio & contentione eniſuros, ut hæretici in catholicæ Eccleſiæ ſinum reducerentur: Pontificem vero præſidia & adjumenta divina adhibiturum: ac ſi ii in priſtina errorum pertinacia obduruerint, Carolum V. ac Ferdinandum bellum ad infringendam eorum contumaciam ipſis illaturos; ac Pontificem cæteros Reges ac principes, ut vires ſuas ad tantum malum e Chriſtiano imperio excindendum conjungant per-

De hæreticis ab impietate revocandis pactio inita.

moturum: decretum ne Pontifex clientum cæſareorum, aut Cæſar pontificiorum patrocinium ſuſciperent.

Poſtremo addita nonnulla alia capita a ſuperiori formula diſtincta ut Pontifex Cæſari ac Ferdinando quartam vectigalium eccleſiaſticorum partem pro bello ſacro contra Turcam gerendo concederet eo modo, quo antea Hadrianus VI. conceſſiſſet: cenſuris eccleſiaſticis ſolveret eos omnes, qui antea Romæ in majeſtatem ſedis Apoſtolicæ deliquerant, vel conſilium operam, ac ſtudium ad excidium urbis opprimendumve Pontificem contulerant, vel qui ejuſmodi flagitio tacite vel expreſſe aſſenſerint, vel etiam geſtam rem ratam habuerint: ut Clemens ampliſſimis inſtructum privilegiis de cruceſignata expeditione conficienda diploma daret ea ſerie verborum conceptum, qua antea Julius II. & Leo X. Romani Pontifices ediderant. Extant eæ pacis leges ſuis conceptæ verbis apud Joannem Antonium Summontium, atque in inſtrumenti formula additur ſancitas fuiſſe: *Pro reficienda Italia a tot tantiſque calamitatibus, & ob guerrarum turbines, & ſignanter ob obſidionem regni Neapolis per Gallos in regno.* Conſignatur hac temporis nota inſtrumentum publicum. *Datum Barchinone die* XXIX. *junii MDXXIX.* LXIII.

Hæc concordiæ formula tum Pontifici ad collapſas res eccleſiaſticas ac privatas inſtaurandas, tum ad pacem inter Reges conciliandam, tum ad cæſareas res conſtabiliendas accommodatiſſima, ne, ſi in Italiam non ſancita prius cum Pontifice pace veniret Cæſar, univerſam iterum Italiam in ſe concitaret, cum præcipue Gallum Anglumque ſibi inſenſos haberet; quorum prior, Franciſcus ſcilicet, palam jactabat veniente in Italiam Cæſare ſe pariter in Italiam inſtructo florentiſſimo exercitu deſcenſurum: nec aberat ſuſpicio non conciliato Carolo Cæſari Pontifice exitiale bellum redintegrandum. Itaque Carolus quamvis Gallicum exercitum in Inſubria deletum accepiſſet, tamen vigeſima nona junii die Barchinone ante aram principem cathedralis eccleſiæ ſolemni jurejurando ad pactiones has ſervandas ſe obſtrinxit. [1] Ita pu- LXIV.

Clementis apud Gallum officioſa verba.

blicæ

NOTÆ [1] EA quæ Annaliſta hic late proſequitur reformanda ſunt ad hiſtoriam Bernardi Segni Florentini civis, tunc Florentiæ agentis, & rerum illarum, quarum Florentinus populus pars erat maxima, conſortis. Narrat ille Julio menſe conveniſſe principes Cameraci, fœduſque ibi conciliaſſe occultum non inter pontificem & imperatorem tantummodo ſed & inter Cæſarem ipſum & Galliæ regem, quo fœdere jam ſtabilito *anzi eſſendo ſeguita l' accarda*, ſed nondum in Italia renunciato, Gallorum exercitus in Inſubria fuſus fugatuſque eſt. Emendandus eſſet ergo Annaliſta qui eo prœlio jam inito fœdus compoſitum aſſerit. Verum ſi recta temporis ſuppatatio habeatur cum Inſubricum prœlium die XXI. junii commiſſum aſſerat Guicciardinus lib. 19. Cameracenſem illum conventum diebus aliquot reipſa præceſſit. Errat vero Annaliſta ſcribens pontificem firmato jam

eum

blicæ paci muniti ſunt aditus, cujus interpretem egit Clemens; mox enim Gallum Regem certiorem admonuit (a), ut inter ipſum & Carolum pacem componere epiſcopi Vaſionenſis opera ſtuduiſſet, optanteque Cæſare ut illius conficiendæ vindex & interpres foret, ita cum ipſo pepigiſſe, ut majori apud eum pro pace conſtituenda authoritate polleret; nec quidquam pollicitum, quod illi detrimentum afferret.

(a) *Lib. brev. an. 1529. pag. 310.*

Regi Chriſtianiſſimo.

LXV. *Perlatum eſſe credimus ad ſerenitatem tuam, iniviſſe nos nuper confœderationem cum ſereniſſimo Cæſare. Sic enim nobis en Hiſpania nunciatum eſt publicatam eſſe mandato ipſius Cæſaris noſtram cum eo concordiam, quod & nos verum fatemur: ſed ne primo ſtatim auditu res aliam recipiat interpretationem, quam debet, nos libenter & cauſam & finem ejuſdem confœderationis tuæ ſerenitati explicabimus; perinde enim ac nobis convenit, tuæ ſerenitati paternum reſpectum & amorem gerimus, eamque de noſtra erga ſe benivola & paterna voluntate recte ſentire, ſicuti poteſt, optamus. Nam cum nuper in Hiſpaniam miſimus venerabilem fratrem epiſcopum Vaſionenſem noſtræ domus magiſtrum, ampliſſima quidem ei mandata dedimus, pro pace univerſali inprimis petenda, atque tractanda: quod ſi id primo ſtatim aditu fieri non poſſet, & idem Cæſar quod ſæpius atque inſtanter antea fecerat, noſtram amicitiam pro mutua ſecuritate poſtularet: tum ipſi epiſcopo mandavimus, ut cum Dei nomine iniret id fœdus, ita tamen, ut nihil in eo nos aſtringeret, quod in alterius damnum perniciemque redundaret: qua noſtra moderatione contentum fuiſſe Cæſarem lætanter accepimus; ſiquidem totius huius noſtri propoſiti finis, ſicut teſtis nobis eſt Dominus, non alius fuit, hodieque eſt, quam ut per hoc fœdus ipſi Cæſari adiuncti plus authoritatis apud eum habere poſſimus ad concordiam ei ſuadendam: quod & res ipſa quantum in nobis erit docebit, ac ſi nos Deus miſericors tot calamitatibus concuſſos conſolari in hoc & proſperari dignabitur, liquido tuæ ſerenitati apparebit, nos non plus noſtra quam tua cauſa hoc fœdus iniviſſe; idque ſerenitas tua ſibi ut perſuadeat, noſtrumque animum ad commune bonum & dignitatem, tuorumque præcipue filiorum reſtitutionem eſſe directum exiſtimet, illam plurimum in Domino exhortamur. Dat Romæ die XVIII. julii MDXXIX. pontificatus noſtri anno VI.*

Expoſitum in percutienda pace conſilium.

Significavit etiam Clemens Henrico Angliæ Regi a ſe percuſſum fœdus cum Cæſare eo conſilio, ut viam publicæ paci aperiret, nec minus in ipſum, quam antea communes parentis affectus geſtutum: tum etiam hortatus eſt, ut regiam nperam pro publica pace conficienda conjungeret. (b) LXVI.

(b) *Lib. brev. ann. 1529. pag. 311.*

Clemens, &c. Tuæ ſerenitati nota eſſe voluimus, utpote cui noſtra omnia conſilia & ſciri & probari cupimus, præſertim tendentia ad pium finem communemque utilitatem, cui ſemper tua ſerenitas ſtuduit, &, ut confidimus, ſtudebit. Ergo nos nomine cum Cæſare, re autem ipſa non minus cum principibus cæteris fœderati erimus, quippe qui communes omnium parentes omnibus in commune conſulere parati ſimus quantum in noſtra erit ſitum poteſtate, tuæ vero præcipue ſerenitati, eo quo conſuevimus amore ſemper alligati erimus: nec enim aliter poſſemus facere devincti veteri benivolentia mutuiſque aſtricti beneficiis; eo etiam magis, quo ipſam tuam ſerenitatem nobiſcum in eadem conſilia univerſalis pacis & concordiæ incubituram nobiſcum ſperamus, &c. Dat. Romæ XVIII. julii MDXXIX. pontificatus noſtri anno VI.

Anglus ad concordiam provocatus.

Aſſenſere pontificiis precibus & conſiliis Francorum Anglorumque Reges: & quidem Henricum Anglum inſtitutæ de concordia publica actionis promotorem fuiſſe, ac duos oratores epiſcopum Londinenſem & Suffolcii ducem miſiſſe Cameracum, refert Guicciardinus (c).

Ad pacem proni viſi Reges.

(c) *Guicciar. lib. 19. Paul. Jovius l. 26.*

LXVII. Porro Franciſcus Rex natorum ſuorum obſidum liberandorum deſiderio, & adverſis bellorum ſucceſſibus perturbatus Ludovicæ matris opera cum Margareta Auſtriaca Caroli amita Cameraci in colloquium venit, paciſque leges ita pepigit, ut Cæſar de Burgundiæ ducatu, quem Franciſcus in Hiſpano carcere ſpoponderat, petitionem remiſerit: cumque de nonnullis Sequanorum terris tanta controverſia eſſet, ut re infecta colloquium amputandum videretur, demum opera archiepiſcopi Capuani redintegratum

Concordiæ leges præcipuæ.

NOTÆ cum imperatore fœdere authorem fuiſſe regi Galliæ ut ipſe pariter cum imperatore conveniret. Eodem enim tempore eodemque in conventu Cameracenſi fœdus Gallicum & pontificium coaluit, ut idem ſcriptor teſtatur hiſtor. lib. III. Denique eodem Segni, & altero Florentino hiſtorico æquali Philippo Nerlio, ac denique Guicciardino teſtibus Capuanus epiſcopus a pontifice non ad Galliæ regem ſed ad conventum Cameracenſem ablegatus fuit, eoque potiſſimum agente, fœdus cum pontifice & imperatore compoſitum conſtat. MANSI

tum eſt, ac quinta auguſti die pax fuit promulgata iis legibus (*a*), ut regii filii in priſtinam libertatem reſtituerentur, cum duodecies centena ducalium nummorum millia Cæſari, cæſareo vero nomine Anglo Regi ducenta millia penderentur: ut Gallus Rex poſt ratum habitum hoc fœdus ſex hebdomadarum flexu urbes & arces, quas in Neapolitano regno, uti Barolum ſive quas in Inſubria tenebat, reſtitueret, & omni juri hereditario in Aſtenſem principatum cederet: ut Venetos ad Apuliæ urbes reſtituendas permoveret, detrectanteſque nummariis & militaribus ſubſidiis Cæſari collatis adigeret: ut ſupremo Belgii & Atrebati imperio, necnon juribus controverſis Tornaci & Atrebati ſe abdicaret; ut judiciaria acta in Carolum Borbonium confecta editaque aboleret, atque ipſius heredibus bona reſtitueret: ut ademptas belli cauſa terras ſecutis partes cæſareas redderet: ut provocationes ad monomachiam Cæſari delatam reſciſſæ cenſerentur; ac ne poſthac Gallus Rex Germanicis vel Italicis rebus ſe implicaret. Cæterum hac pace Clemens Pontifex tum Sabaudiæ dux ut imperii cliens comprehenſi ſunt: de Florentinis vero ac Venetis additum, ut quadrimeſtri flexu cum Cæſare paciſcerentur; nec quidquam aliud certi decerni paſſa eſt Margareta Auſtriaca, cum jam Cæſar de iis cum Pontifice ſtatuiſſet: de quo a Clemente, qui Ravennam Cerviamque a Venetis erat recuperaturus, & ad Florentinum principatum nepotes evecturus, Margaretæ Auſtriacæ hiſce literis (*b*) actæ ſunt gratiæ.

(*a*) *Guicc. l. 19. Belcair. l. 20. Ferron. l. 8. in Franc. I. & alii.*

Florentini & Veneti deſerti.

(*b*) *Lib. brev. an. 1529. p. 379.*

Dominæ Margaritæ.

LXVIII. *Tibi & ſereniſſimis tuis nepotibus acceptum referimus hoc beneficium redintegrationis noſtræ; non enim dubitare poſſumus quin quo ſtudio id decreviſti in conditionibus pacis, eodem ad effectum & executionem perduci cures: ac quamquam res ipſa omnem habet honeſtatem & juſtitiam, præſertim in his urbibus, quæ huic ſanctæ ſedi tanta indignitate & injuria ablatæ fuerant reddendis; tamen ob opportunitatem beneficii, & promptitudinem tuæ voluntatis non tamquam rem debitam ſed & prorſus ut beneficium accepimus: quod etiam gratius ſenſimus, quo beneficium univerſalis pacis redintegrationem noſtram nobis facit jucundiorem. Quamobrem agimus nos quidem nobilitati tuæ gratias quantas verbis poſſumus; verum multo majores in animo habemus & conſervamus, cupidi non ſolum referre, ſi quando acciderit, ut & Deum orantes ut pro nobis ipſe & tibi & tuis nepotibus retribuat, quos ſi quando antea ſingulari amore & paterna charitate ſumus complexi, nunc certe omni benivolentia, & affectu proſequimur, cum nobis & univerſæ Chriſtianitati tantum beneficium univerſalis pacis tribuerunt, te tantum bonum non ſolum procurante, ſed etiam perficiente: itaque merito & tibi & illis omnem felicitatem in terris & in cœlo optamus, &c. Dat. Romæ XII. auguſti MDXXIX. pontificatus noſtri anno VI.*

Margaretæ Auſtriacæ pacis interpreti actæ gratiæ.

Hujus fœderis inter Carolum V. & Franciſcum redintegrati authorem fuiſſe Mercurinum Gattinariam tradunt (*c*). Is principem locum inter cæſareos ſenatores tenebat; cumque videret Cæſarem a pacis conſiliis abhorrere, quod de Burgundiæ ducatus petitione diſceptata tamdiu armis, ac Matriti a Gallo antea conceſſa nihil vellet remittere, illum libere admonuit non modo ducatum non comparaturum, ſed etiam comitatum Burgundiæ amiſſurum, cum Sequani belli calamitatibus preſſi ad Gallum ſpectarent. Et quidem in eo comitatu plures arces a Gallis occupatas ſuperius ex Guicciardino indicatum eſt. Porro Mercurinum Gattinariam cæſarei ſcrinii præfectum ita ad Cæſarem locutum narrat prædictus Ferronius (*d*): *Fidele conſilium niſi dederim, & teipſum Cæſar decipio, & meipſum indignum tali magiſtratu aſtringam notæ ſempiternæ. Video te abhorrere a pace; at Sequani tui jam queruntur, exhauſtos ſeſe tributis: Hiſpani ingemiſcunt ad collationem: Italia prope direpta. Hybreas olim Aſiæ, cum Marcus Antonius duplicaret tributa: Si potes, ait M. Antoni duplex tributum uno anno exigere, id quoque æquiſſimum fuerit te poſſe, ac ſi poſſis Aſiæ impartiri duplices, ut uno anno æſtates, duplices quoque autumnos illa habeat: talentorum multa millia Aſia pendidit, quæ ſi non accepiſti, exigito a quæſtoribus tuis, qui acceperunt: ſin cum expenſa tibi fuerint, jam profuſa evolarint, equid cauſæ eſt quin tot pecuniis exhauſti perierimus? Valentinianum Cæſarem narrat Ambroſius ſacer author, ſi quid hoc ad rem pertinet, cum admoneretur nova indiceret vectigalia provinciis, hæc reſpondiſſe: Præterita nequeunt ſolvere, nova quo pacto ſuſtinebunt? An tantum honoris mihi ideo delatum, ut quo jure qua injuria unus ego fiſco tuo locupletando ſtuderem? unus ego diripiendos tibi Sequanos tuos, venandas omnium fortunas conſulerem? certe jam expilati ſunt, jam negant fortunas ſuas talibus, tamque crebris indictionibus ſatis eſſe.* Et infra: *Itaque ſi me audis vel minus juſtam pacem æquiſſimo bello,*

præ-

LXIX.

(*c*) *Ferron. l. 8. in Franc. I.*

(*d*) *Id. ib.* Datum a Gattinaria conſilium Carolo V.

Digitized by Google

Ornatur cardinalatu ob præclaram operam.
(a) Lib. brev. ann. 1529. p. 353.
(b) Ib. p. 349.

præſeres. Hæc apud Ferronium Gattinaria, quem Pontifex ob egregiam navatam publicæ paci operam cardinalitia purpura ornavit; de quo ad Cæſarem, (a) tum ad Alexandrum epiſcopum Oſtienſem, Franciſcum S. Crucis presbyterum, & Hippolytum S. Praxedis diaconum Cardinales, quos ad excipiendum Cæſarem legatos decreverat, extant datæ XXVIII. auguſti die literæ (b).

LXX. Applicuerat poſt longos & moleſtos circuitus Genuam XII. ejuſdem menſis auguſti Cæſar ſubvectus claſſe, cui mille cataphractos equites & novem millia peditum ipſum impoſuiſſe refert Guicciardinus (c), extantque de illius adventu, qui Italiæ pacem, levamen Eccleſiæ, & univerſo Chriſtiano imperio quietem allaturus eſſet, Clementis literæ (d), e quibus hæc decerpſi: *Cum primum ex dilecto filio Ludovico de Flandria, domino de Prato, camerario & conſiliario tuo, a te ad nos miſſo intelleximus ſerenitatem tuam in fine menſis proxime præteriti ex Barchinone ſoluturam, iterque in Italiam arrepturam fore; nos id tuæ ſerenitati & univerſæ Chriſtianitati felix fauſtumque deprecantes, pro more vetuſto & noſtra etiam in te benevolentia tres legatos S. R. E. Cardinales de fratrum noſtrorum conſilio ad eandem tuam ſerenitatem duximus deſtinandos, qui eam & excipiant honorifice, & officioſe, ut moris eſt, deducant. Dat. Romæ III. auguſti MDXXIX. pontificatus noſtri anno VI.*

(c) Guicc. lib. 19. Vincent. Blaſch. l. 4. c. 1. Bzo. l. 20.
(d) Lib. brev. an. 1529. p. 278.
Pont. ad Carol. V. lit. ut in Italiam veniat.

LXXI. Nec ſuæ ſpes Pontificem fefellere: quamvis enim Ferdinandus Turcico preſſus bello opem a fratre Cæſare poſceret, (e) ad componendas Italiæ res maluit incumbere. Erant eæ perturbatiſſimæ, ut ſcribit Hieronymus (f) Niger ad Jacobum Sadoletum: *Is*, inquit, *eſt rerum ſtatus atque ea totius Italiæ calamitas, ut nullus ſit angulus in quo non aut hoſtes ſæviant aut tyranni dominentur*. Et infra: *Cum ad te proficiſci ſtatuiſſem, cognovi mare Liguſticum hoſtili claſſe, ciſalpinam omnem Galliam Hiſpanorum præſidiis teneri, omnes denique aditus adeo armis occupatos intercluſoſque eſſe, ne Dædalus quidem, quod ajunt poetæ, tuto iſtuc advolare potuiſſet, &c. Romæ XV. kal. aprilis MDXXIX.* Licet vero Neapolitanæ res Cameracenſi fœdere pacatæ fuerint, in Etruria tamen atrox bellum ortum eſt, cum Florentini aſſerere ſuæ reipublicæ libertatem contra Pontificem & Cæſarem fœdere junctos Mediceis ipſos ſubiicere meditantes decreviſſent. Appulſo quidem Genuam Carolo oratores miſere, ut cum ipſos fœ-

(e) Clem. lib. brev. p. 497.
(f) Sadol. l. 8. pag. 323.
Infelix in hoc bello Italorum conditio.
Florentini paciſci volunt cum Cæſare.

dus ſancirent nulla Pontificis ac Mediceorum facta mentione: ſed repulſam paſſi ſunt, Mercurino Cardinali Gattinaria, de quo paulo ante memoravi, reſpondente ipſos ob Gallicæ factionis partes ſuſceptas adverſus Cæſarem libertatis jus amiſiſſe, Cæſaremque de iis pro ſua voluntate ſtatuere poſſe: cæterum admoniti ſunt ut cum Clemente lites ſuas componerent. Exercuerant illi in Mediceos ac Pontificem ipſum acerbiſſima odia; non modo enim in publica rerum pontificiatum clade Mediceos Florentia diſpulerant, ſed etiam Catharinam Pontificis neptem incluſam monaſterio per vim retinuerant: Mediceæ familiæ inſignia eraſerant, prædia opeſque fiſco addixerant, tum more Lutherano ſacra diripere cœperant; verum Caponium reipublicæ dictatorem ſummo magiſtratu deturbarant, quod cum Pontifice Mediceos non in priſtinum imperium, ſed in commune civitatis jus reſtituere, & jus eccleſiaſticum aſſerere cupiente paciſci deprehenſus eſſet ex hiſce literis (g).

Dimiſſi ut paciſcantur cum Clemente.
Oppreſſi ab his erant Medicei.
(g) Ext. apud Paul. Jov. l. 27.

LXXII. *Scis ex arcano me agere cum gravi illo, quem noſti homine maximeque familiari Pontificis. Is mihi retulit, Clementem ſatis proſpere & firmiter convaleſcentem eo eſſe animi decreto, ut ſe honeſta conditione cum civitate conciliet, & belli conſilia penitus abiiciat; neque ægerrime ſit laturus, quod populus perpetuo rempublicam adminiſtret, & parta libertatis jura tueatur, modo per æquas conditiones civili more propinquorum ſuorum ratio apud magiſtratus habeatur*. Defendiſſe cauſam egregie Caponium refert Jovius; ideo pro Florentinæ reipublicæ ſalute cum Clemente paciſci voluiſſe, ne ille Florentinorum cum Gallo fœdere offenſus ad cæſareas partes ſe conferret, a quo publica libertas everti poſſet; nec niſi juſta poſtulata a Pontifice propoſita fuiſſe: ob reſtituta Mediceis bona, civitati juſta vectigalia non defutura: inepte deraſos ſepulcrales titulos Coſmæ Medicei, dejectaque gentilitia inſignia, cum illius gloria in hominum mentibus vivat nunquam intermoritura.

Caponius in jus vocatus a Florentinis.

LXXIII. Hæc & plura alia cum pro ſui excuſatione vel commendatione egregii facti recenſuiſſet Caponius, atque omnium prope ſententiis abſolutus eſſet; poſtea tamen magiſtratu dejectus eſt a Florentinis odio in Mediceorum nomen flagrantibus, ut amœniſſimas eorum villas incenderint, corruptis omnium pene ordinum voluntatibus: *Non deeſſent*, inquit Jovius, *quod maxime impium & contumelioſum putabatur, qui cum nempe Pontificem ſine ulla honoris aut ſanctitatis præfa-*

Magiſtratu ſummo pulſus.

Digitized by Google

Graviſſimis opprobriis appetitus Clemens a Florentinis.

ſatione nominare, Clementemque nudo nomine appellare, & tanquam ſpurium, neque ideo rite Pontificem creatum dicere conſueſſent. Deformata dein magis eſt Florentinæ reipublicæ facies; nam Carduccius ad magiſtratum evectus, homo temerarius, ex Lutheranæ impietatis, quæ ſacra quæque expilationi exponebat, inſtitutis, templorum, ſacerdotum, & pauperum publicas opes invaſit: *Edicto*, ait Paulus Jovius, *inuſitato &, ſi religionem ſpectes & teſtamenta piorum animorum æſtimetur, maxime nefario, xenodochiorum hoſpitaliumque domorum, & templorum præſidia confiſcanda venundandaque propoſuerat, &, non comparentibus emptoribus, ea locupletibus ſub pœna majeſtatis coëmenda addixerat: quæ impotenter decreta cum certa labe privatorum fortunas ad excidium redigebat.* Et infra: *In candem quoque ſententiam paulo ante Carduccius, cum eſſet decemvir, mentionem primus intulerat, cum de cogenda pecunia ageret, ut donaria templis religioſiſſime dicata tollerentur, quod ea non tam ad ornamentum pacis, quam ad belli ſubſidia collata exiſtimari debere magnifice prædicaret; otioſas ſcilicet opes, & nihil profuturas ad ſalutem patriæ impendi transferrique debere, ſicuti charitate patriæ ducti boni cives, ſi ſalus publica quæreretur, poſthabendas judicarent. Cum de his Carduccii imperiis nonnulli cives mœſto liberoque ſermone in corona differerent, quod minime prætermittendum videtur, Antonius Albertus vir honeſtiſſimus & perurbanus non infacete dixit: Non eſt, optimi cives, quod quidquam a dictatore commodius & mitius expectetis; nam poſtquam decoctori rempublicam commiſimus, neceſſe futurum eſſe provideo, ut nos omnes cum ipſa republica decoquamus. Sed tum cum hoſtes longe ab urbe abeſſent, neque adhuc appropinquantis belli incommoda ſentirentur, de ea re a Carduccio decretum fieri non potuit, quod nondum aut certa, aut propinqua adveniſſet neceſſitas, ut opus eſſet civitatem infamis ſacrilegii flagitio contaminare, cum multo maxima offenſione Pontificis, quod niſi ex ejus authoritate rite tolli poſſe viderentur, quandoquidem ea donaria extra profani juris vim jam ſacra eſſent, ob idque præſertim, quod Leonis fratris memoria, qui ea ornamenta ad cultum altarium pia liberalitate contuliſſet, graviſſime læderetur. Ita tamen ejus rapinæ ſpes malis civibus illata eſt, ut id ſcelus Carduccii ſucceſſori patrandum relinqueretur.* Hactenus Paulus Jovius de Florentinis, in quos Pontifex tot injuriis laceſſitus cæſareum exercitum, ſuppeditato ſtipendio, concitavit (*a*).

Præcipui magiſtratus Lutherana politia infecti.

(*a*) *Guic. l.19. Paulus Jovius l.27.*

LXXIV. Peruſium receptum a Pontif.

Pellexerant illi ad defectionem Peruſium, ac ſuis copiis communierant: itaque primo bellum illi civitati illatum eſt, primoque impetu Hiſpella ad deditionem coacta; in quo prælio Joannes Dorbinus (*b*) ſummæ apud Hiſpanos poſt Vaſtium exiſtimationis, qui in occupanda urbe Roma cædibus crudeliſſime erat graſſatus, ac Borbonio & Hugoni Moncatæ tertius dux adjunctus urbem vaſtarat, craſſioris ſclopeti glande vulneratus paucos poſt dies obiit: tum mota caſtra ad urbem appoſita ſunt, ac demum poſt varia de concordia cum Malateſta Baliono habita colloquia, quæ Cardinalis (*c*) de Monte & Ennius (*d*) epiſcopus Verulanus juſſu pontificio habuerunt, deditione XII. ſeptembris die Peruſium receptum eſt. Inde in agrum Florentinum cæſareæ copiæ ductæ a Philiberto Auraſiaco duce, in cujus fidem ac poteſtatem Aretium & Cortona venerunt. Cum autem tardius ſigna moviſſet, Florentini, quos Clemens mox imminentis excidii terrore perculſos ſeſe pontificiis voluntatibus ſubmiſſuros putaverat, ad tuendam libertatem animos obfirmarunt (*e*), quod ſperarent Cæſarem ob Solimanni in Auſtriam irruptionem, in Germaniam abjecta rerum Italicarum cura provolaturum. Ita cruento exorto bello Etruria rapinis & cædibus completa eſt: inter quæ Carolus cum Genua Placentiam ſe contuliſſet, adventanti tres Cardinales legati occurrerunt, ut pontificiæ ditionis fines ingreſſum ſacramento adigerent, ipſum nihil unquam de pontificio jure libertateque detracturum: *Ea autem jurisjurandi formula*, inquit Paulus Jovius (*f*), *verbis rite conceptis ex ſacris cerimoniarum libris petebatur*. Inſerta jam an-

(*b*) *Paul. Jov. l. 27.*

(*c*) *Clem. lib. brev. p.380.*

(*d*) *Pag. 325.*

Aretium & Cortona deditionem faciunt.

(*e*) *Guicc. l.19.*

Florentini ad bellum obfirmati.

(*f*) *Paul. Jov. l. 27.*

NOTÆ [1] VEra hic Jovius apud Annaliſtam narrat; niſi forte exaggeratum ſit aliquid in iis quæ de ſacrorum Templorum expilatione a Florentinis commemorat; cum teſtibus Florentinis hiſtoricis, Segnio & Nerlio, latifundia tantummodo & annui proventus eccleſiarum, locorum piorum & cœnobiorum venum expoſita fuerint. De ornamentis vero eccleſiarum ſacriſque donariis direptis atque diſtractis ne verbum quidem apud illos. His vero hiſtoricis major adhibenda eſt fides, quam Jovio hiſtorico, ut in rebus aliis parum ſincero, ita & cum Florentinas res tractat mendaciſſimo, ut Segnius his verbis lib. VIII. pag. 182. teſtatur: *Il Veſcovo Giovio ſe negl' altri fatti di Firenze aveſſe ſcritto così fedelmente, non ſi ſarebbe tanto diſcoſtato dal vero, quanto ha fatto nello ſcriver le coſe de' Fiorentini.* MANSI

ante ea formula noſtris annalibus fuit, ex qua Reges Romanorum jurare conſueviſſe vidimus. Cum vero de colloquio inter Pontificem & Cæſarem faciendo pro Italica pace redintegranda actum eſſet, ac diſceptatum, num Pontifex Cæſarem, an Cæſar Pontificem adiret, conſtitutum eſt, ut refert Franciſcus Guicciardinus (*a*), ut Pontifex Bononiam ſe conferret, illumque Carolus, ut gradu honoris auguſtiorem conveniret. Diſceſſurus itaque ex urbe Clemens, cum ſe mortalem noſſet, ut incertos diſſenſionum in creando ſucceſſore, ſi quid ipſi humanitus accideret, eventus diſcuteret, ſanxit hoc diplomate (*b*) quo in loco Cardinales ad ferenda libera ſuffragia pro renuntiando Pontifice conventuri eſſent.

(*a*) *Guicc. l.19.*

Bononiam ſe confert Clemens.

(*b*) *Bull. in Clem. VII. conſt. 26.*

Ad futuram rei memoriam.

LXXV. Expoſitæ profectionis cauſæ.

LXXV. *Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Romanorum & Hiſpaniarum Rex catholicus in Imperatorem electus intellexiſſet Turcarum tyrannum potentiſſimo exercitu ad denuo regnum Hungariæ invadendum & occupandum venire, cognoſcenſque propterea non ſolum regnum, ſed etiam totam rempublicam Chriſtianam in maximo verſari diſcrimine, & deſiderans Ferdinando Regi Hungariæ fratri ſuo dulciſſimo, ipſique reipublicæ Chriſtianæ opem ferre, prout ad eius officium, cum advocatus Eccleſiæ exiſtat, pertinere cognoſcebat; omnibus ſuis regnis dimiſſis quamprimum ad Italiam venit, offerens pacem illam, quam Jeſus Chriſtus in cælum aſcendens ſuis reliquit diſcipulis, Regibus & principibus Chriſtianis ac Italiæ potentatibus, ſine qua eidem Turcarum tyranno reſiſti non poſſe cognoſcebat: & pro hujuſmodi univerſali pace facilius componenda, nuper nobis ſuis literis ſignificavit, plurimum expedire, ut in civitate noſtra Bononiæ, qua celerius fieri poſſet, inſimul conveniremus, ut totam Italiam tandem a tot calamitatibus liberaremus, illique pacem daremus, ut illa placata illius potentatus ac barones unitis animis & viribus non ſolum dicto Turcarum tyranno reſiſti, ſed ipſe cum toto ejus exercitu profligari poſſit.*

LXXVI. *Nos ejus pium & honeſtum deſiderium plurimum in Domino commendantes, etſi ex gravi infirmitate, qua tot menſibus detenti fuimus, convaluerimus, tamen priſtinas corporis vires adhuc non recuperavimus; occaſionem tamen rei bene gerendæ, & tam neceſſarii boni omittere nolentes, cognoſcentes ad officium noſtrum pertinere pro ſalute gregis dominici nobis commiſſi periculo vitæ nos exponere, & ad civitatem ipſam Bononiam, omni celeritate, & mora ceſſante, nos conferre, in alma tamen urbe noſtra cauſarum & literarum apoſtolicarum audientiam relinquentes, ac relinquere declarantes ad effectum, ut ſi ante reditum noſtrum ad urbem ipſam nos ab hac luce migrare contingeret, in ipſa urbe, in qua audientiam memoratam relinquimus, & non in civitate Bononiæ, ſeu in alio loco, in quo tempore obitus noſtri cum noſtra curia reſideremus, electio Romani Pontificis fieri debeat, niſi ipſa urbs tunc interdicta vel contra eccleſiam Romanam in manifeſta rebellione perſiſteret, ſeu de impreſſione dubitaretur, ſicut alias ex cauſis tunc expreſſis proximis annis circa electionem Pontificis in eventum obitus noſtri, ita & nunc etiam providere deſideramus & intendimus.*

Habita igitur ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, & diligenti examine, & de eorundem conſilio & unanimi conſenſu; cauſarum & literarum apoſtolicarum audientiam in ipſa urbe poſt noſtrum ab ea diſceſſum remanere ad effectum ut ſi ante reditum noſtrum ad ipſam urbem nos ab hac luce migrare contingeret, ibi, & non alibi ubi nos mori contingat, electionem Romani Pontificis celebrari debere, niſi urbs ipſa tunc interdicto ſubiaceret, vel eſſet aperte rebellis, aut inibi de impreſſione dubitaretur, ut præfertur: ſuper quo maioris partis Cardinalium tunc ibidem exiſtentium deciſioni ſtabitur; & tunc in civitate Caſtellana, ſeu Urbevetana ſeu Peruſina, ſervato ſcripturæ huiuſmodi ordine fieri debere, dummodo illæ eccleſiaſtico interdicto ſubiectæ, ſeu rebelles non fuerint, ut præfertur. Ac per felicis recordationis Alexandrum III. Licet de evitanda; *& Gregorium X. in Lugdunenſi:* Ubi periculum; *&*: Ne Romani, incipientes; *per Clementem V. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros in Viennenſi conciliis circa electionem eandem hactenus editas conſtitutiones, & alias extravagantes in omnibus in eis contentis ſervari & in ſuo robore permanere debere volumus atque decernimus. Nos enim electionem alibi contra præſentium tenorem per eoſdem Cardinales factam nullam & irritam fore, ipſoſque cardinales ad aliam * benedictionem Romani Pontificis ſervata earundem præſentium literarum forma procedere debere, & per eos contra præmiſſa nullatenus diſpenſari poſſe etiam decernimus. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDXXIX. pridie nonas octobris pontificatus noſtri anno VI.* LXXVII

LXXVII. Decernit ſi quid ipſi humanitus contingat.

* electionem.

Proximo die urbe egreſſus eſt, ut conſtat ex ejus itineris diario quod accuratiſſime etſi rudi ſtylo a magiſtro rituum LXXVIII.

tum

(a) MS. arch. vat. biblioth. Card. Barber. ſignat. n. 1105. p. 25.

Pontificii itineris deſcriptio.

tum conſcriptum (a) nos aſſerimus : *Anno a nativitate Domini MDXXIX. indictione ſecunda die vero jovis* VII. *menſis octobris pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Clementis divina providentia Papæ VII. anno* VI. *Itinerarium præfati ſanctiſſimi domini noſtri Clementis Papæ VII. ex urbe verſus Bononiam ad coronandum ſereniſſimum Carolum electum Imperatorem, & ibi cum eo multa concluſuri tum de rebus Italiæ, tum externis etiam contra Turcas & infideles.*

LXXIX. Pergit deinde author narrare, ut præeunte Euchariſtiæ ſacramento equæ phaleratæ impoſito, atque Nepeſino, Tyburtino, & Cortonenſi epiſcopis, necnon ſacelli pontificii præfecto cum aliis adminiſtris illud religioſo cultu concomitantibus, Clemens Bononiam ſe contulerit, quam ſexdecim Cardinalibus ſtipatus ingreſſus eſt ; cum nobilitas omnis Bononienſis lectiſſima obviam illi venerabunda ſeſe effudiſſet, & magiſtratus claves urbis eidem obtuliſſent : tum ſuffraganeus epiſcopus linteato clero ſuccinctus Chriſti e cruce pendentis ſignum exoſculandum in porta porrexiſſet : tum ordinem pompæ ita deſcribit.

LXXX. Delata Euchariſtia.

Proceſſit Subdiaconus apoſtolicus cum cruce cum duobus magiſtris oſtiariis a lateribus ejuſdem, tum unus clericus cum lanterna & in ea candela accenſa, equus phaleratus cum tintinnabulo & capſula Sacramenti deſuper ſub baldacchino albo per cives & nobiles Bononienſes delato, circum circa XXIV. *beneficiati S. Petri cum* XXIV. *intortiliis albis accenſis : inde reverendus dominus ſacriſta cum ſua fezula, & ſucceſſive Cardinales reverendiſſimi diaconi, presbyteri, & epiſcopi in ſuis cappis ; tum Pontifex delatus in ſella ab illius cubiculariis & parafrenariis ; & ſuper baldachinum per confalonerium juſtitiæ & Antianos Bononienſes & ſucceſſive per alios quadraginta regiminis & nobiles illius civitatis uſque ad eccleſiam prædictam S. Petri. Strata erat ornata, & omnes cives ante domos ſuas cum variis paramentis, muliereſque ſpectantes, turba magna, quam nemo dinumerare poterat. Sic procedentes venimus uſque ad eccleſiam S. Petri in porta : ibi epiſcopus ſuffraganeus habens crucem in manu porrexit illam reverendiſſimo domino Cardinali, qui illam Papæ oſculandam genuflexo ſuper tapete in limina portæ extenſum cum cuſſino deſuper. Inde idem Cardinalis porrexit aſperſorium aquæ benedictæ, & Pontifex ſe aqua aſperſit, & inde cæteros alios Cardinales, & aſtantes : tum naviculam incenſi ex qua Papa incenſum in thuribulum per unum ex acolytis apertum & porrectum impoſuit : quod thuribulum accipiens præfatus Cibo Cardinalis ter illud ducendo incenſavit Pontificem ſtantem cum pluviali & mithra. Quibus expeditis Pontifex ingreſſus eſt eccleſiam præcedentibus cruce & Cardinalibus. Suffraganeus cum canonicis & clero intonaverunt :* Te Deum laudamus ; *cantando verſus altare majus ante quos ſuper faldiſtorio ibi præparato genuflexus oravit. Suffraganeus per me inſtructus in cornu epiſtolæ habens librum ante ſe, & aliquantulum verſus Pontificem cantavit verſiculos & orationem infraſcriptam, qui in libro pontificali ſunt extenti. Quibus finitis, me annuente, Pontifex ſurgens ad medium altaris oſculatus eſt illud ; inde benedixit ſolemniter populum cantando :* Sit nomen Domini benedictum ; *& reliqua, ut moris eſt : tum dedit indulgentiam plenariam, quam publicavit reverendiſſimus Cardinalis Cibo.*

Die veneris XXIX. *octobris (b) fuit conciſtorium ſecretum*, & infra : *quia in conciſtorio intendebat proponere & deliberare de coronatione Imperatoris, de modo & forma & qualiter & quomodo, & quando omnia deberent fieri. Sic expectavi finem conciſtorii : quo peracto Papa remiſit me ad ſex Cardinales, quibus injunxerat onus & providentiam dirigendi & præparandi coronationes Imperatoris, & neceſſaria ad tales actus & cerimonias, videlicet reverendiſſimum dominum Petrum Cardinalem Anconitanum, reverendiſſimum dominum Joannem Cardinalem Senenſem, Sabinenſem & Albanenſem epiſcopos, reverendiſſimos Hyporegienſem & Vincentinum Neapolitanum Cardinales presbyteros reverendiſſimos Cibo & de Trivultio diaconos Cardinales : ſic duos e quolibet ordine Cardinalium deputatos.* Nonnulliſque interjectis : *Et quia adverteram Pontificem, quod nondum exhibitum fuerat decretum electionis Imperatoris, prout requirebatur, & quia coronatio fienda extra Romam an requiratur aliud decretum ſeu declaratio, ut geſta valeant ; reſpondit quod poſt coronationem idem fieret per bullam declaratoriam, ac ſi omnia facta & geſta fuiſſent Romæ, ſicque fuiſſe in conciſtorio determinatum. Item in eodem conciſtorio fuit ordinatum quod miſſa ſolemnis de Spiritu Sancto celebraretur pro actione gratiarum ad Deum, ac lætitia populi Chriſtiani contra Turcas, qui ſe dimoverant ab obſidione civitatis Viennenſis, & retraxerant ſe per ducenta milliaria, quam celebraret reverendiſſimus Cardinalis Hyporegienſis in S. Petronio die dominica proxima. Die igitur dominica ultima octobris fuit celebrata*

LXXXI.

(b) Ib. p. 39.

Decreti Cardd. pro ritibus coronationis.

Actæ gratiæ numini pro Turcarum ex Vienna receſſu.

miſſa in S. Petronio in laudem Dei & gratiarum actiones, & pro lætitia Chriſtianorum ut ſupra, per reverendiſſimum Cardinalem Hyporegienſem: Papa in paramentis rubeis pretioſis, Cardinalibus in rubeis cappis præſentibus, ut moris eſt, delatus in ſede. In fine. Te Deum laudamus, &c.

LXXXII (a) *Ib. p.* 41. *Die martis ſecunda novembris* (a) *venit novum quod Sereniſſimus Carolus electus Imperator jam venerat Caſtel Francum oppidum Bononiæ diſtans a civitate per* xv. *milliaria. Suggeſtum erigi fecimus ſuper plateam ſcalarum eccleſiæ S. Petronii in platea magna civitatis illud adhærendo parieti eccleſiæ ubi ſolium Papæ diſpoſitum per tres gradus, & ibi ſedes Pontificis, indeque per longum verſus gradum ſcalarum & plateam reſpiciendo quadraturam in modum conſiſtorii publici præordinavimus cum ſedilibus Cardinalium, ut moris eſt.* Et poſt alia: *Die jovis* (b) *habito nuntio quod Imperator diſceſſerat ex*

(b) *Pag.* 43. *Caſtel Franco, Cardinales fere omnes extra portam S. Felicis fere per medium milliare prope viam ad Monaſterium Carthuſienſe ſe firmarunt. Ut primum viderunt Cæſarem appropinquantem moverunt ſe collegialiter, & detectis capitibus hinc inde reverendiſſimus Cardinalis Farneſius uti*

Ut Cæſar exceptus ſit a Cardinal. *decanus fecit verba tam nomine Pontificis, quam totius collegii: inde brevi reſponſo accepto receperunt Cæſarem medium inter ſe & Cardinalem Anconitanum & continuarunt iter verſus dictum monaſterium. Tum Cæſar ad monaſterium ad loca præparata, Cardinales vero & alii in civitatem reverſi.*

LXXXIII. (c) *Pag.* 45. *Die veneris* v. *novembris* (c) *ſereniſſimus Imperator ſuperveniens ingreſſus eſt civitatem Bononienſem hoc ordine, præcedentibus nobilibus & proceribus Bononienſibus & præordinatis, turma magna equitum armatorum ſicut antiguardiæ intrarunt; currus inde* xx. *ſeu* xxv. *artellariæ:*

Cæſarei in Bononiæ urbem ingreſſus deſcriptio. *tum archibuſeris & pedites ultra duo millia. Poſt hos alia turma equitum armatorum, pagii deinde Cæſaris cum equis ſuis phaleratis, cum armis & inſigniis ſuis. Succedebant multi nobiles & proceres armati & pulchre muniti & ornati. Hos ſequebatur magna multitudo equitum & magnorum principum ante Cæſarem: inde princeps enſis, quem nudum deferebat ante Cæſarem. Poſt hunc immediate Cæſar procedebat ſolus armatus ſuper equo albo phalerato. Poſt Cæſarem erant & alii duces, marchiones, principes & proceres ſine armis: ſucceſſive prælati & alii conſiliarii Cæſaris togati. Cæſar in porta crucem ſibi per ſuffraganeum epiſcopi Bononienſis porrectam ſedens ſuper equo oſculatus eſt. Excuſavit ſe cum eſſet armatus non commode poſſe deſcendere. Tum ab eodem incenſatus, me ibi exiſtente & inſtruente prælatum incenſantem. Tum clerus cantando:* Ecce mitto angelum meum, &c. *Proceſſit Cæſar ſub baldachino. Pars antianorum ad baldachinum, pars ad frænum equi Imperatoris ducendo illum per aliquos paſſus: confalonerius juſtitiæ & rector ſtudii Bononienſis ante portitorem enſis Cæſaris, & ego una cum illis, tum mazerii Imperatoris cum eorum matiis a lateribus per alas procedebant: inde princeps deferens enſem nudum immediate ante Cæſarem a lateribus baldachini, doctores Bononienſes collegialiter cum ſuis mantellis longioribus cum pellibus de vario circum colla protenſa, & ante eos multi nobiles Bononienſes pedites cum maximo plauſu & vociferatione omnium, & per vias a turbis civium & mulierum, juvenum, ſenum, & puerorum clamantium & dicentium, altiſſimis vocibus:* Cæſar Cæſar; Imperium imperium; *ſic continuantium uſque in plateam magnam civitatis. Theſaurarius ſeu diſpenſator pecuniarum ante me parum procedendo pecunias in auro & argento jaciebat ad populum & turbas populi. Poſt Cæſarem erant magni duces, marchiones, comites, & proceres, necnon prælati ejuſdem ſequentes ordine ſolito. Inde conſiliarii & ſecretarii Cæſaris & togati. Sic cum maxima pompa & lætitia venit per viam turris aſinorum, & ab ea declinando per clavaturas in plateam magnam; in cujus introitu confalonerius juſtitiæ & rector ſtudii deſcendentes duxerunt equum Cæſaris uſque ad ſcalas, & ab equo deſcendente Imperatore tenuerunt ſtaffas.*

In platea erant milites equeſtres & pedites Cæſaris, multitudo populi & curialium. Cæſar ſuper ſcalas & gradus aſcendens, me præcedente venit ad ſuggeſtum ubi Papa & Cardinales erant expectantes & ſedentes in primo ingreſſu quadraturæ verſus faciem Pontificis. Electus Imperator genuflexit; tum ad gradus ſolii, inde ad pedes Pontificis, genuflexus eſt & oſculatus eſt pedem, ſucceſſive manum, & ſublevatus ab ipſomet Papa ad oſculum faciei receptus. Habuit adhuc genuflexus nonnulla verba congratulatoria & reingrativa ad invicem cum Papa. Refert Paulus Jovius (*d*) illa ita fuiſſe concepta: LXXXIV. Quo ritu Cæſar Pontificem ſit veneratus.

Ad Pontificis pedes flexu genu provolutus, ac mox dextra læti arridentiſque Pontificis erectus ad oſculum Hiſpanica oratione: (d) *Paul. Jov. l.* 27.

Veni, *inquit*, ſanctiſſime pater, ad pedes tuos, quod ſummo voto ſemper expetivi, ut feſſis Chriſtianæ reipublicæ rebus communi conſilio ſuccurramus. Oro Deum Ejuſdem ſupplex oratio.

opti-

optimum maximum, qui me hujus voti compotem fecit, ut noſtris conſiliis adſit, atque hic adventus meus Chriſtianis omnibus ſit ſalutaris. *Tum Pontifex*: Certe hoc ipſo congreſſu, inquit, ſicuti Deus immortalis & ſancti cœlites certiſſimi ſunt teſtes, mihi nihil unquam fuit antiquius: & jam ſuperis gratias ago, quod te videam proſpere atque feliciter mari terraque perductum, reſque eo deductas intuear, ut te authore de concordia omnium & ſolemni pace minime deſperemus. *Obtulit ſubinde Cæſar auri ſignati circiter libras decem.* De quo munere Pontifici oblato hæc tradit ſacrorum rituum magiſter: *Unus interim ex ſuis nobilibus habens ſacculum auri medium poſuit ante pedes Papæ & gubernator curiæ epiſcopus Leodienſis illum recepit, & tradidit uni ex camerariis Papæ. Cæſar autem ad dextram Pontificis ſtans colloquendo continue cum Papa quamplures principes, & proceres, ac prælati Cæſaris oſculati ſunt pedem Pontificis Cæſare loquente cum Papa & ſibi nominante unumquemque illorum oſculantium pedem. Deinde Papa & Cæſar a ſiniſtris, quem Papa manu ſemper tenuit, ſimul deſcenderunt verſus portam eccleſiæ S. Petronii. Tunc Papa dimiſit Cæſarem, ut iret in eccleſiam veneraturus Deum & gratias annuens; & Papa in ſede delatus eſt ad palatium, præcedentibus cruce & Cardinalibus: Cæſar vero intravit eccleſiam aſſociatus a reverendiſſimis dominis Ravennatenſi & Neapolitano Cardinalibus presbyteris ac Rodulpho & de Trivultio Cardinalibus diaconibus,*

Decantatæ laudes numini.

præcedentibus cantoribus intonantibus antiphonam: Ecce mitto angelum; *& inde*: Te Deum laudamus. *Ad altare majus in faldiſtorio præparato genuflexus oravit, inde oſculatus eſt altare, reverſus ſic aſſociatus in palatium ad manſiones ſibi paratas.*

LXXXV. Addit idem rituum magiſter marchionem Mantuanum xx. novembris die Bononiam ingreſſum, atque a pontificia & cæſarea familiis honorifice exceptum; tum ducem Mediolani certa componendarum cum Cæſare, interprete Pontifice rerum ſpe confirmatum acceſſiſſe: *Die lunæ* XXII. *novembris* (a) *illuſtriſſimus dominus Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis venit ſecrete* [*intrando noluit ſibi exhiberi honorem neque pompam*] *aſſidatus per literas Papæ, jam rebus ſuis apud Imperatorem diſpoſitis, cum multis nobilibus*. Et infra: *Dux vix ſuſtinebatur pedibus cum baculo in manu genuflexus voluit omnino oſculari pedes Pontificis etiam recuſantis hoc propter infirmitatem & impotentiam præfati ducis: & juſſus a Papa noluit ſedere, ſed ſtans cum baculo ſecrete locutus eſt cum Pontifice ſubmiſſa voce. Deinde vertens ſe ad præfatos Cardinales, me ſic annuente, illos ad invicem amplexi ſunt & oſculati.*

(a) Id. mſ. p. 54.

Dux Mediol. Pontificem adit.

Quod ad fœdus inter Cæſarem & ducem Mediolanenſem attinet; refert Guicciardinus (b), adductas fuiſſe in extremum pene diſcrimen Sfortiæ res, cum Antonius Leva Ticinum jam ante expugnaſſet: verum quamquam idem Antonius conficiendum bellum ſuaderet, ac de transfundendo eo principatu in Alexandrum Mediceum ageretur, Pontificem non aſſenſiſſe, ac demum perfeciſſe, ut Sfortia acceſſerit ad Cæſarem fide publica accepta, quam ipſe coram illo projecit, profeſſus ſola ſua innocentia tueri ſe velle adverſus eos, qui perfidiæ ipſum falſo inſimulaverant: demum Carolus clementia uſus omnem controverſiam ſuſtulit, ſupplicemque ut victor & triumphator recepit in gratiam, tabuliſque auguſtalibus rite confectis univerſum Mediolanenſem principatum, pro quo tanta contentione, tanta præliorum varietate, tot annis bellum geſſerat, in illum contulit, imperata ei quadringentorum millium nummum penſione, & annuo alio quinquaginta millium ad decennium vectigali impoſito; Mediolanenſem vero arcem necnon Comum in annum retinuit. Obſtupuere multi reſtitutam ita a Cæſare Inſubriam: ſed Germanicarum rerum miſerum ſtatum, Ferdinandi fratris aſſiduas preces, cum Solimannus Vienna diſceſſurus jurejurando minitatus eſſet validioribus copiis inſtructis ſe reverſurum, necnon pontificis, qui Mediceos Florentiam reducere cupiebat, hortationes ad id ipſum impuliſſe memorat Guicciardinus, ut ita rebus Italiæ compoſitis, ſuſceptaque auguſtali corona, ad Germanicas adminiſtrandas expeditior foret: quibus conſentanea tradit Jovius (c) hiſce verbis: *Ad quam quidem rem ſingulare Pontificis ſtudium ac inſignis authoritas momenti plurimum afferebat, iis conſiliis approbandis, quæ honeſta, tuta, decora, atque uſu omnibus commoda cenſerentur; nemo enim eo gravius atque prudentius de magnis rebus diſputare, & diverſas ſententiarum opiniones acutius ponderare confutareque didicerat. Addebant dictis fidem, utriuſque fortunæ facta pericula, & quæ Chriſtianos animos perſtringit illa inveterata religionis opinio; & ea quoque erat promiſſæ barbæ intempeſtiva & veneranda canities, ut apud Cæſarem cuncta pie & graviter æſtimantem, & carceris & tot cladium memoriam facile renovaret. Sed*

LXXXVI.

(b) Guicc. l.19. Paul. Jov. l.27.

Receptus a Cæſare in gratiam.

Quibus legibus beneficiarium ducatum acceperit.

(c) Jov. l. 27.

tanta erat altitudo judicii Cæſaris, tantea moderatiſſimi ejus animi religio, & tantum denique pacis & concordiæ ſtudium, ut nihil regali faſtigio dignius atque præſtantius exiſtimaret, quam omnia conſilia ad verum decus, ad ſolidam pietatem, & ad animi magnitudinem revocare, ut arma in Turcas adeo inter nos impie fœdeque tractata verterentur, quippe qui non adumbratam, ſed veram & vividam non fortunæ adminiculis quæſitam, ſed a fonte ipſo propriæ virtutis profluentem gloriam ſectaretur. Itaque Solimanno Turcarum Imperatore jam e Viennæ Noricæ mœnibus cum ſtrage ignominiaque depulſo, atque eo Byzantium præcipiti fuga properante, cum jam nihil hoſtile inde amplius eſſet timendum, pacare cuncta conſtituit.

LXXXVII. Veneti quibus legibus Cæſari conciliati. — Una cum Sfortia Mediolanenſi omnes, qui eo bello ſe implicuerant, in gratiam utrinque recepti: de duce Ferrarienſi additum, ſi cum Pontifice & Cæſare paciſcatur, hoc fœdere comprehenſum iri. Porro Veneti quos antea Gallorum Anglorumque Regum precibus Ravennam Cerviamque, ut Pontifex eorum fœderi contra Cæſarem accederet, reſtituere noluiſſe vidimus, Carolo conciliati ſunt iis legibus, ut Ravennam & Cerviam reſtituerent Pontifici, ipſi autem Cæſar urbes arceſque, quas in Neapolitano regno ſibi pepererant; ac ſi quis poſthac Neapolitanum regnum bello adoriretur, ſubſidiarias, quindecim triremes egregie inſtructas ſubmitterent: de patriarchatu Aquilejenſi controverſiæ judiciario ordine dirimi juſſæ: dux Urbinas uti Venetorum fœderatus ad pacis beneficium admiſſus. Sancita plura præterea pro Italia defendenda. Scriptas has pacis leges die XXIII decembris memorat Guicciardinus. Pergit rituum pontificiorum magiſter (a): *XXIV. decembris (b) in vigilia nativitatis domini noſtri Jeſu Chriſti fuerunt veſperæ ſolemnes in capella.* Et infra: *Sereniſſimus Carolus electus Imperator ſupervenit & in ſede ſua camerali a ſiniſtris Papæ prope aſſiſtente epiſcopo poſita ſtetit & ſedit: inter alios proceres intervenit illuſtriſſimus dux Mediolani, qui caudam pluvialis Papæ voluit deferre; licet infirmus, & vix ſuſtineretur in tibiis. Dedi ſibi locum inter duos diaconos, videlicet poſt Cardinalem de Medicis & ante Cardinalem de Auria ultimum diaconum. Sic igitur venit, & hilari vultu, quia res ſuæ jam compoſitæ fuerant cum electo Imperatore intercedente ſanctiſſimo domino noſtro Papa: & jam pax propalabatur etiam quoad dominium Venetorum.* Et infra: *Per Pontificem concluſum fuerat, quod in matutinis noctis inciperetur hora ſecunda noctis. De voluntate prælibati domini noſtri Papæ alta voce publicavi dictam horam omnibus Cardinalibus & prælatis. Prope horam tertiam noctis exivit Pontifex de thalamo ſuo, & a reverendiſſimis de Cibo & de Cæſis Cardinalibus aſſiſtentibus amictus alba, cingulo, & ſtola benedixit enſem cum pileo de vario ſolitum in tali nocte cum ceremoniis ſolitis, ut in ordinario, quem Marcus Braccius in defectum clerici cameræ tenuit genuflexus ante Papam: & inde ante crucem portavit in capellam. Idem Pontifex aſſumpta cappa longa de cremeſino, cruce præcedente, & Cardinalibus ſequentibus poſt Papam, Capuano & Spalatenſi archiepiſcopis fimbrias cappæ poſterioris deferentibus. Interim Cæſar ſignificatus de Pontifice præparato exivit una cum ſuis proceribus & duce Mediolani ex ſuis cameris obviam Pontifici, & reverentia exhibita Papæ ejus manum ſiniſtram, ſicut conſueverat, apprehendit, & tenens ſimul progreſſi ſunt in capellam, Papa in faldiſtorio oravit, & inde ad ſedem, aſſociantibus dictis duobus Cardinalibus aſſiſtentibus, & caudam præfatis duobus archiepiſcopis elevantibus; Imperator vero electus ad locum ſuum præordinatum a ſiniſtris Papæ prope epiſcopos aſſiſtentes; dux Mediolani inter duos ultimos Cardinales diaconos, & in bancho diaconorum Cardinalium. Surrexit Papa ſibimet capite detecto,* Pater noſter: *ſecrete complens, deinde:* Domine labia mea aperies. *Et ſic cœptum eſt officium matutinale.*

In tertio nocturno (c), incœpto tertio pſalmo, acceſſi una cum ſocio meo ad reverendiſſimos de Cæſis & de Auria Cardinales diaconos ad hoc opus ex voluntate Papæ præordinatos, & factis debitis inclinationibus altari & Papæ, adduxi ad Imperatorem electum, qui ex ſede ſua conſurgens in plano presbyterii, prope tamen ſuam ſedem cameralem depoſuit ſuum indumentum quotidianum, & aſſumpta veſte de raſo cremeſino fere uſque ad talos a ſuis camerariis porrecta, & per præfatos dominos Cardinales ſuperpelliceo deſuper impoſito, adjuvantibus etiam reverendiſſimis domino Gabriele archiepiſcopo Barenſi & epiſcopo.. magno eleemoſynario Cæſaris prælatis, & enſe quem cum pileo ſuo dominus Marcus Braccius ante gradus ſolii Papæ retinebat, in defectum clerici tamen, qui illos geſtare tenebatur, quos reverendiſſimus Cardinalis de Cæſis primo de manibus Pontificis receperat, ad Cæſarem deferens, ab eiſdem Cardinalibus & prælatis accinctus fuit; pileum vero ſuo armi- LXXXVIII.

gero

(a) Id. mſ. Card. Barber. p. 66.

(b) MS. bibl. Card. Baron. ſignat. n. 1137. p. 61.

(c) Ib. p. 64.

gero ibidem præſenti ante Cæſarem tenendum conſignavit, quod, cum ſit inſigne ducale, non decebat Imperatorem illud portare. Ultimo pluviali albo indutus a parte anteriori aperto, prout a prælatis defertur, quo ſic Imperatores utuntur, me annuente & inſtruente medius inter præfatos dominos Cardinales deſcendit ante gradus ſolii Papæ : quem ſecuti ſunt prælati Imperatoris prænominati, armigero ſic pileum ad partem ſuſtinente ; & factis debitis reverentiis altari & Papæ, evaginavit enſem, me adiuvante, cum eſſet nimis gravis & longus difficilis ad extrahendum, & ter illum vibravit ante Pontificem, & inde terſum ſuper brachio repoſuit in vaginam me quoque adiuvante. Inde eodem ordine & me & armigero ejus cum pileo præcedentibus venit ad legile præparatum. Papa interim : Pater noſter ; *& ſucceſſive abſolutionem cantavit. Cæſar factis reverentiis altari & Papæ dixit ſubmiſſa voce :* Jube domne benedicere. *Pontifex reaſſumpta voce benedixit. Cæſar legit evangelium tantum videlicet :* Exiit edictum a Cæſare Auguſto, *&c.*

Quo cultu indutus Cæſar.

Lectum ab eo evangelium.

LXXXIX. Die ſabbati xxv. decembris (*a*) celebratam divinam rem ſolemni ritu in æde S. Petronii refert rituum magiſter, ac Cæſarem præiviſſe Pontifici, cum Pontifex in ſede auguſtiori geſtandus eſſet ; atque inter ſacra myſteria abluendis manibus pontificiis prima vice dux de Caſtro, ſecunda dux Alexander Medicis, tertia dux Mediolani, quarta & ultima ipſe Cæſar aquam infudere : qui poſtremus ritus ita deſcribitur : *Papa lectis orationibus ſumpſit partem ſacramenti, inde partem ſanguinis ex calice cum calamo aureo. Purificavit infundente vinum reverendiſſimo Farneſio : poſtremo lavit manus quarto loco Imperatore infundente hoc modo, videlicet : Illuſtris dominus magiſter domus Cæſaris cum mazeriis duobus ad credentiam Papæ accepit panniculum deauratum circa collum & pelvim ſolitam in manibus aſſociatus a ſcalcho ſecreto Papæ præcedentibus mazeriis duobus & duobus auditoribus rotæ, ſeu acolytis, ac altero magiſtro cerimoniarum, venit ad ſolium Papæ, & genuflexus alteram pelvim ſub manibus Papæ retinuit, alteram vero Cæſar in qua erat aqua ; & illam inclinans infudit ſuper manus Papæ, adiuvante etiam reverendiſſimo de Farneſio epiſcopo Cardinali aſſiſtente, & mappulam inde ad extergendum porrigente : quibus lotis Papa ad altare reverſus cum ceremoniis ſuis ſolitis miſſam complevit, dedit benedictionem incipiendo a latere ubi erat Imperator & Cardinales diaconi, quod eſt a cornu evangelii. Inde in medio verſus ad populum eum verſus Cardinales presbyteros & epiſcopos crucem tenente ante eum ſubdiacono apoſtolico, deditque plenariam indulgentiam, quam reverendiſſimus de Farneſio publicavit. Papa dixit mihi* (*b*) *quod deberem providere, quia in prima die menſis januarii, videlicet circumciſionis, publicanda erat pax. Quæſivi quænam pax an univerſalis an particularis, & inter quos, & an contra infideles? reſpondit quod inter Imperatorem ex una, Venetos, ducem Mediolani, ducem Sabaudiæ, marchionem Mantuæ, & Lucenſes : & ſic ordinavi de pace.* Et infra : *Die veneris ultima decembris* (*c*) *fuit pax publicata & proclamata per civitatem Bononienſem de mandato domini noſtri Papæ & Cæſaris electi Imperatoris cum dominio Venetorum, duce Mediolani, duce Sabaudiæ, marchione Montisferrati, marchione Mantuæ & communitate Lucenſi : & pro lætitia & gaudio univerſali ignes in ſero in locis publicis, in palatio, & domibus Cardinalium & principum, ſonitus tubarum, iubilationes & feſtivitates in civitate publice & private fere per totam noctem, in eccleſiis omnibus campanæ feſtiviter pulſatæ &c.*

(*a*) *Pag.* 66.

Fundit aquam ad abluendas pontificias manus.

(*b*) *P.* 73.

Promulgata pax inter Cæſarem & plures principes Italos.

(*c*) *Pag.* 74.

Dum ita optatiſſima pax turbulentiſſimis temporibus Italiæ reſtituebatur, novæ diſſenſiones in Anglia commoventur, quæ lugendæ ſunt regnique illius perniciem peperere. Cum injuſta nimirum Henricus Rex poſceret, ac piam conjugem vellet dimittere, ut Annam Bulleinam inſignem pellicem hæreſique infectam ſibi jungeret, Cardinalis Campegius in Anglia legatus conſuluit (*d*) Pontifici, ut cognitionem cauſæ illius matrimonii ad ſedem Apoſtolicam revocaret : at Clemens ne in amiciſſimi Regis odium offenſionemque incurreret, arbitratus fore, ut inſani illius amores tractu temporis deferveſcerent, judiciarium ordinem a legato extrahi juſſit (*e*) : inter quæ Carolus V. & Ferdinandus Hungariæ Rex ejus frater miſſis in urbem oratoribus expetiere, ut ſororis Reginæ, quæ ad ſedem Apoſtolicam provocarat, cum in Anglia omnes judices præpotenti Regi obnoxii ſuſpecti eſſent, cauſa Romæ cognoſceretur : quorum juſtis precibus cum repugnari non poſſet, datis xxix. maii ad Cardinalem legatum literis, illum adhuc diffugiis uti juſſit : quæ Henrici Regis animum incenſum libidine magis exaſperarunt, quanquam Clemens illum paternis literis demulcere ſtuduit (*f*), percupere quidem ſe ipſius amicitiam colere ejuſque obſecundare ſtudiis ; verum ejus poſtulatis, ut in Anglia decretoria ſententia ferretur, ſe morem gerere non poſſe. XC.

(*d*) *Guicc. l.* 19. *Polyd. Virg. l.* 27.

Pontifex litem de induſtria extrahit.

(*e*) *Ext. de eo lit. l.* 2. *princip. pag.* 176.

Henricus Rex exaſperatur in Clementem.

(*f*) *Lib. brev. ann.* 1529. *p.* 300.

Re-

Regi Angliæ.

XCI. *Chariſſime, &c. Dilectum filium Willelmum Benet, qui proxime a ſerenitate tua ad nos venit orator, libenter vidimus virum gravem ac prudentem; ſed id nobis maxime moleſtum eſt non poſſe nos ſerenitati tuæ quantum vellemus gratificari in iis, quæ per ipſum atque alios oratores ſuos ac proximas literas a nobis petit: ſed tamen conſolamur nos, quod Deum teſtem habemus, nos quidquid potuimus ac pene plus quam tribuiſſe amori noſtro erga ſerenitatem tuam, ejuſque in nos atque in hanc ſedem meritis poſſemus: nunc vero, quæ cauſæ nos ſtudio tibi gratificandi longius provectos impediunt audiet ex dilecto filio Cardinali Campegio legato noſtro. Ab ea petimus, ut ſua virtute atque prudentia circumſpiciat quanam ratione poſſimus, quod jus & conſuetudo exigit, alteri parti denegare; conſideretque tempora ſedis Apoſtolicæ ac Chriſtianitatis in præcipiti poſitæ; quamvis nulla re poſſemus retrahi a ſtudio tibi gratificandi, niſi etiam ratio officii noſtri ac perſonæ, quam ſuſtinemus, nos impedirent: quod ſi majeſtas tua fecerit, non dubitamus quin ejus benevolentiam erga nos, pietatemque erga hanc ſedem retenturi ſimus, ut pluribus idem Cardinalis tuæ majeſtati explicabit, cui ſolitam fidem habebit. Dat. Romæ* VIII. *julii MDXXIX. pontificatus noſtri anno* VI.

Mulcere Anglum Regem nititur Clemens.

XCII. Interjectis autem nonnullis diebus eidem ſignificavit (a), in hac judiciaria contentione non ita poſſe ipſius voluntatem ſequi, quin Cæſari jus petenti redderet: quæ omnia a Cardinale Campegio ipſi explicanda eſſent.

(a) *Ibid.* p. 308.

Significat iterum jus reddendum Cæſari.

Regi Angliæ.

Chariſſime, &c. qua inſtantia & quamdiu noſtras aures pulſaverint cæſarei agentes, ut cauſam iſtic ad inſtantiam tuæ ſerenitatis commiſſam, avocaremus, non dubitamus ad ſerenitatem tuam per oratores ſuos ſæpius eſſe perſcriptum: quod autem interea nobis fuerit gratificandi tibi ſtudium, res ipſa hactenus docuit, qui tanto tempore tam juſtas petitiones ſuſtinuimus, ne tuæ ſerenitati, cui placere ſemper cupimus, in eo diſpliceremus: ſed tamen victa eſt ad poſtremum patientia noſtra ratione juſtitiæ, coactique ſumus omnibus non ſolum referendariis & advocatis palatii noſtri auditoribus, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ita judicantibus, advocationem ipſam concedere, & jus, quod unicuique debemus, ipſi etiam Cæſari aliquando reddere: quod ipſum quam moleſtum animo noſtro inciderit, ſi non dilatio rei ipſius multo ante debitæ, præterita certe erga ſerenitatem tuam ſtudia noſtra confirmare, ut credimus, tibi poſſunt, nos ad hoc, quod ſero devenimus, etiam valde invitos deveniſſe, cum etiam omnia prius tentaverimus, quemadmodum tui ad te perſcribere potuerunt, ne ad hoc deſcendere cogeremur. Quare ſerenitatem tuam pro tua ſingulari æquitate exhortamur, & omni ſtudio requirimus in Deo domino, ut æqui bonique conſulas, neceſſitatem hanc noſtram juſtitiæ adminiſtrandæ, nihilque ob eam cauſam de noſtra veteri ac mutua benivolentia imminutum velis. Quod ſi feceris, ut quidem cupimus, & a bonitate tua expectamus, nihil a te nobis gratius fieri poterit; quemadmodum dilectus filius noſter Cardinalis Campegius hæc plenius tuæ ſerenitati referet. Datum Romæ &c. die XIX. *julii MDXXIX. pontificatus noſtri anno* VI.

Vetitus eſt idem Cardinalis ulterius ad cognoſcendam cauſam matrimonii Henrici incumbere. Cæterum Thomæ Volſæo, quem hanc litem promoviſſe diximus, Pontifex indicavit (b) Reginæ cauſam cogente juſtitia ad ſubſellia Apoſtolica revocatam. Quamvis Thomas præter omne fas diſſolvendo Henrici conjugio operam dediſſet, tamen in invidiam apud Regem omnia cupidine non æquitate metientem adductus eſt (c), quaſi regiis cupiditatibus non fuiſſet lenocinatus, qui rem omnino fuiſſet confecturus, niſi Annæ Bulleinæ mores illi ingrati fuiſſent: itaque primum aula regia juſſus abſcedere: deinde cum illum Rex facti pœnitens ob cognitam viri virtutem in priſtinum ſtatum reſtituere moliretur, ab aulicis iterum ſubornatus illi judicium intendit: de cujus obitu dicetur inferius. XCIII.

(b) *Ib. p.* 334.

(c) *Guicc. l.* 19. *Polyd. Virg. l.* 27.

Card. Volſæus regia gratia excidit.

In Orchadenſibus inſulis hoc anno cum comes Catheneſius & Sinclarus dynaſta eas ſibi ſubiicere affectarent, in Principem exſcenſionem fecerunt cum exercitu; qui divina virtute partim cæſus, partim captus eſt: *Ipſam victoriam*, inquit Leslæus (d), *Orchadenſes proxime ſecundum Deum Divo Magno quem ſuarum rerum libertatiſque ac totius inſulæ patronum pie ac religioſe ſemper coluerunt, acceptam referunt, quippe omnium ſermone tritum erat, ipſum divum plurimis videntibus ac ſtupentibus pro Orchadenſium libertate conſervanda illo die depugnaſſe.* XCIV.

(d) *Jo. Leſlæ. de reb. Scot.*

Orchadenſes D. Magni clientelæ commendati.

Eo pugnante hoſtes vincunt.

In novo orbe barbaræ & dæmonum ſuperſtitionibus addictæ gentes innumeræ Chriſti evangelium ſuſcepere hoc tempore, quo Lutherano pſeudoevangelio deluſi Germani a Chriſto deficiebant: quos felices progreſſus ſuis literis Petrus Gandavenſis ita deſcribit (e): *Nati in hac regione ſunt homines optimæ complexionis*

XCV. Propagata in America religio.

(e) *Petr. Gandav. lit.*

nionis & naturæ, ad quidvis agendum parati & maxime ad fidem noſtram recipiendam: verum hoc habent mali, quod ſervilis ſunt conditionis, nihil agentes niſi coacti, amore autem aut bonitate nihil; quod tamen non tam ex natura quam eu conſuetudine procedere videtur, videlicet quia nunquam aſſueverunt aliquid agere amore virtutis, ſed ſolum metu & timore; nam univerſa eorum ſacrificia, quæ erant occidere proprios filios, aut eos mutilare, eu maximo timore fiebant, non deorum amore; dæmones enim hujus regionis, qui dii ab eis reputabantur, tam multi & varii erant, ut ipſimet eorum numerum ignorarent: ſingulis rebus ſingulos deos conſtitutos eſſe credebant, unum huic rei alium, alii præpoſitum exiſtimantes. Unum appellant deum ignis, alium deum aeris, alium deum terræ, alium appellant colubrum, alium uxorem colubri, alium ſeptem colubros, alium quinque cuniculos, & ita de aliis ſine numero: maxima autem deorum pars nomina habet colubrorum, atque ſerpentium. Et alii quidem dii ſunt virorum, alii mulierum, alii puerorum, alii totius mundi; & eorum uni corda hominum ſacrificabant, alteri humanum ſanguinem, aliis filios ſuos, aliis coturnices, aliis paſſeres, aliis thus, papyrum, cerevisium, & alias hujuſmodi materias plurimas juxta varios ritus & modos ſacrificiorum, quos ipſi dæmones exigebant. Quod ſi ea, quæ ab illis exigebantur, hi non obtuliſſent, interficiebantur ab eis, & devorabantur ſimul corpore & anima: atque ideo diis ſuis, qui veri ſunt dæmones, non eu amore ſed ſolo timore ſacrificabant, certabantque alter alterum hac ratione ſuperare donis ac ſacrificiis, ut mortem poſſent evadere.

Horrenda [illegible] cæcitas.

Tyrannis dœmonum in idololatras.

XCVI. *Habebant etiam dii iſti magnum numerum religioſorum, vel ſacerdotum ſolo puerorum carne veſcentium & ſanguinem eorumdem bibentium, qui ſancti habebantur. Alii deorum ſacerdotes uxores non habebant, ſed earum loco pueros, quibus abutebantur: quod quidem peccatum uſque adeo erat vulgare in his regionibus, ut tam pueri quam ſenes ei vitio eſſent dediti; immo pueri ſeu annorum hujuſmodi interdum labe erant infecti. Sed benedictus Deus aliam viam multi nunc cœperunt ingredi, ſeſe ad Chriſtianiſmum convertentes, maxima devotione baptiſma poſtulant, confitentes peccata ſua, & baptizavimus ego cum ſocio fratre meo in hac provincia Mexico ultra bis centena millia, immo adeo multos, ut mihi de numero conſtare non poſſit. Frequenter una die baptizavimus quartuordecim millia hominum, interdum decem millia, interdum octo: ſingulæ autem provinciæ loca & parochiæ modo habent ſua templa, & ſacella, tabulas pictas, cruces & vexilla maximum erga Deum amorem & devotionem atteſtantia.* Quibuſdam interjectis addit.

Bis centena millia baptiſmo luſtrata a Petro Gandavenſi.

Sic laboramus in iſtorum infidelium converſione ad fidem unuſquiſque pro viribus, & ſpiritu ſuo. Mihi eſt officium prædicare noctes atque dies: in die legere & ſcribere, ſimul & cantare doceo: nocte vero doctrinam Chriſtianam & ſermones. Et quoniam terra iſta eſt admodum magna, & populus infinitus, & fratres evangelizantes pauci ad docendum tantam multitudinem, nos fratres collegimus in domibus noſtris filios principum & magnatum hujus regionis ad erudiendum eos in fide catholica, qui poſtmodum parentes ſuos inſtituunt. Noverunt autem hi pueri legere, ſcribere, cantare, concionari, & divinum officium more ſacerdotum peragere: quorum puerorum ego in hac civitate Mexico curam gero, ſuntque quingenti aut plures, eo quod hæc civitas ſit caput regionis. Eu quibus pueris circiter quinquoginta excellentioris ingenii ſegregavi, quos ſingulis hebdomadibus doceo ſingulatim quid dicendum erit, & prædicandum dominica ſequenti. Singulis autem dominicis hi pueri exeuntes civitate & totam terram prædicando percurrunt: interdum ad quatuor, nonnunquam ad octo vel decem, ſubinde, ad viginti & triginta milliaria annuntiantes fidem catholicam, & per doctrinam ſuam populum præparantes ad baptiſmum. Et nos cum ipſis circumeuntes idola deſtruimus, & templa eorum diruimus eu parte una, & ipſi ſimiliter faciunt eu parte altera, & templa Dei veri conſtruimus: hoc modo, & in hac occupatione tempus noſtrum tranſigimus, quemvis laborem nocte ac die ſuſtinentes, ut populum iſtum infidelem tandem ad fidem Chriſti inducamus, &c. Data Mexici eu cœnobio S. Franciſci die XXVII. *junii anno MDXXIX.*

XCVII.

Pueri ad fidem diſſeminandam eximiam dant operam.

Actæ

I. Promulgata pax inter Cæſarem & principes Italos.

Ctæ ſunt adveniente anno trigeſimo ſupra milleſimum quingenteſimum indictione tertia ſolemni ritu Deo gratiæ de pace, quæ inter Cæſarem & Venetos ac Mediolanenſem, Mantuanum, & Sabaudum duces pridie fuerat promulgata: in qua celebritate ſervatos ritus recenſet, qui illis præerat. Deſcribit vero eandem celebritatem, ac totius ferme Italiæ de confecta confirmataque pace gratulationem feſtoſque applauſus Paulus Jovius hiſce verbis (*a*): *Kalendis*, inquit, *januariis ſolemni adjecta precatione ſacra peraguntur ab incredibili hominum frequentia: exoptatum afflictis Italiæ populis inſperatæ pacis nomen excipitur: præſentes Clemens Pontifex, & Carolus Cæſar orantis Romuli Amaſæi viri eloquentiſſimi voce Chriſtiani nominis conſervatores, ac optimi maximi Italiæ parentes appellantur: obortas præ gaudio lachrymas vix continent viri togati, optimi cives, ſanctiſſimi ſacerdotes, legati Regum omnium, Galliæ ſcilicet, Britanniæ, Luſitaniæ, Scotiæ, Pannoniæ, Sarmatiæ, Daciæ, Veneti ſenatus, ac item Allobrogis Ferrarienſis, Mantuani, Urbinatiſque regulorum, ac liberarum etiam civitatum Genuenſium, Senenſium, & Lucenſium, cunctique demum proceres & principes; ipſeque ante alios Franciſcus Sfortia honoris cauſa ſeſſum inter poſtremos Cardinales receptus; ea enim dies tranquillitatis initium, & ærumnis finem allatura videbatur.*

(*a*) *Paul. Jov. l.* 27.

Reſtinctum decennale bellum.

II. Parta a Clemente laus magna in conficienda pace.

It fama per urbes Italiæ, externaſque provincias: omnes Veneti ſenatus æquitatem, abſtinentiam, in appetenda pace ſtudium, in gerendo bello conſtantiam admirantur: Clementis vero quod deſperatæ pacis conficiendæ implicatum turbidumque negotium generoſo divineque ſuſceperit, graviter appoſiteque tractarit, proſpere & ſalutariter confecerit, judicium ſubtile, induſtriam vehementem, inuſitatam vero felicitatem in cælum eximiis laudibus ferunt: Cæſarem uti vere Imperatorem, quod omnibus proferendi imperii cupiditatibus imperaret, uti vere victorem, quod ſeipſum aliis parcendo præclare devinceret, uti vere liberalem, munificum largitorem, quod regnum dare quam accipere majus & pulchrius exiſtimaret, admirabili quodam genere gratulationis & laudis proſequuntur. Soli mortalium veterani, quibus natura odioſum pacis nomen eſſe conſuevit, moleſte & inſolenter ferre id inexpectatum, & propterea clariſſimum Cæſaris factum vehementer dolere, ac invidia commoveri, quod perpetua belli commoda & victoriarum præmia eo importuno pacis nomine perderentur.

III. Florentini pacis beneficio excluſi.

Pacis beneficium non ſunt conſecuti Florentini, cum illi oratores cum inanibus & parum expeditis mandatis ad Pontificem Cæſaremque miſiſſent, ut refert Jovius, de quibus hæc rituum magiſter tradit: *Die jovis* (*b*) VI. *januarii in feſto epiphaniæ*, & infra, *oratores Florentini* (*c*) *ingreſſi ſunt ſine honore ſatis tepidi ad effectum, ut dicebatur, concordandi ſe cum Papa & ſedandi bellum contra eos cœptum: ſed, ut audivi, nihil boni neque firmi afferebant, nec ſperabatur ab eis.* Obrepſerant ad ſupremos Florentinæ reipublicæ magiſtratus viri obſcuri & ſordidi ſuarum rerum augendarum ex patriæ incommodis cupidiſſimi, qui libertatis tuendæ nomine populo lenocinati, ſæviſſimam tyrannidem, ejectis optimatibus, & oppreſſo ſacerdotali ordine, exercebant: in quos præter Philibertum Auraſiæ principem, qui Neapolitanum exercitum urbi admoverat, hortatu Pontificis ex Inſubria Germanicæ & Hiſpanicæ copiæ ductæ (*d*) ſunt; adeo ut diuturna obſidione preſſi poſt multa de pace habita colloquia, necnon varia & atrocia prælia, in quibus princeps ipſe Auraſius magnus cladis Romanæ author interemptus eſt (*e*), deditionem fecerint, de quibus inferius; nunc reliqua geſta Bononiæ proſequimur.

(*b*) *Paul. Jov. l.* 27.
(*c*) *Pag.* 76.

Libertatis ſpecie tyrannidem paſſi.

(*d*) *Franciſc. Guicciar. l.* 20. *Ludov. Guicc. l.* 1.
(*e*) *Jov. l.* 29.

Princeps Auraſius interemptus.

IV. Ravenna & Cervia reſtitutæ Pontifici. Ravennates venia donati.

Receperat Pontifex (*f*) pacis beneficio a Venetis Ravennam Cerviamque toties antea fruſtra expetitas, ea lege, ut civibus, qui Venetorum imperio occulte faverant, parceretur: quibus ita aſſenſit Clemens, ut omnes cives Ravennates ſe filiorum loco habiturum polliceretur. Detulere IX. kal. februarii die Ravennates oratores civitatis nomine ritu ſolemni obedientiam Pontifici; omnique culpa, mulcta, cenſuriſque eccleſiaſticis liberati, necnon priſtinis privilegiis donati fuere.

(*f*) *Rub. hiſt. Ravenn. l.* 9.

Ingreſſi ſunt eodem die Bononiam ampliſſimi Venetorum oratores Pontifici Cæſarique de pace gratulaturi: quos hoc ritu exceptos narrat idem ſacrarum cæremoniarum præfectus: *Dedi ſignum domino Evangeliſtæ ſecretario, qui facta genuflexione ante Papam, & habito mandato, alta voce legit literas dominii Venetorum, quas oratores prædicti præſentarunt Papæ: quibus lectis, dominus Bernardinus de Bragadinis unus ex illis ſermonem ſuum inchoavit, & ſatis luculenter expoſuit. Dum*

Je-

Digitized by Google

Jeſum Chriſtum, vel beatam Mariam, vel etiam Papam nominavit, continuo genuflectendo, & alii oratores pari modo prius informati ſic ſe habuerunt; tum maxime in his verbis obedientiæ præſtitæ ſemper genuflexi, fere uſque ad finem illius permanentes, &c. Triduo poſt a Cæſare procerum corona cincto excepti ſunt, actaſque ab iis gratias ſenatus nomine, quod miſeris iis temporibus & luctuoſis tranquilliſſimam pacem omnibus fere Chriſtianis attuliſſet; Venetaſque opes tum ipſi tum Pontifici, ſi quid egregium & ſummis Chriſtiani nominis principibus dignum concordibus animis agitarent, obtuliſſe narrat Paulus Jovius (*a*).

(*a*) *Jov. l.* 27.

V. Cur Cæſar Romam non adierit pro accipiendis imperialibus ornamentis.

Inter hæc dum agitur de exornando auguſtalibus inſignibus Cæſare, ac decretum eſſet adeundam urbem, in qua ut ait Jovius: *Superiores Cæſares tanquam in ſanctiſſima ſacrorum ſede & felici nationum omnium domicilio urbeque ipſa veteris imperii honore antiquorum triumphis & ſtupendis ſupremæ fortunæ monumentis longe clariſſimas coronas legitimo jure ſuſcepiſſent*; ab eo conſilio Germanorum principum literis revocatus eſt Carolus, cum illius præſentia ad componendas civiles turbas, ingraveſcenteſque de religione diſſenſiones, necnon parandum adverſus Turcam bellum expeteretur. Itaque Bononiæ eam pompam celebrandam decretum eſt, de quo hæc rituum magiſter monumentis ſuis conſignavit (*b*): VII. *februaris*, & infra, *cœpi proponere & interrogare deputatos imperiales an electus Imperator, qui jam in Germania primam coronam ſecundum ritus illorum ſumpſerat, vellet ſecundam coronam, quæ ferrea dicitur, capere, & ubi, & a quo ſeu quibus, & quibus ſolemnitatibus, de qua inveniebam quandoque a diverſis & diverſimode recepta modo Modoeciæ, quandoque Mediolani, & quandoque alibi. His meis interrogationibus reſponderunt imperiales, quod Cæſar illam capere omnino intendebat hic Bononiæ & de manu Pontificis per aliquot dies antequam caperet diadema imperiale; & allegabant ſimilitudinem bonæ memoriæ Friderici III. proavi moderni Caroli electi, qui de anno MCCCCLII. per diem ante coronam imperialem recepiſſe ferream de manu felicis recordationis Nicolai V. reperiebatur.*

(*b*) *MS. Card. Barb. ſig. n.* 1105. *p.* 86.

VI. Ferrea corona a Pont. Carol. V. redimitus.

Aſſenſit Pontifex, ac poſtquam edito diplomate die XVI. februarii, quo electionem Caroli V. & ſuſceptæ Aquiſgrani argenteæ coronæ jus confirmavit, decrevit ſuis manibus ferream coronam Bononiæ Cæſari imponere inter ſacra myſteria, quæ a Guillelmo Cardinale celebrari juſſit, de quo hæc refert Jovius (*e*): *Erat de more veterum Cæſarum, ut Modoetiæ prope Mediolanum coronam ferream ſuſciperent, quæ indicaret Romano imperio firmitatem ferro & militaribus copiis comparari: tres enim coronæ Cæſaribus debentur: prima eſt argentea, Germanici ſcilicet regni, quam ſuffragio procerum Aquiſgrani decennio ante ſuſceperat: ſecunda ferrea regni Longobardici: tertia vero aurea Romani imperii. Præſto igitur affuere Modoetienſium legati, cujus erant principes Polydorus Vectius & Paulus Velanius, qui ad retinendam veteris prærogativæ dignitatem vetuſtiſſimi operis coronam & annalium codices antiquitate pernobiles detulere. Ea erat ſine florentibus pinnis in ſimplicem & latum orbem circumducta, ferro introrſus tempora præcingente; ſed exterius auro & gemmis exornata. Biduo itaque antequam tertiam coronam acciperet, in ſacello domeſtico aſtante Pontifice ſacris peractis Cæſar ungitur, ferreaque corona & cæteris regiis inſignibus decoratur.*

(*e*) *Jov. l.* 27.

Allata ex Modoecia ferrea corona.

VII. Deſcriptæ ſunt accuratiſſime ſingulæ cerimoniæ ab rituum præfecto, cujus verbis rei geſtæ hiſtoriam conteximus (*d*): *Die martis* XXII. *februarii in feſto cathedræ B. Petri die ſtatuta pro coronatione ferrea celebranda*, & paulo poſt, *venit Cæſar hoc ordine: ante eum plures principes, proceres, & immediate ante eum quatuor ex nobilioribus deferentes ejus inſignia, videlicet illuſtris marchio de..... enſem nudum, illuſtris dux Alexander de Medicis pomum, illuſtris comes de Aſte ſceptrum, coronam vero illuſtris comes de Nanſon. Inde Cæſar medius inter duos reverendiſſimos Cardinales diaconos, videlicet reverendiſſimum de Medicis & reverendiſſimum de Auria, qui a Pontifice deputati fuerant ad aſſociandum Regem coronandum: & veniens ad altare reverendiſſimo Cardinali celebrante & in faldiſtorio ſedente exhibuit reverentiam, & Cardinalis cum mithra aliquantulum aſſurrexit: ſedit ex oppoſito celebrantis, in ſede tamen aliquantulum humili & depreſſo præparata, dictis Cardinalibus in ſcamnis uti aſſiſtentibus ejuſdem; prælatis vero cum ſuis mithris pariter inſignia, quæ portata fuerunt, locata per miniſtros in altari. Omnibus ſic in circulo conſidentibus, præſentavi ego magiſter cæremoniarum reverendiſſimo domino Cardinali celebranti bullam ſeu literas apoſtolicas facultatis ſibi a ſanctiſſimo domino noſtro Papa traditas pro tali ſolemnitate explenda, illas prius deoſculando, quas idem Cardinalis cum debita reverentia recipiens, factaque ſibi & Cæſari debitis genuflexionibus, alta & intelligibili voce perlegi & inſinuavi de verbo*

(*d*) *MS. biblioth. Cardinal. Barber. ſign. n.* 1105. *p.* 100.

Quo ritu ea Cæſari impoſita.

ad verbum. Deſideratur illud ibi; nos vero ex regeſto pontificio (a) decerptum atteximus.

(a) Clem. VII. l. 7. lit. diverſ. p. 333.

Dilecto filio Guillelmo tit. SS. Joannis & Pauli presbytero Cardinali ſalutem.

VIII. Cum die craſtina, qua erit cathedra S. Petri, infra miſſarum ſolemnia inſignia regalia & imperialia chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum & Hiſpaniarum Regi Catholico in Imperatorem electo concedere, ac coronam ferream in capite propriis manibus imponere intendamus; ea propter circumſpectioni tuæ in ipſa die craſtina in præſentia noſtra miſſam ſolemnem & divina offerre in capella palatii Bononienſis, in quo reſidemus, celebrare, ipſumque Carolum Regem ac Imperatorem electum inungere, ac omnia & ſingula alia quæ circa perſonam ſuam in hujuſmodi coronatione erunt neceſſaria facienda, præterquam inſignium regalium & imperialium traditionem, & coronæ capiti impoſitionem, quæ nobis ſpecialiter reſervamus, facere libere & licite valeas, authoritate apoſtolica tenore præſentium licentiam & facultatem concedimus, atque mandamus. Nulli ergo, &c. Datum Bononiæ anno, &c. MDXXIX. IX. kal. martii pontificatus noſtri anno VII.

Datum Guillelmo Cardinali Cæſaris inungendi munus.

IX. Lectis per me literis prædictis protulit celebrans Deo gratias, & inde ſedens cum mithra cœpit legere monitionem, quæ fit Regi coronando intelligibili voce, alii vero aſſiſtentes ſubmiſſe, prout in ordinario, omiſſis tamen quibuſdam verbis, quæ non congruebant in hac coronatione mixta, in qua partim per celebrantem, & partim per Papam dicenda, ut infra. Lecta monitione, &c. Rex conſurgens apud celebrantem, & adhuc genuflexus legit profeſſionem, videlicet: Ego Carolus, Deo annuente, futurus Rex Longobardi & Itali regni, profiteor & promitto coram Deo & angelis ejus, ut ſerioſius in ordinario, utendo his verbis: Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia, tangendo librum meum evangeliorum propriis manibus extenſis ſuper verbis evangeliorum & imagine Chriſti ſalvatoris ibidem picta, præſentibus ibidem præfatis reverendiſſimis duobus Cardinalibus aſſociantibus & prælatis aſſiſtentibus, teſtibus, &c. & me ex officio rogato, &c. His expletis Cardinalis celebrans ſine mithra ſtans, & ſimiliter prælati aſſiſtentes ſtantes ſine mithris legit ex libro orationem infraſcriptam, dicendo intelligibili voce, alii vero ſubmiſſa, videlicet: Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus creator omnium, &c. ut in ordinario.

Quæ ſacrarum precum repetitæ formulæ.

X. Qua finita celebraturus reaſſumpta mithra verſus altare procubuit in faldiſtorio, aſſiſtentes ſuper ſcabellis omnes cum mithris ſuis & ſubmiſſis vocibus lætanias dicentes, &c. Rex vero ſuper humili ſcabello duobus cuſſinis ſub brachiis & duobus aliis ſub genibus ſuis, & a ſiniſtris celebrantis proſtravit ſe. Duo Cardinales diaconi aſſociantes ſuper eum ſcabellis præparatis ibi. Quibus ſic diſpoſitis duo cantores cœperunt in cantu lætanias genuflexi ſuper uno ſcabello, & chorus aliorum cantorum capellæ reſponderunt. Poſt verſiculum, videlicet: Ut obſequium ſervitutis noſtræ, &c. ſurrexit celebrans, adhuc aliis omnibus procumbentibus, & manu ſua ſiniſtra tenens baculum benedixit dicens: Ut hunc electum in Regem coronandum benedicere digneris. Reſpond. Te rogamus audi nos. Ut hunc electum in Regem benedicere & conſervare digneris. Reſpond. Te rogamus audi nos. Rurſum recumbens ſuper faldiſtorio una cum aliis prælatis aſſiſtentibus, & ſimilia dicentibus voce ſubmiſſa fecerunt ſuper electum Regem ſignum crucis. Cantores vero reaſſumpſerunt lætanias. Quibus finitis celebrans ſolus conſurrexit ſine mithra, aliis tamen recumbentibus ſine mithris, dixit ſuper Regem verſic. ut infra, adhuc proſtratum. Pater noſter, alta voce. Et ne nos inducas, ſimiliter alta voce. Reſpond. per cantores. Sed libera. Verſ. Salvum fac ſervum tuum Domine: Reſpon. Deus meus ſperantem in te. Verſic. Eſto ei Domine turris fortitudinis. Reſpond. A facie inimici. Verſic. Domine exaudi orationem meam. Reſpond. Et clamor meus ad te veniat. Verſic. Dominus vobiſcum. Reſpond. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Prætende Domine huic famulo tuo dexteram cœleſtis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ digne, poſtulat aſſequi mereatur. Actiones noſtras quæſumus, &c. Poſt hæc Rex & omnes alii ſurrexerunt: tum Cardinalis celebraturus ſedens in faldiſtorio cum mithra, & aliis prælatis aſſiſtentibus in corona ſedentibus cum mithris, Regem coram eo genuflexum inunxit oleo ſancto per capellanum Regis portato, primo in brachio dextro a cubito uſque ad juncturam manus, faciendo deſuper crucem: deinde inter ſpatulas legendo, Deus Dei filius Jeſus Chriſtus, &c. ut in ordinario.

Ritus in ſacra inunctione adhibiti.

XI. His peractis Rex ligato brachio uncto bombyce & mappula ſubtili ductus eſt in ſacriſtiam ad abſtergendum, & inde mundatus indutus fuit a ſuis familiaribus veſtibus regalibus. Cardinalis interim lavit manus ſuas ſedendo in faldiſtorio. Rex vero reverſus in capellam ſedit in ſede camerali Papæ humili ſibi præparata a ſiniſtris

ſolii

ſolii Papæ. Significari feci Pontifici, quod jam erat tempus, & jam expleta unctio Regis: qui ſicut præordinatum fuerat venit, præcedentibus cruce & Cardinalibus, & pluviali & mithra pretioſis: in faldiſtorio oravit; & conſurgens una cum Cardinali celebrante fecit confeſſionem, & Cæſare in ſcabello ſibi ante ſuam ſedem præparato genuflexo, cantoribus interea introitum miſſæ inchoantibus. Et infra: Miſſa fuit de die: duæ orationes, prima de die, & altera pro Rege ſub una concluſione. Cantata epiſtola & lecto graduali per Papam, vocavi reverendiſſimos Cardinales de Medicis & de Auria deputatos ad aſſiſtendum Regi, & illum ducendum & reducendum: qui accedentes Regem adduxerunt ad pedes Pontificis, qui ſuper duobus cuſſinis genuflexus recepit inſignia regalia hoc ordine, videlicet reverendiſſimus dominus Antonius epiſcopus Piſtorienſis tanquam clericus cameræ apoſtolicæ ex altari accepit primo loco enſem, & ſecundum inſtructionem per me illi datam portavit ad ſolium Papæ, deditque in manu reverendiſſimo Cardinali Cibo aſſiſtenti a dextris Papæ: quem mox Pontifex recipiens a præfato Cardinali aſſiſtente tradidit Cæſari dicendo:

Quo ritu Cæſar a Pont. cinctus gladio.

Accipe gladium &c. ut in ordinario: idemque Cardinalis eundem gladium reaſſumens in vaginam ſuam repoſuit, & inde una cum Papa accinxerunt Regem gladio, Pontifice dicente: Accingere gladio, &c. ut in libero. Mox Rex conſurgens evaginato enſe ter illum vibravit, abſterſit ſuper brachium ſuum ſiniſtrum, & repoſuit in vagina. Rurſus ad pedes Pontificis genuflexus manſit.

XII. Interea præfatus clericus cameræ ex eodem altari coronam, quæ dicitur ferrea, licet ſit ex auro & argento, ac multis margaritis ornata, detulit ad ſolium Papæ; quam idem reverendiſſimus Cardinalis aſſiſtens porrexit Papæ, qui una cum aſſiſtentibus ſuis Cibo & de Cæſis, ac aliis duobus aſſiſtentibus Regis, videlicet de Medicis, & de Auria adjuvantibus, impoſuit capiti Regis dicens:

Et corona redimitus.

Accipe coronam regni, ut in libro, &c. Hæc corona, ut habeatur aliqualiter ejus cognitio & ejus formæ, circularis & latitudine quinque digitorum eſt vix coronam cujus epiſcopi circuiens, nec capiti firmari poterat; ex Modoetia delata fuit una cum quodam libello legi in tali coronatione conſueto, quam ſervari voluerunt imperiales, & Papa contentatus eſt.

XIII. Sceptro ornatus.

Sceptrum deinde idem clericus cameræ & pomum deferens ex eodem altari levata præfato Cardinali aſſiſtenti conſignavit. Pontifex accipiens ſceptrum dedit illud Regi in dextera ſua, & inde pomum in ſiniſtra ipſius Regis dicens: Accipe virgam virtutis, &c. ut in ordinario. Ultimo loco reverendiſſimus dominus epiſcopus Corienſis magnus eleemoſynarius Cæſaris obtulit quendam annulum aureum prædicto clerico cameræ, quem conſignavit præfato Cardinali Cibo, a quo Papa recipiens illum immiſit digito annulari Regis ejus manus dextræ dicens, ut in libro Ambroſiano, ut ſupraper dictos imperiales reportato in ſignum deſponſationis regni, &c.

XIV. Rex conſurgens cinctus ab eodem Cardinali Cibo gladio conſignavit eum armigero ſuo, videlicet illuſtri marchioni de Aſtorgia: & facta reverentia Pontifici ductus eſt a Cardinalibus duobus aſſiſtentibus de Medicis & de Auria ad aliam ſedem paulo eminentiorem, quæ fuit illa geſtatoria Papæ cum poſtergali retro, & in illa inthronizatus in ſede ſedit vertens faciem ad Pontificem, ſuper quem ſic ſedentem Papa protulit dicens:

Collocatus in ſolio.

Sta & retine locum, ut in libro. Quibus expeditis Pontifex intonavit: Te Deum laudamus; quem cantores proſecuti ſunt. Papa ſine mithra verſus Regem dixit: Firmetur manus tua, &c. cum aliis verſiculis & duabus orationibus ſequentibus, ut in libro. His peractis proceſſum fuit per celebrantem in miſſa uſque ad offertorium incluſive. Dicto offertorio per celebrantem, & lotis manibus ad altare Cardinalis celebrans oſculatus eſt altare; & aſſumpta patena in manu ſua dextra vertit ſe ad populum. Rex a ſuis prælatis aſſiſtentibus & proceribus aſſociatur ante celebrantem, genuflexus oſculatus eſt patenam, illaque ambobus oculis oppoſita obtulit pecuniam in pelvim ibi paratam, videlicet duplones decem auri in moneta Hiſpaniæ:

Munus offert.

& inde ad ſedem ſuam reverſus præcedentibus illis quatuor proceribus ſuis quatuor illa inſignia deferendo. Incenſatis, celebrante, & Pontifice, Rex incenſatus eſt ab uno ex ſuis prælatis aſſiſtentibus. Rex idem pacem accepit a Pontifice ante diaconos aſſiſtentes, ſicut alias conſueverat, Pontifice ſic tolerante, & hæc & ſimilia alia, quæ non debuerunt, tolerata ſunt.

XV. Cardinalis celebrans in oratione ſumpto ſacramento corporis & ſanguinis, ac purificatione, vertit ſe ad populum in medio altaris. Tunc Rex ſtans ſic ante celebrantem fecit confeſſionem, dicendo: Confiteor Deo omnipotenti, &c. qua finita celebrans. Miſereatur tui omnipotens Deus, &c. Indulgentiam & remiſſionem, &c. Inde capiens ſacramentum ſuper patenam manu. Rege dicente: Domine non ſum dignus; una cum celebrante, mox illum communicavit, dicendo: Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. oſculata manu celebrantis ſic devote ſumpſit ſacra-

Euchariſtiam e celebrantis manu accipit.

mentum, & inde purificationem. Rex communicatus reverſus eſt ad ſedem ſuam una cum ſuis aſſiſtentibus, Pontifex ſedit etiam poſt aſſumptionem Euchariſtiæ per Regem factam in ſolio ſuo: celebrans ablutis digitos, & inde ſumpta mithra manus lavit, & continuavit miſſam cum oratione poſt communionem alteram pro Rege ſub una concluſione. Finita miſſa Papa dedit benedictionem ſolemnem more ſolito, & indulgentiam ſeptem annorum, & totidem quadragenarum, quas publicavit celebrans poſt benedictionem. Tum Pontifex ad faldiſtorium oravit cum mithra. Rex cum corona deſcendens a ſiniſtris Papæ per manum tenens ſimul redierunt ad ſuas cameras, cruce & Cardinalibus præcedentibus, ac quatuor illis proceribus inſignia regia deferentibus. Dum licentiaretur a Papa & ad ſuas cameras diverteret, ego voce altiori protuli verbum: Rex invictiſſime hodie vocaris ad coronam Conſtantinopolis; *at ille ſubriſit.*

XVI. Biduo lapſo collata Cæſari corona aurea.

Biduo poſt aureæ coronæ pompæ deſtinato iidem ferme ritus ſunt repetiti, quos Paulus Jovius (a) eleganti oratione recenſet; longe autem accuratius, quamvis arido & inculto ſermone, rituum magiſter deſcribit, ex quo nudam & ſimplicem veritatem potius, quam alienis ornamentis & fucis comptam proferemus: *Die (b) jovis* XXIV. *februarii anno Domini MDXXX. in feſto S. Matthiæ, quem diem Cæſar uti natalem ſuum, & quidem fauſtum in multis ſuis ſucceſſibus, ad hanc ſolemniſſimam ſuæ coronationis diem prælegerat, ut audivi, eadem die revolutis annis Rex Romanorum electus extitit & Imperator: decurſis annis in eodem die ejus exercitus apud civitatem Papiæ Regem Francorum Chriſtianiſſimum nomine Franciſcum cum maximo ejus exercitu in obſidionem dictæ civitatis caſtrametatum debellavit, & ſubjugavit; & quod majus fuit, illius perſonam captivam fecit, & in Hiſpaniam traduci mandavit. Summâ igitur mane ante horam tertiam decimam ejuſdem diei, cum jam omnes fere Cardinales, qui Bononiæ erant, ſecundum ordinationem & intimationem factam in palatium & ad Pontificem pervenerunt, & illico paramenta ſibi convenientia ſuſceperunt; quibus paratis ſignificavi Pontifici jam præparato. Qui exivit de thalamo ſuo in camera ſeu aula paramenti, & indutus fuit paramentis albi coloris pretioſis, ut moris eſt, quando eſt celebraturus, ab aſſiſtentibus duobus diaconis Innocentio Cibo & Paulo de Cæſis reverendiſſimis Cardinalibus: pro evangelio reverendiſſimus Cardinalis Cæſarinus.*

(a) Paul. Jov. l.27.

(b) MS. bibl. Card. Barb. ſig. n.1105. p. 115.

Quis apparatus inſtructus.

Omnibus ſuis paramentis indutus, audito quod jam Cæſar præparatus eſſet, Pontifex cruce præcedente, & prælatis, & inde omnibus Cardinalibus ſequentibus crucem, ut moris eſt, & thiara in capite in ſede geſtatoria vectus ſub baldachino, quem confalonerius & antiani civitatis Bononienſis ſuſtinuerunt, omnes enim alii principes ad Cæſarem aſſociandum ſe contulerant, ſic ſolemniter proceſſerunt ad eccleſiam per pontem noviter erectum ex palatio ad eccleſiam per plateam: cum Papa & Cardinalibus ſocii mei iverunt; ego autem remanſi apud Cæſarem illi inſerviturus, & oſtenſurus, quæ & qualia eſſet acturus in cærimoniis & ſolemnitatibus. Remanſerunt duo diaconi Cardinales ad aſſociandum Cæſarem deputati, videlicet de Salviatis & de Rodulphis in cappis ſuis rubeis.

XVII.

Cum primum Pontifex vectus in ſede geſtatoria ex palatio per pontem ſuper plateam deſcendit in Eccleſiam S. Petronii, intimari feci reverendiſſimis de Salviatis, & de Rodulphis, quia tempus eſſet, ut venirent ad aſſociandum Cæſarem, cum quo intus erant. Nonnullis interjectis ſubdit: *Primus in ordine electorum ante electum Imperatorem illuſtriſſimus N. marchio Montisferrati cum bavero, birreto, & habitu marchionali, bajulans ſceptrum in manu dextra: quem mox ſequebatur ſereniſſimus dux Urbini præfectus urbis manto de cremeſino, bavero, & capello auro contento & recamato habitu ſuæ præfecturæ, geſtans in manu enſem Cæſaris nudum. Poſt ipſos ſequebatur unus ex comitibus Bavariæ filius electoris imperii toga longa ad talos uſque de cremeſino pellibus munito more theutonico, præferens manu pomum & mundum tripartitum totum deauratum. Quarto loco illuſtriſſimus dux Sabaudiæ in habitu & corona ducali indutus, coronam Cæſaris, id eſt diadema imperiale portans. Demum ſereniſſimus Rex Romanorum Carolus electus & futurus Imperator indutus manto regali, & in capite corona regius medius inter præfatos reverendiſſimos dominos diaconos Cardinales, quem ſequebatur multitudo prælatorum & aliorum togatorum in dignitatibus diverſis conſtitutorum, ex palatio per pontem erectum ſuper plateam deſcenderunt: reverendiſſimus dominus Caurienſis magnus eleemoſynarius Cæſaris & ego prævenimus in capellam extra eccleſiam in manu dextra erectam & diſpoſitam loco capellæ B. Mariæ inter duas turres, quæ eſt Romæ; in qua canonici S. Petri de Urbe congregati erant ad recipiendum electum in canonicum S. Petri: ſicque per ordinem hinc inde diſpoſiti expectantes electum reverenter receperunt.*

Quo ordine Cæſar ingreſſus.

Qui

Digitized by Google

Qui in faldiſtorio ibi ad hoc præparato genuflexus oravit, & illico porrecto ante eum libro uno juramentorum præſtitit juramentum in forma, ut in libro ordinario ceriмoniarum, dicens.

XVIII. Sacramenti formula ab eo nuncupata.

Ego Carolus Rex Romanorum, adjuvante Domino futurus Imperator promitto, ſpondeo, & polliceor, atque juro Deo & B. Petro, me de cætero protectorem & defenſorem fore ſummi Pontificis & ſanctæ Romanæ eccleſiæ in omnibus neceſſitatibus & utilitatibus ſuis, cuſtodiendo & conſervando poſſeſſiones, honores, & jura ejus, quantum divino fultus adjutorio fuero ſecundum ſcire & poſſe meum recta & pura fide. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia. *Ibi præſentibus & aſſiſtentibus præfatis duobus reverendiſſimis Cardinalibus oſculando ſacroſancta Dei evangelia: de quo rogatus fui uti magiſter cermoniarum & prothonotarius apoſtolicus, & conſurgens recepit ſuperpelliceum a reverando domino Carolo de Arioſtis canonico S. Petri, & aliis quampluribus ibidem conſtitutis, ac almutiam in humero ſiniſtro: & ſic ut canonicus S. Patri de urbe receptus oſculatus eſt altare ibi conſtitutum, & vertens renes ad altare recepit præfatos omnes canonicos ad oſculum pacis juxta ritum cæremoniarum; de quibus omnibus ſimiliter rogatus, &c. His itaque ſic, ut præfertur, peractis, revertendo Cæſar ad pontem magnum, ut ſupra a duobus Cardinalibus comitatus, & eo ordina ſuis proceribus gradientibus ad portam majorem eccleſiæ S. Petronii, & ante eum canonicis S. Petri præcedentibus, & cantantibus reſponſorium videlicet:* Petre amas me? *ut in ordinario, Rex Carolus electus ſuperpelliceo ſuper manto regio & almutia ſuper ſiniſtro corona regia in capite procedebat.*

XIX. *In introitu portæ erant reverendiſſimi ſanctorum Quatuor & Anconitanus duo epiſcopi Cardinales, expectantes electum venientem verſus eos, & in limine portæ proſtratum fuit tapetum, ſuper quo Rex genuflexit: reverendiſſimus ſanctorum quatuor Coronatorum ſine mithra ſuper eum genuflexum aſtante apud eum reverendiſſimo Anconitano alta voce cantavit orationem, videlicet:* Deus in cujus manu corda ſunt Regum, inclina ad preces humilitatis noſtræ aures miſericordiæ tuæ, & huic famulo tuo Regi veram appone ſapientiam, ut hauſtis de tuo fonte conſiliis, & tibi placeat, & ſuper omnia præcellat, per Chriſtum, &c. *Qua dicta ſurrexit electus, & medius inter duos Cardinales diaconos, præcedentibus ante eum duobus illis epiſcopis Cardinalibus cum pluvialibus & mithris ſuis deſcœnderunt per ponticulum tranſverſalem in capellam ſecundam a ſiniſtris introitus eccleſiæ erectam ſub vocabulo S. Gregorii, ad inſtar illius capellæ S. Gregorii in baſilica principis Apoſtolorum de urbe, ubi electus Imperator in faldiſtorio ibi præparato genuflexus oravit. Mox conſurgens quatuor illis Cardinalibus in certis ſcabellis in lateribus præparatis conſidentibus, a ſuis prælatis aſſiſtentibus exutus almutia, & ſuperpelliceo, miniſtrantibus ſibi cappellanis & camerariis ſuis ſecretis, indumenta & paramenta infraſcripta, illis indutus fuit, primo quibuſdam ſandaliis levibus, gemmis tamen ornatis, ſedens calciatus, tum ſtans cum veſte talari de cremeſino raſo ſtrictis manicis apertis in brachio dextro, ligatis tamen & collectis chordulis aureis: deinde cum ſtola auro & gemmis contexta in modum diaconi, tunicella & dalmatica tela aurea ſubtili.* Quo cultu indutus fuerit.

XX. *Poſtremo paludamentum induit, id eſt veſtem imperialem auro & gemmis pretioſis contextam magni ponderis in formam quaſi pluvialis a parte anteriori apertam, ut cum magna difficultate deferri poſſe videretur. Ad hæc coronam regiam in capite retinens medius inter duos illos diaconos Cardinales, & præcedentibus ante eum duobus illis epiſcopis Cardinalibus cum pluvialibus & mithris, rediens ad pontem majorem in medio eccleſiæ per rectum cum ſuis nobilibus, & illis quatuor proceribus inſignia ſua deferentibus, venit ad medium eccleſiæ, ubi erat rota porphyrea deſignata ad inſtar rotæ porphyreæ in eccleſia S. Petri de urbe, ubi cerimoniæ infraſcriptæ expleri debebant.* Et infra: *In loco igitur rotæ porphyreæ ſuper faldiſtorio ibi præparato Cæſar electus procubuit, & ſuper eum genuflexum reverendiſſimus Anconitanus epiſcopus Cardinalis alta voce dixit, videlicet:* Deus inenarrabilis author mundi, conditor generis humani, gubernator imperii, confirmator regni, qui ex utero fidelis amici tui patriarchæ noſtri Abrahæ prælegiſti Regem ſæculis profuturum, tu præſentem Regem hunc cum exercitu ſuo pro interceſſione ſanctorum uberi benedictione æternitatis circumda, ut ſemper maneant tripudiantes in pace, victores, per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. *Mox conſurgens electus eiſdem ordinibus & modis medius, ut ſupra, venit ad confeſſionem B. Petri ſub altare majus ante ingreſſum capellæ majoris, in qua Pontifex & alii Cardinales & prælati erant perantea conſtituti, & in loco humili & depreſſo ad inſtar loci ante ingreſſum capellæ S. Petri de urbe ubi electus Imperator ſuper faldiſtorio procubuit. Duo vero*

epi-

epiſcopi Cardinales ibi relicto Cæſare in capellam majorem ad Papam redierunt.

XXI. Implorata a Clero SS. ſuffragia.

Interea reverendiſſimus dominus Innocentius Cibo prior diaconorum dalmatica & mithra indutus, ſuper uno cuſſino ante ſe ſuper uno ſcabello librum letaniarum habens; a ſiniſtris electi Imperatoris & a dextris, ſuper humili cuſſino reverendiſſimus dominus Laurentius Campegius prior Cardinalium presbyterorum, ante ſe habens aliud ſcabellum commoniti ſupervenerunt & genuflexi ſunt. Tum Cardinalis Cibo letanias inchoavit alta voce cantando, & ſibi reſpondentibus cantoribus: quas cum primum incœpit, electus Imperator proſtravit ſe ſuper humili ſcabello panno aureo cooperto, & duobus cuſſinis deauratis ſub brachiis, & duobus aliis ſub genibus: duo Cardinales diaconi aſſociantes, ac principes & proceres alii omnes retro Cæſarem omnes genuflexi.

XXII. *Cantatis letaniis per præfatum priorem diaconorum mox reverendiſſimus Campegius prior presbyterorum & alii omnes Cardinales, prælati & principes ſine mithris, & detectis capitibus ſuper electum Cæſarem adhuc proſtratum alta voce dixit verſiculos & orationes infraſcriptas, videlicet:* Pater noſter; *complendo ſub ſilentio. Verſic.* Et ne nos inducas; *Reſpond.* Sed libera. *Verſic.* Salvum fac ſervum tuum Domine. *Reſpond.* Deus meus ſperantem in te. *Verſic.* Eſto ei turris fortitudinis. *Reſpond.* A facie inimici. *Verſic.* Nihil proficiat inimicus in eo. *Reſpond.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Verſic.* Domine exaudi orationem meam. *Reſpond.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſic.* Dominus vobiſcum. *Reſpond.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Prætende, quæſumus Domine, famulo tuo dexteram cœleſtis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ digne poſtulantur aſſequatur.

Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio & operatio a te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur, per Chiſtum dominum noſtrum. Amen. *Quibus finitis priores iſti Cardinales abierunt ad loca ſua apud Pontificem. Supervenit illico & in tempore reverendiſſimus Alexander Cardinalis Farneſius epiſcopus Oſtienſis, & decanus ſacri collegii pluviali & mithra indutus, & ordine ſicut ſupra electum Cæſarem medium inter illos duos diaconos aſſociantes, per ponticulum a ſiniſtris eccleſiæ declinando, adduxerunt in capellam S. Mauritii ſic erectam ſub illo titulo ad inſtar capellæ S. Mauritii in baſilica S. Petri de urbe, retro ſuggeſtum Cæſaris, quæ capella in eccleſia S. Petronii dicitur. Parata erat hæc capella pannis aureis & cortinis claudebatur loculus parvulus, in quo electus ſecrete exuendus & induendus erat, ut infra; & in altera parte ſiniſtri cornu altaris erat parvula menſa, ſeu credentia bene ornata ſuis mantilibus, duo bacilia argentea cum ſuis boccalibus, alterum pro reverendiſſimo Cardinali Farneſio ad lavandum manus, & alterum pro electo, ſuper quo oleum exorciſmi cum mappula ſubtili & faſcia, ac bombace bene munda ad extergendum & ligandum brachium, & ſpathulas Imperatoris electi. Reverendiſſimus dominus Cardinalis Farneſius in medio altaris verſus, reverſus ad altare ſedens ſuper quadam ſede Cardinalari, & aliis duobus Cardinalibus in duobus ſcabellis a lateribus faldiſtorii, ſuper quo Cæſar procumbere debebat, conſidentibus.*

Interim electus Imperator ſecreto cubiculo, ubi paludamentum, coronam regiam, & dalmaticam depoſuerat, exiens ſuper dicto faldiſtorio ſibi præparato procubuit: & præfatus reverendiſſimus Oſtienſis epiſcopus ſtans cum mithra & aliis duobus Cardinalibus ſtantibus, brachium dextrum electi per camerarios & miniſtros ſuos denudatum inunxit oleo per me ſibi parato una cum aliis ſuis capellanis a junctura cubiti uſque ad juncturam manus ejuſdem faciendo ſignum crucis, & bombace deſuper impoſita ligavit cum tænia ſubtili: inde ſpatulas electi inunxit eodem oleo exorcizato in modum crucis ſuper impoſita bombace & panniculo ſubtili. Reaptari camiſiam diploidem & veſtes fecit per miniſtros illius; moxque ſtans ſine mithra ſuper eundem electum adhuc genuflexum alta voce dixit infraſcriptas orationes, videlicet. XXIII.

Quo ritu imperiali inunctione perlinitus ſit.

Oremus.

Precum formulæ.

Domine Deus omnipotens, cujus eſt omnis poteſtas & dignitas, te ſupplice devotione atque humiliſſima prece depoſcimus, ut huic famulo tuo proſperum imperialis majeſtatis concedas effectum, ut in tua protectione conſtituto ad regendum Eccleſiam tuam ſanctam nihil ei præſentia officiant, futura nihil obſiſtant; ſed inſpirante Sancti Spiritus dono populum ſibi ſubditum æquo juſtitiæ libramine regere valeat, & in omnibus operibus ſuis te ſemper timeat, tibique jugiter placere contendat. Deus Dei filius Jeſus Chriſtus dominus noſter, qui a Patre Deo oleo participationis unctus es præparationibus tuis, ipſe per præſentem ſacri unguenti infuſionem Spiritus paracliti ſuper caput tuum infundat benedictionem, eandem uſque ad interiora cordis tui penetrari faciat, quatenus hoc viſibili & tractabili

dono

dono inviſibilia percipere, & temporario regno juſtis moderationibus executo, æternaliter conregnare ei merearis, qui ſine peccato Rex regum vivit cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti. Amen.

XXIV. *Quibus finitis reverendiſſimus Cardinalis lavit manus ſuis camerariis inſervientibus & me adiuvante. Cæſar inter ſuas cortinas recluſit ſe, a ſuiſque familiaribus & prælatis aſſiſtentibus abſtergi brachium & ſpatulas fecit, & inde, reaſſumpto paludamento imperiali & corona, eodem ordine & cum inſigniis & ſolemnitatibus ſuis venerunt in capellam majorem, ubi Pontifeu cum cæteris Cardinalibus exiſtebat;* Et infra: *Cum primum capellam ingreſſi Cardinales detectis capitibus, & ſimiliter electus uudato capite euhibuerunt Pontifici parato profundam reverentiam ſeu inclinationem, & Cæſar magna genuflexione cum ſuo paludamento, duo diaconi, qui Cæſarem comitabantur, induti dalmaticis obedientiam præſtiterunt Papæ. Tum Pontifeu impoſuit incenſum in thuribulo reverendiſſimo domiuo Cardinale epiſcopo Oſtienſi aſſiſtente miniſtrante naviculam, & acolyto thuriferario, cruce cum duobus ceroferariis duo candelabra portantibus ante crucem per ſubdiaconum delatam præcedentibus tum Cardinale de Farneſio a dextris & a ſiniſtris reverendiſſimo Cardinali Cæſarino diacono evangelii, Pontifen deſcendens uedius inter duos diacouos aſſiſteutes, duobus auditoribus deferentibus fimbrias, proceſſioualiter venit ad altare. Tres ultimi presbyteri Cardiuales videlicet reverendiſſimus Auguſtiuus Cardinalis Peruſinus, reverendiſſimus Marinus Cardinalis Grimanus, & reverendiſſimus Marcus Cardinalis Cornarius obviantes Papæ, ſecundum ritum antiquum cæremoniarum, Pontificis faciem & inde pectus uuus poſt alium oſculati ſunt, & inde ad ſedilia ſua ante altare. Amota mithra a capite Pontificis per reverendiſſimum Cardsualem Cæſarinum diaconum evangolii, &c. a ſiniſtris & reverendiſſimo epiſcopo Oſtienſi a dextris, factis debitis reverentiis cruci & altari fecit confeſſiouem pro miſſa.*

XXV. *Cæſar electus aliquantiſper retro epiſcopum Oſtienſem ſuper faldiſtorio & cuſſiuo aureo ſub brachiis, & altero ſub genibus brochato viridi genuflexus cum archiepiſcopo Barenſi, epiſcopo Caurienſi, & aliis ſuis prælatis fecit ſimiliter ſuam confeſſionem. Pontifex expleta confeſſione aſcendens ad altare illud oſculatus eſt, & inde librum ſibi per ſubdiacouum epiſtolæ unacum epiſcopo Cardinali aſſiſtente porrectum: tum incenſum en navicula per Cardinalem diaconum evangelii porrecta in thuribulum impoſuit, quod acolytus tenebat, & inde incenſavit altare, primo crucem, deiude Apoſtolorum imagines SS. Petri & Pauli, Pauli primo & Petri ſecundo, mox candelabra & totum altare, ut moris eſt.*

XXVI. *Tum Papa reaſſumpta mithra a Cardinali Cibo adiuvante Cardinali de Cæſis diaconis aſſiſtentibus, fuit incenſatus a diacono evangelii, in cornu epiſtolæ recepit ad oſculum oris & pectoris primo electum Imperatorem, deinde reverendiſſimum Cæſarinum diaconum evangelii, ſucceſſive reverendiſſimos de Cibo & de Cæſis aſſiſtentes, & facta reverentia cruci aſcendit ad ſedem eminentem, duobus auditoribus deſerentibus fimbrias: & eo diſcedente quatuor illi principes, qui ante Cæſarem tulerant inſignia ſua, illa domino Sacriſtæ & magiſtro cæremoniarum conſiguaruut, quæ poſuerunt in altari, & aptaverunt illa ne impedirent celebrantem. Cæſar vero, præcedentibus ſuis proceribus & principibus, euieus de capella venit ad ſuggeſtum ſuum, ubi erat ſolium ſuum & ſedes ſibi præparata aliquantulum minor ſolio & ſede papalibus, prælatis ſuis uti aſſiſtentibus in ſolio ſuper ſcamnis locatis, ducibus & aliis principibus iu ſedilibus ſibi præparatis ante ſolium Cæſaris a dextris & a ſiniſtris dicti ſolii: quibus omnibus ſic per ordinem diſpoſitis & collocatis, facta debita genuflexione electo Imperatori, receſſi ad Pontificem, qui interea depoſita mithra ſurrexerat, & incœperat introitum miſſæ, quæ fuit de S. Matthia Apoſtolo, &c. cum collecta pertinente ad coronationem:* Deus regnorum omnium, & Chriſtiani maxime protector imperii, da ſervo tuo Carolo Imperatori noſtro triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere, ut qui tua conſtitutione eſt princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per Dominum noſtrum, &c. *Similiter pro ſecreta quæ incipit:* Suſcipe Domine hoſtias, &c. *Poſtea:* Deus, qui ad prædicandum, &c. *Dum Pontifeu in ſede depoſita mithra dicit introitum &c.* Kyrie eleiſon *cum ſuis aſſiſtentibus, idem electus Imperator in ſolio ſuggeſtus ſui & in ſede ſua detecto capite cum ſuis prælatis aſſiſtentibus, &c. chorus Cardinalium in locis ſuis pariter fecerunt: tum* Gloria in excelſis, &c. *per Papam intonata cantores proſecuti ſunt. Pontifen cum ſuis Cardinalibus & prælatis aſſiſtentibus, Cæſar vero cum ſuis prælatis, chorus Cardinalium inter ſe & in ſedilibus ſuis pariter proſecuti ſunt. Finita* Gloria, &c. *Surgens Poutifex ſine mithra verſus populum dixit cantando:* Pax vobis; *& reſpon. &c.* Et cum ſpiritu tuo, *per cantores, duas orationes primam de die & alteram*

Solium Cæſareum minus pontificio.

pro

pro electo ſub una concluſione : quibus expletis ſedit Papa reaſſumpta mithra.

XXVII. *Dominus Joannes Alberinus ſubdiaconus apoſtolicus indutus paramentis ſubdiaconatus epiſtolam Latinam cantavit cum ceremoniis ſolitis, Græcam vero epiſtolam N. Florentinus camerarius Papæ. Illis finitis præcedente domino Joanne Franciſco magiſtro cærimoniarum ambo ſubdiaconi oſculati ſunt pedem Pontificis, primo Latinus, tum Græcus : dum cantores graduale concinunt me annuente ſurrexerunt en ſedilibus ſuis reverendiſſimi Cardinales de Salviatis & de Rodulphis, & factis ſolitis inclinationibus verſus Pontificem, me procedente cum quatuor maceriis, deſcenderunt ad ſuggeſtum Cæſaris, quem de ſede ſolii ſui levarunt, & medium inter ſe, præcedentibus ſuis proceribus, & ſequentibus ſuis prælatis, adduxerunt ante Pontificem, & ſecus ſedes Papæ in ſcabello genuflexus permanſit. Reverendiſſimus vero D. Antonius epiſcopus Piſtorienſis uti clericus cameræ apoſtolicæ depoſito pluviali & mithra in rocheto ſolo exiſtens, præmonitus & inſtructus a me, ex altari ſumpſit inſignia Cæſari danda per Pontificem; & primo enſem cum vagina & cingulo ſuo portans verſus Pontificem nudum & evaginatum dedit in manibus reverendiſſimi Cardinalis Cibo aſſiſtentis a dextris Papæ; & ipſe Cardinalis porrexit Pontifici enſem primo, & deinde manum Papæ deoſculando, quem Pontifex recipiens tradidit electo Imperatori ante ſe genuflexo dicens :* Accipe gladium deſuper B. Petri Apoſtoli corpore ſumptum per manus noſtras, licet indignas, vice tamen & authoritate beatorum Apoſtolorum conſecratum noſtræque benedictionis officio in defenſionem ſanctæ matris Eccleſiæ divinitus ordinatum ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum : & memor eſto, de quo pſalmiſta prophetavit dicens : *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime*, ut in hoc vim æquitatis exerceas, per eundem, molem iniquitatis potenter deſtruas, & ſanctam Dei Eccleſiam ejuſque fideles propugnes & protegas : nec minus ſub fide falſoſque Chriſtiani nominis hoſtes extermines ac diſpergas, viduas ac pupillos clementer adjuves ac defendas, deſolata reſtaures, reſtaurata conſerves, ulciſcaris injuſta, conſerves bene diſpoſita, quatenus hoc agendo virtutum triumphator glorioſus, juſtitiæ cultor egregius, cum mundi Salvatore, cujus typum geris in nomine, ſine fine regnare merearis. *Tum idem Cardinalis diaconus recipiens eundem gladium de manu Cæſaris poſuit in vaginam, & una cum Pontifice accinxerunt electum Imperatorem gladio dicente Pontifice :* Accingere gladio tuo, &c. [*ſcilicet ſuperiorem precum dimidiatam formulam repetente.*]

Quo ritu imperiali gladio accinctus Cæſar.

XXVIII. *Mox Cæſar accinctus gladio, uti miles S. Petri effectus conſurgens enſem evaginavit, & nudum ter vibravit viriliter, & inde abſtergens illum ſuper brachium ſiniſtrum repoſuit in vaginam : ſic accinctus retinens iterum genuflectit. Interea Papa recipiens de manu præfati Cardinalis a dextris pomum & ſceptrum ex altari, per eundem clericum cameræ delata & conſignata, tradidit Imperatori pomum videlicet in manu Cæſaris dextra, & ſceptrum in ſiniſtra dicens :* Accipe virgam virtutis atque veritatis, qua intelliges te obſtrictum mulcere pios, terrere reprobos, errantes viam docere, lapſis manum porrigere, diſperdere ſuperbos & relevare humiles, & aperiat tibi oſtium Jeſus Chriſtus dominus noſter, qui de ſemetipſo ait : *Ego ſum oſtium. Per me ſi quis intraverit ſalvabitur :* qui eſt clavis David domus Iſrael, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit; ſitque tibi author, qui eduxit vinctum de domo carceris ſedentem in tenebris & umbra mortis, & in omnibus ſequi merearis eum, de quo David propheta cecinit : *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, virga æquitatis, virga regni ſui*, & imitando ipſum diligas juſtitiam, & odio habeas iniquitatem, quia propterea unxit te Deus Deus tuus ad exemplum illius, quem ante ſæculum unxerat oleo exultationis præ participibus ſuis Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, qui cum eo vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. Amen. *Poſtremo eodem modo coronam imperialem cum thiara id eſt diadema ſibi delatum & porrectum recipiens ambabus manibus ſuſtinens poſuit capiti Imperatoris, dicens :* Accipe ſignum gloriæ & diadema regni, coronam imperii. In nomine Patris † & Filii † & Spiritus † ſancti. Amen; ut ſpreto antiquo hoſte, ſpretiſque contagiis vitiorum omnium, ſic juſtitiam, miſericordiam, & judicium diligas, & ita juſte miſericorditer, & pius vivas, ut ab ipſo domino noſtro Jeſu Chriſto in conſortio ſanctorum æterni regni coronam percipias, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Quæ dicta verba cum ſceptrum illi porrectum eſt.

Quo ritu impoſitum diadema imperiale.

XXIX. *Tum ſic coronatus oſculatus eſt pedem Papæ, & conſurgens coronatus diademate pomo & ſceptro in manibus retentis gladio exolvitur & datur armigero ipſius Cæſaris ante eum præcedenti. Ducitur Imperator a duobus illis diaconis Cardinalibus de Salviatis de Rodulphis ad ſedem*

ſuam

ſuam ſibi paratam in ſolio Papæ a dextris ipſius : & inthronizatus ibi ſedit. Et licet poſt hujuſmodi inthronizationem medius inter dictos duos Cardinales reduci debuiſſet ſic paludatus cum diademate in capite, pomo & ſceptro, duce Urbini præfecto, cum enſe & aliis ſuis proceribus præcedentibus eum, & ſuis prælatis aſſiſtentibus, & aliis togatis ſubſequentibus ad ſuggeſtum ſuum extra capellam ſecundum ordinem cærimoniarum, ut ibi in ſede ſua locatus cum ſuis aſſiſtentibus legeret epiſtolam, & graduale cum evangelio, ſicut ſecit Pontifex cum ſuis aſſiſtentibus, cum ipſe Cæſar haberet chorum & locum ſuum ad hoc ſeparatum & magis decorabatur in conſpectu omnium ſic ſolemniter cum pompa procedere. Et infra.

XXX. *Dum igitur Imperator epiſtolam & graduale in ea ſede legere cœpiſſet, vocavi duos diaconos Cardinales, qui Cæſarem inthronizarunt, ut redirent ad loca ſua. Inter alios Cardinales etiam, vocavi D. Joannem Albcrinum ſubdiaconum epiſtolæ, nonnullos advocatos & ſcriniarios, qui tunc reperiebantur, cum quibuſdam capellanis imperialibus, quos omnes adduxi mecum extra capellam a parte exteriori ſub altari majori, ubi prius lætaniæ cantatæ fuerunt. In quo loco D. Joannes ſubdiaconus cæpit alta voce laudes pro Imperatore, videlicet :* Exaudi Chriſte, &c. *aliis prædictis reſpondentibus, ut in libro ordinario, &c.*

Alii ritus in peragendo ſacro. *Quibus finitis, & cantoribus reaſſumentibus :* Alleluja, *ante ultimum verſiculum, & illis expletis parantur miniſtri pro evangelio, & reverendiſſimus Cardinalis Cæſarinus diaconus evangelii capiens librum evangeliorum ante pectus, factis Papæ & altari debitis inclinationibus, poſuit illum ſuper altari, & inde præcedente ſocio meo accedens ad Pontificem oſculatus eſt manum ſub auriphrigio. Rediens ad altare cum inclinationibus ſolitis genuflexus ante altare dixit :* Munda cor meum, &c. *tum recipiens librum, thuriferario & ceroferariis præcedentibus, ante Papam inclinatus petiit benedictionem dicens.* Jube domne benedicere ; *& Pontifex reſpondit :* Dominus ſit in corde tuo &c. *Tum deſcendens ad locum evangelii paratum cum cæremoniis & ſolemnitatibus ſolitis cantavit evangelium Latinum. Mox epiſcopus Scalienſis Hiſpanus aſſumens librum evangelii Græcum factis reverentiis debitis, & ſervatis cærimoniis cum ſuo diacono Græco cantavit evangelium Græcum : quæ evangelia Latinum & Græcum ſubdiaconi epiſtolarum ad Papam oſculandum detulerunt : tum per reverendiſſimum Cardinalem Farneſium epiſcopum Oſtienſem & aſſiſtens, qui prope Imperatorem in ſede nuda ſedebat, Pontificem incenſavit. Interea unus ex aſſiſtentibus porrexit Cæſari librum evangelii oſculandum. Mox Papa intonavit :* Credo, &c. *& cantoribus continuantibus, & illo finito, & dicto per Pontificem,* Dominus vobiſcum *& lecto offertorio.*

Cæſar interim depoſitis diademate & paludamento ſine gladio, ſceptro, pomo in dalmatica manens venit ad pedes Papæ, & obtulit ei aurum, videlicet xxx. *aureos, quorum quilibet erat ponderis quatuor ducatorum auri largorum, quos in manu mea poſuit dum eſſem ſecus pedes Papæ genuflexus : remanſit inde Cæſar a dextris Pontificis. Papa lavit inde manus, oratore Venetorum aquam, id eſt pelvim deferente una cum aliis miniſtris intervenire ſolitis, & cum cærimoniis conſuetis, adjuvante etiam reverendiſſimo de Farneſio epiſcopo aſſiſtente : & lotis manibus deſcendit medius in aſſiſtentia Cardinalium ad altare, quem Imperator ſecutus eſt : & depoſita mithra per Cardinalem evangelii, Pontifex oſculatus eſt altare, & aliquantulum ſemoto Cardinali de evangelio loco ejus Cæſar ſubintravit ad altare miniſtrando Papæ patenam cum hoſtia, & inde calicem vino & aqua porrigendo Pontifici, & ſimul offerente & miniſtrante quam pulchre, & egregie fungendo officio diaconi, ita ut omnes aſtantes mirarentur, & oblectarentur de his myſteriis exhibitis cum magna devotione ac humilitate, ac ſi in ſimilibus expertus & diu verſatus fuiſſet.* XXXI. Oblatum aurum Pontifici a Cæſare.

Inde retroceſſit in partem dexteram prope faldiſtorium ibi pro eo præparatum, ſic ſtans uſque ad elevationem ſacramenti, in qua elevatione genuflexus eſt. Interea Pontifex de manu Cardinalis evangelii accepto thuribulo cum incenſo in illo prius poſito incenſavit oblata & altare more ſolito, & inde ipſe a præfato Cardinale de evangelio incenſatus depoſita mithra continuavit miſſam. Tum idem Cardinalis evangelii incenſavit Imperatorem ſtantem ; ſucceſſive reverendiſſimum de Farneſio epiſcopum aſſiſtentem & duos alios aſſiſtentes, & ſucceſſive alios dominos Cardinales prælatos aſſiſtentes & principes ordine ſuo. Illis incenſatis tradidit thuribulum uni ex ſubdiaconis apoſtolicis, a quo prædictus Cardinalis evangelii ſtans inter duos alios aſſiſtentes incenſatus fuit : & ille idem ſubdiaconus omnes alios, ut eſt moris. XXXII.

Pontifex interim præfationem inchoavit & finivit : Cæſar autem cum ſuis prælatis, Sanctus Sanctus ; *&* Agnus Dei *complevit. Dicto* Agnus Dei *per Papam, Cardinalis epiſcopus aſſiſtens accepit pacem a Papa, genuflexit oſculando altare, inde* XXXIII.

faciem & pectus Pontificis, qui mox illam diſtribuit aliis Cardinalibus, magnis principibus, & prælatis aſſiſtentibus, & poſt epiſcopum Cardinalem aſſiſtentem alii duo Cardinales diaconi aſſiſtentes receperunt a Papa, non tamen oſculando altare. Cæſar autem & Cardinalis Cæſarinus evangelii non receperunt pacem, ſed in communione ſacramentum recipient uti miniſtri altaris, & alius ut eſt moris.

Poſt hæc Pontifex facta reverentia ſacramento ſine mithra ad ſedem eminentem reverſus, ſtans capite detecto, & aliquantulum inclinato, quem Imperator pari modo detecto capite ſecutus a dextris ejus ſtetit. Cardinalis evangelii interim patenam cum ſacramento deſuper ex altari elevans ad altitudinem oculorum gyravit, ut moris eſt, & illam conſignavit D. Joanni ſubdiacono epiſtolæ, qui ſacramento ſuper patenam ſocio meo elevante illi fimbrias detulit Pontifici inclinato in ſede & aſpectante, Cæſare autem & aliis omnibus in locis ſuis genuflexis. Tum idem Cardinalis evangelii calicem ſanguinis & ſacramenti factis debitis genuflexionibus pari modo elevavit & gyravit ante altare, & inde diſcedens detulit ad dexteram Papæ.

XXXIV. Quo ritu Pontifex Euchariſtiam ſumpſerit & calicem.

Pontifex dictis orationibus debitis & ſolitis ſæpius parte una ſacramenti ſic de corpore tum de ſanguine communicavit, & aliam partem diviſam una particula diaconum evangelii, altera ſubdiaconum epiſtolæ communicavit. Cardinalis evangelii cum calice & reſiduo ſanguinis in eo reverſus eſt ad altare & ſumpta parte ſua ſanguinis & purificationis, parvam hoſtiam ſacramenti pro Imperatore reſervatam ponens ſuper aliam patenam, elevans gyravit ante altare, ſic ut de ſacramento Papæ dictum eſt, pari modo ad ſiniſtram Pontificis portavit.

XXXV. Porrexerit Euchariſtiam Cæſari.

Tunc Imperator ante pedes Pontificis genu flexo idem Pontifex capiens patenam illam in ſiniſtra, & cum dextra hoſtiam ſacramenti, dicente Cæſare cum ſuis aſſiſtentibus : Domine non ſum dignus, &c. *tertio ſic replicavit, cum magna devotione communicavit, dicens :* Corpus domini noſtri, &c. *Cæſar oſculata prius manu Pontificis multa humilitate ſuſcepit ſacramentum, & inde elevatus faciem Papæ deoſculatus, & retrahens ſe verſus ſedem ſuam vinum recepit ex calice, quem Cardinalis evangelii cum purificatione tenebat. Et nota quod diaconus Cardinalis evangelii non fecit ante communionem Cæſaris confeſſionem ſolitam fieri, quia Imperator in hac miſſa, ut miniſter intervenerat & miniſtravit. Tum Imperator poſt purificationem reducitur ad pedes Pontificis, qui ſuper eum genuflexum dixit orationes infraſcriptas : Et quidem cum devotione & fervore quaſi omnibus lachrymas concitans.*

Oremus.

XXXVI. Formula precationis pro Cæſare fuſæ.

Reſpice quæſumus omnipotens Deus ſerenis obtutibus hunc glorioſum famulum tuum Carolum, ut ſicut benedixiſti Abraham, Iſaac, & Jacob, ſic illi largiaris benedictionem ſpiritualis gratiæ, eumque plenitudine tuæ potentiæ irrigare atque perfundere digneris : & tribuas ei de rore cæli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti vini & olei, & omnium frugum opulentiam & ex largitate divini muneris longæva tempora, ut illo regnante ſit ſanitas corporis, imperii pax inviolata, in regno dignitas glorioſa regalis palatii maximo ſplendore, regiæ poteſtatis oculis omnium fulgeat luce clariſſima, coruſcare atque ſplendeſcere quaſi ſplendididiſſimi fulgoris maximo perfuſa lumine videatur. Tribue ei, omnipotens Deus, ut ſit fortiſſimus protector, conſolator eccleſiarum atque cœnobiorum ſanctorum, maxima pietate regali munificentiſſimus, atque ut ſit fortiſſimus triumphator hoſtium ad opprimendum rebelles, & paganas nationes, ſitque ſuis inimicis ſacie terribilis maxima fortitudine regalis potentiæ : optimatibus quoque atque præcellis procetibus ac fidelibus ſui regni ſit munificus, amabilis, & pius, & ab omnibus timeatur & diligatur, & poſt glorioſa tempora atque ſelicia vitæ præſentis gaudia & in perpetua beatitudine habitare mereatur per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Benedic Domine, quæſumus, hunc principem noſtrum Carolum quem ad ſalutem populi nobis a te credimus eſſe conceſſum : fac armis eſſe multiplicem, ſalubris corporis, robore vigentem, ad ſenectutem optatam pervenire ſelicem : ſit nobis fiducia obtinere gratiam populo, quam Aaron in tabernaculo, Eliſæus in fluvio, Ezechias in lecto, Zacharias vetulus impetravit in templo. Sit nobis regendi authoritas qualem Joſue ſuſcepit in caſtris, Gedeon ſumpſit in præliis, Petrus in clave, Paulus eſt uſus in dignitate & dogmate, & ita paſtoris officium perficiat in ovile ſicut Iſaac perſecit in fruge, & Jacob eſt delectatus in grege : quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen. Deus æternæ gloriæ ſit adjutor tuus & protector & omnipotens : benedicat tibi, preces tuas exaudiat, & vitam tuam in longitudinem dierum adimpleat : thronum regni tui jugiter confirmet, & germen populumque tuum in æternum conſervet, & inimicos tuos confuſione induas, & ſuper te ſanctifica-

ficatio Chriſti floreat, ut qui tibi tribuit in terris imperium, ipſe in cælis conferat præmium, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen. *Quarto & ultimo loco Papa lavit manus aqua in pelvim deferente & infundente oratore Angliæ, qui erat miles de Caſali cum ceremoniis ſolitis. Tnm Pontifen ad altare cum Cardinalibus, & Prælatis ſuis aſſiſtentibus & perfecit miſſam, & conceſſit indulgentiam plenariam, quam publicavit reverendiſſimus de Farneſio epiſcopus aſſiſtens.*

XXXVII *Interea Cæſar apud ſedem ſuam reaſſumpſit paludamentum imperiale, diadema, & alia ſua inſignia; & ſic manſit uſque ad finem miſſæ. Expletis itaque divinis officiis, & ſacris cæremoniarum ſolemniis, Imperator ſic paludatus cum diademate in capite, pomo in manu, præcedentibus ſuis nobilibus & principibus portantibus ante eum inſignia ſua imperialia, a ſede ſua deſcendens ad altare, ubi erat Pontifen, maximam reverentiam illi exhibuit, & agens gratias de tanto labore ſuſcepto pro eo, abiit in capellam, quæ cognominata fuit S. Mauritii.* Et infra.

Paludamentum & diadema recipit Cæſar.

XXXVIII. *Cæſar dimiſſo paludamento valde ponderoſo, & alio ex ſimplici tela aurea multo leviori recepto, & coronam imperialem, & in manu pomum deferens, reverſus eſt ad Pontificem, quem mon Papa ſecum capiens, ambo exeuntes ſub baldachino per pontem erectum & in medio eccleſiæ venerunt ad portam ejuſdem, & deſcendentes in manum dextram ponticulum unum ibi erectum ad finem ſcalarum, ubi equus albi coloris phaleratus pro Papa præparatus, & ſcala lignea trium pedum, ſuper quam Pontifex ad equum aſcenderet, præordinata exiſtebant: dum appropinquarent, me annuente, ſereniſſimus Imperator prævenit ad ſtapham equi Papæ ſiniſtram, quam parumper tangens Pontifex recuſans illud opus ſibi ab Imperatore præſtari, & eo perſiſtente in ſervitio, Pontifex toleravit, referendo talem actum humilitatis ad honorem Salvatoris, cujus vices in terris gerebat. Sic aſcendit equum, & dum Imperator adhuc equum per aliquot paſſus ducere per frænum vellet, Papa omnino retinuit.*

Stratoris munus Pontifici Imperator exhibet.

XXXIX. Commendat hanc Caroli V. Imperatoris in Chriſti vicarium piam demiſſionem Auguſtinus Stenchius (a) hiſce verbis: *Neque a ſæviſſimis hæreticis, quorum fuit hoc tempore innumerabilis multitudo depravari, neque tot victoriis, quibus potitus eſt, corrumpi potuit: is inquam etiam dum ſævirent hæretici, dum in omnem religionis gradum furentes debaccharentur, eam pietatem, eam religionem, atque reverentiam exhibuit Romano Pontifici, quam hoc decreto ait ſe Conſtantinus B. Silveſtro exhibuiſſe; nam in præfata urbe,* nempe Bononienſi, *omni populo inſpectante, poſteaquam a Pontifice Clemente VII. coronam accepiſſet, illo aſcendente equum, ſtratoris officium exhibuit, pedem ſuſtinuit, frænum tenuit, equumque aliquot paſſus ducere voluit. Quanta igitur eſt Lutheranorum, quam inuſitata non dico impietas, ſed barbaries potius, qui lacerare & defœdare contumeliis ſemper conati ſunt, quod piiſſimi Imperatores tanta pietate venerati ſunt: utque ille Romanum venerando Pontificem ipſum primo Jeſum Chriſtum dein beatos Apoſtolos & cognoſcebat & fatebatur ſe venerari; ſic iſtos, quia blaſphemant, proſcindunt, calumniantur eam ſedem, in Deum & Apoſtolos graviter peccare neceſſe eſt.*

(a) Aug. Stenchius l. 2. adverſ. Luther. p. 45.

Commendatur de pietate Carolus V.

Stratoris munere fungitur Pontifici.

Lutheranorum protervia.

XL. Pergit diariorum ſcriptor: *Cæſar autem poſt hæc equum ſuum, qui ibidem prope a ſuis nobilibus & proceribus detinebatur, albi coloris pulcherrimus & multis ornamentis phaleratus dux Urbini, ut præfectus, præcurrens ad ſuſtinendum ſtapham vix potuit tangere, cum Imperator eſſet juvenis & facto citius aſcendiſſet, & a multitudine ſuorum adjutus, & circumſeptus fuiſſet. Hi duo ſupremi totius orbis & Chriſtianorum principes in equis poſiti & aptati mox ambo ſub eodem baldachino intrantes a dextris Papa cum thyara ſeu regno, & Imperator a ſiniſtris cum diademate, cœperunt ſimul equitare, &c.* Deſcribit deinde author (b) ordinem pompæ triumphalis a Pontifice & Imperatore per Bononiam ductæ: cujus præcipua pars hæc fuit; poſt deſcriptos enim longos pontificiorum & imperialium famulorum, necnon aulicorum, vexilliferorumque, & virorum nobilium ordines additur.

Celebrata pompa triumphalis.

(b) MS. bibl. Barber. ſign. n. 1105. p. 132.

Sub eodem conopæo Pontifex & Imperator incedunt.

XLI. *Tum,* inquit, *clerici duo capellæ ſuper equis cum duabus lanternis accenſis intus luminibus ſic incedebant ante Sacramentum corporis Chriſti,* præiverant ſcilicet pontificiæ ac imperialis familiarum necnon nobilium compoſitæ turmæ: *Equus albus, quæ chinea dicitur, phaleratus cum tintinnabulo ſuo ad collum, & ſuper ſellam illius capſula in qua ſacramentum euchariſtiæ reconditum erat, & ducebatur ab uno parafrenario Papæ rubeis veſtibus induto, & in manu dextra baculum rubeum deferente. Baldachinum ſupra ſacramentum de brochato, quod deferebant cives Bononienſes, & mutabantur in locis deſignatis, circa quod beneficiati S. Petronii & S. Petri cum cottis ſuis XVI. & ultra deferebant totidem intortitias accenſas. Sequebatur R. D. Sacriſta Gabriel*

archiepiſcopus Dyrrachienſis cum ferculo alta in manu pro cuſtodia ſacramenti. Si fuiſſent electores imperii velut dux Mediolani, qui tunc graviter infirmabatur, vel etiam ſi dux Ferrariæ fuiſſet, præcedere debuiſſent ſacrum collegium reverendiſſimorum Cardinalium ſecundum ordines ſuos, incipiendo a diaconibus Cardinalibus ultimis, qui fuerunt Doria, & de Medicis Cardinales, inde presbyteri, & demum epiſcopi Cardinales cum cappis rubeis. Nota quod ante iſtos principes portantes inſignia, procedebat major domus Imperatoris, qui adjuverat eum equitare, & cum quidam ejus araldus tanquam mazerius habens ſacculos pecuniarum auri & argenti, quos proiiciebat per loca civitatis, maxime inter mulieres: tum incedebam ego magiſter cerimoniarum.

XLII. *Poſt collegium ſequebantur quatuor principes deferentes inſignia imperialia. Primo illuſtris marchio Montiſferrati in habitu ac birreto ſuis ducalibus geſtans ſceptrum Imperatoris cum multis ſtafferiis bene indutis. Dux Urbini & præfectus urbis in habitu ſuæ præfecturæ & birreto optime ornatus gladium Imperatoris geſtans. Unus ex ducibus Bavariæ & electoribus imperii portans pomum. Dux inde Sabaudiæ geſtans coronam Imperatoris uti Regis Romanorum in habitu ſuo ducali & corona ſua ducali: licet iſti cum ſubdiacono crucis præire debuiſſent, voluerunt tamen imperiales quod Pontifex toleraret, & ſecum diſpenſaret, ut ii quatuor eſſent deferentes talia inſignia imperialia, & irent poſt ſacrum collegium ante Imperatorem; & Papa conceſſit diſpenſando ſecum & concedendo, ac ſi fuiſſent principes & electores imperii, qui ſic deferebant inſignia, me quoque aliquantulum contradicente, ut non derogaretur noſtris cerimoniis; tamen Hiſpani prævaluerunt. Poſt hos ſequebantur duo diaconi Cardinales aſſiſtentes, videlicet reverendiſſimi de Cibo, & de Cæſis; & ſic mediato, & interrupto ordine collegii propter illos quatuor principes.*

XLIII. *Poſtremo duo illa luminaria magna ſanctiſſimus dominus noſter Clemens Papa VII. & ſereniſſimus Carolus V. Imperator Romonorum cum ſuis pluvialibus thiara in capite Pontificis, & diademate in capite Cæſaris, multis gemmis, lapidibus, & margaritis pretioſis ornati; ut ſol & luna radiantes ambo in pari paſſu a dextris Papa & a ſiniſtris Imperator ſub eodem baldachino, quod nobiles Bononienſes numero quadraginta deferebant, gradiebantur. Vere non fallor pulchrum fuit ſpectare duos hujuſmodi ſupremos tali forma, & ordine procedere.*

XLIV. *Poſt Pontificem & Cæſarem ſequebantur auditor de mithra medius inter duos cubicularios aſſiſtentes Papæ, & inde duo medici Papæ, quorum medius erat ſecretarius Papæ, & certi familiares ſeu camerarii Imperatoris: ſequebantur auditor cum cappa & roccheto, cubicularii cum capuciis inverſis, ſerviens armorum indutus armis dempta galea, deferens umbellum ſive umbraculum cum armis Eccleſiæ & Papæ una cum alio ſocio adjuvante, qui mazerii Papæ dicuntur. Prælati aſſiſtentes Papæ: inde prælati aſſiſtentes ſive conſiliarii Imperatoris & alii ſecundum ordines ſuos cum cappis & capuciis præcedebant maxime oratores prælati primi poſt aſſiſtentes. Alii poſtremo epiſcopi, protonotorii, abbates, & cæteri rogati curiales utriuſque principis.*

Subdit rituum pontificiorum præfectus quo ritu clauſa ſit hæc pompa: *Cum Pontifex hora vigeſima tertia in palatium ſe recepiſſet, Cæſar cum ſuis proceribus & comitiva nobilium & prælatorum progrediens ad eccleſiam S. Dominici ibi a Laurentio epiſcopo Segnino & epiſcpoo Anagnino vicario una cum nonnullis aliis canonicis S. Joannis Lateranenſis, qui Bononiam venerant, & ad hæc uti procuratores aliorum canonicorum S. Joannis de urbe, in porta eccleſiæ exiſtentibus proceſſionaliter cum cruce & aliis reliquiis obviam venientes, crucem Cæſari oſculandam obtulerunt, & receperunt procedentes ante eum,* Te Deum laudamus, *intonantes & cantantes uſque ad capellam magnam a manu ſiniſtra in introitu: quam ipſi imperiales eligere voluerunt ad infraſcripta explenda tanquam locum magis ſpatioſum & aptum: ibi, & ſuper faldiſtorio præparato Cæſar procubuit, & aliquantulum oravit. Tum reſurgens præfati epiſcopi & canonici cum aliis canonicis & clericis ſuis capitulariter receperunt in canonicum et confratrem: & inde Imperator vertens venit ad faldiſtorium, ſuper quo adhæſit recepit ſingulos canonicos prædictos ad oſculum oris, primo Anagninum epiſcopum, deinde Signinum & reliquos per ordinem.* Et infra. XLV.

His peractis Cæſar aſcendit quemdam parvulum ſuggeſtum in eadem capella quaſi in introitu ejuſdem ibi erectum, quamplures milites, equites & comites palatinos creavit, decoravit, & inſignivit. Edita ſunt plura alia publicæ lætitiæ & magnificentiæ ſigna quæ recenſet idem rituum ſacrorum magiſter.

Paucis poſt diebus Pontifex diploma de impoſitis Carolo V. ferrea & aurea coronis promulgavit (a), & quæ veteri more atque inſtituto in Cæſarum conſecratione defuiſſent, apoſtolica authoritate ſupplevit. Præterea ipſum ab omnibus clientibus imperii ut Imperatorem coli XLVI.

juſſit,

(a) *Ext. in bull. conſt.* 28.

juſſit, ac Leonis X. exemplum ſecutus permiſit ut regnum Neapolitanum cum imperio, dum ſuperſtes foret, conjunctum teneret.

Clemens &c. Ad futuram rei memoriam.

Pont. lit. de collatis Carolo Imperialibus inſignibus.

Cum proximo februarii menſe celebri cathedræ Petri die, cui diſpari quidem merito, pari tamen poteſtate ſucceſſimus, dilectus filius noſter Guillelmus tit. SS. Joannis & Pauli presbyter Cardinalis in capella palatii civitatis noſtræ Bononienſis, quod in præſentiarum habitamus, miſſarum ſacra noſtro juſſu eſſet peracturus, & priuſquam ad ipſam capellam accederemus, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum V. Imperatorem ſemper Auguſtum noſtra ex authoritate inunxiſſet, reliquaſque cerimonias vetuſto more circa id fieri ſolitas peregiſſet; nos, qui poſtea iis cerimoniis & unctione peractis, capellam ingreſſi fuimus infra ipſarum miſſarum ſolemnia regia imperatoriaque inſignia eidem Carolo tradidimus, ejuſque caput corona ferrea decoravimus; ab hinc deinde triduum in ipſo ſcilicet die Matthiæ Apoſtoli feſto, qui primus dies natalis ipſi Carolo illuxit, eum aurea corona inſignire volentes, ex palatio per penſile tabulatum ob hoc ipſum inſtructum ad eccleſiam S. Petronii acceſſiſſemus pontificiam miſſam celebraturi; & cum ipſe Carolus Imperator iis omnibus perfunctus eſſet, quæ ad ejuſmodi cerimonias exiguntur, primo videlicet ante aram ad hunc uſum ſuper tabulato erectam in canonicum baſilicæ principis Apoſtolorum de urbe per nonnullos ejuſdem baſilicæ canonicos Bononiæ tunc temporis degentes, & ibidem præſentes receptus, deinde oratione una ad hanc celebritatem accommodata in eccleſiæ hujuſmodi foribus per Præneſtinum, rurſus altera intra ipſos fores per Sabinenſem epiſcopos ſuper caput Caroli alta voce prolatis, idem Imperator ad quandam capellam divertit, ubi cultu & ornatu diaconorum indutus & inde ad ſedem pro eo paratam accedens, ibidemque ab epiſcopo Oſtienſi inunctus ad conſpectum noſtrum venit: Nos vero miſſam proſequentes evangelio Latina Græcaque lingua nondum enuntiato, eadem, quæ nudius tertius regia imperialiaque inſignia Imperatori contulimus, annulum in primis ejus digito annulari imponentes, deinde enſem adverſus fidei hoſtes vibrandum ad ejus femur accingi fecimus, deinde vero aurea corona ejus caput coronavimus; ac poſtmodum ſceptrum peculiare Regibus inſigne, ac globum totius mundi imaginem repræſentans in ejus manus tradidimus, & ad pacis oſculum qua Chriſtus naſcens, prædicans, moriens, reſurgens, ac regnans Eccleſiam ſuam docuit, admiſimus. Quibus rite peractis, ille in ſolium imperiale dextero lateri noſtro pene contiguum ſeſe recepit. Sacrificio deinde abſoluto & omnibus, quæ veteri ex inſtituto in hujuſmodi coronatione fieri ſolent peractis, ad palatium, unde profecti eramus, equo inſidentes regreſſi ſumus.

XLVII. Cur ferrea corona non Modoeciæ ſed Bononiæ illi impoſita ſit.

Et ne animis curioſis ambigi poſſet, an corona ferrea, quæ olim Modoecienſi, vel in eccleſia Mediolanenſi, & aurea, quæ per Romanum Pontificem Romæ in dicta Petri baſilica exhiberi fuit ſolita, jam utraque Bononiæ ad ſupplices Imperatoris preces, & ex cauſis legitimis id ſuadentibus per nos exhibita, tantumdem virium & ſtabilitatis obtineat, ac ſi ambæ ſtatutis in locis more veteri traditæ ſuſceptæque fuiſſent; ut hic ſcrupulus ex animis evellatur, authoritate apoſtolica tenore præſentium declaramus, & ad poſteritatem tranſmitti volumus, omnia præmiſſa hoc tenore hocque in loco geſta perinde firma, valida, & inconcuſſa eſſe & ſuum robur & ſtabilimentum obtinere, ac ſi illa ferrea coronatio vel Modoeciæ vel Mediolani, hæc aurea vero Romæ in dicta baſilica, ſervatis omnibus cerimoniis ſervari ſolitis celebrata factaque fuiſſent; ſicque per quoſcumque judices & cauſarum palatii apoſtolici auditores, ac S. R. E. Cardinales interpretandum, judicandum, ac ſententias promulgandas, adempta eis aliter interpretandi, judicandi, & ſententiam promulgandi facultate, authoritate & tenore prædictis decernimus; ſupplentes ex certa ſcientia ac apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes & ſingulos defectus tam juris, quam facti, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem.

Conceſſum Carolo V. ut regnum Neap. cum imperio conjuncta teneat.

Nos etiam cum eodem Carolo, cum quo alias felicis recordationis Leo Papa X. ſecundum carnem frater patruelis, & prædeceſſor noſter, ut regnum Neapolitanum una cum imperio retinere poſſet, per ſuas literas diſpenſavit, pro potiori cautela ut regnum ipſum Neapolitanum una cum imperio, quoad vixerit, retinere libere & licite valeat, quibuſvis conſtitutionibus ac literis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus apoſtolicis ac legibus imperialibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, authoritate & tenore præmiſſis de ſpeciali dono gratiæ diſpenſamus. Quocirca omnibus Chriſti fidelibus vaſallis & ſubditis præfati imperii, cujuſcumque conditionis exiſtant, etiamſi regali aut pontificali dignitate præfulgeant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & pro quanto gratiam noſtram caram habent, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus præfato Carolo Imperatori, ut tenentur, efficaciter pareant & intendant. Nulli ergo &c. Datum

Digitized by Google

tum Bononiæ anno Incarnationis dominicæ MDXXX. kal. martii pontificatus noſtri anno VII. Evoluto autem menſe proximo aliud diploma (*a*) pontificium editum fuit, quo electionem ejus fuiſſe Cardinalibus aſſentientibus confirmatam, omniaque imperialia inſignia rite illi collata promulgatum eſt.

(*a*) *L.* 2. *epiſ. ſecr. Clem. pag.* 196.

XLVIII. Habita interea ſunt Bononiæ inter Pontificem ac Cæſarem plura colloquia de inſtauranda re Chriſtiana, cum nullum concilio œcumenico ad excindendam hæreſim aptius remedium videretur, quemadmodum ſub ipſis Lutheraniſmi exordiis ab Alberto S. R. E. Cardinale atque archiepiſcopo Moguntino in conventibus imperialibus propoſitum, ſæpiuſque antea expetitum vidimus. Adrianus quidem VI. illud cogere ſtatuerat, ſed immatura morte abſumptus eſt: at Clemens quantumvis a Germanis conventibus atque a Cæſare rogatus, ab illo convocando abhorrebat eo fretus argumento, quod fidei orthodoxæ dogmata in diſceptationem vocanda non ſint: quod quidem multum potuiſſe apud plures Pontifices pietate & doctrina præſtantes, qui expetitum a Græcis pro conjunctione eccleſiarum concilium indicere detrectarunt; contra vero alios ſenſiſſe celebrandum vidimus, non ut de fidei capitibus diſceptaretur, ſed ut contrariarum opinionum caligo patrum congregatorum doctrina diſcuteretur: quod argumentum Mercurinus Gattinaria Cardinalis, necnon Cæſar apud Clementem urſere, extatque ea de re inter Dolgaſti collectanea (*b*) Caroli V. reſponſum, quod a Lutherano ſcriptore adulteratum fuit: de petito autem a Lutheranis perfida & mala arte concilio hæc Andreas Maurocenus hiſtoriæ ſuæ commendavit (*c*).

De concilio celebrando habita colloquia.

Noluit Clemens cum Lutheranæ controverſiæ eſſent deciſæ in aliis conciliis.

(*b*) *Dolg.* §. 3. *p.* 587.

(*c*) *Andr. Mauroc. hiſt. Ven. l.* 4.

XLIX. *Cum teterrima peſtis quæ ſuperioribus annis a Martino Luthero illata tractu temporis adeo invaluiſſet, ut a priſcis ritibus & cerimoniis miſeros, nimiumque credulos mortales abſtractos pravis, atque ſæpius inter ſe diffidentibus erroribus turpiſſime fœdaſſet: cui malo ſævienti licet obviam ire Cæſar aniteretur; attamen res undique magnis involuta difficultatibus cernebatur. Concilium novatores petebant, in quo de maximarum rerum controverſiis agitaretur: & licet hac una adhibita ope ſæpius ab Eccleſia hæreſes profligatæ ac penitus everſæ fuiſſent, præſenſque afflictis Chriſtianæ reipublicæ rebus remedium videretur; tamen is erat perverſorum hominum, qui ſe capita atque anteſignanos profitebantur, livor, illud in Pontificem odium, ut non ad confirmandam, ſed potius ad convellendam religionem concilium poſtulare viderentur. Quæ res Clementem permovebat, ne tam facile Cæſari Germanorum nomine concilium petenti aſſentiretur, veritus ne illo ad labefactandam & penitus convellendam pontificiæ majeſtatis authoritatem abuterentur: quocirca nonnunquam moras nectebat, Chriſtianorum principum diſſidia tolli prius oportere, in id ſingulos odiis ſimultatibuſque ſemotis conſpirare, ut procul a ſanctiſſimo religionis negotio animorum perturbatio humanæque mentis ſubdoli nimium ſenſus abeſſent. Verum quo minus probare concilium Pontifex videbatur, eo magis Germani, qui ſe proteſtantes vocabant, inſtare ac flagitare, ne Clemens majora in dies incrementa ſuſcipienti malo armis occurrendum eſſe ſibi in animum induceret: qua de re non modo graviter cum Imperatore egit, pecuniæque vim obtulit, verum ea ſe mente eſſe reipublicæ*, ſcilicet Venetæ, *oratori ſignificavit, cunctoſque Chriſtianos principes ad pium pro avita religione bellum ſuſcipiendum impellendos cenſere: quæ graviſſima in re ſenatus ſic ſententia exquirere, conſilium ab illius prudentia petere. Senatus qui a bello atque armis abſtinendum arbitrabatur, ne jactata diu Chriſtiana reſpublica hac tempeſtate in majores procellas ac turbines incideret, Pontificis egregiam mentem extollebat, in religionem priſcamque & per manus traditam majorum diſciplinam accenſum animum ſummis laudibus efferebat: ceterum ad aleam belli niſi neceſſitate adactos deſcendere minime probare; his enim acrius Germanos principes exaſperandos conquiſitis undique copiis atque auxiliis, veluti in rabiem actos in bellum dirum atque inextricabile prolapſuros: genus id hominum eſſe, quod ſuis opinionibus addictum ægre nec niſi annuente Deo optimo maximo ad bonam frugem reduci queat: ſacrarum literarum authoritate, ratione cum illis certandum: reſpiceret quo loco Chriſtianæ reipublicæ res eſſent, quot ſuperioribus attritæ caſibus, ut denuo vires aſſumant: quiete in primis non novis bellorum agitationibus opus eſſe: a quonam Italorum principum quidquid pecuniæ quidquid virium erat præteritæ calamitates non exhauſerint? an vero Germaniæ, licet ampliſſimæ provinciæ viribus fidendum eſſe? quis autem pro explorato habeat, orto bello cuinam parti proceres Germani, penes quos eligendi Imperatoris facultas eſt, adhæſuri ſint? liberæ porro civitates, quæ Cæſaris authoritatem ſequuntur, niſi prius ratione diſceptetur, nunquam ad arma venturas eſſe profitentur: an vero Cæſar reliquis deſtitutus auxiliis, per ſe ipſe tantas cogere copias poterit, quæ frangere ſeditio-*

Petitum a novatoribus concilium & qua mente.

Cenſuit Clemens ſtringenda in eo arma. Conſulti a Pont. Veneti.

Obortæ maximæ difficultates.

ſo-

ſorum hominum ſuperbiam effrenaſque illorum turbas & conatus coercere queant? quid? quod deſperatione præcipites cœca inſania in exitium acti ad illa ſubſidia confugere poſſent, quæ illis non modo, verum toti Chriſtianæ reipublicæ perniciosa atque exitialia futura eſſent? Hanc itaque ſenatus graviſſima in re ſententiam eſſe, nil magis optandum, quam ut religionis diſſidiis amotis, reſtinctis odiis, priſca eademque catholica religio retineatur atque augeatur, quam ab incunabulis reſpublica Veneta ſanctiſſime ſervaverit, atque omni tempore coluerit. Tanta in re vel ſenatus authoritate, vel rationibus permotus Pontifex belli conſilia abjecit; cum præſertim ea temporum conditio eſſet, ut potius in communem hoſtem arma vertenda, quam in propria viſcera ſæviendum eſſet, cum in dies Suleimannum ingentibus copiis in Pannoniam reverſurum Viennam oppugnaturum rumor afferret: neque Cæſar ab iiſdem conſiliis abhorrebat, potiuſque concordiæ rationes inveniri, quam armis decerni cupiebat, in id ſummopere intentus, ut Ferdinandum fratrem procerum ſuffragiis Romanorum Regem oraret: quocirca religionis cauſam in futurum concilium diſtulit. At Lutherani omnium conciliorum everſores non concilium veteri catholicæ eccleſiæ more celebrandum depoſcebant, ſed conventiculum, in quo chirographo impunitatis munitis incautos homines technis fallere, laxaſque impietati habenas dare inque Pontificem teterrimis oneratum calumniis ſententiam ferre poſſent, non ſolemnium epiſcoporum cœtuum, quibus præeſſet Pontifex, mandata exciperent.

Non concilium ſed conciliabulum expetitum a novatoribus.

L. Aſſenſiſſe vero Cæſari Clementem, pollicitumque concilium a ſe indictum iri, ſi ad excindendum hæreſim neceſſarium foret; refert Guicciardinus (*a*): qua de re inferius. Longe quidem expeditior res erat, ſi mature cenſura fidei exercita fuiſſet in impios: ſed jam ſine magnis ſtragibus & periculis res non ſucceſſura videbatur Cæſari, qui ſua negligentia hæreſim ingraveſcere erat paſſus, & initio Lutheri, vel paucorum ſupplicio tot myriades hominum ſervare potuerat; cum vero ex Germanorum hæreſi infectorum cum Italis commercio jam plures omnium ordinum in Italia hæc lues corripuiſſet, eam Clemens ſevero edicto Bononiæ promulgato (*b*) reſtinxit.

(*a*) *Guicc. l.* 20.

Ob multitudinem hæreticorum non viſum eſt ferrum in eos ſtringendum.

Plures Itali infecti hæreſi.

(*b*) *Bull. in Clem. VII. conſtit.* 27.

Dilecto filio Paulo Butigellæ totius ordinis fratrum Prædicatorum vicario generali in Ferrarienſi & Mutinenſi civitatibus & diœceſibus hæreticæ pravitatis inquiſitori.

LI. *Cum, ſicut ex relatione pro parte tua nobis facta cum gravi noſtræ mentis moleſtia innotuit, in diverſis Italiæ partibus adeo peſtifera hæreſis Lutheri, non tantum apud ſæculares perſonas, ſed etiam eccleſiaſticas & regulares tam mendicantes quam non mendicantes invaluerit, ut aliquando nonnulli ex eis ſuis ſermonibus & verbis, & [quod deterius eſt] publicis prædicationibus tali labe pleroſque inficiant, & Chriſti fideles ſub obedientia ſanctæ Romanæ eccleſiæ viventes, & præcepta ejuſdem Eccleſiæ ſervantes non leviter ſcandalizent in hæreſum augmentum, puſillorum ſcandalum, atque catholicæ fidei non mediocre detrimentum; nos attendentes Arium unam modicam ſcintillam fuiſſe in Alexandria, ſed quoniam non oppreſſus eſt, grande per totum orbem incendium exſuſcitaſſe, ac cupientes huic veneno hæreſique nefariæ & labi peſtiferæ, quam ſupremis extingui affectibus anhelamus, omni ſalubri, quo poſſumus, remedio occurrere; & ne hujuſmodi morbus excreſcat ulterius, ſed operante Domino paſſim evellatur, ſalubriter providere; tibi necnon omnibus & ſingulis aliis dictæ hæreticæ pravitatis inquiſitoribus ex ordine fratrum Prædicatorum, maxime congregationis utriuſque Lombardiæ per univerſam Italiam conſtitutis & deputatis, ac conſtituendis & deputandis, eorumque vicariis in virtute ſanctæ obedientiæ, & in remiſſionem peccatorum veſtrorum diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus omnibus & ſingulis etiam Carmelitarum & aliorum ordinum mendicantium religioſis vel non mendicantibus de hujuſmodi peſte diffamatis, aut aliter ſuſpectis, præcipueque tales errores in ſuis ſermonibus, verbis ſeu prædicationibus diſſeminantibus per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, ſuper hujuſmodi ac qualibet alia hæreſi ſilentium imponatis, & poſtquam per vos ſive vicarios veſtros, aut veſtrum vel eorumdem vicariorum aliquos ſive aliquem præſidentes monaſteriorum, conventuum, & aliorum locorum, ubi hæreſes hujuſmodi vel errores ſeminati forent, aut inibi propinquiorum præmoniti fuerint, niſi tales infra menſem a die admonitionis computandum debita proviſione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia caſtigaverint, de quibus admonenti fidem facere teneantur: & ſi præſidentes ipſi talia prædicarent, admonitionem præſidenti viciniorís conventus vel loci reſpective facere ſufficiat contra hujuſmodi exemptos uſque ad ſententiam diſinitivam, ad quam ferendam [ſi fuerit condemnatoria] cum conſenſu ordinarii procedatis; contra Carmelitas tamen confeſtim poſſitis etiam ad capturam, dum prædicans populo, vel publice diſputans erroneas concluſiones: adver-*

In eos cenſura fidei exercita.

ver-

verſus non in exemptos vero de tali labe diffamatos, aut ſuſpectos, veluti contra alios hæreticos, prout jura diſponunt, libere inquiratis, atque procedatis. Decernimus inſuper ut veſtros vicarios ſive commiſſarios inſtituere valeatis viros veſtra ſententia providos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigeſimum annum attigerint.

LII. *Vobis etiam ac vicariis præfatis extrajudicialiter Lutheranos occultos & non inquiſitos per ordinarium, ſive alios judices, & alios quoſcumque hæreticos, fautores, credentes, defenſores, & receptatores, necnon & a ſancta fide apoſtatas, eoſque qui contra inhibitionem ſedis Apoſtolicæ tenuerunt, vel legerunt libros Martini Lutheri, vel aliorum, aut eidem ſive eiſdem quomodolibet adhæſerunt [ſi ad cor reverſi pœnitentes id humiliter petierint] poſtquam hæreſim, qua polluti & infecti erant, abjuraverint, medio juramento promiſerint de cætero ab hujuſmodi hæreſi penitus abſtinere, abſolvendi, illiſque pro præmiſſis pœnitentiam injungendi ſalutarem, eoſque ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ reſtituendi & reducendi, & cum clericis ſæcularibus ac perſonis religioſis cujuſvis ordinis, ſtatus & conditionis, ſuper quavis irregularitate, quam tam ex hæreſi, quam ex apoſtaſia a fide, ſeu etiam ex eo quod cenſuris & pœnis eccleſiaſticis tam a jure, quam ab homine, etiam quavis occaſione vel cauſa latis, & promulgatis quomodolibet incurrerint, aut ligati ſeu innodati divina celebrando contraxerint, ac etiam ſuper irregularitatibus, quas clerici cruceſignati ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine etiam quavis occaſione vel cauſa latis ligati ſeu irretiti, ac etiam ex eo quod in locis eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitis miſſas & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebraverint, incurrerint diſpenſandi,* Et infra, *tenore præſentium licentiam & facultates concedimus, &c.* (Confirmavit etiam ſodalitia a fidei cenſoribus inſtituta, quibus aggregati voto inſectandi hæreticos aſtringebantur, quibus plura ſacra beneficia impertiit, ac præſules excindendæ hæreſi diligentem operam navare juſſit.) *Dat. Bononiæ ſub annulo piſcatoris die* xv. *januarii MDXXX. pontificat. noſtri an.* vii.

Propoſita hæreſim damnaturis venia.

Perpurgata eſt hac diligentia ab hæreſi Italia, nec ſuo muneri epiſcopi in reprimendis pſeudomonachis novatoribus defuerunt. Porro Cæſar cum in impios novatores legum ſeveritatem adhibere affectato crudeliſſimo clementiæ genere detrectaſſet, Germaniam ruere in exitium paſſus eſt. Antequam autem colloquio Bononienſi finis imponeretur, rogatus eſt Franciſcus Gallorum Rex, ut Taurinum accederet, quo imperii Chriſtiani res ex ipſius conſilio conſtituerentur: ſed cum ille nondum filios obſides recepiſſet, a Gallis reſponſum eſt, inſaniæ genus fore, ſi regiis liberis tentis in Hiſpano carcere, ipſe Rex iterum carceris diſcrimen adiret.

Carolus V. nimia clementia in hæreticos uſus.

LIII. Auctus eſt Bononiæ xix. martii Cardinalium ſenatus, & quatuor viri inſignes diverſarum gentium ſacra purpura ornati ſunt; quorum fuere hæc nomina & tituli (a): *Franciſcus tit. SS. Petri & Marcellini Bituricenſis Gallus. Bernardus tit. S. Stephani in Cœlio monte Tridentinus orator Regis Ferdinandi Hungariæ. Ludovicus tit. S. Cæſarei in palatio epiſcopus Maurianenſis de Sabaudia de Chalant.* Addit ceremoniarum præfectus, quo ritu pileus Cardinalitius traditus ſit a Clemente Garſiæ Hiſpano tit. S. Suſannæ epiſcopo Oxomenſi: *Iſte*, inquit, *præſens receptus ad oſculum pedis, manus, & oris a Pontifice cum ceremoniis ſolitis; inde a reverendiſſimis Cardinalibus, quibus exhibitis debitis reverentiis & amplexibus extra ad cameram ante capellam dominorum antianorum præparatam cum altari, candelabris, & cruce ſecundum ordinem cerimoniarum. Cantoribus,* Te Deum laudamus, *cantantibus & illo ante altare proſtrato, uſquequo finitum eſt; & ſucceſſive reverendiſſimus dominus de Farneſio dixit verſiculos & orationes in cornu epiſtolæ verſus ad eum adhuc proſtratum: quibus finitis exurgens adjutus a duobus diaconis Cardinalibus, juxta illum verſiculum:* & de ſtercore erigens pauperem; *in eodem cornu præſtitit juramentum homagii & fidelitatis, ut moris eſt, me interveniente ex officio & rogato. Deinde reduxerunt eundem in conciſtorium ad ſcabellum pedis, ſuper quo genuflexo Papa dedit capellum legendo verba formalia & ſolita in ſimilibus in circuitu omnium Cardinalium: & finito conciſtorio aſſociatus fuit a Cardinalibus ad domum ut moris eſt.*

Creati novi Cardinales. (a) *MS. bibl. Barber. ſign. n.1105. p.148.* Eorum nomina.

LIV. Triduo poſt, cum Cæſar ita res Italicas compoſuiſſet, duci Mediolanenſi ac Venetis pacem dediſſet, Florentinos armis domari juſſiſſet, onuſque dirimendæ controverſiæ, quæ de Mutina & Rhegio erat inter Pontificem ducemque Ferrariæ qui die ſeptima martii Bononiam acceſſerat (b), utriuſque voluntate ſuſcepiſſet, Bononia in Germaniam iter intendit; cujus diſceſſum ita deſcribit idem author (c): *Die lunæ* xxi. *martii vox fuit quod Cæſar erat diſceſſurus: verum cum fuiſſet multis negotiis præoccupatus, præſertim in concordando ducem Ferrariæ cum Papa quos induxit ad compromittendum eorum diſſe-*

(b) *Franciſc. Guicciar. l.20.*
(c) *MS. bibl. Cardin. Barber. ſign. n.1105. p.151.*

Caroli V. in Germ. profectio.

differentias in ipſum Cæſarem certis pactis & conditionibus, de quibus plenam non habuit notitiam. Die vero martis XXII. *martii circa horam tertiam armatus una cum ſuis militibus armatis, dempta galea, diſceſſit Bononia: Papa aſſociavit eum uſque ad finem ſcalarum palatii, ex quo loco equitavit. Inde Papa reverſus omnes fere Cardinales ibi fuerunt præſentes cum cappis ſuis pavonatiis, & comitati ſunt cum quem medium tenuerunt, reverendiſſimus Cardinalis Auximanus & reverendiſſimus ſanctorum quatuor Cardinalis, aliis omnibus Cardinalibus ſequentibus poſt eos uſque ad portam S. Felicis, qui multa lætitia cum omnibus in pace progreſſus eſt una cum ſuis, capiens iter ſuum verſus Mantuam ubi ſplendide parabatur pro eo excipiendo.*

LV. Addit Franciſcus Guicciardinus (*a*) Cæſarem duci Ferrarienſi Carpenſem toparchiam fiduciario jure poſſidendam tradidiſſe acceptis, ſexaginta millibus nummum: tum Mutinam recepiſſe, ut de ea judiciario ordine ſtatueret; præfecit vero illi Petrum Zapatam, ad quem has Pontifex literas dedit (*b*).

(*a*) *Guicc. l.20.*

Mutinam in ſuam fidem accipit.

(*b*) *Lib. brev. ann.* 1530. *p.* 140.

Dilecto filio Petro Zapatæ noſtræ civitatis Mutinæ pro ſereniſſimo Cæſare gubernatori.

Valde lætati ſumus audientes te a cæſarea majeſtate electum ad regendum ejus nomine noſtram civitatem Mutinæ, quoad nobis & huic ſanctæ ſedi, ſicut pro clara noſtra juſtitia fore confidimus, reſtituatur: quod enim præclara audimus teſtimonia tuæ virtutis & probitatis, fit ut eandem majeſtatem & judicio & benivolentia erga nos uſam eſſe intelligamus, in te ad hoc munus eligendo. Dat. Romæ XVI. *maii MDXXX. pontificatus noſtri anno* VII. Interjectis paucis diebus Clemens duos juriſconſultos, qui pontificiam cauſam in re Mutinenſi tuerentur decrevit.

LVI. Præter has de Mutina & Rhegio controverſias etiam de Ferraria diſceptaſſe Clementem refert Guicciardinus (*c*). Et quidem in Ferrarienſi controverſia clara & illuſtria fuiſſe jura pontificia, atque ideo in ſpem adductum Clementem fuiſſe Rhegium Mutinamque ſibi reſtitutum iri opera Cæſaris, qui Ateſtinum intentata parti in Ferrariam juris ad ſedem Apoſtolicam devoluti abrogatione poſſet compeſcere: eas vero urbes maxime optaſſe Clementem (*d*) ut reſtituerentur, ne Parmæ ac Placentiæ principatus a reliqua ditione eccleſiaſtica diſiungerentur. Cæterum cum majoribus controverſiis diſtineretur in Germania Cæſar, hanc de Mutina diu protraxit ad ſuum nimirum in Belgium adventum; ac demum illam ſupremi eſſe juris Cæſarei dixit, ipſamque Ateſtino adjudicavit: quam ſententiam Clemens ut iniquam aſpernatus (*e*) eſt.

(*c*) *Guicc. l.20.*

(*d*) *Id. lib.* 19.

Mutina Ateſtino a Cæſare adjudicata.

(*e*) *Id. lib.* 20.

LVII. Incumbebat vero Cæſari, qui tamdiu in Hiſpano receſſu Germanicam rem ſpreverat, immenſa rerum moles, cui ſuſtinendæ quantumvis magnis animis aſſurgeret, par eſſe non potuit: nam & Turca Pannoniæ regno pellendus eſſet, & contra ejus ingentes apparatus conſcribendus exercitus non impar: redigendi ad obſequium ſedis Apoſtolicæ Lutherani: Chriſtiernus Daniæ, Sueciæ, & Norvegiæ Rex, qui ob diram immanitatem, qua illum hæreſis imbuerat, pulſus fuerat, in avita regna, cum jam illum pœniteret ſceleris atque ad Eccleſiæ caſtra reverteretur, reſtituendus; illum vero Cæſaris authoritate, cujus ſororem uxorem duxerat, hæreſim damnaſſe oſtendunt Clementis literæ III. junii die exaratæ (*f*), quibus ejuſdem Caroli virtutem laudibus in cœlum effert, quod primo in Germaniam ingreſſu Lutheranæ hæreſis tenebras diſcutere cœpiſſet, Danumque Regem, cujus exempla innumeri alii ſecuturi ſperabantur, in ſalutis viam reduxiſſet: tum hortatus eſt ut cœptum ſanctiſſimum reſtituendæ Germaniæ veteris religionis opus urgeret. Porro Chriſtiernus præter hæreſim horrendum facinus patrarat: nam cum vereretur ne epiſcopi ipſum ab Eccleſia deficientem merita cenſura percellerent, vocatos ſpecie amicitiæ ad prandium Sueciæ epiſcopos concremarat igni, ac deinde hæreſim Lutheranam palam erat profeſſus: quod flagitium cum a Pontifice Cardinalibus expoſitum eſſet, viſum eſt ob temporum calamitatem, temperandam clementia ſeveritatem præceptumque Cardinali Campegio, qui ex Anglica legatione ad Germanicam fuerat traductus, ut Chriſtiernum coram Cæſare ac principibus Lutheranam hæreſim in præcipuo templo damnantem Eccleſiæ conciliaret, ac lapſo ſemeſtri ſedem Apoſtolicam adire ſævi ſceleris veniam petiturum, necnon ipſum recuperata Suecia xenodochium condere juberet (*g*).

Immenſa rerum mole preſſus Carolus V.

Chriſtiernum Daniæ regno reſtituere meditatur.

(*f*) *Ext. lib.* 2. *lit. prine. p.*194.

Reſipiſcere ab hæreſi ille viſus.

(*g*) *Lib. brev. ann.* 1530. *p.* 192. *Cardinali Campegio.*

Cardinali Campegio.

LVIII. *Cum ex literis circumſpectionis tuæ cognoviſſemus Chriſtiernum olim Daniæ, Sueciæ, & Norvegiæ Regem, qui dudum epiſcopos Sueciæ complures ad prandium vocatos vivos igne cremaverat, poſteaque Lutheranam hæreſim aperte ac publice ſenſerat & continue foverat, nuper inſpirante Domino, & pientiſſimo admonente Cæſare, cujus ſororem in matrimonio habuit, & prolem ex ea ſuſcepit, ad cor rediſſe, ſeque cum ſuis populis in dictis regnis &*

Vocatos ad prandium epiſcopos exuſſerat.

aliis ſuis dominiis, ſi ad illa reſtituatur, deinceps catholice victurum, idemque in ſancta fide cum eodem Cæſare & fratre ejus Ferdinando Hungariæ Rege ac archiduciſſa Auſtriæ eorum amita ſemper ſenſurum promiſiſſe: cum deinde literæ ejuſdem Cæſaris ipſum Chriſtiernum nobis ſtudioſiſſime commendantes, tuæque alteræ de confeſſione ejuſdem Chriſtierni ſacerdoti facta, ſigniſque plurimis ejus contritionis, humilitatis, & pœnitentiæ atteſtantes ſupervениſſent; nos rem, ut erat graviſſima, in conſiſtorio noſtro ſecreto retulimus, ut venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſententias ſuper ea exquireremus, ex quibus tuæ circumſpectioni mox reſpondere, & quod expediens viſum fuiſſet demandare poſſemus: nec ſane cuiquam eorum fuit dubium quin præter hæreſim per ſe deteſtandam, atrocitas crematorum per convivii ſpeciem epiſcoporum, qui ſemper habiti ſacroſancti ſanctorum Apoſtolorum locum & ſucceſſionem referunt, eſſet tanta, ut animos omnium a venia concedenda prorſus averteret, aut ſi locus veniæ eſſe ullus poſſet, quin eam veniam more ac præcepto majorum ipſi Chriſtierno ad hanc ſanctam ſedem ſuppliciter venienti dandam cenſerent; ſed cum ex parte altera ſtaret commendatio optimi

In eo recipiendo mira ſedis Apoſt. benignitas.

Cæſaris, qui errorem affinis ſui ſibi condonari peteret, flexi omnium animi reſpectu ejuſdem cæſareæ majeſtatis fuerunt ad veniam eidem Chriſtierno concedendam, vigoremque in hoc juris, quoad ſalva hujus ſedis dignitate fieri poſſet, temperandum ut, quoniam pietas dictæ majeſtatis tanta quantum pro Dei optimi cauſa & hujus ſanctæ ſedis ſublevatione, & vidimus maximam, & futuram ſperamus majorem, ipſum Chriſtiernum ad pœnitentiam ſua cohortatione revocaſſet, ejus quoque delictum ipſi majeſtati condonaretur: quam etiam ſperamus honori in hoc tum ſummi Dei, tum hujus ſanctæ ſedis, cujus ipſa majeſtas advocatum gerit, eſſe conſulturum, ut eidem ſedi juxta canonicas ſanctiones, ſi non nunc, ſaltem commodiore ipſius Chriſtierni tempore ſatisfiat.

LIX. *Quamobrem ſervatoris noſtri exemplo ad clementiam proni, & eidem majeſtati in omnibus, quibus poſſumus, complacere cupientes, de fratrum eorundem conſilio tuæ circumſpectioni concedimus, quod in aliqua cathedrali eccleſia, miſſa ſolemni prius per te vel alium celebrata, ipſoque Cæſare præſente, in conſpectu procerum & populi ad divina convenientibus, eundem Chriſtiernum, ſi coram te conſtitutus id humiliter ac flexis genibus petierit, a crimine hæreſis hujuſmodi, illa prius canonice per eum abjurata, a ſacrilegio vero & cæde crematorum epiſcoporum, prius idonea cautione, & ſuo etiam juramento de veniendo perſonaliter ad ſedem Apoſtolicam intra ſex menſes tunc computandos, pro venia perſonaliter a nobis, & eiſdem fratribus in baſilica B. Petri petenda, deque intra annum, poſtquam in regnum Sueciæ reſtitutus fuerit, unum hoſpitale pœnitentiæ nuncupatum, in dicto regno pro alendis Chriſti pauperibus conſtruendo, & congruenter ad minus in annuo reddito duorum millium ducatorum auri dotando præſtitis, in foro conſcientiæ tantum, alias in forma Eccleſiæ conſueta abſolvere, pœnitentiamque ſalutarem ad nos veniendi & dictum hoſpitale conſtruendi, ac dotandi hujuſmodi, & ſi quid aliud injungendum exiſtimaveris, injungere libere & licite poſſis & valeas. Nos enim, quia hoc totum eidem cæſareæ majeſtati pro ſingularibus ejus in Deum & nos meritis libenter condonamus, eundem Chriſtiernum, ſi per te abſolutus fuerit, ut præfertur, in noſtram & Apoſtolicæ ſedis gratiam per præſentes recipimus, eumque, quantum juſtitia mediante facere poterimus, omni favore & benignitate noſtra deinceps proſequemur, ſperantes ipſum pro tanto noſtro & dictæ majeſtatis in eum munere, ita in poſtremo & pio erga Deum & obſequenter erga nos & hanc ſanctam ſedem ſe geſturum, eandemque majeſtatem in hoc incitaturum, ut recentibus ejus benefactis vetera oblıviſci poſſimus; quod illi ac nobis Deus omnipotens concedat. Datum Romæ in die XIV. junii MDXXX. pontificatus noſtri anno VII.* Non expiavit rite flagitia Chriſtiernus Daniæ Rex, captuſque ab hoſtibus miſere in carcere poſtea periit.

Quæ præſcriptæ ſint legato leges.

Quæ pœna ad expiandum crimen impoſita.

Chriſtierni impœnitentis triſtis exitus.

LX. Porro Cardinalis Campegius tum una cum Cæſare Auguſtam contendebat, ubi ſolemnes imperii conventus indicti erant, de quibus hæc narrat Joannes Cochlæus (a): *Cæſar, cum adhuc in Italia eſſet, publico edicto induxit principibus aliiſque ſacri Romani imperii ſtatibus, conventum imperialem Auguſtæ apud Vindelicos celebrandum in diem octavam aprilis propter duas præſertim cauſas, nempe ut & diſcordia in religione aboleretur & contra Turcas certa bellandi ratio, quæ duratura eſſet, communi conſilio inveniretur. Mitiſſime igitur invitavit eo edicto omnes imperii ordines, ut in cauſa religionis liceret, unicuique parti ſuam proponere opinionem, exploſiſque diſcordiis una omnium fides ſinceraque religio ſtabili deinceps concordia ſervaretur: atque ut omnis abeſſet metus, ac doli, periculique ſuſpicio, addidit omnibus ſecuritatem ac fidem*

(a) Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

Conventus Auguſtani indicti.

Fides publica male data hæreticis hæreſim publice profeſſuris.

dem publicam, ſeu ſalvum conductum; unde factum eſt, ut frequentiſſimus celeberrimuſque fuerit ille ordinum imperii conventus: in quo non ſolum Lutheranis, ſed etiam Zuinglianis libere ac ſecure licuit ſuæ fidei confeſſionem publice coram cæſarea majeſtate omnibuſque imperii ſtatibus ex ſcripto recitare. [1] At Cæſar ob illam in hæreticos indulgentiam irrito conatu laborem inſumpſit, cum putrida ulcera ferro & igne purganda, non inanibus blandimentis exaſperanda forent.

Melanctonem deducit Saxo.

Addit Coclæus Joannem ducem electorem Saxoniæ ſecum Joannem Fridericum, necnon Erneſtum & Franciſcum duces Luneburgenſes, ac Wolfgangum principem Anhaltinum tum Lutheranæ hæreſis ſigniferos, inter quos hæreſiarcha Melancton eminebat, Auguſtam duxiſſe;

Cor Lutherum Coburgi reliquerit.

quinetiam Lutherum ipſum per itineris partem habuiſſe in comitatu, ſed cum Cæſaris iram pertimuiſſet, quod ille jam imperiali decreto proſcriptus eſſet, nec vicinæ imperiales urbes cavere ejus ſecuritati auderent, ipſum in arce ſua munitiſſima Coburgenſi reliquiſſe. Ut vero Cæſar, ubi Auguſtam cum fratre Ferdinando pervenit, Saxonem ab hæreſi ad eccleſiæ caſtra traducere pertentarit, ita deſcribit idem Coclæus (a).

(a) Id. ib. LXI.

Die XV. *junii in profeſto corporis Chriſti, cum Cæſar appropinquaſſet urbi Auguſtæ, occurrerunt ei obviam omnes principes & ſtatus imperii.* Et infra: *in ipſa autem urbe expectabat adventum ejus*

Caroli V. adventus.

reverendiſſimus dominus Chriſtophorus a Stadio epiſcopus Auguſtenſis cum omni clero ſuo, qui Cæſarem ſub tenſa deduxerunt in eccleſiam cathedralem, peractiſque ibi ab epiſcopo benedictionum cerimoniis, decantatoque hymno: Te Deum laudamus; *Cæſar in epiſcopi curiam, quæ palatina dicitur, velut in hoſpitium ſuum conceſſit, aliique omnes in ſua redierunt diverſoria veſpere jam in crepuſculum inclinato. Cæſar & illo veſpere adhuc & altero die mane per ſuos egit cum electore Saxoniæ aliiſque principibus Lutheranæ factioni adhærentibus, ut antiquo more irent ſimul cum majeſtate ipſius aliiſque cum principibus ac ſtatibus imperii in proceſſione publica, qua deportaretur venerabile ſacramentum corporis Chriſti: illis autem excuſantibus ſeſe, & multa obtendentibus, quæ circa eam rem ſuæ obſiſterent fidei, petiit tandem ut, ſi nollent propter honorem Dei comitari, facerent ſaltem propter ipſum Cæſarem ut vaſalli & principes imperii. At nec ea ratione perſuaderi potuerunt.*

Lutherani Eucheriſtiam venerari detrectant.

Cauſa affertur a Surio: *Perſuaſerant illis ipſorum concionatores idololatriæ crimen admitti ab iis, qui Euchariſtiam adorarent; negant enim Chriſtum eſſe in Euchariſtia extra tempus ſumptionis: fuit ea horrenda blaſphemia; ſed illi in ſua ſententia tanquam in magna luce permanſerunt.*

Infectos eo errore Lutheranos deſcri- LXII.
bit Joannes Eckius in ſuis homiliis: tum plures alios illorum circa Euchariſtiam indigniſſimos abuſus recenſet, convincitque graviſſimis argumentis, Chriſtum in Euchariſtia, cum illa inſtructo agmine religioſo circumfertur, adorandum: *Errant*, inquit, *neochriſtiani omnes, neque leviter errant, ſed cum blaſphemia peccant, dum ſacramentum hoc non ſancte adſervant: horreo dicere quod etiam effundunt quaſi non ſit ſacramentum ubi peracta communio eſt. Contra hujuſmodi portenta hominum audi quid dicat Cyrillus ad epiſcopum Caloſyrium: Cæterum audio quid dicant myſticam benedictionem, ſi ex ea remanſerint in ſequentem diem re-*

Prophanatum a Lutheranis ſacramentum.

NOTÆ [1] INter res hoc anno geſtas primas tenent Auguſtana comitia, quorum hiſtoriam fuſe ſatis ex coævis hiſtoricis Annaliſta deſcribit. Quædam tamen addenda hic ex Spalatino in vita Joannis electoris Saxoniæ. Scribit ille ad hunc annum indicta fuiſſe Auguſtana comitia ad diem VIII. Aprilis; ſecunda vero Maii die eo ſe contuliſſe Joannem electorem; ipſa vero ſolemni die Corporis Chriſti perveniſſe Cæſarem, nec diu poſt concionatoribus utriuſque partis Catholicæ & Lutheranæ ſilentium indixiſſe. Die vero ſabbati poſt Feſtum S. Joannis Baptiſtæ Auguſtanam confeſſionem Germanicam in communi principum cœtu palam recitatam, ejuſque exemplum Germanicum & Latinum ſtatim exhibitum Imperatori. Porro ſcriptum illud ex *certiſſimorum Auctorum* relatione ſibi facta tranſmiſſum ab Imperatore fuiſſe *ad Reges Galliæ, Angliæ, & Luſitaniæ, forte & Poloniæ* idem Spalatinus addit. Cum dein Scriptor ille gradum faciat ad narrandum colloquium inter delectos viros utriuſque partis habitum, ex Catholicis deſignatos ſcribit, *Henricum Brunſvicenſem, & Auguſtanum epiſcopum; duos Jure Conſultos, ſcilicet Cancellarios Badenſem & Coloniensem; tres Theologos D. Eckium, Cochlæum, & Wimpinam.* Ex Lutheranis vero deſtinatos ait *Georgium Marchionem Brandemburgicum, Joannem Fridericum Saxonem, Georgium Beughum Cancellarium, D. Sebaſtianum Hellerum, M. Philippum Melanchthonem, Joannem Brenſium & Erhardum Sueepfium.* Cum vero Henricum Brunſvicenſem per aliquot dies adfuiſſe contigerit, in ejus locum Ducem Saxoniæ Georgium ſubſtitutum affirmat. Colloquium alterum, quod inter Pontificios, Lutheranoſque inſtitutum fuit conſtituebant ex Pontificiis Eckios, & Cancellarii Colonienſis ac Badenſis; ex Lutheranis Doct. Bruckius, Hellerus, ac Philippus Melancthon. Re tamen infecta diſceſſionem poſtulaſſe ait Electorem Saxoniæ, eamque die Veneris poſt feſtum Exaltationis S. Crucis obtinuiſſe. Regredienti Electori obviam factus eſt, ſociumque ſe viæ dedit *Doct. Martinus Lutherus promiſſa barba inſtructus*, qui *quotidie* coram electore concionatus eſt. MANSI

reliquiæ, ad ſanctificationem inutilem eſſe: ſed inſoniunt hæc dicentes; non enim alius fit Chriſtus, neque ſanctum ejus corpus immutabitur, ſed benedictionis virtus & vivifica gratio perpetua manet in illo, &c. Et infra.

LXIII. Credere profitentur Chriſtum eſſe in ſacramento nec honorem illi volunt impendere.

Impium eſt, inhumanum, & a Chriſtiano domine alieniſſimum, ſcripturis omnibus, & ipſi etiam rationi contrarium, credere dominum Jeſum eſſe in hoc ſacramento, neque tamen velle honorem illi debitum impendere, nolle adorare; quod iſti faciuut neochriſtiaui, qui ſuperiores ſe reputant, quam ut in honorem ſacramenti caput aperiant, ſeſe inclinent, genua flectant. Turpe eſt dicere, quod ferunt eos etiam ſacramentum in marſupio circumferre: quæ quis non averſetur, enhorreſcat, abomineтur? cum interim omnis ſcriptura clamas, noſque clamando jubeat adorare Dominum, cur nou eum etiam iſti ſub ſacramento velatnm adorant? idem enim ille Chriſtus, qui ſedet in cælis ad deuteram Dei Potris, hic in ſacramento lates. Pergit Coclæus.

LXIV. *Unde factum eſt, ut proceſſionis tempus uſque in meridiem protractum fuerit. Cæſar vero nihilominus una cum aliis principibus ac ſtatibus imperii, ſuiſque cum proceribus Hiſpanicis Burgnndiſque eam proceſſionem devotiſſime ſimnl & ſplendidiſſime peregit. Venerobile ſacramentum portabat primas Germaniæ Cardinalis & archiepiſcopus Moguntiuus, quem deducebant Rex Ferdinandns a dextris & marchio Brandeburgenſis elector imperii Joachimus domini Moguntini frater Germanus a ſiniſtris. Ante ipſnm ſacramentum procedebant ſæculares principes: ante eos magiſtri curiæ cadnceatores, heroldi, buccinatores tum Cæſaris snm Regis, ante quos præcedebans proceres utrinſque curiæ totuſque clerus. As poue ſacramentum ſequebatur ipſe Cæſar nudo ſemper capite, quamvis in ardenſiſſimo ſole, quadrifidam in manu facem ardentem geſtans. Poſt eum omnes archiepiſcopi & epiſcopi; juſſu autem & providentia Cæſaris amnes tum principes & proceres geſtabant quadrifidas faces ardentes in cera albota: tum longiſſime proceſſione diverſi generis muſici decantabant in laudem Dei & tenſam ſub qua portabatur ſacramentum ſemper alternatis vicibus geſtabant ſeni principes ſæculares. Lutheranorum vero contumaciam Cæſar ægerrime ferens, voluit us mon altera die cum ſalvo canductu abireut domum. Alii autem principes pacis & concordiæ avidi ſupplicarunt ejus majeſtati, ut ſedata ira daret eis publicam audientiam juxta tenorem edicti, per quod vocati fuerant: quorum petitioni acquieſcens Imperator die xx. junii incœpturus acta publica, juſſit amues principes ac ſtatus imperii adeſſe in eccleſia cathedrali, ubi miſſam quidem celebrabat primas Germaniæ ſupradictus: orationem vero latinam diſertiſſime habuit ad principes R. D. Vincentius Pimpinella archiepiſcopus Roſſanus nuntius apoſtolicus (a); Cardinalis namque Campegius ſummi Ponſificis legatus de latere podagra & arciculari morbo præpeditus publicis actibus raro intereſſe potuit. Aderant & Lutherani principes tum in miſſa tum in concione: quibus peractis ad publicum in prætorio conſeſſum eu eccleſia ſolemni more proceſſum eſt: elector Saxoniæ ante Cæſarem de more equitans gladium evaginatum geſtabat.* Neque ex hac cæſarea in hæreticum Saxonem indulgentia quidquam aliud promotum eſt, quam ut Saxo indigne Imperatorem ut idololatram contemneret; quippe Baalitæ Lutherani ipſi perſoaſerunt ei ipſum poſſe ona cum Cæſare divinis intereſſe myſteriis, ut olim Naamam Regi Syriæ idola colenti inſervierat.

Solemni pompa circumducta Euchariſtia.

Abire juſſi Lutherani.

Redintegrata deinde de concordia colloquia.

(a) Ext. de eo lit. l. brev. an. 1530. p. 73.

Lutherani Cæſarea clementia abuſi.

LXV. Expoſitæ Auguſtani conventus cauſæ.

Vigeſima junii die celebrati ſunt ſolemnes imperii cœtus, in quibus Cæſar cauſas ipſius Auguſtani conventus Friderico Palatino interprete e ſcripto hoc (b) explicuit.

(b) Ext. apud Dolgaſt. to. 1. pag. 505.

Caroli V. Imperatoris Auguſti propoſitio in præſentia ejus majeſtatis coram omnibus electoribus, principibus & imperii ordinibus in comitiis Auguſtanis die xx. junii MDXXX. per Fridericum Palatinum de ſcripto recitata.

Dum in Hiſpania ageret majeſtas ipſius, audivit non ſolum maguas eſſe per Romanorum imperium ſimultates atque diſſidia religionis, verum etiam Turcicum tyrannum Chriſtiani nominis ac orthodoxæ fidei infeſtiſſimum hoſtem, magno exercitu collecta, nonnullis Chriſtionis finibus, ac præcipue regno Hungarico vim & bellum inferre decreviſſe, ejuſque rei jam initium feciſſe, ac ſuperatis ibi & in poteſtatem ſuam redactis aliquot propugnaculis, caſtellis, & arcibus liberum aditum in Germaniam ſibi pateſeciſſe: ob eas etiam impendentes calamitates Regem Hungariæ Ludovicum majeſtatis ipſius fratrem & affinem, ac nationis illius proceres inſigni legatione ad majeſtatis ipſius per Romanorum imperii fines deſignatum legatum commiſſarios, & oratores tempore comitiorum Noribergenſium miſſum, opem & auxilium imperii ſolicitaſſe, impendenſium periculorum & cladium a Turca poſt ſuperatum Belgradnm, & alia nationis Hungaricæ propugnacula capta acceptarum commemoratione addita, eas quibus nunc ipſi premerentur calamitatibus & miſeriis omnibus

Ut imperium adducat Turca in periculum.

nibus

Google

nibus imperii ordinibus, & Chriſtianæ Eccleſiæ membris communes & ingentia illa pericula brevi omnes oppreſſura eſſe affirmantes, ac niſi continenti & durabili belli apparatu & exercitu Hungari inſtruerentur, ipſos elidendis hoſtilibus conatibus nequaquam pares futuros inferentes.

LXVI. Suſtentandos Hungaros ne ſub eo ſuccumbant.

Si vero in tempore ipſis ſuccurratur, eos non tantum vim omnem hoſtilem depellere, verum etiam ſua ſa poſſe recuperare bonam ſpem concipere: alioquin auxilio ſi deſtituantur, ipſos Turcicæ tyrannidi ſubjugatum iri, atque hac ratione futurum, ut & aliis gentibus finitimis opem ferre non poſſent, & contra Chriſtianos bellum gerere ac inimice agere cogantur, ut legatorum illorum oratio fuſius omnia tractavit; & commemoravit de duorum imperiorum Conſtantinopolitani & Trapezuntini, Dalmatiæ, & maximæ partis Croatiæ, aliorumque multorum regnorum, nationum, urbium, caſtellorum, & arcium amiſſione, & depopulatione, verba faciens, quod ſcilicet Turcicus tyrannus paucorum annorum ſpatio imperium ſuum ita extendiſſet & amplificaſſet, ut multis ditionibus non numeratis duo jam ſubiugarit imperia, ac viginti poſſederit regna, quorum incolæ omnes triſtiſſima ſervitute premerentur & tyrannidi Turcicæ ſubiecti vitam miſerabilem agerent. Iis vero legationis Hungaricæ triſtiſſimis querelis, & non longe poſt ad multas alias gentes inundaturis calamitatibus cæſaream maieſtatem ita commotam fuiſſe, ut quo celerius & commodius auxilia mitterentur, totam illam pecuniæ ſummam, quam & inaugurationis cauſa Romam proficiſcenti omnes imperii ordines communi conſenſu in comitiis Vvormatiæ celebratis pendere promiſiſſent, ad ſublevandas Hungarorum calamitates & elidendos hoſtiles conatus in bellum illud converti & erogari clementiſſime mandarit. Cum vero auxilia illa nec in tempore nec commode miſſa & adminiſtrata fuerint, Turcicum tyrannum poſt ſuperatum Belgradum, alios quoque portus, urbes, arces, propugnacula, magna cum clade, & calamitate Chriſtianorum cepiſſe, ac paulo poſt Rhodum etiam invaſiſſe, ac difficili obſidione longoque bello defatigatam ſubegiſſe, quæ velut altera arx Chriſtianorum fuerit, & propugnaculum.

LXVII. De Ludovico Rege victo & trucidato.

Deinde ipſum inſatiabili regnandi libidine ardentem Hungarico regno viciſſim bellum intuliſſe, ac multis arcibus, portubus, oppidis, & caſtellis ſuperatis & captis, Ludovici Regis exercitum Turcicæ tyrannidi & armis violentis reſiſtere volentem profligaſſe, ac Regem ipſum contrucidaſſe, ac deinde, victoria parta longius progreſſum, omnia propugnacula, oppida, & caſtella inter Savum & Dravum flumina vice cepiſſe, ac Buda Hungariæ metropoli capta, multiſque aliis locis & urbibus ſubiugatis & captis, omnia diripuiſſe ac incendiſſe, multis Chriſtianis trucidatis ac reliquis cum magna auri & argenti vi in triſtiſſimam ſervitutem abductis: nec tropheis & ſpoliis reportatis odii crudelitatem placatam in eo eſſe; ſed victoriis tantis auctum Chriſtianarum nationum populandarum, & pii ſanguinis fundendi ſitientiorem evaſiſſe, ac truculenti animi conatibus & cogitationibus in Germanicæ nationis interitum defixis, in Illyricum cæſareæ maieſtatis regnum & principatum impetum feciſſe: ac cum ſupra modum omnem ibi graſſatus eſſet, cædibus, incendiis, rapinis, devaſtationibus agrorum, abduxiſſe illinc utriuſque generis triginta hominum millia in miſerabilem ſervitutem, & eos qui forte per impedimenta ſequi non poterant contrucidaſſe.

LXVIII. Et Solymanni expeditione in Auſtriam.

Deinde proximo ſuperiori MDXXIX. anno cum innumerabili exercitu, qualis a tempore Attilæ, qui flagellum Dei dictus ſit, non fuerit numeratus, in Hungariam progreſſum, ea viciſſim ſubiugata, Auſtriam penetraſſe, ac eius loci obſediſſe Viennam, rapinis omnia expilaſſe, & longe lateque populatum eſſe agros prope ad Lyncium & Aniſum flumina uſque, nec ullum inhumanitatis genus prætermiſiſſe, nulla nec ætatis nec ſexus habita ratione, diſſectis ac in fruſta conciſis pueris infantibus, ac honeſtis matronis ac puellis nefarie ſtupratis, & more pecudum cum ingentibus ſpoliis abactis. Itaque niſi tunc temporis hoſtis obſidionem ſolviſſet, cæſaream maieſtatem plane conſtitutum habuiſſe, omnibus rebus aliis neglectis & poſthabitis, illo proficiſci cum copiis, & omne ſuum robur eo convertere, datis etiam literis tum ad Ferdinandum Regem fratrem, tum ad proceres atque belli duces Viennæ circumſeſſos, ut ſuum adventum prorſus expectarent, & fortiter agerent hortatum eſſe. Cum autem pedem ille referret, mutaſſe conſilium, & multis de cauſis optimum iudicaſſe, ut rebus per Italiam pacatis, Bononiam proficiſceretur, & cum Pontifice de ſumma reipublicæ conſtituenda, deque religione & fide Chriſtiana matura conſilia caperet; quæ omnia in literis indictionis fuſius tractata ſunt, & commemorata.

Ut decreviſſet in Solymannum ſigna attollere.

LXIX.

Cum etiam Imperator invictiſſimus intelligeret ſummam neceſſitatem & præcipue hereditaris & immanis Turcici hoſtis rabiem atque furorem, & Chriſtianæ fidei diſſidia requirere & flagitare, ut eiuſmodi conventus indiceretur, ac optimum etiam iudicaret, ut ſtatim poſt ac-

ce-

ceptum Bononiæ diadema [quo ſine ullis impedimentis, ut omnibus conſtat, etiam Romæ inſigniri potuiſſet] Neapolim proficiſceretur, quod regni illius ſtatus & conditio tum in primis requiſiverit; tamen maieſtatem ipſius commodo privato poſtpoſito, cogitationem omnem ad communem Chriſtianæ reipublicæ utilitatem contuliſſe, cum ut animum ſuum erga Germanicam nationem omnes cognoſcerent, tum ut primo quoque tempore huic conventui adeſſet.

LXX. Licet abient Solimannus relictas tamen ab eo copias.

Jam vero licet hoſtis divina providentia forti propugnatorum manu, ac veteranorum militum egregia virtute repulſus Viennam capere non potuerit; tamen ingens damnum eſſe datum toti provinciæ & aliis finitimis locis, quod viu longo temporis ſpatio viciſſim ſarciri poſſit: & licet tum temporis exercitum ille reduxerit, præſidia tamen atque duces reliquiſſe ad fines, qui eo tempore non modo Hungariam & Croatiam, verum etiam Auſtriam, & Stiriam, & alia finitima loca aſſiduis irruptionibus, & excurſionibus & depopulationibus graviter labefactarint, & continenter devaſtarint. Et quandoquidem fines nunc habeat multis in locis conjunctos noſtris finibus, dubium non eſſe, quin ad proximam occaſionem multo ſit majori cum manu reverſurus, ut ſine intermiſſione omnes Chriſtiani nominis profeſſores ad internecionem diſperdat, ac funditus eradicet, præſertim in Germania, atque ante & poſt expugnatam Conſtantinopolim uſque ad has cum magna Chriſtianarum nationum, urbium, caſtellorum, & locorum devaſtatione & exciſione illatas Auſtriæ clades, quam multa nobis ademerit, quantum Chriſtiani ſanguinis hauſerit, & quantas in anguſtias orbem hunc noſtrum adegerit, ſupra eſt commemoratum; ac cum omnibus notum ſit, deploratione potius & querimonia, quam ulla opus eſt explicatione proliviori. Non ſine cauſa de parando in Solimannum bello perorabat Cæſar; nam a Pontifice de ingentibus illius apparatibus, mox a Bononienſi colloquio certior factus fuerat hiſce literis.

Expectandum ut majoribus cum viribus ſit reverſurus.

Imperatori.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tot jam annos immines reipublicæ Chriſtianæ crudeliſſimus hoſtis Turcarum tyrannus, ut cum de illius contra nos apparatibus aliquid affertur, quocumque authore nuntietur, multum fidei habendum ſit, ut proxime allatis ad nos en civitate noſtra Anconæ literis fecimus; quas per dilectum filium Dominicum Centurionum camerarium noſtrum ad majeſtatem tuam miſimus, & infra, *nos tam his literis quam conſtanti de illius apparatibus fama quæ quotidie increbreſcit magnopere vereri cogimur; ſed ſi eius apparatus in hunc annum erumpant cum integrum ac veteranum in Italia habeamus exercitum, confidimus Deo adiuvante futurum, ut omnis eius conatus ad laudem ac victoriarum harum cumulum reſerventur. Dat. Spoleti die* VIII. *aprilis MDXXX. anno* VII.

De novis apparatibus Turcarum factus certior Carolus V.

Conſecutis menſibus ingentium Solymanni bellicorum apparatuum fama magis increbuit, adeo ut Pontifex per exploratores factus certior, Solimannum meditari irruptionem in media Chriſtiani imperii viſcera, datis ad Cæſarem (a) atque ad Ferdinandum (b) Hungariæ Bohœmiæque Regem literis, ipſos de parandis ad retundendos Turcas armis præmonuerit: ſed de his inferius ne cæſaream orationem plus æquo abrumpamus.

Reges alii admoniti, ut expediant arma.

(a) *Clem. lib. brev. p. 278.*
(b) *Ib. p. 279.*

Altera propoſitionis pars, de cauſa religionis agens.

LXXI. *Porro ad religionem quod attinet; inde ſtatim a ſuſcepta imperii adminiſtratione magno ſane cum animi dolore cæſaream maieſtatem audiſſe diſſidium illud excitatum, & diſtractiones eccleſiarum maximas in nonnullis Germaniæ locis ortas eſſe; igitur ſe ut Romanum Imperatorem, ſupremum advocatum & orthodoxæ fidei Chriſtianæ religionis & eccleſiæ catholicæ defenſorem vigilem & ſtrenuum, ut medicinam in tempore faceret pro officii ſui ratione, omnium imperii ordinum conventum Wormatiæ indiuiſſe, ibique de avertendis his malis, ſanandis Eccleſiæ vulneribus, & tollendis ex ea diſſidiis ac ſchiſmatibus, ne altius inſiderent eorum hominum pectoribus, & radices firmiores agerent, deliberationes accuratas ac diligentes inſtituiſſe, ac re diu multumque deliberata & bene penſitata, communi electorum principum, ac reliquorum imperii ſtatuum decretum componendum eiuſmodi diſtractionibus & conciliandis animis peridoneum feciſſe, ac promulgaſſe; cui ſi obtemperatum eſſet, non fuiſſe tot incommodis & malis patefactam viam, neque tam diverſas & diſcrepantes ſententias in eccleſiam irrepſiſſe: ſed paulo poſt ſe reipſa expertum eſſe multos poſthabitis ac neglectis tam diligentibus deliberationibus & clementibus actionibus, alias rationes & vias priori actioni multis contrarias excogitaſſe & propoſuiſſe, ex qua re non tantum exiſtimationis & authoritatis ſuæ ſit ſecuta imminutio & contemptus, verum etiam Dei optimi maximi voluntatem legitimum magiſtratum in verbo ejus non tantum inſtituentem, verum etiam honore afficere juben-*

De conjungendis in communem hoſtem omnium animis.

Ut obortæ hæreſes graviſſima mala inſulerint.

bentem, pertinaciter fuiſſe rejectam & contemptam; id quod non tantum in ſummam omnium imperii ordinum contumeliam eeſſerit, iiſque maximo fuerit deornamento, verum etiam tot rapinis, incendiis, bellis, devaſtationibus, & nulli non calamitatum generi deinde præbuerit occaſionem commodam, & magnam aperuerit feneſtram: quo quidem in numero popularis illa ſeditio & Anabaptiſtarum ſecta principem obtinuerint locum, nec etiamnum ullus eorum appareat finis, ſed ut ex multis circumſtantiis colligi poſſit & animadverti, graviora inſtent, & paulo poſt ſequutura ſint mala.

LXXII. Cum igitur magno ſane cum animi dolore audierit & intellexerit diſſidium hoc in dies augeri, & latius propagari, maioreſque vires ſumere, nec tam diligentibus deliberationibus, maturis conſiliis, & variis actionibus hucuſque effectum eſſe quidquam, ſe exiſtimaſſe ad legitimam cauſæ cognitionem diſſidium tollendum, & animos reconciliandos ſuam præſentiam multum habituram momenti. Igitur pro naturæ ſuæ bonitate, & innata manſuetudine hoc quidquid ſit futurum oneris & moleſtiæ ſuſcepiſſe, ac tam longum & periculoſum iter emenſum eſſe, ut juxta literas indictionis quamprimum de rei ſumma cognoſceret, bona ſpe concepta, hoc ſuum conſilium pleriſque probatum iri, & ad concordiam Eccleſiæ & reipublicæ ſalutem ac utilem pacem omnem pellecturum & invitaturum eſſe, ut hoc facilius res ipſa cognoſci & agenda ſuſcipi poſſit, animi diſtracti rurſum coaleſcant, & priſtina ubique locorum reſtituatur pax atque concordia, ac denique cæſarea maieſtas juvandæ reipublicæ & propagandæ gloriæ Dei aviđiſſima in bono neceſſarioque propoſito conſtanter pergere, & fideliter perſeverare queat, poſſintque de aliis etiam rebus omnibus & ſingulis profuturis utiles inſtitui deliberationes.

LXXIII. His rebus conſideratis, cæſaream maieſtatem totius negotii ſeriam ſuſcipere tractationem & actionem decreviſſe, ut non tantum de pernicioſis ac crudelibus Turcarum in Chriſtianas regiones irruptionibus avertendis, frangendis, debilitandis, & imminuendis hoſtis immaniſſimi viribus, ac impediendis verſutis conſiliis; verum etiam de dirimendis Eccleſiæ contentionibus, ac ſopiendis tollendiſque diſſidiis ageretur: igitur Cæſarem maieſtatem amanter, clementer & ſerio petere electores, principes, ac omnes imperii ſtatus, quid hac de re, cuiuſque animi & ſententiæ ſit latino & Germanico ſcripto comprehenſum in medium proponant, quo juxta literas indictionis eo commodius & celerius res intelligi definirique poſſit. De abuſibus etiam tollendis ineantur rationes & quales eccleſiaſtici erga politicoſque, politici vero principes viciſſim erga eccleſiaſticos ſeſe gerere debeant concludatur, quæque ſinguli habeant gravamina indicetur, ut priſtina pax & concordia Eccleſiæ & reipublicæ eo citius & facilius reſtitui queat.

LXXIV. Internuntius Pont. de iis abolendis agit.

Deinde cum orator a Cardinale Campegio Apoſtolicæ ſedis legato qui morbo implicitus decumbebat miſſus, pontificio nomine Cæſarem ac Ferdinandum Hungariæ Bohemiæque Regem, tum omnes principes, ut hæreſim Lutheranam abolerent, ac bellum pro reſtituendo in priſtinum ſplendorem Chriſtiano imperio decernerent, illi Albertus S. R. E. Cardinalis Moguntinus hoc reſponſum de turcico bello gerendo dedit.

Caroli V. Imperatoris Auguſti reſolutio per archiepiſcopum Moguntinum data ad oratorem pontificii legati in comitiis Auguſtanis XXIV.

Reſponſum a Card. Moguntino datum.

Reverendiſſime domine. Invictiſſimus Imperator Carolus ſemper Auguſtus, sereniſſimus Hungariæ & Bohemiæ Rex Ferdinandus, illuſtriſſimi electores & principes præſentes, abſentium legati & omnes ſacri Romani imperii ordines dignitatis veſtræ orationem gravem, piam, Chriſtianam & hiſce temporibus ſi ullis aliis maxime neceſſariam attente audiverunt, & diligenter conſiderarunt. Cumque invictiſſimus Imperator ſciat ſe ſupremum Eccleſiæ advocatum, & reipublicæ Chriſtianæ gubernatorem ſummum in his terris a Deo conſtitutum, & datum eſſe, ſui quoque officii eſſe arbitratur omnia perſequi & tentare, quæ ad tollendas Eccleſiæ diſcordias, componenda doctorum diſſidia, & priſtinam pacem reſtituendam facere & prodeſſe videntur. Deinde cum multos nunc annos diabolicam rabiem & lupinam immaniſſimi tyranni Turcici ſævitiam maximo cum dolore ſit expertus, extremæ neceſſitatis rationem habendam eſſe ducens, in poſterum omnes ſuas vires, omnem auri argentique vim in bellum contra Turcam gerendum conferre & erogare decrevit, ut pericula Germanicæ nationi imminentia, & vulnera in Germanicum ſanguinem caſura avertat ac prohibeat, & quæ hoſtis ille efferatiſſimus Romano imperio ademit viciſſim recuperet & ſubiuget: cuius maieſtati ſereniſſimus Hungariæ & Bohemiæ Rex Ferdinandus, aliique Romani imperii electores principes, comites, prælati, & ordines, ut curarum, ita quoque laborum ſocii ſeſe fideliter ſunt adjuncturi, omnes labores & moleſtias exhaurient, ſumptus quos debent facient, omneſque ſi ita poſtulaverit regnorum ac di-

tio-

tionum ſuarum opes, ſeque ipſos pro defendenda ac tutanda Chriſtiana religione, & en imperii finibus hoſte truculentiſſimo abigendo exponent, taleſque omnino ſeſe exhibebunt, ut conſilia & facta ſua inprimis Deo, deinde & beatiſſimo patri noſtro Papæ Clementi VII. ovium Chriſti paſtori & Petri ſucceſſori probare, & coram hominibus etiam officio ſuo ſatiſfacere poſſint: Albertus Cardinalis Moguntinus, &c. ſacri Romani imperii archicancellarius.

LXXV. Vetiti Lutherani habere conciones Auguſtæ. (a) Cocl. in actis Luth. hoc ann.

Ad prohibendas ſeditiones, quæ ab hæreticis concionatoribus conflari potuiſſent, vetitum fuiſſe a Cæſare, ne quis præter catholicum publicas haberet conciones, refert Coclæus (a): *Publico*, inquit, *edicto cavit, ac per omnia platearum capita promulgavit ſub graviſſima pœna, ne fierent publicæ conciones ad populum niſi in eccleſia cathedrali ab eo, qui ordinarius ibi erat concionator: id enim neceſſarium videbatur mandatum, quandoquidem ante Cæſaris adventum in multis locis diverſæ habebantur conciones æmulatione quadam, dum unuſquiſque turbam ad ſe trahere conaretur: hic Lutherani, iſthic Zuingliani, alibi catholici concionabantur. Maximus vero erat populi concurſus ad monaſterium fratrum Minorum, in cujus æde ampliſſima concionabatur apoſtata quidam Zuinglianus, homo facundus, & ad concitandum populum idoneus & acer, qui librum Joſue tunc ad populum declamabat ea ſane ratione, ut omnia adverſa, quæ Regibus terræ Canaam ibi contigiſſe memorantur, homo ille in Cæſarem principeſque noſtros minaciter contorqueret, ſectæ ſuæ homines filiis Iſrael populo Dei aſſimulans, ut eo commento confortaret illos in hæreſi ſua, ne metu Cæſaris ad catholicam redirent Eccleſiam. Cæterum Cæſar antiquo Romanorum exemplo ac laudabili religioſoque majorum inſtituto cauſam religionis omnibus aliis cauſis neceſſitatibuſque præferens, in proximo conſeſſu publico audientiam dedit Lutheranis principibus, qui ex ſcripto fecerunt recitari fidei ſuæ confeſſionem theutonice per D. Chriſtianum Beyer, quam Latinam exhibuerunt, cujus architectus præcipuus fuerat Philippus Melancton.*

Zuingliani impoſtoris inſignis impudentia.

LXXVI. (b) Cocl. in act. & ſcript. Luth. hoc ann. Ulemberg. in vit. Luth. Lutherani cur expetierint concilium.

Hæc Lutheranæ fidei formula in multis diſcrepabat (b) a ſuperiorum temporum doctrina Lutherana, nam fœdiora monſtra occuluere ab ipſo exordio, ut impiæ cauſæ æquitatis patrocinium aſciſcerent, & qui etiam tum conciliorum authoritatem fuerant inſectari, quoniam ab iis jam ante ipſorum deliramenta damnata fuerant, ad concilium provocaverunt, non quod ſynodalibus decretis ſtare vellent, ſed quod Pontificem Clementem ab eo in Germania congregando abhorrere noſſent, ut qui pluribus conventibus jam ante illud efflagitantibus non aſſenſiſſet, de quo ita ſubdole queſti ſunt (c):

(c) Apud Dolgaſt. to. 1. p. 156.

LXXVII. Subjiciunt ſe concilio.

Cum veſtra cæſarea majeſtas electoribus principibus & reliquis ſtatibus imperii non una voce, ſed ſæpe clementer ſignificaveris, quæ anno Domini, &c. XXVI. *habita ſunt ex data & præſcripta forma veſtræ cæſareæ inſtructionis & commiſſionis recitari, & publice prælegi feceris veſtram majeſtatem in hoc negotio religionis ex cauſis certis, quæ veſtræ majeſtatis nomine allegatæ ſunt, non velle quidquam determinare, nec concludere poſſe; ſed apud Pontificem Romanum pro officio veſtræ cæſareæ majeſtatis diligenter daturum operam de congregando concilio generali, quemadmodum idem latius expoſitum eſt, ante annum in publico proximo conventu, qui Spiræ congregatus fuit, ubi veſtra cæſarea majeſtas per dominum Ferdinandum Bohemiæ & Hungariæ Regem amicum & dominum noſtrum clementem deinde per oratorem & commiſſarios cæſareos hæc inter cætera proponi fecit, quod veſtra cæſarea majeſtas intellexiſſet & expendiſſet locumtenentis veſtræ cæſareæ majeſtatis in imperio, & præſidentis & conſiliariorum in regimine, & legatorum ab aliis ſtatibus, qui Ratiſponæ convenerant, deliberationem de concilio congregando; & quod judicaret etiam veſtra cæſarea majeſtas utile eſſe, ut congregaretur concilium. Et quia cauſæ, quæ tunc tractabantur inter veſtram cæſaream majeſtatem & Romanum Pontificem vicinæ eſſent concordiæ, & Chriſtianæ reconciliationi, non dubitare veſtram cæſaream majeſtatem, quin Romanus Pontifex adduci poſſet ad habendum generale concilium; ideo ſignificabat veſtram cæſaream majeſtatem operam daturum, ut præfatus Pontifex maximus una cum veſtra cæſarea majeſtate tale generale concilium primo quoque tempore emiſſis literis publicandum congregare conſentiret. In eventum ergo talem quod in cauſa religionis diſſenſiones inter nos & partes amice & in charitate non fuerint compoſitæ, tunc coram veſtra cæſarea majeſtate hic in omni obedientia nos offerimus ex ſuperabundanti comparituros, & cauſam dicturos in tali generali libero & Chriſtiano concilio, de quo congregando in omnibus comitiis imperialibus, quæ quidem annis imperii veſtræ cæſareæ majeſtatis habita ſunt per electores, principes, & reliquos ſtatus imperii ſemper corditer actum, & congruentibus ſuffragiis concluſum eſt: ad cujus etiam generalis concilii conventum, ſimul & ad veſtram cæſaream majeſtatem in hac*

lon-

longe maxima & graviſſima cauſa jam ante etiam debito modo, & in forma juris provocavimus & appellavimus; cui appellationi ad veſtram cæſaream majeſtatem ſimul & concilium adhuc adhæremus, neque eam per hunc vel alium tractatum, niſi cauſa inter nos & partes juxta tenorem proximæ citationis amice in charitate compoſita, ſedata, & ad Chriſtianam concordiam redacta fuerit, deſerere intendimus, aut poſſumus: de quo hic etiam ſolemniter & publice proteſtamur.

LXXVIII. Ex hac ad concilium provocatione multum gloriæ ſibi arrogarunt hæretici, ut Sleidanus etiam jactat; adverſus quem ita differit Laurentius Surius (a): *Quis non rideat Sleidani ineptias, qui cum palam affirmet proteſtantium principes in hoc conventu Auguſtano dixiſſe Cæſari ſi forte jam definiri cauſa non poſſit, non ſe recuſare toties & promiſſum & decretum concilium, quod utique non aliter promiſſum erat, quam qualia fuiſſent ſemper concilia œcumenica; non diu poſt addit, rurſus proteſtantes in hoc ipſo conventu dixiſſe Cæſari, ſe petere, ut primo quoque tempore pium atque liberum in Germania cogatur concilium: quod enim addit pium & liberum, id tale eſt, ut his duabus dictionibus facile excludere ac eludere poſſit quævis concilia catholico ritu celebranda: quod etiam vel Sleidano, vel cæteris ſectarum buccinatoribus concilium unquam pium & liberum erit, niſi in quo præcipua, immo ſola authoritas ſtatuendi, probandi, reprobandi ſit penes ſectarios; ſed quomodo illi unquam certi aliquid ſtatuent, qui inter ſe de rebus maximi momenti hoſtiliter digladiantur?* Præterea hæc hæreticorum ad concilium provocatio eo ſpectabat, ut inter Carolum Imperatorem & Clementem Pontificem diſſidiorum ſemina ſpargerent, cum pro celebrando in Germania concilio non conventuri viderentur.

(a) *Surius in comment. hoc ann.*

LXXIX. Porro fidei capita in colloquio Auguſtano propoſita a Lutheranis extant apud Melchiorem Dolgaſtum (b), de quibus hæc obſervat Coclæus (c): *Poſt exordium commemorantur* XXI. *articuli de fide ipſorum: deinde annectuntur alii articuli, in quibus recenſentur abuſus (ut ajunt) mutati, quorum tituli ſunt. De utraque ſpecie: de conjugio ſacerdotum, de miſſa: de confeſſione: de diſcrimine ciborum: de votis monaſticis, & de poteſtate eccleſiaſtica. In articulis de fide multa diſſimulabant, quæ antea aliter docuerant: in articulis de abuſibus, poterat aſtutus ille architectus vel manifeſtorum argui mendaciorum; ait enim: falſo accuſantur eccleſiæ noſtræ, quod miſſam aboleant, retinetur enim miſſa apud nos & ſumma reverentia celebratur, ſervantur & uſitatæ cerimoniæ fere omnes, præterquam quod Latinis cantionibus admiſcentur alicubi Germanicæ. At manifeſtum erat omnibus Lutherum multis antea annis & librum de abroganda miſſa privata ſcripſiſſe, & ſacrum canonem tam majorem quam minorem exploſiſſe, ipſumque ſacrificium tum Latine in libro de captivitate Babylonica, tum Teuthonice in ſermone de novo teſtamento ſuſtuliſſe ac abnegaſſe; atque etiam poſtea rurſus contra miſſam plurima ſcripſit, quæ piis auribus abominanda ſunt, non ſolum in eo libro Theutonico, quem de miſſa angulari & ſacerdotum conſecratione inſcripſit, ſed etiam in quadam epiſtola optat, ut apud omnes homines tanta foret inter miſſam & ſacramentum differentia, quanta eſt inter tenebras & lucem: immo inter diabolum & Deum. Optat item omnibus bonis Chriſtianis tale cor, ut quando audierint hanc vocem, miſſa, exterreantur, ſeque benedictione muniant tanquam contra diaboli abominationem. Sic & de confeſſione ait in mendaci confeſſione ſua Philippus: Confeſſio in eccleſiis apud nos non eſt abolita, non enim ſolet porrigi corpus Domini niſi antea exploratis & abſolutis. At conſtabat plane nullum Lutheranorum intra decem annos rite ſua peccata occulta confeſſum fuiſſe.*

(b) *Dolgaſt. to. 1. p. 156.*
(c) *Cocl. in actis & ſcript. Luther.*
Quæ gravamina jactarint Lutherani.

Jactant falſo ſe miſſam colere.

Mira in mentiendo impudentia Melanctonis.

Ita hæretici, ne tam turpes, quales erant, Cæſari viderentur, nonnulla dogmata, quæ non credebant, profeſſi ſuæ confeſſioni attexuere: alia quæ tenebant eloqui erubuerunt: alia variis involucris ſubornarunt. Quin etiam poſtea Philippus Melancton ſuam hanc confeſſionem ſæpius immutavit, cum omnes hæreſes illi accommodare niteretur: *Adeo*, inquit Surius (d), *varius & inconſtans fuit*, ſcilicet Melancton, *id quod neceſſe eſt illis evenire, qui a veritate deflexerunt, ut ipſam quoque confeſſionem Auguſtanam crebro poſtmodum mutaverit, quod utique abſterrere debuit omnes cordatos homines, ne tam incertæ & ad humani ingenii mutabilitatem ſubinde in alias formas transformatæ doctrinæ ſeſe accomodarent, ac traderent; nam de ipſis quoque ſacramentis, per quæ in divina gratia ceu per canales quoſdam derivatur, tam eſt ille Melancton in ſua confeſſione lubricus & ambiguus, ut primo quidem velit eſſe duo tantum, deinde in alia editione tria ponat: porro in extrema quatuor numeret. Eſt autem notatu dignum quod de hac præclara confeſſione ſcribunt quidam, eam tanto in pretio fuiſſe apud quoſdam non infimos Lutheranos, ut dixerint ſe malle de Pauli Apoſtoli, quam vel de Lutheri vel confeſ-* LXXX.

(d) *Sur. in comm. hoc ann.*
Mutata ſæpius ab eo fidei confeſſio.

Inſana Lutheranorum impietas.

ſionis Auguſtanæ doctrina dubitare. O juſta Dei judicia! qui decreta conciliorum & Pontificum ducunt pro nihilo, eo amentiæ devolvuntur, ut plus apud eos valeat Lutheri & Melanctonis quam Pauli, id eſt Chriſti in Paulo loquentis, authoritas.

LXXXI. *Habent autem Wittembergæ in academia ſanctiones quaſdam quibus graviter in primis cavetur, ne qua dogmata aut ſpargantur aut propugnentur, quæ cum hac confeſſione pugnent: denique in ejus jurare verba oportuit eccleſiarum Lutheranarum miniſtros & profeſſores &c. Hæc quidem de illa confeſſione ſcribunt fratres quidam evangelici; qui tamen etiam hoc habent, eam poſtea ſæpe repetitam, auctam, & emendatam fuiſſe. Si ergo emendata fuit ſubinde, in pugnantia dogmata jurare oportuit. Et certe, ut dixi, non ſemel mutata eſt ab uno eodemque Melanchtone; non ergo a Chriſti ſpiritu, ſed a cerebro parum ſano profecta fuit, nec aliud quam humanæ doctrinæ fermentum eſſe cenſenda eſt; & tamen ad hanc confeſſionem permultæ ſectæ ſeſe referunt, atque etiam Calviniani, quibus ut id poſſent occaſionem dedit Melancton, dum illam confeſſionem ſubinde recoquit; adeo ut Lutherani quoque nonnulli Melanctonem graviſſime incuſent, nec pati velint, ut Calviniani, Zuingliani, & quidam alii ad confeſſionem Auguſtanam admittantur, quippe a qua non parum diſſentiant: interim ſolent iſti jactare, ut alias diximus, ſe demum veram & puram doctrinam in orbem revocaſſe. Sed abſit ut hoc illis perſuadeant, quibus ſalus ſua curæ, eſt, qui non inſtar parvulorum fluctuantium omni volunt doctrinæ vento circumferri. Hanc igitur confeſſionem Auguſtæ Cæſari exhibitam tamquam illam babylonicam apocalypſis divi Joannis meretricem pleræque horum temporum ſectæ adorant; & tamen nihil fere in ea eſt, quod non ipſi confeſſioniſtæ in mutua lite ponant, & in alios atque alios ſenſus, prout viſum eſt, trahant; nec quidem levibus de rebus inter ſe atrociter digladiantur, ſed de ipſis ſuæ confeſſionis capitibus.* Hæc Surius.

Confeſſio Auguſtana a Zuinglianis non admiſſa.

LXXXII Fingebat ſe Melancton concordiæ interpretem futurum ad componenda religionis diſſidia, cum nil aliud quam fraudes & mendacia afferret, ut Joannes Coclæus in oratione ad Carolum V. de Germania ab hæreſi vindicanda clariſſime oſtendit (*a*), ſic inquiens: *Philippus Auguſtæ non ſolum publicæ ſimulabat ſe pacis & concordiæ amantem, & avidum, verum etiam privatim curſitabat, hinc inde perreptans, ac penetrans non modo privatorum domos & diverſoria; verum etiam Cardinalium aliorumque principum aulas, atque adeo & majeſtatis tuæ curiam, inſidioſo nimirum circuitu quærens, quem hypocriſi ſua devoraret; & fefellit profecto non paucos blanditiis, deprecationibuſque ſimulatis, dum paſſim in conviviis & colloquiis faciliime pacem Eccleſiæ recuperari poſſe affirmaret; ſi modo ſuis permitterentur hæc tria dumtaxat, populo inquam utraque ſpecies ſacramenti, ſacerdotibus conjugium, & miſſæ uſus & communicatio: in cæteris omnibus fore ſuos epiſcopis & prælatis per omnia ſubditos dictoque audientes. Operæ pretium ſane fuerit paucula hic repetere ex iis, quæ ille reverendiſſimo patri Cardinali Campegio ſedis Apoſtolicæ legato, viro ſummæ & pietatis & eruditionis, manu propria ſcripſit, ac tradidit, & poſtquam ea tradidiſſet, precibus multis ac lachrymis eum in ſecreto pertentavit, ut vel inde intelligat majeſtas tua quam improba fuerit hujus vulpeculæ hypocriſis.*

(*a*) Cocl. de fraudulentia hæret. ad Car. V. Philipp. 1. p. 10.

Fingit Melancton ſe concordiæ interpretem.

Tria ab eo expetita.

LXXXIII. Recita ſcriba. *Verba Philippi ad Cardinalem Campegium. I. Romana eccleſia nihil faceret alienum a ſua clementia, ſi permitteret nobis uti utraque ſpecie ſacramenti, præſertim cum non damnemus alios, & fateamur in ſpecie panis verum corpus Chriſti contineri, & per concomitantiam ſanguinem, adeoque integrum Chriſtum; in ſpecie vini itidem integrum Chriſtum.* Et poſt pauca: *II. Cum presbyteri plerumque cum offenſione populi & contra canones habeant male moratas concubinas, & dignum hoc eſſet clementia pontificia concedere eis honeſtas & legitimas conjuges. III. Si quis hic diſputet quid de bigamis faciendum ſit, id poteſt juxta canones conſtitui poſtquam epiſcopi recuperaverint obedientiam.* Et infra: *IV. De miſſa retinemus publicas cerimonias, tantum numerus non eſt par: ſi cætera impetrari poterunt, non diffido quin etiam controverſiæ de miſſa componi poſſint. Certe prodeſt Eccleſiæ, ut hæc cerimonia religioſe fiat, & fit apud nos religioſiſſime. V. De cibis & ſimilibus rebus leves ſunt controverſiæ; cum contigerint, rurſus epiſcopis obedientia, & juriſdictio eccleſiaſtica plurima alia quoque conſtitui poterunt. VI. Nec gravantur noſtri parere epiſcopis, modo recipiant eos. VII. Reverendiſſima dominatio veſtra ſine magno negotio poterit conſtituere concordiam & pacem his tam paucis rebus vel diſſimulatis, vel relaxatis: Chriſtus pacificus ait beatos eſſe, & vocat filios Dei: hunc titulum, hanc laudem vere dignam iſta veſtra authoritate & virtute conſequi in hac cauſa facillime poteſt reverendiſſima dominatio veſtra. Ideo oro eam propter Deum, ut in his rebus aliquid de ſummo jure remittat,*

Quæ legato apoſt. propoſuerit.

&

& mitiges canones, qui & ipſi ſæpe fatentur ſe temporibus cedere. Hæc ad Cardinalem Campegium Philippus.

LXXXIV. *Ex quibus plane intelligit auguſtiſſima tua, Imperator, majeſtas, hominem iſtum blandiloquentia, hypocriſique ſua vulpina improbius egiſſe Auguſtæ in comitiis, quam apertis conviciis, & amarulentiis egit procul deliteſcens & abſens Lutherus: hic enim conſueto more conviciabatur, plebiſque odium in clerum excitabat inſtar leonis rugientis ferociens; ille vero inſtar draconis inſidiantis, fraudes intendens, non plebem, ſed magnates hypocriſi ſua circumvenire ſatagebat: de quo ſane quidam, ut erat vir doctus ac perſpicacis judicii, dicebat: Quo gratioſior eſt apud eruditos Luthero Philippus, quo modeſtior in docendo, hoc gravius lædit Eccleſiæ cauſam. Cumque nos aliquando quereremur Auguſtæ ſuper violentis & ſeditioſis libris Lutheri, quos unum poſt alium mittebat illuc eo quoque tempore, quo nobis non parva erat ſpes tollendæ diſcordiæ, Philippus blandius reſpondebat, non attendendum eſſe quid Lutherus ſcriberet, ſed quid principes Lutherani Cæſari proponerent, quid facere, quid agnoſcere vellent. Quam ſubdole vero egerit cum legato nemo melius novit, quam legatus ipſe, qui lachrymis primum precibuſque illius non ſatis fidens, juſſit illum petitionem ſuam in ſcriptis tradere: nec tamen omnem per hoc vulpeculæ fraudem præcavere potuit; didicit enim paulo poſt illi nihil fidendum eſſe, poſteaquam audivit, illum apud pleroſque & in odium theologorum, quibus reſpondendi negotium commiſerat majeſtas tua, & in gratiam ſuorum, quos defendebat, jactitaſſe, legatum ea, admiſiſſe, in quibus maligne adverſarentur theologi. Unde factum eſt, ut legatus convocatis theologis longa commemoratione verborum inter ipſos ultro citroque dictorum queſtus fuerit de vana illius jactantia, quam & res ipſa vanam convincit, & verba Lutheri vanam fuiſſe oſtendunt, quibus affirmat Campegium dixiſſe malle ſe diſcerpi fruſtratim, antequam velit permittere aboleri miſſas angulares: tanta tamen eſt utriuſque impudentia, ut & Philippus Luthero ſuo dixerit privatim, & Lutherus publice ſcripſerit, legatum illum dixiſſe admitti quidem poſſe Lutheri doctrinam, ſed non oportere, ne forte ab aliis quoque nationibus approbetur: quam impudens vero ſit mendacium iſtud, majeſtas tua probe novit, quæ perſæpe audivit ex ore ipſius legati quid Lutheranis tribuat, quantum dogmata eorum deteſtetur ac reprobet, quantum doleat Germaniam [in qua diutiſſime verſatus eſt] ſic ab eis turbari & perdi.*

Melanctonis inſignis hypocriſis & improbitas.

LXXXV. Prolata Auguſtæ a Lutheranis confeſſione, quam impoſtor Melancton finxerat, quid a Cæſare & catholicis geſtum ſit, tradit Ulembergius (a): *Exhibita*, inquit, *confeſſione deliberatum porro fuit in conſeſſu principum quid proteſtantibus ſuper ea reſpondendum eſſet: placuit theologis eam examinandam dari, & qua diſſentiret a receptis in Eccleſia dogmatibus oppoſito ſcripto confutandam. Erant in comitiis theologi catholici ſatis magno numero, quos Cæſar, Ferdinandus Rex, aliique principes ſecum adduxerant, ut conſiliis eorum & opera, cum de religione deliberandum eſſet, uterentur. Horum primi fuerunt Joannes Eckius, Conradus Wimpina, Ulteranus theologus, Joannes Faber, Joannes Coclæus, Eberardus Billicanus, aliique quibus de conſilio principum catholicorum tradita fuit Lutheranorum confeſſio, ut eam, quemadmodum diximus ſub examen revocarent: quod cum facerent, obſervatum continuo fuit, proteſtantes de nonnullis fidei capitibus aliter nunc in hac confeſſione, loqui, quam Lutherus & Melancton docere conſueverant annis ſuperioribus. Quædam etiam magni momenti dogmata prorſus in hoc ſcripto non attingi, quæ pridem libris in vulgus editis ſummo conatu propugnarant, cujuſmodi ſunt, quod liberum arbitrium ſit titulus ſine re nudumque nomen: quod Deus ſit author peccati, & mala per homines non permiſſione tantum, ſed efficaciter etiam operetur: quod omnia neceſſario fiant nec ulla ſint in rebus humanis contingentia: quod Pontifex Romanus non ſit Chriſti vicarius & caput Eccleſiæ militantis, ſed antichriſtus: quod in Eccleſia nullum ſit externum ſacrificium: quod baptizati omnes ex æquo tam fœminæ quam viri ſint ſacerdotes: quod fideles in omni bono opere mortaliter peccent: quod matrimonium contractus ſit mere civilis; & quod cauſæ matrimoniales non ad epiſcopum, ſed politici magiſtratus tribunal pertineant. His de rebus aliiſque nonnullis id genus deprehenſum in hac confeſſione vel nullam omnino fieri mentionem, vel ſi qua fiat, longe nunc aliter ſentire Lutheranos, quam Lutherus & Melancton hactenus ſcripſerunt.* Interjectis nonnullis author, ut Proteſtantes Cæſar interrogarit, an eorum confeſſio integra foret, iique nil addere voluerint, addit: *Id cum Cæſari renuntiatum eſſet, theologi catholici Joannes Faber in primis & Eckius confutationem Auguſtanæ Confeſſionis paucis diebus abſolverunt, in qua principio notarunt ea, quæ probanda cenſebant, deinde quæ proteſtantes contra veritatem & receptam Eccleſiæ doctrinam aſſeruerant, addu-*

(a) Ulember. in vita Luth. c. 21.

Turpiores hæreſes præteritæ ſilentio a Lutheranis.

ductis ſcripturæ ſacræ ſanctorumque patrum teſtimoniis, & firmis rationibus, ſolide confutarunt: demum prolixe demonſtrarunt in multis rebus fœdam inter confeſſionem hanc & Lutheri, Melanctonis, aliorumque ſcripta diſcrepantiam & pugnam inveniri.

LXXXVI. *Abuſi catholicorum benignitate hæretici.*

At Cæſar & principes catholici, cum hæreticorum confeſſionem impietatemque, ut par erat, acerbe confutatam a theologis legiſſent, ignari blanditiis efferari monſtrum hæreſis, atque acerbitate domari, mitius cum novatoribus agi voluerunt: qua manſuetudine præpoſtera cum diutius extractum eſſet reſponſum, impudentiam ferociamque eorum auctas narrat Coclæus (a), ſic inquiens: *Cum intra paucos dies bene acrem copioſamque reſponſionem*, nempe Theologi, *adornaſſent*, [*in qua non ſolum, quæ erronea erant ſcipturis & rationibus confutarunt, verum etiam circa ea, quæ recta erant, oſtenderunt Lutherum ſuis cum complicibus antea longe aliter docuiſſe, atque ſcripſiſſe*] *exhibuerunt eam Cæſari, Cæſar principibus catholicis: quoniam vero avidi pacis & concordiæ omnes erant, viſum eſt eis lenius reſpondendum, atque omittendum quidquid illorum concionatores antea docuiſſent aut ſcripſiſſent aliter, quam eorum habebat confeſſio. Dum autem mutaretur confutandi modus, abierunt dies aliquot: exhibitus deinde brevior modus iterum conſultatione principum in diſquiſitionem venit, ſub quanam perſona recitari deberet ipſa confutatio? Ea principum diſceptatio variaque confutationis tranſcriptio rem ultra tres ſeptimanas extraxit. Interea gloriabantur Lutherani non ſolum Auguſtæ in colloquiis apud quoslibet, ſed etiam per literas ad diverſas civitates, papiſtas obmutuiſſe ad ipſorum confeſſionem: quando vero in publico Cæſaris, & omnium principum conſeſſu recitata fuit confutatio per Alexandrum quemdam Cæſaris a ſecretis Theutonice, multi e Lutheranis inepte cachinnabantur: alii ſcripturæ citatos locos ſcripto excipiebant, ut poſtea reprehenderent. Ubi autem perlecta fuit uſque ad finem, approbaverunt eam Cæſar & omnes cum eo principes catholici, atque a Lutheranis principibus petierunt, ut ipſi quoque eam acceptarent & comprobarent. At illi petebant ſibi exemplar confutationis tradi, quod Cæſar ex juſtis cauſis tradere noluit niſi ſub certis conditionibus, nempe ut ſervarent apud ſeſe & non communicarent aliis antequam Cæſar juberet; illi eo pacto recipere noluerunt; atque ita diſceſſum eſt e conſeſſu. Cæſar non æquo ferebat animo eorum contumaciam: illi ſub publica fide tuti non magnopere timebant.* Idem porro Coclæus præter Joannem Eckium & Joannem Fabrum, qui confeſſionis Auguſtanæ articulos fidei adverſantes confutarunt, eoſdem in Philippicis ſuis adverſus Philippum Melanctonem editis erudite refellit (b), quem lector cupidus conſulere poterit.

(a) *Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc an.*

(b) *Jo. Cocl. in Philippicis.*

LXXXVII. *Non verbis ſed ferro debuit Carol. V. tueri cauſam eccleſiæ.*

Porro exitialia erant, ut toties monuerant Pontifices, hæc cum hæreticis colloquia, ac multo magis decuerat, ut Carolus V. non verbis, ſed ferro, ut diximus, fidei cauſam tueretur, ac tum veterum Imperatorum, tum ſua in hæreticos edicta vi cæſarea armaret; quod ita erat manifeſtum, ut id Lutherus ipſe (quod mirentur omnes) publice promulgaret: *Edidit*, inquit Ulembergius (c), *eodem anno commentariolum* (d) *in pſalmum LXXI. in quo diſputat inter cætera quæſtionem, an magiſtratus hæreticos & pſeudoprophetas impedire debeat aut pœnis afficere cum errores in vulgus ſpargunt. Reſpondet principio quoſdam non hæreticos tantum eſſe, ſed & ſeditioſos ac turbatores pacis publicæ, quos proculdubio per magiſtratum juſtis pœnis afficiendos decernit: deinde qui dogma fidei vel articulum quemdam oppugnent fundatum in ſcripturis, & conſenſione publica totius orbis Chriſtiani comprobatum, hos puniendos a magiſtratu, nec ullo pacto tolerandos aſſerit, cum non hæretici modo, ſed & blaſphemi ſint in ſanctum Dei nomen; neque vero cum id genus hominibus vel diſputandum ait vel agendum multis, ſed eos tanquam impios in Deum & manifeſte blaſphemos ſimpliciter damnandos; nam hujuſmodi dogmata, quæ publico univerſalis Eccleſiæ conſenſu recepta ſint, jampridem ſatis examinata fuiſſe, & rationibus, ſcripturæ ſacræ teſtimoniis, profeſſione totius orbis Chriſtiani, infinitis miraculis, multorum martyrum ſanguine, omnium Eccleſiæ doctorum authoritate & libris ad eum modum confirmata & ſtabilita, ut ea in diſputationem poſtliminio revocari non deceat.* Hoc ille argumento adverſus Anabaptiſtas ſe tuebatur, ſeque gladio ſuo conficiebat, cum ex ſcripturæ ſacræ interpretatione temeraria univerſa religio Chriſtiana everteretur.

(c) *Ulember. ibid. c. 23.*

(d) *To. 5. Jenenſis edition. p. 247.*

Lutheri vera ſententia quo modo agendum ſit cum hæreticis.

LXXXVIII. Patebat ipſius Lutheri hæreſiarchæ teſtimonio mittenda verba inania, ac putrida membra cæſareo ferro amputanda; maxime cum hæretici catholicos ad pietatem deſerendam immaniter cogerent, ut queritur Joannes Eckius (f) in literis ad Joannem archiepiſcopum Trevirenſem datis: *Sacrum*, ait, *officium miſſæ in pluribus locis, plus quam Turca fecerit in univerſa Græcia, funditus cum ſacris aris deleverunt hæretici: profecto nimis*

te-

(f) *Jo. Eckius in epiſt. ad archiep. Treviren. præfixa to. 3. homiliar.*

temeraria & ſtulta eſt eorum præſumptio; nam ſi qnid eis præcipitur a Cæſare poteſtate a Deo ordinata, recuſant id facere conſcientiæ prætextu, cum tamen ipſi ſub poteſtate Cæſaris conſtituti nihil juris habeant, niſi quod a Cæſaris clementia, ut vaſſalli, obtinent; audent tamen tam imperioſe ſubditis contra bullam apoſtolicam, & Cæſaris edictum novas & antiquas hæreſes imponere, quantumvis ſubditi ſe gravatos aſſerant, & ſuperiorum mandatis, ac proprio remorſu conſcientiæ, atque adeo juri adverſantur nobis congenito: Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. *Juſte profecto Dei judicio poteſtate, qua abutuntur, privarentur. Humilitatem porro fictam jactitant, dum rectius ex ſcripturis edoceri petunt; quod ſi pio animo fiat, furiis aguntur, ſcripturas lacerant, atque omnia jugulant, patribus injuriantur, & libellos famoſos emittunt, ut ſciamus veriſſimum eſſe quod Chriſtus dixit:* Nolite ſanctum dare canibus; *canes enim ſunt hæretici, ut S. Paulus inquit: Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem, prædicatores eorum ſunt filii Herodis patricidæ, qui diligenter quærebat de puero, quaſi ipſum eſſet adoraturus; & tamen nihil aliud parabat, quam Jeſum atrociter jugulare. Ad eum modum iſti veritatem fidei quærunt, non ut amplectantur, ſed ut paratiores eſſe queant ad impugnandum; avari enim ſunt & cupidi, ut veriſſime dicit Paulus; nam totus ferme fidei eorum ſcopus eſt, ut cœnobiorum collegiorum ac beneficiorum bona diripiant: ſuperbi ſunt, qui plus eruditionis, & judicii ſibi tribuunt, quam univerſis conciliis, ſanctis patribus, & toti Eccleſiæ catholicæ: blaſphemi ſunt in Chriſtum, & ſuum ſacramentum; in ſanctos omnes, ac imagines eorum: inobedientes ſunt, cum pontificios ac cæſareos juſſus contemnant. Quam autem voluptati ſerviant facile eſt videre in eorum ſacerdotibus, qui horas canonicas negligunt, non jejunant, non orant, non celebrant, non confitentur, non continent, nec abſtinent, & in ſumma velut Menelaus nihil in ſe habent ſacerdotio dignum; ut mirum ſit quomodo magiſtratus iſtorum levitatem ferre poſſit: quam inconſtantes ſint, toties mutatæ ordinationes monſtrant: nulla ſpes de hæreſiarchis reducendis eſt reliqua, quia, ut Paulus inquit,* mali homines & ſeductores proficient in pejus; errantes, & in errorem mittentes.

Horrenda tyrannis Lutheranorum diſſimulata a Carolo V.

Sacerdotum Lutheranorum turpitudo.

LXXXIX. Inclinabat quidem Cæſar ipſe in eam ſententiam, quam Pontifex ſignificaverat, ut miſſa verborum contentione futili, Chriſti & Eccleſiæ perduellium pertinacia armis frangeretur, cum jam illi decretorio conciliorum & Pontificum edicto damnati eſſent: ſed conſilio politicorum qui non percipiunt ea, quæ ſunt Spiritus Dei, nec pro Chriſto vel leve & glorioſiſſimum bellum cum certiſſima præmiorum ſpe ſuſcipere dignantur, rem nunquam ad exitum perduxit; atque ita colloquiis inanibus conſumptum tempus eſt: *Alii principes*, inquit Coclæus (*a*), *& ſtatus imperii verentes ne Cæſar propter obſtinatam illorum indurationem gravius commoveretur, ac de ſeverioribus cogitaret remediis, ſuas interpoſuere partes, Cæſarique ſupplicarunt, ut ſineret cum illis amplius tractari de concordia circa religionem. Ubi conſenſit Cæſar, fecerunt delectum certarum perſonarum ex omni ordine & ſtatus imperii numero ſeptendecim, ut eo facilius rem expedirent, ubi non eſſet opus omnium totius imperialis conſeſſus perſonarum, vota ſigillatim exquirere. Delecti ſunt igitur duo principes electores Moguntinus & Brandeburgenſis, quibus additi ſunt tres oratores aliorum trium electorum Colonienſis, Treverenſis, & comitis Palatini Rheni & Georgius Truchſes a Walburg baro nomine domus Auſtriæ: tres item epiſcopi, nempe Salzburgenſis, Spirenſis, & Argentinenſis: tres præterea duces Georgius Saxoniæ, Henricus Brunſvicenſis, & Albertus Meckelburgenſis; & inſuper abbas Vineæ comes Martinus ab Ottingen cancellarius Badenſis orator Ratiſponenſis & orator Juliacenſis. Iſte igitur delectus petiit a Lutheranis, ut ad colloquium cum eis venirent in domum capitularem majoris eccleſiæ Auguſtenſis die dominica, quæ erat ſeptima Auguſti feſta divæ Affræ. Illi haud gravatim venerunt. Facto autem conſeſſu marchio Brandeburgenſis princeps elector vir facundiſſimus, nomine delectus cœpit illos exhortari longa ac benigna oratione, ut velint acquieſcere voluntati Cæſaris, & concordiam in fide & religione cum ipſo & aliis imperii principibus ac ſtatibus redintegrare: verendum enim eſſe, niſi ita fecerint, grandia inde mala exoritura eſſe, bella, ſeditioneſque, & vaſtationes provinciarum. Hæc eſt ſumma orationis.*

(*a*) *Cocl. in actis & ſcript. Luth.*

Nova inter catholicos & Lutheranos colloquia.

XC. Tutatum egregie fidei cauſam contra hæreticos in hoc conventu Auguſtano Joachimum principem electorem Brandeburgenſem, oſtendunt Pontificis ad illum datæ literæ (*b*), quibus ei etiam gratulatur de præclaro ipſius in defendenda religione ſtudio.

Joachimus elector Brandeburgenſis catholicam fidem tutatus.

(*b*) *Lib. brev. ann. 1530. pag. 546.*

Joachino electori.

Dilecte fili. Literæ dilecti filii Cardinalis Campegii legati noſtri cum ſæpe alias

Gratulatur ipſi Pontifex.

liat, tum noviſſime his diebus tantam tribuerunt nobilitati tuæ laudem inclytæ in hoc conventu per eam exhibitæ fortitudinis & pietatis, ut animo potius ſentire, quam verbis explicare poſſimus, quantum gaudii enim cepimus, quantumque tuæ nobilitati propterea debeamus: ſic enim idem legatus noſter teſtatus eſt, cæterique comprobarunt, non potuiſſe nobilitatem tuam aut ſentire præclarius, aut loqui ardentius, aut ſe gerere dignius in ea perſona pientiſſimi electoris & principis, quam ei Deus omnipotens ad ſuæ religionis tutelam hoc tempore contulit: cumque cætera tuæ nobilitatis dicta factaque ſumme laudanda, tum oratio ejus etiam admiranda omnibus viſa eſt, quam nuperrime habuiſſe fili diceris; in qua ita pro Deo & fide locutus es, ita te & tua omnia ad ejus honorem defendendum obtuliſti ac devoviſti, ita cæteros in idem es cohortatus, ut divino te numine afflatum tunc omnes crediderint. Benedictus igitur Deus in omnibus operibus ſuis, pater miſericordiarum & conſolationis, qui conſolatur nos in tribulatione noſtra; nec ſi venena permiſit, antidota etiam conferre omiſit: habet enim Dei benignitate ſancta religio quos, non ſolum ſe oppugnantibus opponat, ſed quibus facile opprimat oppugnantes, cum nobilitatem tuam cæteroſque rite ſentientes principes ſereniſſimis Cæſari & fratri ejus, omnium ſæculorum memoria & prædicatione dignis adjunxit, uniuſque omnes effecit voluntatis. Quamobrem, fili, etſi te hoc totum Deo, & tuæ probitati ſcimus tribuiſſe, tributumque eſſe, tamen quia ſumus in hoc loco conſtituti ſolicitudinis & laboris ad honorem divinum, ſalutemque animarum, quoad poſſimus, aſſerendam, arbitrati ſumus muneris noſtri non ſilere tecum, quam nobis grata hæc tua pietas acciderit; quæ ſane ita nobis hæret ſemperque hærebit fixa in animo, ut non ſolum agamus tibi pro illa gratias, ſed etiam occaſiones nobis offerri cupiamus, quibus etiam referre poſſimus: proinde hortamur nobilitatem tuam ex animo, ut præteritis futura conjungens, ſuam ſibi a Deo tributam virtutem, dignitatem, authoritatem ad ejuſdem Dei cauſam tuendam conferat, ſicut pollicita eſt, & cum pientiſſimo Cæſare fratreque ejus in plena religionis aſſertione annitatur; quod nobis non minus ſua priſtina ſemper pie agendi conſuetudo, quam recens tua promiſſio pollicetur; ut certo futurum ſperamus quemadmodum idem Cardinalis legatus hæc plenius tuæ nobilitati explicabit. Dat. Romæ die XIII. *octobris MDXXX. pontificatus noſtri anno* VII.

XCI. Quid porro ad eam Joachimi principis orationem reſponderint hæretici, ſubjungit Coclæus (a): *Illi poſt bidui deliberationem reſponderunt per D. Gregorium Pruch virum egregie diſertum, qui in omnibus fere tractatibus commune os & organum eorum fuit. Primum igitur iniquè ferebant, in admonitione adjunctas eſſe minas: deinde reſponſum in quatuor extenderunt articulos, in quorum primo cauſabantur, ſe non ſufficienter auditos eſſe a Cæſare juxta tenorem edicti citatorii. In ſecundo, quod exemplar confutationis non ſit eis libere abſque conditionibus aggravantibus traditum. In tertio, quod non poſſent abſque conſcientiarum ſuarum gravamine confutationem non plene viſam approbare. In quarto, quod in proximo conventu Imperiali Spiræ habito promiſſio concluſioque facta ſit de celebrando concilio, & nihil ſit effectum. Et hoc reſponſum in ſcripto tradiderunt, quod & ore jam recitatum fuerat. Delectus vero principum ac ſtatuum imperii rurſus per marchionem Brandeburgenſem electorem reſponderunt proteſtantes primum ſeſe omnia amica ac fideli intentione tanquam erga cognatos affineſque & amicos ſuos agere, nihil animo offendendi aut minandi dixiſſe, aut dicturos eſſe: quæ autem de malis ſuperventuris dixerunt, eo referenda eſſe, quod metus ſit, ſi abſque concordia & determinatione diſcederetur ex iſto conventu, multitudinem plebis rurſus in ſeditiones & tumultus excitatum iri, unde ipſis & toti nationi Germanicæ graviſſima poſſint oriri incommoda.*

Reſponſum Lutheranorum.

(a) Cocl. in actis & ſcrip. Luth.

Commoniti iterum Lutherani.

XCII. *Deinde reſponderunt ad quatuor articulos. Ad primum ſane, quoniam Cæſar clementiſſime audierit eorum confeſſionem & ore & ſcripto propoſitam, juſſeritque ut ſi plura adhuc proponenda haberent, proponerent, ut ſuper omnibus una fieret conſultatio & reſponſio, admiſeritque ut poſt datam a ſua cæſarea majeſtate reſponſionem per principes & ſtatus imperii, amice cum ipſis ulterius tractaretur de concordia: non eſſe igitur cauſandum contra Cæſarem tanquam non ſatisfecerit ſuo edicto. Ad ſecundum vero non videri iniquas fuiſſe conditiones, quibus Cæſar confutationis exemplar tradere voluit, quoniam ipſimet ſciant, ac meminiſſe poſſint, quomodo edictum Wormatienſe fuerit ab eorum concionatoribus publice ac palam deriſum, deſpectum, & perverſum in opprobrium, contemptum, & irriſionem tum cæſareæ majeſtatis, tum omnium aliorum principum, ſtatuumque imperii. Voluit igitur cæſarea majeſtas, ut iſta ſua reſponſio non communicaretur aliis ante tempus, ne quid ſimile contingeret; cum non ignorent, legibus quoque ſub pœna capitis prohibitum*

tum eſſe, ne publice adunatis turbis de fide diſceptetur.

XCIII. *Ad tertium autem reſponderunt cum veniæ præfatione, quod illi videantur ſibi facere conſcientiam, ubi non eſt opus; ubi vero maxime opus eſſet, ibi nullam faciant; maxime enim timere deberent ſuis conſcientiis quod ab Eccleſiæ unitate recedunt, quod apoſtatis plus credunt quam Romanæ eccleſiæ, quam ſanctis patribus generalibuſque conciliis, quod illis contra leges & canones multa permittunt in ſubverſionem multorum. Hoc ſaltem conſiderare velint, quam ſint illi diverſi & contrarii inter ſeſe, quam multas in ſectas diſcindantur, quam malos peperit eorum nova doctrina fructus. Longe igitur tutius fore ipſorum conſcientiis Cæſari ac toti eccleſiæ conſentire, quam talibus apoſtatis ſuas credere animas. Ad quartum denique articulum reſpondentes excuſaverunt Cæſarem, quod propter graviſſima duo bella, quorum alterum adverſus Regem Franciæ ejuſque fœderatos, alterum adverſus Turcas Viennam obſidentes gerebatur, non potuerit celebrari concilium, quodque non ignorarent ipſi Lutherum Wormatiæ nihili feciſſe concilia, nec ad hoc perſuaderi a principibus ac ſtatibus imperii potuiſſe, ut cauſam ſuam futuri concilii determinationi ſubmitteret; eumque interim ſcripſiſſe multa adverſus concilia, quibus eorum authoritatem populo vulgari contemptibilem fecit. Rogabant igitur, ut his omnibus perpenſis mallent in concordiam cum cæſarea majeſtate, & cum tota Eccleſia redire, quam cum periculo ſuarum animarum in ſchiſmate permanere: quod ſi ſcirent ipſi aliam concordandi viam, proponerent, ut ad cæſaream majeſtatem de ea referri poſſit.*

Non celebratum concilium cum ſpernerentur concilia.

XCIV. *Cum autem Lutherani hanc reſponſionem iniquius ferrent, quod videretur tangere eorum animas, honorem, conſcientiam, ac obedientiam Cæſari debitam, petierunt tempus deliberandi, ut accuratius reſpondere poſſint. Hoc eis facile conceſſum eſt: marchio tamen publice interrogavit omnes, qui in delectu erant, an non omne quod ipſe dixit ac recenſuit communi omnium conſilio decretum fuerit? & omnes confeſſi ſunt ita eſſe. Lutherani ergo in ſua reſponſione multo verborum exquiſitorum fuco ſeſe ab objectis excuſarunt, maxime negantes. quod ſeparaverint ſe a generali Eccleſia, aut quod Cæſari ullam culpam aſcribant, aut quod edictum ejus irriſerint, quodve conciliis non debitum tribuerint honorem: quod vero alii ſcripſerint aut fecerint, id ſibi imputari non debere.*

XCV. Ita hæretici impudentiſſimis mendaciis manifeſta crimina eluere putaverunt, iterumque converſi ad dolos cum minore numero lectiſſimorum virorum inanem concordiæ rationem propoſuerunt, non quidem ut orthodoxæ veritatis conſilia amplecterentur, ſed ut depravarent, ſi poſſent, catholicos, & ex inita ex æquo cum iis pugna gloriolam captarent. Illis tamen Cæſar [qui ſuas omnes injurias adverſus quoſvis Reges egregie ultus fuerat, ſed a ſumendis armis pro vindicandis divini Numinis offenſis refugiebat] morem geſſit: *Unde factum eſt*, inquit Coclæus, *ut minor delectus ex utraque parte factus ſit: catholici ſane delegerunt ſeptem duntaxat perſonas, nempe duos principes, duos jureconſultos & tres theologos, utpote epiſcopum Auguſtenſem Chriſtophorum, ducem Brunſvicenſem Henricum, & poſt ejus, juſſu Cæſaris, abitionem, ducem Saxoniæ Georgium, cancellarium archiepiſcopi Colonienſis, cancellarium marchionis Badenſis D. Joannem Eckium, D. Conradum Vimpinam, & D. Joannem Coclæum. Totidem perſonas delegerunt quoque Lutherani, atque etiam in tali differentia, nempe duos principes Joannem Fridericum filium electoris Saxoniæ, & marchionem Brandeburgenſem Georgium, duos jureconſultos D. Gregorium Bruch, & D. Heller, treſque theologos, doctoratu tamen theologiæ non inſignitos Philippum Melanctonem, Joannem Brentium, & Joannem Schneppium. Hi ergo ſic delecti die XVI. auguſti peracto prandio convenerunt in exedra quadam prætorii, ubi præmiſſis variis procmiis & conſultationibus, ubi conſeſſum fuit, propoſita eſt Lutheranorum confeſſio, ut illa examinaretur articulatim. In primo igitur conſeſſu illo concordaverunt mutuis, ac benignis verborum interpretationibus in undecim articulis conſedentes uſque in extremam veſperam. Altero die iterum conſederunt & ante & poſt prandium; unde factum eſt, ut circa viginti & unum articulos illius confeſſionis, quæ ad fidem pertinent concordarint in quindecim: in tribus ex parte diſcordia manſit, & tres ad poſteriorem confeſſionis partem remiſſi ſunt.* Priores tres, de quibus conſentire cum catholicis noluerunt hæretici, erant de partibus pœnitentiæ, de fide & operibus, & de cultu ſanctorum: in quibus animadvertendum, Lutherum, ad quem omnia hæc referebantur, complures lethali conſcientiæ vulnere affectos in hæreſim traxiſſe ex illecebra, quod ſacra confeſſio virtutumque opera neceſſaria ad æternam ſalutem non eſſent, ſed ſola fides ſufficeret: & quamvis tam ipſe quam Melancton anno ſuperiori hunc errorem in Saxonica luſtratione emendaſſent, pari tamen inconſtantia atque

Novi Lutheranorum doli.

Repetita iterum colloquia.

Conſentiunt in quindecim articulis Lutherani.

Mutata iterum fides Lutherana circa opera.

im-

impudentia illum iterum uſurparunt.

XCVI. (a) Coel. in actis & ſcript. Luth. Fatentur non ſola fide juſtificari hominem.

His addit Coclæus (a): *Cumque in eodem tractatu circa quartum articulum catholici nollent admittere, nos ſola fide juſtificari, quandoquidem & Jacobus Apoſtolus id non admittit; ita concordatum fuit, ut dicatur quidem nos fide juſtificari, ſed non ſola fide, quia id nulla ſcriptura habet; ſed potius contrarium. Et D. Joannes Eckius addidit jocum, ut hæc vox, ſola, remittatur ad calcearios, qui probe intelligant, quid Theutonice ſola ſit, & ſciant ſola commodenti. Omiſſa igitur hac voce, ſola, concordatum eſt quod juſtificatio ſeu remiſſio peccatorum fiat per gratiam gratum facientem & fidem formaliter; per verbum vero & ſacramenta instrumentaliter. At Lutherus, cum eſſet eodem anno interrogatus a quodam amico, cur in Paulo ad Romanos* III. *diceret in Teuthonico hominem juſtificari ſola fide, cum id Paulus non diceret, & per hoc daret papiſtis anſam calumniandi Teuthonicam ejus translationem; ipſe ſuperbiſſime magno cum contemptu papiſtarum illi reſpondit primum, ut ita diceret papiſtis: Si Lutherus certo ſcire potuiſſet omnes papiſtas in unum conjunctos ita habiles exiſtere, ut vel unum capitulum in ſcriptura noſſent recte ac bene in Teuthonicum vertere, quod ea voluiſſet eſſe humilitate, ut eos oraſſet pro ope & adjutorio ad vertendum novum teſtamentum. Deinde ut eis diceret, Lutherum vertiſſe novum teſtamentum in Theuthonicum juxta ſummam diligentiam facultatemque ſuam, & pro hoc neminem coegiſſe, ut legat: ſuum itaque eſſe teſtamentum, ſuamque interpretationem: ſi erraverit ibi, nolit ſuper hac judices pati papiſtas, quia habeant nimis longas ad hoc aures, & eorum ika ika ſit nimis debile ad judicandum ſuper interpretatione ex latino in Theuthonicum: ipſum quidem ſcire probe, eos vero minus ſcire quam animal molitoris quid artis, diligentiæ, rationis, & intelligentiæ requiratur ad bonam interpretationem, quia non ſunt experti; qui ſi duo prima verba Matth.* 1. Liber generationis; *interpretari deberent, nullus guack eorum ſciviſſet ad hoc dicere, gack; & judicant mihi nunc totum opus pulchri ſane ſocii. Si ergo [inquit] papiſtæ tuus multa vult garrire de hac voce, ſola, ei confeſtim dicito ſic: Doctor Martinus Luther vult ſic habere, & dicit papiſtam & aſinum eſſe rem unam: ſic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas: nolumus enim papiſtarum ſcholares aut diſcipuli eſſe, ſed magiſtri, ac judices. Hæc id genus ibi multa contemptim & ſuperbe Lutherus.* Ex cujus verbis facile quivis colligere poteſt, quæ fides tanto impoſtori ſit adhibenda.

Objurgatus Lutherus de corrupta ſcriptura quid impudenter reſponderit.

Sui capitis figmenta pro evangelio obtrudit.

Articuli porro poſteriores, quos rejectos Coclæus refert, erant de confeſſione, de ordine eccleſiaſtico, de ritibus eccleſiaſticis. Cum autem de iis, tum de abuſibus, quos Lutherani ſe ſuſtuliſſe jactabant, inter collocutores agi cœptum eſſet XVIII. auguſti die, ſtangi Lutheranorum ipſorum pertinacia non potuit: *Circa ſeptem articulos*, inquit Coclæus (b), *quos de abuſibus inſcripſerant, durius diutiuſque laboratum eſt, neque in ullo ad plenum concordia reperta eſt, quamvis ſtrenue ab utraque parte invigilatum fuerit.* Obſervat porro Ulembergius (c) Melanctonem circa ultimum caput inſcriptum de juriſdictione epiſcoporum, aſſenſiſſe, ut ea illis reſtitueretur, idque jam ante approbaſſe; adeo ut in ſcripto quodam a Lutheranorum delectis porrecto catholicis hæc legantur: *Semper juriſdictionem & poteſtatem epiſcopalem pro noſtra parte conſervare ſtudemus, manifeſtis tamen abuſibus non probatis; curabitur autem, ut debita obedientia epiſcopis exhibeatur & conſervetur, nempe ut parochi & prædicatores noſtri ordinariis locorum præſententur. Item ſi presbyter exceſſum reprehenſione dignum admiſerit, eum ordinario vi epiſcopalis poteſtatis ſine ullo impedimento corrigere licebit. Item eccleſiaſtica juriſdictio epiſcoporum in cauſis, quæ ad forum eccleſiaſticum pertinent, non impedietur. Item epiſcopalis excommunicatio in cauſis ad eccleſiaſticam juriſdictionem pertinentibus non impedietur, ſi juxta ſacram ſcripturam exerceatur.* Verum eo Melanctonem defluxiſſe Lutherus & alii graviſſime acceperunt, quaſi ille deficeret ad catholicos & pontificiæ dominationis jugum antea excuſſum iterum Lutheranis pacis ſtudio imponeret: de quo apud ſuos Melancton ſe excuſavit; addiditque ſe ea, quæ largitus eſſet, tot exceptionibus contraxiſſe, ut metueret ne epiſcopi illum futilia verba pro rebus dare agnoſcerent. Quod adeo verum extitit, ut illa ipſa fidei capita, in quæ conſenſerant, veluti de præſentia corporis Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini, everterint, ut ſuperius indicatum eſt.

XCVII. (b) Coel. in actis & ſcript. Luth. hoc anno. (c) Ulemb. in vit. Luth.

Melancton aſſentitur reſtituendam epiſcopis auctoritatem.

Lutherus & alii in eum inſurgunt.

Revocat Melancton profeſſionem de tranſſubſtantiatione.

XCVIII. (d) Coel. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

Die XXII. *auguſti*, inquit Coclæus (d), *fecerunt catholici ejuſmodi actorum relationem in publico conſeſſu ad omnes principes ſtatuſque imperii; qui ubi intellexerunt rem in pluribus ad concordiam ſpectare, & in paucioribus [quæ utique in concordiam reduci poſſent abſcedente pertinacia] hærere diſcordiam, ut res citius perageretur, adhuc minorem fecere delectum: delegerunt ſane tres tantum, duos ju-*

jureconſultos ſupradictos cancellarios, & unum theologum D. Joannem Eckium: quibus mandatum eſt, ut cum totidem perſonis ex altera parte delectis duobus jureconſultis & Philippo Melanctone agerent ſuper iis, quæ hactenus concordata non erant: attentaverunt quidem illi rem aliquot vicibus, nihil tamen efficere potuerunt. Abrumpi ſcilicet cœptam de concordia actionem juſſiſſe Lutherum, cum Norimbergenſes & alii Lutherani, qui reſtituendam epiſcopis juriſdictionem indignabantur, obſtreperent, nullam hac delendi Lutheraniſmi commodiorem rationem excogitari potuiſſe: paritumque tandem Luthero, ad quem tanquam ad infernale oraculum omnia referebantur, teſtatur Ulembergius, additque (*a*).

Inſtauratum colloquium de concordia.

(*a*) *Ulember. c. 2.*

XCIX. *Cæſar ubi fruſtra de conciliatione laboratum intellexit, ad* VII. *ſeptembris circa meridiem principes catholicos omnes ad palatium ſuum convocat; & quia Lutheranorum ſumma durities atque pertinacia conceptam de ſopiendis controverſiis ſpem eluſerit, quid porro ad turbas in imperio ſedandas facto ſit opus cum illis deliberat. In hac conſultatione principes hortantur Cæſarem, ut de remediis opportunis cogitet huic malo adhibendis: interim ſe pollicentur adhæſuros illi ſumma fide, uti obedientes & catholicos imperii principes decet, & pro tuenda quam a majoribus acceperint ſanctiſſima religione, ſi res ita poſtulet, facultates ſuas omnes, immo & corpus & ſanguinem lubentibus animis impenſuros: idem ſe facturum & Cæſar illis viciſſim promittit, & regna ſua cum dominiis omnibus, quæ Deus dederit, ad vindicandum divini nominis honorem in hanc cauſam ſe collocaturum pollicetur. Deinde poſt horas duas, dimiſſo jam catholicorum ordinum ſenatu, Saxonem cum ſociis adeſſe jubet, iiſque, Ferdinando fratre tantum aliiſque nonnullis præſentibus, per Fridericum palatinum exponit quam clementer eos & benigne poſt exhibitam confeſſionem admonuerit, ut ad publicum orbis Chriſtiani conſenſum & Eccleſiæ communionem, a qua ſeceſſionem fecerint, tamque novum doctrinæ genus inducere machinentur, ſeſe rurſus adjungerent. Quanquam vero cohortationi huic non dederint locum, quod ſane præter expectationem ſuam acciderit, permiſiſſe tamen ſe ad principum interceſſionem, ut delecti quidam inſtituta tractatione de pacis conciliandæ mediis cogitarent: intelligere vero nunc, non ſine gravi moleſtia & animi dolore, fruſtra tentatam eſſe concordiam, & quam ipſe cum catholicis ordinibus de nova hac paucorum actione conceperit, eam ipſorum pertinacia penitus eſſe deluſam: inopinatum ſibi hoc accidere: quod ipſi, qui pauciores ſint ab Eccleſia catholica divulſi, novum doctrinæ genus contra totius orbis Chriſtiani cæterorumque principum conſenſum obtrudere machinentur. Quia vero concilium urgeant, atque interea temporis dum id convocetur pacem ſibi dari petant decreto publico, daturum ſe operam, ut concilium quam primum indicatur: pacem quoque conceſſurum, hac lege tamen ut, ne reſiliant ab iis, quæ confeſſione partis utriuſque conciliata ſunt: ut reſtituant veteris Eccleſiæ ritus, quos abrogarint, & motas de iis controverſias futuro concilio decidendas ſubmittant: ut eccleſiaſtica bona reſtituant, quæ principes & civitates per injuriam occuparint, adminiſtranda deinceps uſque ad concilii definitionem a viris idoneis, quos Cæſar ad eam rem ſit deſignaturus: ut interim dum omnia per concilium definiantur pacifice vivant & quiete, nec permittant ut vel ſcripto, vel viva voce quiſquam de controverſiis diſceptationem inſtituat.*

De fide orthodoxa tuenda Cæſar & principes deliberant.

Qua lege pax hæreticis data a Cæſare.

Circumvenire dolis Cæſarem nitebantur hæretici, quorum mendacibus promiſſis ille ſe deludi paſſus eſt: non enim illi veteres ritus Eccleſiæ inſtaurarunt, non ſuas eccleſiaſticis opes reſtituerunt, non ea de quibus convenerant concordiæ capita obſervarunt, nec pium & liberum concilium veteri inſtituto celebrandum, quod antiquis conciliis conſentiret, & in quo præeſſet Pontifex, quodque epiſcopis conſtaret, depoſcebant: (*b*) quomodo enim tale peterent concilium, qui epiſcoporum & Romani Pontificis authoritatem & imperium excuſſerant? ſed impium conventiculum, in quo ipſi dominarentur, ac veram ſynagogam ſathanæ poſtulabant a Cæſare: qui cum antea remiſſum poſt tot Pontificum monita in tuenda catholica religione in Germania ſe præbuiſſet, adhuc inanibus verbis ſcriptiſque rem egit, in qua ferro opus erat, ne cancer ultra ſerperet; extatque ejus reſcriptum apud Dolgaſtum (*c*), in quo ordinibus imperii VIII. ſeptembris die geſta cum hæreticis expoſuit, utque rogati de urgenda concordiæ actione eam non admitterent: tum a principibus conſilium pro reſtituenda fide orthodoxa flagitavit. C.

Proteſtantes in pervicacia hærent. Promiſſis inanibus deluſus Cæſar.

(*b*) *Sur. in comm.*

Non poſtulatum eſt ab iis verum concilium.

(*c*) *Dolgaſt. to. 3. p. 511.*

Caroli V. Imperatoris Auguſti reſcriptum ad Proteſtantium principum & ſtatuum poſtulata in cauſa religionis pontificiis ordinibus ad deliberandum propoſitum in comitiis Auguſtanis anno MDXXX. die VIII. *ſeptembris.*

Cum electores principes, & ſacri Romani imperii ordines cæſareæ majeſtatis CI.

ſententiam ad electoris Saxoniæ & ſociorum in religone conjunctorum reſponſum poſtremum datam ſcripto comprehenſam ſibi communicandam & legendam tradi petiverint, ut eo melius & diligentius de toto negotio cogitare & deliberare poſſent; cæſarea majeſtas petitioni ipſorum annuens ſequentia proponi voluit. Quod ſcilicet ignorare nullo modo poſſitis quanta clementia & diligentia cæſarea majeſtas ratione officii ſemper laboraverit, & operam dederit, ac propria etiam perſona deliberationibus & actionibus quibuſdam hanc tantum ob cauſam interfuerit & præfuerit, quo facilius diſſenſiones & errores in religionis cauſa exorti tollerentur & componerentur: prædictum vero Saxoniæ electorem & alios in religione conjunctos principes poſtremo hoc reſponſi dediſſe & ſignificaſſe, ſe in iis articulis, quos in diſputatione cum delectis habita exhibuiſſent, etiamnum acquieſcere, cum eos in ſacrarum literarum monumentis fundatos & confirmatos indicent, & ab iis bona conſcientia diſcedere nullo modo queant, amplius etiam in libero & generali concilio doctrinam ſuam probaturos, & ſacrarum literarum teſtimoniis confirmaturos eſſe. Etſi autem Imperator ſingulari naturæ bonitate adductus clementiſſime propoſuit, ſe quatenus aliquo modo ab articulis exhibitis diſcederent, & idonea concordiæ media proponerent, propria perſona ſummaque clementia primo quoque tempore denuo cum illis acturum eſſe; tamen omnem ulteriorem actionem detrectarunt, ac ut anteæ ſententiæ & propoſito priori & articulis exhibitis inhæſerunt. Ad hæc omnia cæſarea majeſtas reſpondit, quod nequaquam ejuſmodi reſponſionem, ut factum eſſet, daturos cogitaſſe; hoc enim ipſos pro certo ſtatuere debere, quod ſi majeſtas ſua doctrinam eorum in ſacris literis fundatam ſciat, nequaquam cum illis litigare & contendere velit; ſed electori Saxoniæ & aliis in religione conjunctis principibus atque ſociis cogitandum ac perpendendum venire, quod cæſarea majeſtas ſummum caput, legitimus dominus protector ac defenſor ſit Chriſtianæ Eccleſiæ, quapropter aliter facere non poſſit, quam ut conſervandæ majeſtatis, exiſtimationis, dignitatis, honoris, & authoritatis ſuæ gratia, veterem, & tanquam per manus acceptam a patribus doctrinam, & multis nunc ſæculis in eccleſia propoſitam defendat ac tueatur, nulliſque rationibus mota vel deficiat vel eam oppugnet: nam majeſtas ipſius non minus quam alii de ſalute & conſcientia ſua ſolicita eſt, & hoc quidem eo magis, quo majorem a Deo conceſſam habet authoritatem & exiſtimationem. Inſuper perſuadere ſibi non poteſt, ſæpius nominatum electorem & alios principes conjunctos plus feciſſe & præſtitiſſe, quam majeſtas ſua fecerit & præſtiterit. Igitur a veteri Chriſtiana, perque manus tradita religione multo minus, quam ipſi diſcedere conſtituit, neque ullo modo conceſſura eſt, ut propria authoritate & pro libitu innovent, invehant ac immutent ea, quæ veteri ac Chriſtianæ conſuetudini penitus adverſantur & contraria ſunt. Eo etiam inſolentius nunc facere videntur, quo convenientiora media & tolerabiliores conditiones cæſarea majeſtas jam præſens hac in cauſa proponit & offert, quæ antea periculoſis bellis diſtenta, & gravibus diſſenſionibus diſtracta proponere non potuit.

In pertinacia obdureſcunt Lutherani.

Si igitur hæc clementiſſima cæſareæ majeſtatis voluntas, & humaniſſima propenſio locum nullum apud ipſos habuerit, atque ita mediis clementiſſime propoſitis, & actionibus tollendorum & componendorum diſſidiorum cauſa inſtitutis, nihil effectum fuerit, ac elector Saxoniæ & alii principes ad ſinum Eccleſiæ reduci ac converti non potuerint, ut cæſarea majeſtas [cum videat quanti privatim hujus rei, quanti item ſanctæ religionis Chriſtianæ, fidei, ac Eccleſiæ matris noſtrorum omnium hujuſque exiſtimationis interſit in priſtina conſuetudine & authoritate illi aſſerenda] labenti ſtatui hac in re diligenter proſpiciat, ac neceſſariam emendationem inſtituat, neque vitæ & corpori, neque facultatibus ullis parcere deſtinavit, omnipotentis Dei auxilio & de electorum principum conſilio & ſententia omnia factura, quæ his rebus convenire & idonea videbuntur. Cæſarea majeſtas etiam Pontificem maximum alioſque Reges principes & Chriſtianæ reipublicæ dynaſtas ſolicitabit, ut quanta poſſint diligentia hanc rem juvent ac promoveant: planeque ſibi promittit cæſarea majeſtas, ipſos, in hac cauſa, quod eu Chriſtianorum principum officio eſt, libentiſſime facturos eſſe. Quod vero ad concilium & hujus cauſa electori ejuſque ſociis a Cæſarea majeſtate factas promiſſiones attinet; ſignificatum illis fuit etiam cæſareæ majeſtatis animum & ſententiam immotam ſtare, ut ſi interea temporis ad mutuam fidei conciliationem & concordiam ac ſanctam Eccleſiam noſtrorum omnium matrem redeant, concilium promiſſum denuntietur. CII.

Conſultum etiam, ut antea quoque dictum cæſareæ majeſtati videtur, ut quatenus dux elector Saxoniæ ac reliqui ipſi adhærentes principes poſtulatis ſuperioribus paruerint, novitates ab ipſis tentatæ in Chriſtiana charitate clementiſſime audiantur: iſtud vero niſi hac ratio- CIII.

tione fiat & adminiſtretur, nihil amplius eſſe quod dux elector Saxoniæ & reliqui de cæſareæ majeſtatis benivolentia & clementia ſibi polliceri poſſint; ſed neceſſitatem illis allatum iri, ut a concilio citati ſe ſiſtant, compareant, & cauſam dicant, idque ſummam neceſſitatem poſtulaturam & requiſituram.

Molliter agit Carol. V. cum iis, ut reſtituant bona eccleſiaſtica.

Quantum vero ad reſtitutionem bonorum eccleſiaſticorum, quæ dux elector Saxoniæ & ejus conjuncti ſocii ad ſe tracta poſſident, attinet; de iis cæſarea majeſtas ſerio ita ſentit & judicat, cum tantum de temporalibus & evanidis hujus mundi bonis ac facultatibus agatur, & lis ſit, ac antea eu ipſis ſit auditum, quod facultates omnes ac vitam quoque ipſam pro cæſareæ majeſtatis ſalute ſint impenſuri, & in precepto divino juxta evangelium charitatem erga proximum, publicam per imperium conſtitutam pacem, leges naturales, omnemque honeſtatem & æquitatem cautum ſit & mandatum, ne quis opibus ſuis privetur ac ſpolietur, ut dux elector Saxoniæ aliique conjuncti talia ſpiritualia & eccleſiaſtica bona in integrum reſtituant, vel ſaltem Cæſareæ majeſtati tanquam ſupremo domino & Romanorum Imperatori adminiſtranda committant: quo facto cæſarea majeſtas per certos quoſdam viros ad eam rem delectos, reditus, decimas, & tributa omnia ſuo nomine exactura & reſervatura eſt ad uſque concilii futuri tempus, in quo quid de iis a cæſarea majeſtate decretum fuerit & concluſum juxta tenorem determinationis & deciſionis illius firmum ſit, & immotum.

De his omnibus hactenus enumeratis, quid ſui animi & ſententiæ ſit, ut vos electores principes, & ſacri imperii ordines viciſſim ſignificetis cæſareæ majeſtati clementiſſime poſtulat, ut quid ſibi omnibus in caſibus, qui accidere poſſunt per idonea media faciendum ſit, ſcire & perſpicere poſſit. Addatis etiam & ſubsiciatis, quæ facere in animo habeatis, & qua in re cæſareæ majeſtati opem ferre & ſubſidio eſſe velitis; & hoc vos facturos eſſe cæſarea majeſtas nullo modo dubitat. Deliberetis quoque ac perpendatis, qua ratione remedium diſſenſionibus iſtis commodiſſime parari poſſit, ſi fortaſſe dux elector Saxoniæ ac reliqui conjuncti principes finaliter in ſententia ſua permaneant ac perſeverent, nihil aliud, quam quod in ſacri Romani imperii utilitatem, ſalutem, quietem, pacem ac concordiam cedere poſſit ſuſcipiatur, ac definiatur.

CIV. Patebat edictum Wormatienſe in Lutherum & ſectatores conſcriptum juſtiſſimum & ſanctiſſimum fuiſſe, nec habendum ludibrio, quod Germaniam, ſi ad exitum perductum eſſet, immenſis cladibus liberaſſet, nec quidquam utilius vel ad cæſaream gloriam magnificentius futurum, quam ut inſtauraretur; ſed cum Cæſar bellum ſacrum in hæreticos ſuſcipere reformidaret, ne Saxo & alii in Turcarum Imperatoris clientelam Joannis Hungariæ tyranni exemplo ſe conferrent, monitum Saxonem refert Ulembergius (*a*), ne abrupta concordia abſcederet, conceptaſque nonnullas pactiones, quas principes Lutherani donec concilium œcumenicum cogeretur, ſervarent; tum præcipua earum capita recenſet, ſic inquiens: *Georgius Truccefius & cancellarius Badenſis mandato Cæſaris quaſdam concipiunt pacis conditiones uſque ad futurum concilium, quarum hæc erat ſumma. Ut articuli doctrinæ conciliati per delectos utriuſque partis ſubſcribantur; controverſi vero ab iiſdem notentur futuro concilio ſubmittendi. Ut monaſteria, in quibus nihil mutatum eſt, hactenus relinquantur in ſtatu ſuo: de cæteris vero Cæſar diſponat. Ut publicæ privatæque miſſæ peragantur more conſueto non omiſſo canone. Ut qui catholico ritu a majoribus accepto divinum cultum peragunt, iis nec impedimentum obiiciant, nec inferant moleſtias. Ad communionem quod attinet, & conjugium ſacerdotum; ut Saxo cæterique proteſtantes id ratum habeant, quod a concilio definitum fuerit, & a Cæſare comprobatum. Ut proteſtantes nihil deinceps mutent in religione, nec quemquam e ſuis aliorumve ſubditis ad opiniones ſuas & cauſæ conſortium pertrahere conentur. Demum ut & in aliis rebus omnibus una cum reliquis ordinibus Cæſari morem gerant, & obtemperent, eique cum catholicis principibus aſſiſtant, ut Anabaptiſtarum & ſacramentariorum ſectæ extirpentur.*

Trepidatum ne Lutherani Turcam evocent.

(*a*) *Ulember. in vit. Luth. c.22.*

Pacis leges uſque ad concilium.

CV. Integra eſt apud Dolgaſtum (*b*) hujus conventionis formula, ex qua patet quam indigne Cæſar fideret promiſſis eorum, qui Deo & Eccleſiæ fidem infregerant.

(*b*) *Dolgaſt. p.* 509.

De mediis concordiæ & pacis inter utramque partem uſque ad futurum concilium ſervandis, per Georgium Truchſeſium & cancellarium Badenſem doctorem Vehum propoſita in comitiis auguſtanis VIII. *ſeptembris.*

Primo, ut articuli, de quibus convenit, peculiari tractatu conſignentur, & conſcribantur. Secundo, ut articuli, de quibus vel omnino, vel aliqua tantum ex parte nondum convenit, pari diligentia conſcripti & receſſui inſerti ad futuri concilii authoritatem indeciſi reiiciantur, quod

De monaſteriis, quæ ſuperſunt.

de iis judicandi, decernendi & definiendi poteſtatem habeat. Ut autem quod proponimus commodius ſciri poſſit, quatuordecim eruditione præſtantes viros ad eam rem deligendos arbitramur. Tertio, ut monaſteriis nondum abolitis, deſtructis, ac demolitis uſitatæ cerimoniæ & regulæ ſequendæ ac abſervandæ relinquantur, neque ad uſque concilii futuri tempus aliquid ſacrorum bonorum vendatur, aut in alium uſum profanum conferatur: vacua vero monaſteria eorumque reditus ſequeſtri a cæſarea majeſtate delecti & conſtituti debita fide atque diligentia adminiſtrent uſque ad legitimum concilium, cui adminiſtrationis ſuæ rationem reddere teneantur, ſalvo tamen jurepatronatus electoribus, principibus, aliiſque collatoribus commiſſo, ac a patribus nequaquam per manus tradito ac accepto. Deinde perſonæ, quæ ordinem & profeſſionem ſuam diſeruerunt, rurſus reſtituantur, iiſque de neceſſariis vitæ ſubſidiis ad concilium uſque

Ad gratiam apoſtatarum prodita res catholica.

proſpiciatur, & opera detur ne quid ad bene beateque vivendum neceſſarium ipſis deſit. Quod ſi qui abbas aut prælatus cum ſuis fratribus ex monaſterio ejectus & in exilium pulſus reſtitui, ac in monaſterio vivere, quam exulare maluerit, ne ſcilicet aliis fratribus gravis ſit & moleſtus, qui propter ejuſmodi exules majores ſumptus ſuſtinere & facere coguntur, quominus ad ſuam profeſſionem & ordinem redeat, non prohibeatur; reditus tamen non ipſe, ſed alii ad hoc delecti interea temporis adminiſtrent ea diligentia & fide, ut monachi & moniales rerum neceſſariarum ſubſidia & adminicula ex iis habere poſſint.

CVI. De miſſis celebrandis.

Quarto, ad Miſſas quod attinet; veſtibus, cantionibus, aliiſque ceremoniis ſolitis, & hactenus uſitatis ac canone utroque lecto in poſterum etiam fiant ac celebrentur: ea vero quæ in diſputationem cadere poſſunt ad concilii authoritatem indeciſa reiiciantur, atque reſerventur. Quinto, quod ad ſacramentum altaris ſub utraque ſpecie laicis etiam exhibendum, & ſacerdotum conjugia attinet; in eo electores, principes, & cæteri in cauſa religionis his conjuncti ordines ita ſeſe gerant exhibeantque, ut conſcientiam ſalvam & puram retinere, & Cæſareæ majeſtati atque concilio, præcipue vero Deo rationem probabilem reddere & exponere poſſint: quod ſi in concilio compertum fuerit, ipſos in officio non manſiſſe, atque adeo aliquid contra conſcientiam admiſiſſe, cæſareæ majeſtatis judicio atque cenſuræ, ut obedientes principes decet, ſeſe ſubjectiſſime ſubmittere non graventur. Sexto, ne conſervandæ publicæ tranquillitatis & pacis, atque concordiæ alendæ & ſtabiliendæ gratia in iis, quæ pertinent ad fidem, religionem, & Dei cultum, ab illuſtriſſimo Saxoniæ electore & aliis in cauſa religionis conjunctis principibus atque ordinibus aliquid immutetur ſeu innovetur, donec concilium legitimum generale atque Chriſtianum hac de re deliberaverit, & certi aliquid definiverit atque conſtituerit. Septimo, ne illuſtriſſimus dux elector Saxoniæ cæterique principes atque ordines, alios, quam ſuos ſubditos in fidem, tutelam ac defenſionem ſuam recipiant. Ultimo, ut commemorati electores principes, atque ordines cum aliis electoribus principibus atque ordinibus Cæſareæ majeſtati debitam obedientiam ac reverentiam in hiſce conciliorum negotiis præſtent, quorum, ut & aliorum expreſſa fieri debet monitio.

CVII.

Propoſitis hiſce capitibus per Trucceſium & Vehum Badenſem Proteſtantibus, iterum denuo diſceptari cœptum, refert Ulembergius (*a*); ſed eventu irrito, cum hæreſiarcha Lutherus nullam cum catholicis concordiæ rationem admitti juberet. Saxone itaque abeundi veniam poſtulante, Cæſar hæc Proteſtantibus dedit mandata vigeſima tertia ſeptembris.

(*a*) *Ulember. in vit. Luth.*

Repudiata a Luthero concordia.

Caroli V. Imperatoris Auguſti decretum in cauſa religionis factum in comitiis Auguſtanis in pleno principum ſenatu, aliiſque omnibus ordinibus, & civitatum legatis præſentibus anno Domini MDXXX. die XXIII. ſeptembris.

Poſtquam cæſarea majeſtas communem conventum ordinum imperii ad diem octavum aprilis elapſum in hac urbe Auguſta indixit, ut de totius imperii & orbis Chriſtiani, ac Theutonicæ nationis negotiis & inprimis de diſſenſionibus in ſancta fide & religione Chriſtiana pie componendis agi & decerni poſſet & deberet, ac ut omnia commoda via & ſalutari ratione adminiſtrarentur; de diſſenſionibus in cauſa religionis, & Chriſtianæ fidei componendis ageretur, & in hac cauſa religionis, erroribus præteritis Chriſto condonatis, partium opiniones ac ſententiæ inter ſe in charitate lenitate ac manſuetudine mutua audirentur, coram intelligerentur & ponderarentur, ac illis, quæ utrinque ſcripturis ſecus tractata aut intellecta ſunt, ſepoſitis & correctis, res illæ ad unam ſimplicem veritatem & Chriſtianam concordiam componerentur & reducerentur, & de cætero a nobis una ſincera & vera religio coleretur & ſervaretur; ut quemadmodum ſub uno Chriſto ſumus & militamus, ita in una etiam Eccleſia Chriſtiana in unitate & concordia vivere poſſemus, ac pax & tranquillitas per omnes imperii fines in

his

his & aliis negotiis decerneretur, conſtitueretur atque conſervaretur: quarum rerum ut & aliarum omnium cæſareæ majeſtatis literæ indictionis prolixiorem faciunt mentionem.

CVIII. *In quibus comitiis cæſarea maieſtas, electores principes, & alii imperii ordines agminatim comparuerunt, hocque facto cæſarea maieſtas cum prædictis electoribus principibus, prælatis, comitibus, imperii ordinibus, & abſentium legatis omnia puncta & articulos in literis indictionis comprehenſos, precipue vero articulum de erroribus & diſſenſionibus in noſtra ſancta fide & Chriſtiana religione tollendis, & componendis diligenter tractandum ſuſcepit, ac juxta eaſdem indictionis literas unicuique, qui de erroribus fidei aliquid in medium adducere velles, nominatim vero electori Saxoniæ, Georgio marchioni Brandeburgico, Erneſto atque Franciſco fratribus & ducibus Luneburgenſibus, Philippo Haſſorum Lantgravio, Wolphango Aſcaniæ principi, & Noribergæ, Rutelingiæ, Campoduni Hailbronnæ, Winshemis & Waisleburgi civitatum legatis mandavit, ut opinionem & confeſſionem ſuam ſcripto comprehenſam offerrent, eamque oblatam, & præſentibus omnibus electoribus atque imperii ordinibus prælectam audivit: & re diu multumque deliberata, poſtea firmis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis refutavit, ac multo tam ſuo, quam reliquorum ordinum labore rem eo deduxit, ut primo quatuordecim utrinque ex principibus & aliis, deinde vero ſex perſonæ delectæ de concordia & pace conſtituenda agerent: quæ etiam multa actione & magna diligentia effecerunt, ut in quibuſdam fidei articulis cum reliquis electoribus principibus, & ſacri imperii ordinibus Proteſtantes convenirent; in quibuſdam vero a cæſarea majeſtate, & communibus ordinibus diverſum ſentirent.*

Impune coram Cæſare profeſſi hæreſim apoſtatæ.

Ut autem cæſarea maieſtas demonſtret & oſtendat quod nihil impotenter, cupide, aut pro ſua libidine gerat faciatque, & quam ſit amans publicæ pacis & tranquillitatis, præcipue per Germaniam, conſtituendæ, ſingulari quadam benignitate atque clementia electori Saxoniæ, quinque principibus & ſex civitatibus ad decimumquintum uſque diem futuri menſis aprilis deliberandi ſpatium largitur, ut interea reputent ſecum, atque ſtatuant num in iis dogmatibus, quæ reliqua ſunt, idem quod Pontifex, quod ipſe & alii electores principes & imperii ordines, ac quod univerſus denique orbis Chriſtianus, aduſque concilii tempus profiteri velint, nec ne. Interea temporis cæſarea majeſtas quoque deliberabit quid ſibi in hac cauſa agendum & ſtatuendum ſit: intra decimum vero & quintum aprilis diem elector Saxoniæ quinque principes & ſex civitates quid ſuæ mentis & ſententiæ hac de re ſit, cæſareæ majeſtati literis ſigillo ſuo ſignatis ſignificent: id quod cæſarea majeſtas etiam eſt factura.

CIX. *Imperatoria majeſtas etiam vult atque ſerio præcipit, ut interea pacem per imperium colant omnes, ne Saxo ſociique novi quid de religione ſuis in principatibus, diœceſibus, & ditionibus typis procudi, venale haberi, aut vendi patiantur, ne vel ipſi vel eorum ſubditi quemquam ad ſuam religionem, ut hactenus factum eſt, cogant, pelliciantque: ne veterem religionem ſequentes, cujuſcumque dignitatis & ordinis ſint, quominus id faciant ulla ratione prohibeant; nec denique monaſticis utriuſque generis perſonis, quominus & ſacra peragant, & delictorum audiant confeſſionem, & cœnam Domini ſuo more adminiſtrent, ullum faceſſant negotium. Ad hoc, ut prædictus Saxoniæ elector, quinque principes, ac ſex civitates cum Cæſareæ maieſtatis electoribus, principibus, ac ſacri imperii ordinibus deliberent quomodo coercendi & puniendi ſint Anabaptiſtæ, & ii, qui de cœna Domini ſecus, quam eccleſia docent, nec in hac cauſa ſe a cæſarea majeſtate aliiſque electoribus & ordinibus ſejungant aut ſegregent, ſed ſuo quoque conſilio rem juvent atque promoveant: id quod authoritate cæſareæ majeſtatis omnibus electoribus, principibus, & imperii ordinibus permiſſum, ut ſupradictum eſt, & promiſſum fuit, in tantum quantum juris, & poteſtatis ea in re quilibet habet.*

Inane decretum ne quid novent hæretici, qui tanta novarant.

Poſtremo quia multo in tempore in Eccleſia nullum generale Chriſtianum & liberum habitum eſt concilium, & vero tam in hoc ſtatu civili quam in eccleſiaſtico multi abuſus, aliaque onera irrepſerunt, quæ emendationem requirunt, cæſarea majeſtas de reformandis eccleſiis & tollendis corruptelis cum Pontifice deliberavit, ac de conſilio omnium electorum, principum, atque ordinum in comitiis Auguſtanis congregatorum decrevit, apud prædictum Pontificem Chriſtianos Reges, & alios dynaſtas operam dare, ut generale & liberum concilium intra ſemeſtre tempus poſt finem comitiorum in loco idoneo denuntietur, & intra annum ſpatium poſt datas indictionis literas inchoetur indubitata ſpe illud unicum fore remedium, per quod Chriſtianæ ſocietati tam in eccleſiaſticis & ſpiritualibus, quam in politicis & civilibus negotiis publica pax atque tranquillitas reſtitui & conſervari poſſit.

Poſtulat concilium Cæſar, qui concilia ſperni turpiter patitur.

Reſpuit hoc edictum cæſareum Saxo, CX.

ut

Digitized by Google

(a) Cocl. in actis & ſcriptis Luth.

Spreta a Lutheranis Caroli V. edicta.

ut Coclæus memorat ; ait (a) enim : *Cæſar diſceſſuris Lutheranis certos propoſuit articulos in publico receſſu, nempe ut intra quintumdecimum diem aprilis proxime futuri darent ſigillatim reſponſum, an per omnia cum ſua majeſtate, & cum aliis principibus ſtatibuſque catholicis in fide convenire velint, necne. Item interea temporis nihil novi in cauſa fidei ſinerent in terris ſuis edi, aut vænundari. Item ut aliorum ſubditos non allicerent (ſicut hactenus factum fuerat) ad ſuam ſectam, nec ab antiqua fide abducerent : & ſi qui adhuc eſſent in terris eorum, qui fidem tenerent catholicam, ne cogerent eos in ſectam ſuam, neque ab antiquis ritibus arcerent. Item ut adverſus Zuinglianos & Anabaptiſtas cum catholicis convenirent ad conſulendum quid contra eos agendum ſit. Verum illi ejuſmodi articulos recipere noluerunt.*

CXI. Fallax eorum prætextus.

Prætexuerunt flagitio hunc excuſationis fucum quod ſibi chara eſſet animæ ſalus, quod doctrina ipſorum pia eſſet, ac religione prohiberentur a reſtituendis eccleſiaſticis opibus, quas ipſi rapuerant ; ejuſmodi ſiquidem latrocinii illecebra Lutherus avaros & ſacrilegos in hæreſim induxerat : quorum impoſturas Cæſar hoc reſponſo per Joachimum principem electorem Brandeburgenſem refregit (b).

(b) Apud Dolgaſt. to. 1. pag. 510.

Caroli V. Imperatoris Auguſti ſententia pro decreto religionis recipiendo principibus atque ordinibus proteſtantibus data per electorem Brandeburgicum XXIV. *ſeptembris.*

Novum & inane decretum cæſareum.

Quod adeo confidenter affirmant ſuam doctrinam eſſe piam atque ſinceram, cæſaream majeſtatem non ſatis mirari poſſe, cum non ſolum confutata jam ſit authoritate ſcripturæ, verum etiam ſuperioribus omnibus conciliis, & ante multam ætatem condemnata. II. Eo magis etiam mirari, quod ſibi reliquiſque principibus errorem & falſam religionem attribuant ; etenim ſi vera ſint, quæ dicant, jam & ſuos & reliquorum etiam principum ipſiuſmet Saxonis parentes atque majores, qui religionem illam ſervarint & propagarint, habendos eſſe pro hæreticis : itaque perſuaderi ſibi non poſſe, nec etiam fateri ſe quod dicant, ipſorum videlicet doctrinam inſiſtere teſtimonio verbi divini. III. Cum autem ſingulari quadam clementia ſtudioque pacis decretum juſſerit ad hunc modum conſcribi, eoque plus æquo ſeſe demiſerit, idcirco poſtulare, ut ſicut reliqui principes, ita ipſi quoque illud recipiant, & ſecum perpendant quantis malis occaſionem ſint præbituri, niſi faciant : cujus quidem rei culpam Deo ſint aliquando reddituri. IV. Nullis etiam ſcriptis hoc eſſe proditum, ut ſpoliare quem liceat & poſtea ſic excuſare, quaſi fas non ſit eum, qui damno eſt affectus, reſtituere. V. Quod ad ſcriptum attinet oppoſitum confutationi ; jam antea demonſtraſſe, nullam ſe diſputationem ampliorem religionis velle permittere ; quandoquidem hoc neque liceat, neque ſui ſit officii ; hac nimirum de cauſa illud repudiaſſe. VI. Niſi enim decretum hoc admittant, & ratum habeant, capiendum ſibi eſſe conſilium en tempore, & faciendum in eo, quod ſuam perſonam atque munus deceat.

Illuſtrem adeo veritatem Proteſtantes mendaciis & fraudibus obſcurare niſi ſunt: ad quos per eundem principem Joachimum iterum eſt reſponſum (c). CXII.

(c) Apud Dolgaſt. to. 1. pag. 510.

Ejuſdem repetita ſententia ad principum atque civitatum Proteſtantium replicationem per eundem electorem Brandeburgicum propoſita.

Defenſa verbis inanibus Chriſti cauſa adverſus latrones.

Sacra cæſarea majeſtas poſt multam deliberationem vobis reſpondet, non ſe fateri, neque credere, quod de ſua religione jactant, ſe quoque de ſua ſalute & conſcientia ſolicitum eſſe, & a veteri perque manus tradita religione multo minus quam ipſi diſceſſurum. II. In decreto autem jam facto nihil poſſe mutari ; ſiquidem illud admittunt recte : ſin minus cauſam ſibi præberi, ut cum reliquis aliud faciat decretum, & rationem ineat, quemadmodum & hæ ſectæ nuper natæ funditus extirpentur, & pax Germaniæ concilietur, & vetus Eccleſiæ religio, fides, atque ritus valeant : quæ quidem res ad ſuam curam officiumque prope pertineat ; niſi enim obtemperent, nuntiaturum ſe omnia Pontifici maximo, cæteriſque Regibus, & illorum in ea re uſurum eſſe tum conſilio tum adjumento. III. Ad illud, quod nemini ſe dediſſe cauſam offenſionis dicant, non eſſe nihil, quod obiici poſſit ; nam ipſorum eccleſiæ miniſtros magnum attuliſſe momentum ad ſeditionem atque bellum illud horribile ruſticorum, quo prope ad centum hominum millia perierint, & in Pontificis, atque ſui & reliquorum ordinum contumeliam, ludibrium, atque contemptum multa per ipſorum fines atque ditionem eſſe facta : non igitur ipſos tam vacare culpa quam præſeferant. IV. Principes etiam atque ordines nulla privata cupiditate, verum ex officio ſuam operam ſibi devoviſſe, præſertim cum ipſi nullam concordiæ viam admittant ; quam autem hæc defectio ſit honeſta, quamque deceat iſtos, qui decretum Vormatienſe laudarunt olim & approbarunt, non eſſe obſcurum. V. Poſtremo velle etiam atque mandare, ut abbates, monachos, & alios ordinis eccleſiaſtici,

ſtici, quos ejecerint, in integrum reſtituant; nam audire ſe quotidianos illorum gemitus, & de reſtitutione quotidie ſolicitari.

CXIII. Porro de hac Joachimi principis Brandeburgenſis oratione ad proteſtantes principes habita meminit Ulegibergius hiſce verbis (a): *Cæſar perpetuis tergiverſationibus offenſus, in diem ſequentem deliberandum cenſuit: fuit is* XXIII. *ſeptembris, quo die Joachimus Brandeburgicus elector in conſeſſu principum ad ea, quæ pridie nomine proteſtantium propoſita fuerant, in hanc fere ſententiam reſpondit: Cæſarem mirari vehementer quod machinationes ſuas ad Deum velut authorem referant, & doctrinam, quam profiteantur, ſacrarum literarum fundamentis niſi tam confidenter aſſerant; cum non modo pridem manifeſtis ſcripturæ teſtimoniis confutata ſit, ſed & per concilia ſuperiorum temporum hæreſeos, atque impietatis damnata, ut ipſi nunc reſuſcitare videantur errores priſtinos, quos ſuperioribus ſæculis orthodoxi patres anathemate notatos ad inferos detruſerunt: mirum porro Cæſari non injuria videri & illud, quod quam ipſe Cæſar, tum electores & principes catholici a majoribus acceptam profiteantur religionem, eam ipſi proteſtantes erroris, falſitatis, & hæreſeos inſimulent: quod ſi talis illa ſit, negari non poſſe, quin Cæſaris electorum & principum, adeoque ipſius Saxonis laudatiſſimi parentes ac majores, in univerſum omnes, qui veram hanc orthodoxam, & in Dei verbo fundatam religionem, profeſſi ſunt, eamque ad poſteros propagarunt, pro hæreticis habendi veniant, quod cum abſurdum ſit & impium, Cæſarem concedere uulle mode poſſe, ut electoris & ſociorum uova fidei confeſſio in contumeliam avitæ religionis, evangelicæ doctrinæ fundamentis niti dicatur: hortari, vero, adeoque poſtulare Cæſarem, ut decretum hoc, quod magno pacis ac tranquillitatis ſtudio in hunc modum confici mandarit, una cum reliquis ordinibus ſuſcipiant comprobentque: quod ſi difficiles ea in re ſe præbeant, reputent apud animos ſuos quanta malorum ſeges ex eo proventura ſit, quot naſcitura incommoda, de quibus electori Saxoniæ ejuſque ſociis ad tribunal ſupremi judicis ratio ſit aliquando reddenda; jam vero nullo ſcripturæ, vel evangelii teſtimonio probari poſſe, quod aliena per injuriam rapere liceat violenta manu, & poſtea cauſari conſcientiam, cum reſtitutio poſtulatur: quod porro ad reſponſionem ipſorum vel apologiam ſpectet; potuiſſe eos iſti labori parcere, cum Cæſar ab initio proteſtatus ſit, ſe diſceptationem de dogmatibus fidei contra leges non ingreſſurum, ideoque ſcriptum illud non immerito fuiſſe repudiatum: multum ipſorum intereſſe privatim, immo & reipublicæ & imperii totius, ut ratum habeant decretum, & Cæſari tandem obtemperent: quod ſi faciant, id pergratum Cæſari & reliquis principibus futurum; ſin vero pergant uti cœperint tergiverſari, electores principes & ordines catholicos in hac cauſa Cæſari non defuturos; quin una cum ipſo pro religione catholica quam a piis majoribus per manus traditam acceperint, ſeipſos, corpus, fortunas, adeoque vitam & ſanguinem impendant: quemadmodum & Cæſar ipſe viciſſim promiſerit, ſe quidquid habeat virium & potentiæ collaturum in hanc cauſam, & jam quidem ex imperii finibus non diſceſſurum, priuſquam pacem & concordiam Germaniæ reſtitutam videat.*

(a) *Ulemb. c.* 2.

Prætenſa a Lutheranis ſceleri divinæ gloriæ ſpecies.

Moniti ſerio quantum admittant flagitium.

CXIV. Non his & aliis permoveri potuiſſe Lutheranos, ut priſtinam & avitam religionem ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus exceptam Lutheri figmentis anteferrent, narrat idem Ulembergius, quam infelicium novatorum cœcitatem pervicaciamque egregie deſcribit Surius (b): *Tandem*, inquit, *poſt multos labores nullus fructus conſequutus eſt. Cæſar quidem nihil reliquit intentatum, ſed omnia fruſtra, quod jam plane decreviſſent proteſtantes in eo permanere evangelio quod a Luthero apoſtata monacho didiciſſent: & licet id ad certiſſimam Germaniæ perniciem ſpectare videretur, illi tamen ſic erant animati, ut patriæ & imperii extremam calamitatem perpeti mallent, quam cum Cæſare & catholicis principibus, qui certe longe illos & numero & dignitate ſuperabant, redire in religionis antiquæ concordiam. Fuit hoc quidem longe acerbiſſimum omnibus, quibus Germaniæ immo totius Eccleſiæ jam jamque ni Deus averteret perituræ ſuprema clades & interitus dolebat: ſed oportebat tamen omnia æquo ferre animo, & tacite conſiderare atque admirari, & timere occulta quidem, ſed vera & juſta judicia Dei, cujus admodum extimeſcenda, licet juſta ira & ſevera, animadverſione fiebat, ut plus tribueretur viliſſimi apoſtatæ maleſanæ doctrinæ, quam totius Eccleſiæ catholicæ ſententiæ & authoritati.*

Non his & aliis permoti Lutherani.

(b) *Sur. in comm. hoc ann.*

Diſſolutus ſine ullo fructu conventus.

Sententia Lutheri apoſtatæ antelata eccleſiæ auctoritati.

CXV. Qualis porro & quantus foret Lutherus, ad cujus dicta deberent miſeri religionem mutare, demonſtrat quoque Joannes Faber, qui una cum aliis fortiſſimis fidei athletis confutandæ Melanctonis confeſſioni Auguſtanæ operam dederat: ut enim principes Lutheranos evinceret, nullam eſſe fidem Lutheri doctrinæ adhibendam, doctrinamque Eccleſiæ,

quæ

quæ errare non poteſt, amplectendam doceret, luculento libro Lutheri dicta oppoſuit ſibi invicem adverſantia, ac Lutheranam doctrinam ab ipſo Luthero damnari oſtendit: cui operi egtegio hanc Ferdinando inſcriptam epiſtolam (a) præfixit.

(a) Ext. in opuſc. Joan. Fabri epiſ. Viennen. præmiſſa antilogiis Lutheri.

Sereniſſimo ac potentiſſimo domino domino Ferdinando Hungariæ atque Bohemiæ Regi, archiduci Auſtriæ, &c. Joannes Fabri doctor ſalutem & omne bonum a Deo optimo maximo exoptat.

Summa Lutheri in cudendis dogmatibus inconſtantia.

Sereniſſime Rex. Quicumque in Lutherum hactenus unquam ſcripſerunt, omnes doctrinæ conſtantiam in eo deſideraverunt, immo ejus inconſtantiam reprehenderunt, quam & cæſarea majeſtas in ſuo adverſus eum edicto Wormatienſi clariſſimis verbis deteſtatur & exprobrat. Quoties vero interim per annos novem in libris ſermonibuſque ſuis adeo multis variiſque argumentis ſententiam mutaverit, quis enarret? Viſus eſt itaque nonnullis biceps, quibuſdam triceps, immo & ſepticeps, in multis recte convictus eſt argumentis: nuſquam enim firmiter in ullo propoſito perſtat, ſed varius ubique & mutabilis, ut fœmina ſemper, de quo rectiſſime intelligitur illud Jacobi: Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. *Nos igitur ex innumeris ipſius contradictionibus aliquot locos in compendium redegimus quoddam regiæ majeſtati tuæ ſuppliciter offerendum, ex quo facillime ſit Lutherum Luthero redarguere, profligare, conficere, damnare. Speramus itaque eos principes proceresque & ſtatus imperii, qui hactenus illius doctrinam plus æquo laudaverunt, & amplexi mitiores erga Lutheri adverſarios futuros eſſe, ubi viderint, neminem Luthero adverſari magis aut manifeſtius, quam Lutherum ipſum. Ut tandem admonitione clementi Eccleſiam potius, quæ nec errare nec ſibi ipſi contradictoria eſſe poteſt, nobiſcum unanimiter ſequantur, & defendant, quam Lutherum, qui ſeipſum, a ſeipſo ſibimet contradicente, defendere non poteſt: vir & lingua & calamo varius, ſenſuque duplex & diviſus, non modo contra Eccleſiam & ſanctos patres; verum etiam contra complices defenſoreſque ſuos, & contra ſeipſum maxime & in primis, ut nulli juſtius quam illi dictum videatur:* De ore tuo te judico ſerve nequam: *&*: Ex verbis tuis juſtificaberis & condemnaberis. *Bene valeas ſereniſſime Rex. Dat. Auguſtæ v. ſeptembris an. MDXXX.*

CXVI. Ubi prolixa inductione ſecum pugnantia Lutherum effudiſſe, omnique fide indignum demonſtravit, ſuum opus addita hac admonitione concluſit: *Jam deſine amplius mirari catholice lector, quod Lutheranum vulgus tam varium ſit, vanum & nuſquam ſibi conſtans adeo, ut ſi ſexcentos des Lutheranos, totidem apud eos invenias in fide ſectas, nihil inquam miri hoc eſt; probe enim ita ſequitur magiſtrum & doctorem ſuum Lutherum, cujus inæqualis & monſtroſa varietas facile quodvis indicum ſuperat monſtrum; qualis ergo magiſter tales ſunt ſcholares, & qualis doctor tales diſcipuli: nec mirum; ſola enim catholica eccleſia vera hæc & ſolida baſis eſt, a qua ſi vel unguem latum receſſeris, facile in devia mille deflectes, &c.*

Hæc in Auguſtanis conventibus edebat Faber: ex quibus Lutheri malitia, impietas, ſtultitia, blaſphemia, atheiſmus, inconſtantia, fraus, in Lutheranorum oculis defigebatur; illi tamen huic monſtro tam vario ita adhæſere, ut ex ejus imperiis omnia gererent, quemadmodum refert Ulembergius (b): *Quamquam*, inquit, *Lutherus Auguſtam non veniſſet, cauſa tamen hæc religionis, quæ iſtic agitata eſt, non tam principum erat confeſſionem offerentium, quam ipſius Lutheri, qui cum ad comitia accedere non auderet, alios ſubmiſit erroribus ſuis imbutos, per quos abſens fabulam hanc in Auguſtano theatro perageret; atque hi velut ex præſcripto fecerunt omnia, nec quidquam ullis de rebus ſtatuerunt, quod non prius eſſet Lutheri calculo probatum, ut Cæſar & catholici principes re vera non cum Saxone, cum principibus illis conjunctis, cum Melanctone, Brentio, cæteriſque Lutherani conſiſtorii ſynedris, ſed cum uno Luthero agere viderentur.*

(b) Ulember. in vit. Luth. c. 62.

Convolarant quoque ad Auguſtanos conventus Zuingliani, ac Bucero interprete promoventeque Haſſiæ Lantgravio, cum proteſtantibus dogmatum concordiam fruſtra facere pertentarunt, ut pluribus enarrat Ulembergius (c); qui etiam tradit, Lutherum Coburgi dum agebantur Auguſtani conventus ethnicorum more ex nubium figura, ex avium cantu & volatu, haruſpicinam feciſſe, atque ex veſpertilionis confixo corde, Buceri pro Zuinglianorum concordia cum Lutheranis adventum irritum præſenſiſſe: quinetiam prodidit ipſe Sleidanus Lutheranos principes profeſſos, nil ſibi cum Zuinglianis commune eſſe, ut refert Surius (d): *Addit Sleidanus, Lutheranos principes id quoque hoc tempore Auguſtæ dixiſſe Cæſari, nihil ſibi commune eſſe cum ſectis, ſe neminem ad ſuam doctrinam velle adigere, ſe Anabaptiſtas & eos, qui ſacramentum altaris contemnunt, Zuinglianos intelligunt, ſuos intra fines nunquam toleraſſe. Hoc quidem illi faciebant*

(c) Ulember. in vita Luth.

(d) Surius in comm. hoc ann.

Proteſtantes Zuinglianos deteſtantur.

au-

authore Luthero, qui ſacramentarios atrociter proſcindebat, licet nihilo illis melior. Dicat nunc igitur Sleidanus, qui nobis tantopere commendat Lutherum, quod Lutherus ſacramentarios hoſtiliter perſequebatur, ex verbo Dei id fecit, an vero minime? Si ex verbo Dei, cur non intelligit ſe fœdiſſimo in errore verſari, rectèque hæreticum dici etiam ab ipſo Luthero; ſin minus, cur non video quam nihil fidendum illi ſit, qui in re tanti ponderis tam turpiter ſit hallucinatus, præſertim cum ille teſtetur ſe certum eſſe doctrinam ſuam non ſuam eſſe ſed Chriſti: ſed valeat homo ineptus.

Sleidanus Lutherum colit a quo damnatur.

CXVII. Pluribus interjectis addit Surius, ut hoc ipſo anno iterum Zuingliani & Lutherani contrariis ſcriptis inter ſeſe pugnarint: *Jam*, inquit, *ſupra diximus Marpurgi fuiſſe conventum Lutheranorum & Zuinglianorum concionatorum: ibi cum non poſſet certa pax conſiſtere, tamen decretum erat, ut a ſcriptis aliorum in alios abſtineretur, ne ſcilicet catholici magis ac magis carpere pergerent eorum mutua odia & atrociſſimas digladiationes: ſed ecce hoc ipſo anno Philippus Melancton, ut Lutheranorum contra Zuinglianos ſententiam tueretur, veterum aliquot ſcriptorum ſententias de cœna Domini collegit, & evulgavit. Non tulit hoc æquo animo Œcolampadius ſacramentarius, edidit dialogum quo oſtendit ſuo more quid de Euchariſtia veteres tum Græci tum Latini ſenſerint, atque Philippum patrum mentem non ſatis perſpexiſſe, ſed filios contra matrem armare voluiſſe: adeo non potuerunt ſibi temperare, quin contra quam Marpurgi conventum erat, mutuo ſe infeſtarent. At re vera neque Philippus neque Œcolampadius patrum ſententias bona fide citavit, ſed ad ſuas pravas opiniones pro ſe quiſque detorſit, cum ſit longe certiſſimum, patres omnes de Euchariſtia id ſenſiſſe & docuiſſe, quod hodieque & ſentit & docet catholica Chriſti Eccleſia. Facile autem potuerunt iſti verſuti homines indoctæ plebeculæ perſuadere patres veteres ab ipſis ſtare, quod non eſſent neſcii vulgum patrum libros neque legiſſe, neque vel legere, vel intelligere poſſe. Eſt autem mirum, ab iſtis citari patres qui patres in univerſum omnes facile contemnant, ubicumque eis collibitum ſit: ſed habet ea res fucum quemdam ad incautum lectorem, ut & multa legiſſe videantur, & ſuæ doctrinæ habere approbatores veteres; ſed faceſſant cum ſuis calumniis in illos ſanctiſſimos patres qui ſi hodie viverent omnibus ingenii, doctrinæ, eloquentiæ viribus iſtos calumniatores oppugnarent.*

Melanctonis Œcolampadii digladiatio.

Citant hæretici Patres a quibus damnantur.

CXVIII. Cum autem utraque factio deliria ſua variis artibus conciliare fruſtra ſtuduiſſet, pari quidem in catholicos odio, ſed non dogmatum profeſſione conſenſit. Itaque Zuingliani poſt Lutheranos diſcrepantem ſuæ confeſſionis formulam Cæſari obtulerunt. *Auguſtæ*, inquit Coclæus (a): *poſt Lutheranos aliam fidei confeſſionem exhibuerunt Cæſari oratores quatuor civitatum imperialium Argentinenſis, Conſtantienſis, Memmingenſis, & Lindavienſis, qui ſectam ſequebantur Zuinglii. Quamvis vero catholicis exoſa eſſet ea ſecta, maxime quod negabant veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, miſſamque prorſus abolebant, & demoliebantur altaria, ciboria imagines ſacras, & alia eccleſiarum ornamenta; juxta tenorem tamen edicti citatorii conceſſa eſt illis publica audientia: in qua coram omnibus imperii ſtatibus recitata eſt eorum confeſſio adeo ſane aſtute comptis verbis adornata, ut ſimplicioribus velut per omnia probabilis facile imponere poſſet, adeo bene fucatam habebat ſpeciem pietatis, quam Cæſar per eoſdem theologos, qui Lutheranam confutaverant confeſſionem, confutari juſſit: quorum confutatio publice itidem recitata eſt. Cæſar itaque ſerio ab illis petiit, ut dimiſſis erroribus cum majeſtate ſua atque cum aliis imperii principibus ac ſtatibus in fide & religione conſentirent.* Extat ea de re imperiale reſcriptum apud Dolgaſtum (b) his conceptum verbis.

(a) Cocl. in actis & ſcript. Luth.

Sacramentariorum hæreſes.

Confutatæ.

Caroli V. Imperatoris Auguſti ſententia de confeſſione Suevica in ordinum conſeſſu data Argentinenſium & ſociorum, nempe Conſtantienſium, & Lindavienſium, *legatis* XVII. *octobris.*

(b) Dolgaſt. pag. 510.

CXIX. *Quandoquidem in religione diverſam a reliquis omnibus opinionem profiteantur, & graviſſimum illum errorem de ſacramento Euchariſtiæ probent, ſtatuas etiam e templis ejecerint, & miſſam abrogarint, & collegia Cæſarum atque Regum liberalitate olim conſtructa ſubverterint, & varias quoque ſectas foveant, inque vulgus per Germaniam diſſeminent editis libellis, qui paſſim circumferuntur: idcirco ab ipſis denuo ſe poſtulare, ut ad ſanitatem redeant, & priſcam religionem recipiant, alioquin non ſe prætermiſſurum eſſe, quod ſui muneris ratio poſtulet. Ad hæc Zuingliani*, inquit Coclæus (c), *reſpondebant ſe ad hæc non habere mandatum aut commiſſionem a ſuis civitatibus; petebant autem exemplar confutationis, ut ſuis exhibere poſſint; quod Cæſar juſtis rationibus denegavit, quamvis vellet permittere, ut eis bis aut ter aut ſæpius recitaretur, ſi audire velint.* De quo editum decretum affert Dolgaſtus (d). Eadem repetita ſententia die XX. octobris: *Exemplum confutationis*, nempe qua Faber & Echius con-

Interrogati Zuingliani an vellent damnare errorem.

(c) Cocl. in actis & ſcript. Luth.

(d) Dolgaſt. pag. 510.

feſſionem Argentinenſem, ſive Suevicam, cujus Bucerus author, confutaverant, *ipſis dari non poſſe; nam & Saxoniæ principi gravibus de cauſis hoc denegatum*, ſcilicet exemplum confutationis confeſſionis Auguſtanæ proteſtantium, *& omnem de fide diſputationem eſſe prohibitam: ſi vero conciliationi ſtudeant, & cum Eccleſia redire velint in gratiam, non recuſare quominus repetatur ſemel atque iterum confutationis recitatio; mandare autem, ut idem doctrinæ genus, quod reliqui omnes principes atque ordines profiteantur, & adverſus Turcas auxilia conferant; niſi enim a ſua protervia deſiſtant, acturum ſe de conſilio Pontificis & aliorum Regum, ut ſe deceat.*

CXX. (a) Cocl. ubi ſup.

Flecti eos non potuiſſe a Cæſare refert Coclæus (a): *Illi*, inquit, *pertinaces in opinione ſua perſtiterunt*. De quibus hæc addit Surius: *Illi in ſua ſententia perſtitere, neque catholicis neque Lutheranis per omnia ſubſcribere volentes, quia videbantur ſibi rectius ſapere, & plus aliquid vidiſſe in ſcripturis, quam vel catholici vel Lutherus ipſe cum ſua cohorte vidiſſet. Et id quidem temporis Argentinenſes Zuinglii partes ſequebantur, quos Lutherus prorſus execrabatur: ac Bucero poſtmodum a Zuinglianis ad Lutherum inclinante, eo tandem res rediit, ut qui hodie Argentinæ concionantur Lutheri de Euchariſtia doctrinam propugnent, & quidem acri contentione contra Calvinianos & Zuinglianos: itaque aut illi omnes perierunt qui in illa urbe prius Zuinglium ſecuti ſunt, aut certe eos perire neceſſe eſt, qui illic hodie cum Luthero ſentiunt. En in hujuſmodi labyrinthos incidimus, cum nos ab Eccleſia catholica ſeparamus.*

Argentinenſes a Zuinglio ad Lutherum dilapſi.

CXXI. Lantgravius Haſſiæ percuſſit fœdus cum hæret. in Cæſarem.

Cæterum ab Haſſiæ Lantgravio, cum Zuinglianis Helvetiis adverſus Cæſarem ſi Eccleſiam catholicam armis tuendam ſuſciperet, fœdus percuſſum fuerat menſe ſeptembri, ut tradit idem author: *Langravius*, inquit, *ut ſibi rebuſque ſuis conſuleret videbat enim Cæſarem non æquo animo ferre, jam olim damnatas in religione novationes, quas Lutherani & Zuingliani ceu evangelicas amplectebantur male perſuaſi a quibuſdam turbulentis hominibus cum Tigurinis, Argentinenſibus & Baſileenſibus, qui Zuinglium a Luthero ipſo damnatum ſequebantur, in ſex annos fœdus percuſſit, ut ſi qua vis ab Imperatore aut catholicis religionis nomine inferretur, mutuis ſe auxiliis tuerentur:* factum eſt hoc menſe ſeptembri: *Conſtantienſes & cæteri in Helvetiis novis dogmatibus addicti jam antea erant fœderati eandem ob cauſam: hoc autem fœdus Chriſtiana ab illis civitas dicebatur; ſed hujus civitatis nemo cupiet eſſe civis, qui nolis excludi a civitate Dei. Ejuſmodi pigmentis norant dogmatiſtæ ſectarii fucare molitiones ſuas.* Cum ita novatores, prætermiſſis de ſacramento altaris controverſiis adverſus catholicos ſe mutuo armorum præſidio muniviſſent, de Carolo V. queſti ſunt novembris die undecima, quod una cum catholicis adverſus ipſos arma pararet: quibus hoc ab ipſo reſponſum redditum eſt (b).

Queruntur hæretici a Cæſare bellum parari.

(b) Ext. apud Dolgeſt. to. 1. p. 511.

CXXII.

Caroli V. Imperatoris Auguſti reſcriptum.

Ad proteſtantium principum atque ordinum articulos de pace publica cæſareæ majeſtati exhibitos die Martini, qui fuit novembris in palatio Imperatoris per Alexandrum Schurffium cæſareæ majeſtatis ſecretarium, Friderico Palatino, domino Balthaſaro epiſcopo Conſtantienſi, & domino Joanne Reunero præſentibus recitatum. Ad 1. articulum, in quo Imperatorem publica pace & facto decreto, ſicut olim piæ memoriæ Cæſarem Maximilianum comprehendi debere perperam ſtatuerent, majeſtatem ejus reſpondere, publicam pacem in qua & ipſe comprehendatur, per imperium in comitiis Wormatienſibus conſtitutam & confirmatam, nondum eſſe abolitam, aut irritam, ſed ſuum vigorem & ſubſtantiam etiamnum habere; igitur minime videri neceſſariam de nova pace conſtituenda novas inſtituere & ſuſcipere actiones, nec nunc temporis de alia pace actum eſſe; ſed majeſtatem ſuam omnibus imperii ordinibus præcepiſſe, ut publicam pacem & concordiam, quam hoc decretum & mandatum præcipue ſpectet præcipiatque, omnes interea colerent, nec quiſquam contra faceret: igitur non eſſe quod majeſtas ſua ſibi ipſi pacem præcipiat, aut in decreto facto comprehendatur.

Cæſareum ad eos reſponſum.

Ad alterum articulum in quo poſtularent, ne in cauſas ad religionem ſpectantes pertraherentur, nec ſi minus eas obſervarent fiſco permitteretur adverſum ipſos actio, cæſaream majeſtatem reſpondere ipſos, neque in illa religionis cauſa comprehendi, neque in eam pertrahi his de cauſis, quod articulus quidem in ea comprehenſus claris ac perſpicuis verbis dicat & affirmet ipſos decretum de religione factum declinare & repudiare. Igitur cæſaream majeſtatem, excluſis ipſis, utpote decretum declinantibus & rejicientibus, cum aliis electoribus principibus, atque imperii ordinibus feciſſe pactum, non quidem offendendi, ſed muniendi ſui cauſa, ſi qua forte vis intentabitur iis, qui una ſecum eandem profitentur religionem, idque tantum defenſive & non offenſive a

Cæ-

cæſarea majeſtate factam eſſe: quod autem petant ne fiſco liceat adverſum ſe experiri, non eſſe æquum; hoc enim propric ad majeſtatis ſuæ pertinere munus, ut jus omnibus adminiſtretur, ideoque nolle ſibi quidquam in eo præſcribi, vel derogari.

CXXIII. De tuenda religione decernere molitur Cæſar. (a) Ext. apud Dolgaſt. tom. 30. pag. 514.

Dum Cæſar reliquas civitates & principes pro aſſerenda orthodoxa religione fœdere jungere annititur, ac decretum de ea re edere molitur, nonnulli populi, quibus intermiſti erant hæretici, illud accipere cunctati ſunt, de quibus apud Dolgaſtum in margine hæc leguntur (a): *Decretum religionis cum pleræque omnes civitates approbaſſent, ſoli Augaſtani, Ulmenſes, Fraukfordiani, & Hallenſes deliberandi & ad ſuos referendi tempus petierunt.* Verebantur ſcilicet harum urbium optimates multitudinis impetum, contra quam Cæſar ipſos armorum vi ſe defenſurum hoc reſcripto pollicitus eſt.

Nonnulli magiſtratus urbium non aſſentiunt.

Senatui Auguſtano, &c.

Increpiti quod detrectent decreto in cauſa religionis.

Romanorum Imperator dominus noſter clementiſſimus etiamnum poſtulat, præcipit, & mandat, ut re bene probeque deliberata decretam in religionis cauſa factum admittatis & approbetis, cum & Hiſpanicum ante hoc tempus admiſeritis; & hoc decretum antiquæ religioni & Chriſtianæ fidei conſeneaneum eſſe, multis ſacræ Scripturæ teſtimoniis probari & planam fieri poſſit, quod & majores veſtri ratum habuerunt & probarunt, præſertim cum ad futuri liberi & œcumenici concilii judicium & authoritatem ſeſe referat. Igitur invictiſſimus Romanorum Imperator denuo ſevera præcipit & mandat, ut decretum admittatis, nec a majeſtate ipſius domini noſtri legitimi vos ſejungatis: Imperator enim Chriſtianiſſimus, dominus noſter clementiſſimus de animæ ſuæ ſalute non minus quam alii eſt ſolicitus, & conſcientiam quoque habet, quam puram & bonam retinere cupiens a recta veritatis via illibenter certe declinaret, & aberraret, multo minus ſciens alios in errorem induceret. Si vero hanc prætenderitis cauſam, vos quidem decretum libenter admittere & ratum habere velle, niſi a civibus & ſubditis veſtris id facere prohiberemini, tum Cæſarea majeſtas bona fide promittit, ſe patrocinio & authoritate ſua vobis adfuturam, & operam ſummam daturam eſſe, ne vulgus proterve tumultuans principatum obtineat; id quod etiam in ruſticana ſeditione prohibuit & avertit: nam Romanorum Imperator dominus noſter clementiſſimus facile conjicit & intelligit, fore ut ejuſmodi ſeditionis periculum in vos præcipue opinione virtutis & juſtitiæ celebres, & opum multitudine affluentes redundet ac convaleſcat.

Igitur majeſtas ipſius plane ſibi perſuadet, ſi vos exemplo veſtro præceſſeritis, & illius cauſæ, cui favere & patrocinari videmini, ſuſpicione vos exolveritis, facile cives in officio retineri & adigi poſſe, ne ſe a cæſarea majeſtate & ſenatu ſegregent atque ſejungant, ſed præeuntium veſtigiis inſiſtant & inhæreant: quod ſi poſt hanc clementiſſimi Imperatoris admonitionem proterve & contumaciter facere perrexeritis, nec majeſtati ipſius morem gerere, & decretum admittere volueritis, futurum eſt ut hujus rei culpam omnem vobis adſcribat, eu quorum officio eſt ſubditos rebelles, inobedientes, & ſeditioſos punire & compeſcere, ſicut in tumultu ruſticano factum eſſe meminimus, &c. Actum die ſabbato poſt Martini, quæ fuit XIII. *novembris anno MDXXX.*

Lapſis aliquot diebus pro retinenda vera & catholica religione communi principum & ordinum catholicorum conſenſu, nimirum Caroli V. & Ferdinandi Regis, quinque electorum, triginta principum laicorum, viginti trium abbatum, viginti duorum comitum, pluriumque procerum, ac multarum civitatum imperialium & liberarum, quæ oratores miſerant, conſenſu decretum (b) promulgatum eſt; cujus argumentum Ulembergius refert, quodque hiſce verbis conceptum fuit. CXXIV.

(b) MS. arch. Vat. ſign. lit. I. p. 193.

Receſſus dictæ Auguſtenſis MDXXX.

Nos Carolus V. Dei gratia electus Romanorum Imperator fatemur & notificamus univerſis. Quamvis in primo conventu imperiali per nos Wormatiæ celebrato antequam ex imperio diſcederemus [quod propter bella nobis imminentia ad conſervandum regna & dominia noſtra, prout omnibus notum eſt, ſumma neceſſitate facere cogebamur] maturo conſilio cum conſcientia & voluntate noſtrorum, & ſacri imperii electorum, & aliorum principum & ſtatuum, ut ſervaremus noſtram ſanctam Chriſtianam fidem, pacem, & juſtitiam in imperio bonas ordinationes ad honorem, commodum, utilitatem, & augmentum Germanicæ nationis erexerimus; nihilominus hactenus per aliquod tempus cum maxima animi noſtri perturbatione percepimus quemadmodum contra cæſareum noſtrum edictum Wormatiæ editum controverſia ſanctæ Chriſtianæ fidei noſtræ in abſentia noſtra in aliquot graves ſectas diviſa ſit, ac radices fixerit; unde communi Germaniæ nationi non parum jacturæ & mali ſubortum ſit. Cum autem hujuſmodi gravaminibus & neceſſitatibus hactenus per multos conventus imperiales celebratos, ac alios graves & diligentes tra-

Ut abſente Cæſare in ſectas Germania diviſa ſit.

ſtatus locumtenentes oratorum ac commiſſariorum noſtrorum, necnon electorum & aliorum principum ac ſtatuum imperii ſalubrius conſilium, quam præſentia noſtra reperiri non potuerit; idcirco poſt erectionem aliquarum ordinationum, per quas Hiſpaniæ regna durante abſentia noſtra in pleniore pace, quiete, & concordia vivere poſſent, ex ſingulari amore ac clementi ordinatione, quam erga Germanicam nationem ac ſacrum Romanum imperium gerimus, Hiſpaniis hereditariis regnis noſtris diſceſſimus, illaque reliquimus, ac principio in Italiam nos contulimus, ipſaſque Italicas provincias noſtras [Deo ſit laus] etiam in bona concordia & pace conſtituimus. Et quo celerius ad Germanicam nationem pervenire ac hujuſmodi urgentibus malis tempeſtivius mederi poſſemus, regnum noſtrum Neapolitanum, quod noſtrum, ac ipſius regni ſubditorum commodum, utilitas, & neceſſitas enigebant, viſitare intermiſimus, noſtramque cæſaream coronam [quam ſine periculo & gravamine aliquo facile Romæ capere, & illinc ſtatim in dictum regnum Neapolitanum proficiſci potuiſſemus] Bononiæ cepimus, deinde etiam non conventum imperialem, hinc ad noſtram & imperii civitatem Auguſtam ad VIII. diem aprilis proxime præteritum indiximus, & denunciavimus animo & propoſito varia ſacri imperii, totius Chriſtianitatis, ac Germanicæ nationis gravia negotia tractandi, & præſertim, quo pacto controverſia & diſſidium catholicæ fidei noſtræ, & Chriſtianæ religionis [utpote non minimum inter alia gravamen] utilius tractari & decidi, ac controverſia illa fidei componenda, & ſcandala præcaveri poſſint; utque commiſſi errores Chriſto ſervatori concedantur, uniuſcujuſque ſententia & judicium pium amice & in charitate audiatur, perpendatur, & judicetur, ipſaque ad Chriſtianam veritatem & concordiam redigantur, omniaque, quæ ab utraque parte perperam interpretata vel acta fuerint, aboleantur, petque nos omnes una vera religio acceptetur, & obſervetur; ac quemadmodum nos omnes ſub uno Chriſto ſumus & militamus, ita omnes in una communione Eccleſiæ & concordia vivamus, & concluſive, ita bona concordia pax, ac proſper ſucceſſus ſacri imperii in his & aliis urgentibus negotiis efficiantur, erigantur, concludantur, & obſerventur, prout indictio noſtra hujuſmodi conventus hæc & alia latius continet, & comprehendit: in quo conventu nos electores, ac alii principes, & ſtatus imperii maximo in numero perſonaliter, aliqui etiam per procuratores ſufficientia mandata habentes comparuimus.

Quocirca una cum electoribus & aliis principibus, prælatis, comitibus, & ſtatibus, ac abſentium miſſis articulum controverſiæ catholicæ noſtræ fidei in dicta noſtra indictione inſertum tanquam principalius & gravius punctum primo aggreſſi fuimus, & prout cantat dicta noſtra indictio, cuilibet volenti in controverſia hujuſmodi fidei quidquam proponere clementem audientiam obtulimus. Proinde noſtri & ſacri imperii elector, principes, ac civitates, videlicet Joannes Saxoniæ dux, Landgravius in Thuringia, marchio Miſniæ ſacri Romani imperii archimareſcalcus, & elector; Georgius marchio Brandeburgenſis, Stetin Pomeraniæ Caſſuben, & Werden dux, & princeps in Rugen; Erneſtus & Franciſcus fratres duces Brunſvicenſes & Luneburgenſes: Philippus Lantgravius Haſſiæ, & Wolffgangus princeps in Anhalt; necnon Nuremburgæ, Reutlingæ, Campoduni, Hailpronæ, Weintheym, & Weyſſemburgi in Nortgavia civitatum miſſi, nobis confeſſionem & opinionem ſuam ratione fidei in ſcriptis conceptam propoſuera; quam nos clementer ab ipſis recepimus, illamque in præſentia omnium electorum, ac aliorum principum & ſacri imperii ſtatuum hic congregatorum palam legi fecimus: & licet habito maturo conſilio cum excellentiſſimis theologis ac literarum peritis variarum nationum, hujuſmodi ipſorum confeſſionem per evangelia & ſcripturas ſacras validis fundamentis confutari & elidi curaverimus, nihilominus hoc tantum apud eos efficere non potuis, ut nobiſcum, ac electoribus, & aliis imperii principibus, & communibus ſtatibus in omnibus articulis concordarent: quapropter nos ad commodum & utilitatem imperii ac Germanicæ nationis, quo pax & concordia in eis conſervari poſſent, ex cæſarea clementia & ſpeciali gratia dictis electori, principibus, & ſeu civitatibus ſequentem receſſum proponi, & ut eum acceptarent ipſos requiri juſſimus, videlicet ut abhinc ad decimumquintum diem menſis aprilis proxime futuri deliberent, an in articulis, in quibus a nobis diſſident, cum catholica Eccleſia, ſanctitate Romani Pontificis, nobiſcum, & electoribus ac aliis principibus & communibus imperii ſtatibus, necnon aliis Chriſtianis, capitibus, & membris uſque ad deciſionem concilii proxime futuri ſentire vel concordare velint, vel non; quodque nos de eo, quod deliberaverint, ante dictam decimamquintam diem elapſam ſub ipſorum ſigillis certificent: interim nos etiam deliberaremus quod officium noſtrum enigeret, ipſiſque viciſſim noſtram opinionem notificaremus, adjunctis aliis valde

æquit

CXXV.

Qui principes Lutheraniſmum ſint profeſſi.

Digitized by Google

æquis articulis, quomodo durante hujuſmodi deliberatione ſeſe gerere deberent.

CXXVI. Videlicet quod noſtra ſeria voluntas mandatum & præceptum ſit, ut dictus princeps elector Saxoniæ una cum ſuis adhærentibus medio tempore uſque ad dictum xv. diem aprilis in ſuis dominiis, ducatibus & diſtrictibus nihil novi ratione fidei imprimi, vel venundari præcipiant, quodque omnes electores & alii principes ac ſtatus imperii, durante tempore hujuſmodi deliberationis, pacem & concordiam ſervent, quodque neque elector Saxoniæ, neque alii quinque principes, vel ſex civitates aut ipſorum ſubditi noſtros & ſacri imperii, aut aliorum electorum & principum ac communium imperialium ſtatuum ſubditos, prout hactenus contigit, ad ſeſe, & ſectam ſuam allicere, vel cogere debeant: & ſi adhuc aliqui electoris Saxoniæ, vel quinque principum, aut ſeu civitatum ſubditi, cujuſcumque ſtatus ſint, veteri Chriſtianæ fidei adhæreant, vel adhærere vellent, illos omnes in ſuis templis & monaſteriis circa cultum divinum & cerimonias ſuas minime perturbare, moleſtareve, in quoquam: ſimiliter utriuſque ſexus perſonas religioſas circa miſſam, confeſſionem in confitendo & confeſſiones audiendo, necnon venerabilis ſacramenti Euchariſtiæ miniſtrationem, & receptationem nullo pacto impedire debeant: præterea quod dictus elector Saxoniæ, quinque principes, & ſex civitates contra illos, qui venerabile Sacramentum non credunt, & Anabaptiſtas una cum electoribus & aliis principibus ac ſtatibus concordarent, ipſoſque a nobis aliorumque dilectionibus, & a ſe minime ſeparare; ſuum auxilium & conſilium, quo pacto contra illos procedendum ſit, præſtare velint; prout omnes electores, & alii principes, ac ſtatus ut ſupra dictum eſt, hæc omnia in quantum unumquemque concernit nobis promiſerant.

De Lutheranis in Zuinglianos & Anabaptiſtas conjungendis actum.

CXXVII Et quia in Eccleſia catholica jam in multis annis concilium generale celebratum non fuit, & nihilominus in orbe Chriſtiano per longum tempus varii abuſus & gravamina ſuborta ſunt, ideo cum omnium noſtrorum & ſacri imperii electorum, & aliorum principum, ac ſtatuum, necnon ab ipſis miſſorum hic Auguſtæ jam congregatorum, communi deliberatione & conſilio ac ad ipſorum humilem petitionem & preces inſtituimus, ac cum dictis electoribus, & aliis principibus, ac ſtatibus & ipſorum miſſis omnino concluſimus, quod apud ſanctitatem Romani Pontificis, & apud omnes Chriſtianos Reges & potentatus tantum procuraremus, ut Chriſtianum concilium intra ſex menſes a fine hujus conventus ad opportunum locum indiceretur; idque mox, & ad ſummum intra unum annum poſt hujuſmodi indictionem celebraretur cum bona ſpe & fiducia, quod per hoc totius Chriſtianitatis eccleſiaſtica & temporalia negotia ad firmam & bonam concordiam & pacem redigeremus.

De concilio œcomenico expetiendo a Pont.

CXXVIII. Deinde (a) quoniam divinæ & humanæ conſtitutiones, ac etiam evangelium ſtatuant, quod nemini ſuum violenter eripi, nemoque bonis dejici debeat; id vero ab ipſis & in ipſorum provinciis multifariam contigiſſet, quamobrem etiam quotidie expulſi abbates & abbatiſſæ ad nos confugerunt ſupplicibuſque querelis & precibus nobis ſupplicarunt, ut ipſis auxilium ad ſua recuperandum præſtaremus; idcirco nos tanquam Chriſtianus Imperator, qui juſtitiam nemini denegare debet, omnino decere arbitrati ſumus quoniam & ſic jura diſponunt & volunt, quod quilibet ſpoliatus & bonis dejectus ante omnia reſtituatur atque in hoc legitime provideri, volumus. Quare mandamus quod princeps elector Saxoniæ, & ſui adhærentes hujuſmodi religioſos, & alios eccleſiaſticos in ipſorum ducatibus & dominiis abſque dilatione & quam cito ad ſua monaſteria & bona, a quibus expulſi ſunt, redire permittant, ipſoſque reſumant, ne nos tanquam Chriſtianus Imperator cogamur per nos debitam executionem facere. Princeps vero Saxoniæ & ſui adhærentes ſupradicti hujuſmodi noſtrum clementem receſſum acceptare noluerunt, ſed renuerunt, aliqui ipſorum mox receſſerunt.

(a) Pag. 196.

Juſſus Saxo monaſteriis religioſos reſtituere.

Parere abnuit.

CXXIX. Inſuper miſſi noſtrarum & ſacri Imperii civitatum Argentinæ Conſtantiæ, Memingæ, ac Lindavi nobis confeſſionem ſuæ ab aliis ſeparatæ fidei in ſcriptis obtulerunt, quam per nos, ac etiam multos egregios & doctos ſacræ theologiæ doctores ſumma diligentia perlegimus & examinari curavimus: & quia ex ipſorummet oblata confeſſione percepimus, aliaſque etiam veriſimiliter informati fuimus, prout ipſa manifeſtum eſt, quod dictæ quatuor noſtræ & imperii civitates non ſolum ab aliis liberis & imperialibus civitatibus, ſed a tota Germanica natione ac etiam communi Chriſtianitate ſeparatæ ſunt, ac graviſſimum errorem contra venerabile ſacramentum, item demolitionem ſtatuarum & imaginum introduxerunt, ac hactenus multas repugnantes ſectas tolerarunt, illaſque in vulgus Germanicæ nationis per libellos, qui paſſim circumferuntur, ſparſerunt: quod tamen neque ipſis neque cuicumque alii licet.

Argentinæ Conſtantiæ, Memingæ, & Lindavi confeſſio impia.

CXXX. Idcirco ad laudem Dei omnipotentis, ad ſalutem animorum, ad conſervationem Chriſtianæ charitatis, & præſertim ad pacem, utilitatem & concordiam Germanicæ

na-

nationis per doctos theologos variarum nationum, cum noſtro ac ſacri imperii electorum & aliorum principum ſtatuum hic congregatorum maturo conſilio contra informationem in evangelio & ſacra ſcriptura fundatam fieri curavimus, quam ipſis in præſentia electorum ac aliorum principum & ſtatuum perlegi, ipſoſque deſuper requiri & exhortari fecimus; ut quia ex hujuſmodi confutatione noſtra errorem ſuum clare cognoſcerent & intelligerent ab hujuſmodi abominando errore deſiſtere, ac nobiſcum & aliis electoribus ac principibus & ſtatibus imperii totaque Chriſtianitate concordare vellent, hoc omnino ab eis expectaremus.

Confutata a Cæſare.

CXXXI. Ad hujuſmodi clementem noſtram exhortationem, & requiſitionem dictarum quatuor civitatum miſſi humiliter petierunt ſibi copiam hujuſmodi confutationis dari, dicentes ſe a ſuis concivibus ſolum habere mandatum ad petendum copiam eorum, quæ ſibi proponerentur, ut illam ad ſuos remitterent, quod nos ex rationabilibus cauſis ipſis negavimus; tamen obtulimus quod hujuſmodi confutationem ipſis bis vel ter denuo perlegi permitteremus, quo ſecundum illam melius ſeſe gerere poſſent; iterumque ipſos ut hujuſmodi petitioni noſtræ adhuc adquieſcere vellent requiſivimus: nam ſi hujuſmodi Chriſtiana exhortatio noſtra apud ipſos locum non inveniret, quod tamen non crederemus, tum ipſæ quatuor civitates cogitare poſſent, quod cogeremur ex legitimis cauſis nos in hac re gerere, prout nobis tanquam Romano & Chriſtiano Imperatori ac ſacræ catholicæ eccleſiæ ſupremo defenſori ſecundum conſcientiam & ex officio incumberet, ut etiam ſupra in confutatione dictum fuerat; nihilominus ad hanc hujuſmodi noſtram clementem exhortationem & requiſitionem dictarum quatuor civitatum nuntii in ſua opinione perſeverarunt: poſtquam vero nobis ut Romanorum Imperatori ac totius Chriſtiani orbis ſupremo præfecto ex cæſareo officio nobis injuncto incumbere fatemur, ſanctam Chriſtianam fidem, quemadmodum illa per ſanctam catholicam Eccleſiam hactenus ſancte & laudabiliter credita & ſervata fuit, manutenere, protegere, & defendere, necnon cæſareum noſtrum edictum in primo conventu per nos Wormatiæ celebrato editum ad effectum deducere. Ideo cum aliis noſtris & ſacri imperii electoribus, principibus, ac ſtatibus omnino concluſimus, ac cum ipſis noſtro & ſubditorum noſtrorum nomine convenimus, invicemque nobis promiſimus apud antiquam, veram, & per manus traditam Chriſtianam fidem & religionem, ipſiuſque honeſtas & laudabiles ceremonias ac ritus in catholica Eccleſia hactenus obſervatos firmiter perſiſtere, ipſaque obſervare, neque circa illa ante deciſionem concilii generalis proxime futuri quidquam immutetur minime permittere.

De antiqua & vera religione tenenda decretum.

CXXXII Et quia poſt editionem edicti noſtri Wormatienſis, ac poſt multos variorum conventuum imperialium receſſus Wormatiæ & Spiræ celebratorum varia gravamina & novitates Chriſtianæ fidei & religioni contrariæ ſubortæ ſunt; videlicet aliqui docuerunt, ſcripſerunt, & prædicarunt in venerabili Sacramento altaris, corpus & ſanguinem Chriſti ſub utraque ſpecie panis & vini non eſſentialiter neque præſentialiter, ſed ſolum figurate & ſignificative adeſſe, cum aliis pluribus impiis circumſtantiis, additionibus & appendicibus. Aliqui prædicant & docent quod quilibet homo ex præceptis Chriſti venerabile ſacramentum altaris ſub utraque ſpecie ſumere tenetur, & quod ii qui ſolum ſub una ſpecie recipiunt male agunt.

CXXXIII. Quidam officium ſacroſanctæ miſſæ omnino aboleverunt, prædicaruntque miſſam eſſe extremam Dei blaſphemiam. Quidam miſſam non omnino aboleverunt, ſed in ipſa aliqua mutarunt contra antiquam conſuetudinem, ordinationem, ac conſtitutionem catholicæ Eccleſiæ pro libito & arbitrio ſuo; præterea ſolita cantica miſſarum, horarum, ac aliarum laudum beatæ Virginis de ſanctis, & ſanctis patribus ad honorem Dei & devotionem hominum facta, & in catholica Eccleſia communiter & concorditer ordinata, ſtatuta, & obſervata, tanquam ſcandalum præbentia, & impia aboleverunt: nihilominus tamen in locum ipſorum alias cantilenas pro libito ſuo ſuffecerunt. Aliqui docuerunt baptiſmum parvulorum nullum, ſed quod quilibet homo cum ad intellectum pervenerit denuo baptizari debeat, baptiſmum etiam ſacramentum eſſe non credunt. Quidam etiam laudabiles Chriſtianas ordinationes & preces, quæ circa baptiſmum obſervabantur, abrogarunt, aliaſque inſtituerunt.

Hæreticorum contra miſſam blaſphemiæ.

Negatus baptiſmus a nonnullis.

CXXXIV. Aliqui nullis utuntur precibus vel cerimoniis, ſuoſque liberos non per presbyterum, ſed quemvis laicum virilis vel fœminini ſexus, præter neceſſitatem in pura aqua fontana baptizant. Aliqui neque liberos ſuos chriſmate confirmari, neque morientes ſacro oleo ungi curarunt. Nonnulli ſtatuas & imagines ſervatoris Chriſti, necnon laudatiſſimæ matris ſuæ Mariæ, ac ſanctorum Chriſtiano populo longiſſimo tempore more Chriſtiano pro memoria & admonitione ſervata fregerunt, combuſſerunt, inhumaniterque tractarunt. Nonnulli crediderunt non eſſe liberum arbitrium, ſed omnia,

Summa hæreticorum confuſio.

omnia,

omnia, quæ fiant de neceſſitate inevitabili ita fieri; & aliter fieri non potuiſſe; quodque proprie Deus ſit efficiens cauſa mali. Quidam docuerunt, nullum eſſe magiſtratum inter Chriſtianos, quodque nemo illu fungi debeat. Aliqui docuerunt ſolam nudam fidem ſine charitate & bonis operibus ſalvare, ac bona opera abjecerunt.

CXXXV. *Sunt qui monaſteria, parrochiales eccleſias, & altaria penitus ſuppreſſerunt, ac devaſtarunt. Non defuerunt, qui in cathedralibus, collegiatis, & parrochialibus eccleſiis, & aliis beneficiis laudabiles Chriſtianas cerimonias, & ritus hactenus in catholica Eccleſia pro excitatione & admonitione populi Chriſtiani ad devotionem ac recordationem vitæ, paſſionis, mortis & operum Chriſti ſervatoris noſtri obſervatas aboleverunt, aut in deſuetudinem devenire ſiverunt, aliaſque impias ordinationes pro libito arbitrio, & violentia ſua ſtatuerunt. Alii prædicationes in monaſteriis quatuor ordinum mendicantium, quibus hoc juxta regulam & ordinis ſui profeſſionem incumbit, ipſique ab antiquo obſervarunt, fieri penitus prohibuerunt: unde multi boni antiqui Chriſtiani vera verbi Dei cibo privati, ac contra ipſorum conſcientias novos prædicatores deceptores audire, aut prædicationibus omnino carere coacti fuerunt. Item nonnulli magiſtratus ſubditis ſuis ſub gravibus pœnis inhibuerunt, ne prædicatores veteris veræ fidei intra vel extra civitates ſuas audiant, neque prædicationes vel templa ipſorum viſitent, aut antiquæ fidei adhæreant: cumque contrafeciſſe deprehenſi fuerunt irremiſſibiliter pœnas luerunt.*

Prohibiti ab hæreticis monachi ne prædicarent.

CXXXVI. *Item aliqui famulos ſuos juramentu obſtringunt, ne dictos ſed ſuos prædicatores deceptores audiant, ſuæque ſectæ adhæreant. Nonnulli monaſteriorum, eccleſiarum, & beneficiorum vacantium bona in ſuam utilitatem, aut alio modo præter rationem pro arbitrio ſuo converterunt, illaque contra fundationes amplius non contulerunt, neque aliis, ut conferrent, permiſerunt. Item aliqui in monaſteriis monialium proprios confeſſores, prædicatores, ac alios Chriſtianos hujuſmodi monaſteriorum adminiſtratores amoverunt, in ipſorumque locum prædicatores, confeſſores & doctores ſeductores ſuffecerunt. Quidam monaſteria in totum & in parte clauſerunt, ipſiſque cantum, lectiones, miſſarum celebrationes, & ſacramenta ſecundum antiquum Chriſtianum ritum inſtituta, quodque religioſi ſibi invicem ſacramenta miniſtrent, vel a ſe invicem recipiant, interdixerunt.*

Pauperibus & famulis illata vis.

Monaſteria clauſa.

CXXXVII. *Sunt etiam qui monaſteria utriuſque ſexus, capellarum fundationes, & beneficia, defunctorum fundationes a multis felicis recordationis Imperatoribus, Regibus, principibus, & aliis clariſſimis ſtatibus, prædeceſſoribus noſtris factas, contra ipſorum ultimas voluntates & ordinationes in totum vel in parte aboleverunt, aut omnino evaneſcere permiſerunt: utriuſque ſexus religioſos pro illorum libito ſine permiſſione ſuorum ordinariorum monaſteriis exire, perverſa matrimonia contrahere, & alias ſæculo ſeſe immiſcere paſſi ſunt; prælatis etiam, ut hoc impedirent, concedere noluerunt. Aliqui etiam utriuſque ſexus religioſus ad renuntiandum in perpetuum monaſteriis & ipſorum bonis, idque per obligationes in ſcriptis facere coegerunt, in quibus vitam monaſticam impiam & diabolicam eſſe fateri coacti fuerunt. Aliqui religioſis perſonis habitum ordinis abiiciendi facultatem dedere, ipſiſque ſæcularia veſtimenta & alia, quam propriæ regulæ & juramenti decebat, gerere, & nihilominus in monaſteriis remanere permiſerunt.*

Nonnullis religioſis prohibitum eſt alios qui ordinem aſſumere vellent acceptare, & ab his qui jam in monaſteriis ſunt profeſſionem & obedientiam recipere. Non deſunt etiam qui liberos & conſanguineos ſuos contra ipſorum voluntatem ex monaſteriis extraxerunt. Quidam ſacerdotes in parochialibus eccleſiis, & aliis beneficiis pro libito ſuo impoſuerunt, rurſumque ab illis amoverunt, ordinariis illos minime præſentando, ut debite examinari & initiari potuiſſent. Ordinarios etiam circa exercitium juriſdictionis ſuæ erga ſacerdotes & viſitationes perſonarum & cleri impediverunt. Parochis etiam & prædicatoribus, ut contra omnes ordinationes conventuum imperialium verbum Dei ac ſacram ſcripturam pro arbitrio ſuo interpretentur officium ſacræ miſſæ in genere una cum orationibus pro defunctis abiicerent, Chriſtianas cerimonias, contemnerent, cantum, lectiones, jejunia, precationes, feſta, ac alios varios temerarios actus exercerent, indulſerunt: quod non ſolum edictu noſtro Wormatiæ edito, ac aliis ordinationibus conventuum imperialium deinde ſecutis, verum etiam ordinationi & devotioni Chriſtianæ contrarium fuit, & adhuc eſt; quod nemini, cujuſcumque ſtatus fuerit, licuit; nemo etiam ad hoc poteſtatem vel commiſſionem habuit. CXXXVIII

Intruſiones paſſim factæ.

Ex iis omnibus nihil boni natum, immo alii catholici ab antiquo introducti ritus contempti, omnis magiſtratus & honeſtas in ipſorum prædicationibus ſpreta, vituperata, boni & ſimplices homines contra ſe invicem ſtimulati & irritati fuere, ac alii varii leves aſtus ſecuti ſunt: falſæ CXXXIX.

Omnia in pejus verſa.

etiam

Digitized by Google

etiam alias damnatæ doctrinæ invaluerunt: multi falſi errores in populo ſucreverunt: omnis vera devotio evanuit; tandemque eo res devenit, quod omnis Chriſtiana honeſtas, diſciplina, virtus, præcepta Dei, timor juſtitiæ, honeſta converſatio, & viva ac vera charitas erga proximum penitus interciderunt.

Damnatæ a Cæſare hæreſes.

Hæc vero omnia non ſolum evangelio & ſacræ ſcripturæ, verum etiam antiquis laudabilibus conſuetudinibus, ac ritibus & ceremoniis catholicæ Eccleſiæ contraria ac injuſte cœpta & facta fuerunt. Idcirco nos cum noſtris & ſacri imperii electoribus, & aliis principibus, ac ſtatibus, & viciſſim ipſi nobiſcum concordavimus & concluſimus quod ſupradictæ & omnes aliæ contra catholicæ Eccleſiæ fidem ordinationes, religionem, ceremonias, atiquas laudabiles conſtitutiones & ab antiquo introductas ritus, per ipſam catholicam Eccleſiam ante aliquot ſæcula inſtituta, cœptæ novitates ſublatæ & caſſæ eſſe debeant: noſque curare & efficere debeamus (ut par eſt) quod ii, qui hujuſmodi novitates introduxerunt, nobiſcum & dictis electoribus ac ſtatibus uſque ad proxime futurum concilium concordent, & conveniant.

CXL. *Quocirca mandamus & volumus, quod in toto Romano imperio firmiter credatur, doceatur, & prædicetur, quod ſub ſpeciebus panis & vini, & ſub utraque ipſarum verum corpus ac verus ſanguis Chriſti ſervatoris noſtri eſſentialiter & vere præſens ſit, ac omnes, qui aliter ſcripſerint, prædicaverint, vel crediderint, non recipiantur, vel tolerentur. Hinc etiam ſequitur, quod catholica Eccleſia ex inſpiratione Spiritus Sancti & bonis rationibus ſalubriter ordinavit ac præcepit, quod cuilibet Chriſtiano extra celebrationem miſſæ venerabile ſacramentum ſub ſpecie panis a conſecrante miniſtrari debeat, cum ſub una ſpecie nec plus nec minus quam ſub utraque ſumatur; prout etiam per præſentes credi, nihilque circa hoc uſque ad deciſionem futuri concilii innovari debere, mandaſſe volumus.*

De communione ſub una ſpecie lis audita cum antea deciſa eſſet.

CXLI. Miſſæ officium celebrari juſſum.

Similiter etiam communes & privatæ miſſæ quoad cantum inſtitutionem & obſervationem majoris & minoris canonis, necnon alias precationes, veſtes, cerimonias, conſtitutiones, & ordinationes omnino prout hactenus laudabiliter in catholica Eccleſia obſervatum fuit, & adhuc obſervatur, celebrari & in his omnibus nulla mutatio vel novitas fieri debet.

CXLII. Sententia adverſus Anabaptiſtas.

Quantum ad Anabaptiſtas attinet; circa proxime a nobis deſuper editam conſtitutionem adquieſcimus; quam etiam per præſentes de conſilio & conſenſu electorum & aliorum principum ac ſtatuum jam renovaſſe volumus; mandamuſque quod parvuli cum adhibitione chriſmatis, item laudabilibus ac ſalubribus precationibus & ceremoniis a catholica eccleſia jam olim ſtatutis & obſervatis baptizari debeant; impium enim & horrendum utique eſt miſerabilibus infantibus viam ſalutis & gratiæ Spiritus Sancti præcludere. Mandamus etiam ac volumus quod parvulorum ac aliorum Chriſtianorum confirmatio, item extrema unctio circa morientes minime intermitti; ſed penitus ad eundem modum, prout hactenus in catholica Eccleſia fieri conſuevit, firmiter obſervari & manuteneri debeant.

Confirmatio & extrema unctio reſtitui juſſæ.

CXLIII. *Cum etiam imagines Chriſti, & laudatiſſimæ matris ſuæ Mariæ, & ſanctorum annuum in rebus oblivioni obnoxiis ſubmoneant, univerſoſque ad devotionem excitent, propterea in catholica Eccleſia toleratæ illarumque oppugnatores a catholica Eccleſia jam dudum in aliquot conciliis & præſertim per prædeceſſorem noſtrum in imperio Carolum I. Magnum damnati fuerunt: idcirca mandamus quod dictæ imagines minime aboleri, immo devote ab omnibus Chriſtianis erigi & conſervari debeant. Item quod altaria & ſacramenti dominicale ſicubi amota fuiſſent denuo erigantur, ac ad Dei honorem conſerventur.*

De retinendis ſacris imaginibus.

CXLIV. Damnatus error contra liberum arbitrium.

Præterea cum nonnulli credant non eſſe liberum arbitrium, quia hujuſmodi error cum dependentibus ab eo minime humanus, ſed belluinus, ac Dei blaſphemia eſt; idcirco credi, doceri, vel prædicari non debet. Item cum magiſtratus a Deo ordinatus etiam evangelio, S. Paulo, & aliis ſacris ſcripturis probetur; ideo publice vel occulte nullo pacto prædicetur, vel alias doceatur, aut divulgetur, quod illi adverſum ſit, aut ad ipſius contemptum, contumeliam vel diminutionem facere poſſit. Cum autem ex ſacra ſcriptura pateat, quod ſola nuda fides ſine charitate & bonis operibus non juſtificet; Deus etiam bona opera in multis ſacræ ſcripturæ locis ab hominibus exigat; eapropter dictus articulus quod ſola fides juſtificet, & bona opera negligi debeant, minime prædicari vel doceri, immo ut modeſtia & juſtitia locum habeant, quemadmodum hactenus catholica Eccleſia & ſancti patres crediderunt & docuerunt, credi & doceri debet, & præſertim quoad ſeptem ſacroſancta ſacramenta, & illorum ceremonias, quod paſſim in catholica Eccleſia ab antiquo ante hujuſmodi ſchiſma ſervatum fuit, ſervetur, & omnia de novo introducta aboleantur.

De ſeptem ſacramentis venerandis.

CXLV. *Item omnibus cathedralibus & inferioribus eccleſiis, ac monaſteriis ſuæ conſti-*

tu-

tutiones, regulæ, ordinationes, fundationes, cantus, prædicationes, miſſarum celebrationes, precationes, ſepulturæ, ac conſuetæ Chriſtianæ laudabiles ab antiquo introductæ ceremoniæ, prout in catholica Eccleſia hactenus obſervatæ fuerant, conſerventur: quodque vacantia beneficia idoneis perſonis legitime conferantur, defunctorum fundationes obſerventur, eccleſiaſtici circa debitam viſitationem ac pœnarum inflictionem contra parochos, presbyteros, & clericos non impediantur, quodque etiam religioſi & ſæculares presbyteri in poſterum a matrimoniis abſtineant. Presbyteri etiam, qui temerarie ante hunc noſtrum receſſum matrimonium contraxerunt, ſtatim beneficiis ſuis eccleſiaſticis, administrationibus, & officiis privati ſint, ipſorumque beneficia per patronos vel ordinarios cujuslibet loci intra tempus a jure ſtatutum ſubito finito hoc conventu conferantur; necnon parochialibus eccleſiis ac aliis eccleſiaſticis beneficiis per ſuos eccleſiaſticos ſuperiores ſive patronos de aliis idoneis matrimonio non implicitis presbyteris provideatur. Nihilominus ſi aliqui presbyteri, qui matrimonium contraxiſſent, ſuas prætenſas uxores relinquere, ac Chriſtianæ ordinationi & ritui reconciliari ac transgreſſionis ſuæ dignam abſolutionem & pœnitentiam recipere & ſubire vellent, tum non per legatum a ſanctitate Romani Pontificis peti debet, ut ordinariis facultas ſæculares presbyteros abſolvendi, & ad adminiſtrationem rehabilitandi concedatur.

In presbyteros, qui duxere concubinas.

Presbyteri vero, qui converti, aut hujuſmodi receſſui noſtro parere nollent, quomodo & ubicumque deprehendentur qui matrimonium contraxiſſent, ii in nullis ducatibus, diſtrictibus, et dominiis tolerari, ſed in exilium mitti, aut aliis condignis & juſtis pœnis puniri debent: Pariter in nullo dominio eccleſiaſticis in publico inhoneſta vita, & præſertim cum levibus & inhoneſtis mulieribus habitare, aut illas domi habere, vel alias in veſtitu presbytero indecenti incedere, aut inhoneſte converſari liceat vel concedatur: immo transgreſſores, ſecundum quod res exegerit, puniri, hocque minime, quemadmodum hactenus factum eſt, remitti debet, ut omnia ſcandala evitentur.

CXLVI. Quod ſi etiam clerus in aliquo loco in injuſtam laicam ſubjectionem protectionis vel tranſactionis adactus fuiſſet, tum volumus quod hujuſmodi ſubjectio, protectio ſive tranſactio mortua & nulla ſit, aliquo juramento, vel vinculo aliquo pacto ea de cauſa præſtito non obſtante. Item ſi monaſteriorum vel alia eccleſiaſtica bona & alia quæcumque ſint in Romano imperio Germanicæ nationis in totum vel pro parte illegitime vendita, alienata, vel in laicum uſum converſa fuiſſent, hæc omnia caſſa, inefficacia, & nulla ſint, ac ſtatim in priſtinum ſtatum reſtitui, & vendita bona debito valore compenſari, & ſolvi debent. Omnes etiam parochi, & prædicatores ſive religioſi ſive ſæculares presbyteri in prædicando dictam cæſaream noſtram ordinationem obſervent.

De bonis eccleſiaſticis reſtituendis.

CXLVII. (a) Pag. 147. Proinde (a) cum electoribus, & aliis principibus, ac ſtatibus convenimus & concordavimus, ac mandamus, ordinamus, & volumus, quod in poſterum nullus in aliquo loco in prædicatorem admittatur, niſi prius ab archiepiſcopo vel epiſcopo, ſub quo degeret, examinatus, ac vita, doctrina, & peritia idoneus repertus, ac ad officium prædicandi ſufficiens judicatus fuerit: hujuſmodi admiſſi prædicatores, ſive religioſi ſint, ſive alii presbyteri ſint, nemine excepto, quibuſvis privilegiis non obſtantibus, huic receſſui noſtro in ſuis prædicationibus ſeſe accommodare, illique parere teneantur: & præſertim quod in prædicationibus ſuis evitent & omittant ea, quæ plebejos contra magiſtratus concitare, & Chriſtianos contra ſe invicem, in diſſidia & odia invitare poſſent. Principes etiam ab hoc ſermone abſtineant, quem hactenus aliquos in ore habere non puduit, videlicet quod evangelium & verbum Dei opprimuntur: quod non ſolum nobis & communibus ſtatibus hactenus in animo non fuit, immo potius nobis curæ fuit inclinatique fuimus, adhucque eo Chriſtiano animo ſumus, quod ſacroſanctum Dei verbum ad augendam Chriſtianam charitatem, timorem Dei, & bona opera plantentur, & in Chriſtiano exercitio conſerventur; non autem, ut moris eſt apud novos doctores, pro libito cujuſque ad utilitatem ex ſuperbia & invidia, ad deceptionem imperitorum laicorum prædicare: ſed animus & voluntas noſtra eſt, quod prædicatores evangelium ſecundum declarationes ſacræ ſcripturæ, ac doctorum a ſancta catholica Eccleſia approbatorum, & receptorum prædicent, & doceant, & ab iis, quæ diſputabilia ſunt, necnon mordendo conviciis & injuriis abſtineant, deſuperque dicti Chriſtiani concilii deciſionem expectent.

De prædicatoribus.

Impudentiſſimæ hæreticorum calumniæ.

CXLVIII. Caveant etiam hujuſmodi prædicatores inprimis ne Chriſtianum populum ab officio ſacro miſſæ, orationibus, & aliis bonis operibus abducant, quemadmodum hactenus in plurimis locis (quod miſerandum eſt) contigit; quinimmo Chriſtianum populum ſedulo doceant, atque ad hoc perſuadeant & alliciant, ut ſumma devotione officium ſacræ miſſæ audiatur, preces ſuas

devotiſſime ad Deum fundant, quodque beatiſſimæ virgini Mariæ ac ſanctis, ut apud Deum pro ipſis intercedant ſeſe devote commendent, feſta & indicta jejunia obſervent, ac prohibitos cibos, prout hactenus apud Eccleſiam fieri conſuevit, vitent: religioſos etiam a ſuis præſtitis juramentis non abducant, immo ipſos ut illa obſervent obligatos eſſe, ac eleemoſynas erogare, aliaque bona opera exercere doceant. Item quilibet, cujuſcumque ſtatus fuerit, huic noſtræ ordinationi, conſtitutioni, ac Chriſtianis ritibus ac ceremoniis laudabilibus introductis, omnibuſque aliis in catholica Eccleſia hactenus laudabiliter ordinatis, ſtatutis, & obſervatis, quantum catholicam noſtram fidem & cultum divinum concernit, ſeſe accommodet, ipſiſque pareat, contraque aliquid novi non tentet ſub pœnis corporis, vitæ, vel bonorum, quas quilibet magiſtratus tranſgreſſoribus ſecundum modum tranſgreſſionis infligere poſſit & debeat; nulla etiam ſuperioritas alium circa hoc impediat, ſed invicem in hoc ſibi auxilium præſtent. Hæc omnia ſub dictis pœnis abhinc uſque ad deciſionem futuri concilii, penitus ita obſervari volumus.

CXLIX. De coercenda typographorum licentia.

Poſtquam etiam per inordinatam typographiam hactenus multum mali ſubortum eſt; ideo ſtatuimus, ordinamus, & volumus quod quilibet elector, ac alius princeps & ſtatus imperii eccleſiaſticus vel ſæcularis uſque ad futurum concilium apud omnes officinas impreſſorias, & bibliopolas ſerio provideat, ut impoſterum nihil novi, & præſertim libelli famoſi, ac picturæ, vel ſimilia palam vel occulte componantur, imprimantur, aut diſtrahantur, niſi prius per perſonas prudentes ad hoc ab eccleſiaſticis vel ſæcularibus magiſtratibus deputatas viſa, impreſſoris nomina & agnomina ac etiam locus, ubi impreſſa fuerunt, claris & expreſſis verbis in eis adponantur; & ſi in illis defectus aliquis repertus fuerit; tum imprimi vel venumdari non permittatur. Quidquid etiam famoſorum vel ſimilium libellorum antehac impreſſum eſt, venum exponi, vel venumdari non debet; & ſi compoſitor, impreſſor, vel venditor hujuſmodi ordinationis mandatum tranſgrederetur, tum magiſtratus, ſub quo deguerit, vel deprehenſus fuerit, ipſum ſecundum circumſtantias in corpore vel bonis puniat: & ſi aliquis magiſtratus, quicumque is fuerit, in hoc negligens deprehenderetur, tum cæſareus noſter fiſcalis contra illum magiſtratum ad pœnam procedere poſſit & debeat; quam pœnam ſecundum circumſtantias cujuslibet magiſtratus & ipſius negligentiam camera imperialis judicium imponendi & taxandi facultatem habeat.

CL.

Cum etiam poſt editum cæſareum noſtrum edictum multi epiſcopatus, cathedrales, & aliæ eccleſiæ, ac monaſteria propria authoritate deleta, devaſtata, epiſcopi, prælati, parochi, religioſi, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ eu ſuo, ſine cognitione & cauſis expulſi, fugati, ipſiſque epiſcopatus, monaſteria, eccleſiæ, arces, bona, cenſus, redditus, ornamenta ſive clenodia adempta & occupata, vel pro parte vendita, oppignerata, arreſtata, & impedita fuerunt, atque divino, canonico & cæſareo jure cautum & prohibitum ſit, quod nemo alii ſuum propria authoritate contra jus & æquitatem, & præſertim eccleſiis ac Deo dicata bona adimere, ac quemquam illis deiicere, ſpoliare, multominus honeſtas, & ad Dei laudem factas fundationes ſupprimere vel delere debeat. Idcirco ſtatuimus, ordinavimus, ac voluimus quod epiſcopatus, eccleſiæ, monaſteria & illorum bona, quæ injuſte per eccleſiaſticos vel ſæculares propria authoritate occupata, aut in ſeditione ruſticorum vi adempta fuerunt, his, quibus pertinent, & ad quos de jure ſpectant, reſtituantur: aut ſicubi monaſteria ſive parochiæ devaſtata, diruta, aut deſerta eſſent, denuo inſtaurentur, & erigantur; quodque epiſcopatus, monaſteria, eccleſiæ parochiales, ac fundationes, quoad cantum, lectiones, miſſarum celebrationes, & aliarum conſuetarum laudabilium ceremoniarum exercitium, necnon penes ſua bona & poſſeſſiones, ac illorum adminiſtrationem, quemadmodum ab antiquo introductum eſt, pacifica permanere debeant: & hæc omnia ſub pœnis cæſareæ pacis noſtræ, provincialis banni, & aggravationis banni, prout etiam deſuper mandatum pœnale hæc latius comprehendens edemus, ac publicari curabimus.

Et quia in animo noſtro cæſareo non dubitamus quin adhuc multi conſtantes Chriſtiani, ac antiquæ veræ catholicæ fidei adhærentes ſint, quibus etiam ſeditioſa & falſa, & antehac damnata doctrina contraria ſit, ut tales in ſuo bono & conſtanti propoſito conſerventur, & per vim ab aliis non divellantur; idcirco nos, electores, & alii principes, ac ſtatus volumus quod, ſi qui in dominiis, civitatibus, oppidis, & locis, quæ receſſum noſtrum non acceptarunt, viverent [dummodo in ſuo Chriſtiano propoſito perſeverent, huicque receſſui noſtro pareant] cum bonis, uxoribus, & liberis ſuis in noſtra & Romani imperii ſpeciali defenſione & protectione ſint, illiſque, quemadmodum alii nobis & imperio conjuncti, uti & frui debeant. Præterea ex cæſarea poteſtate illis civibus & incolis, qui adhuc antiquæ

Conſultum catholicis qui inter hæreticos degunt.

Chri-

Chriſtianæ fidei adhærent, in illaque perſeverant, pro ipſorum commoditate, quoad perſonas, bona, & ſubſtantiam ipſorum liberum acceſſum & receſſum ad dictos ipſorum dominos, civitates, oppida, & loca ſine gravamine alicuius tributi ratione tranſmigrationis, & tranſlationis bonorum ſuorum ipſis imponendi, abſque cujuſque impedimento, conceſſiſſe volumus, idque ſcienter per præſentes facimus. Volumus etiam quod hoc ipſis circa juramenta per ipſos tanquam cives præſtita, quoad privilegia civitatum & locorum nullum præjudicium ſive læſionem generet aliquo modo; & ſi aliquis dominus, civitas, vel locus ſupradicta privilegia præſentibus contraria haberet, illis derogaſſe, & in hoc caſu omnia ſuſtuliſſe volumus.

CLI. De Turcis propulſandis. *Et quia in multis annis in catholica Eccleſia nullum concilium celebratum fuit, & ut id fiat ſumma neceſſitas exigit, quo dicti errores, abuſus & gravamina in fide noſtra ſacroſancta & alia, quæ interim ſuccreverunt in meliorem ſtatum & ordinem reformari & redigi poſſint. Item quia hactenus per hoſtem Chriſtianæ fidei Turcum multa regna Chriſtiana occupata, & alia occupari poſſunt niſi mature provideatur, quo viciſſim [quod ſumma neceſſitas expoſtulat] ſalubriter & utiliter agatur, cum in genere & indifferenter omnes noſtri & ſacri imperii electores ac alii principes, & ſtatus, illorumque nuntii hic Auguſtæ nobiſcum congregati, tam qui nobiſcum in vera catholica fide, prout ipſa hactenus a catholica Eccleſia laudabiliter ſervata fuit, concordant, quod illi, qui dictas & alias novitates introduxerunt, nobis ut concilium huiuſmodi procuraremus humiliter ſupplicarunt; idcirco pro Chriſtiana reformatione ac catholicæ fidei conſervatione inſtituimus, prout jam hic una cum noſtris & ſacri imperii electoribus, ac aliis principibus, & ſtatibus penitus concluſimus, apud ſanctitatem Romani Pontificis tantum procurare & efficere, quod per ſanctitatem ſuam concilium generale catholicum intra ſex menſes poſt finem præſentis conventus ad locum opportunum indicetur, idque mox & ad ſummum intra annum poſt huiuſmodi indictionem incipi & celebrari debeat, alacriter & certo ſperantes hoc aliis Chriſtianis Regibus, principibus, & potentatibus etiam placiturum, ipſoſque in huiuſmodi concilio comparituros, ac facturos & adjuturos, ut tota Chriſtianitas in ſpiritualibus & temporalibus ad firmam pacem & concordiam redigatur.*

CLII. *Item licet antehac in pluribus receſſibus imperialibus clare expreſſum & cautum fuerit, quod eccleſiaſticis & ſæcularibus cenſus, redditus, proventus, ac decimæ ſuæ ſine contradictione vel impedimento dari & ſolvi debeant, quodque debite & legitime decimæ dentur, ac in collatione & exactione illarum non impediantur: nihilominus deprehendimus hoc pluribus in locis parum ſervatum fuiſſe, nobis autem, ut Romano Imperatori incumbit providere, ut nemini ſuum violenter & contra jus occupetur & denegetur; idcirco ordinamus & volumus quod quilibet eccleſiaſticus vel ſæcularis ſtatus ſuis redditibus, cenſibus, proventibus, decimis & juribus gaudere, nulluſque alium in iis deiicere, ſpoliare vel in illis turbare aut impedire, ſed cuilibet hæreditarii perpetui & alii cenſus redditus decimæ ac alia jura ſua ſolvi dari & præſtari debeant, in hoc etiam quilibet magiſtratus alii auxilium præſtare teneatur: & hæc omnia ſub pœnis in noſtra pace provinciali comprehenſis; & ſi aliquis dominus vel magiſtratus huic ordinationi noſtræ contraveniret, tum fiſcalis noſter vigore publicæ noſtræ pacis provincialis contra talem dominum vel magiſtratum procedendi facultatem & commiſſionem habeat.* De decimis.

CLIII. *Poſtquam etiam pluribus in locis domini & magiſtratus ſpeciales ordinationes ſtatuta & conſtitutiones fecerunt, ac privilegia impetrarunt, vel adhuc facere & impetrare poſſent, qui hæreditarios ac perpetuos cenſus eccleſiaſticorum & ſæcularium redimendi jus habeant, cumque electores ac alii principes & ſtatus ſeſe in hoc gravatos conqueſti fuerunt, propterea quod hoc contra jus & æquitatem & antiquas conſuetudines ſit, & in damnum non ſolum dominis magiſtratibus, verum etiam præjudicium privatorum cedat; quocirca ordinamus ſtatuimus ac volumus ex certa ſcientia & cæſareæ poteſtatis plenitudine, quod omnes & ſingulæ ordinationes ſtatuta conſtitutiones & privilegia deſuper facta impetrata & edita, vel in futurum impetranda ſublata mortua viribus vacua & nulla ſint, prout illa etiam per præſentes ex Romani Cæſaris poteſtatis plenitudine ex certa ſcientia, & proprio motu viribus vacua, nulla, & minus obligatoria decernimus; volumuſque quod quoad huiuſmodi perpetuos & hæreditarios cenſus omnia in poſterum firmiter permaneant, & obſerventur ſecundum proprios ſupradictos articulos. Ordinamus etiam, ſtatuimus, ac volumus, quod huic receſſui noſtro omnino pareatur, ipſeque in omnibus in eo comprehenſis & contentis adimpleatur, non obſtantibus quibuſcumque aliis receſſibus in primis habitis conventibus imperialibus editis, in quantum illi huic no-*

ſtro præſenti receſſui & præſentibus ardinationibus, quod ad fidem attinet, contrarii eſſent, vel quidquam derogarent; item non obſtantibus quibuſcumque contradictionibus, oppoſitionibus, & appellationibus præſentibus contrariis extra generale concilium coram nobis vel aliis quibuslibet factis, quæque fieri poterunt, quæ in ſeipſis nullæ ſint, noſque illas omnes eu urgentibus cauſis quomodo in dictis prioribus receſſibus inciderunt, ex cæſareæ poteſtatis plenitudine, ac de dictorum electorum & aliorum principum, ac ſtatuum ſacri imperii communi maturo conſilio & conſenſu, aboleviſſe & e medio ſuſtuliſſe volumus; & hæc omnia ſub pœnis imperii, quas nobis ſecundum rerum circumſtantias, prout decet, reſervamus.

Nos etiam electores & alii principes, prælati, comites, ac ſtatus, qui huiuſmodi receſſum acceptavimus, in eumque conſenſimus, unanimiter inter nos convenimus, nobiſque invicem ſub vera fide promiſimus, quod nullus eccleſiaſticus, vel ſæcularis ſtatus alium ratione fidei violenter premere vel moleſtare, aut ſuperiori ſuo redditus, cenſus, decimas, & bona auferre; item nullus ſubditos alicuius vel ipſi obnoxios cauſa fidei aut alias in ſpecialem defenſionem & protectionem contra ſuperiorem ſuum recipere debeat, vel velit. Hæc omnia ſub pœnis cæſareæ pacis noſtræ provincialis Wormatiæ conceſſæ, quæ cum omnibus in ea contentis in ſuo robore permanere, ac firmiter obſervari & adimpleri debet.

CLIV. *Et ut in iis omnibus quoad obſervationem & impletionem nihil defectus appareat, idcirco nos noſtris & ſacri imperii electoribus ac aliis principibus & ſtatibus viciſſimque electores & alii principes ac ſtatus nobis in rebus antiquam catholicam fidem noſtram concernentibus invicem promiſimus, regna, provincias, ſubditos, necnon corpora, & bona ad invicem conferre, & contribuere. In hoc etiam amplius convenimus & concordavimus, quod ſi contingeret, quod aliquis ſtatus alium contra ſupradicta cum exercitu aut alias violenter aggredi vellet, quod tum iudicium cameræ noſtræ imperialis ad requiſitionem illius vel illorum, qui huiuſmodi invaſionem timerent, ſeque iuri ſtaturos offerrent, plenam poteſtatem commiſſionem & mandatum habeat iis, qui in motu & apparatu eſſent, ſub pœnis banni, ut ab huiuſmodi violento propoſito & invaſione abſtineant, juſtitiæque legitimæ adquieſcant, mandandi. Si vero ille vel illi, quibus ita mandatum fuerit, inobedientes forent, cum ſtatim fiſcalis noſter cæſareus contra ipſos inobedientes ad declarationem ſuperdicto mandato remota mora expediviſſe procedere debet, ipſique inobedientes per cameræ noſtræ judicium, bannum, & alias pœnas pacis provincialis, prout juſtum eſt, incidiſſe declarentur. Interim etiam nihilominus cameræ noſtræ judicium contra omnes & ſingulos adiutores illius vel illarum, qui [ut ſupradictum eſt] in apparatu & propoſito violentæ invaſionis eſſent, mandatum revocationis generale ſub pœnis banni quamprimum edatur. Pariter etiam alios imperii ſtatus vicinos & opportunos ſtatim ſub dictis pœnis banni ad obſervationem omnium ſupradictorum requirat, & exhortetur, ut illi vel illis, quibus huiuſmodi invaſio & violentia immines, efficaci auxilio adſint, & ſubveniant. Similiter etiam nos, ut Romanus Imperator & caput cum provinciis noſtris hereditariis læſis contra hunc noſtrum receſſum ſuccurrere & auxilium præſtare volumus; violentiam quoque committens illis, qui modo ſupradicto requiſiti fuiſſent & ſubveniſſent ipſorum ſæpius in huiuſmodi expeditione factas reficere & reſtituere teneatur, in ipſorumque ſubvenientium arbitrio ſit, violentiam committentem ſtatim ipſo facto ad refectionem expenſarum compellere, aut mediante cameræ noſtræ judicii moderatione, per pœnas latas ab ipſo recuperare, ad hoc etiam cameræ noſtræ judicium ipſis ſtatim ſine contradictione auxilium præſtare debet.*

De pace publica tuenda.

CLV. *Item articulus in conventu Spiræ celebrato anno MDXXVI. factus ratione ſubditorum ſeditioſorum & rebellium in ſuo robore permanere debet, videlicet quod ſi alicuius domini vel ſuperioris ſubditi eccleſiaſtici vel ſæcularis ſtatus in poſterum concurrerent colligerenturque, ſeditionem & tumultum excitarent, quod tum proximi vicini electores & alii principes, comites, ac alii ſuperiores ad inſtantiam & requiſitionem illius domini, apud quem ſeditio excitata eſſet, ſtatim, incontinenti, quam citiſſime cum equitibus & peditibus ipſi ſuccurrere debeant; & ſi requiſitionibus huiuſmodi auxilium minus ſufficiens foret, tum alii proximi vicini electores, & alii principes ac ſtatus ad requiſitionem, ut ſupra dictum eſt, eodem modo cum quanta potentia poterunt ſubvenire teneantur ad coercendum rebelles & ſeditioſos, ipſoſque ad obedientiam redigendum & debite puniendum; noſque omnes erga nos invicem exhibeamus ac geramus, ac ſi huiuſmodi ſeditio & tumultus in cujuſque noſtrum proprio ducatu, dominio, & diſtrictu contigiſſet, & ut quilibet ab alio ſibi fieri vellet.*

De comprimendis perduellibus.

CLVI. *Ut etiam ratione huiuſmodi auxilii inter præſtantem auxilium & recipientem*

in

in hoc differentia & error non naſcatur, tum auxilium electoris principis prælati, comitis, ſive ſtatus, qui pro auxilio ab alio requireretur, illi, in cujus ducatu, dominio, ſive diſtrictu, hujuſmodi ſeditio orta eſſet, in peditibus & equitibus quam poterit potentiſſime ſuis expenſis & ſumptibus ad unum menſem contra rebelles ſubditos præſtari debet, ut tamen in hoc menſe acceſſus & receſſus computentur. Si vero hoc auxilium intra menſem moraretur vel tardaretur, tum is cui hujuſmodi auxilium præſtitum eſſet, cum præſtante auxilium ſuper eo, quod ſibi ultra menſem præſtitum fuerit convenire & concordare teneatur. Item auxilium præſtans erga illum cui præſtiterit, ratione hujuſmodi auxilii præſtiti ſeſe amice et benigne gerat, prout ipſe ab aliis in tali caſu tractari vellet.

Quia etiam nos, ut Romanus Imperator pacem et concordiam univerſalem in ſacro imperio conſervare, ſeditioneſque et tumultus præcavere inclinati ſumus; idcirco ex Romanæ cæſarea poteſtatis plenitudine omnibus & ſingulis electoribus, & aliis principibus eccleſiaſticis & ſæcularibus, prælatis, comitibus, baronibus, equitibus, militibus, provinciarum præfectis, locumtenentibus adminiſtratoribus; officialibus, judicibus, burgimagiſtris, conſiliariis, civibus, communitatibus, ac alias omnibus nobis & ſacro imperio, ſubditis, & fidelibus cujuſcumque dignitatis, ſtatus, vel conditionis fuerint, per præſentes ſerio mandamus, ac volumus, quod nullus alium violenter & de facto contra jus, ac noſtram & ſacrii imperii editam pacem provincialem moleſtet, invadat, vel lædat; ſed invicem pacifice vivant, prout dicta pax provincialis in ſuis articulis latius continet quam charam quilibet noſtram & im-
De juſtitia adminiſtranda. *perii gratiam habet, ac ſub pœnis in dicta noſtra & imperii pace provinciali edita contentis neceſſaria noſtra voluntas eſt.* Pluribus interjectis de colenda juſtitia deque judiciorum ordine, hæc addidit de coercendo luxu, blaſphemis puniendis, necnon conficienda in Turcam expeditione.

CLVII. *Quamvis etiam hactenus per multos annos in conventibus imperialibus celebratis de bonis ordinationibus & politia, utpote ſuper inauditis blaſphemiis, compotationibus, luxu veſtimentorum, inanibus nuptiarum ſumptibus, baptiſmis parvulorum, exequiis, gravibus expenſis apud caupones, menſuris, ponderibus, & aliis id genus ſimilibus conſultatum fuerit; tamen hujuſmodi ordinatio ad aliquem effectum non pervenit; unde blaſphemiæ etiam inauditæ, & exercitium compotandi, in communem uſum venerunt, pariter* Blaſphemia & compotandi abuſus inducta.
etiam luxus veſtium inter nobiles cives & ruſticos ita excrevit, ut per hoc non ſolum privatæ perſonæ, verum etiam provinciæ in ſubſtantiæ ſuæ & victualium diminutionem inciderint, perque pannos auro contextos, velutum, damaſcum, raſum, peregrinos pannos, bireta magni pretii, perlas, aurum filatum, quibus ad veſtium luxum utuntur, immenſa pecuniæ vis ex Germanica natione exportatur. Ad hæc hujuſmodi veſtium luxus in genere adeo immodice uſurpent, quod inter principes & comites & nobiles, nobiles & cives; cives & ruſticos, nulla differentia cognoſci poteſt. Quocirca nos, necnon electores & alii principes ac ſtatus ad honorem & laudem Dei omnipotentis, commodum, et utilitatem Germanicæ nationis, ad promotionem reipublicæ pro neceſſitate ſumma omnium ſtatuum ſuper dictis, ac aliis punctis & articulis, ordinem & reformationem erximus & inſtituimus juxta formam conſtitutionum, & præſertim mandatorum noſtrorum per nos paſſim in imperio in publica forma editorum.

Poſtquam etiam notorium & ob oculos CLVIII. De repellendo Turca.
omnibuſque notum eſt, quo pacto Turcus hereditarius Chriſtiani nominis hoſtis multa Chriſtiana regna, provincias, & homines horrenda & miſerabili tyrannide ſuæ tyrannicæ iuriſdictioni ſubiecerit, iam etiam poſt adeptum Hungariæ regnum pedem contra Germanicam nationem poſuerit, prout in obſidione qua anno præterito Viennam cinxit, clare apparet: ex quotidiana quoque exploratione ſcitur, ipſum hoc contentum non eſſe, ſed maiori potentia & apparatu ſeſe ad expeditionem parare, animo Germanicam nationem gravius bello moleſtandi & aggrediendi. Quare nos, necnon electores, & alii principes, ac ſtatus arbitramur inevitabilem neceſſitatem exigere, ut contra ſerio ſumma diligentia De auxiliis convocandis.
quam expeditiſſime ad reſiſtendum apparemur & armemur: proinde electores, necnon alii principes, ac ſtatus ad reſiſtendum ita firmiter Turcis ad triennium & illo durante in quemlibet annum pedites & equites ſeſe nobis dare velle conſenſerunt.

Ut tamen primum certificentur quanta CLIX.
potentia & exercitu, quo etiam loco durabili exercitum Turcæ obviam ire inſtituerimus & deliberaverimus: item ut prius informentur quid ſanctitas Romani Pontificis, Italia, Gallia, Hungaria, Anglia, Bohemia, Portugallia, Polonia, Dacia, & Scotia, & alii Chriſtiani potentatus facturi ſint: præterea ut ipſis notificetur tempus expeditionis, ac omnes hujuſmodi belli circumſtantiæ, quo pacto & quibus copiis in pluribus locis terra & mari Turca

op-

oppugnari poſſit : cum etiam graviſſimum hoc opus durabilis expeditionis irrequiſitis aliis Chriſtianis potentatibus, & aliis graviſſimis cauſis tam cito fieri non poſſit; ideo ipſis electoribus noſtris, ac aliis principibus & ſtatibus promiſimus, quod quam fieri poterit citiſſime, dictam ſummi Pontificis ſanctitatem, ac alios Chriſtianos potentatus pro valido contra Turcas auxilio ſolicitabimus ac precabimur; cumque illorum in hoc conſenſum habuerimus, quod tum iterumque conventum imperialem generalem ad locum opportunum indicemus, in quo omnes electores, ac alii principes & ſtatus perſonaliter comparere, necnon ſanctitas Romani Pontificis ac alii ſupradicti potentatus ſuos dignos nuntios cum pleno mandato ad ipſum deputare debeant, & illic pro neceſſitate tractare, ut conſultetur & concludatur, quo pacto quibuſque copiis, quoque tempore & loco hujuſmodi durabilis expeditio contra Turcas ſuſtineri & perfici poſſit, utque quod illic concluſum fuerit, ad certiſſimum effectum deducatur.

CLX. Quomodo vero nihilominus medio tempore natio Germanica a gravi, pernicioſa, & ſubita Turcarum invaſione, donec de hujuſmodi durabili auxilio conveniatur, defendi poſſit, idcirco electores, ac alii principes & ſtatus jam hic convenerunt & concordarunt, ac promiſerunt quod ſi Turca futuro vere citius vel tardius cum potenti exercitu, quemadmodum anno præterito contigit, in Hungaria, Moravia, Sileſia, Auſtria, vel aliorum ſacri imperii ſtatuum confinibus adventaret: circa quod, quemadmodmodum concluſum fuerit, diligens & certa exploratio fieri debet, quocumque loco id contingat, quod ad reſiſtendum illis num... millia equitum & num... millia peditum, prout in contributione nobis alias Wormatiæ ad profectionem noſtram ad urbem Romanam promiſſa exprimitur pro celeri auxilio et defenſione, deputatione & mittere debeant et velint: hujuſmodi etiam celer promiſſum auxilium ita intelligendum venit, ut id non ſolum hoc præſenti anno, verum etiam annis ſequentibus quandocumque Turca cum exercitu adventaret, donec de durabili auxilio concordetur ſemel tamen ſolummodo præſtari debeat. Item hujuſmodi auxilium in hominibus, non autem pecunia, præſtari, ac ſex menſes triginta diebus pro menſe computatis durare habeat; quilibet tamen in ſuis militibus ſe ad octo menſes paret eade cauſa. Quod ſi ſumma neceſſitas longius tempus exigeret, utpote ſi Turca in Hungaria caſtra metari, & moram trahere vel hiemare vellet, aut Deus omnipotens Chriſtiano exercitui victoriam contra

Ut exercitus comparandus ſit.

Turcas concederet, ita quod neceſſitas exigeret, et expediret Turcas inſequi, aut amplius ipſis noceri poſſet, aut ad hoſtes ventum, cumque illis congredi non ſatis virium, ſed majori auxilio, vel ut diutius expectetur opus eſſet, tum capitaneus generalis totius exercitus et ſeu conſiliarii militares ſibi adjuncti ſeptimum menſem et ſi ille non ſufficeret, octavum nec ultra addere, et hujuſmodi celer auxilium eo uſque extendere poſſint, cum hoc quod ipſi electoribus de Saxonia et Brandeburgo, ac etiam Archiduce Auſtriæ, archiepiſcopo Salzburgenſi, Willelmo Bavariæ duci, Georgio marchioni Brandeburgenſi, ut ſpecialiter a nobis et electoribus, ac aliis principibus et ſtatibus ad hoc deputatis cauſas hujuſmodi prorogationis et extenſionis tempeſtive notificare, et perſcribere debeant: qui electores et principes deinde ſtatim ad locum opportunum convenire aut ipſorum conſiliarios mittere debent ad examinandum dictas cauſas; et ſi major pars ipſorum hujuſmodi cauſas ſufficientes exiſtimaverint, tum capitaneo cujuſque circuli notificent, ut ipſi deinceps hoc latius aliis principibus, prælatis, comitibus, et civitatibus illius circuli denuntient, quod ſuſtentationes ad reliquos duos menſes præſtare habeant, quam ſubito finito præſenti conventu ſuperiores cujuslibet circuli alios principes, prælatos, comites, et civitates cujuslibet circuli, ut inter ſe de capite hujuſmodi conveniant convocent: poſtquam convenirent, capitaneo generali totius exercitus id indicent, ut ipſe quomodo ſe gerere habeat quoad dictam notificationem ſciat, is capitaneus circuli et poteſtatem habeat modo ſupradicto alios principes, prælatos, comites, et civitates vocandi.

Proinde quilibet elector, ac alius princeps, et ſtatus cum numero peditum et equitum ſibi injuncto ita ſe paret et inſtruat, ut cum a capitaneo ſui circuli requiretur, ſuos milites, ut ſupradictum eſt, ſtatim ſine mora paratos et inſtructos ad tempus et locum per capitaneum generalem nominanda incontinenti mittat, in hocque quoad ipſum nullus defectus vel mora appareat: at ſi aliquis ſtatus ad hujuſmodi requiſitiones ſuos non mitteret, aut mitteret; non tamen plane, ut ipſi injunctum fuerit, tum ille in medietate illius quod ſibi injunctum fuerat puniatur, noſter etiam cæſareus fiſcalis ad monitorium ipſi injunctum ac ad pœnam jam dictam, videlicet medietatem irremiſſibilem contra illum vel illos, qui modo ſupradicto inobedientes appareant procedat: quæ pœna poſtea ad utilitatem conventuum imperii converti debent. CLXI.

In

CLXII. *In loco quem capitaneus nominabit omnium copiarum de novo delectus habeatur. De ſtipendii etiam ſolutione, principio, et fine menſium propter multas cauſas tractari et conveniri debet: quod tamen quilibet ſtatus non pluribus menſibus neque longius tempus copias ſuas ſuſtentare, illiſque ſtipendium ſolvere teneatur, quam fuit conventum, et quo delectus commodius fieri poſſit, ſinguli electores et alii principes ac ſtatus in expeditione et tranſmiſſione copiarum ſuarum capitaneo generali ſcribant, quando copiarum ſuarum delectum habuerint, ſtipendium ſolvere inceperint, et quando miſſi fuerint; et pro itinere equitum quatuor milliaria in diem computari debent, quodque quinta die quieſcere poſſint. Quilibet etiam copias ſuas ita mittat, et de pecuniis pro ſtipendio provideat, ut per dictos ſex menſes nihil deficiat, et in conſcriptione militum hoc caveat, ut ſi ipſorum opera ultra ſex menſes opus eſſet, ſervire pro ſtipendio teneantur; cuilibet tamen liceat cum copiis ſuis ſuper ſtipendio durante hoc tempore convenire pro libito.*

CLXIII. *Præterea electores et alii principes ac ſtatus ſuper ſtipendio et ſuſtentatione militum ſuorum, peditum, et equitum, ut æquitas ſervetur nulluſque alterum plus ſolvendo gravet, modo infraſcripto concordarunt. Primo quod equiti, habita conſideratione caritatis omnium rerum, hoc tempore ac longinqui itineris pro equo in menſem, pro ſtipendio, et omni damno ſolvi debeant floreni duodecim, quindecim baciis pro floreno computatis. Item pro duodecim equitibus unus carrus, de quatuor equis et non ultra deputetur.* Additæ ſunt plures militares leges de annona comparanda, perſolvendiſque militi ſtipendiis, prout in has vel illas provincias Turca irrumperet, vel ſi etiam Poloniam invaderet, vel ſi in Pannoniam irrumperet, eaque in varias factiones diſcinderetur: de eccleſiarum vero ſacro auro argentoque, quod Clemens, ne expilaretur a Turcis, in Turcas pro tuendis eccleſiis militi certis legibus largiendum ſanxerat, ſubditur.

CLXIV. *Poſtquam etiam electores, & alii principes, ac ſtatus propter quaſdam bullas a ſanctitate Romani Pontificis chariſſimo fratri noſtro Hungariæ & Bohemiæ Regis dignitati ad reſiſtendum Turcis datas ad vendendum cleinodia eccleſiarum, & aliquam partem immobilium bonorum eccleſiaſticorum in ſacro imperio Germanicæ nationis, prout dictæ bullæ latius continent, inſuperque proceſſum ac eccleſiaſtica bona in aliquibus locis in perpetuum ſine facultate redimendi vendita fuerunt ex multis gravibus cauſis ſeſe gravatos conqueſti fuerunt, humiliter nobis ſupplicando, ut gratioſe providere dignaremur, quo hujuſmodi grave onus a germanica natione jam impoſitum averteretur; ideo nos cum maturo conſilio ac habita conſideratione dictorum gravaminum, per clementem noſtrum interventum apud dictum fratrem noſtrum rem eo deduximus, quod dilectio ſua ad gratificandum nobis, & variis aliis ex cauſis a dictis bullis pontificiis receſſit, nobiſque ac electoribus & aliis principibus, ac ſtatibus imperii promiſit, quod dictis ſibi conceſſis bullis neque nunc, neque in futurum ullibi in ſacro imperio, vel in noſtris & in dilectionis ſuæ Auſtriacis hereditariis dominiis, aut alias uti velit; dictus etiam frater noſter pro ſe & dominiis ſuis hereditariis ac ſtatibus conſenſit, ſeque in ſcriptis obligavit prælatis extra provincias ſuas, quibus vigore dictarum bullarum aliqua ipſorum bona vendita fuerunt, ſummam pro qua vendita fuere, intra ſex annos proximos reſtituere, ſolvere, & hæc omnia juxta literas per ipſius dilectionem deſuper erectas, &c.*

De gara eccleſiarum vertenda in Turcas ex pontificio decreto.

Quod vero attinet ad prælatos et eccleſiaſticos intra dominium ſuum exiſtentes; licet dilectio ſua prius pro venditionibus hujuſmodi bonorum conſenſerit, ſeque in ſcriptis obligaverit, quod dilectio ſua tempore pacis ante redemptionem bonorum cameræ ſuæ cuilibet partem ſuam debitam reſtitueret et ſolveret, non obſtante quod ſanctitas Romani Pontificis ſibi in hoc non injunxerit attendentes etiam hoc, quod dilectio ſua deputatis commiſſariis commiſerit, ut diligenter curent, quod venditoribus redimendi facultas reſervaret, deſuperque multæ venditiones et retrovenditiones factæ fuerint, nihilominus dilectio ſua ad gratificandum nobis, et communibus ſtatibus conſenſit omnibus et ſingulis prælatis et dominis ſuis exiſtentibus, qui hujuſmodi obligationes in ſcriptis in ſpecie petituri eſſent, pro ſe et heredibus dilectionis ſuæ de ſolvendo et reſtituendo cuilibet ſummam venditionis hujuſmodi, illas ſeſe dare velle. Ad hæc dilectio ſua in futurum cum illis, qui venditionis ſuæ pacto de retrovendendo iniſſent pactum tractare curabit, ut ii, qui vendiderunt ad redemptionem pervenire pro eadem ſumma qua venditio facta fuerit, redimere poſſint. Et infra. CLXV.

Cum etiam gravamina nationis Germanicæ, quæ ipſa contra ſedem Romanam in conventu Wormatienſi propoſuit, de quibus poſtea Nurembergæ et Spiræ mentio facta fuit, jam hic per electores et alios principes ac ſtatus imperii iterum in ſcriptis propo- CLXVI.

po-

poſita fuerunt, cum humili ſupplicatione, ut hujuſmodi gravamina legato ſanctitatis Romani Pontificis jam hic præſenti referantur, tractenturque, ac viæ quærantur, quibus hujuſmodi propoſita gravamina averti poſſint; ideo nos legato ſanctitatis Romani Pontificis hujuſmodi gravamina propoſuimus, inſuperque per electores ac alios principes & ſtatus, necnon ſpecialiter ad hoc deputatos conſiliarios in ipſo ſuper hoc tractavimus. Cum vero nobis ſignificaſſet, quod in hujuſmodi gravaminibus aliqui articuli, qui in poteſtate ſua non eſſent, continerentur indicando nobis etiam deliberationem & bonam voluntatem ſuam, ita quod nunc nihil utiliter vel deciſivum ad communium ſtatuum petitionem tractari potuit; ideo nos ad bonam negotii promotionem Clementer in nos id oneris ſuſcepimus, videlicet per oratorem noſtrum apud ſanctitatem Romani Pontificis diligentiſſime hoc procurandi, remque eo deducendi, ut hujuſmodi gravamina tollantur, ac noſtræ huic nationi in juſta hac petitione mos geratur. Plura alia addita de oneribus, principum ſedandis diſſidiis, deque vectigalibus ex æquo imperandis.

CLXVII. Hæc omnia & ſingula ſupraſcripta nos Carolum Imperatorem concernentia promittimus per Cæſaream noſtram dignitatem & verba vere firmiter, & inviolabiliter obſervare & adimplere, eiſque ſtricte abſque contradictione ſatisfacere, neque quidquam contrarium inſtituere, agere, vel edere, vel alii ut noſtro nomine faciant conſentire citra argutias & cavillationes: in quorum fidem præſenti receſſui cæſareum noſtrum ſigillum appendimus. Nos etiam electores, & alii principes, prælati, comites, barones, necnon electorum, & aliorum principum, prælatorum, comitum, baronum ac ſacri imperii liberarum, & imperialium civitatum miſſi, nuntii, & procuratores infraſcripti palam per præſentem receſſum fatemur omnia, & ſingula puncta ſubſcripta, & articulos cum conſcientia, voluntate & conſilio noſtro tractatos & concluſos fuiſſe.

CLXVIII. Conſenſimus etiam in omnia ſupradicta, & in ſpecie vigore præſentium literarum. Promiſſimus etiam ſub bona et vera fide hæc unumquemque noſtrum provincialem, vel amicum ſuum, a quo miſſus eſt, vel mandatum habet, concernunt aut concernere poterunt, vere, firmiter, et inviolabiliter obſervare, adimplere, ipſiſque pro viribus ſatisfacere ſimpliciter, et citra argutias.

Principum qui hoc decretum confirmarunt nomina.

Nos vero electores, et alii principes, prælati, comites, barones, ac ſacri imperii liberarum et imperialium civitatum nuncii, miſſi, et procuratores ſumus hic infraſcripti, videlicet, Nos Albertus Moguntinus, et Hermannus Colonienſis archiepiſcopi. Joachim marchio Brandeburgenſis, omnes tres perſonaliter nomine archiepiſcopi Treverenſis, &c. Adjectæ ſunt prolixæ procerum, qui interfuere, ſubſcriptiones. Dat. in noſtra & imperiali civitate Auguſtenſi XIX. die novembris MDXXX.

In his Auguſtenſibus conventibus Joachimus marchio Brandeburgenſis eximium pietatis ſpecimen pro aſſerenda orthodoxa fide dedit, ad quem Clemens has literas miſit (a). CLXIX.

(a) Lib. brev. ann. 1531. p. 568.

Joachimo marchioni Brandeburgenſi ſacri Romani imperii principi electori.

Joachimus dux Brandeburg. ob pietatem commendatus.

Multis de cauſis gratiſſimæ nobis fuerunt literæ tuæ, & infra, tum quod pietatem & ſtudium tuum in ſancta fide catholica iſthic tuenda teſtantur, tum quod idem de te pollicentur in poſterum, quod nos hactenus de te ſemper audivimus, & audientes læsati ſumus: eſt enim nobis merito ac ſumme gaudendum tali te virtute, authoritate, & dignitate principem parem afferre animum ac voluntatem ad ſancta religionis cauſam tuendam, nonnullis aliis interjectis quem una cum dilecto filio noſtro fratre germano tuo Cardinale Moguntino pariter ſacri Romani imperii principe electore ſingulari ac debita charitate proſequimur, & infra. Te fili hortamur, quamquam id minime facimus neceſſario, ut quem hactenus Deo & nobis in hoc ſanctæ fidei negotio præſtitiſti, deinceps ſicut ſperamus & in tuis literis amantiſſime pollicetis, eundem præſtes, Deo ipſi in primis gratum facturus, optimique principis et electoris officium executurus. Datum Romæ XVII. decembris MDXXX. pontificatus noſtri anno VII. Georgium quoque Saxoniæ ducem in avita religione conſtantiſſimum, a cujus exemplo alii Saxoniæ duces defecerant, Pontifex commendavit (b).

(b) Clem. lib. brev. an. 1531. p. 538.

Georgio duci Saxoniæ.

Georgius dux Saxon. ut perſtet in fide ad conſtantiam ſolicitatus.

Hortaremur nobilitatem tuam ad perſiſtendum in eadem religionis tutela, niſi illa ſua ſponte ac pietate ſemper in hoc ita animata fuerit, ut nullius hortatione unquam eguerit: itaque potius laudes & gratias meditari nos addecet, quam ſtimulos ſuæ virtuti addere. Tantum dicimus quotidie aliquid noſtro in te amori accedere, cum tu nullum finem facias de Deo & hac ſancta ſede benemerendi, etc. Dat. Romæ XVII. decembris MDXXX. pontificatus noſtri anno VII.

Parte alia Lutherani principes, ut ſe adverſus Cæſarem eccleſiaſticos priſtinis juribus reſtituere meditantem tuerentur, ad XXII. decembris ad Smacaldiam convenerunt, ac fœdus, cui poſtea alii principes & civitates ſe junxere, inter ſeſe CLXX.

ad-

adverſus Carolum Imperatorem pepigerunt (*a*), adeo ut res ſpectare ad arma videretur. Verum Carolus ad regnum Romanorum Ferdinando fratei aſſereodum animum convertit, atque a Moguntioo archiepiſcopo indictus eſt conventus Coloniæ celebrandus, de quo peoximo anno agetur. Eeat autem Ferdinandus Rex erga catholicam religionem egregie affectus, ad quem datæ extant hæ Clementis literæ (*b*), ut in Bohemia ſolemnes pro tuenda incorrupta fidei puritate regni ordinum cœtus adiret.

(*a*) *Sur. in comment.*

Hæretici fœdus armorum inter ſe ineunt.

(*b*) *Lib. brev. ann.* 1531. *p.*251.

Ad ſereniſſimum Regem Ferdinaudum.

Licet quæ majeſtas tuo pro ſacroſanctæ religionis tutela et amplitudine non minus prudenter, quam magnifice aſſidue agit ac molitur, nobis adeo ſiut cognita ee explorata, ut in eorum commemoratione magna cum animi jucunditate plerumque verſemur; nova tamen quadam voluptate nuper affecti ſumus en his, quæ nuper dilectus filius Andreas de Burgo tuus orator, et venerabilis frater epiſeopus Gurceuſis ſingillatim et abunde de tua in cultu divino augendo propenſioue nobis retulerunt; illudque in primis nos exhilaravit, audientes quanto animi ardore concupiſcas, eoque omnes tuos conatus convertere ſtatueris, ut negotio Auguſtenſi abſoluto primo quoque tempore conventum gueralem in regno Bohemiæ indices celebreſque, cui non modo ipſe interſis, ſed eeiam omnem curam, induſtriam, authoritatemque adhibeas, ut inclytum illud ac nobile regnum tot jam annis paucorum ſcelere a reliquo Chriſtianæ reipublicæ corpore divulſum ac ſequeſtratum, capiti ſuo, ue verum ee legitimum membrum cohæreat, ce uniatur. Cui quidem tam ſaucto, tam pio, tamque glorioſo operi non dubitamus Deum optimum maximum affuturum, ſuique divini ſpiritus illapſu optatum finem allaturum: quod ubi effectum erit, quis uumerare poteſt, quoe emolumentis et inſignibus ee et uuiverſas provincias ac regiones tuas ſis cumulaturus: regnum enim illud, ubi erit quoad religionem concors et unanime, longe proniora obſequia et ampliora ſubſidia majeſtati tuæ adverſus fidei hoſtes ſuppeditabit. Tua inſuper laus et gloria, quæ jam latiſſime patet, eu hoc præclaro facinore in omuem memoriam, omnemque poſteritatem propagabitur, nec illud in poſtremis habendum eſt, quod magnus quidam ſtimulus et velut calcar addetur impiis Lutheranis, ut et Bohemorum exemplum ſequi velint, et ſicut eorum ſecta eu fontibus Joanuis Us emanavit; ita Uſſitis ad ſaniorem mentem converſis, ipſi quoque tandem reſipiſcant. Extremum illud eſt, quod ubi tua majeſtas ſua induſtria et ſapientia tantum acceſſionis et incrementi Chriſtianæ religioui adjunueris, omnes Chriſtiani nominis priucipes tibi ſubſidia ad crudeliſſimum Turcharum tyrannum commuuem hoſtem debellandum entermiuandumque merito debebunt. Quapropter, fili chariſſime et nobis ac ſanctæ ſedi Apoſtolicæ tuis eu meritis dilectiſſime, te etiam atque eriam hortamur, et ſi pateris rogamus ut ad tam præclarum et illuſtre opus te accingas, et hanc provinciam diguam majoribus tuis, dignam rebus tuis geſtis, dignam expectatione, quam de te ubique concitaſti, non minus alacriter quam conſtanter ſuſcipias, jampridem erga te peculiari ac paterno amore incenſi quantum opera, authoritate, benevolentia noſtris efficere poterimus, nulla iu re deerimus, quoad nobis per Deum licuerit, quin amantiſſimi parentis officia tuæ ſerenitati de vera religione tam benemerenti ſemper exhibeamus, quemadmodum venerabilis frater archiepiſcopus Roſſaneuſis nuutius apud te noſter hæc latius explicabit. Dat. Romæ in die VIII. *julii MDXXX. pontificatus noſtri anno* VII. Decretum poſtea fuiſſe in his conventibus Auguſtanis regnum Romanoeum Ferdinando patet ex pontificiarum de congregando concilio œcumenico literarum inſcriptione, quas infeeius ſubjiciemus.

Data Ferdinando monita, ut fidem in Bohemia tueatur.

Ad Turcas repellendas ſe comparet.

Quod porro ad concilium attinet; in ipſo Auguſtanoeum conventuum exordio, ut dictum eſt, Carolus V. quem Bononiæ Clementem hortatibus urſiſſe vidimus, ut illud pro excindendis hæreſibus indiceret; cum Lutheranos in controverſiis fidei ad concilium in Germania congregandum provocare audiſſet, cæſarea manu ad Clementem ſcripſit (*c*), ut ad obſtruendum os Lutheranis, totque de religione diſſidia tollenda in Germania concilium cogeret: quinetiam Cardinalis Campegius legatus Pontificem admonuit, omnes peincipes catholicos, qui in Auguſtano conventu de fide bene ſentiebant, in eadem ſententia eſſe, neceſſarium ſcilicet pro evellenda ex Germania hæreſi ut concilium convocetur, ea tamen lege, ut hæretici ſuos errores deponerent, ac fidei catholicæ inſtitutis & obſequio ſanctæ matris Eccleſiæ ſe accommodarent: quæ etiam Majus oeatoe cæſareus expoſuit Clementi, qui exaratis ſua manu literis Carolo V. eeſpondit, ſe ea de re Cardinales, qui cauſis ad fidem ſpectantibus præfecti ſunt, conſuluiſſe, omneſque in eam ſententiam iiſſe, ut quantocyus congregetur concilium ſi opus ſit atque omnia præſidia ad radicitus excindendas hæreſes, reſti- CLXXI.

(*c*) *Exr. de re lit. l.*2. *princ. p.*197.

Reſponſum a Clemente deciſa a Conciliis non revocanda in controverſiam.

tuendum in priſtinum ſtatum divinum cultum, ac ſalutem Chriſtiani imperii aſſerendam adhibeantur: cæterum plures ex iis ſentire concilium non idoneum ad hæc perficienda adjumentum videri, cum ea, quæ ab aliis conciliis conſtituta ſint, ac plurium ſæculorum flexu ab omnibus Chriſtianis obſervata in diſceptationem vocari non debeant: conſueviſſe quidem ſedem Apoſtolicam concilia dare hæreticis, cum eorum opiniones, etſi erroneæ & ab univerſæ Eccleſiæ ritu abhorrentes, nondum tamen ab Eccleſia damnatæ fuerunt: jam vero ea, quæ a conciliis definita ſunt, in dubium adduci non poſſe ſina publica offenſione, ſine exitiali exemplo, ſine magno dignitatis apoſtolicæ detrimento; neque ullam affulgere ſpem, ut futuri concilii authoritas plus valeat ad excindendos errores hujus temporis, quam ſuperiorum conciliorum, quæ a tot ſanctiſſimis, doctrinaque florentiſſimis patribus celebrata ſunt, valeat authoritas quorum decreta ſancta, qui ſpreverit ſine dublo decreta futuri concilii ſpreturus eſt: additque Cardinales ipſos in animum inducere non poſſe, Lutheranorum de congregando concilio poſtulatum ad finem pium dirigi, ſed hæreticorum more conſilia exitialia ſpecie honeſta occultare, atque moliri aliquid, ex quo major rerum perturbatio & confuſio oboriatur: in eaque ſententia tanto magis confirmari, quanto tempus celebrando concilio minus idoneum videatur non modo ob bella, quæ inter Chriſtianos exoritura formidantur, ut egregie Cæſar ipſe deſcripſerat; verum ob impendens belli Turcici diſcrimen, a quo maximi in annum proximum apparatus fiant: ſi enim concilii rebus navetur opera, bellicos in Turcas apparatus diſturbatum iri: ſi autem ad bellum pro defendenda re Chriſtiana intendantur ſtudia, concilium imperfecta re diſſolutum iri. Quin ipſum Cæſarem rerum difficultates experiri, ut qui in rebus juſtiſſimis minimam unius nationis partem ad ſuam voluntatem flectere non poſſit; has vero difficultates ex temporis acerbitate auctum iri; hæreticos enim & impios homines ex rerum diſcrimine ancipiti occaſionem aucupaturos ad aliquid fidei catholicæ exitiale extorquendum: ad quam quidem confirmandam cum nullum ſit majus nec ſanctius præſidium celebratione concilii, quando modo & tempore idoneis cogitur; ita vice verſa nullum magis anceps eſſe, & ex quo majora mala pullulare poſſint, ubi debitæ circumſtantiæ non conſentiant, aut aliquis caſus improviſus ſynodi ordinem confundat.

His ſubjecit Clemens, ob has ratio- CLXXII
nes a Cardinalibus allatas in ſententia celebrandi concilii potuiſſe fluctuare animo, niſi apud illum plus valuiſſet authoritas cæſareæ majeſtatis, cujus optima & pia mens fidei catholicæ tenax ſedique Apoſtolicæ addictiſſima, tum ſingulari prudentia ornatiſſima probe cognita eſſet; atque ideo perpendere Cæſarem præſentem in Germania poſſe acutius pro eo medendo malo remedii vim neceſſitatemque prænoſcere, quam eos, qui a Germania tot locorum intervallis ſunt diſſiti: præterea ſecum ipſum reputare, Cæſarem nihil prorſus eſſlagitaturum aut propoſiturum, quod non ad publicum Chriſtiani imperii bonum & incrementum ſpectet: proinde eum oravit ut maxima prudentiæ maturitate perpenderet an concilium œcumenicum conſequendæ rei gratia neceſſarium ſit; ac ſi neceſſarium ſenſerit, polliceri Lutheranis juſſit concilium celebratum iri hac lege addita, ut quemadmodum Cæſar ſcripſerat, mox ſuos errores abiiciant, ac ſanctæ matri Eccleſiæ obedientiam deferant, ejuſque ritus & doctrinam teneant, donec a concilio aliud decernatur, cujus decretis & imperiis omnino ſe ſubiiciant. Sine hujuſmodi autem legibus concedi non poſſe concilium niſi maxima cum Chriſtiani populi offenſione, & peſſimo poſterorum exemplo: proinde neceſſarium eſſe ut cæſarea majeſtas diligentiſſime agat, ut in has leges Lutherani jurent, quæ ad exitum perducantur, ut ſedes Apoſtolica confidere queat hæreticos concilio impetrato priſtinos errores non recepturos; alioqui publicam offenſionem concitatum iri: porro mox atque illi hanc conditionem admiſerint obſervarintque, pollicitus eſt Carolo Clemens, concilium eo tempore, quod exiſtimatum fuerit conſentaneum, congregatum iri, breviſſimo ſcilicet intervallo: pro certo haberet, ſe non minus in omnibus rebus, quæ publicam Chriſtiani imperii ſalutem, aut privatam pontificiam dignitatem tangant, ipſi Cæſari, quam ſibimet fidere; viciſſimque de pontificio ſtudio ac ſincero animo eum ambigere non debere.

Ea lege promiſſum hæreticis concilium, ut promittant ſtare illius decretis.

Quod ad propoſita ab hæreticis capita CLXXIII.
ſpectaret; neceſſarium ſibi videri, illos ab eodem Cæſare moneri, ut rem ad eos articulos redigerent, in quibus ampliores addubitandi cauſas obtendunt, ut prolixitas, quæ immenſa foret, declinari queat, ac defugiatur incommodum ne quæ in aliis conciliis ſunt conſtabilita,

Moniti, ut cauſas dubitandi nitide exponant.

ta, repetantur. Cæterum de tempore & loco celebrandi concilii conſtituendum fore, atque ea in re Caroli rogavit ſententiam Pontifex, profeſſus cujuſcumque loci reſpectum ſibi abſcindere, præſertim cum in eo concilio cæſarea majeſtas præſens affutura ſit: verum uti in præſentiarum occurrit animo, cum videatur maxime neceſſarium, ut concilium in nulla alia Chriſtiani imperii provincia quam in Italia celebretur: arbitrari Romam omnibus ad ſuſtentandam tantam multitudinem, quanta ad concilium ventura eſſet, maxime idoneam, cum hoc concilium non ob ſchiſma plurium Pontificum, neque ob principum Chriſtianorum diſſidia, quæ movendæ de hoc vel illo loco controverſiæ ac ſuſpicionis occaſionem dare poſſent, ſed ad excindendas hæreſes ac decernenda adverſus infideles bella indicendum ſit: decere præterea, ut concilium in ea urbe peragatur, quæ arx Chriſtianæ fidei eſt, & in qua tot alia concilia celebrata fuerunt: moveri etiam hac de cauſa, quod urbs poſt tot tantaſque perpeſſas calamitates ex diuturna pontificiæ curiæ abſentia maximum detrimentum erat acceptura: ſi vero Roma grata non fuerit, vel Bononiam, vel Placentiam, vel Mantuam amplas civitates congregando concilio accommodas futuras. Quæ literæ die ultima julii anni MDXXX. Romæ conſignatæ ſunt.

Significat Clemens celebrandum Romæ concilium.

CLXXIV. Æquiſſimum fuit datum Carolo a Clemente reſponſum, nimirum decreta fidei ab antiquis conciliis œcumenicis edita in controverſiam non vocanda in novo concilio: *Sic enim*, ait Joannes Eckius (a), *Papa Gelaſius dicit* (b), *majores noſtri divina inſpiratione cernentes neceſſario præcaverunt, ut quod contra unam quamque hæreſim coacta ſemel ſynodus pro fidei communione & veritate catholica atque apoſtolica promulgaſſet, non ſinerent novis poſthac retractationibus mutilari, ſed authore cujuslibet inſaniæ, ac pariter errore damnato, ſufficere judicaverunt, ut quiſquis aliquando hujus erroris communicator exiſteret, principali ſententia damnationis ejus eſſet obſtrictus.* Contemnendas vero fuiſſe omnes Lutheranorum obteſtationes de amplectenda catholica veritate, ſi ea demonſtrata ipſis eſſet, ita docet (c): *Communis hæc eſt hæreticorum proteſtatio, & cum primum ad correctionem ventum eſt, reſiliunt, ſuperbiunt, tumultuantur. Quod ſi ſancti patres eis afferantur teſtes, clamant eos quoque homines fuiſſe: ſi citentur canones, obganniunt ſtatim frigida hæc eſſe decreta: ſi eligendi forte ſunt judices, recuſant ſubito dicentes, verbum Dei non ferre judicem, quod ſi allegentur concilia, clamitant ea ſæpius erraſſe: atqui e ſacris literis etiam ſi afferatur aliquid, & has ſuo ingenio tractant, ſuamque tantum expoſitionem ratam haberi volunt, contradicente etiam univerſa Eccleſia jam inde a temporibus Apoſtolorum. Hæ nimirum ſunt iſtæ foveæ, in quas ſeſe intrudunt vulpeculæ noſtræ, demoliuntur vineam Eccleſiæ Chriſti; atque ideo Papa Stephanus monet, hæreticis dicentibus paratos ſe eſſe ad emendationem, credendum non eſſe.*

(a) Joan. Eck to. 2. (b) 2. q. 1. c. Majores.

Juſtum Clementis reſponſum demonſtratur.

(c) Joan. Eck. to. 2. homil. 2. dom. 6. poſt paſch.

Hæreticorum pateſactæ fraudes.

CLXXV. Expetiit iterum a Clemente Carolus (d), ut concilium œcumenicum indiceretur: cui Clemens audito Petro Lacueva oratore cæſareo reſpondit ſe de hia conſilium cum Cardinalibus habiturum, principeſque Chriſtianos facturum certiores, & eorum voluntates circa concilium ipſum exploraturum, ac de egregio illius in Eccleſiam & Mediceam ſtirpem ſtudio gratias egit: quæ literæ XVIII. novembris hujus anni exaratæ ſunt. Monitus vero eſt a Ferdinando Hungariæ, Bohemiæ, & Romanorum Rege de ſolutis Auguſtanis conventibus, atque nulla ratione Lutheranos a priſtinis erroribus abduci potuiſſe; ad concilium tamen œcumenicum provocaſſe: idemque tum legatus Cardinalis, tum orator cæſareus retulerunt. Quibus acceptis Clemens concilium in Italia celebrandum, ne ſcilicet hæretici illud turbare poſſent, cenſuit, atque ad Ferdinandum Regem, ut epiſcopos & oratores paratos eſſe juberet, has literas dedit (e).

(d) Extat ea de re lit. lib. 3. liter. princ. p. 3.

Decernit Clemens celebrare concilium in Italia.

(e) Lib. brev. ann. 1538. p. 604.

Regi Ferdinando.

Expectavimus hactenus ſumma cum animi noſtri ſolicitudine & pio deſiderio, ut præſentia, & authoritas chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Romanorum Imperatoris ſemper auguſti fratris tui nuper in conventu generali totius Germaniæ per eum Auguſtæ celebrato hæreſim Lutheranam tam late ſerpentem & pernicioſam extinguere, aut ſedare aliqua ratione poſſet; ſic enim nobis jam inde in adventu ipſius Cæſaris in Italiam ſpes facta fuerat, ejus præſentiam in Germania facile huic malo occurſuram, ob eamque præcipue cauſam nos tunc Bononiam ad ipſum Cæſarem in id cohortandum, & urgendum, quamquam per ſe animatum, nos contulimus: cujus ſpei noſtræ effectum ſi a Domino conſequi meruiſſemus, non ſolum tot millia animarum, quot in illa hæreſi periclitantur, Deo lucrifieri, & ſancta noſtra religio ab illa labe nunc & in poſterum emundari, ſed etiam facile remedia neceſſaria adverſus Turcarum incurſus & minas in dies invaleſcentes expediri potuiſſent. Sed cum & ex dicti Caroli Impera-

Datæ ea de re ad Ferd. litt.

Digitized by Google

ratoris & ex legati etiam illic noſtri, quem dedita opera illuc miſimus, literis, & ex tui etiam oratoris relatione, id quod tuæ ſerenitati etiam notum eſt, intelleuerimus, nihil per ipſum Cæſarem potuiſſe in ea re confici, omneſque ſpes illorum ad ſanitatem reducendorum ab eo fuiſſe abiectas, cum in ſua pertinacia & errore quotidie magis obſtinati perdurent; nos, qui hoc tam procelloſo tempore regendæ Petri naviculæ a Deo ſumus præpoſiti, primaſque partes hujus curæ & ſolicitudinis gerimus, habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, nullum aliud aut tutius aut præſentius remedium his fore exiſtimavimus, quam quod in caſu ſimili noſtri prædeceſſores & ſacroſanctæ ſynodi nos docuerunt, univerſale concilium, quod ipſi etiam Lutherani poſtulant, convocandi, in quo huic hæreſi in perpetuum mederi & ſimul Turcarum motibus nunc ingruentibus provideri poſſit. Itaque hæc tibi, fili chariſſime, ſicut Cæſari & principibus cæteris ſignificanda communicandaque duximus, te paterno affectu & charitate hortantes, ut tam ſancto & neceſſario operi pro tua pietate, proque majorum tuorum perpetua conſuetudine favere, cauſamque ſanctæ fidei cum tua, ſi fieri poſſit, præſentia, aut ſaltem cum oratoribus tuis tuorumque regnorum prælatis juvare & tueri, & in hoc te & illos præparare pro communi officio velis: nos enim quanto citius ad indictionem ipſius concilii in Italia & loco ad hoc commodiore celebrandi adjutore Domino devenire intendimus: ſicut etiam idem orator tuus ad te plenius ſcribet, & venerabilis frater Vincentius archiepiſcopus Roſſanenſis nuntius apud te noſter coram plenius explicabit. Dat. Romæ in prima decembris MDXXX. pontificatus noſtri anno VIII.

CLXXVI. Fuere hæ literæ encyclicæ ad alios Reges immutata paululum verborum formula miſſæ, nimirum ad Franciſcum Gallorum Regem (*a*), ad Henricum Anglum (*b*), ad quem etiam oratorem legavit, ad Scotum (*c*), ac Petro epiſcopo Sabinenſi referendæ fuſius ejus rei provinciam impoſuit, ad Luſitanum (*d*), ad Hungarum nimirum Joannem Regis Ferdinandi æmulum, ad Sigiſmundum Regem Poloniæ, ad Franciſcum Sfortiam Mediolani, ad Venetorum, ad Mantuæ, ad Lotharingiæ duces, ad Georgium marchionem Montisferrati; ut pari ſcilicet animorum conſenſione ad concilium celebrandum ſecum conſpirarent. Porro Gallorum Rex antequam pontificias literas exciperet, Clementi conſuluit, ut pro excindenda hæreſi concilium indiceret: cui Clemens his literis de egregia Chriſtianæ reipublicæ cura gratias egit (*e*), quodque una cum Cæſare de celebrando concilio conſentiret.

Monitt Reges & principes de celebrando concilio.

(*a*) *Ib. p.* 622.
(*b*) *Ead. pag.* 6.
(*c*) *Ibid.*
(*d*) *Ibid.*

(*e*) *Ib. p.* 619.

Regi Chriſtianiſſimo.

Literas majeſtatis tuæ recepimus prudentiæ & pietatis plenas, indictionem univerſalis concilii nobis ſuadentes, quo ſimul duobus maximis Chriſtianitatis periculis hæreſi videlicet Lutheranæ in dies ferventi, & Turcarum etiam apparatibus opportune provideri poſſit. Quæ majeſtatis tuæ voluntas, & in rempublicam Chriſtianam vigilantia nobis accidit merito gratiſſima, ſuo Chriſtianiſſimi titulo & loco, quem inter Chriſtianos principes inclytum gerit, digna, cum perinde ac tantum decebat Regem publicæ ſalutis curam ſuſcipias, & divino honori propere conſulendum putes. Qua in re, quæ viciſſim ſit voluntas noſtra inde perſpicere majeſtas tua potuit, quod jam antea ad illam literas ſuper hoc dederamus eam in id ipſum invitantes quod officium etiam cum cæteris principibus executi tunc fuimus; in quibus literis ad te noſtris, cum omnia plenius explicaverimus, conſulto ideo in his breviores erimus. Quamobrem ſumme gaudemus in Deo domino majeſtatem tuam nobiſcum & cum ſereniſſimo Cæſare pie in hoc congruere, in quod nos quidem aſſidue intendimus, quemadmodum plenius cum dilecto filio nobile viro duce Albaniæ affine ſecundum carnem noſtro, tuo oratore ſumus collocuti, qui hæc majeſtati tuæ diffuſius ſcribet, & venerabilis frater noſter epiſcopus Comenſis nuntius apud te noſter coram explicabit. Dat. die XIII. decembris MDXXX. pontificatus noſtri anno VIII.

De bello in Turcas gerendo Gallus conſilia ſuſcipit.

Solicitatus ut ea conferat cum Cæſare.

Extant aliæ pontificiæ ad eundem Regem de celebrando concilio miſſæ literæ (*f*). At quamvis œcumenica ſynodus maxime neceſſaria foret ad decernenda pro Luthero & aliis hæreſiarchis coercendis ex communi catholicorum conſenſu præſidia, ad confutandam eorum impudentiam, qui ſe in concilio futuros victores jactabant, ac ſecum maximam aliarum gentium partem ſentire ementiebantur; ad diſſolvendas ipſorum argutias, ad nutantes in fide concilii authoritate confirmandos, ad ſimplices in viam ſalutis concilii fama revocandos, quippe qui concilio verum ſcripturæ ſenſum interpretanti potius, quam paucis impoſtoribus ſcripturas adulterantibus erant aſſenſuri; ad efficacia adhibenda remedia, ne malum ulterius ſerperet, ad ſacerdotum mores, quorum laſcivia hæreſim alebat, excolendos, tum ad comparanda pro tuenda contra Turcas re- CLXXVII.

(*f*) *Ib. p.* 664.

De Concilio celebrando monitus.

Chri-

Chriſtiana auxilia; a Clemente tamen concilium nunquam indictum eſt, non quod, ut Guicciardinus opinatur (*a*), de pontificatu ob controverſos juſtos natales, vel ob emptum, ut ait, Pompeii Columnæ Cardinalis ſuffragium, vel ob Florentinos vi & armis ſub jugum Mediceum miſſos, ſibi litem intentandam vereretur, cum Carolus V. jurejurando ſponderet ſe affuturum ſynodo, nec quidquam adverſus illius dignitatem agitari paſſurum; verum quod Lutherani, qui provocarant ad concilium, leges a Cæſare ipſi Clementi, ut vidimus, promiſſas, quod ad veterem ritum mox eſſent redituri, & concilii œcumenici congregandi ſanctiones eſſent admiſſuri, aſpernarentur, utpote qui provocationem ad concilium non illius, ut diximus, judiciariæ ſententiæ excipiendæ deſiderio, ſed ad captanda diffugia provocaſſent, Turcicique belli in Cæſarem fama confirmati, feralia inter ſe contra catholicos armorum fœdera inirent (*b*). Nec levior deinde exorta lis eſt de concilii loco, cum illud Clemens una cum multis principibus Chriſtianis in Italia, Germani in Germania celebrari vellent (*c*). Edidit vero, de conciliis commentarium Matthæus Ugonius epiſcopus Famaguſtanus quadrifariam diſtinctum, quem Clementi obtulit.

(*a*) *Guicc. l.*20.

Cur non fuerit ab eo indictum.

(*b*) *Sur. in comm.*

(*c*) *Clem. lib. brev. hujus anni pag.* 495.

CLXXVIII Quod ad Turcicam rem attinet; cum ingentes bellicos apparatus in Chriſtianos Solimannum facere, atque in media Chriſtiani imperii viſcera penetrare, & inde arma vimque latius circumferre meditatum Pontifex admonitus fuiſſet, ſociali fœdere omnes Reges jungere in Turcam conſtituit; cum maxime ſublata jam eſſent inter principes Chriſtianos inteſtina bella, datiſque encyclicis literis ad Carolum V. (*d*) Cæſarem, Ferdinandum Hungariæ ac Bohemiæ (*e*), Franciſcum Galliæ (*f*), Henricum Angliæ (*g*), Sigiſmundum Poloniæ, Joannem Luſitaniæ Reges, & ad Sabaudiæ ac Mediolani duces, eos rogavit, ut oratoribus, quos in aula pontificia habebant, ampliſſima mandata darent, ut de auxiliis contra Turcas ferendis paciſcerentur: tantam enim armorum molem parari a Solimanno, ut proximo anno exercitum in expeditionem educturus videatur: inſcriptæ ſunt hac forma eæ ad Polonum literæ (*h*).

Sæva Solimanni conſilia.

Decernit Pont. Chriſtianos in eum conjungere.

(*d*) *Lib. brev. ann.* 1530. *p.*278.
(*e*) *Ib. p.* 279.
(*f*) *Ib. p.* 338.
(*g*) *Ib. p.* 339.

(*h*) *Lib. brev. ann.* 1530. *p.* 339.

Regi Poloniæ.

Cum ex oriente, ſicut tuæ ſerenitati notum credimus, conſtans aſſidue fama perferatur, in dieſque confirmetur, Turcarum tyrannum omni ſtudio in apparatum magni belli incumbere, nec ob aliam cauſam nunc quieſcere, quam ut in ſequenti anno validior inſtructiorque ad bellum conſurgat, quod miſeræ Chriſtianitati non jam in ejus finibus extremis, ut antehac fecit, ſed intra viſcera penitus inferat, & intra nos incluſus proxima quæque ſuo incendio corripiat; nos, qui hanc ejus quietem a Deo omnipotente nobis ad remedia conquirenda conceſſam eſſe judicamus, primumque hujus curiæ & ſolicitudinis locum pro paſtorali officio tenemus, non deſtitimus jampridem omnes Reges & principes Chriſtianos hortari, ut cum præſertim pacem univerſalem inter ipſos principes Dei munere confectam habeamus: in quo quidem, ejuſque conſervatione omnem Chriſtianitatis ſalutem poſitam eſſe nemo non videt, vellent pro communi religione defendenda, & periculo propulſando mandata ad ſuos quiſque oratores, apud nos exiſtentes ſuper hoc mittere, quo remediis conquiſitis opportunis deliberari de tota re, & conſilia ſalutaria ſuſcipi, & ad exequutionem perduci poſſent: in quo aliqui Chriſtiani principes nobis ſunt maxime laudandi, qui mandata ſuper hoc ampliſſima ad ſuos oratores jam huc miſerunt, ſicut & alios Reges idem facturos ſperamus. Cum autem, fili chariſſime, quotidie magis creſcat periculum, propiuſque in dies fiat timor, cum ipſe Turca proximo vere haud dubie credatur erupturus cum his, quas paravit, & in dies parat copiis; tali Juda non dormiente, vigilandum etiam nobis, & urgendam defenſionem exiſtimavimus, ne qua in re quantum monitis & authoritate facere poſſumus, noſtri officii partibus deſimus; nec vero hactenus defuimus, quoad potuimus, nec in futurum deerimus, quin continue & cum venerabilibus fratribus noſtris, & cum principum Chriſtianorum oratoribus aſſidue rem hanc diſcutiamus, omnique labore & cura conficere ſtudeamus, cum, ſicuti certiſſimum eſt, in nullo unquam majore periculo verſatam Chriſtianitatem, quam nunc verſetur attritis omnibus Chriſtianorum viribus, fuiſſe putemus. Itaque ad tuam ſerenitatem, ſicut ad cæteros Reges & principes, renovandam cohortationem noſtram in hoc duximus te per viſcera Domini noſtri, cujus fides agitur, requirentes & rogantes, ut pro tua & tuorum majorum pietate in hoc ſæpenumero perſpecta velis mandatum etiam tuum, cum opportunis inſtructionibus & conſiliis tuis ad hoc mittere, vel renovare, & Deo regum Regi gratum te præbere, nec inter cæteros Chriſtianos principes tam piæ, tam laudabili, & tam neceſſariæ ſuſceptioni deeſſe, ſicut tuam ſerenitatem pro ſua eximia religione & virtute eſſe facturam ſumme confidimus: ipſe

Datæ eo argumento ad Polonum litt.

enim

enim Deus, qui te tantum Regem in terris eſſe voluit, ut aſt in ſuos impenſa benignus & liberalis, & cæli regnum poſt terrenas opes tuæ ſerenitati retribuet, talia agentibus divina ſui oraculi voce repromiſſum. Dat. Romæ in die XXVII. *junii MDXXX, pontificatus noſtri anno* VII.

CLXXIX. Dum ita univerſos Reges ac principes ad defendendam rem Chriſtianam Clemens ſolicitaret, feliciter contigit, ut conciliata inter Carolum Imperatorem & Franciſcum Gallorum Regem anno ſuperiori pax confirmata ſit reſtitutis ipſi filiis obſidibus, poſt varias procraſtinationes; adeo ut trepidatum ſit (*a*), ne pax dirimeretur, quandoquidem Velaſcus magiſter equitum Caſtellæ regios liberos, qui prope Fontem rapidum perducti erant, retro avehi ob aurum minus fideliter appenſum juſſerit, atque Annæ Mommorantio pro his celeriter recipiendis non parum laborandum fuit. De receptis porro ab Rege Gallo liberis ei Pontifex (*b*) gratulatus eſt, ipſumque rogavit, ut qui etiamtum ob geſtum cum Cæſare bellum implicitus Turcarum conatus infringere non potuiſſet, nunc arma adverſus communem fidei hoſtem verteret.

Orta lites inter Gallos & Hiſpanos.

(*a*) *Ferron. in Franc. I. l.8.*

Reſtituti liberi Franciſco I.

(*b*) *Lib. brev. ann. 1530. p. 230.*

Regi Chriſtianiſſimo.

CLXXX. *Quanta ſimul lætitia affecti, & quam ſpiritu & charitate exultavimus ex tuis literis tuorum dulciſſimorum natorum receptionem nuntiantibus vix, fili chariſſime, poſſumus explicare; idque gratiſſimum per ſe nobis fuit etiam aliquanto gratius, quod tu ipſe manu tua ſcriptis literis nobis id nuntiandum putaſti: in quo agimus, ut debemus, ſerenitati tuæ gratias: quod quemadmodum veriſſimum eſt, ita in tuis literis profiteris, te non dubitare, quin nobis præ cæteris hæc res gaudio & voluptati futura ſit. Nos vero, fili chariſſime, Deum ipſum, qui hoc tantum gaudium tibi nobiſque conceſſit, advocamus teſtem, nos illum tuum caſum indignum tua virtute acerbiſſime ſemper tuliſſe; poſteaque tuorum natorum a te disjunctione, præſertim tam diuturna, ita doluiſſe, ut multa noſtra cum privata tum publica horum annorum incommoda non tam acriter nos perculerint: idque non dubitamus ſerenitati tuæ multis ex argumentis patefactum eſſe; tua enim damna, præter noſtram benivolentiam, etiam ad univerſam Chriſtianitatem ſemper exiſtimavimus pertinere, cum tu privatis affectus incommodis publica minus reſpicere poſſes, quæ alioqui pro excellenti tua virtute & potentia tuam curam & opem his Chriſtianitati a Turca impendentibus periculis advocabant: quare vertimus nunc Dei munere planctum in gaudium, cum te tanto ſolatio & beneficio a Deo omnipotente affectum, & hac affinitate cum ſereniſſimo Cæſare conjunctum, ſperamus, ac pro certo habemus in ejuſdem Dei honorem, ad publica curanda & defendenda te converſurum; ſed hæc cum tua ſerenitate & egimus alias, & ſæpius agemus; neque enim officii noſtri partes, ut tua ſerenitas novit, in hoc negligere poſſumus. Interea ad Deum optimum animo ac prece converſi illi agimus maximas gratias, quod tibi natos quos ante benigniſſime conceſſerat, forma, ingenio, virtute, regiiſque dotibus præſtantes, nunc acerbitate fortunæ a te abſtractos pari benignitate reſtituit; quam etiam inter te & nos communem tibi ac tuæ pientiſſimæ matri omni amore gratulamur Deum ipſum deprecantes, ut illos ſicut tibi reddidit, ita ſoſpites, ac felices diu ſervet & tueatur ad conſolationem veſtram, totiuſque Chriſtianitatis pacem & tranquillitatem, &c. Dat. Romæ die* XXVI. *julii MDXXX. pontificatus noſtri anno* VII. Extant eodem argumento ad Ludovicam (*c*) Franciſci matrem, tum Reginam Navarræ (*d*) literæ.

Gratulatur de iis receptis ipſi Clemens.

(*c*) *Ibid. p. 251.*

(*d*) *Ibid. p. 195.*

CLXXXI. Præterea Clemens Eleonoræ Reginæ de celebratis cum Gallo nuptiis gratulatus (*e*) eam hortatus eſt, ut vinculum concordiæ inter Carolum V. & Franciſcum redintegratæ pro ſalutis publicæ commodo omni ſtudio necteret, necnon Gallicæ aulæ proceres (*f*) fovendæ paci operam dare juſſit: quinetiam univerſos Reges ac principes de conſtabilita inter Cæſarem & Gallum ob receptos filios ac ſponſam concordia certiores fecit; jamque reſtincto bello in Turcam arma expedienda, qui geminos exercitus ad evertendum Chriſtianum imperium compararet. Cum vero ille in Hungaria fortiſſima præſidia reliquiſſet non modo ad Joannem beneficiarium tuendum, verum ad finitimas Ferdinandi provincias populandas Regum & principum oratoribus oſtendit Pontifex maximi intereſſe Ferdinandum ſubſidiario juvare auro, ut communem rem Chriſtianam una cum privatis tueretur, atque menſtrua octoginta aureorum millia ſolvenda decrevit; ita ut Cæſar viginti millia ſingulis menſibus, Gallus totidem, Romana eccleſia decem, totidem Anglus, reliqui principatus Italici ratam portionem penderent: de quo encyclicas nona auguſti die ad Reges, ut cum oratoribus conventa rata haberent, literas dedit (*g*), quarum formula Lucenſibus, Genuenſibus, Senenſibus, duci Mantuano, ac marchioni Montisferrati inſcripta his verbis concepta eſt (*h*).

Excitata Eleonora Regina, ut pacem alat inter Reges.

(*e*) *Ibid. p. 196.*

(*f*) *Ibid. p. 197.*

Relictæ in Hungaria a Solimanno præſidiariæ copiæ.

Pro juvando Ferdinando pontifici ſtudia.

(*g*) *Lib. brev. ann. 1530. p. 390.*

(*h*) *Ibid. p. 387. & reg. poſt eand. epiſt. Clem. VII. brev. ann. 1530. p. 387.*

Lucen-

Lucenſibus.

CLXXXII. *Dilecti filii. Non arbitramur ignorum devotionibus veſtris, quod omnibus notum eſt quibus in periculis tota Chriſtianitas verſetur a maximis apparatibus Turcarum tyranni, qui anno ſuperiori repulſus ille quidem a Vienna, ſed magna regionum illarum clade & calamitate, multiſque millibus Chriſtifidelium occiſis & in ſervitutem abductis, hujus anni totius ſpatium ad maximum bellum in ſequentem annum apparandum conſumpſit, & aſſidue conſumit palamque eſt omnibus quam numeroſiſſimam ille claſſem, quantas terreſtres copias, quos commeatus appararit & apparet; quin ſicut crebris ex Conſtantinopoli & Hungaria nunciis affertur non jam extremos fines Chriſtianitatis, ut hactenus fecit, laceſſiturus, ſed hinc Auſtriam, & adjacentes regiones terreſtri exercitu repetiturus, inde Siciliam & Apuliam maritimis copiis vere proximo invaſurus certiſſime exiſtimatur, ſcilicet ut his quaſi aditibus occupatis, gradus ſibi apertos faciat ad interiora omnia Chriſtianorum populanda & ſibi ſubjicienda. Parte altera, filii in Chriſto dilecti, duo maxima beneficia a Deo ſuos fideles juvare cupiente videmur conſecuti, ut & idem Turca hujus anni quietem nobis ad comparanda defenſionum ſubſidia concesſerit, qui ſi a bello non ceſſaſſet, vix humana ope ei obſiſti potuiſſet, & pacem univerſalem inter omnes Chriſtianos principes conſtitutam, ac nuperrime reſtitutione filiorum Chriſtianiſſimi Regis, & traductione uxoris confirmatam habeamus: quo fit ut diſcordiis noſtris, quæ illi animos fecerant, ſedatis, Deoque operam ſuam nobis aperte demonſtrante, ſicuti magnum eſt periculum, ita æqua ſit ſpes retundendi hoſtem infenſiſſimum, ſi modo nos ipſi nobis non defuerimus. Ac nos quidem qui Dei benignitate in paſtorali ſpecula conſtituti, & hujus defenſionis Chriſti fidelium univerſalis potiorem curam, parteſque primas habemus, non ceſſavimus & opes noſtras, ac venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quamquam acciſas & attenuatas, quantas poſſumus in id polliceri, ſicut ad regnum Hungariæ tuendum ſæpe contribuimus & reliquos principes ad piam & neceſſariam hanc defenſionem adhortati; binaſque literas ad eos jampridem dedimus, quarum alteris inſiſtimus ut mandata cum inſtructionibus ad ſuos quiſque apud nos oratores pro ſuſceptione univerſalis defenſionis mitterent; alteris ut cum Hungaria Turcarum præſidio detineatur permagno, quod cum cæteris hoſtium copiis vicinis Auſtriam, Croatiam, & cæteras provincias Italiæ vicinas chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Hungariæ ac Bohemiæ Regi illuſtri ſubjectas invadere facile poſſit. Interea ipſi Ferdinando Regi præſertim de tota Chriſtianitate ſuperiore anno tam bene merito viriſque fortibus abundanti opem pecuniariam, qua indiget, contribuere velint, quo idem Rex ſua particulariter defendendo & noſtra defendat univerſa, cum alioqui illius regnis perfractis, apertum & nudatum Italiæ & cæteræ Chriſtianitatis latus hoſti relinqueretur. Quare cum ipſe Rex maximo nunc & majori etiam futuro hoſtium exercitui, niſi magnis copiis reſiſtere nequeat, ratione que impenſarum ſupputata in ſingulos menſes centum ſexaginta millibus aureis indigeat, hujus ſummæ medietatem cum cæteris ad bellum neceſſariis ipſo Rege ſuſtinente, reliquam medietatem videlicet octuaginta millia aureorum ſummam inter omnes principes Chriſtianos, ac duces, & reſpublicas Italiæ pro cujuſque viribus partiendam duximus, decem millibus a nobis & confratribus noſtris, viginti millibus a Cæſare, totidem a Chriſtianiſſimo, decem millibus ab Anglico, reliquis autem viginti millibus a cæteris Regibus, potentatibus & rebuſpublicis juxta ſuas vires conferendas.*

Trepidatum ne Turca Italiam invadat.

Expoſtulatum ut communis cauſa agatur in juvando Ferdinando.

Ad quantam auri vim pendendam obſtricti Reges.

CLXXXIII. *Hæc, filii, a nobis cum interventu omnium oratorum apud nos exiſtentium pie cogitata & conſtituta, ac ad omnes principes ſupranominatos perſcripta jam ſunt; veſtræ autem reipublicæ quæ ſemper habita eſt in omni pia & laudabili actione excellens ac liberalis, ejus viribus & redditibus conſideratis ſumma ſexcentorum menſtrua obvenit. Nos quidem, quantum potuimus vos in hoc allevare & exonerare conati ſumus. Nunc, filii, non eſt neceſſe ut vos hortemur ad ſentiendum in tam ſancto opere cum cæteris; res enim ipſa vos hortatur, cum communis ſalus & communis religio agitur, hoſtiſque immaniſſimus totis viribus atque animis in noſtram perniciem incumbat: per centum enim annos in damnis miſeræ Chriſtianitatis exercitatus, præter veteres provincias ac regna Chriſto ablata, noviſſime Rhodum, Belgradum, totamque Hungariam ſuo vel imperio vel authoritati ſubjecit. Quid is præterea in Viennæ obſidione cogitarit, quid in tanto hujus anni apparatu concupiat, nemo ſanus non videt. Abſorbere omnem cupit prorſus Chriſtianitatem, Italiamque præcipue appetit, quam bellis attenuatam videt. Quare ut is tanta adverſus nos moliens per eundem Ferdinandum Regem diſtentus ab Italia avertatur, utque illius obice aditum ad nos obſtruamus, requirimus vos filii & per dominum Jeſum rogamus, ut noſtram & cæterorum ſpem, ac de veſtra pietate opinionem ne fruſtremini,*

Quantos progreſſus Turca fecerit.

ni, ſed pro Dei cauſa, cujus fides agitur, vel pro communi ſalute, quæ in diſcrimen adducitur, velitis quanto majori poteritis celeritate, ſicut neceſſe eſt, veſtrum etiam mandatum cum inſtructionibus huc mittere pro defenſione generali ſuſcipienda; & interim, dum illa ſuſcipitur, hanc pecuniam menſtruam eidem Regi Ferdinando, in cujus defenſione communis ſalus includitur, contribuendam: & ſane plus hoc parum proderit miſſum in tempore, quam multa extra tempus, & ſine utilitate huc, vel ad ipſum Regem in Germaniam pari celeritate remittere: hoc onus pium ſubire cum reliquis veſtra præſertim republica præ cæterarum calamitatibus Dei benignitate fere integra, & florente, &c. Dat. Romæ ... auguſti MDXXX. pontificatus noſtri an. VII.

CLXXXIV. Certiorem mox fecit Ferdinandum Hungariæ Bohemiæque Regem Clemens (*a*), ut Regum & principum oratores congregaret, ut communi omnium conſilio illi ſtipendia pro Pannonia e Turcarum manibus eripienda decernerentur. Quid vero in Hungaria geſtum ſit hoc anno deſcribit Nicolaus Iſthuanffus (*b*), nimirum Joannem Turcici imperii beneficiarium ad regnum ſibi æquitatis ſpecie aſſerendum ordinum cœtus indixiſſe, ſed ad eos pauciores, quam ſperarat, conveniſſe; nam totum fere Illyrici tractum & Hungariam ſuperiorem, & eam, quæ cis & ultra Danubium protenditur, domi ſe continuiſſe, nec ullo metu aut minis a Ferdinandi partibus divelli potuiſſe: execrabantur ſcilicet Joannis proditionem & Romani Pontificis paſtoris ſui, quem eos ad Chriſtianum nomen contra Turcicam tyrannidem defendendum hortatum vidimus, vocem audierant. In iis vero conventibus, ad quos maxime nobilitas, quæ Tranſilvaniam verſus & Bihariam provinciam habitabat, confluxerat, ad pacatam totius regni ditionem aſſequendam decernere quidquam non potuiſſe: convertiſſe autem ſe ad alias artes, ac præſtantiſſimos quoſque proceres ſubornare promiſſis & munerum & oppidorum largitione, aut ferocibus minis deterrere pertentaſſe; adeo ut multi ſuis tantum commodis comparandis intenti publicam ſalutem neglexerint: iratum vero Valentino duci eximio, quod ad Ferdinandi partes transfugiſſet, Turcicas copias e præſidiis detractas cum ſuarum partium Hungaris ad Sigethum, ubi morabatur, expugnandum immiſiſſe; ſed Valentinum ipſum ſtrenue Turcicos conatus compreſſiſſe, factaque eruptione Emericum magnum cum aliquot equitibus cepiſſe, quem cum ante biduum egregiæ indolis puerum Chriſtianum Turcis equitibus pro equo, in quo inſidens divino ultore Numine captus fuerat, vendidiſſe comperiſſet, fuſis in ipſum pluribus conviciis, interimi juſſiſſe, ejuſque caput conto affixum expoſuiſſe hoſtibus: qui cum omni molitione bellica obſidionem urgerent, eam demum Joannis imperio ſolvere coacti ſunt; nam interea Ferdinandus exercitum ex Pannonia & Bohemia contraxit, præfecitque illi Rogendorffium, qui ſecundo Danubio deſcendens Strigonium pervenit, recepitque, cum Paulus Vardanus archiepiſcopus a Turcica ſocietate, quam antea metu victus inierat, abhorrere profiteretur; ac dein Viſſegradum & Vaciam obſidione cepit, ne quid a tergo hoſtile relinqueret: tandem kal. novembris Budam delatus eſt. Et hi videntur proſperi Chriſtianæ rei ſucceſſus, quorum narrationem miſiſſe Clemens in literis ad Genuenſes, marchionem Montisferrati, ducem Sabaudiæ, & ad marchioniſſam Salutiarum xxv. octobr. datis meminit (*c*).

(*a*) *Ib. p.* 400.

(*b*) *Nicol. Iſthuanff. de reb. Hungar. l.* 11.

Joannes Tranſylvanus Hungaros ſubornare nititur.

Omnium odiis ardet.

Artes adhibet ad corrumpendos proceres.

Emericus impius divina vindicta.

Strigonium receptum a Ferdinando.

Viſſegradum & Vacia recuperata.

(*c*) *Lib. brev. ann.* 1530. *p.* 542.

CLXXXV. Hungaricarum autem addiſcendarum rerum cupidiſſimus Pontifex, Pimpinello archiepiſcopo Roſſanenſi apoſtolico ad Ferdinandum internuntio provinciam dederat (*d*), ut ampliſſimam omnium rerum, quæ ab obſidione Viennenſi geſta erant, hiſtoriam ſcriberet, quo facilius ſingula, quæ nuntiarentur geri in Pannonia intelligeret. Cæterum Budenſis obſidio triſtem exitum habuit, cum tardius veniſſet Rogendorffius: ſi enim Viſſegradi & Vaciæ obſidione prætermiſſa recta Budam duxiſſet exercitum, Joannem Hungariæ tyrannum, & Turcarum copiarum ducem imparatos facile oppreſſurus creditus eſt, ut narrat Nicolaus Iſthuanffus; ſed dum expugnandis illis arcibus dat operam, milites & commeatus Budam inducti ſunt: quare licet quaſſatis mœnibus variæ impreſſiones in urbem factæ ſint, Chriſtianus tamen miles magna cæde fuſus repulſuſque eſt, quare Rogendorffius ad fatigandum longa obſidione & domandum fame hoſtem ſe converterit. Inter quæ Sigiſmundus Poloniæ Rex ſolemnes Poſnaniæ conventus ad feſtum S. Martini indixit, ut Ferdinando & Joanne æmulis Regibus in concordiam reductis civilia Hungarorum bella ſedaret, ne amplius Turca Chriſtianorum armis in Chriſtianos abuteretur. Præfuere iis conventibus Joannes Lataſcius Poſnanienſis, & Andreas Critius Plocenſis epiſcopi, tum Cracoviæ & Ruſſiæ palatini; a Cæſare vero & Ferdinando Jacobus epiſcopus Wratiſlavienſis & Sigiſmundus Heberſteinius, a Joanne Æmulo Rege Franciſcus archiepiſcopus Colo-

(*d*) *Ext. de eo lit. l.* 2. *lit. princ. p.* 192.

Buda fruſtra obſeſſa.

Polonus inter Ferdinandum, & Joannem interpretem agit.

locenſis & Stephanus Verbecius ſcrinii præfectus decreti ſunt: ſed multæ hebdomadæ conſumptæ irrito exitu.

CLXXXVI. Interea Budæ conſumptis commeatibus & pabulis Joannes tyrannus cum ſuis Hungaris ac Turcis ad extremam inopiam erat redactus, ac paſſim homines & equi in urbis plateis emoriebantur, cum Mahometes Samandriæ & Nandoralbæ præfectus ex Thracia & Boſna deductis præſidiis, atque ab Ibraimo equitum Europæorum magiſtro copiis acceptis adventans Chriſtianum exercitum Budenſem obſidionem ſolvere coegit tanta celeritate, ut plurima ſuppellex cum multis infirmis relicta fuerit in caſtris, quos miſere hoſtes contrucidarunt. Nec ſoluta obſidione Budenſi contentus Mahometes, nil tale expectante Rogendorffio, qui exercitum Strigonium reduxerat, inter Vagum & Nitriam fluvios cum expedito equitatu excurrit in eam Pannoniæ partem, quæ Ferdinando parebat, atque omnia ferro flammaque miſcuit circa natalitia Chriſti domini, ac præter ingentes pecorum abactos greges, decem millia captivorum Hungarorum abduxit: quos cum Joannes tantorum malorum author e feneſtra arcis conſpexiſſet, lachrymas continere non potuit, ac familiares aſpiciens in Ferdinandum ac Germanos tantarum cladium cauſam rejecit: *Sic culpæ ſuæ calvam aut potius falſam prætenens excuſationem*, ait Iſthuanffus. Neque illud hoc loco ſine animadverſione prætereundum eſt, Matthiam Regem tot præclare geſtis rebus Hungariam a Turcarum tyrannide vindicaſſe; cujus vero nothum filium, dum regios præter fas honores affectat, Hungariam Turcicæ tyrannidi ſubjeciſſe, conjeciſſeque in ea mala ex quibus nunquam hactenus aſſurgere potuit. Ut vero Solimannus Lutheranorum in Germania tumultuantium ſeditionibus animatus maximo exercitu ſuccinctus ad Pannoniam ac Germaniam obruendas irruperit, dicetur proximis annis: nunc Florentinas res, quæ cæſareas vires importuno admodum tempore diſtraxere, ne in Lutheranos vel Turcas effunderentur, proſequamur.

Depulſi ex Budenſi obſidione Chriſtiani a Turcis.

Actæ de Chriſtianis prædæ ingentes.

Capta decem Hungarorum millia.

Matthiæ nothus Hungariam perdidit.

CLXXXVII Florentinæ res.

(a) Guicc. l.20. Jov. lib.20. l.2. lit. princ. pag. 187. 188. 190. 194. 195. & 202.

(b) Clem. lib. brev. ann.1530. p.1. 19. & 73.

(c) Lib. 2. lit. princ. p.190.

Hoc igitur anno perdomuit Florentinos Clemens, ut nepoti Alexandro principatum pararet, ignarus poſt ingentes ſtrages Florentinorum etiam nepoti cædem violentam parari. Deſcribunt pluribus Florentini belli ſeriem Guicciardinus & Jovius, extantque de eo tum in libro ſecundo literarum principum (*a*) tum in libro brevium (*b*) hujus anni plures literæ, teſtaturque Joannes Baptiſta Sanga (*c*), qui Pontifici a ſecretis erat, datis

xiv. maii hujus anni literis ad Marchionem Vaſtii, Clementem extracto jam in octavum menſem bello Florentino ſuam luxiſſe ſortem, quod eo bello præter ſpem aſperrimo ſe implicuiſſet: cumque Florentini Catharinam Medicem Pontificis neptem incluſam monaſterio tenerent, non modo Gallorum Regis rogatu eam reſtituere detrectarunt (*d*), verum a ſeditioſis de ea deducenda in lupanar, atque in murorum ruinis hoſtium telis objicienda, agitata nefaria conſilia fuerunt: demum poſt Empolim & Volaterras expugnatas (*e*), quamquam Philibertus Auraſiæ princeps, qui exercitui cæſareo præerat, in tumultuario certamine in agro Piſtorienſi menſe majo cæſus eſt (*f*) parem exitum nactus atque alii Romanæ cladis authores, quos omnes violenta nece his paucis annis a vindice Numine ſublatos vidimus) tamen a Ferdinando Gonzaga duce Mantuæ, qui illi in militari imperio ſucceſſit, fame perdomiti ſunt, & in ſummas adducti anguſtias, cum Clemens (*g*) charitate in patriam motus, tum ne principatus nepoti deſtinatus penitus everteretur, Carolum V. rogavit, ne Florentiam militibus diripiendam daret: tum ducem (*h*) Mantuanum, ut exercitum a ſtrage atque rapinis contineret: tum Joannem SS. Coſmæ & Damiani Cardinalem Salviatum juſſit exercitui cæſareo ſtipendia pontificio nomine ſpondere, omnemque operam pro ſervanda Florentia collocare: quæ literæ ſunt conſignatæ ſexta auguſti die, qua Paulus Jovius deditionis formulam a Florentinis nuncupatam tradit (*i*).

(*d*) *Ib. p.* 187.

Florentinorum rabida conſilia.

(*e*) *Lib. 2. lit. princ. p.*191. & 195.

(*f*) *Clem. lib. brev. p.*19.

(*g*) *L.2. lit. princ. p.*199.

(*h*) *Ibid. p.*377. & 405.

(i) *Jov. l.* 29.

CLXXXVIII Florentinis leges datæ.

Magiſtratuum, inquit, *pervicacia meliorum impulſu, atque ipſa prorſus neceſſitate ſuperata, ex ſenatus conſulto quatuor legati ad Ferdinandum decreti miſſique ſunt: hi fuere Bardus Altovitus, Laurentius Strozza, Petrus Franciſcus Portinarius, & Jacobus Morellius, qui apud Ferdinandum atque Valorium ſummæ Cæſaris atque Pontificis authoritatis nomen præferentes, his conditionibus de compoſitione pepigerunt. Ante omnia conſtituendæ atque ordinandæ reipublicæ facultas arbitrio Cæſaris permittitor, ſic tamen ut incolumi libertate Florentini ſuis antiqui juris legibus utantur. Civitas mulctæ nomine octoginta aureorum nummum millia, ut ſtipendia militibus præberi poſſint, quadraginta in præſens, reliqua intra ſex menſes perſolvito: de promiſſa vero pecunia obſidibus caveto, & quos imperet Ferdinandus numero quinquaginta cives nominatim traduntor, qui in caſtris cuſtodiantur, donec pecunia repræſentetur. Florentini his urbibus & oppidis, atque arci-*

Digitized by Google

bus quas præſidii obtineant, confeſtim excedunto, & quos in carceribus Florentiæ, Volaterronis & Piſis cuſtodirent exemplo dimittuntor. Malateſta & Stephanus militiæ ſacramentum, quod antea populo Florentino dixerint, ſolemni renuntiatione facta ſtatim ejuranto, obligataque fide Balanzoni Belgæ Cæſaris cubiculario promittunto, ſe tamdiu in cuſtodia urbis cum his copiis, quos ſatis eſſe putaverint permanſuros, donec concordiæ conditionibus plane ſit ſatisfactum, alimentoque civitati omnis generis commeatus a cæſarianis interea præbentor; ipſius vero Malateſtæ offici atque muneris ſit tamdiu, quam cæſarianæ copiæ dimittantur Florentiæ permanere, atque ipſe demum urbe excedito, cum id facere Pontificis imperio jubebitur. Cunctis autem Florentini nominis civibus liberæ migrandi Romam facultas eſto, & quibuſcumque locis placuerit domicilium figere habitaroque impune poteſtas conceditor, cunctique vel Etruſcæ vel cujuſvis gentis milites qui Florentinorum ſtipendia feciſſent, & propterea vel exilio vel pecunia & bonis a Pontifice mulctati eſſent, exnoxa pœnaque liberantor, Mediceorum animis acceptæ offenſiones injuriæque ſincera fide deterguntor. Hæc vero perſcripta tractataque ſunt in caſtris ad Monticiam villam IV. idus auguſti anno a partu Virginis trigeſimo ſupra milleſimum & quingenteſimum ea lege, ut Ferdinandus Gonzaga & Bourius Valorius prolixe pollicerentur, ſe intra ſpatium duorum menſium curaturos, ut Carolus Cæſar & Clemens Pontifex cuncta ex formula æquiſſimi juris comprobarent.

CLXXXIX. His conventis Florentini promiſſos obſides tradidere, quos Pontifex exaratis XXIV. auguſti die literis, ut in ditionis eccleſiaſticæ terris cuſtodirentur poſtulavit (a) a Ferdinando Gonzaga duce cæſareo, tum ab eodem quarto poſt die enixe contendit, ut Florentiam a direptione militari vindicaret.

(a) *Lib. brev. ann.* 1530. *p.* 408.

Ferranti,

Dilecto fili ſalutem. Multa meminimus hoc bello tua ſtudia, officia &, ut verum fateamur, beneficia pleniſſima virtutis & amoris & obſervantiæ in nos tuæ, quæ tu perpetuo tenore ſemper de nobis bene merens coacervaſti. Verum nunc, fili, reſtat omnium maximum idemque nobis longe gratiſſimum & optatiſſimum, in quod omnia ſuperiora tendunt, ut quod tanto labore & cura egimus cum hujus victoriæ lætitia conſervationeque noſtræ patriæ conjungamus, ſine qua ſane non modo non lætari, ſed ſumme triſtari & in perpetuo nos mœrore affligi oporteret. Quare ſi nos, fili, amas, ſi ſcis te cum tuis omnibus a nobis peculioriter & ſingulariter diligi, confice hoc nobis tua authoritate, dexteritate, & gratia, ut exercitum, cui nos non deſumus, quoad noſtræ vires ſinunt, & multo & pluſquam ſinunt, ſatisfactum & quietum, nobiſque & cæſareæ majeſtati in conſervatione illius urbis obſequentem reddat, &c. Dat. Romæ die XXVIII. *auguſti MDXXX. anno* VII.

Clementis curæ ne capiletur Florentia.

Adductos tum fuiſſe Florentinos in extremum pene ſalutis diſcrimen e ſeditione militari, refert Paulus Jovius (b): Italos enim in Hiſpanos conſurrexiſſe, cumque non dubia clades Hiſpanis immineret, Ferdinandum Germanicas copias adjunxiſſe Hiſpanis, ne, ſi ii delerentur, in Germanos deinde impetus fieret ad jugum externum excutiendum. [1] Eo autem tumultu ſedato immutata eſt reipublicæ forma, atque addictiſſimi nomini Mediceo magiſtratus creari, qui complures libertati publicæ propugnatores egere in exilium; acriores autem Mediceorum hoſtes privatorum criminum inſimulatos, convictoſve in quæſtione ſupplicio affecerunt: inter quos fuit Franciſcus ille Carduccius, quem acerbiſſimum popularium partium dictatorem hoſtemque religionis, & ſacrarum opum direptorem vidimus: damnatus etiam eſt Bernardus Caſtellioneus, qui monitus, ut patriam Pontifici concedendam curaret, exclamarat oſtentata pelvi argentea, quam habebat in manibus, Florentinos prius exuſtæ patriæ cineres in ea pelvi reddituros, dixeratque, Pontificis neptem, poſtea Reginam Galliæ, in lupanar fœdiſſimum compingendam: tortus etiam immitioribus tormentis Gerardus, quod contumelioſiſſime de Pontifice & Cæſare obloquutus implorandam Turcarum Imperatoris opem pro ruenda CXC.

(b) *Jov. l.* 29.

Gravis diſſenſio inter Hiſpanos & Italos. Immutata reipub. Florentinæ forma.

De Carduccio & ſeditioſorum principibus ſumptum ſupplicium.

da

NOTÆ [1] HÆc Italorum & Hiſpanorum militum ſeditio detrimenti nihil afferre Florentinis poterat, & commodi multum tulit. Qui in Hiſpanos tumultuarunt Itali pars erant exercitus Florentiam oppugnantis; quare ſi in Hiſpanos arma ſumpſiſſent, quid inde mali in Florentinos redundaſſet? Saluti vero id fuit Florentinis, qui majus aliquod temporis ſpatium ſibi poſcebant ad pecuniam indictam comparandam. Id ſane tempus facile redemerunt ab exercitu inteſtina ſeditione turbato. Quibus etiam acceſſit opportunum, quod in ſuas partes traxerunt Italos illos in Hiſpanos commotos, eorumque favore & annonam in urbem inferre potuerunt, & armis illorum a direptione, quam ſibi metuebant ab Hiſpanis Germaniſque militibus, defenſi ſunt. Hæc Nerlius lib. XI. MANSI

da libertate in ſenatu Florentino cenſuiſſet. Ita ſublati, qui nimio libertatis ſeu dignitatis privatæ aſſerendæ ſtudio efferati, vel ad Lutherum vel ad Turcam defectionem erant meditati, diſſipatique per Italiam alii diverſarum partium principes vel ſtudioſi, adeo ut qui ſupererant Florentiæ pactam libertatem tueri non ſint auſi, atque Imperatori Alexandrum generum principem Etruriæ imponenti obtemperarint: quibus de rebus proximo anno, quo abrogata eſt magiſtratuum libertas, & Alexander Florentiæ dux creatus eſt, agemus. Nunc cauſa Henrici Anglorum Regis divortium cum uxore malis artibus procurantis narrationem noſtram ad ſe evocat.

Juſto divino judicio erepta libertas Florentinis.

CXCI. Fingebat Henricus ſe conſcientiæ ſtimulis agitari, quod fratris defuncti uxorem duxiſſet, cum tamen cœca retinendi in ſuo genere ſceptri Anglici ambitione percitus efflagitarit a Pontifice, ut filii nothi ſui cum Maria filia legitima conjugium reſciſſa divina lege comprobaret; ac poſtquam vænales doctorum omnium gentium calamos pro conquirendis cauſæ ſuæ fucis coemiſſet, minas etiam defectionis ab Eccleſia, ni iniquis ſuis votis pareretur intentavit, quod tradit Nicolaus Sanderus (a) in hiſtoria Anglicani ſchiſmatis hiſce verbis: *Stephano Gardinero & Franciſco Briano, qui Romæ agebant, mandatum eſt ante omnia, ne ulli pecuniæ parcerent, ſed ingentia munera iis Cardinalibus & theologis, quorum opera illis uſui eſſe poſſet, ultro offerrent. Rex vero per legatos a Pontifice petiit primum, ut Julii Papæ diſpenſationem pronuntiaret adulterinam, & ipſo jure nullam. Deinde ut poteſtatem faceret, quo Maria Henrici & Catharinæ filia cum duce Richemundiæ ejuſdem Henrici filio notho ſucceſſionis regiæ ſtabiliendæ cauſa matrimonio conjungerentur: quo quidem ſecundo poſtulato manifeſtum fecit, ſe nullo conſcientiæ ſcrupulo Catharinæ matrimonium impugnaſſe, qui jam fratris cum ſorore conjugium ſatis eſſe legitimum, accedente Pontificis diſpenſatione, exiſtimaret: hoc autem Regem petiiſſe, ex ipſius Pontificis ad Campegium literis cernitur. Tertium vero non legatorum ore, ſed ſua manu conſcriptum & conſignatum Rex adjunxit, ut quamquam ipſe Henricus Mariam Bolenam cognoviſſet, ex eoque legibus eccleſiæ prohiberetur Annam Bolenam ejuſdem Mariæ ſororem uterinam in conjugem aſſumere, tamen ſua ſanctitas, quæ leges eccleſiaſticas moderatur & relaxat, gratiam hujus rei authoritate apoſtolica faceret: quod ita conſcriptum & petitum fuiſſe non Cajetanus modo inſinuat, verum etiam Cardinalis Polus conſtanter affirmat (b): additque Henricum ita demum hoc ultimum impetraſſe, ſi ante conſtitiſſet Julium Pontificem non habuiſſe jus priore illa in cauſa [hoc eſt in nuptiis fratriæ] diſpenſandi.*

Diſcordiæ inter Anglum & Pont. creſcunt ſemina.

(a) Sander. de ſchiſm. Anglic. l. 2.

Poſcit Anglus diſſolvi matrimonium. Deinde ut ſoror fratri nubat.

Poſtea, ut Annam Bolenam ducat cujus ſorore erat abuſus.

(b) Card. Pol. de unione Eccleſ. l. 3.

CXCII. *De primo autem poſtulato ea ratio inibatur, ut legati Regis peterent Julii decretum, in quo matrimonium Catharinæ cum Henrico ratum habuerat, circumduci & abrogari, quæ res, ut rite atque ordine tractari poſſet, Clemens dixit ſe acturum cum Imperatore, ut authenticum illud Julii decretum, quod apud Cæſarem extabat, aut in urbem Romam aut certe in Angliam ad legatos ſuos tranſmitteretur. Inſtabant legati Regis, ut niſi Carolus intra duos menſes proxime ſecuturos decretum Julii exhiberet, ſua ſanctitas illud pronuntiaret irritum ac nullum: de qua petitione, cum Cardinales de Monte & quatuor Coronatorum, epiſcopus Simoneta, & theologi quidam ex mandato Pontificis cognoviſſent, viſa eſt omnibus iniquiſſima tam ob temporis præſcripti brevitatem, quam inuſitatum edicti modum. Itaque Pontifex interlocutus eſt ſe hac de re ad Cæſarem ſcripturum, a quo non putabat ſe plus minis & ſummo jure, quam ſolo æquitatis nomine obtenturum. Contra vero legati dicebant nihil ſibi curæ eſſe, ut breve Apoſtolicum exhiberetur, niſi ad conſtitutum diem id fieret. Cum autem hæc res magnam Pontifici moleſtiam afferret, per literas cum legato ſuo Campegio expoſtulat, quod ejuſmodi mandata Romam perferri paſſus ſit, quæ in Anglia præcidi oportuiſſet, quodque ſpem ullam de rebus ejuſmodi, quæ concedi nunquam poſſent, a Pontifice impetrandis fecerit. In earum literarum extremo queſtus eſt qui Papæ fuerat a ſecretis Joannes Baptiſta Sanga, legatos Regis præ orationis vehementia magnum malum ſedi Apoſtolicæ minatos, niſi Rex voti ſui compos fieret. Quaſi vero [ait] ſua ſanctitas ab officio recedere debuit, etiam ſi totum orbem lucratura eſſet; aut quaſi minarum iſtiuſmodi executio non primum illis ipſis, qui minantur detrimentum ſit allatura, ſi Rex videlicet ob explendam libidinem ſuam, ut domi ſuæ uxori, ſi foris ſedi Apoſtolicæ, hoc eſt radici & matrici ſuæ Eccleſiæ Chriſtianæ libellum repudii daturus eſſet: & hinc quidem certiſſimo conſtat legatos eo uſque Regis animum exploratum habuiſſe, ut potius fidem una cum uxore abjicere vellet, quam Annæ amplexibus privari.*

De Julii II. decreto abrogando lis mota.

Iniqua oratorum Anglicorum poſtulata.

Intentata ab iis defectio niſi mos ipſis gereretur.

Cum porro Carolus V. illud diploma ad Pon- CXCIII.

Conſultus Thomas de Vio in cauſa Regis Angliæ.

ad Pontificem tranſmiſiſſet, atque Henricus Rex oratorum opera libellos pro ipſius cauſa propugnanda conſcriptos obtuliſſet Clementi, illos omnes Thomæ e Vio Cardinali Cajetano, theologicæ ſcientiæ laude præclaro, hujus cauſæ cognitori dedit, ut ſuam ſententiam in hac controverſia exprommeret, quam ille hiſce verbis expoſuit (a).

(a) Thom. Card. Cajet to.3. tract.14. c.1.

Beatiſſime pater poſt pedum oſcula beatorum perpetuam felicitatem.

Juſſiſti, ut libellos de conjugio inter ſereniſſimos Angliæ Reges ad me perlatos, cauſamque totam diligenter inſpicerem, quidve judicii conſiliique mei eſſet accuratiſſime perſcriberem, quo quantum in me eſſet quamprimum beatitudinem tuam hac moleſtia liberarem. Studui modo, ut par erat, juſſis parere, prælectiſque libellis pro & contra, animadverti multas communes inſertas quæſtiones : Et infra.

Enarratio facti.

Cap.1.

Sereniſſimus Angliæ modernus Rex, dum eſſet adoleſcens, ſereniſſimo patre ejus Angliæ Regem agente, contraxit matrimonium cum ſereniſſima moderna Regina Angliæ tunc non regina, ſed relicta fratris ejus primogeniti abſque prole defuncti, filia ſereniſſimorum Regum Hiſpaniorum, interveniente authoritate Julii II. Romani Pontificis ob bonum ſervandæ pacis ac amicitiæ inter eoſdem Reges; conſummavitque matrimonium, ac genuit ex ea, multiſque annis conjugali effectu & affectu cum ea verſatus eſt: modo petit divortium, eo quod conjugium invalidum fuerit, utpote contra jus divinum atque naturæ a ſacris conciliis, Pontificibus, ac doctoribus comprobatum: hæc eſt cauſa ex propriis diſpicienda. Subjicitur (b) a Thoma pontificii diplomatis a Julio conceſſi anno MDIII. VII. Kal. januarii formula a nobis ex regeſto ejuſdem Pontificis exſcripta (c), inſertaque annalibus ſuo loco.

Caſus expoſitio.

(b) Annal. to.8. an. 1503. num.....
(c) Thom. de Vio c.5.

Quid divino jure ſtatutum eſt de conjugio inter levirum & fratriam.

CXCIV.
An lege divina ſit vetitum conjugium cum vidua defuncti fratris.

Circa conjugium inter uxorem fratris & levirum ter Moſaica lex ſtatuit, primo levit. XVIII. his verbis: *Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabit, quia turpitudo fratris tui eſt.* Iterum cap. XX. his verbis: *Qui duxerit uxorem fratris ſui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui revelavit: abſque filiis erit.* Tertio deuter. XXV. his verbis: *Quando habitaverint fratres ſimul, & unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri; ſed accipiet eam frater ejus & ſuſcitabit ſemen fratris ſui; & progenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut deleatur nomen ejus ex Iſrael. Si autem noluerit accipere uxorem fratris ſui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam civitatis, & interpellabit majores natu, dicetque: Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in conjugem ſumere; ſtatimque accerſiri eum facient, & interrogabunt. Si reſponderit: Nolo eam uxorem accipere; accedet mulier ad eum coram ſenioribus & tollet calciamentum de pede ejus, ſpuetque in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui; & vocabitur nomen ejus in Iſrael nomen diſcalciati.*

Præceptum fuit e contra in veteri lege, ut acciperetur.

CXCV.
Ut ſtricte ſumatur nomen fratris.

Ad hæc ſibi obiicit Thomas Cardinalis nomen cogniti ſumi plerumque pro conſanguineis, non pro germanis fratribus: at ex vi Hebraici textus, ex Sadducæorum de ſeptem fratribus propoſitione, & ex libro Ruth perſpicue agi de fratre germano concludit, tum inter prædictas levitici & deuteronomii leges intercedentes circumſtantias ita diſtinguit: *Leviticæ*, nimirum leges, *ſtatuunt de uxore fratris, non ſpecificando vivi vel defuncti; deuteronomica de uxore fratris defuncti. Illæ de uxore fratris, non ſpecificando cum filio vel ſine filio: iſta de uxore fratris defuncti ſine filio. Illæ de uxore fratris non cognoſcenda, non ſpecificando ad proprium vel fratris ſemen nomenque ſervandum: iſta de uxore fratris defuncti abſque filio ad ſuſcitandum ſemen nomenque fratris. Quibus adjunge quartam neceſſario ſubintellectam ſpecificationem, quod illæ de uxore fratris, ſpecificando an ætatis, qua poſſet generare, an vetula: iſta de fratris uxore in ætate, qua poteſt generare, loqui convincitur, quia ducenda præcipitur ad ſuſcitandum ſemen fratris.*

Cap.4.

Ex hac autem manifeſta differentia inter has duas leges habetur, abſque omni controverſia, non omne conjugium inter levirum & fratriam eſſe divina lege prohibitum, ſed diſcernendum eſſe inter conjugium leviri cum fratria ſine ſpecificatione aliqua, vel tot ſpecificationibus in deuteronomica lege vallatum; vel fatendum quod in genere ſine ſpecificatione aliqua conjugium inter levirum & fratriam eſt divina lege damnatum; conjugium vero inter levirum & fratriam tot conditionibus fultum non ſolum licitum, ſed præceptum divina lege eſt. Hæc ſunt quæ circa conjugium inter levirum & fratriam manifeſte ſancita a Deo habemus. An autem divinæ iſtæ leges veteris teſtamenti ligent novi teſtamenti profeſſores, an expiraverint, parvi refert quoad cauſam pro-

Digitized by Google

propoſitam. Illud tamen ſilentio involvendum non eſt, quod, cum iſtæ leges conveniant cum ſententia, videlicet de coniugio inter levirum & fratriam, tum in actu, videlicet actu pietatis, quæ cultum officiumque ſanguine junctis exhibet, tum in ratione moris, quia omnes innitimur rationi moris pietatis naturalis, tum in genere præceptorum, quia utræque ſunt præcepta partim iudicialia & partim moralia, tum in authore, quia omnia divina authoritate ſunt edita per Moyſem, quatenus divina ligat & eadem ratione perſeverat; & deuteronomicæ, quatenus divina lex & qua ratione deuteronomica expiravit, eadem & levitica expiravit, cum gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Dixi quatenus divina, quia non eſt nunc ſermo de eiſdem legibus, quatenus morales ſunt, ſed quatenus divina ſunt authoritate per Moyſem fultæ.

Cap. 5. CXCVI. An naturaliter honeſtum ſit tale conjugium.

Quid autem naturale jus de conjugio inter levirum & fratriam habet, non eſt difficile ex dictis haurire: clare enim patet tum coniugium inter levirum & fratriam abſolute eſſe turpe; turpitudo enim moralis oppoſita honeſtati cultus ex naturali pietate debiti fratrix ratione fratris pro ratione legis redditur in lege levitica, dicendo: Turpitudinem fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui eſt. *Tum coniugium inter levirum & fratriam vallatam tot antedictis conditionibus eſſe moraliter bonam; ex eo enim quod coniugium inter levirum abſolute eſt turpe, infert quod turpitudo illa per coniugium inter eoſdem tot conditionibus fultum, &c. tollitur. Alioquin etiam tot conditionibus vallatum eſſet moraliter turpe, ac per hoc illicitum, cuius opinionem teſtatur lex divina: & cum turpitudo moralis non tollatur, niſi per bonum morale, conſequens*

Ut honeſtari poſſit certis conditionibus.

eſt quod per morale bonum conſurgens ex concurſu tot conditionum in coniugio inter levirum & fratriam tollatur turpitudo, quæ ineſſet eidem coniugio nudo. Patet igitur inter levirum & fratriam conjugium honeſtatum tot conditionibus bonum moraliter eſſe. Et ſi altius ſcrutatus fueris, invenies maius bonum moraliter eſſe conjugio inter levirum & fratriam ſic honeſtato, quam ſit turpitudo conſequens coniugium inter eoſdem abſolute: & infra: *Nam niſi iſtius bonitas vinceret illius turpitudinem, præceptum iſtius in ſpecie non vinceret prohibitionem illius in genere; ita quod divinum jus præceptum prohibitione illius urgente atteſtatur majorem eſſe bonitatem in hoc, quam turpitudinem quæ conſequitur, coitum leviri cum fratria; & tantum excellit, ut etiam tollat rationem turpis ab huiuſmodi coitu, & reddat eundem honeſtum & pium.*

CXCVII Cap. 6.

Ex his autem manifeſtis juxta divinum ac naturæ jus rectiſſima infertur ratione, quod ſi longe majus bonum, quam bonum ex omnibus conditionibus in lege deuteronomica expreſſis conſurgens poſcat iniri conjugium inter levirum & fratriam, fieret proculdubio in tali accidente conjugium inter levirum & fratriam honeſtum, quatenus pendet ex lege tum naturali tum divina (ſecretis enim loquor humanis legibus) & ſecundum quidem naturæ jura patet illatio; rectæ rationis dictamen exigit, ut ſi minus bonum ſufficit ad tollendum turpitudinem coniugii inter levirum & fratriam, multo magis ad eandem turpitudinem tollendam ſufficiat majus bonum: ſecundum vero divina jura patet eadem illatio ex eo, quod nullæ leges multiplicantur propter multitudinem eventuum qui contingere poſſunt; oportet enim infinitas condere leges juxta infinitos eventus contingentes: ſed in omni politia leges conditæ intelliguntur ſic, quod ex uno caſu decreto intelliguntur decreti omnes ſimiles, & ſi minus bonum decretum eſt ſufficere ad tollendam aliquam turpitudinem, intelligitur decretum eſſe, quod multo majus bonum etiam ſufficit ad tollendum omnem turpitudinem. Nonnulliſque aliis in eandem ſententiam dictis ſubdit author (*a*). *Validius enim eſt ad tollendum dehoneſtationem defuncti fratris commune patriæ bonum, quam tam exiguum, idque incertum bonum defuncti fratris: nam conſtat huiuſmodi bonum eſſe bonum externum, utpote in nomine conſiſtens, idque exiguum utpote non conſequens præclarum aliquid factum, immo nullum defunctum factum ſed naturale opus alterius, ſi non efficax erit ad generandum.* Et paulo poſt ait (*b*).

(*a*) Ibid. c. 7.

Si privato bono honeſtari potuit multo magis publico.

(*b*) Cap 8. CXCVIII.

Ex hoc igitur quod divinum jus teſtificatur in minori bono, commune patriæ bonum ſufficere ad tollendum turpitudinem coniugii inter levirum & fratriam, & naturæ jus in minori quoque bono teſtatur idem manifeſte, infertur coniugium inter hos ſereniſſimos Regem & Reginam ob bonum ſervandæ pacis inter Reges Hiſpaniarum & Angliæ contractum, ut clare explicatur in literis apoſtolicis, non contrariari juri divino aut juri naturæ, ſed honeſtum eſſe ac conſonum utrique juri; adeo quod ſi ſecernantur humana jura, coniugium hoc nulla indiguiſſet diſpenſatione, quoniam ferendo ſecum commune bonum pacis inter tam excelſos Reges, fert ſecum conditionem tam divini quam naturæ juris teſtimonio ſufficientem ad honeſtandum conjugium inter levirum & fra-

Diſpenſatio fuit neceſſaria propter jus poſitivum.

Vincula juris humani tantum ſublata.

Definivit etiam non eſſe contra jus divinum vel naturale.

& fratriam : verum diſpenſatione eccleſiaſtica opus fuit tum ad tollenda vincula humanorum jurium, tum ad authorum honeſtationem, illius nimirum ſingularis conjugii ob commune bonum pacis; honeſtatio enim illius conjugii ex communi bono pacis ſuapte natura eſt, ſed a doctoribus diffinitur magiſtraliter, ab apoſtolica autem diſpenſatione authoratur. Quocirca Julius Papa diſpenſando nihil ademit divino juri, nihil ademit juri naturæ, ſed abſtulit vincula juris humani circa hoc ſingulare, ſed definivit legitimum, ſed authoravit illud, utpote ex expreſſa rationabili cauſa ac more conſonum tam divino quam naturali juri; omnia enim hæc fert ſecum diſpenſatio ob commune bonum pacis : alienum ſiquidem a Chriſtiana profeſſione eſt, ut Papa quantumcumque minimum jus divinum aut naturæ in toto vel in parte tollat; hoc enim authori naturæ reſervatur, illud vero authori divinæ legis : ſed non alienum a Chriſtiana profeſſione, ut Papa in ambiguis interpretetur ac difiniat tam jus divinum quam naturæ : diſpenſatio itaque illa diverſos ſimul protulit effectus juxta diverſas, quas attigit materias : pro quanto enim attigit jura humana, efficit licitum quod ſecundum humana jura fuiſſet illicitum : quatenus attigit jura divina & naturæ, difinivit ac authoravit licitum, quod ſecundum divina & naturæ jura dubitabatur, vel reputabatur, ſed dubitari vel reputari potuiſſet illicitum.

CXCIX. Et ad opulentiam honeſtationis concurrunt duo bona fratris defuncti, alterum quod uxor ejus, quæ fuerat una cum ipſo caro ex hoc conjugio ſublimata eſt in futuram Reginam Angliæ, ut regno quo ipſe defunctus non potuit per ſeipſum potiri, ſaltem in carne ſua potiretur : alterum quod frater ejus ex hoc conjugio redditus eſt ſecurus a tali ac tanta malorum congerie, qualem & quantam bella inter regna afferunt inter ſe; intereſſe autem mea defuncti mala pœnæ futura fratri meo, teſtatur evangelicus dives ſepultus in inferno, dum rogat Abraham ne fratres ſui veniant in illum locum tormentorum. Honeſtatur itaque hoc conjugium tum ex bono fratris defuncti, non minore quam ſit illud deſcriptum in deuteronomio non conſiſtente in nomine, ſed in re non dubia : ſed certa tum ex maximo communi bono pacis, authoraturque apoſtolica poteſtate.

CC. (a) Cap. 9.

Univerſa (a) autem divina lege perſpecta facile moſtratur, quod ſive divinæ leges circa conjugium inter levirum & fratriam ligent modo, ſive expiraverint, conjugium hoc inter ſereniſſimos Reges Angliæ licitum atque honeſtum eſt, nam ſi divina veteris ſcripturæ ſpirarunt, nulla hinc illis infertur injuria; ſi vero etiam hodie ligant, cum conſtet ex eadem divina lege deuteron. cap. XVII. ad ſummum ſacerdotem ſpectare emergentes cauſas ambiguas ac difficiles difinire juxta legem Domini, conſequens eſt, quod, etiamſi omni ex parte non pateret bonum ſufficere ad honeſtandum conjugium inter levirum & fratriam, ex eo quod ſummus ſacerdos requiſitus, ut hinc divina jura naturæque ac humana, quæ videntur obſtare huic conjugio, illinc tale bonum pacis ſervandæ libraret; propter hoc enim conſtat ſupplicatum fuiſſe ſummo Pontifici, & qui tunc erat ſummus ſacerdos Julius diſpenſando authoravit inter hos ſereniſſimos levirum & fratriam conjugium ob tale bonum pacis reddidit illud licitum & honeſtum; nam per hoc divina authoritate ſibi in lege divina conceſſa exemit illud ab injuria omnium jurium divinorum, naturalium, ac humanorum, quia etiam fingendi licentia conceſſa inficiari mente, quamvis ore, nemo poteſt ambigua ſaltem fuiſſe juxta legem divinam ac naturæ, cauſam videlicet, ſi tale ob pacis bonum honeſtandum erat conjugium inter levirum & fratriam & difinitionem talis ambigui ſpectaſſe ad ſummum tunc ſacerdotem, & cauſam boni pacis communis conformem eſſe divinæ legi, cui inter humana nihil magis quadrat, quam commune pacis bonum : & hæc dixerim, non quod cauſa ambigua ſit, quoniam deductum jam eſt commune bonum pacis cauſam eſſe ſufficientem ad honeſtandum conjugium juxta leges divinas & naturales; ſed ad demonſtrandum quod eſto quod ambigua ac difficilis fuiſſet cauſa, authoritas ſummi ſacerdotis difiniendo juxta rationem valde conſonam divinis & naturæ legibus, conjugium hoc licitum honeſtum ac legitimum, ſufficeret ad reddendum conjugium hoc licitum honeſtum ac legitimum, etiam leges leviticæ non ſolum quatenus morales, ſed quatenus divinæ ligarent Chriſtianos.

Dilemma quod valeat, ſive expiraverit ſive liget lex deuteronomii.

CCI. Objectiones adverſariorum.

Et quoniam ſacra concilia, ſacri Pontifices, ſacri doctores damnando conjugium inter levirum & fratriam jus divinum & naturæ citant manifeſtum ex auditis ſit quod non militant eorum dicta adverſus hoc conjugium ſecundum jus divinum & naturæ apoſtolicaque authoritate contractum : damnant ſiquidem inter levirum & fratriam conjugium nudum, non conjugium tot conditionibus conſonis divino naturæque jure fultum, ex hoc ipſo quod jure divino ac naturæ innituntur : clara enim luce jam patet jure divino ac naturæ prohiberi inter levirum & fratriam conjugium in genere,

Cap. 10. Solvuntur.

re, ſeu nudum; conſonum autem fore utrique juri inter levirum & fratriam conjugium veſtitum multis honeſtatis ſpeciebus ſive propter bonum fratris defuncti, ſive propter bonum commune. Quocirca Julius nihil adverſus doctrinam ſacrorum conciliorum, Pontificum, aut doctorum egit, nec etiam adverſus illos doctores qui dicunt, & veriſſime, Papam nec in jure divino, nec in jure naturæ poſſe diſpenſare, hoc eſt facere licitum quod divino aut naturæ jure conſtat eſſe illicitum; nam ut patet ex dictis conjugium, inter levirum & fratriam ob commune bonum pacis, nec divino nec naturæ jure prohibetur, immo tum divino tum naturæ jure conſonat: ſed Papa jure ſuo ordinario, quod de jure ſuper jus poteſt uti, difinivit & authoravit conjugium honeſtatum ex cauſa communi boni pacis ad tollendum omnem ambiguitatem utriuſque juris. Hoc aſt, Pater ſancte, in cauſa hac judicium meum: conſilium autem non occurrit mihi melius, quam quod a Spiritu ſancto proficiſci non ambigimus. Diligite juſtitiam qui judicatis terram. *Felix in ſæcula valeat beatitudo tua. Romæ die* XIII. *martii anno MDXXX.* Vetuiſſe Clementem die ejuſdem menſis martii intentato anathemate Henricum ſecundas nuptias ante decretoriam ſententiam moliri, proximo anno viſuri ſumus, necnon omnibus ejus adminiſtris, qui ipſi ea in re operam navaſſent, cenſurarum pœnas impoſuit.

CCII. Veritus Henricus ſecundas inire nuptias.

Extracta autem eſt a Pontifice in plures annos judiciaria ſententia, cum Henrici Regis mentem flexu temporis leniendam, vel venereas faces extinguendas putaret; miſitque (a) ad eum medio julio Antonium Pulleonem, ut ipſum ad ſuſcipiendum rei Chriſtianæ contra Turcas & Lutheranos patrocinium excitaret; tum rationes omnes pertentavit, ut controverſiam dirimendi conjugii amoris paciſque ſtudiis componeret: de quo ad Franciſcum Regem Francorum, quem Anglus cauſæ interpretem adhibuerat, datæ menſe octobris extant literæ (b). Legaverat vero ad Apoſtolicam ſedem oratorem Cardinalem Grandimontenſem Gallus; traditque Guicciardinus (c) utrumque omnem operam contuliſſe, ut Pontificem a cæſareis partibus divellerent, ſibique conciliarent: ſed Clemens non alenda, ſed ſedanda bella civilia cenſuit, atque ad Gallicæ aulæ fovendam gratiam Tarbenſem epiſcopum in Gallicis rebus gerendis peritum cardinalitia purpura octava junii donavit, eaque de re ad Franciſcum Regem ſcripſit (d).

(a) *Clem. lib. brev. ann* 1530. *p.*300.

(b) *L.* 3. *lit. princ. p.*3.

(c) *Guicc. l.*20.

(d) *L.* 2. *lit. princ. p.*195.

CCIII. Gebenna obſeſſa a Sabaudo.

Hoc anno Gebenna a duce Sabaudiæ & nobilitate, conſenſu & auxiliis epiſcopi Gebennenſis obſidione preſſa eſt: ſed Bernenſes, Friburgenſes, & Thuricenſes illi auxilia laturi pace bellum diremerunt.

CCIV.

Hoc anno Luſitanum imperium latius propagatum eſt in oriente; nam Turcis Adeni obſidione ſolo Luſitanorum terrore depulſis, Adeni ſive Oromuſi tum Xaerii Reges vectigales ſe Luſitani Regis ad firmandum ſolium contra hoſtiles impetus conſtituerunt, ut Damianus Goex narrat hiſce verbis (e): *Romæi x. triremibus actuariis navibus & gaulis XL. improviſo Adenam obſederunt mari; terra vero equitatu & peditatu maximo copiis videlicet auxiliaribus, nam ipſi Rhomæi deerant; plus minus duravit obſidio menſes v. Oppugnabatur quotidie mari præcipue, atque adeo terra extructo in modum muri tabulato contextis trabibus ad exteriorem ciſternam, & tormentis collocatis, quarum quatuor erant baſiliſci, tormentorum omnium genus impetuoſiſſimum, quibus murum totum ea parte diruerant propeque expugnaverant urbem, niſi defenſa pertinaciſſime fuiſſet. At ut reſcitum eſt claſſem noſtram adventare, Rhomæi obſidione levata diſceſſerunt.* Et infra: *Nunciis hinc inde commeantibus adquievit Rex, ut pareret Luſitanorum Regi, ſolveretque quotannis jure tributi ſeraphinorum decem millia ponderis & valoris Ormuzii, quæ regia urbs eſt cognominis inſulæ inter ſinus Perſici anguſtias. Ea ſumma Latina ſupputatione quingenta facit ſeſtertia. Gratis etiam dedit ſtatim ſeraphinos mille quingentos, id eſt ſeſtertia LXXV. ut Ormuzii ex puriori auro fiarat corona, quam Regi Luſitaniæ mittit in ſymbolum amicitiæ & obedientiæ. Scripta ſuper ea re ſunt tabulæ ſubſcribentibus Rege & Hectore Silveria, cujus exemplum Nonius Cugna ad Regem Luſitaniæ miſit: id ad nos perlatum non eſt. His ita ſe habentibus, Rex Xaerii ſcripſit ad Hectorem ne gravaretur regnum ipſius accedere, quod eſt in exteriore flexu Arabici ſinus in regione Homeritarum juxta Ptolemæi traditionem, ſe pariturum Luſitanorum Regi, & penſurum tributum, ut conſtitueret; daturum præterea quidquid tormentorum ancorum Xaerii & Dopharii haberet, &c.*

(e) *Damian. Goez to.*2. *Hiſp. illuſtr.*

Turcæ eorum metu obſidionem ſolvunt. Adeni Rex Luſitanorum vectigalis fit.

Xaerii Rex concedit in ejuſdem clientelam.

I. Præcipuæ res geſtæ hoc anno.

ANno a partu Virginis milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo indictione quarta partæ ſunt divina ope de Sacramentariis hæreticis a catholicis Helvetiis præclariſſimæ victoriæ, ac Zuinglius & Œcolampadius hæreſiarchæ Deo vindice ſublati; Moldavi a Turcis in Chriſtianos concitati exiguis Polonorum copiis divinitus obtriti; graſſante vero latius Lutherana lue plura Mexicanorum centena millia ex impura ſuperſtitione ad ſanam religionem ac fidem traducta ruinas Eccleſiæ ſarciverunt, dum rei Chriſtianæ redintegrandæ intentus Clemens, catholicos Reges ac principes ad conjungenda ſtudia pro celebrando concilio, & conficienda in Turcas expeditione ſolicitaret: de quibus ordine dicturi a Germanicis rebus exordiemur. Ferdinandus Bohemiæ & Hungariæ Rex, uti in Auguſtanis conventibus a catholicis conventum erat, cæſarea dignitate Coloniæ auctus eſt ineunte anno, ac deinde Aquiſgrani more Cæſarum argentea corona redimitus: de quo hæc tradit Surius in ſuis commentariis (a): *Anno MDXXXI. pridie epiphaniæ Domini, Ferdinandus Coloniæ in primario templo, ubi trium beatiſſimorum Magorum corpora condita aſſervantur, electorum principum ſuffragiis creatus eſt Romanorum Rex & die* XI. *menſis januarii Aquiſgrani coronatus.* Creaſſe in ea celebritate Carolum V. plures equites contactis præ grandi Caroli magni enſe a multo vetuſtatis ſitu æruginoſo humeris, refert Paulus Jovius (b), dimiſſiſque conventibus inſtitiſſe ut Chriſtianorum arma adverſus Solimannum perniciem Chriſtiano imperio & exitium minitantem verterentur: *Namque tum conſtans*, inquit, *apud pios mortales fama erat quorumdam etiam vatum oraculis comprobata, nullis quam Auſtriacorum fratrum certiſſimis auſpiciis barbarorum vires malo noſtro in immenſum ſeſe attollentes poſſe ſuperari: quod exiſtimare credereque fas erat, poſtquam & his Ferdinandus a matura jam indole ſummæ pietatis atque virtutis Pannoniæ atque Bohemiæ regna bellicoſiſſimarum gentium paterno Auſtriæ imperio dudum adjeciſſet, & fraternæ demum amplitudinis imperatoriæque dignitatis ſucceſſor & heres eſſet deſignatus: Carolus vero auguſtiore maximarum virtutum & opum concurſu exaggeratus, undique victor inuſitata felicitate ad occidentem per oceanum auriferis regionibus potitus Chriſtiani imperii terminos ad antipodas uſque protuliſſet.* [1]

(a) *Surius in comment. hoc anno.*

Ferdinandus Roman. Rex electus.

(b) *Jov. l. 29.*

II. Confirmata a Clemente illius electio.

Confirmavit Ferdinandi Regis Romanorum deſignati electionem Clemens: *Pro univerſæ*, ut ait (c), *Chriſtianæ reipublicæ ſalute*; necnon gratulaturus ad Ferdinandum Regem datis literis ſignificavit (d) ſe ac fideles in ipſo & fratre Carolo ſpes ſuas collocaſſe.

(c) *Lib. brev. ann. 1531. p. 35.*
(d) *Ibid. p. 96.*

Regi Ferdinando.

Gratulatur Ferdinando Pontifex de cæſarea dignitate.

Quanta ſimus lætitia affecti ex literis tuis, novoque nuntio electionis ſerenitatis tuæ in Romanorum Regem, vix, fili chariſſime, poſſumus explicare: præterquam quod enim omnis amplificatio tuæ celſitudinis & dignitatis nobis pro noſtra in te debita ac ſingulari benivolentia merito jucundiſſima accedit, etiam ratio temporum & publicæ ſalutis, quæ tantis hodie diſcriminibus undique obiicitur, facit, ut impenſius ex hoc gaudeamus. Itaque omni cordis noſtri affectu gratulamur in Domino hunc honorem ſerenitati tuæ; & gratias etiam ei agimus, quod tantum gaudium nobis ſuis literis nunciandum, & communicandum duxerit: quamquam hoc quidem non plus tibi, quam univerſæ Chriſtianitati & nobis ipſis gratulandum eſſe videmus, ſiquidem illa omnes ſpes ſuas communis perfugii & ſalutis in te & ſereniſſimo fratre tuo hoc tempore præcipue collocat, & nos in tantis conſtituti ſolicitudinibus veſtra amborum pietate & potentia recreamur, ſperantes vos firmas anchoras futuros ſuſtinendæ Petri cymbæ in tantis hodie tempeſtatibus fluctuanti: quamobrem Deum dominum miſericordiæ & poteſtatis ſupplices deprecamur, ut hanc ſpem noſtram ſuæ benignitatis gratia confoveat, vobiſque cum iſta virtute, potentia, pietate parem felicitatem, ſicut fore confidimus,

Hortatur ut ſocem luceatur.

NOTÆ [1] COmitia iſta Colonienſia, eligendi regis Romanorum gratia indicta, præcedenti anno die XXIV. decembris cœperant. Electio vero Ferdinandi in præſentem annum extracta, ut optime notat Annaliſta. Moræ hujus cauſam præbuit Joannes Fridericus Saxoniæ Dux, Joannis electoris filius, quem pater miſit ut ſuo nomine comitiis intereſſet. Princeps enim ille omni niſu retrahere electores conabatur ne Ferdinandum (in quem reliqui omnes inclinabant) eligerent; & cum tandem illos in ſententia ſtabiles animadvertiſſet, ipſe re deſperata e comitiis & ex urbe diſceſſit. Ex quo factum eſt ut in electionem ſex tantummodo convenerint. Hæc omnia Spalatinus in vita Joannis electoris Saxoniæ. Hanc tandem controverſiam in comitiis Spirenſibus anno 1534. ſopitam ex Chytræo Calviſius in annal. ad hunc annum animadvertit. MANSI

mus, concedat ad gloriam amplificationemque nominis veſtri & defenſionem fidei ſanctæ ſuæ. Dat. Romæ, &c. XIII. februarii MDXXXI. pontificatus noſtri anno VIII. Ornavit eundem myſticis muneribus, atque enſem, ut confodiendos Eccleſiæ hoſtes, ac pileum, ut tegendam patrocinio cæſareo eandem Eccleſiam ſignificaret, in natalitiis Domini pontificalibus precibus ſacratos tranſmiſit (*a*).

Enſe & pileo ſaeris eum donat.

(*a*) *Ib. p.* 254.

III. At Saxo & reliqui principes Lutherani, tum nonnulli alii Auſtriacæ amplitudinis æmuli huic electioni intercedere, de quibus hæc Laurentius Surius (*b*): *Saxo eam electionem per filium ſuum irritam proteſtatur, habuitque principes alios præſertim Lutheranos, qui ei conſentirent; verum Cæſar, quod ampliſſimas haberet ditiones, nec poſſet ſemper eſſe in Germania, conſultum omnino putavit, ut in imperio haberent aliquem loco ſuo, qui ipſo abſente rebus præeſſet.* Patebat cauſa, cum abſente Carolo V. Germania a novatoribus everſa fuiſſet, ut propterea præpotentis Regis præſentia opus eſſet, qui illorum temeritati frænum iniiceret: ii vero Ferdinandi, qui pro aſſerenda fide catholica egregia plura facinora fecerat, potentiam veriti, poſt inita inter ſeſe ad Smacaldiam fœdera, Galliæ & Angliæ Reges, qui ægre ferebant in dies augeri cæſareas vires, in ſocietatem armorum contra Carolum V. & Ferdinandum pellicere pertentarunt: *Hujus anni*, inquit Surius (*c*), *menſe februario proteſtantes literas ſcripſerunt Galliæ & Angliæ Regibus, quibus ſuam cauſam egregie tueri conati ſunt: loquuntur ibi de vitiis cleri & de indulgentiis: citant Gerſonem, qui jam olim vitia eccleſiaſtica graviter notarit. Sed Gerſon ita notavit vitia cleri, ut tamen propterea non ſe ipſe ſepararet ab Eccleſia, nec turbas cieret. Et hoc quidem illis viſum eſt de Gerſone commemorare: quod autem idem ipſe fortiter ſcripſit contra eos, qui dixerant laicis neceſſario utramque Euchariſtiæ ſpeciem porrigi oportere, quod noſtræ ætatis novatores pertinaciter contendunt, eoſque diſertis verbis hæreticos vocat, id ſilentio prætereunt. Facile autem animadverti poteſt non principes earum literarum fuiſſe authores, ſed Lutheranos dogmatiſtas, quorum utinam fraudem principes advertere potuiſſent.*

(*b*) *Sur. in comment. hoc ann.*

Intercedunt Lutherani principes.

Nituntur Angliæ & Galliæ Reges ad ſocietatem armorum pellicere.

(*c*) *Sur. ibid.*

IV. Spopondiſſe Clementem Cæſari vidimus daturum ſe apoſtolica authoritate operam, ut catholici Reges ac principes ſuas cum illo vires opeſque ad hæreticos obterendos conjungerent, ſi manſuetudine in viam ſalutis atque ad officium revocari non poſſent; ſed Franciſcus & Henricus Reges formidantes ne oppreſſis hæreticis ac Germaniæ diſſenſionibus ſedatis Carolus & Ferdinandus in nimiam potentiam aſſurgerent ſpreta religionis cauſa, non Cæſari, ut par erat, in hæreticis contra Cæſarem auxilia decreverunt, ut Belchairus epiſcopus Metenſis hiſce verbis memorat (*d*): *Ne ſimulata in Solimannum expeditione totam belli molem in ipſos Cæſar converteret metuentes ad Galliæ Angliæque Reges* XIV. *kal. martias ſcripſerunt, & qui in Wormatienſi Auguſtanoque recenti conventu cum Cæſare & pontificiis convenire non potuerint, exponunt, precantur, ut ſua authoritate apud Clementem Cæſaremque agant, ut univerſi Chriſtianiſmi concilium pium & liberum celebretur, quo omnes controverſiæ terminentur. Multa ad doctrinæ ſuæ defenſionem addunt; poſtremo rogant, ut in conſervandis Germanici imperii privilegiis, ſuiſque privatim poſſeſſionibus, ſi forte in ipſos Cæſar arma ferret, auxilio ſint. Illi a Gallo de auxilio nihil adhuc certi, ſpem duntaxat bonam reportarunt. Franciſcus ſe rem omnem cum Anglo fœderato communicaturum, deinde illis reſponſurum pollicitus eſt: porro ut concilium convocetur ſibi admodum probari, in eoque convocando operam ſuam pollicetur, non ſolum quod id pium in primis, immo vero neceſſarium exiſtimet, verum etiam quod pro ea, quæ ſemper inter Gallos, Reges imperiique principes neceſſitudo fuit, illorum voluntati ſatisfacere cupiat: ſcire ipſos, qui in omnibus a ſe ſuſceptis adverſus Cæſarem bellis Germani in Gallia negotiari, & perinde ut in patria ſua libere habitare conſueverint. Hæc* XI. *kal. majas reſcripſit. Deinde re cum Anglo communicata, ad eos cum amplis mandatis Guillelmum Bellaium Langeum miſit conventum quantos ſumptus Rex in hoc bellum conferret: & quoniam a Gallia longe ſeparati erant, ne imparati opprimerentur quantam pecuniam præmitteret rogarant. De quibus omnibus Bellaius cum illis convenit & pro conſervandis Germanici imperii privilegiis.* Is ſceleri color a Gallo inductus eſt; nam re ipſa de aſſerenda Lutherana hæreſi & Chriſti religione cum Lutheri placitis a dæmone hauſtis commutanda agebatur, proque privatis eorum ſcilicet hæreticorum, *poſſeſſionibus tuendis ſocietatem coiit, quam viciſſim & ipſi ab Anglica non multum diſſimilem iiſdem conditionibus cum Rege coierunt, utrobique enim ſe invicem tuendi, non invadendi quemquam, ſocietas inita eſt. Franciſcus centum nummum aureorum millia apud Bavaros depoſuit, quibus uterentur proteſtantes, ſi adverſus illos bellum*

(*d*) *Belchair. l.* 20. *n.* 36.

Sumpta a Gallo proteſtantium clientela.

Conciliorum contemptores perſuadent velle concilium.

Anglus cum Lutheranis ſocietatem init.

Cæſar moveret. Reverſum e Germania Bellaium Franciſcus, qui tum in minore Britannia erat, ad Anglum miſit, ut cum Pomeraio legato ſuo, quæ cum Proteſtantibus acta erant exponeret. Quibus intellectis quinquaginta nummum aureorum millia ſe in hanc ſocietatem Henricus collaturum promiſit, & colloquium a Franciſco poſtulavit, quod in ſequentem annum dilatum eſt. Quinetiam legatos ad Solimannum Franciſcus miſiſſe fertur, tanto in Cæſarem odio vel invidia flagrabat.

V. Suſcepto Lutheranorum patrocinio Franciſcus Rex optime ſtirpis ſuæ amplitudini conſuluiſſe ſibi viſus eſt, cum ita perpetuos in Germania hoſtes opponeret Auſtriacis: verum, ut inania ſunt humana conſilia, obtigit poſtea, ut ipſius ſtirps hæreticorum tumultibus inteſtinis exciſa fuerit, Anglia pariter ab hæreſi evaſtata. Quæſitus eſt nefario facinori fucus, quod Lutherani, ut ſupra dictum eſt, & paulo ante ex Belchairo audivimus, concilium pium & liberum depoſcerent: ſed quanta fraudium & impietatum moles ſub honeſto poſtulato lateret non conſpexere; ut enim Lutherani dæmoniorum doctrinas evangelium Dei appellabant, ita concilii pii & liberi nomen a veteribus œcumenicis conciliis ad ſathanicum impiorum conventiculum continentibus expetitum votis transferebant (*a*); & qui in Auguſtano conventu diſceptationem cum theologis abruperant, nunquam ſe ſolemnibus epiſcoporum conventibus ſubmiſſuri erant, neque antiquam conciliorum formam ſervare, ſed novam, in qua præeſſent laici vel apoſtatæ, inſtituere moliebantur.

Conciliabulum non concilium poſcebant Lutherani.

(*a*) *Jo. Eck. in enchirid. de concil.*

VI. Cæterum cum extremo ſuperiori anno univerſi Reges ac principes literis encyclicis admoniti fuiſſent a Clemente, ut paribus ſtudiis pro celebrando concilio œcumenico conſentirent, non parum in tanta re tepere viſi ſunt, nec Pontifex illud apoſtolica authoritate indixit: ex quo Ferrariæ dux illius in invidiam apud Cæſarem vocandi occaſionem captavit, confictoque crimine inſimulavit ipſum, ſcilicet Francorum & Anglorum Reges ad diſturbandum concilium per literas impellere; ex qua falſa ducis delatione maximum dolorem Clemens accepit, conqueſtuſque eſt apud Cæſarem (*b*) a Ferrarienſi ſtrui dolos ad conjunctionem, quæ ſibi cum ipſo intercedebat dirimendam, rogavitque ut eæ literæ, quibus ipſe ſpondere ingentia Anglo & Gallo ferebatur, modo concilium diſturbarent, producerentur, tum archiepiſcopo Brunduſino legato apoſtolico, ut eam calumniam detergeret, onus impoſuit: quem quidem pro parandis iis, quæ celebrando concilio erant neceſſaria, miſſum oſtendunt literæ ad Cæſarem datæ (*c*).

Reges pro concilio celebrando tepide agunt. Impacta Clementi calumnia quod nollet concilium.

(*b*) *Lib. 3. lit. princ. p. 6.*

(*c*) *Lib. brev. ann. 1531. p. 351.*

Cæſari.

Etſi tua erga Deum fidemque catholicam pietas, & in tuendam tranquillandamque Chriſtianitatem egregia voluntas nullius eget neque hortatu neque adjumento, cum ipſa per ſe omnes adhoc horteiur, omneſque ab ea hoc tempore firmiter opem expectent; tamen cum primum audivimus ſerenitatem tuam indixiſſe conventum Spirenſem XIV. *proximi menſis inchoandum; nos ne qua in parte officium vel authoritas noſtra ibi deſideraretur, non contenti legato apud te noſtro cujus prudentiæ, doctrinæ, rerumque experientiæ ſumme innitimur, ſicut debemus, ut recentiorem a nobis hominem teſtem noſtræ voluntatis tecum in communis ſalutis cura conſentientis haberes, elegimus venerabilem fratrem Hieronymum Alenandrum archiepiſcopum Brunduſinum prælatum noſtrum domeſticum virum doctrina multiplici, multarumque linguarum ſcientia inſignem, aliaſque apud te Wormatiæ tunc conventum habentem noſtri prædeceſſoris Leonis X. legatione functum. Eum itaque ad ſerenitatem tuam noſtrum, & hujus ſanctæ ſedis nuntium mittimus plene de noſtra mente, ſeu potius flagranti deſiderio inſtructum ad pia conſilia, ſanctaſque tuas cogitationes noſtra authoritate, quoad poterimus, coadjuvandas in providendis cunctis neceſſariis, univerſalique concilio, ſicut ſemper optavimus, celebrando; per quod quidem hæreſis, tolli, bellum propulſari, aut etiam, Deo concedente, inferri ultro poſſit adverſus communem hoſtem Turcam ſolum de noſtra pernicie cogitantem & aperte jam molientem, &c. Dat. Romæ die* XXIX. *auguſti MDXXXI. pontificatus noſtri anno* VIII.

Clementis literæ ad Reges pro celebrando concilio.

VII. Conceptæ ſunt eadem verborum forma aliæ ad Ferdinandum Romanorum, Bohemiæ, Hungariæque Regem miſſæ (*d*) de eodem legato pro neceſſario ſynodali apparatu inſtruendo, ut hæreſis deleri & Turcæ audacia contundi & frangi poſſit. Tranſmiſſas etiam eo argumento literas ad Sigiſmundum Regem Poloniæ teſtatur (*e*) Salomon Neugebaverus: *Literæ*, inquit, *ſeu* (*ut alias vocant*) *breve* (*ſcilicet Clementis*) *Regi allatum eſt, quo eum, ut ad generale concilium propediem celebrandum ſuos deſtinaret legatos ad religionis controverſias, quibus Germania plana erat, conciliandas hortabatur.* Ad hæc autem provehenda Vincentium archiepiſcopum Roſſanenſem in Bohemia, Pannonia, & Auſtria legati munus gerere juſſit (*f*).

(*d*) *Ib. p. 352.*

(*e*) *Neugebaver. l. 7. hiſt. Polon.*

(*f*) *MS. arch. Vat. ſign. lit. A. p. 93.*

Ve-

Venerabili fratri Vincentio archiepiſcopo Roſſanenſi ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Hungariæ & Bohemiæ, ac Romanorum Regem illuſtrem nuncio, & oratori noſtro cum poteſtate legati de latere.

Venerabilis frater ſalutem, &c. Cum nos alias te ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Hungariæ & Bohemiæ, ac nunc Romanorum Regem illuſtrem, ac regna, civitates, & alia loca archiducatus Auſtriæ & patrimonii ſui pro fidei & regnorum ſuorum defenſione noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nuncium & oratorem cum poteſtate legati de latere duxerimus deſtinandum; nos cupientes, ut erga perſonas in regnis & archiducatu Auſtriæ, ac dominiis & locis prædicti Ferdinandi Regis præſidentes ac familiares tuos commenſales te poſſes reddere gratioſum, fraternitati tuæ, ut certis facultatibus & gratiis uti, illaſque perſonis prædictis concedere valeres, per alias noſtras literas conceſſimus, prout in illis plenius continetur, cum præfatus Ferdinandus Rex nuper in Romanorum Regem ab imperii electoribus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli V. Imperatoris ſemper Auguſti accedente conſenſu electus, & Aquiſgrani coronatus fuerit, fraternitas tua eundem Ferdinandum Regem ad quæcumque loca, ad quæ ſe contulerit, ſequi debeat; eapropter eidem fraternitati tuæ per præſentes concedimus, ut dictis facultatibus & gratiis etiam in civitatibus & locis Germaniæ, in quibus ipſe Ferdinandus Rex juriſdictionem ſuam exercere poteſt, uti libere & licite valeas, ipſaſque literas cum facultatibus, & gratiis in eis contentis ad loca Germaniæ & perſonas extendas, & infra, *tenore præſentium concedimus facultatem. Datum Romæ die* XXVI. *februarii MDXXXI. pontificatus noſtri anno* VIII.

VIII. Cur vero Francorum Anglorumque Reges non conſenſerit cum Carolo V. de celebrando concilio, quos Lutheranis pollicitos ſe concilium promoturos vidimus, cauſæ non obſcuræ erant hæ. Optabat Carolus, ut concilium œcumenicum celebraretur vetere inſtituto, ex quo maxima commoda ſe conſecuturum ſperabat: vel enim illius authoritate Lutheranos ad officium revocandos, pacandamque Germaniam, vel in eo auxilia communi conſenſu contra hæreticos, tum contra Joannem Waivodam Turcarum clientem Chriſtiani nominis proditorem, everſoremque Hungariæ decretum iri. Quod cum Gallum Anglumque ureret, ipſique Lutheranos & Joannem Chriſtiani imperii perduellem ad Caroli V. infringendam potentiam juvare molirentur, a cogendis ſolemnibus epiſcoporum conventibus diſſenſerunt. Verebatur etiam Anglus ſcorti ſui implicitus amoribus ne illius cauſa ſynodali ſententia damnaretur. Ut itaque hæreſim a cæſareis politicis blande palpatam vidimus, dum Leo Pontifex Lutherum malorum omnium authorem judiciaria ſeveritate coercendum urgebat, quod cæſaream dignitatem illi ex labefactata pontificia majeſtate auctum iri opinarentur; ita Gallus Angluſque politicis fraudibus ſubornati, dum Cæſar ad hæreticos excindendos ſe parabat, præclarum quippiam agere putaverunt, ſi hæreſi ſuſtentata cæſaream infringerent aothoritatem: quod porro de promovendo concilio utrumque Regem ab hæreticis poſtulatum vidimus, animadvertendum eſt Lutherum, ut lactaret principes & politicos, dijudicandorum dogmatum & ſacrorum adminiſtrandorum ſummam authoritatem ad eos retuliſſe; atque ideo ut obſervat Ulembergius (*a*), ſuperiori anno in Auguſtanis conventibus non Lutherus, non Melancton & alii hæreſiarchæ veluti ſynagogæ Lutheranæ antiſtites fidei formam obtulerunt, ſed principes & urbium liberarum magiſtratus, tanquam præſcribendæ ſuis populis fidei formæ authoritatem ſibi arrogarant, quod Melanctoni ingratum fuiſſe idem auctor memorat.

Cur Galliæ Angliæ Reges noluerint concilium.

Principes definiendorum dogmatum jus ſibi arrogant.

(*a*) *Ulemberg. in vit. Lutheri.*

IX. Ut vero Lutheranorum concilium œcumenicum depoſcentium fraus magis pateat, cum illud Pontifice aſſentiente a Carolo promiſſum fuiſſet ea lege, ut nil antequam illud celebraretur novarent, atque extremo ſuperiori anno in Auguſtanis conventibus fuiſſet conſtitutum, veterem ritum religioſe ſervandum: quid enim magis ab æquitate abhorrens, quam quod ii, qui concilii œcumenici authoritatem implorabant, vetera concilia obtererent? Lutherus tamen, ex cujus conſilio facta fuerat provocatio, ſectatorum ſuorum conjurationibus præfidens, auſus eſt decretum Auguſtaoum publicis ſatyris proſcindere, ac Pontificem & omnem hierarchiam eccleſiaſticam, nec non principes catholicos probris laniare, ut refert Joannes Coclæus (*b*): *Cum*, inquit, *Cæſar aliique principes ac ſtatus imperii in generali receſſu conſtanter concluſiſſent permanendum eſſe in antiqua fide ac religione, parum nihilque innovandum aut mutandum ante generalis concilii determinationem, Lutherus, qui probe ſciebat quam fortiter eſſent electori Saxoniæ confœderati aliquot principes ac civitates factæ ſuæ, cœpit ferociſſime protervire, edens Theutonice libellos duos, quorum unum inſcri-*

Decretum Auguſtæ ne a vetere ritu diſcedatur.

(*b*) *Cocl. in act. Luther. an.* 1531.

pſit gloſam in prætenſum edictum imperiale; alterum præmonitionem ad Germanos ſuos dilectos. In utroque ſane proteſtatur nequiſſime ſe non ſuadere aut bellum aut ſeditionem, cum interim nihil faceret ſtudioſius aut vehementius, diffamando atque criminando non ſolum Papam & omnes eccleſiaſticos prælatos, verum etiam Cæſarem, omneſque principes catholicos, quos vocat proditores ac ſceleratos, nequam, mendaceſque nebulones, &c. In gloſa vult omnibus perſuaſum eſſe confictum fuiſſe ſub nomine Cæſaris receſſum Auguſtenſem quem edictum vocat: contra quem ſic ſcripſit Cochlæus Teuthonice.

Conſcindit contumeliis Cæſarem Lutherus.

X. *Quis es tu, infamis inteſtabiliſque ac damnate hæretice, ut auſis publicum ac legitime conſtitutum atque unanimiter concluſum receſſum totius Romani imperii, hoc eſt generale decretum imperiale dicere prætenſum vel putativum edictum cæſareum, cum manifeſtum ſit, & negari non poſſit, quod illi receſſui & decreto non ſolum propriis manibus ſubſcripſerunt Cæſar ipſe, electores item aliqui, principeſque alii, & prælati, comites, ac barones permulti, qui perſonaliter præſentes fuerunt? ſed & alii non pauci principes, prælati, comiteſque, & barones, civitates item liberæ ac imperiales per ſuos legitimos ac plenum habentes mandatum procuratores miſſoſque oratores itidem ſubſcripſerunt abſentes, tanquam præſentes: etenim in calce illius receſſus commemorantur ſubſcripſiſſe ſive per ſeipſos, ſive per legitimos procuratores, aut oratores ſuos quinque electores, principes alii, eccleſiaſtici quidem triginta, ſæculares vero viginti tres, abbates viginti duo, comites & barones triginta duo, civitates denique liberæ ac imperiales triginta novem; verum etiam plenum robur addiderunt appenſis ſigillis tum ipſius cæſareæ majeſtatis, tum quorundam electorum aliorumque principum ac dominorum loco omnium aliorum. Deſperato igitur apoſtatæ in ejuſmodi libris nihil prorſus fidendum aut credendum eſt, qui non erubeſcit tot principum ac ſtatuum imperii ipſiuſque Cæſaris ſubſcriptiones, ſigilla item & literas reiicere, calumniari, reprobare; ubi mendacium ejus uſque adeo manifeſtum poteſt per literas & ſigilla in os ejus retorqueri viſibiliter, atque etiam palpabiliter, ita ut facile ſuffocaretur, ſi omnia ea ſigilla faucibus ejus intruderentur. Hæc ille contra inſcriptionem & proteſtationem Lutheri. At liber ipſe nihilo melior aut verior eſt ipſa inſcriptione, aut proteſtatione ejus.*

Impudentiſſima illius mendacia.

XI. Subdit Cochlæus ut in illo libro hæreſiarcha invectus in decretum cæſareum, quod in eo ſcriptum eſſet: *Lutheranorum confeſſionem fuiſſe per ſacras literas juſtaſque rationes confutatam*; confutationem Lutherani dogmatis appellarit noctuam & veſpertilionem, quod in luce collocata non fuiſſet: edendæ quidem illius ſibi & aliis datam fuiſſe provinciam refert idem Cochlæus; cumque jam Auguſtæ cum typographo conveniſſet ob Georgii ducis Saxoniæ diſceſſum ſibi pariter ob viarum diſcrimina fuiſſe diſcedendum, atque ita opuſculum egregium non fuiſſe in lucem editum; quam negligentiam catholicorum ſcommatibus hæreſiarcha proſcidit. Cum etiam in edicto imperiali promulgaretur: *Quod Eccleſia inſtinctu Spiritus ſancti boniſque rationibus ſalubriter inſtituerit, ut extra miſſam una tantum ſpecies porrigatur*; impoſtor dicere non erubuit, jam omnibus perſuaſum eſſe Chriſtum in Evangelio præcepiſſe, ut laicis detur utraque ſpecies, multaſque calumnias in Pontificem & univerſam Eccleſiam catholicam effudit, traduxitque ironice piam Cardinalis Campegii Apoſtolicæ ſedis legati vocem, qui Cæſari dixiſſe ferebatur, *ſe malle in fruſtra diſcerpi, quam permittere ut miſſa aboleatur aut mutetur*. Poſt plura in ſacroſanctum miſſæ ſacrificium blaſphema prolata, quod canon, caſula, calix argenteus vel aureus, raſura, & cappa in evangelio non reperirentur; quibus non tam Eccleſiam deriſit, quam Chriſtum dominum qui aliorum legiſlatorum more legem evangelicam & ſingulos ritus in chartaceis membranis calamo non conſcripſerit, ſed in cordibus Apoſtolorum miſſo Spiritu ſancto inſculpſerit, de quo dixerat. *Ipſe docebit vos omnia, &c.*

Poſtquam antem Lutherus ita ſpuiſſet in cœlum, mox in terram furorem vertit: cum enim Auguſtanum edictum de libero arbitrio loquens diceret Lutheranum errorem circa illud non humanum eſſe, ſed pecuinum, ac blaſphemiam Dei, vir nequiſſimus Cæſarem cæteroſque principes catholicos, qui Auguſtam convenerant, porcos appellavit, quod ſcilicet liberum arbitrium aſſererent; qua comparatione eos magis inſectatus eſt, cum de ſola fide ſtatuiſſent, *ne doceatur poſt hac nudam fidem ſolam abſque charitate ac bonis operibus juſtificare*; impius inſanuſque impoſtor qui ſectatores ſuos in omnia flagitia ſua de ſola fide pernicioſa doctrina impellebat, ſtulta hæc blaſphemaque verba proferre auſus eſt. XII.

Contumeliæ inſanientis hæreſiarchæ.

Dico ego doctor Martinus Lutherus domini noſtri Jeſu Chriſti indignus evangeliſta, quod hunc articulum, fides ſola abſque omni opere juſtificat, coram Deo firmum

Stultæ ejuſdem voces.

mum atque inconcuſſum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartaricus Imperator, Perſarum Imperator, Papa, omnes Cardinales, epiſcopi, ſacerdotes, monachi, monsiales, Reges, principes, domini, totus mundus ſimul cum omnibus dæmoniis, & debent inſuper habere ignem infernalem ſuper capita ſua, & nullam gratiarum actionem. Hic eſto mens doctoris Lutheri, inſtinctus a Spiritu Sancto, verumque ac ſanctum evangelium; in quæ exclamat Surius (a): *Haud ſcio an vel Lucifer ipſe poſſit quidquam dicere arrogantius, & inſolentius;* additque Lutherum jam ante hunc errorem damnaſſe, quod nos etiam ſupra obſervavimus: *Sed*, inquit, *idem iſte Lutherus in libro viſitationis ſcribit, abſque pœnitentia nullam eſſe peccatorum remiſſionem, neque abſque pœnitentia remiſſionem peccatorum poſſe intelligi; ubi autem non eſt remiſſio peccatorum, ibi certe non poteſt eſſe juſtificatio. Utrum ergo eſt ex inſtinctu Spiritus Sancti iſtud ne, an illud ſuperius? O Deus bone, quis tandem miſerorum mortalium faſcinavit pectora, ut tam importuno ac impotenti monſtro, haud ſecus atque Chriſti apoſtolo & evangeliſtæ ſuas animas credere non dubitarint. Quis obſecro, unquam vel propheta vel Apoſtolus ejuſmodi verborum portentis uſus eſt? Poſtea adfert quoddam Joannis Huſſi damnati hæretici vaticinium, quod ait ad ſe pertinere.* Prophetiam commentitiam Lutheri refert Coclæus his conceptam verbis: *Sanctus Joannes Hus de me prophetizavit quando ex carcere Conſtantiæ in Bohemiam literas miſit: nunc aſſabunt quemdam anſerem [Hus enim anſerem dicunt] at poſt centum annos audient cantare quemdam cygnum, quem pati debent.* Fallax hoc vaticinium ex Ovidianis figmentis petitum conſtat; de utroque vero impoſtore ſubdit Surius: *Sed Huſſus & Lutherus jam pariter ſuæ temeritatis luunt pœnas, & licet uterque eccleſiam Romanam oppugnarit, tamen ea eccleſia illis jampridem extinctis manet manſura etiam uſque ad ſupremum mundi diem.*

(a) Sur. in comm. hoc ann.

Quæ dicit eſſe purum evangelium paulo ante negarat.

Fingit de ſe vaticinia.

XIII. Porro Lutherum redeuntem ad vomitum, ac ſola fide impium juſtificari ſtatuentem ſecutus eſt Philippus Melancton, negavitque articulum, in quo non ſola fide juſtificari ſacris convictus oraculis conſenſerat, atque nova ſcripta impia adverſus ea, quæ Auguſtæ profeſſus erat edidit: quem prædictus Joannes Cochlæus (b) ita confutat: *Non ignorant illuſtriſſimi principes & jureconſulti aliquot Lutherani, qui in concordiæ tractatum deputati fuerunt, de iis tribus articulis non primo congreſſu & uno veſpere tam facile concordatum fuiſſe, ut poſt longa conſultationum ſuper tractandi ac procedendi modo præludia, quæ majorem illius temporis (quod ad maximum ſex horarum erat) partem inſumebant facto conſeſſu concordia proceſſerit illo veſpere uſque ad articulum confeſſionis duodecimum; ſponte enim abdicabant & renuntiabant ibi Lutherani hanc voculam, ſola, ne ulterius dicerent nos ſola fide juſtificari; quam ſane vocem doctor Joannes Eckius, intrepidus ille atque invictus hæreticorum debellator per jocum remitti juſſit ad ſutores, velut ſoleam, quæ Theutonice ſola dicitur. Summa igitur concordiæ his breviſſime verbis tum concepta: & niſi fallit memoria ab ipſomet Philippo ſcripta fuit, nempe quod juſtificatio ſeu remiſſio peccatorum fiat per gratiam gratum facientem & fidem formaliter, per verbum vero & ſacramenta inſtrumentaliter; quodque recte damnentur Anabaptiſtæ, qui verbum externum contemnunt, & quod nos bona opera facere oporteat tanquam a Deo mandata.*

(b) Jo. Cocl. de ſola fide Philipp. 3.

Conſentiunt Lutherani non ſola fide nos juſtificari.

XIV. *Hæc eſt, Imperator ſumma trium iſtorum articulorum ſuper quibus Auguſtæ Philippus iſte cum reliquis Lutheranis concordiam ſimulanter, & ficto ut video corde nobiſcum inierunt, aliud habentes in corde, aliud in ore. Non hoc dixerim de omnibus, ſed maxime de hac vulpecula ſociiſque ejus Spalatino ſcilicet qui cum ſupernumerarius eſſet, cum rubore paulo poſt abire juſſus fuit Brentio & Schneppio; arbitror enim, illuſtriſſimi principes, Joannem Fridericum Saxoniæ ducem, & Georgium marchionem Brandeburgenſem ſimul cum duobus jureconſultis eorum ex animo tunc & egiſſe, & in eam concordiam conſenſiſſe, eo quod theologi eorum non poterant ullam proferre ſcripturam quæ diceret nos ſola fide juſtificari; nos autem proferebamus manifeſte contrariam ſententiam ex epiſtola B. Jacobi (c), ubi ſic habetur:* Videtis quoniam ex operibus juſtificatur homo & non ex fide tantum.

Ex ſcriptura confuſi ſunt.

(c) Jacob. c. 2.

XV. Cum ita facile in priores errores, quos Lutherani damnaverant, relaberentur, conſtabat cæſareo ferro truncanda hujus hydræ capita; atque adeo Coclæus (d) Carolum V. Imperatorem ad Chriſti religionem armis defendendam cohortatus eſt: *Si ſervis*, inquit, *Domino piiſſime Imperator in timore ut omnes credimus neceſſarium tibi eſt apprehendere diſciplinam (e), ne quando iraſcatur Dominus & pereas quod abſit a via juſta, ſi rebelles & indiſciplinatos iſtos Eccleſiæ diſſipatores & transfugas non corripueris juxta legum publicarum tenorem, & ſecundum divini verbi cœleſtis oracula, quæ habentur Deut.* XIII. & XVII. *ac Matth.* V. & XVIII. &

(d) Jo. Cocl. de eccl. Philipp. 4.

(e) Pſ. 2.

in

in pleriſque aliis locis, quos alibi commemoravi. Ad hanc enim neceſſitatem obligat te Deus, obligat ſedes Apoſtolica, obligat imperiale officium, obligat Apoſtolus (a) ne gladium fruſtra portes, obligant (b) leges & canones, tum etiam propria edicta tua; obligat denique mater Eccleſia, quæ te Chriſti coheredem fecit, & fraterna charitas, quæ omnia ſuſtinere jubet ut lucrifacias tot animas, quæ hoc ſchiſmate pereunt.

(a) *Rom.* 13.
(b) *C. de hæret. per tot. 23. quæſt. 4. per tot. Aug. in Pſ. 2.*

XVI. Dum in Germania plures graviſſimi theologi adverſus Lutheranam hæreſim ſcriptis decertabant, in Italia Thomas de Vio Cardinalis, cui a Pontifice data erat provincia, ut internuntium apoſtolicum ſuis præceptis erudiret in his, quæ ad hæreſiarcharum argutias diſſolvendas ſpectarent, luculentum commentarium de miſſæ ſacrificio contra Lutheranos gannitus edidit hoc anno, in eoque (c) probat ex verbis ſacræ ſcripturæ, quæ ſola admittunt hæretici, immolatum fuiſſe incurrente corpus & ſanguinem Chriſti in cœna dominica, ita ut ipſi cœnæ, quæ erat immolatio agni paſchalis, immolatio veri agni, & veteri inſtitutioni nova inſtitutio & novum paſcha ſucceſſerit, atque hæc verba: (d) *Hoc facite in mei memoriam;* intelligi de facere immolatitio, ut ait, modo; cum etiam immolatitio modo feciſſent vetus paſcha: deinde ex Apoſtolo 1. ad Corinth. cap. x. demonſtrat tempore S. Paulo miſſæ ſacrificium fuiſſe: nec humanum eſſe commentum: cumque hæretici ex eo quod cruenta ſacrificia deſierint, incruentum etiam tollerent, nec pro expiatione criminum offerri poſſe effutirent, eorum ſophiſmata ita diſſolvit.

(c) *Thomas de Vio tom. 3. tract. 10. c. 1.* Chriſtus in cœna incruente immolatus.

(d) *Ibid. c. 3.*

XVII. Solvuntur argutiæ hæreticorum.

Ad ſingula objecta ſigillatim diluenda deſcendendo dicitur ad primum de unitate ſacerdotis, quod in novo teſtamento unicus eſt ſacerdos Chriſtus, & ipſemet eſt ſacerdos in noſtro altari; nam miniſtri quique non in perſonis propriis, ſed in perſona Chriſti conſecrant corpus & ſanguinem Chriſti, ut teſtantur verba conſecrationis ac per hoc vices Chriſti agentes offerunt; non enim dicit ſacerdos: Hoc eſt corpus Chriſti; *ſed:* Hoc eſt corpus meum; *faciendo in Chriſti perſona ſub ſpecie panis corpus Chriſti juxta mandatum Chriſti:* Hoc facite; *& cum infertur inconveniens eſſe affirmare hoſtiam in novo teſtamento, cui non ſat eſt Chriſtus, ſed oportet ſuccedere miniſtros, reſpondetur quod aliud eſt affirmare diſparatam hoſtiam requirentem ſucceſſionem ſacerdotum, & aliud eſt affirmare perſeverantiam hoſtiæ in cruce oblatæ requirentem ſucceſſionem miniſtrorum: primum enim dedeceret novi teſtamenti ſtatum; ſecundum autem conſentaneum novo teſtamento eſt, ut jugis vigeat victima unica illa ſemel oblata.*

Ad ſecundum ex parte repetitionis dicitur, quod in novo teſtamento non repetitur ſacrificium ſeu oblatio, ſed perſeverat immolatitio modo unicum ſacrificium ſemel oblatum & in modum perſeverandi intervenit repetitio non in ipſa re oblata, nec etiam ipſe, qui repetitur modus concurrit ad ſacrificium propter ſe, ſed propter oblationem in cruce commemorandam incruente: hujus autem modi repetitionem non eſſe contra doctrinam epiſtolæ ad Hebræos teſtantur verba illius inferentia quod ſi repeteretur novi teſtamenti ſacrificium, oportuiſſet Chriſtum ſæpe pati. De repetitione igitur ſacrificii manifeſtat ſe loqui, non de repetitione iſtius modi a domino Jeſu Chriſto inſtituti. Ad tertium ex parte rei oblatæ dicitur, quod cum hoc quod Chriſtus ſemel proprium ſanguinem ſufficientiſſime, & abundantiſſime fuderit in cruce, quadrat, ut perſeveret immolatitio modo in Euchariſtia illa unica ac ſufficientiſſima ſanguinis in cruce effuſio, &c. Ad Dei gloriam Romæ die 111. maii MDXXXI.

XVIII. Modus repetitur ſacrificii, non ipſum ſacrificium.

Cum vero Lutherum plures blaſphemas voces in Romanam eccleſiam, quod ſub una tantum panis ſpecie laicis Euchariſtiam conferret fudiſſe hoc anno in ſuo libro diximus; obſervandum eſt Lutherum profeſſum jam ante in libro de formula miſſæ, non veritatis tuendæ, ſed contradicendi tantum ſtudio litem conciviſſe: *Si quo caſu*, inquit, *concilium ſtatueret, minime omnium nos vellemus utraque ſpecie potiri; immo tunc primum in deſpectum concilii vellemus aut utra tantum, aut neutra, & nequaquam utraque potiri, ac plane eos anathema habere quicumque authoritate talis concilii potiretur utraque.* Quibus verbis blaſphemus vir & concilia & Euchariſtiam ſive ſub utraque, ſive ſub altera ſpecie flocci pendere indicat. Edidit autem eximium commentarium hoc anno pro aſſerenda veritate orthodoxa idem Thomas Cardinalis de Vio, quem Clementi Pontifici inſcripſit, in quo oſtendit populum ex divina lege ad communionem ſub utraque ſpecie non teneri.

XIX. Lutheri contradictio de communione ſub utraque ſpecie.

Scribit Thomas de Vio contra Lutheranos.

XX. Diſceptantibus etiam Lutheranis invocationem ſanctorum ſacræ ſcripturæ teſtimonio non ſuffultam, demonſtravit ex Zacharia (e) propheta, angelum divinam miſericordiam pro Judæis imploraſſe, ex Matthæo (f) angelos puſillorum contemptorum patrocinium ſuſcipere, ex geneſi (g) Jacob angelum invocaſſe, ut ſibi benediceret, ex Daniele (h) veritatem ab angelo quæſiviſſe, ex Apoſtolo quod omnes angeli ſint adminiſtratorii ſpiritus; ex

(e) *Zacha. c. 1.*
(f) *Matth. c. 18.*
(g) *Geneſ. 32.*
(h) *Daniel. c. 7.*

quo

quo conſequitur invocandos, non aliter, quam (a) a pupillo aut peregrino advocati patrocinium implorari licet. De ſanctis eandem rationem iniri; nam ex apocalypſi (b) animas ſanctorum orare Deum contra malos in terra habitantes, quanto magis pro ſalute electorum? ex Luca (c) ubi dives pro ſuis fratribus dicitur interceſſiſſe; quanto enim magis ſancti pro ſalute ſuorum intercedant? ex Matthæo (d), ubi dicitur ſanctos reſurrexiſſe & videndos ſe multis objeciſſe, utique ad eos de vero Meſſia inſtruendos; nec modo licere orari ſanctos, ut orent pro nobis, verum Deum per merita ſanctorum pie exorari oſtendit ex exodo (e): *Dum Moyſes ſupplicando Deo inter alia dicit*: Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſervorum tuorum: *hoc enim nihil aliud eſt quam rogare per merita Abraham, Iſaac, & Iſrael, &c.* Conſignatus eſt libellus hac temporis nota. *Romæ die* XXV. *auguſti* MDXXXI. Hæc perſtrinxiſſe ſuffecerit, cum integros commentarios cupidus lector conſulere poſſit.

(a) *Hebr. cap.* 1.
(b) *Apocal. c.* 6.
(c) *Luc. c.* 16.
(d) *Matth.* 27.
(e) *Exod. cap.* 32.

XXI. Nec ſacris oraculis hæreticorum ſophiſticas argutias confutaſſe ſat fuit, ſed arma inſerentibus ad repellendam vim arma ſumenda fuerunt. Amplexa erat Gebenna, pulſo epiſcopo, Zuinglianam hæreſim tam immani impietate, ut marmor aræ principis, in quo toties Chriſtus immolatus incruento ſacrificio fuerat; ad cataſtam publicam translatum fuerit, ut in eo rei cæderentur: verum impii conſilii author illud primus ſuo ſanguine cruentavit (f), cum rebus converſis magiſtratu dejectus fuiſſet. Obſederat eam urbem ſuperiori anno Carolus dux Sabaudiæ ſtrenuus religionis athleta, ad quem Pontifex Cardinalem legatum miſerat, & ex eccleſiaſticis vectigalibus, necnon ſacro templorum ornatu ſtipendia ſuppeditavit; cumque ob Helvetiorum hæreticorum Gebennæ auxilia ferentium vim, obſidionem compoſita pace ſolviſſet, illum Clemens admonuit (g) ne eccleſias ſacra ſupellectili, ſi opus non foret, amplius exinaniret.

(f) *Raym. ta hiſt.*

Dux Sabaudiæ pro fide pugnat in Gebennenſes.

(g) *Lib. brev. ann.* 1531. *pag.* 81.

Duci Sabaudiæ.

Quod pro noſtro in tutelam ſanctæ fidei debito officio, & in conſervationem etiam tui ducatus ſtudio, atque in te benivolentia facere debemus, te ita cupiente, ultra Cardinalem legatum, iſthic per nos deputatum, etiam dilectum filium Braccium de Martellis electum Feſulanum prælatum domeſticum, & ſecundum carnem affinem noſtrum ad te pro eadem cauſa noſtrum & Apoſtolicæ ſedis nuntium mittimus, quo & tuæ nobilitati & omnibus perſpicuum magis ſit, nos defenſionem iſthic ſacroſanctæ religionis tuique pariter ducatus omnibus affectibus concupiſcere: quamobrem cum ex parte noſtra ea, quæ potuimus præſtiterimus, & ſemper præſtituri Dei & tua cauſa ſimus, reliqua in tua virtute & diligentia, eximiaque in Deum pietate poſita ſunt, ut cum his opitulationibus, quas ad te paterna charitate detulimus, & cum tui ducatus temporalibus viribus in repreſſionem Dei & tuorum hoſtium ſimul incumbas. Quod ſi a divina conſequemur clementia, ut vel victoria glorioſa, vel concordia honeſta finis huic tumultui imponatur, erit deinde probitatis tuæ mittere, ac etiam efficere, ut ea, quæ exacta a clero & ex venditione jocalium redacta ſuperfuerint, ipſis a quibus ſunt habita reſtituantur; & ſi nihil opus fuerit exigere, nihil exigatur vel ſervetur, ne cultus divinus majus quam noſtre & tuo honori conveniat, exhauſtis penitus eccleſiis detrimentum patiatur; cui rei etiam interim providendum eſt temperamento quodam, ut & comparentur ad fidei tutelam ſubſidia & cultui divino neceſſaria penitus non ſubtrahantur, &c. Dat. Romæ die XXVI. *februarii MDXXXI. pontificatus noſtri anno* VIII.

Præſidiis eccleſiaſticis adiutus.

Pacta concordia monitus ne gazam eccleſiarum amplius diſtrahat.

XXII. Arcana ſunt & inſcrutabilia divina conſilia. Addictiſſimi fuerant Thuricenſes Helvetii ſedi Apoſtolicæ, ejuſque clientelam adverſus præpotentes Reges ſuſceperant; adeo ut eccleſiaſticæ libertatis defenſores a Pontificibus appellari meruerint: ſed is amor pius in atrocia odia paulo poſt converſus eſt hac levi de cauſa. Defraudati fuerant pactis ſtipendiis trapezitarum & quæſtorum pontificiorum avara fraude, ex quo Zuinglius & alii in Pontifices invecti exulceratis animis impia ſua venena inſuderunt: quem prædeceſſorum Pontificum errorem emendaturus Clemens amantiſſimis literis Thuricenſes ipſos ac ſocios ad redintegrandam priſtinam cum Eccleſia conjunctionem adhortatus eſt (h), ſpopponditque debita olim ſtipendia ſi redirent ſe perſoluturum? *Valde, filii, doluimus & dolemus, vos, qui tanquam cæterorum cantonum caput pietatis exemplum cæteris præbere debuiſſetis, & in quorum virtute & authoritate hæc ſancta ſedes plurimum ſemper confiſa eſt, inſtinctu ſathanæ & membrorum ejus a ſancta Eccleſia rituque patrum veſtrorum aberraſſe & continue aberrare; utinamque Deus omnipotens nobis concedat, ut quanta ſumus moleſtia ex veſtra ſeparatione affecti, tantam lætitiam ex reverſione ſuſcipiamus: quod ſi aliquando videre merebimur, ſicut divina freti clementia fore ſperamus, ut vos, repudiatis malis ſuaſoribus, in viam patrum veſtrorum & tot ſæcu-*

Ut Helvetii Thuricenſes fuerint ſedis Apoſtolicæ amiciſſimi. Defraudati ſtipendiis ab Eccleſia ſe averterunt.

(h) *Ibid. pag.* 207.

Revocare eos ad officium pollicetur Clemens.

Præbiturum ſtipendia reverſuris.

Digitized by Google

culis comprobatos ſanctæ Eccleſiæ ritus redeatis, &c. Dat. Rom. VII. maii MDXXXI. *anno* VIII.

XXIII. Minantur hæreſim & vaſtitatem inferre Italiæ.

Non audierunt illi paſtoris ſui vocem ingenti ſuo malo, triſtique clade, ut dicetur inferius; ſed odio immani in catholicos efferati Zuinglio hæreſiarcha ductore Sabaudiæ ducem Gebennenſibus hæreticis infeſtum opprimere decreverunt, quo deinde in Italiam luem hæreſeos propagarent: quorum minas & potentiam ferociſſimæ gentis veritus Pontifex undecima auguſti die Carolum V. Imperatorem, Franciſcum Gallorum, Henricum Angliæ, Joannem Luſitaniæ Reges admonuit (*a*), ut armorum ſocietatem adverſus hæreticos Helvetios Sabaudiæ imminentes inirent, atque eodem menſe devexo iterum Imperatorem, ut Sabaudo ad Helvetiorum irruptiones coercendas ſuppetias ferret ſolicitavit (*b*).

(*a*) *Ibid. pag.* 442. Regum auxilia implorat Clemens. (*b*) *Ib. pag.* 391. & *p.* 442.

Imperatori.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Magna nos ſolicitudine affecerunt literæ ac nuncius dilecti filii nobilis viri Caroli Sabaudiæ ducis noſtri tuique affinis, qui poſt multas alias octo cantonum Helvetiorum Lutheranam hæreſim foventium in ſe & ſuum ducatum minas a tua ſerenitate, ut credimus, auditas, noviſſime ſe ab illis ſolicitatum ad certum fœdus cum eis ineundum, per quod omnem ejus ducatum ſua hæreſi conantur inficere; & niſi id fecerit, bellum fidei ſibi haud obſcure comminatos eſſe nobis ſignificavit, ita ut vel ſanctæ fidei jacturam illis conſentiendo, vel rerum certiſſimum ſuarum periculum recuſando ſubire cogatur; elegiſſe autem ſe pro ſua & majorum ſuorum pietate quidvis potius ſubire periculi & rerum temporalium detrimenti, quam fidem ſanctam a patribus acceptam cum divini honoris diminutione, & animarum ſibi ſubjectarum perditione, vicinorumque Chriſti fidelium contagione violare: nullam vero reſiſtendi tam numeroſæ & efferæ multitudini ſe, diu conſultando, inveniſſe expeditiorem viam, quam communiendis in confinio ejus gentis quatuor locis & cum præſidio cuſtodiendis, quorum obice illi ab incurſibus & populatione coerceri poſſint; ac ſe quidem ad hanc communitionem ſua pecunia contentum eſſe, neque nos aut quemquam Chriſtianorum principum in hoc fatigaturum: ſed cum vereatur id, quod ab ipſis Helvetiis contra ſe eam munitionem fieri cernentibus, certo timendum eſt, ne inter ipſam munitionem totis agminibus irruant, & loca munita occupent, in hunc ſolum eventum ad illis, quoad munitio perficiatur, obſiſtendum, quibus ipſe per ſe obſiſtere non poſſet, veſtra & cæterorum principum ſubſidia imploravit: quæ ſi in hunc caſum ei promittantur & ducentorum millium aureorum ſumma, quantam ad hoc ultra alias ſuas impenſas & belli onera neceſſariam eſſe cognoſcis, inter omnes conficiatur, præparataque teneatur, niſi adveniente caſu & per cujuſque principis miniſtros perſolvenda, tum ipſum ducem dicta loca omni cum celeritate communiturum eſſe: quod ſi hujus auxilii ſpe deficiatur, nequaquam cœpturum eam munitionem, quæ ab hoſtibus interrumpi, eiſque beneficio eſſe poſſet, foreque ut poſtea ingens periculum ſubire cogatur ſui ducatus a dicta hæreſi inficiendi.

Fidem adverſum eos tueri decernit Sabaudus.

Arces munitiſſimas in limite excitare cogitat.

Principum implorat ſubſidia.

XXIV.

Hæc, fili chariſſime, a nobis, quibus principaliter hoc onus pro paſtorali perſona ingruit, cum cura & anxietate animi noſtri ſunt audita, reputantibus quo & quam vicino periculo interior Chriſtianitatis pars eſſet laboratura, ſi talis ducatus quaſi murus ab illa parte Lutheranis oppoſitus eis aperiretur ad cætera Chriſtianitatis invadenda: quamobrem quod erat pietatis Chriſtianæ & partium noſtrarum, non deeſſe cauſæ fidei & univerſali ſaluti, ſtatuimus, & in animo noſtro decrevimus dicto duci in talem caſum & polliceri ipſi auxilium, & cæteros principes in idem hortari: cum enim cauſa communis communeque periculum agatur, ſitque omnibus honor divinus, & ſancta fides pro virili defendenda, nobis & cæteris hanc opem contributionis omnino non defugiendam judicavimus. Itaque etſi tot a noſtris calamitatibus eramus attenuati, quantum omnes noſſe & tuam ſerenitatem ſcimus non ignorare; tamen ut reliquos non modo verbis ſed etiam rebus hortemur, nobis ac venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſummam quadraginta millium ducatorum impoſuimus, quantam & a tua maieſtate, ſi ita ei videretur, pro viribus & benignitate ſua non incommode ſuſcipi poſſe ſperabamus. Te igitur, fili chariſſime, cujus probitas in omni excellenti ac pia actione verſari ſolita eſt, in Deo domino hortamur, ut pro ipſius Dei honore & veræ fidei defenſione, ſi neceſſitas tulerit, nobis in participatione hujus pii operis pro tua virili non deeſſe, ſed prædictam ſummam in eum caſum benigne polliceri, & aliquo in loco proximo repoſitam facere, unde ad ſubitam defenſionem ſumi poſſit, tum de tua in hoc voluntate, quam non dubitamus te dignam eſſe futuram, nos quamprimum certiores reddere: aut enim ipſi hæretici uſu hujus pecuniæ reprimentur, aut etiam, quod evenire poſſet ſola ejus fama deterrebuntur, fietque forſitan cum Dei adjutorio ut ipſi duci ſolo

Acta ab eo communis cauſa.

Pontificia pro iis comparandis ratio.

no-

Rogatus Cæſar, ut illum juvet.

nomine ſubveniatur, & ipſa pecunia finita ea communitione tuæ ſerenitati intacta reſtituatur. Tua vero ſerenitas, quæ ſemper optimum & catholicum egit principem, præterquam quod officio ſuo ſatisfaciet, & majorum ſuorum conſuetudini reſpondebit, etiam dictum ducem pro hac opitulatione in tanto ſuo diſcrimine exhibita, perpetuo ſibi devinciet; Deo autem omnipotenti, a quo tot regna adepta eſt, grati & amantis filii affectum in ſancta religione defendenda, ſicut facere conſuevit, exhibebit, ab eo poſt terrenam felicitatem etiam cœleſte regnum, apud homines vero immortalem gloriam adeptura, ſicut hæc etiam orator tuus plenius ad tuam ſerenitatem perſcribet. Dat. Romæ XIX. *auguſti* MDXXXI. *pontificatus noſtri anno* VIII. Solicitati ſimillimis literis ad ſubſidiarium aurum Sabaudo contra Helvetios hæreticos conferendum cæteri Reges (*a*), atque a Gallo quadraginta, ab Anglo triginta, a Luſitano viginti, a Venetis triginta aureorum millia poſtulata.

(*a*) *Ib.*

XXV. Dum hæc auxilia Sabaudo decernebat Clemens, octo Helvetiorum toparchiæ hæreſi Zuingliana contaminatæ alias, quinque regiones Helveticas, quæ religionem catholicam retinuerant, opprimendas armis conſtituerunt, cauſati eas nolle audire verbum Dei, nimirum ſui Zuinglii impia dicta ut univerſa natione Helvetica ad Zuinglianam hæreſim acta tyrannidem & impietatem in Sabaudiam Italiamque proferrent. Sed nefaria eorum conſilia confudit Chriſtus, atque ingentem hæreticorum multitudinem exiguā catholicorum manu obtrivit: *Apud Helvetios*, inquit Coclæus, *multis injuriis tribulationibuſque vexabantur catholici, maxime a Bernenſibus & Tigurinis, qui cæteris erant potentiores, opibuſque & armis magis inſtructi; unde factum eſt ut quinque cantones catholici, nempe Lucernenſes, Urienſes, Suitenſes, Subſilvani, atque Zugenſes communi decreto bellum Tigurinis indixerint, cauſas belli recenſentes ad longum in literis denuntiatoriis: quoniam longo, inquiunt, tempore nos omnes ac ſinguli ſatis ſuperque obtulimus nos ad ſtandum juri & æquitati, vos autem contra jurata fœdera, contra pacem publicam, contra Chriſtianam diſciplinam & concordiam, contra confœderatorum fidem charitatemque & amicitiam, atque etiam contra omne jus naturale & contra omnem æquitatem ſubditos noſtros nobis ſubtrahitis, ac rebelles facitis, ut facti jam ſint erga nos perfidi atque perjuri noſtram recuſantes juriſdictionem in capitaneatu ſancti Galli, & in præfectura vallis Rhenanæ aliiſque in locis non paucis, quos defenditis, & nos ipſos multis dolis, verſutiiſque, inter nos diſcordes reddere paratis, ut eo periculo nos ab antiqua & indubitata fide noſtra catholica depellatis; & dicitis nos nolle audire verbum Dei, neque ſinere novum ac vetus teſtamentum legi, atque propterea criminati nos eſtis tanquam impios ac malignos proditores, & proditorios nebulones. Cum igitur novæ ac fictæ fidei veſtræ non adhæreamus, denegatis nobis victualia publicumque mercatum, ut compellatis nos hac ratione ad famem, ad perdendum non ſolum nos, verum etiam infantulos innocentes, qui adhuc in materno geſtantur utero; nobis autem omne jus denegetur, neque quiſquam ad juſtitiam conſequendam nobis opem ullam ferat, noſque longo tempore ejuſmodi anguſtiam, vim ſuperbiamque, & iniquitatem tulerimus, nec ullus ſit injuriarum finis; cogimur itaque hæc omnia Deo ſuæque Genitrici præclaræ, ac univerſæ curiæ cœleſti, cunctiſque probis hominibus, quibus jus & æquitas placent, conqueri: & volumus ſi Deus nobis gratiam virtutemque ac fortitudinem concesserit iſta potenter manu ac facto de vobis vindicare; id quod vobis omnibuſque adjutoribus & adhæſoribus veſtris clare hiſce literis denuntiamus, noſtrumque honorem per hoc erga vos pro nobis ac noſtris adjutoribus aſſertum eſſe volumus. In fidem & teſtimonium harum literarum appendimus ſigillum fidelium noſtrorum confœderatorum Zugenſium omnium noſtrum nomine. Datum feria* IV. *die quarta octobris anno a nativitate Chriſti MDXXXI.*

Falſi eorum prætextus.

Querelæ catholicorum.

XXVI. *Mox igitur hac denuntiatione facta ad pugnandum ſeſe ex utraque parte paraverunt. Die itaque undecima octobris Tigurini præmiſſo eorum capitaneo cum cohorte una ac ſex bombardis rotatis, ipſi cum optimo quoque milite ac viginti bombardis grandibus ſubſecuti tranſcenſo Albi monte prope monaſterium, quod Capella dicitur, tres cantones catholicorum, nempe Suitenſes, Zugenſes & Subſilvanos aggreſſi ſunt. Catholici autem poſitis inſidiis, ſtatim poſt congreſſum retroceſſerunt fugam ſimulantes: mox vero valido cum agmine prorumpentes Tigurinos in fugam verterunt: cæſi ſunt igitur omnes quotquot magnum præceſſerant vexillum, & ereptæ ſunt eis omnes bombardæ atque munitiones: numerus cæſorum fuit mille quingenti.*

Hæretici a catholicis cæſi.

XXVII. Pulchriorem longe fuiſſe hanc victoriam refert Benedictus Accoltus Cardinalis ex literis Ennii epiſcopi Verulani apud Helvetios internuntii ad Pontificem datis (*b*), atque in catholicis antiquā Machabæorum renovata miracula narrat, nimirum primam catholicorum aciem,

(*b*) *Card. Accoltus apud Sadolet. l.7. p.27.*

Catholicorum virtus eximia.

quæ ex octingentis conſtabat, tria millia hæreticorum concidiſſe, totidemque cepiſſe: tum omnes hæreticorum ſigniferos eo prælio fuiſſe conſumptos: *Quis enim*, inquit, *non videt ea, quæ ſuperioribus menſibus ab Helvetiis, qui catholicam fidem nobiſcum unu retinent, adverſus reliquos ejus gentis pagos, qui a recta religione deſciverunt, duobus magnis præliis ſunt geſta, ſine ope divina geri prorſus non potuiſſe? cum enim magna ipſorum pars teterrima illa impietatis labe dudum eſſet contaminata, nam ex tredecim pagis quinque tantum in fide permanſerunt,) decreverunt illi, qui numero ſuperabant, vi & armis ita cogere quinque pagos veræ religionis amantiſſimos, ut illos ſuæ perfidiæ ſocios ſibi adjungerent. Cumque jam res (ut te audiſſe jam non dubito) ad manus deveniſſet, primo in prælio octingenti ex noſtris maxima Chriſtianæ pietatis ſtudio inflammati paulum extra aciem, quæ ex octo tantum hominum millibus conſtabat, primi procurrere, incredibilique virtute & fortitudine viginti hominum millia ſunt adorti, quos continuo occiſis hominum amplius tribus millibus, & totidem fere captis, qui projectis armis mortem ſupplices ſunt deprecati, in fugam conjecerunt: cujus victoriæ curſui quamvis nox magno fuerit impedimento, præliumque diremerit; in eo tamen illud maxime ſalutare accidit & prædicandum, quod cum hoſtes rem eſſe in anguſto animadverterent, eos omnes, quorum opera & artificiis plebs fuerat concitata, in primam aciem coegerunt procedere: quod ubi ſine mora facere, vel ut ſuis adderent animos, vel quod ita neceſſitas poſtulare videbatur, minime recuſaſſent, interfecti ſunt notiſſere omnes tantorum ſcelerum & perfidiæ authores: inter quos ceciderunt quamplurimi ſacerdotes, qui abjurato veræ religionis cultu ſeſe in ſathanæ famulatum conjecerant, repertuſque eſt multis vulneribus confectus Zuinglius, qui primus ad Helvetios attulit peſtifera Lutheranorum dogmata, eiſque ob ſingularem, qua maxime inter Helvetios florebat opinionem virtutis, doctrinæ, & ſapientiæ aſſidue imperitorum animos imbuebat, cognitumque poſtea eſt pagum qui Tigurinus appellatur, quique omnium illorum infidelium habetur caput, ex trecentis ſenatoribus ad ſeptem tantum eo confecto prælio eſſe redactum, in quo triginta tantum pedites a noſtris ſunt deſiderati; relataque ſunt ex pugna ad pagum Lucernenſem (qui itidem fidelium Helvetiorum eſt facile princeps) complura ſigna militaria, inter quæ fuit vexillum maximum pagi Tigurini, & tormenta muralia novemdecim, quadringentaque caſtrenſia. Dat. pridie id. decembris MDXXXI. Romæ.* [1]

Octingenti viginti millia fudere.

Hæreſeos diſſeminatores occiſi.

Zuinglius inter alios trucidatus.

Maximus ſenatorum numerus occiſus. Triginta tantum catholici deſiderati.

XXVIII. Hæc de primo illo felici prælio Cardinalis Accoltus ad Jacobum Sadoletum ſcri-

NOTÆ [1] ZUinglii cædes hoc anno die XI. Octobris, ut optime admonet Annaliſta, contigit. Ulricus Zuinglius cum inter catholicos mereret, Conſtantienſem canonicum egit. Dein e caſtris catholicæ Eccleſiæ transfuga ſacramentariorum hæreſim omnium primus invexit, cujus exordium ſub ipſis fere Lutheraniſmi exordiis conſtituendum eſt, ut nos in Notis ſuo loco monuimus. Quamquam enim in dogmate de Euchariſtiæ ſacramento nec ipſe pariter Lutherus recta ſenſit, ſemper tamen corpus ipſum & ſanguinem Domini reipſa in eo contineri agnovit & docuit. Quin errores de ſacramento ſuos non ante docuit, quam poſt ejuratam a Zuinglio de ſacramento Euchariſtiæ fidem catholicam. Docebat igitur Zuinglius in Euchariſtia nihil præter putam putamque imaginem & typum veri corporis Chriſti exhiberi. Eruditione non leviter aſperſus fuit, nam linguas calluit tres, Græcam, Hebraicam, & vernaculam, quibus fultus præſidiis ad commentarios in S. Scripturam adornandos ſe contulit, in quibus, teſte Richardo Simonio in Critic. Hiſtor. V. T. lib. 3. cap. 14. parum ſe in ſtudio critice verſatum præbuit; quamquam illum laudat a modeſtia ſaltem majori quam quæ fuerit Lutheri & Calvini; tum pariter in retinenda utcumque Latini veteris interpretis tranſlatione. Prælio illi, in quo trucidatus fuit, non ſponte quidem, ſed coactus, tamquam primus miniſter eccleſiæ Tigurinorum interfuit. Quot in ea pugna deſiderati fuerint Zuinglianorum alii aliter definiunt; ſunt enim qui 500. ſunt qui 1500. amiſſos tradant, ſunt tandem qui 6000. ex Helvetiis heterodoxis trucidatos ferant. Diſcriminis hujus cauſam præbuiſſe potuit pugna, quæ uno eodemque illo octobri menſe quinquies redintegrata eſt, nunquam non ſiniſtra Tigurinis. Alii enim amiſſos in omnibus hiſce præliis ſimul ſupputant, alii ſingulare illud in quo Zuinglius cecidit enarrant; quod cum longe eruentiſſimum fuerit, ideo ad 1500. cædi ex Tigurinis facile potuerunt. Integro bimeſtri ab obitu Zuinglii, die ſcilicet Kalendarum decembris, Joannes Oecolampadius diem clauſit extremam, ſubita ictus apoplexia, inducta, ut vulgo creditur, ex mœrore de nece Zuinglii, cujus dogmata ſectatus eſt. Sunt tamen qui præſocatum dicant ab uxore; nec deſunt qui ab ipſo dæmone extinctum affirment. Porro Joannes Oecolampadius ex monacho ordinis S. Birgittæ, cujus cucullum die XXIII. aprilis anno 1520. induerat, apoſtata Baſileenſem eccleſiam ad ſacramentarium dogma traduxit. Græcam linguam apprime calluit, Latinam non item, teſte Eraſmo lib. 19. epiſt. XXIII. Hebraicas etiam literas excoluit, quo nomine funus ejus hebraico carmine Sebaſtianus Munſterus luxit. Sadoletus Epiſt. lib. 4. in epiſtola ad Eraſmum, literas & eruditionem hominis probare ſe ſignificavit, doctrinam vero Theologicam non item: *niſi extitiſſet ille in alio genere pernicioſus*. Opera ejus in Scripturam varia variis in locis ac temporibus edita ſunt, qua de re conſulendus Le Long *Biblioth. Sacr.* tom. 2. v. Œcolampadius. MANSI

ſcribens ; Zuinglii vero tanquam hæreſiarchæ cadaver judiciaria ſententia fuiſſe igni concrematum memorat hiſce verbis Coclæus (*a*) : *Repertus fuit in ea ſtrage Zuinglius, omnis perfidiæ diſcordiæque inter Helvetios author, a duobus catholicis pronus in facie adhuc ſpirans : quem illi non cognoſcentes, interrogarunt an vellet confiteri. At ille tacuit velut mortuus : ſuperveniens autem alius, qui eum cognovit, lethale inflixit vulnus, capitaneiſque protinus, indicavit, qui juſſerunt cum ſiſti publico judicio, in quo ſane judicatus eſt ut proditor, atque combuſtus ut hæreticus. Ferunt autem quoſdam Tigurinos aſportaſſe inde cineres, domumque retuliſſe ; cæſi autem ſunt & alii apoſtatæ inſignes nempe abbas & prior Capellæ, commendator Riſmacenſis, Antonius Waldner cantor & canonicus Thuricenſis, Henricus Utinger cuſtos & canonicus ibidem.*

(*a*) *Cocl. in actis Luth. hoc ann.*

Interrogatus Zuinglius priuſquam occideretur an confiteri vellet. Cadaver illius exuſtum, ut hæret. Alii Apoſtatæ inſignes cæſi.

XXIX. De cineribus porro Zuinglii cultis ab hæreticis, qui ſanctorum reliquias contemnebant projiciebantque, memorat Surius additque Œcolampadium hæreſiarcham, de quo ſæpius mentio facta eſt, auditæ cladis terrore impiam animam æterno funeri tradidiſſe. *Ferunt*, inquit (*b*), *Tigurinos quoſdam Zuinglii cineres domum aſportaſſe : quid ni enim ? qui divorum omnium cineres & reliquias nullo dignantur honore, digni erant qui damnati hæretici apud ſe cineres aſſervarent : eius vero mors uſque adeo doluit Œcolampadio deſertori monacho, ut paulo poſt a fœmina quam inceſtis polluit nuptiis, in lecto extinctus repertus fuerit : uſque adeo enim frigidum eſt hoc genus apoſtatarum, ut periculum ſit ne præ frigore moriantur, niſi quamprimum aliquam lepidam puellam ſibi per ſummum ſcelus adjungant, cuius ſulphureis amplexibus incaleſcant illo igne, quem non Dominus Jeſus amator integritatis & virginitatis filius, ſed tartareus ſathan miſit in terras.* Prius ferro, dein veneno ſibi mortem couſciſcere voluiſſe ferunt.

(*b*) *Surius in comm.*

Œcolampadius ſubita morte oppreſſus.

XXX. Cum partæ hujus primæ victoriæ a catholicis Helvetiis contra hæreticos fama ad Pontificem perveniſſet, mixta ille dolore gaudia cepit : doluit enim tantum humani ſanguinis fuſum ; de triumpho vero divinitus catholicis collato hiſce literis ad quinque pagos datis eſt gratulatus (*c*).

(*c*) *Lib. brev. an.* 1531. *p.* 449.

Dilectis filiis Lucernæ, Uraniæ, Suitz, Underualtz, & Zuz cantonibus Helvetiorum ſuperioris Alemanniæ eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus.

Optaviſſemus pro noſtra & prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum in univerſam nationem veſtram charitate

& benevolentia, illam in veteri ſua erga Deum pietate, & ſolita, inter ſe concordia fuiſſe conſervatam, nec humanum ſanguinem inter vos illum effuſum fuiſſe, quod quando ſathan efficere potuit ut natio fortiſſima ſemperque pientiſſima diſſecaretur in partes, & pars etiam numeroſior a majorum ſuorum religione aberraret ; nos ficut de effuſione ullius Helvetii ſanguinis non dolere non potuimus, ita filii ſumus gaviſi victoriam vobis potius contigiſſe, & veram pietatem a Deo fuiſſe adjutam, &c. Dat. Romæ die XXIII. *octobris MDXXXI. anno* VIII.

Gratulatur catholicis Clemens.

XXXI. Interjectis paucis diebus, cum accepiſſet Pontifex hæreticos majorem in catholicos Helvetios redintegrare exercitum, quæ potuit nummaria ſubſidia cogere ad eos tranſmiſit (*d*), pollicitus ſe Regum catholicorum arma pro iis defendendis conjuncturum.

Majores vires parant hæretici.

(*d*) *Extſtus lit. in lib. brev. an.* 1531. *p.* 454.

Dilectis filiis Lucernæ, Uraniæ, Suitz, Underualz, & Zug cantonibus Helvetiorum veteribus ligæ ſuperioris Alemanniæ eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus.

Scribente ad nos venerabili fratre epiſcopo Verulano nuntio noſtro, dilectum filium Stephanum de Inſula oratorem noſtrum recentiores iſthinc literas habere, quibus ſignificatur adverſarios veſtros copias cogere, ut vos majoribus quam antea viribus aggrediantur, longum putavimus expectare aliorum auxilia : & quamvis in ſumma pecuniæ difficultate verſaremur, attritis, ut ſcitis, ac pene conſumptis noſtris & ſedis Apoſtolicæ facultatibus ; tamen ne vobis, quos merito chariſſimos habemus, Chriſti etiam ac religionis cauſam agentibus, in tam neceſſario tempore deeſſemus, collegimus aliquantum pecuniæ, quæ ſubſidio ac defenſioni veſtræ ſerviret, ut potuimus tot undique difficultatibus ac temporis anguſtiis oppreſſi, nec deſiſtimus tamen curare ut majora vobis, ſubſidia tam a nobis, quam a reliquis ſubmittantur, ſi inimici veſtri bellum facere perſeverabunt. Vos, filii dilectiſſimi, boni conſulite hoc quidquid eſt auxilii quod præſtamus, eoque non animum ſed facultatem noſtram metiamini : veſtra autem virtus atque conſtantia non eget cohortatione noſtra &c. Dat. Romæ XXIX. *octobris MDXXXI. anno* VIII.

Submittit ipſis nummarium ſubſidium Pont.

XXXII. At aliquot ante diebus, quam hæc ſcriberet Pontifex, & auxilia ad confirmandos catholicos, atque hæreticos debellandos compararet, jam aliud prælium initum fuerat ; nam inſtructo ſumma cum celeritate majori militum delectu hæretici in catholicos irruerunt, necnon poſt datas haſce literas tria alia prælia facta ſunt, in quibus omnibus catholici divina

Nova hæreticorum in catholicos expeditio.

virtute hæreticos contuderunt; quæ ſingula accurate hiſce verbis deſcribit Coclæus (*a*): *Alterum*, inquit, *deinde prælium commiſſum eſt die decima ſeptima octobris iterum catholicis ſecundum, hæreticiſque adverſum; nam Tigurini ſeu Turicenſes poſt acceptam cladem vocaverunt in auxilium Bernenſes, collectoque exercitu circiter triginta millia peditum proceſſerunt in campum, partitoque exercitu in duo agmina Turicenſes verſus Zugam, Bernenſes verſus Lucernam profecti ſunt. Quinque autem cantones catholici conjunctis viribus ad octodecim millia peditum habuerunt, congreſſique cum Bernenſibus circa fluvium quendam compulerunt eos in fugam: in fluvio autem perierunt quingenti, & cæſi ſunt in prælio ſeptingenti: altero die prorepſerunt ex vepribus aliqui Turgavienſes, quos catholici clementer ac benigne tractarunt quicumque venerabile ſacramentum percipiebant.*

(*a*) Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

Catholici inferiores numero eos profligant.

Revertentes ad fidem clementer habiti.

XXXIII.

Tertium prælium commiſſum.

Rurſus præliatum eſt vigeſima quarta octobris: Tigurini enim ac Bernenſes vindictæ cupidi acceſſierunt in auxilium Baſilienſes quoque & Schaffhuſenſes, volebantque noctu in hoſtes imparatos irruere. Catholici non omnes erant ſimul, Lucernenſes enim propter Bernenſes ſeorſum habebant exercitum. Alii autem quatuor cantones intellecto hæreticorum propoſito albas camiſias ſuper arma ſua induerunt, ut noctu inter ſeſe cognitionis ſignum haberent: inito igitur prælio primum certamen adeo aſperum atque cruentum fuit, ut catholici circa principia ad quintum uſque membrum ſeu ordinem cæderentur: Deo autem adjutore vicerunt tandem, atque hæreticos in fugam compulerunt cæſis ſex millibus eorum. Neque tamen quievit ira hoſtium; ultimo enim die octobris in vigilia omnium ſanctorum rurſus congreſſi ſunt Turicenſes contra quinque cantones catholicos: ſed nihil felicius, quam prius; nam catholici ſecunda hora noctis ſex millibus invaſerunt illorum caſtra, cæſiſque quinque millibus hoſtium reliquos, qui non aufugerant, ceperunt: fuerant autem in iiſce caſtris octo millia.

Nocto irruunt hæretici.

Prima catholici agmina cædunt.

Vincunt catholici interfectis ſex millibus hæreticorum.

In quarto prælio quinque millia trucidant.

XXXIV.

Virginis templum clarum miraculis apud Helvetios.

Cæterum apud Helvetios admodum religioſum ac venerabile, miraculiſque clarum eſt templum Deiparæ virgini Mariæ ſacrum, quod Eremus dicitur; ad quod ſane publicam proceſſionem, inſtituerunt quinque cantones catholici a ſenibus pueriſque, & mulieribus virginibuſque, ac omni turba imbelli peragendam: id quod Turicenſes Zuinglii perverſa doctrina imbuti ægerrime ferebant. Decreverunt itaque, facta expeditione, templum illud devaſtare atque imaginem divæ virginis Mariæ minutatim diſcindere, atque comburere. Quod ubi perceperunt quinque cantones, feſtinanter illuc profecti ſunt, atque indutis rurſus ſuper arma albis induſiis, in montis planitie duriter exceperunt hæreticos, interfectis plus minus quinque millibus, raptiſque venillis quatuor, quorum unum Turicenſium, alterum Baſilienſium, tertium Schafhuſenſium, quartum Mulhuſenſium fuiſſe dicitur. Erant quidem hæretici opibus, auxiliiſque & numero militum, atque armorum & bombardarum apparatu longe valentiores quam catholici. At catholici fide, pietate, religione bonaque conſcientia atque recta in Deum & ſanctos ejus fiducia egregie armati, feliciter vicerunt ſemper, toto enim expeditionis tempore obſervarunt religioſe priſtinam ſuam devotionem, ſecumque habuerunt ſuos ſacerdotes, ut intereſſent eorum ſacrificiis, in quotidianis miſſis ſerio ac religioſe flexis genibus ad Deum orantes tum ante prælium tum peracto prælio. Conſtituerunt præterea octodecim viduas in territorio Suitenſium, quæ alternatis vicibus ſenæ jugiter in templo beatæ Virginis Eremitico pro exercitu Deo ſupplicabant die noctuque. Merito igitur vicerunt eos, qui ſuperis contemptis confidebant in hominibus, ac ponebant carnem brachium ſuum; unde non injuria comparari poſſunt quinque cantones illi inclytis Machabæis, qui dicebant: Facile eſt concludi multos in manu paucorum (*b*): *& non eſt differentia in conſpectu Dei liberare in multis & in paucis; quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt. Heretici igitur toties victi atque fugati petierunt ac inierunt tandem, intercedentibus multarum civitatum imperialium oratoribus, concordiam cum catholicis quinque cantonibus, Thuricenſes quidem die* XVI. *novembris, Bernenſes vero die* XXIV. *einſdem menſis.*

Illud hæretici evertere nituntur.

In quinto prælio quinque millia eorum interfecta.

Inſignis catholicorum pietas in his expeditionibus.

Comparandi cum Machabæis.

(*b*) Machab. 3.

XXXV.

Submittit catholicis Clemens quatuor millia militum.

Paucis autem poſt diebus Clemens, antequam de hujuſmodi concordia certior eſſet factus, quatuor peditum catholicorum millia eccleſiaſticis ſtipendiis, conſcribi die decimanona novembris juſſit (*c*), quibus Zuccherum ducem præfecit (*d*): qua etiam die Ennium Epiſcopum Verulanum multis legationibus apud Helvetios antea functum pro tuenda religione, internuntium (*e*) atque ejuſdem pontificii exercitus procuratorem (*f*) decrevit: ad ſuppeditandos vero bellicos ſumptus Mediolanenſis principatus clero ſacerdotiorum decumas imperavit (*g*), dumque parandis aliis majoribus auxiliis operam navabat (*h*) Pontifex, relatum ei eſt ſedatos inteſtinos tumultus inter Helvetios iis legibus quas Coclæus (*i*) ex Helve-

(*c*) *Lib. brev. an.* 1531. *p.* 570.
(*d*) *Ib. p.* 510.
(*e*) *Ib. p.* 526.
(*f*) *Ibid. p.* 536.
(*g*) *Ibid.*
(*h*) *Ibid. p.* 649.
(*i*) *Cocl. in actis Luth.*

veticis actis refert : *Operæ pretium fuerit recitare primi articuli verba eu Theutonica concordiæ formula, quæ de fide, propter quam præcipua diſcordia & belli occaſio erat, per arbitros concepta fuere. Primum igitur debemus ac volumus nos Thuricenſes noſtros fideles confœderatos de quinque cantonibus, ſimiliter & dilectos eorum concives, ac provinciales de Wallis, atque omnes eorum adhæſores, ſive eccleſiaſtici ſint, ſive ſæculares, circa veram indubitatam, catholicam fidem ſuam nunc & deinceps in ſuis propriis civitatibus, territoriis, præfecturis, & dominiis abſque redargutione ac diſputatione quietos dimittere, cunctis malis adinventionibus, exceptiombus, circumventionibus, doliſque vitatis atque remotis. E converſo debemus nos quinque cantones noſtros confœderatos Thuricenſes ac proprios eorum adhæſores circa fidem eorum quietos dimittere : atque eadem hæc verborum forma circa primum concordiæ articulum cum Bernenſibus quoque eſt obſervata ; de qua ſane merito gaudent, & quinque cantonibus illis congratulantur omnes per orbem terrarum catholici, quod non dubitarunt pro fide catholica viriliter aſſereuda ſua corpora, ſuas uxores, liberoſque ac totam patriam ſuam in ultimum exponere diſcrimen ; unde & Deus pro ea pietate glorioſos eis retribuit de hæreticis triumphos, ut cogerentur ipſimet fateri antiquam quinque cantonum fidem eſſe veram, atque indubitatam. Merentur & aliam laudem quinque cantones illi, quam nulla poſteritas reticere debet, quod eorum ſtrenuitate & opera ſublati ſunt de medio duo acerrimi deterrimique hoſtes Eccleſiæ Ulricus Zuinglius, & Joannes Œcolampadius.*

Pax conciliata & quibus legibus.

XXXVI. De eorum miſerabili exitu antea dictum eſt : quo audito Thomas Morus(*a*), poſtea martyrii palma inſignitus, hæc ſeripſit : *Quamquam dolendi cauſas reliquere nobis, heu nimium graves propter multos, quæ neque ſine horrore eloqui poſſum, & nemini ſunt ignota, neque audire homines pii ſine profundo gemitu debent ; ſublatos tamen e medio eſſe tam immanes fidei Chriſtianæ hoſtes, tam accinctos ad Eccleſiæ excidium, tam intentos ubique in omnem perimendæ pietatis occaſionem, jure gaudere poſſumus.*

(*a*) *Thomas Morus apud Coclaeum.*

Divina de hoſtibus eccleſiæ ultio.

XXXVII Quod ad pacis leges attinet ; cum ad Pontificem perlatum eſſet ex iis permiſſam Thuricenſibus & Bernenſibus ſub involutis verbis fovendæ hæreſis licentiam, indoluit tantarum victoriarum fructum periiſſe magna ex parte ; ipſe namque cenſuerat proſtrato hoſte hæretico non intermittendum bellum, donec is ad veram religionem eſſet reverſus ; quo argumento ad quinque paganorum Helvetios has literas dedit (*b*).

(*b*) *Lib. brev. an.* 1531. *p.* 649.

Quinque cantonibus.

Dilecti filii ſalutem. Literæ veſtræ nobis ſignificantes de concordia & pace cum Turricenſibus per vos inita, per quam illi armis contra vos poſitis ſe vobis junxerunt, nobis tanto gaudio, filii, fuerunt, quanto deſiderio veſtræ tranquillitatis & quietis ſemper flagravimus : præterquam enim quod inclytum authoritate & primarium cantonem veſtra nationis vobis adiunxiſtis, hoſtibuſque ademiſtis, ſpem nobis Dei miſericordia oſtendere apertam videtur, ſicut ex victoriis veſtris ad hanc cum Thuricenſibus pacem, ita eu hac ad concordiam cum reliquis gradum fore, ut ii non ſolum vobis, ſed & Deo et fidei ſanctæ ſuæ reconcilientur. Tunc enim pax verior & vobis etiam glorioſior erit, ſi illi cum Deo pariter in gratiam redierint. Nos quidem, qui omnem illam nationem in pari dilectione, ſalva religionis ratione, habemus, nihil audire poſſumus lætius, quam hoc robuſtum gentis veſtræ corpus diſcordiis diviſum redire inter ſe ad unitatem, cum parum ſtabilis & diuturna pax videri poſſet inter eos, quaudo humanis inter ſe compoſitis in divinis diſſentirent. Quamobrem id, filii, tantum defuit ad explendum id gaudium noſtrum, quod neque victoriæ veſtræ neque reconciliatio per beuivolentiam eos cunctos ad ſalutis viam reducere potuerunt : ſi tamen cum recolimus pietatem iu Deum veſtram non poſſumus ambigere quin reliqua ſapienter & pie perficiatis, eamque gratiam Deo habeatis pro victoriis vobis præſtitis, ut in omni pactione humana rationem divini honoris præcipuam ducatis. Quod ad nos attinet ; etſi veſtram concordiam [quæ tamen cum Dei & hujus ſanctæ ſedis honore conjuncta foret] longe præoptamus, bellum tamen vobis pro ſancta fide gerentibus ſeu potius propulſantibus nunquam fueramus aut ſumus defuturi, eaque jam ideo dederamus initia, quæ majoribus continue viribus augere decreveramus, quemadmodum hæc omnia plenius eu oratore noſtro intelligetis. Dat. Romæ x. decembris MDXXXI. poutificatus noſtri auno ix.

Clementis monita ad catholicos Helvetios.

Excindendæ armorum vi hæreſeos aderat tum occaſio, ſi Galliæ & Angliæ Reges eum Cæſare in tam pium opus pari animorum conſentione conſpiraſſent, eum maxime illuſtria a Deo ſigna pro religione catholica aſſerenda data eſſent : nam & Tigurini, apud quos Zuinglianæ hæreſis teterrima ſentina conflata fuerat, avitæ pietatis memores in ea publica conſternatione cum impietatis ſigniferos extinctos viderent, fidem catholicam ſunt XXXVIII.

Potuere Reges delere hæreſim.

pro-

profeſſi, ut Ennius epiſcopus Verulanus apud Helvetios legatus ad Pontificem ſcripſit: ex cujus literis in Cardinalium ſenatu lectis Benedictus Cardinalis Accoltus hæc Jacobo Sadoleto narrat (*a*).

(*a*) *Apud Card. Jacobum Sadol. l. 7. p. 275.*

Jacobo Sadoleto Cardinali.

Brevi redintegratis viribus, delectiſque ex omnibus pagis teterrimo illo ſcelere imbutis, & in unum locum coactis hominum millibus circiter triginta, additiſque præterea Germanorum auxiliis, qui ſuperiori prælio non potuerant intereſſe, in noſtros caſtra moverunt: quibus cum noſtri appropinquaſſent, ſubito & præter omnem ſpem hoſtium concurſu tam acri in eos impetum fecerunt, ut eum modo hoſtes ferre non potuerint: itaque primum loco pulſi deinde diſſipati univerſi terga verterunt, quos noſtri inſecuti compluribus captis, magnum eorum numerum trucidarunt: multos quoque ex eis repentinus ſuorum terror ac fuga in quaſdam locorum anguſtias compulit, quibus intercluſi ex præruptis, altiſſimiſque rupibus, noſtris urgentibus, ſe præcipitaverunt. Hoc prælio a noſtris feliciſſime confecto, rurſuſque hoſtibus profligatis, & inſigni clade affectis, cum Lucernenſes, qui [ut ſupra memoravi] inter quinque pagos fideles in maximo habentur honore, aliquot oppida ab hoſtibus occupata recepiſſent, ea, qua Chriſtianos decuit, uſi manſuetudine ac lenitate legatos de communi quinque pagorum concilio ad Tigurinos miſerunt, qui teſtarentur ſe quæcumque feciſſent, nullis privatis inimicitiis, ſed tantum veræ religionis cauſa feciſſe, neque quidquam aliud petere ſuis armis, quam ut ad avitum ſacrorum morem rediretur: quæ cum æquo animo Tigurini Dei, ut ego arbitror, ira perculſi accepiſſent, omnes qui pertinaciores in ejuranda impietate ſunt viſi, confeſtim e pago expulerunt, ſeque Lucernenſibus & aliis fidelibus adjunxerunt, &c. Pridie idus decembris MDXXXI. Romæ.

Catholicorum ad hæreticos legatio.

Divinæ iræ terrore perculſi Tigurini. Pellunt obſirmatos in hæreſi.

XXXIX. Territus Tigurinorum clade ac publicis gemitibus Carloſtadius, qui diaconum apud eos agebat, Baſileam ſe contulit; ſed divinam vindictam non effugit: dæmon enim, qui illum hæreſim docuerat, concionanti adſtitit, ac triduo poſt, ut ipſius filio prædixerat, in infernum abripuit; ut narrat Meshovius ex publico Baſileenſium teſtimonio: *Baſileæ*, inquit, *ad munus concionatoris evectus, cum ſatis diu in perniciem ejus eccleſiæ vixiſſet, ſub ipſa concione noviſſima, quam habuit in templo, vir quidam oblongus & ater comparuit, quem ex oppoſito ſuggeſti conſiſtentem proximum ſe conſuli locare vidit, qui mox templo egreſſus in domum ejus ſe contulit, ubi neminem reperit, præter unicum filiolum patri apprime charum: hunc apprehenſum crinibus rapuit ſublimem quaſi terræ alliſurus, & tamen illæſum deponens juſſit nunciare patri adfuiſſe atrocem virum, qui ipſum quæſiviſſet, ac reverſurum eundem poſt triduum, & ſecum eſſe abducturum: quare domum reverſus, poſtquam iſta comperiiſſet a puero, & conſulem interrogaſſet quiſnam vir ille longus eſſet, qui in templo ipſi adſtitiſſet, hic autem ſe neminem vidiſſe affirmaſſet, primum vehementer exterritus animoque perculſus eſt: deinde præ mœrore in lectum ſeſe conjecit, & tertio die juxta vocem ex terribili nuntio auditam e vita commigravit. Id dant teſtimonii Baſileenſes, id temporis miniſtri de Carloſtadio, homine ſi quiſpiam alius fuerit uſpiam infeliciſſimo, qui propter ſeditioſum animum & impios errores ex ſummo gradu in extremam paupertatem prolapſus, ut alas rurſum proſperioris fortunæ expanderet, anabaptiſmo ſimul & Sacramentariorum erroribus pro tempore adhæſit.* Hic vero animadvertat lector, hunc virum oblongum & atrum illum fuiſſe, de quo Carloſtadius profiteri erat ſolitus, ſibi a viro humana ſtatura longiore revelatum fuiſſe, Chriſtum in Euchariſtia præſentem non eſſe.

Tiguro fugit Carloſtadius.

Baſileæ concionatorem agit. Concionanti apparet dæmon. Ejus filium adiatre tentat.

Denunciare patri jubet triduo poſt abductum iri in tartara.

Carloſtadius ex terrore moritur conditus die a dæmone.

XL. Sublatis ita Zuinglio, Œcolampadio, & Carloſtadio, licet refloreſcere tum viſa ſit religio catholica Tiguri, poſtea tamen miſeri Tigurini amiſſo veræ fidei lumine in obſcuro errorum ſalo fluctuarunt, ac ſceleſtus quidam Henricus Bullingerus Zuinglii dogma aſſerere auſus eſt, ut refert Surius (*b*): *Zuinglio*, inquit, *apud Tigurinos ſucceſſit Henricus Bullingerus, qui longo tempore ſolus, fere ut ſuam declararet animi pertinaciam, Zuinglianum dogma libris editis propugnare non dubitavit, aliis interim & metu ſe intra ſilentium continentibus & ſenſim in Lutheri placita diſcedentibus; multos enim ea quam diximus Zuinglianorum in Helvetiis ſtrages a Zuinglii ſententia abſterruit, & erant res Tigurinorum vehementer afflictæ.*

Bullingerus inter Tigurinos inſtaurat hæreſim.

(*b*) *Surius in comm. hoc ann.*

XLI. Cæterum exciſis Zuinglio & Œcolampadio venenatis hydræ hæreticæ capitibus, ſupererat Lutherus, qui Proteſtantes in arma contra catholicos concitabat; cumque & ipſe par exitium metuere deberet, tamen de alumnorum ſuorum clade triumphavit, quaſi perculſi divinitus eſſent, non quod ab Eccleſia catholica, ſed a Lutherana ſynagoga deſciviſſent, iiſque argumentis in illos eſt uſus, quibus ipſemet perduellionis convincebatur, ut refert Ulembergius (*c*), qui ait: *Sub idem tempus ſacramentarii & Anabaptiſtæ*

Lutheri impoſtura.

(*c*) *Ulember. in vit. Mart. Luther. c. 24.*

Lutherus inſectatur ſacramentarios.

ſtæ, quos Lutherus cœleſtes prophetas Suvermeros & ſpiritus fanaticos appellare conſuevit, paſſim ſeſe fraudulenter ingerebant, id quod ſecreto, & ita quidem, ut non catholicis modo, ſed & Lutheranis periculum a tenebrionibus iſtis immineret. Et ſacramentarii quidem vel Zuingliani Boruſſiæ ducem Albertum Brandeburgicum qui non ita pridem ab ordine Theutonico, ab imperio Romano, unaque a ſancta majorum fide defecerat aſtu quodam pertentarunt: qui datis ad Lutherum literis ſententiam ejus exquiſivit. Ille principem hortatur, ut prudenter agat, ſibique caveat ab id genus erroneis ſpiritibus, quorum duces primi nominis Zuinglium & Œcolampadium nuper admodum ſuſtulerit Deus horrendo ſane judicio, quod reliquis iſtius farinæ ſacramentariis non injuria terrorem incuteret, niſi reprobi prorſus eſſent & obſtinati. Certe dogma hoc de Chriſti præſentia in altaris ſacramento non ex humanis traditionibus, vel inſtitutis natum extra ſcripturis, ſed in evangelio ſolide, dilucide, pureque per indubitata ipſius Chriſti verba fundatum, & ab exordio naſcentis eccleſiæ toto terrarum orbe in hanc horam uſque magna fidelium conſenſione creditum; quemadmodum non modo ſcripta ſanctorum patrum Græcorum non minus, quam eorum, qui in Eccleſia latina floruerunt; ſed & quotidiani fidelium uſus, & continua praxis uſque in hanc horam abunde teſtificentur, quod Eccleſiæ totius teſtimonium, ſi præterea nihil haberemus aliud, ſatis eſſe debeat, ut permaneamus in hoc dogmate, nec ullos fanaticos ſpiritus audiamus vel toleremus, cum periculoſum ſit & horrendum audire quippiam vel credere, quod communi ſententiæ doctrinæ fideique Eccleſiæ univerſalis adverſetur, quodque ab initio per annos mille quingentos & amplius toto terrarum orbe concorditer ſervatum ſit, & creditum.

Inſigne hæreſiarchæ teſtimonium pro fide catholica.

XLII. Si novum eſſet dogma, quod vel ab exordio naſcentis Eccleſiæ, vel apud omnes eccleſias, aut toto terrarum orbe Chriſtiani nominis tam unanimiter creditum non fuerit, non tam abominandum videri vel tanto cum periculo conjunctum in dubium vocare rem hanc vel diſceptare quid ſit credendum. Jam vero quia ab exortu Chriſtianiſſimi per univerſum mundum, quocumque ſe porrigunt eccleſiæ fines, magna ſemper animorum conſenſione creditum ſit, Chriſtum in Euchariſtia vere præſentem eſſe: ſi quis nunc de veritate hujus articuli dubitet, hunc idem facere, ac ſi non credat Eccleſiam catholicam, atque ita non modo damnet univerſam Eccleſiam, velut hæreticam, ſed & Chriſtum ipſum cum omnibus Apoſtolis & prophetis, qui hunc fidei articulum: Credo ſanctam eccleſiam catholicam, fundarunt, & ſolidis teſtimoniis confirmarunt. Concludit tandem malle ſe ſuſtinere, ut non omnium modo fanaticorum ſpirituum, ſed & omnium Imperatorum, Regum, & principum leges & jura contra ſe teſtimonium dicant, quam ut unum jota vel apicem dogmatibus univerſalis Eccleſiæ contrarium audire vel videre cogatur, neque enim jocum ferre articulos religionis & fidei noſtræ, quos ab initio, quam late patet orbis Chriſtianus, omnes magno conſenſu tenuerunt.

Proprio teſtimonio condemnatus Lutherus.

XLIII. Miraris lector hominis mutabilitatem & inconſtantiam, quod encomio tam inſigni catholicam omnium temporum Eccleſiam exornet, eam ipſam ſcilicet Eccleſiam, quam huc uſque ceu furibundus totis viribus e fundamentis evertere conatus fuerat. Sed cogita quod & furioſi quidam lucida ſubinde habeant intervalla, quibus durantibus ſapienter nonnunquam loquuntur, ac ſi penitus eſſent reſtituti; poſtea tamen ad inſaniam redeunt. Idem Luthero nonnunquam accidere videtur, cum talia profert ac ſcribit, quæ conſuetis ipſius ſermonibus adverſantur: eſt hoc quaſi lucidum intervallum hominis furibundi, qui poſteaquam furor rediit longe aliter loquitur, vociferatur. Certe fundamentum illud, quod in hoc ſcripto ponit Lutherus, firmum eſt ac ſolidum, ad evertendas hæreſes omnes; ſed catholicum tamen, ſine quo ſeipſum cauſamque ſuam contra ſacramentarios atque anabaptiſtas tueri non potuit: quamquam ſi catholici hoc eodem armorum genere muniti in arenam deſcendant, incredibile dictu eſt quibus afficiantur contumeliis, quo riſu, quibus ſannis per Lutherum exſibilentur. Interim ſi ſerio hic agit, dum admirabilem illum & perpetuum orbis Chriſtiani conſenſum ſolidi argumenti loca adhibet, dubitari non poteſt, quin hac aſſertione magnam dogmatum ſuorum partem anathemati ſubiiciat, & plane condemnet, ut non injuria Lutherum inter eos cenſeamus, quod Apoſtolus vocat homines ſuo ipſorum judicio condemnatos.

Viſus lucida habere intervalla in furore ſuo.

XLIV. Præter ſacramentarios Anabaptiſtarum factio gliſcebat paſſim (a), atque id quidem ſub inſigni pietatis ſpecie, ſecreto tamen, ut tenebrionum aſtus vigilantiam magiſtratuum eluderet. Repebant ſectæ doctores per pagos, per oppida, per domos, ſeque honeſta quadam morum compoſitione inſinuabant in animos hominum, & venenato flatu ſimpliciores inficiebant. Quos ubi Lutherus in Thuringia quoque ſerpere intellexit, ſtrophis iſtis occurrendum ratus, ad ſatrapam Wartbergenſem literas de-

(a) Id. ib. cap. 24.

Anabaptiſtas urget ut doceant miſſionem ſuam.

dedit, quas operæ pretium duxit typis continuo divulgari, nimirum ut aliis etiam magiſtratibus in hoc genere ſubſervirent. Principio facile dicit hoc genus clancularios ſeductores ex eo deprehendi, ſi de vocatione ſua interrogentur, quis nimirum dederit in mandatis, ut ſerperent, aut venirent ad hunc modum, & in latibulis docerent. Hic eos non habere quod reſpondeant, nec mandatum proferre poſſe, ſi nihil aliud eſſet quam hoc unum, quod ſcilicet ſine mandato ſubrepant, cum vocati non ſint; vel ex eo ſatis aperte deprehendi eos apoſtolos & doctores eſſe per diabolum ſubmiſſos, etiamſi præter hoc unum nihil in ipſis eſſet reprehenſione dignum, immo tametſi prorſus eſſent ſancti. Atque hoc loco vigilandum ait in utroque ordine, eccleſiaſtico nimirum & ſæculari: populum per eos, qui eccleſias moderantur, diligenter informandum, ut caveat clancularios iſtos tenebriones, nec alio quam ſathanæ apoſtolorum loco eos habeat. Igitur ſi quis ſe prodat ex hujus farinæ doctoribus, cum examinari vult in hunc fere modum. Unde venis? a quo miſſus es? quis te mihi doctorem vel concianatorem conſtituit? Si miſſus es ab hominibus, ubi literæ ſunt, ubi ſigilla, quæ id teſtentur? ſi vero te miſit Deus, ubi ſunt miracula, & cur non accedis ad paſtorem meum? cur clam adrepis ad me & in angulum te abdis? cur non prodis in publicum? ſi lucis filius es, cur fugis lucem? Politicos quoque gubernatores inſtruit, ut cogitent clancularios iſtos apoſtolos eſſe diaboli, qui cum non modo mendax ſed & homicida dicatur in ſcripturis, fieri non poſſe quin per hos emiſſarios ſeditionem machinetur, & ſanguinis effuſionem. Igitur urgendum, ut vocationem ſuam probent: quod cum non poſſint, ſimpliciter reiiciendos, cum ex illorum numero ſint, de quibus Dominus per Jeremiam cap. XXIII. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos & ipſi prophetabant. Et infra: *Concludit tamen. Si quis clanculariοs iſtos non legitime vocatos docere patiatur, vel audiat, nihil dubitandum quin is ſathanam ipſum audiat eodem modo loquentem, quo per homines corporaliter obſeſſos loqui ſolet.*

Demonſtrat ſathanæ eſſe apoſtolos.

Exigit, ut probent miraculis miſſionem.

XLV. Convictus iiſdem argumentis Lutherus.

At cum iiſdem argumentis convinceretur Lutherus, non jam ut antea fanaticorum, quibus exemplum præbuerat, more confugit ad data ſibi a Deo fictitia mandata, ſed ad academicum gradum pontificia cæſareaque authoritate partum, quem pluris ſe æſtimare ajebat, quam totius mundi divitias; quaſi ad pontificalem imperialemque authoritatem evertendam ea ipſa facultate vocatus eſſet, quod in alio aculeato mordacique ſcripto quo ſolam fidem ſine operibus juſtificare furialibus verbis contendebat, repetivit: *Quædam adiungit de vocatione ſua*, inquit Ulembergius (*a*), *qua fretus hanc dogmatum & rituum mutationem induxerat: ejus vero fundamentum in academico gradu conſtituit, quaſi tum mandatum receperit iſta machinandi cum doctorali laurea fuerit inſignitus:* Hactenus Ulembergius, qui etiam tradit (*b*) hoc anno Georgium Wicelium Lutheranæ hæreſeos apud Nymicenſes præconem ex aſſidua ſanctorum patrum lectione Lutheri ejuſque ſectatorum impietatem deprehendiſſe: cumque transſugiendi ad Eccleſiæ caſtra ſigna dediſſet, non aliter quam hæreſis & latrocinii reum in ſquallidum carcerem fuiſſe detruſum, paraſſeque Lutherum & ſocios jam illi laqueos & patibula, cum divina providentia ſæva impiorum hoſtium pectora mollivit, ut ille Eccleſiæ in tuenda fide catholica uſui foret. *Circa tempus hoc*, inquit Ulembergius, *in publicum prodire cœpit Georgius Wicelius (is erat miniſter Nimicenſis) vir doctus, & trium linguarum peritiſſimus: qui cum ad decennium fere Lutheranis adhæſiſſet, lectis ſanctiſſimorum patrum ſcriptis deſeruit ſectæ conſortium, & ſolidam illam Eccleſiæ primitivæ theologiam, heſternorum theologorum placitis antepoſuit. Antequam vero ſe publica profeſſione a Lutheraniſmo disjungeret, ſubſtitit aliquandiu ceu dubitabundus, & Eccleſiam veterem, cujus faciem in ſcriptoribus eccleſiaſticis patrumque monumentis intuebatur, cum nova hac per Lutherum erecta diligenter comparavit. Dum iis rebus occupatur duos ſcripſit libellos alterum de tollendis eccleſiæ Lutheranæ defectibus, alterum vero de diſſimili veteris illius per orbem diffuſæ, & novæ huius evangelicæ eccleſiæ ſtatu. Quanquam neutrum horum edidit, tamen priorem illum Philippo Melanctoni, poſteriorem vero Juſto Jonæ legendum obtulit, atque examinandum: quin hac de re per literas egit cum quibuſdam Lutherani miniſterii concionatoribus, quibus de diſpari veteris Eccleſiæ catholicæ novæque Lutheranæ ſtatu cogitationes ſuas aperuit.*

(*a*) *Ulember. cap.* 23. *p.* 432. Inſana Luheri de ſuo doctoratu jactantia.

(*b*) *Id. ibid. cap.* 24. *pag.* 446.

Georgius Wicelius converſus ab hæreſi ex lectione ſanctorum patrum.

Addit Ulembergius Lutherum mentem Vvicelii ſubolfeciſſe, fictiſque criminibus ipſum inſimulaſſe, quaſi cum Joanne Campana hæreſiarcha fanatico, de quo inferius dicetur, conſpiraret, atque in carcerem includendum curaſſe an. MDXXX. tum ſubiicit. *Verum ſcriptis ipſius diſcuſſis & habito diligenti examine, unicum hoc fuit in eo deprehenſum crimen, quod eccleſiæ recens per Lutherum conditæ veterem catholicam anteferebat. Dimiſſus* XLVI.

Vexatus a Luthero.

igi-

igitur anno MDXXXI. & infra, *ſcripſit libellum pro defenſione bonorum operum contra Lutheranos*. Oppugnatum eundem tradit Ulembergius a Juſto Jona & a Balthaſare Raidio, qui cum ipſi dediſſet crimini, a Luthero ad Eccleſiam catholicam ſe contuliſſe, ejuſmodi mendacia luculenter ab eodem Vvicelio confutata ſunt: *Reſpondit ille* XIS. *decembris anno MDXXXI. & quod ad Lutherum attinet; inter cætera: Dini vero*, inquit, *quod ille longe ſecus affectus ſit atque ſancti Apoſtoli, quorum vice integrius aliis fungi ſe profitetur. An fallor? confer hoſce quæſo, immo confer illum cum veteribus epiſcopis, & erunt diſſimilia pleraque. Quid?* Quantum a ſanctis Lutherus diſcrepet. *quod tantum iræ [quæ eſt brevis inſania] tantum odii, tantum vindictæ, tantum tyrannidis, tantum maledicentiæ, tantum arrogantiæ, tantum audaciæ, tantum luxus, tantum mollitiei mileſiæ vix in ullo pſeudophetarum, aut hæreticorum invenias, nec huiuſmodi tu neſcis, ſed te delectat polypus agnæ.* Et paulo poſt: *Dini vero in ejus vitam effœminatiſſimam, non ulciſcendi gratia, quemadmodum iſti facere conſueverunt, ſed ut cognoſcant quo loco res eorum ſint, ſiquidem talem habeant viæ ſuæ ductorem; nam certum eſt arborem e fructibus agnoſci; nec veriſimile eſt, ut is omnium optime doceat, cujus vita tam mundana eſt. Satius longe eſſet, ut quod de Origene legitur, Luthero congrueret:* Hic eſt, qui quale verbum habet, talem vitam habet. *Quod ſi ita eſſet, quem non puderet quippiam mali de te dicere? facias mendaces, qui ſunt dicaces, vita ſanctiore; neque enim ſolus ego de ejus loquor rebus: regiones plenæ ſunt Lutheri luxuriæ & tyrannidis. Certe laudare non poſſum, ſi quid laude caret, etſi te ruperis. Video manticæ, quam in tergo meo eſt, laus Deo. Igitur ne cum periculo Germaniæ diſſimulanda erant tubera iſtius prophetæ? Nondum, Raidi, rem plane detexi, fiet vero ſi volent. Porro veterum exemplis utor, qui non bene de adverſariis ſcribebant, quia non bene illi vivebant: fecerunt hoc ut reducerent aſſectatores.*

XLVII. Detracta Lutheranis pietatis larva. *Hæc ad Raidium Vvicelius: qui cum Lutheraniſmi conditionem, mores, genium, omnia demum myſteria intime noviſſet, primus omnium totam ejus turpitudinem poſtea detexit, & Lutheranis plauſibilem illam detraxit eccleſiæ primitivæ larvam, qua tecti in comitiis Auguſtanis ac paſſim alibi ſeſe fraudulenter inſinuabant: quam ob cauſam acerbo cum odio proſequebantur; & cum opprimere non poſſent innocentem, turpiter conſpurcabant editis libellis, atque hoc efficere conati ſunt, ut omnes Vvicelium averſarentur. Cæterum quæ Vvicelius de vitæ morumque turpitudine Lutheranis objecit, eorum oculatus fuit teſtis, quemadmodum diximus, ut qui ad decennium inter eos vixerat. Nec Lutherus ipſe fuit auſus inficiari quæ per Vvicelium ſpargebantur, immo eadem hæc vel invitus teſtimonio publico comprobavit.* Scripſit vero Wicelius eos libros de doctrina & moribus ſectæ Lutheranæ proximo anno, in quibus eum meminerit ſe libellos ſcripſiſſe de Eccleſia Dei, colligitur eos hoc anno poſtquam Lutherano carcere emiſſus eſt ſcriptus fuiſſe: ex his autem nonnulla delibanda viſa ſunt, quibus ſigna veræ & adulterinæ eccleſiæ perſtringit.

Re ipſa, inquit (a), *comperi factionem hanc non eam eſſe Dei Eccleſiam, quam nos catholicam appellamus & credimus, ſed ſchiſma quoddam nuper exortum, cujuſmodi a Chriſto nato vel ſexcenta extiterunt. Deinde factionis hujus occaſum animadverti, uti ſchiſmata hactenus omnia ad tempus perſtiterunt quidem, ſed mox fumi & pulveris inſtar evanuerunt.* Et paulo poſt. *Tertio mecum ipſe perpendi quis hujus factionis author, dux & architectus ſit.* Et infra: *Quæ hujus hæreſiarchæ ſit moroſitas, inconſtantia, & audacia, quam ſanguinarius animus, quam exitiale propoſitum: ſanctæ illius vitæ & evangelica converſatio toti Germaniæ notiſſima eſt, ut etiam pueris jam in ore ſit, monachum Turcicam factionem excitaſſe. Videamus, obſecro, quo hæc tandem evaſura ſint: pleriſque jam Turcici quam Romani Imperatoris, nomen plauſibilius videtur. Quarto, factionis hujus cruentas primitias, inſulſa, infrænata, carni plauſibilia, improba, ac diſſoluta cum meo animo reputavi initia argumenta ſane graviſſima, ex quo fonte proficiſcatur.* Nonnullis interjectis: *Quinto, factionis hujus duces ac moderatores vulgo admodum nisi animadverti; nam tametſi vulgares ac plebeii avaritiæ & voluptatum nomine, quibus ſuos concionatores evangelicos vident addictos nonnihil eos exoſos habeant; malum tamen illis ſtudere, & obſequi quam Pontifici, quandoquidem effrænatiori libertate quam ſub Pontifice vivere ipſis liceat, &c.*

XLVIII. (a) Georgius Vvicel. de ver. eccl. Argumenta Vvicelii quod Lutherana non ſit vera eccleſia.

XLIX. *Sexto, factionis hujus inſtitutum ab evangelio plane diſcrepans mecum perpendens, video in illo pleraque omnia geri e diametro pugnantia cum evangelio tantopere jactitato ac celebrato, & ſub evangelii prætextu flagitia & probra omnia deſignari, ut etiam ipſi quiritantur; Ubi fructus guſtum aliquem ceperis, poteris de arbore ferre ſententiam, crede mihi parum*

aut nihil bonæ frugis habet : ſinguli quæ ſua ſunt quærunt a ſummis ad extremos uſque paganos, ſive ruſticos ni rapias nihil habebis. Concionatorum *quas illi apud ſe detinent fœminarum, vita & actiones omnibus magis perſpecta ſunt, quam ut de illis quidquam referendum ſit : poſſit vel cæcus æſtimare ad quem illi ſcopum colliment. Ah, Deus bone, quando ſectæ hujus infantia tot ſcatet ſordibus, quid dato futurum eſſet ſi incaueſceret ? ſi paucis annis adeo illa cœpit ruinam minitari, quid annis mille quingentis accideret ? ſiquidem diu hoc in ſtatu quo nunc eſt permanſerint, tandem ad ethnicismum recidemus.* Et nonnullis interjectis : *Non eſt, ut in præſens commemorem, quam ſevere præpotens Deus in hanc ab Eccleſia defectionem intra paucos natam annos animadverterit, idque Turcicis victoriis, ruſticorum ſtrage, fame inaudita, & incredibili annonæ charitate, nunquam antehac comperto morbo ſudorifero, pecorum interitu, incendiis, peſte immaniſſima, bellis atrociſſimis in diverſis regionibus, magna principum & civitatum diſſenſione, adeo ut publica Germaniæ pax in nullo unquam majori diſcrimine verſata ſit ; nec ulla præterierit æſtas, quæ non bellorum aut ſeditionum metum attulerit, itemque inſigni hominum perfidia, fallacia, improbitate, adeo ut tantum non alii alios vorare videantur ; denique intolerandis iiſdemque perpetuis exactionibus, &c.*

Scopus Lutheranæ factionis.

Germania poſt natam factionem miſere afflicta.

L. *Septimo, quotidiana ego experientia didici, ut factionis hujus occaſione charitas in multorum pectoribus refrixerit : omnis erga Deum pietas vel devotio peſſum ierit ; cultus divinus miſere convulſus, everſus, ac in nihilum redactus ſit : oratio, vel preces viluerint, jejunia in ludibrio ſint : eleemoſynæ, pœnitentiæ, ſtudia, & ſanctimonia omnis, & laude digna caſtitas contemptu laborent ; denique quidquid eſt bonorum operum & piarum actionum, quod tamen dictu ſit miſerabile, nullo in pretio ſit : porro virtutum locum non niſi flagitia & ſcelera confertim occuparint, ut jam apud pleroſque vitia non ſint vitia, probraque & dedecora unquam majori fuerint honori & ornamento. Heu miſeros, qui hoc nobis evangelium peperere ! Octavo, videre mihi viſus ſum etiam politias hac rerum mutatione non mediocriter perturbari, quando jam vulgus paſſim magis eſt indomitum, & ægrius poteſt in officio contineri.* Et inferius : *Nono, perſuadere mihi non potui factionem hanc en bono proficiſci, quando ea omnia peſſum ire patitur, quæ ad pietatem ſpectare videantur, ea vero mordicus ſervanda ſtatuit, quæ cum vitio conjuncta ſint. Jejunium quadrageſimale profligatum videmus ; ac bacchanalia manent, &c.*

Vitiorum colluvies ex ea prognata.

Decimo, ſectas alias ex aliis naſci comperi, qui ceu genuinus eſt Lutheraniſmi color ; ſi quidem Lutheri factio primaria jam ſex vel ſeptem alias excitavit : ecquid vero tandem fore ſperamus ? In dies pro- prophetæ novi exiſtunt, ex Luthero tamen prognati omnes, cujus ubera omnes illi initio ſuxere : atqui quo tandem rudis plebecula ſeſe conferet ? quibus illa vel ſuffragabitur, vel adverſabitur, quando omnes perinde verbum Dei jactitant ? Heu miſerandas illas & perpetuas vulgi quiritationes, quod nulli ferme perſpectum ſit, cui tandem vel ecquid credere vel agere debeat : quo errore quid poſſit eſſe magis erroneum ? Væ miſeris nobis, ſiquidem res eo in ſtatu permanſerit. Undecimo, & animadvertiſſe & etiamnum advertere me fateor quanta animi audacia, temeritate, impotentia atque faſtu qui factionis hujus ſunt doctores, omnes quamvis ſanctos, tam veteres quam recentiores defunctos perinde ac ſuperſtites rejiciant, nec ullius velint eſſe penſi vel authoritatis : atque cum his una quævis concilia generalia, & ſalutaria, piaque veteris Eccleſiæ decreta omnia : ſane cujus hic liberum eſto judicium, num hæc cum Germana catholicaque Dei Eccleſia conſentiant ; id quod hujus factionis architecti præfricta fronte affirmare non dubitant. LI.

Superbia Lutheranorum.

Duodecimo, certo ego experimento didici, hodieque diſco, ut illi factionem ſuam mira quadam inconſtantia, incertitudine, minimeque ſolida, ſed prorſus humana ratione foveant ac tueantur : nulla apud eos certa juſtaque ordinatio eſt, vel inſtitutio : quæ hoc anno in pretio ſunt altero penitus jacent. Et paulo inferius : *Tulerunt illi e medio humanas leges, & conſtitutiones, quarum in locum divinas ſe repoſituros pollicentur.* Tum addit : *Quid ergo dicam ſapientiſſimorum hominum conſtitutiones, leviſſimorum homuncionum conſtitutionibus, veteresque probabiles conſuetudines novis quibuſdam nec unquam diuturnis conſuetudinibus permutarunt. Laborant jam penuria ſacrificulorum, quos illi e ſacerdotibus laicos reddiderunt. Itaque in ſuæ factionis miniſtros viliſſimos quoſque aſciſcunt, ſi vel legere norint, ſive illi ſacris initiati ſint ſive non, modo uxorem habeant, aut propediem ducturi ſint, eaque defuncta mox aliam, rurſuſque aliam ſi & hæc obierit : qui enim fieri poſſet, ut qui ſine fœmina eſt, præclarum hoc evangelium prædicet ? Non hic libet ſingula ſpeciatim commemorare.* Divertit deinde ad errores evangelii ſpecie diſſeminatos, deque iis, qui a Lutherana ſecta reſipuere ſubjicit. LII.

Et inconſtantia.

Gra-

LIII. *Grates laudeſque ago Deo, quod non ſolus ego reſipiſcam; namque ejus generis hominum, puta qui reſipiſcant, ditiones omnes plenæ ſunt, neque imperitorum modo, ſed etiam literatorum, qui factionem hanc penitus explorantes, re ipſa comperere, non niſi arenaceo fundamento nitentem, atque hoc ipſo permoti haud ſecus ab illa ſeſe proripuere, atque a turba Core, ne pari cum illis pœna plectantur. Nonnulli vacillare incipiunt, quod animadvertant rem quidem longius progredi, ſed non in melius; immo perſentiant jam inde ab illius exordio nunquam bene habuiſſe rempublicam, ſed tempora extitiſſe peſſima, moreſque perditos ubique gentium, ceu novi evangelii fructus apud iſtos vel maxime excreviſſe.* Et infra: *Non poteſt ſecta ulla unquam ſibi Eccleſiæ catholicæ nomen jure merito vendicare, etiamſi longe illa pulchriori ſit habitu, quam Eccleſia; fruſtra tamen id quiſquam attentaverit, ſecta non eſt aliud quam illi nominis permanere neceſſe eſt, ut ſimia ſemper manet ſui ſimilis, quantumvis ſectam fucare ornare laudibus, atque tueri quis moliatur. Priſcis temporibus pleræque extitere factiones, quæ præſeferrent ſanctimoniam ac integritatem, ut harum comparatione ſecta Lutherana fœtere cenſenda ſit, prorſuſque indigna, quæ maculam illis porrigat: ac nihilominus ſectarum illis nomen hodieque permanet: cum autem illæ graſſarentur Eccleſia magno perſtitit animo donec in nihilum redigerentur; ſicut etiam hujus præſtolatur occaſum, qua penitus extincta nihilo illa minus perdurabit.* Et poſt alia.

LIV. *Quando igitur Lutheri factio ſectis memoratis non abſimilis eſt, non poſſumus ſalva veritate & coram Deo ſecus illam appellare; etſi enim ſectis aliis vel in hac ſimillima quod Eccleſiam, quam nos catholicam credimus & confitemur, abſque ulla intermiſſione, acerrime & infeſtiſſime oppugnat: quod vero jam etiam regiones & urbes immo & principes in ſuam pertraxit ſententiam, clarum eſt pleraſque ex antedictis idem feciſſe. Habet illa viros doctos, habuere & aliæ: vulgus ſibi habet addictiſſimum, nec minus aliæ, præſertim quæ tantopere carnis foverent libertatem. Quod illa ſcripturas mire prædicat, non poteſt id quidem reprehendi; ſed id plane in vitio eſt, quod ſua ſcripta divinæ ſcripturæ nomine venditat & obtrudit: atque idem fuit apud ſectas ſuperiores: qua enim alia ratione homines imperiti ac miſeri in veſtram poſſent ſententiam pertrahi ac promoveri? Denique quod diu illa incolumis perſiſtit, nihil nos movere debet, quando etiam alias certum eſt longe diutius permanſiſſe. Ut igitur verſes in omnem partem, ita eſſe, ut dicimus comperies. Sed ut meis, perinde ut cœpi, æmulis pergam ſatisfacere; libet ex illis percontari: Ecquid vos mea offendit reſipiſcentia? quid tandem vobis ſumitis? num apoſtolos vos eſſe putatis? num evangeliſtas? num prophetas? tales quidem & dici & haberi vos vultis. Ecquid vero facta veſtra teſtantur? ecquid ſcripta loquuntur? ecquid alii de vobis ſentiunt? An vero fides illa certa habenda eſt, quod vos id aſſeratis? Siquidem a Deo miſſi vos eſtis, cur & facitis & docetis præter & contra ea, quæ priores illi & feciſſe & docuiſſe noſcuntur, quos dubium non eſt a Deo miſſos fuiſſe? Alterum igitur e duobus verum ſit oportet; aut priores illas eccleſiæ columnas divinitus miſſas non fuiſſe, aut vos potius. Quid igitur? Certe priores illi quod a Deo miſſi eſſent miraculis, ſanguinis ſui profuſione, & vita ſanctiſſima declararunt. Vos autem qua id ratione teſtatum de vobis reddidiſtis? ipſi tam intelligitis: quam hic poſſem corniculam alienis nudare plumis ſi conviciari virtutis eſſet, Aio itaque, aut male feci aut bene a Luthero deſciſcendo: non poteſtis id negare. Si ergo recte egi, bene Lutherus cum tota ſua factione jaceat oportet. Sin autem male feci, Chriſtus cum univerſa Eccleſia ſua, cujus ego membrum ſum, perieris neceſſe eſt: decet enim ut cum Eccleſia, & intra Eccleſiam ſemper ego eſſe velim, utpote quam Chriſtus per ſuos Apoſtolos & eorum ſucceſſores fundarit, & ædificavit. Eſt ergo etiam hoc prorſus indubitatum, nullam aliam neque eſſe, neque poſſe eſſe Eccleſiam, quam quæ ad nos uſque per orthodoxæ catholicæque fidei ſinceros profeſſores ordine perducta eſt, & propagata.*

Non diſſimilis hæc ſecta aliis.

Fallaci ſcripturæ interpretatione ſe tuetur.

Dilemma aut errant Patres ſancti, aut hæretici.

LV. Pluribus interjectis ita explicat cur Eccleſia catholica Romana appelletur, atque omnia bona ab ea dimanaſſe, mala vero ab hæreſi Lutherana fluxiſſe demonſtrat: tum Eccleſiam propter aliquorum vitia non deſerendam, cum in ea quivis bonus eſſe poſſit, extra vero eam neceſſe ſit, ut ſit malus: utque vera ſcriptura ab eccleſia Romana petita eſt, ita & verum illius ſenſum ab ea petendum; demumque oſtendit debere Lutheranos non Luthero, ſed Eccleſiæ, quod ſacro baptiſmo abluti ſint, quod divina lege eruditi, quod ſacrarum literarum munere inſtructi.

LVI. *Eccleſia plane eſt*, inquit, *cui ſecundum Deum, quamlibet deformis videatur, bona omnia tum æterna tum temporalia accepta ferre debeamus; non autem factioni Lutheranæ. Dic enim, obſecro, quis nos ſalutari expiavit lavacro? iſta nimirum ma-*

mater noſtra, non ulla alia nos regeneravit. Qua igitur fronte illam abnegamus? cur meretrici tantum tribuimus, ut relicta Eccleſia ad illam nos adjungamus: cum tamen ea non ſit juſta parens noſtra, ut ſeſe jactitat. Unde quæſo ad nos ſcripta divina profecta ſunt? ab Eccleſia ne, an vero a ſecta? dubio procul ab Eccleſia: num igitur ea cauſa nobis Eccleſia ſcripturas tradidit, ut iis ipſam oppugnemus? quid hoc aliud ſit, quam ſibi ipſi malum conſciviſſe? At, dices, ſcripturam ad nos divinitus profectam. Recte nimirum: tu vero quando cælos adiiſti, eamque ex Dei manibus, perinde ut Moyſes tabulas in monte Sinai, accepiſti? O hominum accuratorum miram inſulſitatem? Unde porro tum ipſius Dei, tum eorum omnium, quæ ſunt fidei Chriſtianæ notitiam habemus? Anne ab Eccleſia? aut forſitan nulli mortalium toto terrarum orbe annis ſuperioribus ulla Dei & fidei Chriſtianæ imbuti notione fuere? Vos ne primi extitiſtis, qui intra paucos annos eam ſint adepti? Ubi igitur eam eſtis aſſequuti? num eu ſcriptura? & ea tamen etiam ante hos decem annos & probe eſt intellecta, & homines, qui eam legiſſent, minime defuere: an vero ex Spiritu? Agedum igitur: Spiritum illum ſignis & miraculis declaretis; nam etiam vos ipſi aliis vobiſcum furore percitis id opponere ſoletis, ut ſi quid proferant antea incognitum, prodigiis quibuſdam id aſtruant. Re vera ſi ante hos decem annos Spiritus & ſcriptura cum ſui intelligentia nulli adfuit, male egit Chriſtus cum ſua ſponſa, atque os ſuum mendacii, quod dictu nefas ſit, condemnavit; ſitque plane conſequens nullam hactenus ſub ſole vixiſſe gentem, quæ tam eſſet miſera, errabunda & iniqua, atque nos Chriſtiani ſumus, &c.

Scripturam ab eccleſia Romana accepere hæretici.

LVII. Conſulitus de Euchariſtia ab Alberto Brandeburgenſi Lutherus.

Hoc anno cum Albertus marchio Brandeburgenſis, qui Pruſſiam, deſerto ordine equeſtri, tyrannide oppreſſerat, ad Sacramentarios defectionem meditaretur, ac Lutherum conſuluiſſet, is cum dogma ſuum aliis argumentis quam iis, quibus orthodoxi fidem catholicam, aſſerunt, tueri non poſſet, reſipiſcere redireque in caſtra Eccleſiæ viſus, hæc argumenta de Chriſti in Euchariſtia præſentia ad confirmandum in ea ſententia Albertum propoſuit (*a*): ex quibus perſpicue patet, omnes novatorum ſectas contemnendas eſſe. *Certe*, inquit Lutherus, *dogma hoc de Chriſti præſentia in altaris ſacramento non eu humanis traditionibus, vel inſtitutis natum extra ſcripturas, ſed in Evangelio ſolide, dilucide, pureque per indubitata ipſius Chriſti verba fundatum & ab exordio naſcentis Eccleſiæ toto terrarum orbe in hanc horam uſque magna fidelium conſenſione creditum, quemadmodum non modo ſcripta ſanctorum patrum Græcorum non minus quam eorum qui in eccleſia latina floruerunt: ſed & quotidianus fidelium uſus & continua praxis uſque in hanc horam abunde teſtificentur, quod eccleſiæ totius teſtimonium ſi præterea nihil aliud ſatis eſſe debeat, ut permaneamus in hoc dogmate, nec ullos fanaticos ſpiritus audiamus vel toleremus, cum periculoſum ſit & horrendum audire quippiam vel credere, quod communi ſententiæ doctrinæ fideique Eccleſiæ univerſalis adverſetur, quodque ab initio per annos mille quingentos & amplius toto terrarum orbe ſervatum ſit & creditum. Si novum eſſet dogma, quod vel ab exordio naſcentis Eccleſiæ aut toto terrarum orbe Chriſtiani nominis tam unanimiter creditum non fuerit, non tam abominandum videri, vel tanto cum periculo conjunctum, in dubium vocare rem hanc vel diſceptare quid ſit credendum. Jam vero quia ab exortu Chriſtianiſmi per univerſum mundum quocumque ſe porrigunt Eccleſiæ fines magna ſemper animorum conſenſione creditum ſit, Chriſtum in Euchariſtia vere præſentem eſſe; ſi quis nunc de veritate hujus articuli dubitet, hunc idem facere, ac ſi non credat Eccleſiam catholicam; atque ita non modo damnet univerſam Eccleſiam velut hæreticam, ſed & Chriſtum ipſum cum omnibus Apoſtolis & prophetis, qui hunc fidei articulum:* Credo ſanctam Eccleſiam catholicam; *fundarunt & ſolidis teſtimoniis confirmarunt*. Ex his Lutherum & Lutheranos, atque alios omnes novatores ipſorummet judicio condemnatos percipere quivis poteſt.

Proprio teſtimonio damnatus Lutherus.

(*a*) *Luth. to 5. oper. Jenen. in præf. p. 468.*

LVIII. Albertus apoſtata poſtulatus judicio.

Quod attinet ad Albertum marchionem Brandeburgenſem, qui ducta concubina ab Eccleſia catholica defecerat; ſuperiori anno in cœtibus Auguſtanis perduellionis poſtulatus fuerat, agente in eum Waltero Croneburgio novo equitum, qui in fide conſtantes perſtabant, magiſtro, quod Pruſſiæ ſacrum magiſtratum contra divina & humana jura etiam inconſultis Germanis ſociis in ducatum hereditarium convertiſſet; promulgataque in eum judiciaria ſententia, proſcriptus ad Regem Poloniæ, cujus clientelæ commendaverat Pruſſiam, confugit. Polonus vero politicam rem divinæ cauſæ præferens, apoſtatam tuendum ſuſcepit adverſus Cæſarem, cui ab Alberti oratore denuntiatum eſt (*b*), rebus immutatis non amplius Cæſaris, ſed Poloni ſe beneficiarium eſſe. Ita ab imperio divulſa Pruſſia eſt non ſine cæſareorum poli-

Pruſſiam in hæreditarium principatum vertit.

Deficit ad Polonum.

(*b*) *Salimon. Neugebav. hiſt. Polon. l. 7.*

Pruſſia divulſa ab imperio. Periclitata Livonia ne hæreſi inficeretur.

politicorum dedecore, qui contineri religione imperia ignorantes, laxatis hæreſi habenis ex pontificiæ majeſtatis odio cæſaream dignitatem amplificaturos putarant. Periculum etiam imminebat, ne Livonia Pruſſiæ exemplo cæſareum pontificiumque jugum ſimul excuteret, eoque metu anxius Clemens religioſos Livoniæ equites cohortatus eſt (*a*), ut cum ſummus ordinis magiſter ſenio confectus eſſet, alium religione præſtantem ſibi præficerent, qui fidem catholicam contra hæreticorum molitiones aſſereret.

(a) Lib. brev. ann. 1531. p. 20.

Dilectis filiis conventui hoſpitalis & ordinis B. Mariæ Theutonicorum in Livonia.

LIX. *Hæc ad vos ex abundantia charitatis noſtræ ſcribenda duximus* nimirum de creando ordinis magiſtro catholico, qui alteri ſenio confecto ſucceſſurus ſit: *quæ quidem a vobis in eam partem accipi cupimus, ut nos nulla alia, quam divini honoris veſtræque potiſſimum utilitatis cauſa permotos fuiſſe exiſtimetis. Quæ anno ſuperiore in Pruſſia geſta ſint, quave lætitia ſathan exultaverit illa parte corporis veſtri abſciſſa, & ſibi quæſita, filii dilectiſſimi noſtis nec nos recordari poſſumus ſine dolore. Illud etiam vidiſtis, quod nos quoque non ignoramus, qua fraude & dolis idem Dei hoſtis jam inde uſus ſit ad vos in eandem ruinam pertrahendos, ut toto corpore ac integra præda veſtra potiretur; quod tamen ei Dominus interdixit, & hactenus interdicturum pro ſua miſericordia ſperamus; nam ſana in vobis membra adhuc ſentimus eſſe: ne autem caput infirmum ſit maxime providendum vobis eſt: etenim ex hac præcipue cauſa illam veſtrorum in Pruſſia ruinam accidiſſe vidiſtis. Quamobrem filii per Jeſum dominum hortamur, per ejus miſericordiam vos aſtringimus, ut ad electionem faciendam ſanctas & puras mentes afferatis, illud ante omnia præcaventes, ut ab ejus electione abhorreatis ſi quis a ſancta & vera religione abhorreat, &c. Dat. Romæ die* XXV. *januarii MDXXXI. anno* VIII. Conceptas eodem argumento literas dedit Pontifex (*b*) ad Ferdinandum Regem Romanorum, ut ſedulam pro tuenda in Livonia religione & creando magiſtro equitum catholico navaret operam.

Pontificia ad Livoniæ equites adhortatio.

(b) Ib. p. 22.

LX. Monuit etiam Carolum imperatorem Pontifex (*c*), ut religioni orthodoxæ in Livonia conſuleret, caveretque ne hæreticus in ſummum equeſtrem magiſtratum irreperet; gerendo autem tanto muneri idoneum Carolum ducem Munſterbergenſem ei commendavit. Nec fruſtra concepti erant a Pontifice hi metus ne religio catholica in Livonia peſſum iret; jam enim Lutheranam hæreſim provinciam illam infeciſſe vidimus ex Tilmanno Bredenbachio, qui Livoniæ perniciem ab hæreſi Lutherana factam Philippi Olmenſis oculati teſtis hortatu deſcripſit; narratque (*d*), ut poſt expulſa Torpato ſanctorum Dominici & Franciſci ſodalitia, authore Pellione Wittembergenſi, qui Lutheri peſtiferas merces in eam urbem invexerat, etiam canonicos ex eccleſia principe deturbare niſi hæretici ſacras imagines obtruncarint, maximoſque tumultus provinciæ injecerint; adeo ut epiſcopus Torpatenſis Caroli V. opem imploraturus in Hiſpaniam ſe conferens veneno in itinere ſublatus creditus ſit, imperia autem cæſarea Lutherani Livones una cum religione contempſerint.

(c) Ib. p. 23.

(d) Brenb. de Tilmon. hiſt. de orig. & princip. bell. Livon.

Torpato ejecti ſacerdotes.

LXI. *Eodem*, inquit, *fere tempore, Torpati Lutheranæ factionis primates in eccleſiæ cathedralis Torpatenſis canonicos conſpiraverant, captantes vel dolo, vel armis eccleſiam invadere: ea autem in edito monte ſita eſt. Pellio, qui univerſæ factionis princeps erat, ducentos e ſuis convocat, conſilium de invadenda cathedrali eccleſia proponit. Illi ſpe prædæ avidi alacres & parati in ſacrilegium conſentiunt. Ubi ad primariam baſilicam ventum eſt, conſpiciunt ibidem præſtolantem ſatrapam virum nobilem generoſi animi & magnæ virtutis tredecim ſatellitibus ſtipatum. Hic eos compellans quærit quid moliantur, qua de cauſa armati accedant: reſpondet pellio, ſe canonicos profligaturum. Satrapa jubet ne plus imperii & juriſdictionis ſibi vendicent, quam delegatam habeant; ſed ſuos intra limites ſe contineant: eam authoritatem ipſis nondum demandatam. Quo audito confeſtim ipſum ſatrapam invadere parant. Ille quantumvis armis & ſatellitibus parum inſtructus ad pugnam, numeroque & copia Lutherana factio longe prævaleret, nihilo ſecius, ut erat animi excelſi, una cum ſtipatoribus, quos tredecim dumtaxat habebat, petulantem & ſeditioſum eorum conatum avertere & impedire aggreditur, evertoque gladio factioſam ducentorum armatorum cohortem univerſam in pedes agit. Illi e ſummo montis vertice præcipites ruere, & velut fulmine conſternati, fuga ſalutem quærere. Quinque ad necem uſque cæſi viginti vulneribus ſaucii & plagis contuſi cum reliquo ſeditioſorum manipulo vix effugiunt.* Et infra: *Pellio tametſi antea infeliciter pugnaret, & magno cum dedecore ipſe cum ducentis a quatuordecim fugatus erat; aucto tamen ſuorum numero propoſitum redintegrat, ac denuo cathedralem eccleſiam oppugnaturus cum ingenti turma procedit. Poſtquam ad baſilicam*

Lutheranorum in cathedralem eccleſiam irruptio.

Ab undecim catholicis ducenti cæſi.

tam ventum, in valvas ingentibus machinis irruunt, quarum vim ubi nec clauſtra, nec omnis portarum vis ferre valet, labat ariete crebro janua, & emoti procumbunt cardine poſtes: fit via vi, rumpunt aditus, & prima trucidant, divorum ſimulachra & ſaxea numina templo disjiciunt. Neque in divorum ſtatuas tantum ſævitum eſt, ſed & crucifixi imagines gladiis & lanceis transfigunt, quod olim Judæos factitaſſe legimus apud Damaſcenum, & ſcriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

Hæreticorum in ſacras imagines furor.

LXII. *Erat in eadem Torpatenſi baſilica baptiſterium ſummo artificio, & magnis impenſis extructum: inter cætera ornamenta ſculpta erant Salvatoris & duodecim Apoſtolorum imagines. Has magno impetu invadit iconoclaſtarum cohors: quippe qui antea ducenti a tredecim ſtipendiariis turpiſſime fugati, ſauciati, ac demum omnes profligati latebras quæritabant, nunc confirmato numero tredecim ſimulachra invadunt, ne nullam omnino victoriam referrent: egregiam vero laudem ea meretur fortitudo, cum facile ſit vincere non repugnantem, & de ſtatuis debellatis triumphum agere ſævientes. Igitur in æneos ſaxeos & ligneos hoſtes alios capite plectunt, alios manibus naribuſque truncant, lædoriis & ludibriis non ſtatuas tantum, ſed & ipſos prototypos & ſanctos calumniantes, qui capitis, manuum, nariumque periculo catholicam fidem aſſeruiſſent, &c.* Addit author, hæreticos in canonicorum ædes procurriſſe, atque omnia eſculenta & poculenta petulanter abliguriviſſe; ad has vero ſeditiones compeſcendas provinciæ catholicos contracto exercitu in hæreticos moviſſe. *Proceres*, inquit, *& nobiles provinciæ, quibus adhuc cordi erat catholica religio, Torpatum conveniunt, & propoſitis conditionibus rem ita componunt, ut metropolitanæ eccleſiæ canonici in eccleſia ſua ſolemnia ſacrificia, & reliqua ad cultum divinum ſpectant a nullo turbante aut moleſtante ſecuri peragant. Re ita compoſita ſenatus univerſæ reipublicæ mandat, ne quiſquam civium miſſas aut conciones in templo cathedrali audire tentet, ſenatoriam juſſionem violantes decem marcarum pœna plectendos. Atque hoc modo catholicus Dei cultus triginta annis ſalvus & incolumis in metropolitana Eccleſia permanſit: ſæpe tamen minitabantur ſe in urbe aſcenſuros, univerſoſque ſacerdotes trucidaturos; unde patet illos extremo periculo continenter expoſitos, & veluti mures in decipula hoſtium metu undique concluſos & circumſeptos fuiſſe. Præter canonicos erat ibidem virginum nobilium Deo dicatarum monaſterium, quas metu potentiorum procerum, qui in catholica religione etiamnum conſtantes erant prohibente, necdum e monaſterio ejecerant.*

Circumjecti catholici cultum religionis reſtituunt.

Tyrannis ſenatus Lutherani.

Dum hic tumultus per Lutheranæ factionis concionatores Torpati excitatur, præerat epiſcopatui Torphatenſi R. D. Joannes a Blankeneldt vir magnæ pietatis & virtutis, qui ea tempeſtate forte in Rigenſem provinciam conceſſerat, cujus etiam agebat epiſcopum. Hic ubi ſeditiones & turbas per hæreſim excitatas invaleſcere animadvertit, eaſque ſua authoritate non poſſe tranquillari, e Livonia in Hiſpaniam ad Carolum V. Imperatorem proficiſcitur, quem ubi propediem jam emenſo adhuc, duorum dierum itinere convenire poſſet, morbo correptus in Hiſpania moritur non ſine veneni ſuſpicione; ferebatur enim in Livonia miniſtrum ejus a Lutheranis ſubornatum, ut toxico eum ſuſtolleret. Subjicit Bredenbachius, Cæſarem cognito tanti viri ex ſeptentrionalibus oris adventu, de illius obitu indoluiſſe, ejuſque ſcripta & literas, ut cauſam tam longinque legationis, quam arduam conjiciebat, cognoſceret: tum ſubdit de Livonum perduellione: *Imperator univerſam Livoniæ tempeſtatem liquido cognoſcit turbari omnia & everti a Lutheranis, templa diſſipari, monaſteria dirui, monachos profligari, ſurſum deorſumque omnia agi & ferri. Mittit legatum in Livoniam una cum literis & mandatis imperialibus, ne quiſquam impoſterum baſilicas aut monaſteria invadere aut ſpoliare attentet; ſed unumquemque ſuam religionem obſervare, & profiteri ſinant ad decretum & determinationem futuri concilii. Livones imperiali mandato accepto reſpondent, ſe in religionis negotio ne flocci quidem facere Imperatorem Romanum, quinimmo priuſquam equitatus ipſius in Livoniam perveniat, laſſum fore & fatigatum; ſi magno cum exercitu veniat, fame & inedia eos conſumendos, ſin cum exiguo, facile poſſe ſuperari & cædi.* LXIII.

Torpathenſis epiſcopus ad Carolum V. in Hiſpaniam ſe confert. Veneno necatus a Lutheranis.

Carolus V. calamo, non gladio hæreticos vult compeſcere.

Spretus ab iis.

His addit (a), Torpatenſes cognita epiſcopi ſui morte præfeciſſe eccleſiæ Torpatenſi Joannem Bie civem Torpatenſem, qui omnia Lutheranorum impia facinora diſſimularit: cæterum Livoniæ magiſtrum fuiſſe Joannem a Reck catholicum, qui defuncto illo Semilutherano epiſcopo, Jodocum a Reek virum religione & integritate præſtantem ſufficiendum curaverit. Porro catholicam religionem ſerpente latius hæreſi Lutherana obſoleviſſe, cum gulæ & ventris lenocinia plerique ſectarentur; neque inſignia divinæ in eos ultionis exempla defuiſſe, e quibus hoc hiſtoriæ mandavit (b): *Paucis ab annis, poſteaquam Torpatenſes in* LXIV.

(a) *Id. ib.*

Graſſata hæreſis ob vitia.

(b) *Tilmannus Bredenbach. hiſt. de bello Livonico.*

Lu-

Lutheranam doctrinam conceſſcrant, feria ſexta ſolemne paſchæ feſtum proxime præcedente, finita Lutherani eccleſiaſtæ concione, civibus e templo divæ Virgini matri ſacro revertentibus, quidam alium concivem & familiarem invitat ad prandium, rogat una domum comitetur, habere ſe paratum inſignem petaſonem Weſtphalicum. Alter parum abhorrens reſpondet, ſibi eſſe gallum opipare elixum, quem cupiat in ſymbolum adferre. Dum ad menſam accumbitur, alter os quoddam galli ambedere volens, imprudens ipſum pene deglutit: quod cum neque tranſmittere neque eximere valeret, eo ipſo die ſuffocatur. Alter poſtridie Paſchæ malo ſpiritu corripitur, & non multo poſt rabie & furore exagitatus animam una cum dæmone exhalat. Equeſtrium autem plerique in provincia, Torpatenſi Lutherana hæreſi uſque adeo dementati erant, ut diebus quibus jejunium indicere conſuevit Eccleſia, tum etiam tempore jejunii quadrageſimalis binas menſas inſtruerent, unam papiſticam, alteram evangelicam appellantes, priori viliorem & vulgatiorem panem imponebant, quem illi vulgo panem ruſticum vocitabant: huc addebant legumina & cerviſiam tenuiſſimam: evangelicæ menſæ imponebant panem ſelectiſſimum & puriſſimum, quem ſua lingua vocabant panem Theutonicum, cerviſiam præſtantem & carnes aſſas & elixas affluenter. Faciebant hoc, ut villicos & agricolas a catholiciſmo ad Lutheraniſmum pellicerent. Illi vero maledulces epulas ſancte reſpuebant, viliſſima edulia exquiſitiſſimis ferculis præferentes, ut in catholica religione conſtantes perſeverarent. Quidam etiam nobilium, cum plebeios & agricolas a Lutheraniſmo averſos conſpicerent, diebus quibus jejunium catholica indicebat Eccleſia, eos accerſebant, carnes & cibos vetitos violenter illis in ora ingerentes. Hæc tyrannis & ſumma in Deum pariter & homines impietas gravem vindictam ſupremo numini extorquebat. Quibus accedebat immanis crudelitas & inclementia in ſubditos, prodigalitas, ſuperbia & luxus omnium ordinum, dominorum inquam Theutonicorum, deinde equeſtrium & nobilium, denique civium & plebeiorum. Pergit Bredenbachius deſcribere, ut equeſter cruciferorum Theutonicorum ordo Lutherana hæreſi deformatus in Livonia fuerit, quantæque omnem provinciam afflixerint calamitates.

Vindicta divina in jejunii violatores.

Equitum impietas in menſa papiſtica & evangelica inſtruenda.

Ruſtici equitibus religioſiores.

LXV. Colonienſes in fide catholica conſtantes.

In tanta vero deficientium a catholica religione multitudine non defuere in Germania plures populi, qui egregia fidei & conſtantiæ exempla præbuerint: inter quos Colonienſes quamvis hæreticis pene cincti ob ſervatam fidei incorruptam puritatem, hoc encomio hacque apoſtolicæ in eos benevolentiæ teſtificatione a Clemente VII. exornati fuerunt (*a*).

(*a*) *Lib. brev. ann. 1531. p. 576.*

Dilectis filiis ſenatui & populo Colonienſi.

Quod ſemper a pietate veſtra expectavimus, ſuppliceſque a Deo imploravimus, ut veſtra civitas olim Romani imperii inſignis colonia, deindeque pietatis ſolida in iſtis regionibus columna, opibus pollens, robuſta viribus, celebrata literis in tanta circumſtantium hæreſum propinquitate ſe illæſam Deo conſervaret, & ſi qua in parte corruiſſet, Dei munere cito conſurgeret. Id cum ſumma noſtra lætitia, veſtra maxime, filii ſenatus, pietate & conſtantia factum eſſe & quotidie fieri audimus, idque ad nos undique jam nunciatur. Agimus itaque divinæ miſericordiæ gratias, quod inſignem ac percolebrem veſtram civitatem a ſathanæ venenis tutatus eſt, ſanctamque Coloniam & re nomine effecit. Vobis autem filii quas poſſumus laudes paterno affectu reddidimus, quamquam multo impares eas veſtris meritis judicamus: veſtra enim virtus & conſtantia non ſolum ſibi ad ſalutem, verum cæteris proficiet ad exemplum ſecuturis authoritatem tam inſignis tamque eximiæ, nedum in Germania, ſed etiam in cuncta Europa civitatis. Nos vero, filii dilectiſſimi, utinam occaſionem aliquam habeamus noſtrum erga vos paternum ac peculiarem amorem exhibendi: cuncta nos quidem annitemur ſigna oſtendere paternæ noſtræ erga vos, ac ferventiſſimæ charitatis. Hortamur magis ex abundantia affectus noſtri, quam quod neceſſe ſit vobiſcum arbitremur, ut in cœpto pietatis curſu perſiſtatis, primum conſulturi ſaluti deinde etiam gloriæ veſtræ, atque a Deo ipſo, cujus veram religionem a patribus acceptam tuemini, immarceſſibiles meritorum cumulos adepturi; a nobis vero & ſereniſſimo Cæſare omnia expectaturi, quæ ab amantiſſimis parentibus in pientiſſimos filios conferri poſſint. Dat. Romæ XXVIIII. novembris MDXXXI. pontificatus noſtri anno IX.

Pontificia ad eos adhortatio.

LXVI.

Adhibuiſſe Colonienſes judiciorum ſeveritatem contra hæreticos, ac paucorum ſupplicio publicum incendium reſtinxiſſe, referunt eorum annales, in quibus hæc a Petro Cratepolio (*b*) conſignata reperimus. *Anno Domini MDXXIX. Coloniæ duo comprehenſi ſunt & accuſati de Lutheri dogmate: cum vero doctorum virorum pias adhortationes & examinationes, ut reſipiſcerent ac catholicæ Eccleſiæ conjungerentur non curarent, ac in ſua pertinacia perſiſterent, ut heretici igni adjudicati*

(*b*) *Cratepol. in annal. Colonien.*

Duo Lutherani Coloniæ flammis exuſti.

Colonienſis archiepiſcopus in ſenio labitur in apoſtaſiam.

cati ſunt & exuſti. Nomina horum fuerunt Petrus a Pleiſteden & Adolphus Clarenbah. Cæterum Hermannum archiepiſcopum Colonienſem, poſtquam plura paſtoralis conſtantiæ in hæreticos exempla edidit, demum in ſenectute prolapſum in hæreſim, etiam Colonienſes inficere pertentaſſe, ſed a catholicis cæſarea ope deturbatum, teſtatur author.

(a) *Ubbo Emmius l. 55. rer. Friſic.*

Hoc anno (a) Melchior Hoffmannus pellio Suevus ex Lutherano in anabaptiſmum prolapſus, Argentoratove pulſus in Friſiam & Bataviam ad ſpargenda figmenta dæmonis, a quo erat illuſus, eas provincias magis infecit, cum jam Lutheraniſmo & Zuinglianiſmo contaminatæ eſſent, & Hoffmanniſtarum novam ſectam impiam condidit hac fraude & hypocriſi uſus, & mendaciſſima pollicitatione: *Hæc dicit Dominus*, ajebat, *nihil mihi cum iſtis: elegi mihi populum ſecundum cor meum, quam ſi in viis meis ambularit, extollam ſuper omnem gentem, in eo & cum ipſo ero, nec ſemen meum in æternum ab eo auſeram, hic populus nos ſumus: ad hunc colligendum a Deo miſſus huc veni. Itaque ſi timerati eſtis, ſi ſalutem quæritis, ſeceſſionem a mundo facite, relictiſque caducis ineptiis cœtui noſtro vos aggregate: ſi terrena hactenus quæſiiſtis, ſi bona & opes coagmentaſtis; nunc tandem quæ ſurſum ſunt ſapite: utque tanto liberiorem vitam tranſigere liceat bona huc comportate & bona facite.* His & aliis dolis delinitos trecentos ſibi conjunxit, quibus ſtipatus declamare in Lutheranos & Sacramentarios cœpit, ſuoſque variis apocalypticis interpretationibus ac pſeudopropheriis oblectare: jactabat novam Jeruſalem a ſe conditum iri, & viam aperiendam ad nuptias agni; ſed prius primogenitum omnem Ægypti, quo nomine epiſcopos & principes deſignabat, a ſe interemptum iri: fungi ſe Michaelis & angelorum munere, ac deliramenta alia ridicula & abſona per falſas apocalypſis interpretationes probata proponebat. Ut autem illuſus a dæmone, qui ipſi, ut Argentoratum rediret imperavit, miſere petierit proximo anno dicetur.

Friſia & Hollandia infectæ Anabaptiſmo.

Hoffmannus pſeudopropheta.

LXVII. Adducta in diſcrimen ob Lutheranam impietatem latius ſerpentem Chriſtiana re, ingentes Turcarum apparatus terrorem auxere: nec deerant imminentium malorum præſagia atque oſtenta; de quibus a Benedicto Cardinale Accolto factus certior Jacobus Sadoletus epiſcopus Carpenctoratenſis; idemque Cardinalis hæc reſpondit (b): *Una eſt ratio opitulandi reliqua, quæ ſola mederi iis incommodis queat, quam tu ſanctiſſime & prudentiſſime commemoras; ſi forte Deus noſtri miſertus ſit: & ſi de eo quidem non dubium eſt quin ad miſerendum ſit paratus, potius ſi forte bona fide nos aliquando ad illius opem & miſericordiam ſtudeamus confugere. Nam de oſtentis & prodigiis, quæ multa ſcribis & mira Romæ inſpecta partim, partim aliis ex locis nuntiata fuiſſe, ſane ego quam minimum laboro; quid enim portentorum ſignificatione opus, cum quæ e talibus ſolent ſignificari damna, mala, incommoda quotidie ſentiamus, quæ ſatis ipſa portentum ſibi ſunt, nec ab aliquo disjuncto monſtro ſed eu ſe ipſis non magis portendunt quam inſerunt calamitatem? Nihil certe novarum cladium jam expectamus, quod non ante fuerimus experti, niſi forte univerſus impendet interitus: ſed hæc Deus viderit, in cujus manu ſunt omnia. Nos damus operam, quoad poſſumus, ut domicilium nobis præparemus, ubi tantum detur vere vivere, ne cum ex his locis fuerit migrandum, velut re nova atque inopinata perturbemur: ad quod magna nimirum opus eſt non ſolum cura, verum etiam felicitate, & apud Deum gratia, &c. Carpentorate* XVII. *kal. novembris MDXXXI.*

(b) *Sadol. l. 7. pag. 207.*

Anceps res Chriſtianæ ſtatus. Plura oſtenta viſa.

Trepidatum eſt maxime hoc tempore, ut ex literis (c) Cardinalis Accolti inferius ſubiiciendis patet, ne Solimannus omnes Turcicas vires maritimas terreſtreſque in Italiam effunderet, nam & claſſem magnam ornabat hoc anno, & nonnulla in Dalmatia loca invaſerat & communierat: quæ ad conficiendam eam expeditionem opportuna videbantur: quo metu permotus Clemens Henrici Anglorum Regis opem, ut cum aliis Chriſtianis principibus arma pro tuendo imperio Chriſtiano conjungeret menſe auguſto imploravit (d). LXVIII.

(c) *Ext. apud Sado. l. 7.*

Claſſis ingens a Turca apparata.

Regi Angliæ.

Etſi ſcimus tuam majeſtatem pro ſua pietate & boni principis officio egregie ſic animatam ad communem ſalutem & religionem a communi hoſte Turca defendendam, id quod ex ejus literis, & ſui etiam oratoris ſermone ſæpius intelleximus; tamen cum nuperrime allatum huc ſit, ſicut & ad tuam ſerenitatem eſſe credimus, ipſum Turcam, non obſtantibus induciis, ea loca Dalmatiæ invaſiſſe & communire, quæ ſibi ad bellum mari terraque gerendum uſui eſſe poſſint, & præterea multa alia apparatus maximi ſigna dediſſe, & in dies dare in ver proximum erupturo; nos vocati a Deo in hujus ſolicitudinis principaliorem partem, & ad agendum ipſi pro virili noſtra & ad cæteros in diem cohortandum; optanteſque ut præ hoſtis vigilantia & nimia cunctatione noſtra tem-

(d) *Lib. brev. ann. 1531. p. 389.*

Invaſa ab eo nonnulla Dalmatiæ loca.

tempeſtivum eſſe poſſit quodcumque parabitur, ſcripſimus ſuper his latius ad nuncium noſtrum, ut cum ſua ſerenitate colloqueretur, omniaque, quæ nobis in commune conferenda & agenda viderentur, ei referres. Te igitur, fili chariſſime, hortamur in Deo domino, ut ipſius Dei, a quo regnum & omnia es adeptus, communiſque fidei & ſalutis memor ejuſdem Dei honori, tuorumque ſubditorum & aliorum Chriſtum colentium ſecuritati & ſaluti proſpicere pro tua virili velis, ſicut tua dignum eſt celſitudine, & a te tuiſque majoribus fieri conſuevit: quemadmodum hæc ipſa copioſius ex ipſo nuntio noſtro intelliges, cui fidem ſolitam in his habere velis. Dat. Romæ die XVIII. *auguſti MDXXXI. pontificatus noſtri anno* VIII.

Poſtulata ab Anglo auxilia.

LXIX. Et ab aliis Regibus.

Fuere hæ literæ encyclicæ ad principes miſſæ; eodem enim exemplo ad Carolum V. Imperatorem, ad Ferdinandum Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regem, ad Sigiſmundum Poloniæ, ad Franciſcum Galliæ, ad Joannem Luſitaniæ, ad Jacobum Scotiæ Reges, ad Franciſcum Sfortiam Mediolani, & ad Carolum Sabaudiæ duces tranſmiſſas pontificium regeſtum docet. Poteſtatem vero fecit (*a*) Clemens hoc eodem anno, Carolo V. ut a clero Siciliæ nummaria ſubſidia ad propulſandos Turcas colligeret.

(*a*) *MS. arch. Vat. ſign. lit. A. n.* 58. *p.*389.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto.

Data Carolo V. poteſtas ut poſſit exigere donativum a prælatis Siciliæ.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Exponi nobis nuper fecit majeſtas tua, quod licet claræ memoriæ Ferdinandus avus & prædeceſſor tuus de triennio in triennium convocatis prælatis, baronibus, & aliis tui regni ulterioris Siciliæ univerſitatibus ad colloquium generale pro occurrentibus dicti regni, & regiæ dignitatis neceſſitatibus in ſubſidium impenſarum, & aliorum onerum prædicti regni Siciliæ, & illius incolarum adverſus infideles dictum regnum infeſtantes tutela & præſidio, ſubventiones generales, quas regium donativum appellant, a toto dicto regno & eccleſiaſticis perſonis obtinere, exigere, percipere, & habere ſolitus fuerit: & ita majeſtas tua poſtquam ſucceſſit in regno præfato conſueverit dictum colloquium generale quolibet triennio convocare, & ab eiſdem perſonis eccleſiaſticis ratam dicti regni donativi eis contingentem exigere, percipere, & habere; quia tamen ad tuam pervenit notitiam tam per antiquas canonicas ſanctiones, etiam in generalibus conciliis promulgatas, quam etiam per conſtitutionem a felicis recordationis Leone Papa X. prædeceſſore noſtro in moderno concilio Lateranenſi editam expreſſe fuiſſe prohibitum, ne Reges, principes, duces, comites, barones, reſpublicæ & alii potentatus quibuſcumque regnis, provinciis, civitatibus, & terris quoquomodo præſidentes, collectas, decimas, & alia hujuſmodi onera clericis, & prælatis, & aliis quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis imponant, ſeu etiam a ſponte dantibus & conſentientibus recipiant, & quod juxta ſanctiones præfatas hi, qui in præmiſſis auxilium, conſilium, vel favorem publice vel occulte præſtant, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incidant; & ipſæ reſpublicæ, communitates, & univerſitates circa hoc delinquentes quomodolibet eccleſiaſtici interdicti; prælati vero abſque Romani Pontificis expreſſa licentia ſuum ultro præbentes aſſenſum excommunicationis & depoſitionis pœnam incurrant eo ipſo, habeanturque inteſtabiles & inhabiles ad omnes actus legitimos. Dubitat præterea majeſtas tua an jure dictum donativum tibi a miniſtris tuis dandum, ut ſolitum eſt, pro alio futuro triennio incipiendo a fine triennii præſentis, quod per totum menſem februarii proxime venturi curret, a dictis prælatis & perſonis eccleſiaſticis recipere & exigere, & tuorum ad id miniſterio uti, & prælatos clericos & alias perſonas eccleſiaſticas dicti regni illud tibi exhibere, ſeu te illud percipere.

LXX. Claſſem in mare rubrum adverſus Luſitanos transfert Turca.

Cæterum is metus de Turcarum in Italiam irruptione levatus eſt extremo anno, cum Solimannus alio vertiſſet conſilia, ac partem claſſis in mare rubrum tranſmittendam decreviſſet adverſus Luſitanos, qui in Indiis Chriſtianum imperium proferebant; quod etſi rei Chriſtianæ grave erat ferendum, tamen levius videbatur; adeo ut Benedictus Cardinalis Accoltus divinæ providentiæ rem adſcribat in ſuis ad Jacobum Sadoletum datis literis (*b*), ne barbarus expugnata Italia Chriſtianam religionem, quam parte alia oppugnabant hæretici, exitio daret: *De rebus publicis eſt, quod lætius quiddam tibi poſſim hoc tempore ſignificare: ex eiſdem enim, qui hac æſtate proxima nuntiabant, maximum illum Turcarum motum nuper accepimus, ea quæ ab illis nunc nobis impendent multo eſſe commodiora; nam ſcribunt Turcas ipſos bonam illius bellici apparatus partem ad mare rubrum eſſe converſuros, ut per illud Oceanum indicum validiſſima claſſe delati impediant Luſitanos, qui ad Indos aromatum gratia ſoliti ſunt commeare. Quod etſi nobis aliquid ſit allaturum incommodi, ſummæ tamen Chriſtianæ reipublicæ Dei optimi maximi immenſo erga nos amore ita conſultum videt, ut cum e faucibus pene fati erepti,*

(*b*) *Ext. apud. Sadol. epiſtolar. l.*7. *p.*272.

Divina in bello avertendo providentia.

ac plane conſervati eſſe videamur, tum etiam aliquid nobis ſuperſit ſpatii in eas cogitationes incumbendi, quæ ſint & tantis noſtrorum temporum acerbitatibus aptiſſimæ, & antiquo Chriſtianæ pietatis decore digniſſimæ: quod utinam a nobis non prætermittatur, & his, quæ quaſi dormientibus nobis a divina clementia ſunt conceſſa, negligentiores non efficiamur, ſed ad ipſius Dei optimi maximi opem, ut eſt in tuis literis, bona fide confugiamus; cum enim nullum tempus pietati & religioni aptum non ſit, tum id magis eſt neceſſarium, quo major in nos illius elucet benignitas, ne ipſius miſericordia fruſtra cadat, ſed ad ea potius pericula, quæ premunt levanda alliciatur, aut, ſi quid acciderit nobis, ad ſalutem tranquillitatemque perpetuam iter patefacimus; neve, quanto ille benignior fuit in nobis conſervandis, tanto ſit in illis puniendis iratior, ſi quos tot tantaque beneficia pro maleficiis habuiſſe animadverterit; nam cum ſæpe antea ipſius Dei optimi maximi immenſa noſtrarum rerum cura extiterit, tum vero non dubiis ſignificationibus, ſi modo ii erimus, qui eſſe debemus ſperare nunc poſſumus illum non ſolum tantam malorum molem ab extero hoſte Turca jampridem imminentem, a cervicibus noſtris eſſe remoturum; verum etiam eas omnes, quæ nuper a domeſticis proditoribus, quos hæreticos appellant, per univerſum fere Chriſtianum orbem templis ſanctiſſimis nefario ſcelere ſubjectæ ſunt faces ab ipſius præſente numine reſtinctum iri, &c. Datum pridie idus decembris Romæ MDXXXI.

LXXI. At licet Turcici belli ſuſpicio in Italia minueretur, tamen tanto magis in Pannonia agebatur, ac Ferdinandus Rex a ſuis exploratoribus de inſtructa in proximum annum barbarorum expeditione factus certior a Pontifice ſubſidiarium aurum ad ſumptus in rem militarem faciendos expetiit: cui reſcripſit Clemens (*a*), ſe quamvis magna ærarii inopia ob urbis direptionem & clades acceptas premeretur, centum tamen millia aureorum illi in ſex menſes ſubminiſtraturum; ſi autem Turca Italiam adoriretur, viciſſim ipſius Ferdinandi opem efflagitaturum.

Poſcit opem Ferdinandus a Pont.

(*a*) *Lib. brev. ann.* 1531. *p.* 441.

Regi Romanorum.

Quod pluribus jam literis ſerenitas tua a nobis petiit, ut tibi reditum Turcarum in tuas ditiones proximo vere metuenti, idque certum undique & exploratum habenti, auxilio eſſe una cum venerabilibus fratribus noſtris, velimus; in eo nos ſæpius tuæ ſerenitati reſpondimus, alacrem & propenſam in nobis eſſe ac ſemper fore voluntatem tuæ ſerenitati opitulandi, atque ita quidem hoc deſiderio flagramus, ut ſi nobis licitum, ſit libenter hujus rei totam gloriam appetamus, nec in partem quemquam vocemus; utinamque calamitates noſtræ, quæ quantæ fuerint tua ſerenitas non ignorat, id nobis integrum feciſſent: non cederemus in hoc ulli prædeceſſorum noſtrorum, nec minus tua ſerenitas liberalitatis ab hac ſancta ſede experiretur, quam prædeceſſores tui tecum hactenus experti ſint. Sed quoniam tua ſerenitas inſtat nobis denuo, urgetque per literas & oratorem ſuum, ut ſummam pecuniæ & auxilii noſtri præfinire ac declarare velimus, in qua ſpem ſuæ defenſionis collocare certo poſſis; nos, etſi inopes conſilii ſumus, voluntate & deſiderio ad opem tibi ferendam nos trahentibus, retrahente autem omnium rerum inopia & difficultate, qua premimur, vincentibus tamen ad poſtremum officii & amoris noſtri tum erga te & ſereniſſimum Cæſarem fratrem tuum, quam illam fortiſſimam Germaniæ nationem, in qua maximam ſpem communis ſalutis ſemper repoſuimus, rationibus, tuæ ſerenitati firmiter pollicemur, ſi Turca, quod Deus dignetur avertere, proximo vere aut æſtate ditiones tuas aut quamvis aliam Germaniæ partem bello repetierit, neque Italiam ſimul aggrediatur, nos una cum venerabilibus fratribus noſtris tibi ad defenſionem tuam ejuſdemque Germaniæ centum millia aureorum pro ſex menſibus, quo maxime ſpatio vim belli incubituram times, præbituros eſſe: quam quidem ſummam exiſtimet tua ſerenitas a noſtris quaſi viſceribus avulſam, & corraſione omnium virium noſtrarum maxima cum difficultate cogendam, ac de victu etiam noſtro quotidiano detrahendam eſſe. Verum ſi, quod haud minus formidandum eſt, ille Italiam invaderet, in eum eventum non ſolum noſtram vobis non præbere, ſed veſtram & aliorum opem implorare cogeremur: nec dubitamus eo caſu ſerenitatem tuam, ſicut benigne pollicetur, omni ſua vi Italiæ, ac nobis, & ſereniſſimo fratri ſuo opitulaturam eſſe. Habes, fili noſter chariſſime, has literas animi & voluntatis in te noſtræ teſtes, quas omni conſtantia ſumus ſervaturi, & ſi quid etiam amplius efficere poterimus, ſingulari amore & prompta voluntate effecturi, nec deinde prætermiſſuri, quin preces & inſtantiam noſtras cum reliquis principibus, quod toties jam fecimus & facturi ſemper ſumus, iterum & inſtanter renovemus, ut nobis communiter opitulentur: ſicut hæc omnia plenius & ex ſui oratoris literis & ex noſtri nuntii verbis intelliges. Datum Romæ XVI. ſeptembris MDXXXI. pontificatus noſtri anno VIII.

Centum millia aureorum illi promiſſa.

Si Turca invadat Italiam, mutuam opem poſcit Pontifex.

Converſa ſunt proximo anno Turca- LXXII.
rum

Ferdinandus a principibus auxilium petit.

rum in Hungariam & Auſtriam arma: ad quam procellam avertendam Ferdinandus Germaniæ principes hiſce hortarivis literis (a) ſolicitavit, ne barbari adventum præſtolarentur, ſed ultro Turcis bellum inferrent, ac Joannem Regem æmulum, qui fidei hoſtes in Chriſtianum imperium concitarat, exambito per ſcelus regno deturbarent.

(a) Ext. apud Dolgoſt. l. 3. p. 515.

Ferdinandus Reu Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ, ſacri Romani imperii principibus.

Jura ſua in Hungariam exponit.

Non vos fugit, principes maguanimi, divum Maximilianum Auguſtum parentem noſtrum has nobis olim paraviſſe nuptias, hunc matrimonii illius ſanctiſſimi inter nos & Annam conjugem Reginam nobiliſſimam, ſponſorem fuiſſe & paranymphum, qui inter cæteras conventiones & hanc dotalem nobis præſcripſit legem, ut ſi Ludovicum Regem, quem tunc unicum Wladiſlaus habebat, filium ſine hærede legitimo decedere e vita contingeret, ſuperſtite Anna ſorore conjuge noſtra, ut ipſa prole fœcunda, vel nos ipſi loco illius & jure maritali ſuccederemus in regnum. Non diſplicuit id ſeni Wladiſlao, & idem quoque appoſitis diplomati ſigillis regni proceres comprobarunt. Migravit eu hac vita communi fatorum ordine Wladiſlaus, nec diu poſt & Ludovicus dira morte [heu horret animus dicere aut meminiſſe] a beſtia illa Turcica fuit pereruptus: patuit nobis exiſtente conditione, & eu pacto convento ad regnum aditus; ſed dum hoc juris ſuffragio fulti nitimur, ſolus Joannes Vaivoda nos hinc contra omnem rationis æquitatem amoliri conatur,

Joannis Waivodæ ſcelus exponit.

& nec hominum fidem, nec Dei religionem reſpiciens, Solimannum Turcam ſola invidiæ præpotentia, & dominandi libidine ductus, orbis in ruinam & adverſum nos ſolicitare eſt auſus; qui occupatis jampridem antea firmiſſimis quibuſque, certum nunc miſeris Hungariæ populis minitatur exitium. Niſi igitur his veſtra ope, veſtro auxilio celerius ſuccurreritis, actum erit dubio procul de tam nobili regno: ſed ne vos tunc quidem & Germania veſtra a periculo & interitu longe aberitis; uam ſtatim ac inſigni præſidio illo latus veſtrum udatum fuerit, & fortuna quoque veſtra tamquam in præcipitio poſita nutare incipiet, noſtis enim & vos ipſi multis exemplis admoniti, quam pertinau ſit hoſtis ille truculentiſſimus; ſerpit uamque ignis more ut plurimum vicina quæque devaſtans. Quare ſi vos ſociorum miſeria & infelicitas, qui huc uſque

Ne Turcarum adventum expectent.

non ſecus ac fideles limenarchæ quidam pro imperii Romaui & reipublicæ Chriſtianæ incolumitate tam diligenter vigilarunt, nihil movet, at moveat vos ſaltem patriæ veſtræ atque religionis communis pietas & ſalus: arma, arma [inquam] jam tandem non pro ſociis his ſolum, qui ſanguinem ſuum toties pro vobis & rebus veſtris, veluti largo imbre quodam profuderunt, ſed etiam pro vobis ipſis, pro liberis, & conjugibus veſtris, pro focis, & aris ſpiritu magno & Germano corripite: neque enim nunc diutius & donec hoſtis intra limites receptus fuerit expectandum; nam tutius longe eſt, ſi Scipioni Africano credimus, bellum foris & procul a patria & in ſolo alieno gerere, quam hoſtem proprios intra terminos receptum iguaviter ſuſtinere.

Retardabant Germanorum impetus commotæ a Luthero de religione diſſenſiones; quinetiam ipſi Reges catholici, quamvis ſolemni fœdere juncti eſſent, occultis tamen fraudibus in æmulos conſpirabant. Accuſant Hungarici annales (b) Franciſcum Gallorum Regem veluti dilacerandæ Turcicis armis reipublicæ Chriſtianæ authorem cum Auſtriacæ ſtirpis gloriam ægrius quam dignum erat pateretur: nec diſſimulavit ejuſmodi facinus Belcairus epiſcopus Metenſis, qui Franciſcum ſanxiſſe fœdus cum Joanne Vaivoda Turcarum cliente, & Caroli V. ſocialia Gallorum arma adverſus infideles expetentis preces inani reſponſo eluſiſſe refert (c): *Non deerat occaſio, Joannem Vaivodam, qui a Ludovici Hungariæ Regis morte regui Hungarici portionem occuparat, clientem Solimannus agnoverat. Hinc Ferdinandus Cæſar frater Annæ Ludovici ſororis maritus regno pellere contendebat, unde Pannonicum bellum exortum. Eodem fere tempore legati a vaivoda Hieronymus Laſcus, qui apud Solimannum ejus negotia pertractarat, a Cæſare Balanſo ad Franciſcum Regem acceſſerunt: ille uxorem Vaivodæ & pecuniam, ut exhauſtum bellis ſuum regnum tueretur, petebat. Propoſita eſt Iſabella Regis Navarri ſoror, quam waivoda uxorem duceret, promiſſa pecunia, modo ea in Franciſci Regis fœderatos non impenderetur; neque enim a factis cum Cæſare fœderibus Franciſcus recedere volebat.* Jactata hæc ſcilicet in ſpeciem, cum Turcarum clienti adverſus catholicos ſe conjungeret: *Balanſo potentiſſimum Solimanni exercitum ad Hungariam appropinquare, atque Auſtriæ minari renunciavit; cui ſi non æque numeroſum, at certe non minus firmum Cæſar opponet, ut inſolentem barbariam timere non debeat, Franciſcum nihilominus ſororis virum rogare, ut in tam ancipiti bello re nummaria Gallico equitatu, Maſſilienſibus, cæteriſque, quas in Me-*

LXXIII. Mutua diffidia inferendi belli conſilia diſſipant.

(b) Nicol. Iſthuanff. l. 11.

Ira & invidia Franciſci I. ingentia mala peperere.

(c) Belcharr. l. 20. n. 37.

Poſcit opem ab eo Vvaivoda Turcarum cliens.

Poſcit Carolus V. in Turcas.

*diterraneo mari habet triremibus ſibi auxilio ſit. Reſpondit Franciſcus, ſe in hujuſmodi bello, quod contra noſtræ * perſuaſionis hoſtes ſuſcipitur, non ſolum pecuniam ut mercatores ſolent, verum etiam ſeipſum, omneſque adeo regni ſui vires expoſiturum, ut ſi res bene ſuccedat, bonam veræ laudis, ſin minus, damni eandem referat: equitatum ſui regni eſſe robur, quem ſine juſto peditatu ac bona tormentorum copia in diſcrimen conjicere non debeat: quin & una intereſſe velle, ut alacrioribus ſuorum animis utatur: ſi tantæ Cæſaris vires ſunt, quantas Balanſo prædicavit, Germaniæ haudquaquam timendum; at Italiam ab omni præſidio eſſe deſertam, in quam Solimannus claſſem ſuam immiſſurus traditur: huic ſe atque Anglum cum quinquaginta bellatorum millibus ſubſidio venturum: porro æſtatem ad finem vergere, ut equitatus tam longinquam viam hyeme conficere non poſſit, quin inutilis reddatur antequam hoſtem viderit: quantum ad claſſem attinet; Piratas tam graviter Phocenſem provinciam, omnemque eam oram Gallicam vexare, ut ab illius præſidio claſſis recedere non poſſit. Hæc Cæſari jam ad Ratisbonenſem conventum ire meditanti Balanſo retulit. Cæſar Gallo invidiam quærens, ut in ipſo conventu exponerentur, curavit.*

* religionis.

Ampla & fallacia verba data a Franciſco.

LXXIV.

Moldavi & Valachi in Poloniam irrumpunt.

Hoc anno Moldavi & Valachi Turcharum vectigales in Poloniam incurrerunt; ſed divina ope repulſi (*a*) obtritique ſunt; aliquot enim ſecundis præliis uſi Poloni menſe auguſto Procuriam & Guoſdeciam duce Joanne Tarnovio hoſti ademerunt, tum Petrum Moldaviæ palatinum viginti duobus militum millibus ſuccinctum in Poloniæ fines irrumpentem cum exiguis copiis deleverunt, hoſtium caſtris & tormentis potiti; *Hanc celebrem*, inquit Salomon Neugebaverus, *Poloni de Moldavis victoriam ad Obertinum reportarunt die auguſti vigeſima quarta. Nocte, quæ præceſſit conflictum, cometa clarius ſolito apparuit, & altera a victoria die diſparuit: quæ res portento victoriam Polonorum de Moldavis & horum cladem inſignem ſignificante non caruit. Cecidere eo prælio Moldavorum quatuor millia: capti ſupra quadringenti, inter quos fuere ſcrinii magiſter, & familiæ præfectus. Hos omnes, & tormenta circiter quadraginta octo Tarnovius ad Regem Cracoviam perduxit, ejuſque pugnæ hypotypoſim eleganter depictam ad poſteritatis memoriam in templo dicavit. Poſt, pro re contra Moldavos auſpicato geſta in templo arcis, Deo gratiis actis, tria præcipua vexilla, palatini, Moldaviæ, & gentis Valachicæ ad D. Stanislai tumulum fuerunt defixa.*

(*a*) *Neugebaver. hiſt. Polon. l.* 7.

Ingenti clade deleti.

LXXV.

De hac inſigni victoria de Moldavis & Valachis parta factus certior Pontifex a Sigiſmundo Poloniæ Rege, eam ipſi gratulatus eſt hiſce literis (*b*).

(*b*) *Lib. brev. ann.* 1531. *p.* 477.

Regi Poloniæ.

Binas tuæ ſerenitatis literas recepimus, quarum alteris duodecima julii datis nobis agis gratias de pixide agnus Dei ſacrati, ac de indulgentiis jubilei per nos eccleſiis Vilnenſi & Plocenſi in tuo regno conceſſis, ſimulque dilectum filium Stanislaum Rzeczijcza pœnitentiarium noſtrum nobis commendas; alteris quarta ſeptembris datis victoriam ſuam de Valachis nuper partam explicas. Ex quibus omnibus ſingularem tuæ majeſtatis in nos amorem & obſervantiam perſpeximus paremque lætitiam in Domino accepimus: nam quod noſtra tibi munera tam grata ſunt, quodque fiduciam de nobis ſummis in tuis commendandis, ſicut facere ſemper potes, in eo agnoſcimus benivolentiam erga nos, pietatem erga Deum, in ipſa autem victoria, & fortitudinem & prudentiam tuam.

Gratulatur Polono Clemens.

LXXVI.

Itaque agimus eidem Deo gratias, quod multis internis nos concuſſos calamitatibus ab iſto Europæ exteriore angulo de virtute ac felicitate tua conſolari, & gloriæ tuæ radiis ſæpe illuſtrare dignatur ad honorem ſanctæ Eccleſiæ & catholicæ religionis, laudem autem & honorem perpetuum ſerenitatis tuæ, cui nos de his omnibus gratias maximas agimus, & majores habemus; quantumque in nobis erit, in omnibus rebus flagrantem charitatem, atque amorem tuæ majeſtati oſtendere ſemper annitemur. Dat. Romæ VI. *octobris MDXXXI. pontificatus noſtri anno* VIII. Geſſerat ſimiliter adverſus Turcas nonnulla præclara facinora Philippus e Villers Lileadamus S. Joannis Jeroſolymitani equitum princeps, cui Clemens datis XXVIII. ſeptembris literis eſt gratulatus (*c*).

(*c*) *Ib. p.* 453.

LXXVII.

Perſtabant in fidei Chriſtianæ conſtantia Maronitæ in Syria, ad quorum principem Maccademum Clemens hæc ut in adverſis ſpem in Chriſto confirmaret inter alia ſcripſit (*d*): *Non ignoramus quas pro Dei nomine ſufferas cum tuis preſſuras, de quibus cum compatimur vobis, tum etiam congaudemus; illis enim mediis ut noſti ad cæleſtia pervenitur, & fides credentium coronatur. Nos etiam ipſi, quod tibi notum credimus, quamquam in medio Chriſtianitatis totius conſtituti, tamen per hos annos nihil non paſſi ſumus a noſtris: quid mirum ſi hæc vos ſuffertis ab alienis? Proinde, fili dilecte, perſeverandum eſt, & contra humanas acerbitates pro divino honore fortibus animis & conſtanti voluntate perſiſtendum, &c. Dat. Romæ* XXV. *januarii MDXXXI. pontificatus noſtri anno* VIII.

(*d*) *Lib. brev. ann.* 1531. *p.* 80.

Moniti, ut pro Chriſto adverſa ferant.

In-

Digitized by Google

LXXVIII. Angliæ Regina adverſus virum leges implorat. (a) Ib. p. 25.

Ineunte hoc anno Pontifex, implorante legum opem Catharina Regina Angliæ, conquerenteque Henricum Regem non dirempta matrimonii cum ipſa jam ante contracti controverſia uxorem aliam ducere meditatum, ſuperioris anni decretum inſtauravit (a), atque anathematis pœnam Henrico propoſuit, ſi eo flagitio ſe contaminaſſet; controverſiaque nondum ſublata Catharinam Reginam in priſtina conjugalia jura reſtitui juſſit: omnes vero, qui opera & conſilio contra hæc tenderent, eccleſiaſticis cenſuris ſubjecit.

Clemens Papa VII. univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

LXXIX. *Exponi nobis nuper fecit chariſſima in Chriſto filia noſtra Catharina Regina Angliæ illuſtris, quod licet alias nos, poſtquam cauſam & cauſas recuſationis & appellationis & appellationum, ac validitatis ſeu invaliditatis matrimonii ex diſpenſatione apoſtolica inter Reginam ipſam, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Angliæ Regem illuſtrem & fidei defenſorem, multis jam decurſis annis prole ſuſcepta contracti & pacifice continuati, ipſiuſque diſpenſationis ac inter eos divortii dilecto filio noſtro Laurentio S. Mariæ in Tranſtyberim, & bonæ memoriæ Thomæ S. Cæciliæ presbyteris Cardinalibus in regno Angliæ tunc noſtris & Apoſtolicæ ſedis legatis de latere, omni recuſatione & appellatione remotis, per eos in eodem regno cognoſcendi per nos commiſſas ab ipſis Cardinalibus tunc legatis ad nos & ſedem Apoſtolicam pro parte ipſius Reginæ interpoſitæ, & interpoſitarum ad ipſius Reginæ ſupplicationem dilecto filio magiſtro Paulo Capiſuco capellano noſtro ac cauſarum palatii apoſtolici auditori, per eum audiendis & coram nobis in conciſtorio noſtro ſecreto*

Propoſitæ Anglo Regi cenſuræ ſi uxorem ſecundam inducat.

referendis nobis, etiam cum poteſtate Regem ipſum & alios citandi, ac eis & dictis Cardinalibus legatis, inhibendi etiam ſub cenſuris & pœnis etiam pecuniariis & per edictum publicum conſtito ſummarie & extraordinaliter de non tuto acceſſu, & alias commiſerimus; ipſeque Paulus auditor, conſtito ſibi de non licito acceſſu, citationem ipſam cum inhibitione ſub cenſuris, ac decem millium ducatorum auri pœnis, per edictum publicum in certis locis almæ urbis noſtræ, & in partibus in collegiatæ B. Mariæ Brugenſis, Tornacenſis, & parrochialis de Dumkerke oppidorum Morinenſis diœceſis eccleſiarum valvis affigendum, decreverat, & in eis præmiſſa legitime executa ac dictis Regi & aliis omnibus, ne in præjudicium litis & jurium dictæ Reginæ interim aliquid innovarent, mandatum fuerat, licet revocatis poſtea quoad ipſum Regem pœnis & cenſuris in inhibitione ac conqueſtione ipſius Reginæ nobis aſſerentis ad ejus aures perveniſſe; Regem ipſum lite pendente ac inhibitione & mandato ſibi factis prædictis non obſtantibus, ſe jactare ad ſecundas nuptias de facto devenire velle in ipſius Reginæ præjudicium non modicum, ac Regis prædicti animæ periculum, cupientes prout noſtro paſtorali incumbebat officio præmiſſis providere eidem Regi, ac quibuſvis utriuſque ſexus & illius domeſticis, ac etiam conſiliariis ſecretis, & aliis cujuſcumque gradus ſtatus dignitatis & excellentiæ perſonis diſtincte per alias noſtras in forma brevis literas ſub data Bononiæ die ſeptima martii pontificatus noſtri anno VII. interdixerimus, prohibuerimus, & diſtrictius inhibuerimus omnem licentiam, poteſtatem, & facultatem ab eis auferentes, ne ſub majoris excommunicationis, ſuſpenſionis, & aliis ſententiis, cenſuris, etiam interdicti appoſitionis, & ipſarum perſonarum inhabilitatis, & aliis pœnis, ſi contra feciſſent incurrendis; ipſeque Rex ne, antequam per debitam & finalem litis, & cauſæ hujuſmodi expeditionem clare liqueret, & ſibi licere de jure cum aliqua muliere cujuſcumque dignitatis & excellentiæ, etiam vigore cujuſvis diſpenſationis, & apoſtolicæ ſibi vel eidem mulieri etiam per nos conceſſæ, aut deſuper quomodolibet obtentæ vel obtinendæ, matrimonium vel ſponſalia contrahere, vel forſan contracta & conſummata etiam prole ſuſcepta continuare; perſonæ vero prædictæ, ne illis intereſſe, nec de eis ſe intromittere præſumerent, illis, ac Cardinalibus legatis, ac aliis quibuſcumque inhibendo, ne de prædictis aut dicto matrimonio, comminato etiam ſub nomine legatorum, aut privati aut alio quocumque modo, prout in eiſdem literis plenius continetur; & nihilominus etiam, poſt earumdem literarum noſtrarum prædictarum publicationem, affixionem, & executionem (quod non abſque animi noſtri diſplicentia intelleximus) adhuc Regem ipſum lite & illius ad nos advocatione, inhibitione, interdicto, prohibitione, & mandato noſtris prædictis non obſtantibus, ad ſecundas nuptias de facto devenire, ac in cauſa & cauſis prædictis, etiam per nonnullos prætenſos judices ſeu perſonas in illis procedi facere, & attentare velle, in non modicum ipſius Reginæ præjudicium ac Regis prædicti animæ periculum, necnon & ſedis Apoſtolicæ mandatorum contemptum: quare pro parte ipſius Reginæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ejuſ-

dem

dem honori ac ipſius Regis animæ ſaluti totiuſque regni tranquillitati conſulere, ſcandaliſque quæ exinde oriri poſſent obviare, aliiſque in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur.

LXXX. *Nos igitur attendentes juſtis & honeſtis petitionibus noſtrum aſſenſum denegari non debere, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate apoſtolica de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ſub irritantis decreti pœna, per hoc noſtrum edictum publicum in audientia noſtra contradictarum denuo publicandum, ac earumdem eccleſiarum valvis affigendum, cum alias præfato Paulo auditori conſtiterit ad illud eidem Regi intimandum non patere acceſſum, prout de præſenti non patet, eidem Regi & quibuſvis utriuſque ſexus, etiam illius domeſticis & ſecretariis, ac ipſius regni etiam Cantuarienſi legato nato, & aliis primatibus, archiepiſcopis, epiſcopis, ac etiam conſiliariis ſecretis, conſiliis, parlamentis, univerſitatibus, collegiis etiam judicum, & aliis quibuſcumque cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis dignitatis & excellentiæ perſonis & judicibus, quocumque nomine nuncupatis dignitate fulgentibus & authoritate functuris diſtricte interdicimus, prohibemus, diſtrictius inhibemus, omnem omnino licentiam poteſtatem, & facultatem ab eis auferentes, ne ſub majoris excommunicationis & ſuſpenſionis, ac quarumvis eccleſiaſticarum dignitatum, feudorum, beneficiorum, officiorum, & bonorum eccleſiaſticorum & ſæcularium, ac inhabilitatione ad ea & quæcumque alia in poſterum obtinenda, latæ ſententiæ pœnis eo ipſo, ſi contrafecerint, vel eorum aliquis contrafecerit, incurrendis: ipſe Rex, ne antequam per debitum & finalem litis & cauſæ hujuſmodi expeditionem clare liqueat id ſibi licere de jure cum aliqua muliere, cujuſcumque dignitatis & excellentiæ etiam vigore cujuſvis deſuper forſan ſibi, aut tali mulieri, aut alias quomodolibet etiam per nos & ſedem prædictam conceſſæ, vel concedendæ contrahendi licentiæ contracti, aut approbationis; nec aliqua mulier cum eodem Rege matrimonium vel ſponſalia contrahere, vel forſan contracta & conſummata, etiam prole ſuſcepta continuare; inhibendo etiam prædictis, vel quibuſvis aliis, quibuſcumque etiam, parlamentis, ne de lite & cauſa hujuſmodi & aliis prædictis, ac dicto matrimonio comminato etiam ſub nomine legatorum, aut privati, aut alio quocumque modo ſe intromittant: ſed cum etiam lite pendente nullus debeat poſſeſſione conjugii & debiti conjugalis ſpoliari, idem Rex, ut talem principem & Chriſtianum catholicum decet, dictam Reginam maritali tractet affectione, & litem ipſam coram ipſo Paulo legitime proſequatur, & illius finem ſua ſolita prudentia patienter expectet; ut propterea, ſi Rex præfatus vel alii inhibitioni, prohibitioni & interdicto hujuſmodi contravenerint, tale matrimonium ſeu ſponſalitia, ac omnia & ſingula tam per Regem, quam perſonas, parlamenta, univerſitates, collegia, & judices præfatos, & quoſcumque alios geſta & facta, præſumpta vel attentata tanquam nulla, irrita & inania de ſimilibus conſilio & aſſenſu irritamus & annullamus, ac prolem ex tali conjugio conceptam, genitam, ſuſceptam, concipiendam, vel ſuſcipiendam, tanquam in mala fide & illegitime ac ex adulterio natam illegitimam fore & eſſe decernimus; Regemque ipſum, ac omnes alios ſupradictos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas ex nunc, prout ex tunc incurriſſe declaramus, & ut taliter publicari ac publice nuntiari & evitari debere volumus, & etiam mandamus, &c.* Jubet has literas publice divulgari, & contrarias ſanctiones ſolvit. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* V. *januarii MDXXXI. pontificatus noſtri anno* VIII.

Vetat jus prioris conjugii violari.

Extant in eodem libro literæ (*a*) Clementis ad Henricum Regem multis paternæ benevolentiæ notis inſignes, quibus ſervati a ſe judiciorum ordinis cauſas explicuit, primum illi impenſe ſtuduiſſe conſtitutis Campegio & Volſæo Cardinalibus legatis ei addictiſſimis, qui in ipſius regno ferrent ſententiam; ſed Regina intercedente provocanteque ad ſedem Apoſtolicam, ſe ſupplicis preces repellere, nec juſti judicis officium denegare potuiſſe. LXXXI.

(*a*) *Ib. p.* 302.

Facti ſeveritatem apud Henricum excuſat Pontifex.

Regi Angliæ.

Nunquam quidquam tam acerbe dicet aut ſcribet ad nos ſerenitas tua, ut & veteris noſtræ erga te benivolentiæ, & ejus perſonæ, quam gerimus, a qua longiſſime omnis iracundia abeſſe debet, obliviſcamur. Itaque minime perturbato animo reſpondebimus ad literas tuas VI. *decembris datas: quas quidem aſperius, quam tua voluntas tulerit, aliorum impulſu ſcriptas judicamus; condonabimuſque Deo primum Regi regum, deinde ſerenitatis tuæ meritis erga nos omnem criminationem & querelam tuam, qua nos multis verbis tanquam erga te injuſtos & Reginæ in Cæſaris gratiam faventes arguis, quod cauſam matrimonii inter te & illam non iſthic, ut velles, ſed hic per nos ipſos cognoſci & decidi velimus. Quam rem, fili, ſi ſemoto affectu & ſedata perturbatione, ut optamus,*

Non eſſe juſtas regias querelas.

mus, perpenderis, nimirum, quæ tua ſemper fuit æquitas liquido perſpicies, nos aliud quam quod facimus, ſalva honeſtatis & juſtitiæ ratione, facere non poſſe; aliquid etiam forte feciſſe, quod nonnihil in te propenſi aliquibus viſi fuerimus. Primum enim, ita cupiente te, legatum iſthuc miſimus, qui cum altero Cardinale & legato iſthic exiſtente rem propius cognoſceret, & quod optabamus, ſi fieri poſſet, via concordiæ terminaret: quem quidem non antea revocavimus, quam Regina multum ante queſta ſe ream & alienigenam ad forum actoris trahi, cumque eo in ſuo regno litigare cogi, ad cujus nutum omnia in regno agantur. Tandem ab ipſis legatis ad nos & ſedem Apoſtolicam appellavit; juramentum quoque perhorreſcentiæ & ſuſpicionis ſuæ per legitimum procuratorem in Romana curia præſtitit: tum vero nos, qui juſtitiæ debitores omnibus ſumus, veterem hujus ſanctæ ſedis morem, & juris communis dictamen in hac ſecuti, cum cauſam pergravem ſuper ſpirituali ſacramento, & in tanto ſcandali periculo inter potentiſſimos Reges tanta animorum contentione permotam videremus; nos ipſi eam cognitionem ſuſcipiendam duximus, non quod laborem hunc & moleſtiam libenter amplecteremur, ex qua tantum tædii hauſimus, ſed ne noſtro officio, & prædeceſſorum noſtrorum conſuetudini deeſſemus. Itaque juſtitiæ tantum debito adducti, quemquam ſerius multo quam debuiſſemus, & re multum dilata, tandem de unanimi voto & conſilio omnium venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium cauſam appellationis a Regina interpoſitæ in noſtro rotæ auditorio, quod doctis & probatis viris refertum eſt, omneſque Chriſtianitatis præſertim eccleſiaſticas cauſas dijudicare conſuevit, ita commiſimus audiendam, ut ex utriuſque partis juribus diſcuſſam nobis poſtea referrent in conſiſtorio noſtro, & cum eorumdem Cardinalium conſenſu, & conſilio, & ſententia decidendam: quæ quidem & ex ſe ardua ob qualitatem articuli diſcutiendi, & ex perſonis præcellens noſtræ potiſſimum deciſioni apta & reſervata videbatur, ut Regum cauſæ non ab alio, quam a ſummo Pontifice & ſede Apoſtolica judicarentur. Quid aliud aut ſerenitas tua ſi noſtro loco fuiſſet, aut quiſpiam alius recti cultor in hoc egiſſet, quam quod nos egimus? Dedimus judices in tuo regno quoad pars non contradixit: at ubi illa reclamavit & appellavit, qua ratione appellantem non admitteremus, cum illa judicium ex loco & perſonis ſuſpectum allegaret, ſuſpicione non ſolum veriſimili, ſed etiam jurejurando ejus comprobata?

Ut faverit Henrico quantum potuit.

Reginæ appellationem repelli non poſſe.

Cauſam Cardinalibus commiſſam fuiſſe.

Hic tua ſerenitas verbis pluribus nullam ſuſpicionis cauſam fuiſſe contendit, propterea quod humaniſſime ſemper permiſeritis Reginam ſuo jure libere uti: quod & nos credere volumus: ſed tamen illi aliter credent, & juramento etiam affirmanti deeſſe in appellatione admittenda, & cauſa committenda non potuimus; id quod jure cautum, & conſuetudine ſemper obſervatum fuit. At controverſia ibi decidenda, ubi nata eſt. Ita quidem, niſi ubi ſuſpicio a parte intenditur, metuenturque collitigantis potentia, quæ etſi non vera & rationabili ſuſpicione, animum inferioris conturbet & minuat. Quod ſi tua ſerenitas de nobis etiam ipſis, qui judices & communes patres ſumus, ſuſpicatur ne plus alteri, quam tibi faveamus, quem putas eſſe debere Reginæ metum adverſus te ipſum in tuo regno litigandi; cum præſertim idem ipſe venerabilis frater archiepiſcopus Cantuarienſis, cui rem committi voluiſſes, quem nos alioqui virum fide & probitate præſtantem arbitramur, pro te contra ipſam Reginam nobis ſcripſerit, & ſtudioſe cum cæteris ſupplicaverit? Nec nos hoc dicimus quod de juſtitia & integritate tua aliquid ſiniſtri ſuſpicemur; ſed cum Regina eum locum ſe ſuſpectum habere dicat, atque etiam juret cum ejus ſupremo & potentiſſimo domino litigat, res ejuſmodi eſt, ut huic ſuſpicioni apud omnes, nedum apud judices, amplam facere fidem poſſit, utque tua probitas & humanitas alioquin perſpecta eſt, ita in hac dumtaxat cauſa, quæ tua tam intereſt, non poteſt ex Reginæ animo ea ſuſpicio ac metus convelli; cum præſertim inhibitione per edictum decreta, judici non ſolum ex Reginæ juramento, ſed ex teſtium depoſitione conſtiterit locum ei tutum non eſſe, non modo iſthic litigandi, ſed ne citationes quidem adverſus ſerenitatem tuam exequendi: quæ nos quidem, fili, tecum familiarius agimus, quam judicis officium poſtulet, cujus non eſt rationem ulli partium reddere, quid qua ratione faciat: ſed impellimur benivolentia in te noſtra, ut perſonam erga te parentis potius, quam judicis in ſcribendo gerere velimus, cupidi convellere ſuſpicionem de nobis tuam falſo conceptam, mutuumque ac veterem noſtrum amorem, ſi per te liceat, conſervare: quod ut juſtius a te impetremus acrimoniæ literarum tuarum non pari aſperitate, ſed paterna tantum charitate reſpondebimus. Multa ſunt enim in tuis literis, quæ tuæ ſerenitatis ſapientiam & æquanimitatem ſolitam, nonnihil etiam modeſtiam deſiderent, quæ nos quidem libenter omittimus, idque in primis quod tam crebro impingis nos Cæſari eſſe addi-
ctos,

LXXXIX.

Debere neceſſario audiri Reginam.

ctos, cui nos quidem, ut non negamus nos eſſe, & debere eſſe amicos ob communem tranquillitatem, & noſtrum etiam officium, ita illius cauſa contra tuam ſerenitatem, aut quemquam alium nihil unquam injuſte facturi ſumus: quod ſi illi non concedimus, contra te, ne tuæ quidem æquitatis eſt poſtulare, ut quidquam pro te injuſte contra illam faciamus: quemquam quod veriſſime dicimus nunquam Cæſar a nobis quidquam in hac cauſa poſtulavit, niſi quod jus merum poſceret: in quo ſi ejus materstra a te vincretur, tum ſe libenter acquieturum ſemper dixit, quandoquidem nulla ad eum hujus rei culpa pertineat; ſed in authores ejus matrimonii tota ſit reiicienda: tantum ſe pro ſui ratione honoris contendere, ne Regina per vim aut injuriam opprimatur. Illud vero miramur queri ſerenitatem tuam, & de litteris interceptis, quod falſo tibi relatum eſt, & prohibitos fuiſſe tuos Bononiæ, & in aliis terris noſtris, ne conſilia & allegationes juris prudentum pro te conquirerent: cum nos id tibi licere voluerimus, literaſque etiam noſtras ad hoc conceſſerimus, quas tu cum teſtes habeas noſtræ voluntatis, nullas habes tuæ ſuſpicionis: quod ſi probetur nobis ullos noſtros in hoc deliquiſſe adverſus & literas & voluntatem noſtram, aut nuntium noſtrum apud Regem Chriſtianiſſimum imprudentius de hac cauſa fuiſſe locutum, oſtendemus id vehementer nobis diſplicuiſſe. Digreditur dein ad alia Pontifex de quibus inferius.

Cæſarem tantum poſcere, ut juris ratio habeatur.

LXXXIII. Corrumpere auro annisum Regem Henricum plures legum doctores ac theologos, ut ipſius cupiditatibus lenocinarentur, atque matrimonium Reginæ Catharinæ oppugnarent, ita memorat Nicolaus Sanderus (*a*): *Rex partim certos viros ad Papam Clementem mittit, qui cauſam divortii ſui Romæ ſuſtineant, inter quos erat Thomas Crannerus, qui poſtea factus eſt Cantuarienſis antiſtes, partim per totum Galliæ regnum theologos & juriſconſultos conquirit, qui matrimonium ipſius cum Catharina conſtare non poſſe obſignatis tabulis affirmet, ut, ſi forte ſummus Pontifex (quod jam plane apparebat) ſententiam contra Henricum ferret, tamen fucata quædam academicæ authoritatis ſpecies ad tenebras hominum oculis offundendas non deeſſet: quod enim pauciſſimi quidam, & ii non doctiſſimi homunciones regiis pecuniis magna ex parte corrupti in variis academiis cenſere viſi eſſent, id Rex erat ſub ipſarum univerſitatum nomine divulgaturus, tanquam tot doctiſſimorum virorum tanta collegia ab ipſius partibus intrepide ſtetiſſent. Commiſſa eſt hujus rei cura in Gallia primum Reginaldo Polo Anglo, qui tunc Pariſiis ſtudiorum cauſa degebat, & Henrici Regis magna munificentia fruebatur: in quo viro nobiliſſimi generis ſplendor cum probitate morum & doctrinæ præſtantia certabat; ſed cum ille minus promptum ſe exhiberet, immo nullam in re tam turpi operam interponeret, adjunctus fuit ei quidam ſocius ex Regis ſenatu ad hominem extimulandum; ſed cum nec hac ratione adduci Polus potuit, ut diligentiam adhiberet, ſed potius per litteras apud Regem ſe excuſaret, delatum eſt negotium Guillelmo Langæo Gallo, cui cum charior eſſet pecunia regia, quam propria fama, quos potuit leguleios & theologaſtros in ſuas partes magno pretio adduxit.*

(a) Sander. de ſchiſm. Angl. l. 1.

Crannerus Regiæ cauſæ procurator.

Fraus illius inſignis.

Corrupti auro nonnulli juriſconſulti & theologi.

Aderant tunc Pariſiis Petrus Ferdinandus Braſilienſis epiſcopus, qui ad tractatum Alvari Gomeſii de conjugio Regis Angliæ cum relicta fratris ſui præfationem aſcribens ait ſe oculatum fuiſſe teſtem ejus largitionis quæ Henrici nomine tunc Pariſiis facta eſt: nonnulli ex theologis, *inquit*, adulterantes verbum Dei, & ambientes ſavorem hominum corrupti muneribus & largitione Anglorum (quæ moneta eſt Anglis familiaris) inciderunt in laqueum diaboli, & faverunt partibus Regis contra ſui animi ſententiam; neque vereor tam aperte hæc proferre, quando teſtis hujus rei ſum oculatus. *Hæc ille. Id quoque ſimili largitione fruſtra pertentatum fuiſſe in academia Colonienſi commemorat Petrus Leidenſis, qui propterea ſicut illius univerſitatis theologos ſummopere de ſpretis regiis pecuniis laudat, ſic aliorum quorundam gymnaſiorum turpiſſimam adulationem non tacet, ita enim ſcribit:* Et nullus unquam caſus potuit veſtram labefactare innocentiam, authoritatem deprimere, conſtantiam ſuperare; ſic nuper cum Rex quidam magnus & potens multis auri pondo ſperaſſet a vobis, quam petebat, ſententiam emere, ſpreto auro repulſus ſenſit inexpugnabilem animorum veſtrorum conſtantiam. Pudet referre quid interim ab aliis aliquot per fraudem & pretium univerſitatibus impetraverit, quamquam fruſtra nobis non accedentibus, neque in eandem vadentibus ſententiam: tanta eſt veſtra authoritas, talis veſter eſt candor: tale judicium veſtrum. *Hæc ille.* LXXXIV.

In aliis item Germaniæ univerſitatibus quid tentatum fuerit, ex his Joannis Coclæi verbis colligi poteſt, quæ ad Richardum Moriſonum Anglum partes Regis defendentem ſcripſit: Offerebatur, *inquit*, mihi his annis ſuperioribus ampla remunerationis & auri ſpes, ſi contra matrimo- LXXXV.

Digitized by Google

monium Regis cum Catharina vel ipſe ſcribere, vel univerſitatem aliquot Germaniæ ſententias, quales aliquot Galliæ & Italiæ academiæ dediſſent, procurare voluiſſem: ſed cum eſſet ea ſpes contra conſcientiam meam, dixi ſicut dixerat in prima ſui tentatione Balaam: *Si dederitis mihi plenam domum argenti & auri, non potero immutare verbum domini Dei mei, ut plus vel minus loquar aut ſcribam, quam in lege Domini habetur*. Sic Coclæus.

Quæſiti viri nefarii, qui ſententiam divortii probarent.

Idem etiam author memoriæ prodidit Huttonem quemdam Regis conſiliarium Namburgenſes & Lubecenſes ſolicitaſſe ad divortii probationem, eumdemque paulo poſt diro mortis genere Brunellis periiſſe. Adjungens deinde hæc ipſa verba ait: *Arbitror præterea paucos jam ſupereſſe ex omnibus illis doctoribus, qui prætexto academiarum aliquot nomine venali miniſterio divortium ſuaſerunt. Quidam etiam Crocus ſimili apud alias gentes largitione Regis nomine uſus dicitur, adeo ut peſtis hæc non modo Pariſienſem, Aurelianenſem, Andegavenſem, Toloſanam, Bituricenſem, verum etiam Patavienſem, & Bononienſem academias pervaderet. Reginaldus Polus, qui hæc omnia & optime cognovit, & graviſſime deplorat, ſcribit ſe ſatis admirari amentiam Regis nunquam potuiſſe, quod tantam pecuniæ vim effunderet, ut infamiæ notam ſibi ipſi ingereret hoc eſt ut per annos viginti nuptias inceſtuoſas coluiſſe exiſtimaretur. Omitto ceteros qui de his rebus queſti ſunt: etiam*

(a) Sleid. hiſt. l. 9.

Sleidanus (a), qui Annam Bolenam, quod hæreſi Lutheranæ faviſſet maxime laudat, tamen ſcribit Henricum illud divortium approbari curaſſe non ſine largitionis opinione. Quid quod ne in ſuo quidem regno Henricus potuit liberas & gratuitas theologorum ſubſcriptiones impetrare? quod & libere auſus eſt Polus, qui rebus interfuerat, ad ipſum Henricum in hæc verba ſcribere: Non erat dubium quin hæc tua cauſa in diſputantium ſcholas illata fautores habitura eſſet, cum Regem omni ſua authoritate ac opibus propugnantem haberet: invenit illa quidam aliquos, ſed ex iis, quos fames magis, quam fama moveret: nec tamen vel iſtos tam promptos, quam vos ſperaveratis: ut quæ initio cum iis, quæ iſtius patrocinium ſuſceperant, in ipſo tuo regno ex omnibus ſcholis exploſa ſit, ipſis etiam defenſoribus vario genere contumeliæ affectis. Nec certe ullo publico ullius gymnaſii Anglicani conſenſu ubi conſiſteret

Gymnaſia Anglica non probarunt divortium.

inveniſſet, niſi ea, quæ plus quam preces valere ſolent, apud multorum animos minarum refertæ regiæ literæ aciem jam inclinatam ſuſtinuiſſent. Quod ſi his copiis tibi domi pugnare neceſſe erat, nihil attinet me nunc dicere quibuſnam foris uterere. Hæc Polus & quidem ut de Cantabrigia altera Angliæ univerſitate nihil dicam, in qua plures aliquanto his mediis adducti licet non ex doctiſſimis Regi favebant, ſatis conſtat Oxonienſis academiæ publicum ſigillum communi doctiſſimorum hominum ſuffragio ſæpius negatum, vix tandem partim vi ereptum, partim clam ſubreptum fuiſſe. Et infra.

Pro matrimonio interim Henrici & Catharinæ ſcripſerunt apud Anglos plurimi per univerſum regnum; de quibus autem ego audivi: Joannes Roffenſis & Joannes Holimannus Briſtolienſis epiſcopi, Abalus presbyter, & ii ſeptem juriſconſulti, quorum antea mentio facta eſt: apud Hiſpanos vero Franciſcus Royas, Alfonſus Verveſius, Alfonſus de Caſtro & Sepulueda: apud Luſitanos, Alvarus Gomeſius: apud Germanos Joannes Coclæus diverſis operibus. Eraſmus autem Roterodamus, ut in ceteris rebus, ſic in hac cauſa dubium ſe & vafrum præbuit. Et paulo inferius: *Apud Belgas ſcripſerunt Ludovicus a Schora: apud Celtas, pauci quidem, ſed tamen judicium ſuum interpoſuerunt de ea cauſa Eguinarus baro Franciſci, Duarenus & Connanus: apud Italos Cardinalis Caietanus, Ludovicus Nogarola comes Veronenſis; & aliis in locis alii multi doctiſſimi viri.* LXXXVI.

Pro matrimonio Catharinæ ſcripſere doctiſſimi.

Præter hos plures alii conſulti a Clemente ſcripſere, extantque ejuſdem Pontificis literæ ad Philippum Decium & Raynaldum Petrucium inſignes juriſconſultos die VI. octobris hujus anni datæ (b), de controverſia excutienda, deque ſua explicanda ſententia, necnon ſcripta in utramque partem agitata ad eos tranſmiſit. Addit ſuperioribus Sanderus (c): *Rex vero ipſe, & illuſtres aliquot Angli ad Pontificem literas dant, in quibus petunt, ut cum regni plurimum interſit maſculum regni heredem extare, ſaltem hac de cauſa litem mature abſolvendam curaret, quo integrum Regi fieret aliam uxorem accipere.* Non modo Angliæ proceres, verum & Francorum Regem adhibitos interpretes pro eblandienda iniqua ſententia prædictæ pontificiæ oſtendunt literæ (d); quibus Clemens profeſſus eſt ſe mutare leges, & ab æquitate deflectere non poſſe. Refregit deinde iniquas Regis querelas hiſce verbis: LXXXVII.

(b) Lib. brev. ann. 1531. p. 473.

(c) Sander. eod. l. 1. de ſchiſm. Angliæ.

Cauſa politica quærendi divortii.

(d) Lib. brev. ann. 1531. p. 102.

Quod adiicis Chriſtianiſſimi Regis precum rationem non haberi prælatorum & nobilium tui regni interceſſionem a nobis contemni & derideri; nos quidem id quale ſit prorſus non videmus, cum & maximi faciamus eos, ſicut merentur, & ipſius LXXXVIII

Querelæ regiæ injuſtæ.

Reſpondet Clemens ſe nimium illi indulſiſſe.

Chriſtianiſſimi cauſa id ſtudioſe petentis rem primo ad unum menſem, deindeque ad quadraginta dies produxerimus, plurimum quidem reclamantibus Reginæ procuratoribus; prælatis autem & nobilibus tuis humaniſſime reſponderimus: rationes quoque adduxerimus cur quod peterent concedere nequiremus, qui ſane nullius precibus eguiſſemus in tibi complacendo, ſi ſimul tibi & juſtitiæ placere potuiſſemus: nec vero idem Rex ſingulari vir æquitate, nec tui etiam prælati & nobiles pro tua integritate aliud petendum a nobis duxerunt, aut ſe petere in animo & ſenſu ſuo exiſtimarunt, quam quod juſtitiæ congrueret: cujus quidem tanta vis eſt, ut neque Rex, neque prælatus, neque nobilis ullus rem injuſtam ſciens petat ſicut nec alteri ipſe concederet. Atque hoc totum intelligi volumus de ſolo appellationis articulo, quam non admittere locumque judicii non mutare non potuimus, ita communi jure communique conſuetudine exigentibus; nam de principali negotio nihil, dum loquimur, propterea, quod jura partium a nobis nondum cognita & diſcuſſa ſunt, quæ nos quidem, ſi a tuis exhibebuntur, ita medii & in neutrum declinantes æquo affectu parique lance expendemus, ut omnibus recto ſenſu euntibus manifeſtum hinc ſit futurum, nos humanis affectibus non ſerviviſſe; nos te in chariſſimi in Chriſto filii loco ſemper habere, tuique regni privilegia & tueri & augere cupimus: quibus quidem nullum fieri videmus præjudicium, ſi cauſa hæc mere eccleſiaſtica, & tanti momenti inter Regem & Reginam ſuper matrimonio vertens a Romano Pontifice judicetur, cum in ipſo regno ob rationabilem Reginæ ſuſpicionem judicari non poſſit. Verum ſi humano more aliquid ſerenitas tua in hoc concupierit, quod ei magis libeat, quam nobis liceat, petimus a te ne pluris tuum deſiderium facias, quam noſtrum officium a nobis fieri permittas: quod ſi a tua ſerenitate non impetrabimus, dolebimus quidem maxime; ſed tamen etſi de judicio aliquid, nihil certe de amore in te noſtro diminuemus. Oramus Deum omnipotentem, ut te eundem nobis, & univerſæ Chriſtianitati, quem antea præſtet, communi tranquillitati & divino honori ſemper inſervientem, quod & futurum ſperamus: nos enim, dempta hac una perſona judicis, eos nos tibi ſemper præſtabimus, qui erga te antehac fuimus, eſſeque debuimus quemadmodum hæc latius dilectus filius baro Burgii nuntius apud te noſter tuæ ſerenitati explicabit, cui fidem ſolitam habere velis. Dat. Romæ die VII. januarii MDXXXI. pontificatus noſtri anno VIII.

Ex legum præſcripto laturum ſententiam.

LXXXIX. Præfecti male epiſcopi ad voluntatem Regis.

Cum in hac cauſa reſcindendi conjugii regiis cupiditatibus aſſentiri non poſſet Clemens, in aliis, quæ honeſta videbantur, morem geſſit Henrico: nam ejus rogatu Eduardum Leeum Eboracenſi archiepiſcopatui, ac Stephanum Gardinerium epiſcopatui Wintonienſi XXIII. octobris præfecit (*a*). Cujus etiam precibus permotus contulit poſtea Pontifex Cantuarienſem archiepiſcopatum Thomæ Cramnero, de quo Paulo ante memoratum eſt. Sed multum nocuit rei Chriſtianæ preces Regis admiſiſſe, cum ille eas dignitates tribuendas curaret viris perditis, qui ipſius libidini ad evertendam in Anglia hierarchiam eccleſiaſticam atque hæreſim propagandam ſervirent; illos enim præcipuos defectionis a Romana eccleſia, excitandæque in Anglia impietatis adminiſtros fuiſſe, refert Sanderus (*b*): Cum, inquit, *Henricus multis Dei præclaris donis antea præditus gratias Deo non ageret, ſed in cogitationibus ſuis evaneſceret, Annam Bolenam æternæ ſaluti ſuæ, atque adeo ipſi Deo anteponeret, ne qui æternam mercedem contempſiſſet, hac ſaltem corruptibili privaretur, Deus ei permiſit, ut ſuæ libidini, quam pro Deo jam colebat, ſatisfaceret. Itaque Guillelmum Varamum excellentem virum, qui fuerat archiepiſcopus Cantuarienſis & ſumme ſtudio Reginæ partes adjuverat, e vita illis ipſis diebus evocavit. Tunc Rex tanti honoris locum ſibi perire nolens omnino decrevit nemini eum præterquam tali viro dare, qui ſuæ libidini ſummis viribus obſequeretur. Hoc Thomas Bolenus, qui putabatur Annæ Bolenæ pater ſubodoratus, ratuſque pulcherrimam ſibi nunc dari occaſionem ſuam ſuæque filiæ cauſam provehendi, Regem adit, ſicque affatur: Jamdudum, o Rex, domi meæ habeo presbyterum illum doctum, gravem, & modeſtum, cujus fides abunde tuæ majeſtati probata eſt in ea, quam apud Pontificem geſſit legatione. Hic mihi a ſacello jamdiu fuit, eundemque novi erga divortium hoc tam ſincere affectum eſſe, ut ſi tua majeſtas eum creaverit archiepiſcopum, in me recepturus ſim facturum illum quidquid a ſubdito quodam expeti, aut etiam deſiderari queat. Placuit conditio, maxime quod Anna Bolena in eandem ſententiam Regi ſupplicaſſet. Cramnerus ergo deſignatur ea*

(*a*) *Ibid. p. 605.* Promoti viri perditiſſimi.

(*b*) *Sander. l. 1. de ſchiſm. Anglic.*

Colit Henricus libidinem pro Deo.

Cramnerus flagitio evectus ad Cantuarienſem archiepiſcopatum.

con-

Digitized by Google

conditione archiepiſcopus, [1] ut etiamſi Romanus Pontifex ſecundum Regis & Catharinæ matrimonium ſententiam ferret, ille tamen eu adverſo pronuntiaret Catharinam neceſſario eſſe repudiandam. Cum autem Reu communioni ſedis Apoſtolicæ nondum plane renuntiaſſet, eu eoque Cramnerus neceſſario deberet a Pontifice Romano ſuæ dignitatis confirmationem petere, omnem porro aditum ad ſolemnem unctionem capiendam ſibi videret interceptum, niſi ex canonum decretis Romanæ cathedræ communionem ſe perpetuo ſecuturum juratus affirmaret, eam vero mentem Regis perſpiceret, ut potius Pontificis Romani communionem prorſus rejecturus eſſet, quam Annæ Bolenæ conjugio cariturus, ita ſe geſſit homo vafer, ut duobus dominis etiam contraria præcipientibus per ſummam ſimulationem inſervire conaretur.

XC. *Et quia Regem ſui ſimillimum eu animo amabat, Pontificem vero dumtanat timebat, in Regis gratiam voluntarium & præmeditatum perjurium homo impius elegit, ut eo gravius poſtea Pontificem nihil tale cogitantem vulneraret. Tabellionem itaque accerſit, ei denuntiat ſe jurato quidem promiſſurum Pontifici Romano canonicam & conſuetam obedientiam: ſed priuſquam id agat velle ac jubere, ut tabellio per publica inſtrumenta conteſtetur, id invitum ſe facere, nec quidquam minus in animo ſuo eſſe, quam ut in Regis detrimentum Pontifici Romano fidem ſervet. Hac præfatione edita ſigilliſque, ac teſtibus [ne forte perfidia ejus apud Regem in dubium veniret] munita, ſolemne jusjurandum Pontifici Romano more majorum exhibet, ſimulque archiepiſcopatus poſſeſſionem invadit. Quibus rebus ita ſe probavit Regi, ut plane dignum patella operculum fuiſſe dicas: fuit enim non ſolum depravatus hæreſi, ut poſtea apparuit (quam etiam ob cauſam Maria deinde regnante flammis traditum vidimus) verum etiam libidini ſupra modum deditus, adeo ut eu Germania rediens fœminam quandam eu hoſpitio in Angliam tulerit, eandemque per multos annos, cum archiepiſcopus eſſet, circumferri ſecum in ciſta curaverit, ad explendam libidinem, donec mortuo tandem Henrico palam in uxorem ſub Eduardo Rege eam duxerit. Hic ergo dignus ab Henrico delectus eſt præſul, qui ſuæ libidini patrocinaretur: ſic enim in omnibus rebus ad Regis nutum ſe componebat, ut eſſent, qui ab Henrico multis poſt annis audierint cum diceret, unum eſſe Cramnerum Cantuarienſem præſulem, qui nulla unquam in re ipſius voluntati defuiſſet.*

Perfidia illius deteſtanda. Hæreſi & impudicitia contaminatiſſimus fuit.

XCI. Trahebatur ita in exitium Henricus Anglorum Rex lenociniis aſſentatorum, qui intentatas a Pontifice eccleſiaſticas cenſuras ſprevere; ſimulque impudicis amoribus ita ſe inflammari paſſus eſt, ut poſt incuſſam anathematis religionem vehementius ad vetitas Annæ Bolenæ nuptias exarſerit: Lutheraniſmus enim, ut libidinum licentiam & conjugiorum diſſolutionem facile permittit, mire arridere cæperat, tum Hentico tum aulicis, quibus indignum videbatur non permitti a Pontifice, ut, cum Henricus prole maſcula, quæ ſceptri Aglicani majeſtatem ſuſtentatura eſſet, careret, ex novorum evangeliſtarum aut veterum gentilium inſtitutis uxorem pro retinendo Anglici nominis ſplendore, commutaret. Fuiſſe autem hanc novatorum doctrinam hauſtam e lupanari docet Joannes Eckius diſertiſſimis hiſce verbis (a): *Lutherani facillime ſeparant conjuges & pro arbitrio rurſus ſinunt contrahere, quamvis ex eis nonnulli inter conjuges diſcernunt, dicentes eum, qui in adulterio non peccarit, poſſe contrahere denuo: ei autem qui adulteratus eſt matrimonium prohibent, totumque adeo illud faciunt ſine ſcriptura, immo & contra ſcripturas tantum eu humanis conjecturis, & moribus gentilium, non reſpiciendo neque morem neque honeſtatem Chriſtianorum. Volens taceo temeritatem, & in libidine demerſam Lutheri impietatem, qui nimis leviter & impudenter indulget viro ſeparationem, ſi uxor recuſet debitum, vel ut ſecedat ad ancillam permittit. Eandem quoque ſeparationem, ſi maritus aliquid commiſiſſet dignum ſupplicio capitali, ſi furore correptus eſſet, ſi uxorem tractaret durius, ſi ab*

Impulſus in exitium Henricus ab aſſentatoribus.

(a) *Jo. Eckius homil. 74. de matrim.*

Confictæ ab hæreticis cauſæ pro diſſolvendo matrimonio. Lutherus lenonum princeps.

NOTÆ [1] Crammeri aſſumptio ad epiſcopatum Cantuarienſem male hoc anno ab Annaliſta exhibetur; ea Anglicis enim ſcriptoribus diſcimus illum anno 1533. martio menſe ſacram epiſcopalem unctionem obtinuiſſe, Burnet Hiſt. de la Reforma. de l'egliſe d'Anglet. tom. 1. pag. 524. Cui Sane ſcriptori ſi fidem habeamus, longe plures Europæ academiæ ſententiam pro Henrico tulerunt, pronunciantes ejus cum Catharina connubium jure divino nullum & irritum declarari. Vide lib. 2. pag. 140. verſionis Gallicæ Roſemondi pag. 140. Inter has academias recenſet in Italia Bononienſem, Patavinam, Ferrarienſem, in Gallia Aurelianenſem, Burgenſem, Tholoſanam, & quod caput eſſe indicat Pariſienſem Sorbonæ. Verum de Ferrarienſi ipſe pariter fatetur, latam ab illa ſententiam nunquam in tabulas publicas redactam fuiſſe, & de Pariſienſi conſtat in ſententiam plane oppoſitam deſcendiſſe; ex quo ſcriptoris hujus fides ſuſpicioſa efficitur. Mansi

ab ea diſcederet citra voluntatem, ſi nimium diu abeſſet in peregrinatione, & hujuſmodi multa proponit, quæ etiam audire honeſtus exhorreſcit animus: quamvis in alio loco ipſe ſibi rurſus contradicit, negans ſeparandos eſſe conjuges. Adulterium docer. *Inſuper ait malle ſe relinquere alicui uxores duas, quam ut eum ab una ſeparet. Adhæc docet quomodo mulier, quæ liberos ex marito non habet, clam confugiat ad fratrem ejus, aut quemcumque alium ducat maritum, & tum filium priori tradat marito. Hujuſmodi multa docet, quæ neſcio, quo magis facerent quam ad evangelicam eccleſiam: & tamen iſte evangelicus propheta ſibi ſuiſque mirifice placet. Hujuſmodi impudentia, & extrema levitate tales articulos Lutheranæ hæreſis quadringentos Auguſtæ obtuli excuſos cæſareæ majeſtati, non recuſans illos, ut erroneos publica diſputatione convincere, ſicuti nonnullos Lutheranos ſuper ea reconveni; impetrare tamen non potui, ut aliquis contra me in arenam ad diſputandum deſcenderet. Confutationem iſtorum errorum principio aggredior ex teſtimonio ſcripturæ, deinde ſanctorum patrum, doctorum eccleſiæ Latinæ & Græcæ, mox conciliorum quoque approbatorum, & totius Eccleſiæ ſano & vero intellectu, &c.* At de miſerando in has ſordes Henrici Regis lapſu proximo anno dicetur.

XCII. (a) Felix Contelor. in elencho. Auctum Cardinalium collegium.

Interea auxit (a) Clemens Cardinalium collegium, donatis ſacra purpura precibus Cæſaris adductus Alfonſo Hiſpalenſi & Joanne Compoſtellano archiepiſcopis; cumque Franciſcus Gallorum Rex Pontificem ipſum rogaret, ut Toloſanum archiepiſcopum eadem dignitate exornaret, ille hac excuſatione uſus eſt: *Diutius quam putaras*, nimirum Carolus V. *ab Hiſpania abfuturus & in Germania manſurus ob Turcarum motus & impacatos Lutheranos pervicit a nobis ſacroque collegio, publica utilitate ſuadente, ut dictos archiepiſcopos alterum*, ſcilicet Joannem, *ſui conſilii caput, alterum*, nempe Alfonſum, *generalem Hiſpaniarum inquiſitorem, hac dignitate addita redderemus promptiores aptioreſque ad operam ſibi pro re Chriſtiana abſenti navandam, &c.* XXIII. *martii MDXXXI. an.* VIII. Poſtea ineunte junio ad Joannem Alfonſumque in Hiſpanias tranſmiſit Clemens cardinalatus inſignia; necnon ſacramenti formulam, quam inter divina myſteria ſolemni ritu ab aliquo inſigni præſule celebranda, erant nuncupaturi de quo extant Joanni ipſi archiepiſcopo Compoſtellano hæc data mandata (b).

(b) Lib. brev. ann. 1531. p. 354.

Dilecto filio noſtro Joanni S. R. E. presbytero Cardinali Compoſtellano.

XCIII. Clementis ad Compoſtellanum archiepiſcopum literæ.

Nuper te, ſicut ad te tunc ſcripſimus, ex certis cauſis tunc expreſſis de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, necnon apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Dei laudem, & S. R. E. exaltationem in ejuſdem eccleſiæ presbyterum Cardinalem aſſumpſimus, aliaque voluimus & fecimus in tui favorem, prout in aliis noſtris ſub plumbo confectis literis plenius continetur. Volentes autem literas eaſdem plenum effectum ſortiri, nec quidquam deeſſe, quin tu omnibus inſigniis, quibus cæteri Cardinales pro tempore creati & publicati uti debent & poſſunt, uti poſſis & debeas, circumſpectioni tuæ aliquem epiſcopum ſeu archiepiſcopum, qui prius ſolemni miſſa in aliqua eccleſia per te eligenda celebrata tibi coram eo conſtituto, recepto prius a te juramento, cujus forma inferius annotata eſt, ſolita benedictione benedicat, annulum ſaphyri in annulari digito tuo immittat, ac pileum rubrum, quem tibi per præſentem latorem Joannem de Pomar camerarium noſtrum ſecretum, nobilis viri Viceregis Majoricarum naſum mittimus, capiti tuo imponat, tibique ut omnibus & ſingulis cardinalatus inſigniis ac cæterorum Cardinalium privilegiis etiam voce activa & paſſiva, prout in aliis noſtris literis prædictis tibi conceſſimus, deinceps libere & licite uti poſſis, authoritate noſtra concedat, eligendi licentiam & facultatem authoritate apoſtolica earundem tenore præſentium concedimus & indulgemus. Juramenti autem per te præſtandi, quodque publicum in inſtrumentum redigi, & per te nobis ſtatim mitti volumus, tenor ſequitur, & eſt talis.

Ego Joannes Cardinalis promitto & juro quod ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro ſanctæque Romanæ eccleſiæ, & Domino Clementi Papæ VII. ſuiſque ſucceſſoribus canonice intrantibus, non ero in conſilio aut conſenſu vel facto, ut vitam perdant aut membrum ſeu capiantur mala captione aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel injuriæ aliquæ inſerantur quovis quæſito colore; conſilium vero, quod mihi credituri ſunt per ſe aut nuntios ſuos ſeu literas ad eorum damnum me ſciente nemini pandam: papatum Romanum & regalia B. Petri, adjutor eis ero ad retinendum & defendendum ſalvo ordine meo contra omnem hominem: legatum Apoſtolicæ ſedis in eundo & redeundo honorifice tractabo & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo: jura, honores, pri- XCIV.

vi-

vilegia & authoritatem Romanæ eccleſiæ Domini noſtri Papæ & ſucceſſorum prædictorum conſervare, defendere, augere & promovere curabo, nec ero in conſilio vel facto ſeu tractatu, in quibus, contra ipſum dominum noſtrum vel eandem Romanam eccleſiam aliqua ſiniſtra vel præjudicialia perſonarum, juris, honoris, ſtatus, & poteſtatis eorum machinentur; & ſi talia a quibuſcumque tractari vel procurari novero, impediam: hoc pro poſſe & quantocyus potero ſignificabo eidem domino noſtro vel alteri, per quem poſſit ad ipſius notitiam pervenire: regulas ſanctorum patrum, decreta, ordines ſeu diſpoſitiones, proviſiones & mandata apoſtolica totis viribus obſervabo, & faciam ab aliis obſervari: hæreticos, ſchiſmaticos & rebelles eidem domino noſtro vel ſucceſſoribus prædictis pro poſſe perſequar, & impugnabo; poſſeſſiones vero ad menſam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo inconſulto Romano Pontifice, etiam cum conſenſu capituli mei: & ſi ad alienationem aliquam devenero, ex nunc prout ex tunc pœnas in quadam apoſtolica ſuper hoc edita conſtitutione contentas volo incurrere ipſo facto. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei evangelia. *Dat. Romæ die* IV. *junii MDXXXI. pontificatus noſtri anno* VIII. Conceptæ ſunt eodem exemplo literæ ad Alſonſum archiepiſcopum Hiſpalenſem ſupremum in Hiſpania fidei cenſorem miſſæ.

XCV. *(a) Eod. lib. brev. an. 1531. p. 654.*

At increpuit poſtea Clemens (*a*) Joannem Compoſtellanum Cardinalem de violata connivente ipſo eccleſiaſtica libertate, cum Hiſpaniæ ſanctiori conſilio Caroli V. nomine præeſſet: regii quippe adminiſtri aſſerendæ regiæ authoritatis ſpecie pontificiam cœperant obterere, decreta apoſtolica in cauſis eccleſiaſticis floccipendere, atque in eos qui illa excipiebant vario pœnarum genere ſævire, necnon anathematis religionem conculcare: quod cum hæreſi panderet iter, Pontifex hiſce literis ipſos officii commoneſecit (*b*), ac ni male cœpta contra juris pontificii authoritatem unius menſis flexu reſcinderent, ipſos anathematis pœnam ſubituros promulgavit.

Regii adminiſtri in Hiſpania pontificiam auctoritatem labefactant. *(b) Ib. p. 639.*

Conſilio Hiſpaniæ.

Nihil hoc tempore iſtinc audimus frequentius, quam in dies magis a veſtris edictis & decretis apoſtolicam libertatem & authoritatem imminui, ac literarum apoſtolicarum executionem & obedientiam prohiberi, illiſque utentes, & illas exequentes carceribus & pœnis juſſu veſtro mulctari: quæ quidem tanquam a catholico animo & titulo Regum veſtrorum diſcrepantia, ab eorum certa ſcientia & voluntate minime procedere credimus; eorumque majeſtates, ad quas etiam ſuper hoc ſcripſimus, pro inclyta ipſarum pietate hæc debite corrigi juſſuras eſſe ſperamus. Vos autem miramur ea dignitate homines tam parvam rationem ducere anathematis & aliarum pœnarum in tales prædeceſſoribus noſtris ac nobis in die cœnæ Domini quotannis inflictarum: quamobrem cum ex debito noſtri aſtringamur officii tueri apoſtolicam authoritatem, quo in ſtatu eam a prædeceſſoribus noſtris accepimus, primum vos & quemlibet veſtrum paterne monemus, exhortamurque in Domino, ut intra menſem a receptione præſentium omnia edicta & decreta contra literarum apoſtolicarum executionem vel obedientiam a nobis emanata revocaſſe & deinceps ab impedimento ac prohibitione illarum deſiſtere debeatis, aliter vos dicto menſe elapſo & deinde quoties contraveneritis dictas pœnas incurriſſe ex nunc prout ex tunc & e converſo declaramus, & ab illis vos per neminem alium, quam nos abſolvi poſſe decernimus, niſi in mortis articulo conſtitutos: nec deinde niſi deſtiteritis nos ab acrioribus remediis adhibendis pro noſtro officio deſiſtemus, &c. Dat. Romæ XXIII. *decembris MDXXXI. pontificatus noſtri anno* IX.

Moniti officii a Clemente.

XCVI. *(c) Ib. p. 638.*

Expoſuit eadem Clemens Carolo V. Imperatori (*c*), preceſque addidit, ne regnante ipſo pontificiam authoritatem, quæ etiam tum culta in Hiſpania fuerat, infringi pateretur: *Quæ quidem*, inquit, *ſicut a catholico animo & inclytis operibus majeſtatis tuæ nunc in Germania pro ſancta fide & apoſtolica authoritate tam incumbentis diſcrepant, ita nobis admirationem dederunt, quod tui tibi non reſpondeant.* Et infra: *Nec, fili, permittas ut in illo Hiſpaniæ regno, in quo omnes ante te Reges tuique præcipue avus & pater inſignis memoriæ per tot retro ſæcula obedientiam ſedi Apoſtolicæ, & apoſtolicis literis continuam præſtiterunt, nunc tuo primum tempore, teque regnante, & in tanta tua nobiſcum animorum conjunctione ea imminuatur. Itaque expectabimus cupide a filiali protectione & reverentia majeſtatis tuæ erga dictam ſedem, cujus advocatus jure Romani imperii exiſtis, ut hæc quæ nomini pietatis tuæ non minus quam noſtro honori officiunt, per tuam abſentiam & ut credimus, ignorationem geſta in præteritum corrigantur, & in poſterum prohibeantur, &c. Datum Romæ* XXIII. *decembris MDXXXI. pontificatus noſtri anno* IX. Queſtus etiam Clemens

apud

(a) Ib. p. 640.
(b) Ib. p. 24.
(c) Ib. p. 100.

apud Imperatricem de illata a regiis adminiſtris pontificiæ digoitati injuria, eam eſt adhortatus (a), ut in priſtinum ſplendorem libertatem eccleſiaſticam in Hiſpania reſtituendam curaret. Pro tuendis autem Romanæ eccleſiæ juribus, cum jam ante Cæſar controverſiarum de Ferrariæ & Mutinæ juribus arbiter delectus eſſet inter Pontificem & Alfonſum Ateſtinum, conſtituti ſunt ad agendam cauſam XII. kal. februarii Hieronymus epiſcopus Vaſionenſis & Alexander dux Pennenſis Pontificius pronepos. Conqueſtuſque etiam eſt apud Cæſarem Clemens (b), non modo ab Ateſtino Mutinam occupatam, ſed ne quidem deſignatum epiſcopum Mutinenſem ad eam adminiſtrandam admitti. Cum vero regulus Vaurenſis Tuſculanam toparchiam affectaret, atque ad petita eblandienda Cæſarem interpretem adhibuiſſet, ea excuſatione uſus (c) eſt Clemens, poſtulatis ſe annuere non poſſe, cum is locus ob ſalubritatem cœli accommodus eſſet, ad quem Pontifices graſſante lue perfugerent.

XCVII. Mutata reipublicæ Florentinæ forma.
(d) Jov. hiſt. ſui temp. lib. 29.

Eodem anno delata priori Florentinæ reipublicæ forma ex Cæſaris decreto Alexander Medices dux Etruriæ renuntiatus eſt, ut accurate narrat Paulus Jovius his verbis (d): *Advenere ab Auguſta Vindelica decreti Cæſaris diplomata ſolemnibus latæ membranæ codicillis perſcripta obſignataque aureo ſigillo, quibus Cæſar diſerte explicabat, ſe idcirco ab Hiſpania veniſſe in Italiam, ut ſublatis bellis certam atque optimam pacem afflictis Italiæ rebus apportaret, contentiones tolleret, parataque cum omnibus quibus cum antea armis contendiſſet concordia, ſacrum bellum contra Turcas indiceret, quo nihil ſibi antiquius atque nobilius vel reipublicæ Chriſtianæ utilius fore exiſtimaret: unos omnium vero repertos eſſe Florentinos, qui pacis & tranquillitatis nomen odiſſent, animos feroces iniquiſſime retinerent, & cum privato tum publico commodo obſtinatius adverſarentur, utpote qui antea rebelles animos induerint, Mediceam familiam, a qua privatim & publice commoda atque ornamenta ingentia omnibus temporibus accepiſſent, patria pepulerint, oblitique prorſus beneficiorum & immunitatum quas ſuperiorum Cæſarum indulgentia liberalitateque retuliſſent, ab ipſius demum authoritate diſceſſerint, ipſorum copias & duces adverſum ſe Neapolim miſerint adventantique exercitui ſuo portas occluſerint: quas multiplicis injuriæ contumelias, quum pati non poſſet & ſuæ dignitatis eſſe ſtatueret, rebellem civitatem perdomare, coactum fuiſſe inferre arma poſtquam tentata ſæpe concordia atque æquiſſimis oblatis conditionibus vel vitio temporum vel pertinacium quorumdam civium malignitate corrupta a pace ſe prorſus alienam oſtendiſſet: propereaque integrum fere annum obſederit, ſe tamen quum armis fameque perdomitam jure optimo expugnare atque militibus diripiendam tradere poſſet, nihilo ſecius cæſareæ clementiæ nunquam oblitum populi reſipiſcentis pœnitentia fuiſſe contentum, atque ipſum Pontificis maxime precibus adductum conſervare voluiſſe.*

Expoſita Florentinorum perduellio.

XCVIII. *Quum vero ſicuti ex deditionibus conditionibus liqueret, ipſius auguſtæ poteſtatis imperatoriique arbitrii ſit leges condere & rempublicam ordinare; ideo optimum fore exiſtimabat, quod perpetuam civitatis tranquillitatem reſpicere videatur, Mediceam familiam reduci atque reſtitui in priſtinam dignitatem; & quoniam præclare manifeſteque conſtat, in liberis civitatibus nunquam vigere concordiam propter diverſa diſſidentium facile civium ſtudia, eaſque improſpere ſemper atque infeliciter regi, niſi ſtabili perpetuoque capite gubernentur; declarat Alexandrum Medicem quem ſibi generum aſciverit, reipublicæ caput: cujus ſinguli magiſtratus authoritatem ſequantur, eaque dignitas ad liberos ejus legitimos pertineat, atque his deficientibus ad proximiores Mediceæ ſtirpis totius ejus præeminentiæ & dignitatis jura devolvantur; ſubindeque Cæſar cuncta veterum beneficiorum atque immunitatum privilegia, quæ alias promeruerint ſyncero affectu confirmat, hæc ut perpetuo ſerventur imperat, & his, qui violaverint, decem myriadum puri auri mulctam indicit.*

Alexander Medices dux creatus Florentiæ.

XCIX. *Eo die videre, ſubnotareque licuit diverſiſſimos eorum civium vultus, qui ordinatim ad tribunal aſcendentes non obſcura juriſjurandi ſignificatione in ſententiam dictatoris pedibus ibant, atque his quas dixiſſet Cæſar legibus obtemperaturos confirmabant; nam quum multi præ gaudio plorarent, quod ſe in poſterum incolumi & pacata patria inteſtinæque diſſenſionis & turbulentiæ omnis malo vacua liberata potituros proſpiciebant, diverſo animorum habitu plerique alii triſtes atque demiſſos vultus certi doloris indicia præferebant, uſque adeo procul a diſſimulatione poſiti, ut emigrantis & ereptæ libertatis exequiis intereſſe viderentur: ea ſiquidem die quæ julias nonas anteceſſit anni trigeſimi primi ſupra milleſimum & quingenteſimum, dictaturæ ſimul & decurionum nomen antiquata veterum magiſtratuum formula ſublatum eſt, & principatus ex decreto Cæſaris in civitate vel non plane libero civium aſſenſu feliciter introductus.*

Hoc

C. Hoc eodem anno Bonifacius marchio Montisferrati Palæologorum Cæſarum Conſtantinopolitanorum ſtirpe procreatus obiit (*a*): cui cum Georgius patruus ſucceſſiſſet, & Bonifacii ſororem Frederico Gonzagæ Mantuæ regulo, qui primus a Carolo V. titulos ducales obtinuerat, in matrimonium collocaſſet, primo anno moriens illi principatum reliquit; atque ita Mantuana & Montisferratenſis ditio conjunctæ fuerunt.

(*a*) *Franciſc. Sanſovin. l.* 15.

Ut Mantua & Monſferratus conjuncti ſint.

CI. Conceſſit hoc anno Pontifex Hieronymo de Villanova archiepiſcopo Calaritano ſacras reliquias, quas ab urbe in poſtrema ejus direptione avectas vidimus, cum prædatores Hiſpani ſævientis maris tempeſtatibus perterriti, tactique religione eas eccleſiæ Calaritanæ commendarant, ubi a populo qua par erat pietate cultæ fuere: ſanxitque Clemens (*b*), ut recurrente quotannis ſacro aſſumptæ in cælum Virginis die ab archiepiſcopis Calaritanis publice oſtenderentur populis, quibus etiam ſacra indulgentiarum præmia propoſuit.

Reliquiæ ex urbe avectæ conceſſæ archiepiſcopo Calaritano.

(*b*) *Lib. brev. an.* 1531. *p.* 354.

CII. At de Europæis rebus hactenus; nunc Americanas, quæ propagata latius fide in dies effloruere perſtringamus. Cum fides catholica in Germania & aliis regnis ſeptentrionalibus deficeret, a viris piis prædicatum eſt, hoc tempore gentem aliquam ſuperſtitionibus diabolicis deditam ad unius Dei cultum religionemque traductum iri; inter quos Joannes Eckius (*c*) inſignis theologus id ſequentibus argumentis comprobabat: *Quoties populus Dei a vero ejus cultu in fide deſcivit, toties alium populum fidelem ſibi Deus in alio loco ſuſcitavit; cum autem per novas ſectas Lutheranorum, Zuinglianorum, Anabaptiſtarum Chriſtus plures animas amiſit, quæ mittuntur catervatim in orcum ad parentem omnis ſchiſmatis & diſcordiæ, in æternum damnationem, ut magnæ civitates, magni ducatus & dominia inficiantur hujuſmodi peſte, ubi jacet neglecta religio, cultus Dei aboletur, ſancti Dei contemnuntur, templa profanantur, deſtruuntur altaria, & monaſteria in uſus prophanos & armamentaria uſurpantur: Deus autem non vult propterea carere ſervitoribus & cultoribus: unde jam fide Chriſtiana incipiente deficere in Germania, in Dacia, in Norvvegia, in Pruſſia, &c. alicubi Deus ſuſcitabit ſibi populum fidelem, qui ſine ſchiſmate & hæreſibus ei integre deſerviat.* Id rationem divinæ providentiæ expoſcere oſtendit. Fuere illi non Bulgari, non Myſii, non Macedones, quos opinabatur Eckius a Carolo V. armis perdomitos Eccleſiæ ſe aggregaturos, ſed Mexicani, apud quos jacta jam ante evangelii ſemina vidimus, fungente apud eos legati apoſtolici munere Martino Valentino Minorita tam proſpero ſucceſſu, ut in datis hoc anno ex Mexicano regno literis (*d*) ad Matthiam Weiſſen commiſſarium, ut vocant, generalem familiæ Ultramontanæ teſtetur decies centena Mexicanorum millia ſacro baptiſmatis fonte luſtrata fuiſſe, atque in dies uberrimas ſegetes evangelicas adoleſcere.

(*c*) *Jo. Eckius to.* 3. *de ſpe vict. contra Turc. homil.* 5.

Conjicit Eckius novos populos traducendos ad fidem.

Amplificata fides apud Mexicanos.

(*d*) *Ext. apud Vvadding. to.* 8. *ann.* 1530. *n.* 1.

CIII. *Nos quidem*, inquit, *conſtituti ſumus in extremis mundi partibus, ubi Chriſti evangelium a filiis & ſubditis veſtris primum cœpit prædicari, & nova fidei ſemina pullulare in arentibus antea ſulcis, quia rivos ejus inebrians gratia ſalutaris in ſtillicidiis eorum multiplicavit genimina ejus: nam vere loquor non hyperbolice plusquam decies centena millia Indorum ſunt a filiis veſtris baptizata, eorum quiſque, præſertim illi duodecim, qui miſſi ſunt una mecum, pluſquam centum millia baptizarunt, & omnes præter me didicerunt linguam Indorum, immo varias linguas eorundem, & prædicant eis & inſtruunt innumerabilem multitudinem eorum: & inter eos infantuli & pueri magnatum & nobilium filii largam nobis ſpem præbent, qui a fratribus noſtris inſtruuntur in vita & moribus, religioſe nutriuntur in noſtris cœnobiis, quæ jam fere viginti condidimus, & in dies multiplicantur & conſtruuntur ab ipſiſmet Indis fervida devotione: & habemus in habitaculis contiguis noſtris conventibus pluſquam quingentos pueros, in quibuſdam aliquanto pauciores, in quibuſdam vero plures, qui jam in doctrina Chriſtiana ſunt inſtructi, & prædicant filii patribus ſuis, & in ambone publice concionantur miro modo, & multi ex eis docent alios pueros: qui ſimul omnes canunt horas dominæ noſtræ quotidie, & ſurgunt eadem illa hora, qua fratres, & in ſua eccleſia canunt ſeorſim matutinas, & canunt ſolemniter miſſas: ſunt enim tenacis memoriæ, valde dociles & perſpicaces: ſunt pacifici, & inter eos nunquam eſt rixa nec jurgium: loquuntur ſubmiſſa voce, oculis depreſſis. Mulieres fulgent incredibili honeſtate, & verecundia fœminea naturaliter ineſt eis, confeſſiones earum maxime fœminarum ſunt incomparabilis puritatis, & inaudita claritatis. Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum abundanti lacrymarum effuſione ſuſcipiunt: religioſos præcipue fratres Minores pro magno ducunt, quia primo eos cognoverunt & per Dei gratiam bonum exemplum ab eis ſuſcipiunt. Dat. Thamonalci prope Mexicum die* XII. *junii.*

Pluſquam decies centena millia baptiſmo luſtrata.

Qui modus uſurpatus pro fide amplificanda.

CIV. Confirmat hæc Zumarraga epiſcopus Me-

Mexicanus in literis ad Franciſcanos in Toloſanis comitiis congregatos miſſis (a), in quibus plura alia memoria digniſſima de everſis dæmonum templis, diffractis idolis, quæ dæmones inſidebant, de ſublata humana carnificina, excitatis eccleſiis, pueris concionatorum munere fungentibus, nonnulliſque a ſuis parentibus martyrio affectis, tum de gymnaſiis ad excolendam doctrina evangelica juventutem inſtitutis plura adjicit; ait enim: *Scitote nos magnis laboribus diſtineri in converſione infidelium, quorum Dei gratia religioſorum divi Franciſci regularis obſervantiæ manibus pluſquam decies centum millia baptizata ſunt; quingenta idolorum templa ſolo æquata: pluſquam viginti millia dæmoniacorum ſimulachrorum ab his antea culta confracta, & concremata: pleriſque in locis fabricatæ eccleſiæ, atque oratoria erecta: dominicæ crucis vexilla jam ab Indis culta, quodque admiratione cum primis dignum eſt, cum in hac olim Mexicana urbe ſolerent idolis ſuis pluſquam viginti millia cordium puerorum puellarumque quotannis in ſacrificiis offerre, nunc humana illa corda univerſa non jam dæmoni, ſed altiſſimo Deo innumerabilibus laudis ſacrificiis religioſorum noſtrorum doctrina, & miniſterio offeruntur, cui inde honor & cultus comparatur, cum ſumma reverentia adoratur, coliturque in illis locis a pueris indigenarum natis. Hi crebro jejunant, verberibus ſe affligunt, jugibuſque precibus inſiſtunt, multis lachrymis & ſuſpiriis impenſis. Pleriqne horum puerorum, ut & alii provectioris ætatis legunt, ſcribunt, & cantant optime, peccata ſua crebro confitentur, ſummaque animi devotione divina ſuſcipiunt, ſuiſque parentibus a religioſis inſtructi verbum Dei eleganter explicant: ſurgunt nocte media ad matutinas preces: dominæ noſtræ officium integrum recitant, quam præſertim colunt: ſpeculantur magna cum ſedulitate quibus locis parentum idola lateant, eaque furantur & ad religioſos deferunt: quo factum eſt, ut crudeliter nonnulli ab ipſiſmet parentibus ſint necati, qui quidem adepti coronam nunc in cælo cum Chriſto vivunt. Unuſquiſque noſtrorum conventuum aliam juxta ſe ædem habet ad docendos pueros, & in ea gymnaſium, dormitorium, refectorium, & capellam. Sunt hi pueri valde humiles, religioſique, morigeri, eoſque ut parentes diligunt, caſti, & ingenio perſpicaces in arte maxime pingendi.*

(a) Ext. apud Vvading. to. 8. ann. 1531. n. 2.

Viginti millia idolorum deſtructa.

Pia neophytorum exercitia.

CV. *Inter fratres indigenarum idioma callentes unus eſt præcipuus nomine Petrus de Gandavo laicus, qui id callet eleganter, curamque gerit pluſquam ſexcentorum puerorum, eſtque profecto mirificus paranymphus, cum juvenes & puellas matrimonium contracturus in rebus fidei erudiat, eruditoſque cum magna ſolemnitate conjugio copulet. Ad puellarum eruditionem institutionemque miſſæ ex Hiſpania ſunt ab Imperatrice donna Elizabetha mulieres ſex honeſtæ & prudentes, deditque in mandatis, ut ampla domus fabricaretur, in qua illæ ſub epiſcopi patrocinio ad mille uſque puellas erudire poſſent: hinc fit, ut a mulieribus illis puellæ, a religioſis pueri fidem diſcant, quam poſtea docent parentes ſuos, unde videtur dixiſſe David:* Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. *Chriſtus ſit ſalus veſtris reverentiis, quas humiliter precor Deum orent, ut id perficiat, quod incœpit. Mexici duodecima menſis junii anni MDXXXI.*

Sacer labor apoſtolicorum virorum in conciliandis matrimoniis.

Parentes barbari a filiis edocti.

I. ANno excurrentis ſæculi trigeſimo ſecundo indictione V. Solimannus Turcarum Imperator, in cujus clientelam Hungaria a Joanne Ferdinandi Regis æmulo commendata fuerat, Chriſtianorum principum diſſidiis, Lutheranæ factionis in Germania tumultibus elatus, excindendi Chriſtiani imperii cupidine vehementer inflammatus eſt, atque univerſas ad opprimendam Germaniam vires effudit; de cujus bellico apparatu, dementeque ambitione hæc narrat Paulus Jovius (a): *Fama erat ea de cauſa redire in Pannoniam Solimannum ut Viennam expugnaret, a cujus mœnibus paulo ante fortiter repulſus cum ignominia diſceſſiſſet; aut ſi Germani duce Carolo Cæſare contra prodirent in aciem, de totius fere terrarum orbis imperio decertaret; ipſum enim ſe unum eſſe, ad quem Romanorum imperium legitimo jure pertineret, dicere ſolitum ferebant quoniam magni Conſtantini, qui univerſi orbis Auguſtus Imperator extitiſſet, ſedem & ſceptrum, atque urbes ejus imperii teneret, uti proavus Mahometes, expugnata Conſtantinopoli, & Conſtantino ſupremo Græcorum Imperatore ſuperato occiſoque, hæc omnia jure belli capta Ottomannicis regnis adjeciſſet: propterea cum de Carolo ſermones inciderent, vel literæ ſcriberentur, eum non Cæſarem, ſed Hiſpaniæ Regem ſuperba diſſimulatione vocare conſueverat; elatus enim tot ſuis majorumque ſuorum victoriis, quibus a Mæotide ab Erythræi indicique maris anguſtias, & ab extremis Illyrici finibus ad Armeniæ terminos imperium protuliſſent, decorum maxime & nominis ſui dignum fama putabat in Germaniam penetrare, terrorem, cædes incendia, circumferre, oſtentare aciem, ut Carolum acerbiſſimis ſuorum cladibus permotum ad pugnam provocaret: ſperabat enim eum nequaquam univerſo prælio certaturum, quod Germanos per cauſam Lutheranæ ſuperſtitionis inter ſe diſſentire didiciſſet; unde ſibi non dubium erecto trophæo ex aliena infamia laudem pararet: quod ſi eo animo eſſet Cæſar, ut prodire non dubitaret, & patentibus campis Chriſtiana ſigna committeret; tum vero ipſe ſua occaſione ad optimam ſpem exploratæ victoriæ uteretur, quando pedeſtres magna ex parte noſtrorum copias, circumducto innumerabili equitatu, fame enecare, ſpe prælii late fruſtrari, ac demum funeſta neceſſitate cedentes & diſſolutos in fuga proterere facile poſſe videretur: cæterum ſuæ dignitatis eſſe ſtatuebat Joannis injurias defendere, quem ipſe in Pannonia Regem conſtituiſſet.*

Solimannus occidentale imperium affectat.

(a) Jov. l. 30.

In Germaniam penetrare parat.

Animatus ex hæreticorum diſſidiis.

II. Interea certior factus Clemens hoc ineunte anno tum a Grimano patriarcha Aquilejenſi ex oriente reverſo, tum pluribus ſcriptis Conſtantinopoli literis, Solimannum ipſum pacto cum Perſa fœdere imperii Chriſtiani excidium moliri, Regum oratores, qui Romæ agebant, ad ſe excivit, ac propoſito rerum ſtatu hortatus eſt, ut ſinguli ſuos principes excitarent ad conſilia & arma pro aſſerenda publica ſalute jungenda: tum etiam ad Reges ipſos ſcripſit, ut eorum torporem diſcuteret. Quo argumento has literas ad Henricum Anglorum Regem dedit (b).

Eorum oratoribus diſcrimen impendens ſignificat.

(b) Lib. brev. ann. 1531. p. 162.

Regi Angliæ.

Chariſſime, &c. Reverſus nuper ex Jeruſalem, quo voti & devotionis cauſa erat profectus, venerabilis frater Marcus Grimannus patriarcha Aquileienſis gravi & formidoloſo nuncio animum noſtrum perculit: retulit enim nobis ac venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, quod cum ipſe in reditu Conſtantinopoli tranſiens Aloyſium Gritti Venetiarum ducis filium, qui apud Turcarum tyrannum, atque apud eum omnia moderantem Ebraym baſcia maxima authoritate pollet, conveniſſet illum, certiſſime ſibi affirmaſſe & Venetias nuntiare juſſiſſe, ipſum Turcam numeroſiſſimam claſſem, duos maximos exercitus apparare, ut proximo vere cum his ad damna Chriſtianitatis erumpat: quorum quidem alterum terra ipſa ducturus, alteri maritimo dictum Ebraym præfecturus, & ad invadendam Italiam miſſurus ſit. Quibus etiam illud adjectum eſt, ipſum Turcam cum Sophi Perſarum Rege nova amicitia ita eſſe connexum, ut nihil ipſe in bellum Chriſtianum intentus ab eo timere poſſit. Deinde autem paucis interjectis diebus ſubſecutæ ſunt multorum literæ ex Conſtantinopoli idem confirmantium, & terrorem maxime augentium. Hæc, fili chariſſime, non magis ex ipſo judicio, quam ex præteritis apparatibus, & ſumma hoſtis potentia atque in nos odio, timere cogimur, ne tam ſæpe nunciata, ut futura fieri aliquando videamus quando ad tot & tantas hoſtis potentiſſimi minas & apparatus omnes torpemus, nihilque præter moram & cunctationem objicimus. Convocatis itaque ſtatim ad nos ac eoſdem fratres noſtros tuis & reliquorum principum oratoribus, & de tota re plene edoctis, illos omnes hortati ſumus, ut ad ſuum quiſque principem ſcriberet, & in communis ſa-

Ut Aloyſius Grittus Turcarum conſilia aperuerit.

Cur fœdus inierint cum Perſis Turcæ.

lutis defenſionem aliquando ſuſcipiendam en Dei & noſtra parte requireret & hortaretur: quamquam quid hortatione jam opus eſt? fruſtra enim hortando ac monendo jam biennium conſumimus, nec quemquam niſi clade accepta crediturum videmus: alius fidem parum habet, minus timet alius ſe a periculo remotiſſimum, alius poſtremum in periculo arbitratur. Ergo hoſtes Chriſti ad oppugnandum fidem Chriſti conſentiunt, fideles Chriſti ad defendendum conſentire non poſſunt, nihilque nos nec Dei reſpectus, nec communis ſalutis & honoris ratio permovet. Subdamus igitur colla jugo, pro Chriſto Mahometem recipiamus; quin inter nos ipſos acres & validi, adverſus Dei hoſtem torpemus. Quod quanto cum dolore, fili, dicamus non poſſumus verbis exprimere, cum temporibus noſtris Chriſtianam virtutem vigere ſi quando antea, pietatem autem pluſquam unquam alias refrixiſſe videamus. Itaque etſi operam perdidimus hactenus, non tamen ſilebit noſtra vox ad extremum uſque, teſteſque & has & alias complures literas habebimus, nos noſtrum in hoc officium nunquam prætermiſiſſe. Domine tu ſciſti: juſtitiam tuam non abſcondi; veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. *Quid aliud agere potuimus, quam quod egimus, omnes privatas rationes publicis poſthabuimus: noſtras clades & injurias Deo condonavimus: cunctas opes, vires, authoritatem noſtram obtulimus, & ad ſalutem Chriſtiani populi conferemus, ne vitæ quidem noſtræ parſuri nuſquam ſumus, dum in commune aliquid conſulamus.*

Solicitati Reges, ut expediant arma.

Repetitæ apud eos a Clemente preces.

III. *Te igitur, fili chariſſime, quod & cum ceteris principibus egimus, ex paſtorali officio ac perſona denuo monemus, hortamur, obteſtamur & rogamus, ut tuo officio, honori, pietatique ſatisfaciens communem defenſionem, in qua etiam tua includitur, pro tua virili ſuſcipias: & quoniam dies abit, nec jam conſultationibus, ſed factis opus eſt, ut quodcumque opis in commune conferendum duxeris, quamprimum conferas, celeritate enim opus eſt, eaque permagna, ſi modo ſalvi eſſe volumus; hoſtis enim totum biennium in apparatibus conſumpſit, nos toties ab illo excitati in Rhodo, in Belgrado, in Hungaria, in Vienna, adhuc obdormimus: quamobrem niſi ad commune incendium reſtinguendum cito accurrimus, omnia ad certiſſimum interitum prolabentur. Recordare igitur, fili, majorum tuorum geſta, quibus tu in gloria & pietate non modo ſucceſſiſti, verum etiam anteiſti; ſiquidem Romanam eccleſiam olim adverſus ſchiſmaticos armis, deindeque fidem catholicam contra hæreticos ſcriptis tutatus es, fideique defenſoris titulum omnibus humanis titulis illuſtriorem promeruiſti. Nunc non ſolum Eccleſiæ & ſanctæ fidei, ſed cunctæ prorſus Chriſtianitatis ac tui etiam regni defenſio ſuſcipienda a te cum ceteris eſt: ſi illam gloriam tunc appetiſti, appete nunc hanc longe majorem: quamquam non jam de gloria, ſed de ſalute certamus; is enim eſt hoſtis, qui totius Europæ dominatum conceperit animo, quique Arabibus, Syriis, Ægyptiis ad ſuam ditionem adjunctis pari jugo ſervitutis univerſam Chriſtianitatem ſubdere conetur.*

Monitus Anglus, ut fidem Chriſti tueatur.

Itaque ſi Italiam (quod veremur & horremus) occupaverit, nequaquam temperabit a reliquis, ſed more validi ignis primis quibuſque correptis, ad ulteriora pervadet. Primi primi, inquam, aditus huic obſtruendi, prima repagula ſunt objicienda; his enim refractis hoſtem intra viſcera acceptum ægre repellere poterimus, nullaque tam remota regio aut angulus tam abditus miſeræ Chriſtianitatis erit, qui a communi exitio & clade immunis ad poſtremum ſit futurus. Quod ſi, fili, vel tutiſſimum tibi regnum vel viæ longinquitas, terræ interjacentes, mare circumfuſum præſtarent, an tu Chriſtianus Rex Chriſtianis opem contra Chriſti hoſtes denegabis, ſoluſque proprium officium, communem rempublicam deſeres? non eſt pietatis nec magnitudinis tuæ, ut putemus, te Deo & ſanctæ fidei, communique ſaluti deeſſe, aut a publica cauſa per humanos affectus avocari unquam poſſe; novimus enim tui animi celſitudinem, religionem, probitatem, ac nos quidem hoc, quod petimus eo juſtius a te & ceteris impetrare meremur, quod non privatis commodis, aut honori noſtro proprio [cui tamen tua ſerenitas, ut ſperamus, non deeſſet] ſed Dei honori, Chriſtianæ fidei periculis omnium fidelium arcendis, opem tuam & illorum imploramus, veſtris etiam regnis privatim profuturam. Quamobrem ſi hæc tam pia noſtra poſtulatio cum dicimus a te, a quo nihil non te dignum expectamus, ſed ab aliis quibuſpiam proprii officii & ſalutis oblitis contemnetur, tamen his nos apoſtolica voce denuntiamus vindicem Dei iram, ad cujus tribunal univerſi, qui effundetur, Chriſtiani ſanguinis reos ſe ſciant eſſe futuros. Nos quidem ipſi omnis culpæ nos expertes Deo & hominibus probabimus; nihil enim quod in nobis fuit prætermiſimus, denuntiavimus periculum, oſtendimus remedium, imploravimus omnium virtutem & pietatem; nec monendo, nec hortando, nec rogando unquam defuimus, neque in poſterum ſumus defuturi, omnibuſque tandem fruſtra tentatis, ea etiam non prætermittemus remedia,

IV.

Chriſtianorum Regum ſegnitiem deplorat Clemens.

diu, quæ prædeceſſores noſtri in tali caſu pro Dei honore & communi ſaluse adhibendu conſuerunt. Tuam ſerenitatem, ut viciſſim ſuo officio, honori, & pietati inſerviat, noſque in hoc ſancto labore coadiuvet, illam in Domino plurimum adhortamur, quemadmodum & confidimus eam eſſe facturam. Cæteru ſuper his latius cum tuis ſumus oratoribus collocuti, ex quorum literis & nuntii apud te noſtri verbis eu particularius & diffuſius tua ſerenitas intelliget. Datum. Romæ IV. *januarii MDXXXII. pontificatus noſtri anno* IX.

V. Conceptæ ſunt iiſdem verbis aliæ, immutatis illis, quibus Henrici elogia de Gallis oppugnatis, dum eum Ludovico XII. Rege favebant ſchiſmati & conciliabulo Piſano, deque egregio in Lotheri deliramenta ſcripto libello perſtringit, ad Franciſcum Gallorum (*a*), Sigiſmundum Poloniæ, ad Jacobum Scotiæ Reges miſſæ: in iis vero, quas ad Joannem Luſitaniæ Regem ſcripſit, has preces addidit, ut cum ipſi ex Africa periculum immineret propius, ſi Turcam victoria potiri contingeret, privatam & publicam cauſam una cum ſede Apoſtolica & Carolo V. ac Ferdinando tueretur.

(*a*) *Ibid. pag.92.*

Luſitano additi ſtimuli, ut in Turcam conſurgat.

Regi Portugalliæ.

Ni reſiſtat in eum Afrorum arma vertenda.

Nullus miſeræ Chriſtianitatis angulus, aut tam abditu regio eſſe non poterit ub eius, nempe Turcæ, *ſævitia immunis, ſi primu ei conceſſerimus. Ad tuum autem regnum oppugnandum Africæ quoque auxiliu ei non deerunt, quæ tibi infeſtu illi connexa eſt: quæ omnia, fili chariſſime, ſicut prudentiam tuæ ſerenitatis non fugiant, ita a tuu pietate, fortitudine, & gloria expectamus, & per Jeſum dominum a te petimus, ut publicam privatamque cauſam una nobiſcum, qui te apoſtolica voce vocamus, & cum ſereniſſimis affinibus tuis, cæteriſque principibus ſuſpicias, & omni conſultatione abiecta ſtatim tuam opem dignam te, ac tuis viribus ad commune Italiæ præſidium conferas, &c. Dat. Romæ* IV. *januarii MDXXXII. pontificatus noſtri anno* IX.

VI. Ad Venetos legatus eſt a Pontifice Matthæus Gilbertus epiſcopus Veronenſis, quem ſuperiori anno Clemens per apoſtolicas literas ad curiam, ut ejus conſiliis uteretur, exciverat (*b*); a quo egregia habita eſt hortativa in ſenatu de ſuſcipiendo in Turcas bello oratio, cujus præcipua argomenta delibat Andreas Maurocenus in ſuis annalibus (*c*): tum ſubdit: *Commovere patrum mentes Matthæus Gibertus nitebatur, ut vel ad ſocietatem jungendam impelleret, vel ſaltem ut ad ſententiam pluuius aperiendam, aut ſi qua poſſet auxiliu tribuendu rempublicam adigeret. Verum in graviſſima re varie ſenatorum mentes afficiebantur, Sulemani communis Chriſtiani nominis hoſtis vires ac potentiam, ni obſiſteretur, in immenſum augeri, cunctiſque brevi formidoloſam fore providebant, nunquam dominandi libidini aut modum aut frænu iniecturum, victoriis non ad otium & quietem, ſed ad nova bella veluti gradus ſternere. Religionis amor, publicæ libertatis ac dignitatis decus ſtimulabant animos: at contra potentiſſimæ gentis vires ingenti equitum ac peditum numero inſtructi exercitus, validæ claſſes obiiciebantur. Reſpublica quadraginta fère annis bellorum fluctibus, ac procellis jactata ſeſe offerebat: quantos ſumptus ſubiiſſet, quantum ſubditorum ac civium amiſiſſet, bella cum Turcis ſuſcepta memorabantur, quibus Veneti ſoli ferociſſimæ gentis impetum ſuſtinere coacti fuerant. His elati ardenteſque comprimi, ac tepeſcere ſpiritus videbantur, & vigor languеſcere, ut pleriqae prorſus reiiciendam ſocietatem ac fœdus cenſerent.*

(*b*) *Lib. brev. ann. 1531. p. 287.*
(*c*) *Andreas Maurocen. l.4.*

Fœdus in Turcas coire Veneti abnuunt & cur.

Ita Veneti necnon Poloniæ Rex initas jam cum Torca inducias abrumpere detrectarunt, quod omnes Chriſtiani Reges Chriſtianum nomen tueri, ac Turcicum uti poterant opprimere negligerent: quin potius Galliæ & Angliæ Reges in Carolum V. Turcico diſtentium bello conjuraſſe viſi ſont. Cæterum Scotus, qui tam vaſtis terrarum intervallis diſiunctus erat, ad gerendum commune in Turcam bellum paratum ſe exhibuit; cui a Pontifice actæ ſunt gratiæ (*d*).

VII. Gallus & Anglus in Carolum V. conſpirant.

(*d*) *Brev. an.1532. p.407.*

Regi Scotiæ.

Etſi ſæpenumero antehac ſerenitas tua egregiam pietatem ſingulareque ſtudium ſuum in hanc ſanctum ſedem probarat, quod nullam unquam occaſionem eius neque tuendæ, neque ornandæ prætermiſerat; tamen hoc tempore multo id apertius clariuſque declaravit: nam cum tantum periculi Chriſtianis rebus imminere perſpiceres, a quo tu vel locorum intervallis, vel regni tui natura & ſitu longiſſime abeſſes, non ſecus tamen, quam ſi in tuis finibus bellum gereretur ad id defendendum omni cura, conſilio, authoritate, opibus denique concurriſti: qua quidem in re cum ipſa pietas religioque admirabilis apparet, cum nihil quod quemquam Chriſtianorum lædat, non ad te attinere exiſtimes, tamen non ſine ſumma providentia id exiſtis, cum perſpicias tantum bellum eſſe, ut quemadmodum facile communi conſpiratione & conſenſu propulſari poſſit, ita ſi neglectum fuerit a longinquis brevi, a proximo quoque etiam ad extremos ſit pervaſurum; atque hoc etiam clarior tua virtus beneficia-

Scotus ad fidem Chriſti defendendam ſe animatum præbet.

ſficiaque gratiora videri debent, quo ſunt adhuc quorundam animi, quorum non minus intereſt, ad ſubveniendum tardiores, quos nos ſummo ſtudio damus operam, ut excitemus, & cum tam gravi, tamque ſancta cauſa conjungamus, dominoque juvante non diffidimus, ſerenitatem autem tuam magis eſt, ut collaudemus, quam ut adhortemur, quæ non modo adhortationibus, ſed ne deſiderio quidem cujuſquam locum reliquerit, idque cum in hac cauſa tum in cæteris omnibus, quæ ad hujuſmodi ſanctæ ſedis dignitatem, aut commodum pertinent intelligimus. Itaque tantum id, quod merito vereque poſſumus, faciemus, ut pro tam fideli tamque religionis ſtudioſo Rege Domino gratias agamus, tuæque ſerenitati omnia, quæ ab hac ſancta ſede proficiſci poſſunt, vel ad præſidium vel ad ornamenta polliceamur. Interim autem dum nuncius a ſerenitate tua veniat, dilectus filius Joannes Drvitanus, quemadmodum ſcribis, pro nuncio apud nos erit, eique ut in his, quæ proxime ad nos retulit, fidem habebimus. Dat. Romæ XXVIII. *julii MDXXXII. pontificatus noſtri anno* IX.

Actæ illi a Pontifice gratiæ.

VIII. Pium hujus Regis votum ad exitum perduci non potuit, quoniam finitimi Reges, ut diximus, pari ſtudio non ardebant, cum quibus copias junxiſſet. Itaque Carolus V. & Ferdinandus, qui Ludovicum Pannoniæ Regem antea deſeruerant, ab omnibus ferme, præterquam a Pontifice, deſtituti Turcicam tempeſtatem ſuſtinere ſunt coacti. Ut vero eos imparatos Solimannus opprimeret, conſueto dolo uſus eſt: de pacis ſcilicet colloquio habendo agere cœpit interprete Joanne Tranſilvaniæ waivoda, qui ad Pontificem ſcripſit optare Solimannum non modo Hungaricam controverſiam æquis legibus, quarum paciſcendarum poteſtatem ſibi factam dixit, dirimere; verum cum univerſis etiam Chriſtianis Regibus perpetuum fœdus ſancire: quibus acceptis Pontifex eidem Joanni reſpondit, pacem ſe præferre bello, atque cum Carolo & Ferdinando de pace conciliandа acturum: tum eum, ut ſociandæ confirmandæque publicæ concordiæ operam daret, humaniſſimis hiſce literis adhortatus eſt (a).

Turca pacis ſpe lactat Chriſtianos dum bellum parat.

Interpretem concordiæ Tranſilvanum adhibet.

(a) *lb. p.* 63.

Dilecto filio nobili viro waivodæ Tranſylvaniæ.

IX. *Dilecte fili, ſalutem. Recepimus literas nobilitatis tuæ, lætatique plurimum ſumus, te potiſſimum delectum eſſe ad hoc tam ſalutare opus tractandæ pacis, atque ad egregiam tuam, quam ſcribis, & nos quoque agnoſcimus, cupiditatem communis tranquillitatis conſtituendæ, tuum etiam oratoris munus, & authoritatem fuiſſe adjunctam: quanti enim facere, fili, debemus, quæ in tuis literis ſunt pientiſſime ſimul prudentiſſimeque perſcripta? te ſcilicet eam pacem afferre, quæ omnibus honorifica & toti Chriſtianitati in univerſum ſalutaris futura ſit; nec modo Hungariæ, de qua agitur; verum etiam aliis Chriſtianis provinciis terra marique ſecuritatem & tranquillitatem allatura; quandoquidem id affirmas, ſine quo nihil prorſus ageretur, Turcam ei paci ſtaturum, quam tu conciliaveris. Ergo & commendamus tuum in hoc ſtudium, & in eo ut perſiſtas te plurimum adhortamur, Deum optimum deprecantes, ut piam mentem & greſſus tuos in hoc dirigere dignetur ad tranquillitatem univerſæ plebis ſuæ.*

Quid Tranſylvano Clemens reſponderit.

X. *Nos quidem etſi auditis quibuſdam motibus Turcarum deparando exercitu viciſſim accingimur & ipſi cum cæteris Chriſtianis principibus ad tuendam totis viribus Chriſtianam rempublicam, ſperantes in Dei adjutorio & noſtrorum virtute id nobis feliciter eventurum eſſe; eo paſtorali tamen officio quietem noſtrorum & pacem bello præoptantes, tuiſque literis invitati, officium & authoritatem noſtram de tuo cum ſereniſſimis Cæſare & Rege Romanorum interponimus, noſtriſque apud eum legato & nuntio ſcribimus, ut omni ſtudio & efficacia apud eaſdem ſerenitates hoc procurare & urgere pro communi bono non ceſſent, ſperareque volumus, ipſos Cæſarem & Regem Romanorum pro eorum ſingulari bonitate, & erga Chriſtianam rempublicam amore animos ad pacem præſertim tutam & honeſtam deflexuros eſſe; dum tamen ratio reperiatur idonea, per quam ipſa pax ſtabilis & diuturna eſſe, ſecuritatique omnium Chriſtianorum conſuli poſſit; tum alioqui ſine univerſalis procuratione, & cautione ſecuritatis, non illa quidem pax, ſed majoris occaſio atque origo belli videri poſſet. Quamobrem, fili, ſicut ſcribis, & tua nobilitate ac pietate dignum eſt, tuum erit in Dei omnipotentis ſervitium & univerſæ Chriſtianitatis beneficium in id maxime incumbere, ut cum illius regni Hungariæ, quod nos noſtrorum prædeceſſorum exemplo ſumus ſemper omni amore proſecuti, pacatione etiam communis tranquillitas conſtituatur, ne ſi aliter fiat, ab uno membro depulſa infirmitas, mox in reliquum corpus tota incumbat, &c. Dat. Rom.* XII. *januarii MDXXXII. pontificatus noſtri anno* IX.

XI. Egit itaque Laurentius Campegius Pontificis legatus cum Cæſare ac Ferdinando de pace cum Joanne æmulo ac Turca, adeo ut etiam tres oratores ampliſ-

De pace colloquia agitata inter Joannem & Ferdinandum.

pliſſimis freti mandatis ad Solimannum fuerint legati, quorum princeps erat Leonardus Negarola nobilis Vicentinus multarum linguarum peritia inſignis; ſed ii aliud reſponſum ab illo non retulere, niſi ut Turcica caſtra ſequerentur: at his de rebus inferius. Præſenſerant barbaricos dolos Chriſtiani, neque ita in pacis actionem intenderunt, ut ad expellendum armis bellum non ſe compararint. Imprimis XIII. februarii die Pontifex Hungariæ ordines de apoſtolico ſtudio pro tuendo eo regno fecit certiores (*a*); iterumque paucis poſt diebus hortativas literas dedit (*b*), ut extrema potius paterentur pro Chriſto, quam Turcicum jugum ſubirent, iiſque ampliſſima Germanica auxilia in Ratiſponenſi conventu decernenda eſt pollicitus.

(*a*) *Lib. brev. ann.* 1531. *p.* 130.
(*b*) *Ibid. p.* 141.

Venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis, ac dilectis filiis nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus, equitibus, & populis ſtatus regni Hungariæ facientibus.

Hungari ad fidem tuendam ſolicitati.

Eu abundantia charitatis erga vos noſtræ has etiam literas verbis & relationi ipſius Antonii electi (*Æſini nempe*) *adiiciendas putavimus, ut pluribus modis paterna benivolentia & vigilantia noſtra vobis manifeſta eſſet. Neque enim filii tametſi de veſtra in ſancta religione conſtantia nunquam dubitabimus, tamen non eſſe ſolliciti non poſſumus quod veſtrum regnum fractum antea hoſtilibus præliis & populationibus nunc inteſtinis diſcordiis diſciſſum & debilitatum videmus: ad cuius mali perniciem illud etiam accedit, quod pars veſtrum altera eorum favore nititur, quorum nondum apertæ vires, ſed etiam occultæ fraudes timendæ nobis ſunt, ne quid impiorum ſeductio vos pios inficiat; ſumus enim præpoſiti a Deo omnipotente univerſo generi fidelium, ut paſtoris vigilis piique patris amore illorum ſalutem ſedulo procuremus: quod cum in cunctis populis Chriſtum profitentibus communiter facere debemus, tum peculiarius facimus in vobis, quos hæc ſancta ſedes tot jam annos pro fide Chriſti belligerantes & tanquam murum ad defenſionem cæteræ Chriſtianitatis objectum omni ſtudio ſuſtentari ac foveri conſuevit. Hoc nos exemplo prædeceſſorum noſtrorum recenterque felicis recordationis Leonis Papæ X. patruelis noſtri adducti, nihil unquam Deo & vobis teſtibus prætermiſimus, quod ad veſtram ſalutem a Turcis defendendam pertineret: veſtris quoque cladibus haud minus doluimus quam noſtris, quæ mox acerbiſſimæ, ut audire potuiſtis, ſunt ſubſequutæ; quas tamen & omnem noſtram injuriam Deo condonantes privatis calamitatibus & offenſionibus poſthabitis ad publica vulnera ſananda nos convertimus, omnia poſthabentes defenſioni ſanctæ religionis & univerſali utilitati. Vos quoque, filii, decet veſtræque virtuti ac vetuſtæ gloriæ convenit, nec præteritis cladibus valde commoveri, nec futura vehementer formidare: illis enim pro Chriſtiana fortitudine lætari potius quam dolere, futuris autem minus angi debetis, ſtante præcipue hac Chriſtianorum principum concordia, qua ſane durante non tam nobis ab hoſte quam illi a nobis timendum eſt: quod ſi omnia in adverſum caderent, quæ caſura auxiliante Domino non timemus, retinenda eſt tamen vobis majorum veſtrorum erga ſuos Reges fides & devotio, conſtanterque ſanctiſſimæ religioni a Dei ore ſuſceptæ & tot ſæculis a vobis defenſæ propterea, ſi caſus tulerit, ſemel moriendum per quam in æternum vivimus, nihilque committendum quod veteri veſtra ac majorum veſtrorum pietate & laude indignum ſit.*

XII. Ne Turcarum promiſſis deludi ſe patiantur.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, fideli cum infideli, Chriſto cum Belial, luci cum tenebris, nulla poteſt eſſe conſonatio, *vos fratres ac filii, monemus, & per communem Deum rogamus, ut vos ſeduci non patiamini a ſubdolis hoſtium conſiliis, vel fallacibus promiſſis confidere nolitis: ſi qua etiam illi ſuaſerint aut benigne quoque obtulerint, his venenum ſubeſſe credatis: etſi dubium vobis hoc eſt, Chriſtianas provincias illis ſubiectas aut deditas, vel fidem eorum ſecutas interrogate, nihil niſi fœdum ſe pati ſervitium, & intolerabile jugum ſervitutis ſufferre reſpondeant: ſed hæc a noſtra potius cura & ſolicitudine paterni in vos amoris profecta dictaque ſint, quam quod unquam de proceribus Hungarorum ſuſpicemur, ut ſe Turcis Dei & ſui omniumque Chriſtianorum hoſtibus quavis ratione adjungant, quos ſciant nihil quam Chriſtianorum ſanguinem ſive vaſtitatem Chriſtianarum regionum, nobilitatis extinctionem, abductionem virginum, templorum & religionis noſtræ fœdationem delectari, quoſque veſtri majores multum minoribus ipſi copiis toties profligarunt, iis vos ut ullo modo ſubiici poſſe credamus. Quamobrem per Jeſum dominum eſtote conſtantes, & in ſancta veraque fide, a qua ſalus æterna dependet, fortiter perſiſtite, ac extrema quæque perpeti, ſi caſus tulerit, eligite potius quam a Chriſtianorum communione avulſi ſpurciſſimam ſervitutem ſubire: quod tamen minime jam metuendum eſt; jam enim Dei miſericordia, quam noſtra peccata averterant, pœnis noſtris placata aſpirare ſuis fidelibus videtur, Turca ad Viennam repulſo, Ita-*

Ne eorum formident vires.

lia

ſtia omni compoſita, Chriſtianis principibus inter ſe conciliatis, ſimul bello, ſimul peſtilentia, & caritate omnium rerum a Chriſtiano orbe remotis, adducto etiam ad vos propius ſereniſſimo Cæſare, ut veſtræ & Germanorum, ac reliquæ Chriſtianitatis ſecuritati præſens proſpiciat; quod ille, nobis quidem omni ſtudio hortantibus, ſed ſua ipſe maxime pietate una cum ſereniſſimo Rege Romanorum ejus fratre Rege veſtro in conventu Ratiſponenſi proxime indicto curaturus eſt, nec præterea nos aut cura, aut ſtudio, aut facultatibus, tum noſtris conferendis, tum aliorum implorandis veſtræ defenſioni unquam deerimus, &c. Dat. Romæ XVII. februarii MDXXXII. pontificatus noſtri anno IX.

Ferdinandum Regem iis auxilia laturum.

XIII. Indicti primum fuerant Spiræ ſolemnes Germaniæ conventus, ad quos Pontifex Hieronymum Aleandrum archiepiſcopum Brunduſinum internuntium miſerat (a), ut religionis cauſam proveheret: ſed ii Ratiſponam ob imminentem Turcarum irruptionem tranſlati a Cæſare fuerunt, de quibus hæc tradit Joannes Coclæus (b): *Cæſar ut motus conſpirationeſque & diſcordias ſectarum in Germania increntes conſiliis reprimeret, atque compeſceret, indicebat dietam ut vocant imperialem Spiræ celebrandam: verum ubi intellexit maximum Turcarum apparatum & exercitum appropinquare ad invadendum Hungariam atque Germaniam, tranſtulit eam dietam non Spiræ, ſed Ratiſponæ celebrandam, ut eſſet ipſe Cæſar propinquior ita hoſti Chriſtiani nominis, eique citius reſiſtere poſſit. Convocavit igitur omnes principes ac ſtatus ſacri Romani imperii in ſupradictam civitatem imperialem Ratiſponam, quam Danubius præterfluit in Bavaria. Inter principes autem electores perſonaliter comparuerunt poſt Imperatorem Carolum & Regem Romanorum, Hungariæque, & Bohemiæ Ferdinandum, Albertus Cardinalis & archiepiſcopus Moguntinus, Ludovicus comes palatinus Rheni, dux Bavariæ, & Joachim marchio Brandeburgenſis, dux Stetinæ, &c. Ex epiſcopis Saltzburgenſis & Tridentinus Cardinales, item Bambergenſis, Herbipolenſis, Spirenſis, Auguſtenſis, Patavienſis, Ratiſponenſis, Mindenſis, Viennenſis: ex aliis principibus duces Bavariæ comiteſque palatini Rheni Fridericus, Wilhelmus, Ludovicus, Otto, Henricus, & Philippus; dux item Saxoniæ Georgius, dux Brunſvicenſis Henricus, Lantgravius Leuttembergenſis Georgius, comites, præterea & barones non pauci; abbates item & alii prælati: multi autem per ſuos oratores comparuerunt; quemadmodum & civitates liberæ atque imperiales.* Et infra: *Erant præterea in eadem dieta reverendiſſimus dominus Cardinalis Campegius legatus de latere, & dominus Hieronymus Aleander archiepiſcopus Brunduſinus nuntius apoſtolicus.*

(a) Ib. p. 374.

(b) Cocl. in actis Luth.

Ratiſponæ conventus ordinum Germaniæ indicti.

XIV. Solicitus de felici horum comitiorum exitu Pontifex die ſeptima martii Carolum V. eſt hortatus (c), ut catholicam rem adverſus hæreticorum factiones conſtabiliret, turcque neceſſaria ad propulſandum Turcam diligenter adornaret, neve in Hiſpanias incompoſitis Germaniæ rebus, reverteretur. Extracta ſunt in menſem auguſtum cœtus Ratiſponenſes: quamquam enim, ut dicetur, jam Turca in Hungariam irruperat, nullus tamen tollendarum controverſiarum modus reperiebatur; quippe Lutherani principes Suinfordiæ in Franconiam convenerant (d) dubii atque hæſitantes an Turcis, an vero catholicis ſe conjungerent: Neque diſcordiis carebant ipſi catholici; nam Bavariæ duces de hæreditarii principatus partitione inter ſeſe contendebant; quos Pontifex ad mutuam concordiam redintegrandam cohortatus eſt (e), atque Erneſtum (f) deſignatum epiſcopum Patavienſem, tum Cardinalem Campegium (g) legatum, & Brunduſium atque Roſſanenſem archiepiſcopos eoſdemque internuntios apoſtolicos illius interpretes eſſe juſſit (h).

Cæſarem hortatur Pontifex, ut hæreſi reprimendæ & Turcis coercendis incumbat.

(c) L. 3. lit. princ. p. 11.

Lutherani an Turcis an Catholicis ſe conjungant incerti.

(d) Cocl. in actis Luth. hoc ann.

(e) Lib. brev. ann. 1532. p. 85.

(f) Ead. p. 98.

(g) Pag. 94.

(h) Pag. 95.

XV. Nec fefellit ſpes, ut Pontificiæ de ſedata controverſia literæ ad epiſcopum Friſingenſem datæ IX. octobris oſtendunt.

Venerabili fratri Philippo epiſcopo Friſingenſi.

Maxime lætamur, inter vos ac dilectos filios Willelmum & Ludovicum Bavariæ duces propinquos veſtros ſublatam eſſe hanc diſcordiæ cauſam, benivolentiamque inter vos conſervatam dignam vobis & optatam nobis, qui veſtram & illorum pietatem unanimiter, ſicut hactenus conſentire cupimus, ad tutelam catholicæ fidei & apoſtolicæ dignitatis. Res igitur juxta deſiderium tuæ fraternitatis confecta eſt, non ſine magna laude eorumdem ducum, qui ad primam ſtatim admonitionem & operam noſtram per legatum noſtrum cum eis interpoſitam ſicut eorum pietate & virtute dignum erat, de jure ſuo decedere maluerunt, quam cum tuæ eccleſiæ læſione aut veſtræ conjunctionis perturbatione indultum ſibi conceſſum tueri, ex quo & utilitas & tranquillitas tuæ eccleſiæ in hoc parta eſt, &c. Dat. Rom. die IX. octobris MDXXXII. pontificatus noſtri anno IX.

Sopita inter Friſingenſem epiſcopum & ducem Bavariæ diſcordia.

XVI. Wilhelmum porro Bavarum, qui in petitione regni Bohemiæ repulſam tulerat, una cum aliis principibus Auſtriacæ ſtirpis amplitudini invidiſſe, necnon Carolum V. eorum conſiliis uſum, qui minus

Digitized by Google

nus pie de poteſtate pontificia ſentiebant, refert Paulus Jovius (*a*): *Quibus de cauſis*, inquit, *fiebat, ut Cæſar nequaquam eorum ſincera fide, aut egregia voluntate uteretur, qui vel pie ſancteque de ſacris poteſtateque Pontificis ſentirent, propterea que minus facilem eius cauſæ cognitionem judicaret: quamquam a Laurentio Campegio Cardinale legato cuncta prope firmiſſimis rationibus refellente tractari & jure optimo damnari poſſe Lutheri placita viderentur; ea enim non reiicienda modo atque abolenda, ſed riſu excipienda eſſe cenſebant, qui ſacrarum literarum peritia mediocriter valerent, quando nulla conſtantia, plures diſcipuli ipſo magiſtro inſaniores, provecta in immenſum interpretandi, libidine, a primæ rebellionis argumentis impudentiſſime deſciviſſent, ut ipſi de nomine peculiares ſectas conderent, & imperita multitudo ad factiones atque inteſtina bella traherentur.* De Lutheranæ, aliarumque ſectarum impietate, adeo ut etiam Chriſti divinitatem oppugnare ſint auſi novatores, plura dicta ſunt, iterumque dicetur inferius. Quod vero queritur Jovius Carolum V. nimium detuliſſe eorom conſiliis, qui minus recte de Pontificis authoritate ſentiebant; id ex decretis hoc anno Ratiſponæ editis illuſtrabitur.

(*a*) *Jov. l.* 30.

Lutherani a Luthero diſſentiunt.

Carolus V. inſanis politicorum conſiliis ſubornatus.

XVII. Cum vero jam ante Carolus politicorum ſecutus conſilia deliquiſſet, quippe qui damnatas a Leone X. hæreſes diſſeminari eſſet paſſus, & quaſi pontificis & veterum conciliorum authoritas in ſanciendis fidei decretis non ſufficeret, deludi ſe importunis de novo cogendo concilio poſtulatis ſiviſſet ab iis, qui concilia deridebant, eo hæreticorum improbitas, vel aliquorum catholicorum ſimplicitas progreſſa eſt, ut ordinum imperii nomine ipſum ad indicendum cæſarea authoritate concilium ſolicitarint, ut qui permiſſa antea hæreticis evertendorum ſacrorum, & opprimendi eccleſiaſtici ordinis licentia imperiali munere fungi prætermiſerat, jam pontificium monus ſibi arrogaret, ſummamqoe in Chriſti vicarium & omnes Reges authoritatem invaderet, ac ſi ea res non ſuccederet, uti nunquam ſine religionis excidio ceſſura erat, flagitarunt ut indicto Germanicæ nationis conventu religionis controverſias dirimeret: de quibus tranſmiſſa ad Pontificem acta Ratiſponenſia hæc habent (*b*).

Mira hæreticorum impudentia.

Ioſandarum perſuaſio.

(*b*) *MS. arch. Vat. p.* 453.

XVIII. *Licet ſereniſſimus Imperator Carolus V. in conventu Ratisbonenſi MDXXXII. ut pium & catholicum principem decet, ſæpe dixerit, ſe apud ſummum Pontificem procuraſſe & procuraturum, ut concilium univerſale a ſanctitate ſua indiceretur: unde majeſtas ſua hoc intelligere, & innuere merito videri poteſt, indictionem univerſalis concilii ad ſummum Pontificem jure pertinere; tamen principes & ſtatus imperii in ſcripturis majeſtati ſuæ productis eo modo loquendi, qui ſequitur ſuper concilio ſemper uſi ſunt. Et in caſu, quo pontificia ſanctitas nollet conſentire in concilium, aut negligens eſſet, aut ſegnis in indicendo concilio, quod tunc cæſarea majeſtas veſtra, attento quod majeſtas veſtra eſt caput, advocatus, & protector totius Chriſtianitatis, & ſacri Romani imperii, & divina providentia adhoc ordinatus; ideo gratioſe velit expendere quod ex dilatione concilii nihil certius ſequitur, quam diſſipatio catholicæ fidei, totius Romani imperii, & Germanicæ nationis. Cum ergo in Chriſtiana religione ab antiquo in uſu fuerit, quod Romani Imperatores in ſimilibus caſibus etiam indixerint & celebraverint concilia, & jam extrema neceſſitas immineat concilii ex aſſignatis cauſis aperte & evidenter, nec poteſt pati dilationem, maxime cum ab utraque parte diligentiſſime quæratur & petatur; ideo electorum ambaſiatores, principes, & ſtatus humillime ſupplicant, & quam maxime fieri poteſt rogant, ut veſtra cæſarea majeſtas ex allegatis cauſis, velut Romanus Imperator, dignetur generale concilium quamprimum fieri poteſt indicere, & illud etiam ipſo facto continuare: ad quod convocet etiam pontificiam ſanctitatem, & reliquos potentatus, ſicut decet: indubie pontificia ſanctitas & alii potentatus, nihil aliud cogitabunt, quam quod hoc fiat pro manutenſione catholicæ fidei & ſuprema neceſſitate; ideo in eo etiam habebunt cumplacentiam, & in concilio in propria perſona comparebunt, & illud promovebunt & defendent.*

Volunt hæretici conciliabulum induci a Cæſare.

Monarchiam a Chriſto inſtitutam humanæ ſubiiciunt.

Quod ſi aut omnino impetrari non poteſt generale concilium, quod tamen natio Germanica non exiſtimat, tunc ſtatus imperii concluſerunt & ſupplicant veſtræ cæſareæ majeſtati, ne hoc ei diſpliceat vel adverſetur, quod ſtatus jam hic conſentiant & conveniant ſuper nationalis congregationis loco & tempore nominandis, ut ſic convenientes deliberent & conſultent quomodo puncta aberrantia redigant in bonam & Catholicam unitatem & concordiam.

De fide volunt decernere.

XIX. Moliebantur hæretici concordiæ ſpecie conflare ſchiſma, Germaniamque ab eccleſia Romana divellere: quorum ſuſurris Imperator ſapienter aures obcluſit, expoſuitque qua diligentia apud ſedem Apoſtolicam & ſacrum ſenatum pro impetrando concilio eſſet uſus, utque Pontifex legationem in Gallias decreviſſet,

Quid hæreticis reſpondit Carolus V.

ac

ac de forma & modo & loco concilii graviſſimæ difficultates exortæ eſſent; bene autem ſperare ſe Pontificem ſuo muneri non defuturum: de quibus Cardinalis Campegius meminiſſe videtur (*a*): *Pro parte autem cæſareæ majeſtatis hoc, quod ſequitur, datum eſt reſponſum* (*b*) *principibus & ſtatibus imperii pie & catholice in eodem conventu Ratiſponenſi* MDXXXII. *Quo ſatisfiat petitioni ſtatuum cæſarea majeſtas ultra labores & diligentiam, quos ſua majeſtas una cum ſtatibus impendit Auguſtæ in cauſa religionis, tunc deſtinavit notabiles perſonas ad noſtrum ſanctum dominum Papam, & collegium Cardinalium cum literis & mandato ad petendum, requirendum, & ſolicitandum, ut generale concilium indiceretur, & celebraretur. Super qua requiſitione majeſtatis ſuæ præfati noſter ſanctiſſimus pater Papa & Cardinales miſerunt ad majeſtatem ſuam epiſcopum de Tortona gubernatorem Bononiæ, qui una cum pontificio legato Campegio & epiſcopo Vaſionenſi tunc temporis nuncio apoſtolico cum ſua majeſtate convenirent, ſicut & fecerunt, & acceſſerunt ad majeſtatem ſuam in civitate Leodienſi, & propoſuerunt majeſtati ſuæ, ſedem Romanam eſſe illius propoſiti ad indicendum & celebrandum concilium; ſed prius informandum eſſe ſuam majeſtatem ſuper punctis & gravaminibus, & qua forma & modo. Inſuper ex qua cauſa, quo tempore & loco concilium convocandum ſit, ut ſic effectualiter concilium celebretur.*

(*a*) *Lib.* 3. *lit. princ. pag.* 16.
(*b*) *Ibid. pag.* 454.

Cæſarea pro concilio congregando legatio.

Super qua propoſitione, & aſſignatis punctis viſum eſt neceſſarium majeſtati ſuæ agere & tractare cum Rege Franciæ: & hujus rei cauſa notabilem ambaſiatam miſit ad Regem Franciæ, quæ varia locuta eſt cum Rege, qui agnovit inevitabilem neceſſitatem concilii: ſed finaliter res manſit ſine concluſione potiſſimum quantum ad modum & formam concilii, & præcipue quantum ad locum; & adhuc eſt ſua cæſarea majeſtas hujus gratioſæ voluntatis apud pontificiam ſanctitatem promovendi & ſolicitandi, & omnia agere vult, quæ commoda ſunt & utilia, quo generale concilium celebretur, quemadmodum ſtatus petunt: & ſperat ſua cæſarea majeſtas pontificiam ſanctitatem facturam bonam proviſionem, quo memorata gravamina & difficultates abſolvantur, & non inſiſtet in eis; ſed omnia facturus ſit, quæ pertinent ad officium ſuum, quo hujuſmodi concilium indicatur & celebretur.

Gallorum Rex ſolicitatus, ut ſtudium in ea re adhibeat.

XX. Optabat Clemens œcumenicum concilium veteri majorum more & inſtituto ad eludendos Lutheranorum dolos celebrari; quod ſine omnium gentium conſenſione fieri non poterat; ac propterea, cum Franciſcus Gallorum Rex, qui diſturbaſſe concilium, ut Germaniam religionis diſſidio implicitam adverſus Carolum Imperatorem teneret, creditus, maximas difficultates circa modum congregandi concilii afferret, Clemens datis decima maii, literis (*c*) quibus aſcripta eſt dies decima maii Carolo ipſi ſignificavit ſe convocandi concilii cupidiſſimum eſſe; nil tamen ſine Cardinalium, quibus excutiendarum ſynodalium rerum provincia erat data, conſilio ſtatuere debere: petitum omnibus precibus a Gallorum Rege, ut formam concilii conſtitutam a Romana eccleſia & cæſare æqui bonique faceret; verum ſi obſiſtere Gallus perrexerit, diſcrimen imminere, ne, ſi concilium illo invito celebretur, Lutherani in pertinacia confirmentur; atque ideo in re ancipiti dandam ab utroque exquirendo ſaluberrimo conſilio operam. Menſe vero junii de apoſtolicis ad Reges in arma pro religione tuenda concitandos impenſis laboribus certiorem fecit (*d*); verum univerſos intepeſcere: ſe tamen ſperare cæſareas ac Ferdinandi Regis & pontificias vires conjunctas propulſandis Turcarum conatibus pares futuras; & quamquam non iis valet opibus, quantas in tam eximia cauſa cuperet profundere, decem tamen equitum Hungarorum millia eccleſiaſticis ſtipendiis conducturum, neque ob difficultates temporum majores copias inſtruere poſſe: quæ literæ XVIII. junii hujus anni die ſunt conſignatæ. Præter hæc vero ſubſidia etiam duodecim triremes cæſareæ claſſi conjunxit (*e*), Picænique oram maritimam ad retundendos Turcarum impetus præſidiario exercitu communivit.

Cur non aſſenſerit Clemens Lutheranis concilium expetentibus.

(*c*) *Ext. lib.* 3. *l. princ. p.* 12.

(*d*) *Lib.* 3. *li. princ. p.* 14.

Decem millia equitum pro tuenda Hungaria pollicetur.

(*e*) *Clem. lib. brev. ann.* 1532. *p.* 204.

XXI. Significavit etiam Imperatori ac Ferdinando Romanorum Regi optaſſe ſe in Germaniam pergere, atque una cum ipſis ac principibus & præſulibus bellicos contra fidei hoſtes ſubire labores, immo ſanguinem pro Chriſto fundere; verum cum Italiæ quoque præſentia pontificis ac præſidio nudatæ maxima imminerent pericula, Hippolytum Medicem Cardinalem legatum ſe decreviſſe: denique eos ad conſtantiam ſpemque in Chriſto collocandam excitavit, ut cum Matthias Rex olim impetus Turcicos copiis minoribus toties fregiſſet, ipſi majoribus ſuccincti debellare Solimannum non vererentur.

Hippolytus Medices in Germaniam miſſus.

Chariſſimis in Chriſto filiis noſtris Carolo Imperatori ſemper Auguſto, ejuſque fratri Ferdinando Romanorum, ac Hungariæ & Bohemiæ Regi illuſtri.

Chariſſimi in Chriſto filii noſtri. Cum audiremus proxime communem Dei & noſtrum

ſtrum hoſtem Turcam omni vi & apparatu ſuo Hungariam, & Germaniam repetere; ſane nos, qui illam fortiſſimam Germaniæ nationem caput ſedemque Romani imperii ſemper murum ac robur ceteræ Chriſtianitatis, ut eſt, exiſtimavimus, haud minus ſumus commoti, & periculi magnitudine perculſi, quam ſi is, quod ferebatur, Italiam, ac nos proprie invaderet; neque enim aliud facere putandus eſt, quam cuncta ſimul invadere, qui nobiliora aggreditur. Ad hanc quoque rationem communis periculi iſthinc dependentis accedebat paſtorale officium, curaque noſtra de omnibus fidelibus univerſalis, & benevolentia etiam noſtra, quæ non ſolum vos, chariſſimi in Chriſto filii, ſed & univerſam inclytam Germaniæ nationem proſequamur. Etſi igitur eramus en præteritis calamitatibus exhauſti, et attenuati, quantum majeſtates veſtræ non ignorant; tamen noſtro officio amorique convenire duximus, ut veſtris, ac imperio nationique quotidie defenſioni haud minus, quam noſtræ propriæ ſubveniremus, quantumque præſtare noſtra tenuitas poſſet non deeſſemus veſtris periculis arcendis, quæ & noſtra in amore reputabamus, & niſi propulſata a vobis eſſent, Chriſtianæ reipublicæ maximam calamitatem allatura formidabantur, primum fatigati jamdudum in hortandis ac rogandis principibus ceteris ad communem defenſionem ſuſcipiendam; in quo procurando etiamdum quotidiana inſtantia perſtitimus vobiſcum, chariſſimi in Chriſto filii, optimi principes, fratres concordiſſimi, quos communis ſalutis habebamus zelatores, Imperator & Rex Romanorum illuſtres voluntate & ſtudio noſtro conſenſimus, conſilia communicavimus, vires contribuimus, authoritatem opemque noſtram & hujus ſanctæ ſedis omnem ad comparanda neceſſaria ſubſidia partim obtulimus, partim contulimus, & copioſius etiam conferre parati ſumus.

Suum in Auſtriacos ſtudium Clemens explicat.

XXII. Præterea ne pejorem iſthic rerum conditionem Italiæ detrimenta facerent; quod noſtrum fuit, dedimus in terris noſtris operam, ut omnis ora noſtra maritima in Illyricum claſſemque hoſtilem obverſa, præſertimque marchia noſtra Anconitana muniris partibus & locis littoralibus redderetur ſecurior, militibus etiam in præſidio illic collocatis duodecim etiam triremibus ad claſſem tuam, fili Imperator, quam pro defenſione Italiæ & Siciliæ paras, noſtro ſumptu inſtructis & adjunctis; deinde vero libenter ipſi Deo hoc reddidiſſemus, a quo omnia accepimus ut iſthuc ipſi in perſona propria veniremus, neque itineri, neque labori, neque periculo ulli noſtro pro Dei cauſa parceremus: quid enim nobis

Picena ora communita.

Inſtructæ duodecim triremes, quæ cæſareæ claſſi conjungantur.

aut ad officium convenientius, aut etiam aptius ad gloriam, quam ubi sereniſſimi fratres Imperator & Rex Romanorum, totque præſules & principes ſacri imperii pro Chriſti fide convenirent, & in communem ſalutem incumbunt, ibi nos etiam perſonaliter reperiri; & aut miniſterio noſtri officii, aut opera etiam & labore perſonæ noſtræ Chriſto non deeſſe, ac quod eſt in tali tempore optandum potius, quam defugiendum, vitam quoque & proprium ſanguinem pro Deo æternaque ſalute profundere, niſi noſtram ab Italia in hoc tempore abſentiam Italiæ ipſi periculoſam exiſtimaviſſemus, præſentiamque utiliorem judicaviſſemus ad cuncta neceſſaria providenda? Quod iter ad vos quoniam ipſi ſuſcipere nequibamus, cum cuperemus alterum hinc receptum, qui nos ipſos referret loco noſtri mittere, præſertim dilecto filio noſtro Cardinali Campegio ex articulorum doloribus frequentius impedito, quam in tantis rerum motibus & periculis præſentiam & operam ſuam præſtare nobis poſſit, eum elegimus, quem in amore & dilectione noſtra precipuum habebamus, virum noſtri generis ac ſanguinis virtute, ingenio, & fortitudine animi ſpectatum, nepotem ſecundum carnem noſtrum dilectum filium Hippolytum Cardinalem de Medicis, quo nec chariorem nobis, nec majeſtatum veſtrarum obſervantiorem, aut Germanicæ nationis ſtudioſiorem habebamus. Eum itaque loco perſonæ noſtræ & tanquam nos alteros, noſtrum & hujus ſanctæ ſedis legatum de latere ad vos propediem deſtinatum, nunc ad iter ſe continue accingentem, per quem, filii chariſſimi, quidquid opis, virium, authoritatis in nobis eſt, aut eſſe poteſt ad communem defenſionem veſtram, in qua etiam noſtra incluſa eſſe nobis videtur, id totum vobis & ad veſtra placita deferemus; in illo enim omnem perſonæ noſtræ affectum & effectum poſitum eſſe volumus, ut is pro ſua etiam erga majeſtates veſtras, quibus deditiſſimus eſt obſervantia & devotione vobiſcum noſtro nomine omnia conſilia & actiones ſuſcipiat, & exequatur, quæ ad præſens periculum propulſandum pertinebunt.

Quanta ſit Hippolyto Medici auctoritas demandata.

Et ut nos ipſi jam nunc partem oneris XXIII.
aliquam iſtic vendicemus, decem millia equitum Hungarorum ſpectatæ olim cum hoc hoſte virtutis ſtipendio noſtro & hujus ſanctæ ſedis vobiſcum militare volumus, donec id periculum Deo adjutore, fuerit a vobis depulſum: cujus ſtipendii illis in menſes ſingulos perſolvendi curam eidem Hippolyto Cardinali demandabimus. Quamquam hanc autem oneris portionem voluntarie nobis ſumamus non tamen ſumus propterea defuturi in ſubſidio ampliore conferendo, ſi neceſſitas

tulerit, quantum noſtræ undique vires poterunt congregare, ſicut omnia idem Hippolytus Cardinalis plenius vobis explicabit. Itaque, chariſſimi in Chriſto filii, vos in communi domino Jeſu non ſine lacrymis rogamus, ut quoniam idem Dominus vel ob noſtram probationem & correctionem, aut etiam quod pie ſperamus propter hoſtium ipſorum ultionem & cladem, has perſecutionum procellas veſtris nunc maxime regionibus patitur intonare, vos Deo primum orationibus, jejuniis, & eleemoſynis placato, deinde alacriter contra hoſtem ipſius Dei ac veſtrum, virtute & cauſa vobis longe inferiorem, neque numero vos valde ſuperaturum, congrediamini, ſpe pleni & illo præcipue ſigno armati, in quo Conſtantinus vicit; nec modo ille tantus Imperator, verum etiam hunc ipſum hoſtem claræ memoriæ Matthias ſolus Hungariæ Rex toties propulit ac ſuperavit: tua quoque, Imperator auguſte, tuique sereniſſimi fratris inclyta pietas veſtra tot jam ſucceſſibus ſpectata felicitas facile nobis optatos exitus noſtræ ſecuritatis veſtræque victoriæ deſpondet, cum feliciſſimum te in Chriſtianis bellis, multo feliciorem adverſus Chriſti hoſtes ſperare debeamus. Qua felicitate Deus omnipotens vos, filii chariſſimi, donare dignetur ad honorem divini nominis ſui, veſtramque gloriam & univerſorum Chriſti fidelium ſalutem & ſecuritatem, ſicut & certo futurum in ejuſdem Dei benignitate confidimus, &c. Datum Romæ XVIII. *junii MDXXXII. pontificatus noſtri anno* IX.

Data Carolo V. & Ferdinando conſilia, ut Deo ſe commendent.

XXIV. De Hippolyti Cardinalis legati profectione hoc refert Petrus Paulus Gualterius Aretinus in diariis (*a*): *Die* VIII. *julii hora* VIII. *MDXXXII. Cardinalis de Medicis proficiſcitur legatus in Hungariam contra Turcum.* Extant datæ pridie illius diei commendatitiæ Clementis literæ (*b*) ad Carolum V. & Ferdinandum Regem, quibus repetit ſumma cupiditate ſuſtinendi una cum ipſis pro tuendo imperio Chriſtiano caſtrenſis laboris ſe flagraſſe, ac ne voti compos omnino non fieret, chariſſimum nepotem in ſui locum ſe ſubrogaſſe. Perveniſſe legatum Ratiſponam die duodecima auguſti, ac venienti Ferdinandum Regem Romanorum obviam proceſſiſſe; cumque ante regiam iter fieret, legatum inſtitiſſe apud Ferdinandum, ne ampliori labore ſe gravaret: at illum ad paratas ædes deductum legatum ſuo comitatu cohoneſtaſſe, refert Cardinalis Campegius in literis ad Jacobum Salviatum datis. Significarat antea, nimirum ſecunda auguſti die, eidem Salviato Campegius, ſoluta fuiſſe die vigeſima ſeptima Julii Ratiſponenſem conventum, & oratoribus abeundi datam poteſtatem: accepiſſe vero ſe a cæſareis ſenatoribus non reformidari amplius Lutheranum bellum, illoſque ſpopondiſſe ſe adverſus Turcas arma juncturos; iis iis vero legibus rem tranſactam, ut nil amplius uſque ad futurum concilium aut conventum imperialem novetur; ſecundo ut eodem, quo antea, jure vivere ſinerentur, neque, a fiſci præfecto aut ſenatu auguſtali poſtularentur de re Lutherana ac religione, quam poſtremam vocem enixe contenderunt. Non ſine magnis difficultatibus id evinci potuit, cum Lutherani Suinfurti congregati plura contra rem catholicam & cæſaream dignitatem depoſcerent (*c*), ex Solimani adventu efferatiores redditi: ad quos conciliandos Albertus Cardinalis Moguntinus & Ludovicus Palatinus Rheni pacis interpretes decreti (*d*) ſunt: cumque nulla concordiæ ratio iniri poſſet, conventus Suinfurto Nurembergam translati ſunt (*e*), in quibus ſeptemviri convenerunt, atque ut Jovius tradit: *Fit decretum e ſumma concilii, ut in aliud tempus Lutheranæ cauſæ cognitio differatur, cæteriſque controverſiis & rebus omnibus poſtpoſitis omnes in unum belli apparatum animos intendant.* Tranſmiſit ad Pontificem Cæſar, ut ait Cardinalis Campegius (*f*), ejuſmodi decreti formam die tertia auguſti Ratiſponæ conſignatam, quam e Vaticano tabulario repetimus (*g*) [1].

Ca-

(*a*) *Petr. Paul. Gualt. Aret. colleg. Cardin. ſecret. in diar.*

(*b*) *L. 3. lit. princ. p. 15.*

Hyppoliti Cardinalis in Germaniam profectio.

Lutherani qua lege Cæſari in Turcas conjuncti.

Ex Turcarum adventu ſerociunt.

(*c*) *Surius in comment. hoc ann.*

(*d*) *Cocl. in actis Luther. hoc ann.*

(*e*) *Sur. ubi ſup. Jovius lib. 30.* Permiſſa illorum impietati licentia.

(*f*) *L. 3. lit. princ. pag. 17.*

(*g*) *Bull. diverſ. lib. ſign. lit. A. n. 36. p. 77.*

NOTÆ [1] TRia hæc Germanorum principum comitia, Schweinfurtenſe, Norimbergenſe ac Ratiſponenſe a Spalatino in vitia electorum Saxoniæ ita commemorantur, ut quo ſingula tempore cœperint apte definiat, ac nonnulla addat ad emendationem Annalium neceſſaria. Schweinfurtenſe in pervigilio paſchæ coactum, quo præter electores ablegati *maritimarum* & liberarum civitatum Germaniæ venerunt. Pacis componendæ arbitri dati ſunt ab imperatore Moguntinus & Palatinus Rheni. Per hebdomadas ſex diſceptatum, nihil ſtatutum, ac tandem re infecta diſceſſum eſt. Iterum die lunæ poſt feſtum Corporis Chriſti itum eſt Nurembergam, ubi tandem de pace vel potius de induciis, iis conditionibus, quæ in Annalibus leguntur, conventum eſt. Leges iſtæ induciarum ſignantur Norimbergæ die XXVIII. Julii. Ratiſponenſia tandem comitia celebrari cœpta die Calendarum martii, ſi fides habeatur Chytræo apud Calviſium ad hunc annum. Perſeverarunt vero ad exitum uſque Julii, quin & ad diem III. auguſti, cum die illa Carolus imperator conſtitutionem dederit, ſignatique Ratiſponæ, qua induciarum leges illas confirmat; quæ profecto confirmatio facta eſt in comitiis, ut Spalatinus non obſcure ſignificat. Ex his omnibus Annales emendandi. Induciæ non Ratiſponæ primum ſed Norimbergæ ſancitæ. Norimbergenſes tabulæ non auguſto ineunte, ut ſcribit Annaliſta hic num. 30. ſed Julio exeunte ſignatæ. MANSI

Carolus V. &c. omnibus & ſingulis principibus, electoribus, & ſæcularibus prælatis, comitibus, dominis liberis, equitibus auratis, &c.

XXV. *Poſtquam in ſacro imperio nationis Germanicæ maximæ differentiæ ac diſcordiæ in cauſa religionis ac fidei ortæ ſint, quibus, ſi a nobis tempeſtivo conſilio non ſuccurratur, bella, ſeditiones, adverſitateſque in ſacro imperio Romano, irreparabiliaque damna & detrimenta oriri poſſent, præſertim hoc tempore cum hoſtis & inimicus ſanguinis Chriſtiani Turca in propria perſona cum maximis copiis in regnum Hungariæ advenit, hocque propoſito ſit ulterius progredi, Auſtriamque & alias provincias Germaniæ invadere, eaſque obedientiæ ac poteſtati ſuæ ſubmittere, eu quibus enumeratis, aliiſque quamplurimis maximiſque cauſis ſumma neceſſitas poſtulat communem nationem Germanicam in bona pace & concordia conſervare, ut hæc damna, incommoda, & detrimenta maxima avertantur, ſuper hæc nos, ut ſupremum caput inter omnes ſtatus ſacri imperii Germanicæ nationis ſpiritualibus & ſæcularibus uſque ad commune, liberum, Chriſtianum concilium, quemadmodum hoc in comitiis Noribergenſibus concluſum eſt; aut ſi illud progreſſum ſuum non habebit, communes ſtatus imperii, quemadmodum ſequitur, in aliquem commodum locum conſcribi debent ad publicam pacem erigendam, totique imperio publicandam, nobis propoſuimus, quemadmodum ex noſtræ cæſareæ majeſtatis plenaria poteſtate, hanc publicam pacem erigimus & publicamus hoc modo: quod in eo intervallo temporis, dum concilium celebrabitur, aut alius quidam locus, quo communes ſtatus imperii conveniant ad differentias religionis componendas deputabitur, nemo alium vel propter cauſam religionis, nec ex alia quavis cauſa lædere, debellare, captivum ducere, obſidione premere, neque per ſe aut alium caſtra, civitates, oppida, municipia, villas, domuſque ſeparatas invadere, aut abſque alterius conſenſu manu violenta capere, vel igne, aut alio quovis modo perſequi; neque ut quiſquam huiuſmodi hominibus conſilium, auxilium, favoremque præbeat, aut illos hoſpitio ſuſcipiat, eiſque victum potumque præbeat, ſuſtentare aut ſufferre debeat, ſed ut ſe invicem vera Chriſtiana charitate proſequantur. Offerimus quoque omnem operam daturos, ut prædictum concilium in intervallo medii anni publicetur, & ſub finem anni celebretur: caſu vero quod hoc fieri non poſſit, ut tum communes ſtatus in accommodum aliquem locum conſcribantur, ultriuſque conſultent, quid & de concilio, & aliis neceſſariis cauſis fieri debeat, committimuſque his noſtris literis omnibus & ſingulis per eam fidem, qua nobis & ſacro Romano imperio obligati eſtis, ac etiam pœnis, quæ in pacto pacis Wormatiæ publicato continentur; ac volumus, ut hanc publicam pacem in omnibus punctis, articulis, quemadmodum de verbo ad verbum expreſſum eſt, firmiter obſervetis, ne quiſquam alium vel ſpiritualis vel temporalis conditionis alterum offendat, verum ut quiſque in ſua opinione ab alio, ut permaneat permittatur; neque quiſquam ab aliquo graviter, quantum cuilibet chara eſt noſtra imperii indignatio ac pœna, ut eam fugiant, in quam ſi contra hoc noſtrum mandatum feceris, ſe incurſurum ſciant: & hæc noſtra eſt ſevera voluntas. Datum in noſtra & imperii civitate Ratiſponæ III. die menſis auguſti anno MDXXXII. noſtri Romani imperii anno XII. regnorum noſtrorum XVII.*

Lutheranæ controverſiæ ad novum concilium dilatæ.

Promiſſa data Lutheranis a Carolo V.

Carolus.

XXVI. Hoc interim Chriſtianam pietatem pene in Germania interemit: hæreſum enim fœdiſſimarum monſtra, quæ graſſabantur in Germania, liberius poſthac furorem effuderunt, cum in Ratiſponenſi & Nurembergenſi conventibus ſancitum nemini religionis cauſa uſque ad futurum concilium exhibendam moleſtiam viderimus. Extat apud Melchiorem Dolgaſtum (a) cæſareum edictum ſuperiori fuſius, verbiſque diſcrepans, quod hæretico ſtylo exaratum eſt; in eo enim inter alia præclara Cæſaris facinora narratur Romam in ordinem fatali ordine redactam fuiſſe; quaſi vero Cæſar ſe invito eam proditione captam antea non promulgarit, & obſeſſi Pontificis ſcelus a ſe omni ſtudio non removerit. In quo etiam hæreticos velut innocentes non ferro, non carceribus, non igne; ſed gladio ſpiritus tantum expugnandos ſancitur ex maleſano politicorum conſilio, quo infeliciſſime perditam Germaniam, immo & alia regna everſa lugemus: *Vere tunc apparebit, nullam aliam compendioſiorem eſſe viam a fide Chriſti alienos aut in avia delapſos in viam reducendi, & ad ſpontaneum Dei cultum revocandi, quam ſi verbo & ſpiritus potentia hereſes convincantur, errantes ſanabileſque cum manſuetudine tractentur; minime vero quiſquam vi, carcere, tormentis, flagris, ferro, fune, flumine, flamma, ad colendum Numen, cui non niſi voluntaria mentis noſtræ victima, & labiorum ac pectoris, non thuris, neque hecatombes ſacrificium probatur a noſtris judicibus cogetur, ut neminem unquam pientiſſimi Imperatores Conſtantinus magnus, Jovianus, Valentinianus, & alii, quo-*

(a) *Dolgaſt. to. 3. p. 516.*

Vana politicorum ratio de non plectendis hæreticis.

At hæretici in catholicos ferro ſæviunt.

rum exempla legis vicem præbent, & nos eorum veſtigiis inſiſtere laudis opus arbitramur, violenta coactione ad ſuſcipiendam religionem adegerunt: gentile enim & beſtiarum nimis eſt, & eorum, qui homicidam ſpiritum ductorem ac doctorem habent, religionem carnificum taureis & eculeis inculcare malle, quam placide ſententias conferre, quod Decium, Diocletianum, Maxentium, Maximinum, Julianum Parabatem, paganos, & Valentem Arianum, quos omnes tragicus fere excepit exitus, decet: quare cum hoc ita multi orthodoxi epiſcopi, & Eccleſiæ veræ catholicæ doctores ſentiant, eum contra, qui ſentit non ſolum nihil, ſed impie ſentire credere fas eſt: & nos illis in re tanti momenti ſuffragari ac ſubſcribere quid vetat? Quod cum re vera ita ſit, nos populi nobis divinitus commiſſi curam gerentes, & ſaluti ejuſdem, quæ prima, ſecunda, & poſtrema lex eſt, conſulentes, omnes omnium locorum judices hortamur, ut a conſiliis cruentis ſibi temperent, neque ad crudelitatem ſe armari a malæ feritatis & ſanguinariis hominibus patiantur, ne adverſus voluntatem noſtram hic atteſtatam limites officii egrediantur, manuſque ſuas innocenti maculent ſanguine. Dat. Auguſtæ Tiberiæ in comitiis anno ab orbe redempto MDXXXII.

XXVII. Graſſatâ inde latius hæreſis.

Nullum ſævitiæ genus hac intempeſtivâ clementia crudelius eſſe potuit, quod oſtendebant, albentes oſſibus centum millium ſimplicium ruſticorum, quos hæretici ſeduxerant, Germaniæ campi, tot ſacerdotum & monachorum cædes, tot everſa templa, tot commiſſa flagitia, tot animarum ab hæreticis interemptarum ruentiumque in inferos ſtrages: ſed multo magis Anabaptiſtarum, qui ſanctitatis & innocentiæ larvam induebant, ſecutæ graſſationes & cruentiſſima conſilia, crudelis ejuſmodi ſententiæ fallaciam oſtendent: neque enim ſanctiſſimi Pontifices & epiſcopi, non patres Conſtantienſis concilii, non Ferdinandus ille inclytus, qui divino ſpiritu inſtinctus conſtitutis cenſuræ fidei tribunalibus ſervavit Hiſpanias; ſed hæretici, hæreticorumque palpatores politici, quantumvis ſpeciem præ ſe clementiæ ferant, re vera inhumani & ſanguinarii extiterunt. Infectos autem hac nefaria opinione, permittendam eſſe cuique quidlibet credendi libertatem, plures, qui in Regum aulis ſapientiæ nomen ſibi aſciſcunt, deplorat Joannes Faber epiſcopus Viennenſis, qui ad refellendam eandem opinionem a Luthero inductam, ab atheis confirmatam, & jam ante a Leone X. damnatam (a), egregium commentarium edidit: ſed multo magis coercendi ferro erant hæretici, quod in pios ſacerdotes eorum impietatem confutantes, aut Deo facientes ſacra, aut in ipſos cæſareos magiſtratus, vel cæſareæ clientelæ commendatos ſævirent ferro, niſi hæretica deliramenta, calcatis Chriſto Cæſareque Chriſtiano adorarent, ut Joannes Eckius luxit. Quam vero cæſareus ſcriba turpiter lapſus ſit, dum in ſuperioris edicti formula Cæſares Chriſtianam fidem tuentes ferro adverſus Eccleſiæ perduelles cum Decio & Diocletiano dæmonum cultum ferro tuentibus contulit, oſtendit Joannes Faber (b) Viennenſis epiſcopus: *Sunt*, inquit, *& utinam hodie non eſſent athei, & plane ſine Deo homines, qui non formidant temere & pertinaciter aſſerere, Imperatores, Reges, ac principes pro orthodoxa religione adverſus hæreſes & earundem authores nihil ſancire, mandare, ac ſtatuere poſſe; quodque liberum ſit unicuique ſentire & credere quidquid libeat, & tandem facere quidvis lubet. Proin Cæſaris edicta, Regum quoque & principum mandata utcumque ſanctiſſima & Chriſtianiſſima non obligent quemquam. Sed quam impia & abominabilis, neque ullo ſæculo recepta fuerit hæc perverſa, & non niſi ad rebellionem tendens ſententia manifeſtum erit. Primo ſi jura, ſi leges atque decreta religioſiſſimorum Imperatorum & Chriſtianiſſimorum principum obiter conſideremus, & perſpexerimus.*

Quis autem niſi mentis inops negaverit Gratianum, Valentinianum, Theodoſium, Martianum, nempe ratione temporis, quo fidem catholicam tenuit, *Imperatores ſemper auguſtos fuiſſe principes Dei & catholicæ Eccleſiæ cultores, omnium pientiſſimos atque laudatiſſimos; hi vero ſub titulo de ſumma Trinitate & fide catholica, ut nemo publice de ea contendere audeat catholice mandarunt ac* (c) *ſtatuerunt, ut cuncti populi verſentur in ea ac tali religione, quam divinum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis conſtat, & religio uſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quamque Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ epiſcopum virum apoſtolicæ ſanctitatis, hoc eſt, ut ſecundum apoſtolicam diſciplinam evangelicamque doctrinam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam deitatem ſub pari majeſtate & ſub pia Trinitate credamus: Hanc legem ſequentes Chriſtianorum catholicorumque nomen jubemus, inquiunt iidem glorioſiſſimi principes, amplecti; reliquos vero dementes væſanoſque judicantes hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere divina primum vindicta, poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cæleſti arbitrio ſum-*

(a) Leon. X. propoſ. 53.

(b) Jo. Faber. l. adverſus hæreſes, & eorum authores.

Veteres Cæſares animadvertere in hæreticos.

(c) L. cunctos populos C. de ſumma Trinit. & fide cath.

Digitized by Google

ſumpſerimus ultione plectendos. Plura alia Imperatorum atque ipſius Caroli V. & Regis Ferdinandi ejus fratris exempla ſeveritatis in hæreticos adhibitæ afferuntur, a qua ſuperiori edicto Carolum hoc anno defeciſſe, vitiumque variis coloribus ob cauſas politicas ſucaſſe vidimus.

XXVIII. Ne porro peſtis anabaptiſtica, quæ Lutherana funeſtior videbatur, ex qua tamen originem traxerat, ſerperet, Carolus V. digniſſimam ſumma laude ſanctionem hoc anno edidit (*a*) adverſus impios homines, qui in Deum & virginem Deiparam ac ſanctos viros, quorum in ſacris literis fit mentio, blaſphemas ac furiales voces mittebant.

(*a*) *Apud Dolegaſt. to.3.pag.* 538.

Pœna blaſphemiæ.

Principio ut domino Deo, qui nos condidit, ſanctiſſimum nomen illibatum, & honor ſartus tectus permaneat, qui honorantes ſe honorat; ob blaſphemias vero fames, terræ motus, & peſtilentia oboriantur; conſtituimus, ut ſi quis [quod convitia hominibus ingeſta multa non relinquantur] blaſphemo ore Deum optimum maximum impietatis impotentiæve inſimularit, qui quod Deo dandum eſt, detraxerit, vel negarit, quod non dandum, aut imputandum adſcripſerit, denique, qui Deo maledixerit; item qui Deiparam ſemper virginem, aut quos ſanctos Dei homines ſacra prædicat pagina, injurioſe proſciderit, ſcommatis convitiis inceſſerit, is a loci judice caſtri, vel oppidi præfecto ex officio in vincula conjici, & ob blaſphemiam dictam, prout atrocior leviorque fuerit, in corpore membriſque, velut linguæ reſectione, aut evulſione, vel etiam mulcta coerceri poterit. Quod ita tamen accipi debet, ut judices prius ad magiſtratum referant, qui cognitis circumſtantiis ſecundum leges ſacratiſſimas, præſertim noviſſimam conſtitutionem Auguſtanam anno MDXXX. editam qui facto opus ſit, & qui plecti blaſphemus debeat, reſpondebunt.

Damnati blaſphemi in B. Virginem.

Latam antea legem a Maximiliano Caroli V. avo in blaſphemos vidimus, ſed ampliorem, cum ſanctos, quos univerſa catholica veneratur Eccleſia, non excluderet. Hæreſes porro, quæ Chriſto divinitatem, ejuſque matri Deiparæ & ſemper virgini glorioſiſſimos titulos detrahebant, & olim ab Ario, Neſtorio & Helvidio excogitatæ fuerant, novi hæretici Germani omnes complexi, Mahometanis, qui virginitatem matris Chriſti ſaltem fatentur, cum Turcicus illis gladius immineret, nequiores evaſerant, ut ut idem Faber tradit (*b*).

(*b*) *Jo. Fab. in diſput. cum Balthaſ. cap.* 15.

XXIX. Porro ſeveritatem in Lutheranos adhibere non eſt auſus Imperator ob extremi diſcriminis Turcici terrorem, ne ſimul Lutheranos & Turcas ſuſtinere cogeretur, refert Laurentius Surius (*c*); uti viciſſim Lutherani metu ſervitutis Turcicæ catholicis, quos oderant, ſe conjunxerunt: *Multa*, inquit, *coactus eſt piiſſimus princeps ob temporum calamitatem diſſimulare, haud dubie non facturus, ſi tanta Turcarum vis in certiſſimum totius Europæ exitium Germaniæ non incubuiſſet. Ubi vero proteſtantes Cæſaris hoc decretum acceperunt, obſequentiam & officium illi deferunt, & auxilia contra Turcas pollicentur. Interim Lutherus & novi dogmatiſtæ animis erigebantur, quod viderent magno ſe metu liberatos Cæſare turcico bello diſtento*. Tradit idem author, ſperaſſe Carolum paucorum menſium ſpatio concilium celebratum iri. Et quidem Pontificem accepto imperiali decreto conſenſiſſe, ut concilium ad dirimendas Lutheranas controverſias cogeretur, ipſemet Carolus teſtatus eſt (*d*), dum ita ad principes in alio conventu Ratiſponenſi poſtea indicto retulit: *Sanctitas ſua generale concilium intra annum indicere & denuntiare velle, conſenſit, quemadmodum etiam ſanctitas ſua tunc temporis hæc electoribus & aliis principibus ac ſtatibus imperii ſignificavit*. At cur celebrari non potuerit concilium, jam ante ex pontificiis ad Cæſarem datis literis (*e*) dictum eſt, Gallorum ſcilicet Regem obſtitiſſe, ne eo indicto cæſarea amplitudo augeretur; quam ob cauſam etiam ipſum Turcas concitaſſe in Carolum creditum eſt (*f*), & Lutheranam factionem non conſopiri, ſed ea Carolum fatigari exoptaſſe. Non aſſenſiſſe etiam, ut concilium cogeretur Henricum Anglorum Regem narrat Belcairus (*g*): & in hoc ſane manifeſta, cauſa extitit, quod nimirum ab eccleſia Romana, ex concepto ob intentatum ſibi anathema ſi Annam Bolenam in matrimonium ducere tentaſſet furore, deficere meditaretur: Gallo autem & Anglo Regibus concilium reſpuentibus Lutheranos ad officium non redigendos, ſed graviora ſchiſmata in Eccleſia exoriri poſſe ex concilii celebratione Pontifici viſum eſt, de quibus poſtea.

(*c*) *Sur. in comment. hoc ann.*

Cur Lutheranorum impietatem Carolus V. diſſimularit.

(*d*) *MS. arch. Vat. ſign. lit. T. p.* 446. *Car.* 5. *in receſ. Ratiſpon. an.* 1541.

Galliæ & Angliæ Reges celebrando concilio obſtiterunt.

(*e*) *Ext. l.* 3. *lit. princip. p.* 12.

(*f*) *Paul. Jov. l.* 20. *Nicol. Iſthuanff. l.* 11.

(*g*) *Belcbair. l.* 20.

Pertimuit varia Clemens in concilio celebrando pericula.

Cum ita auguſto ineunte Norembergæ & Ratiſponæ ſancitum eſt, controverſias religionis futuro concilio, quod non niſi poſt plures annos celebratum fuit, reſervandas, atque a catholicis & Lutheranis pro Turcica ſervitute propulſanda expedita arma fuerunt, magnis animis, & certa victoriæ ſpe concepta, ut refert Cardinalis Campegius (*h*) in literis ad Jacobum Salviatum die VIII. auguſti da- XXX.

(*h*) *L.* 3. *lit. princ. p.* 18.

tis;

(a) Ib. p. 19.

Solimanni irruptio in Germaniam.

tis; idemque poſtridie ſcripſit (a), Solimannum cum univerſo exercitu quinque leucarum intervallo a Neoſtadio caſtra metatum; iterumque decima ſexta ejuſdem menſis ſcripſit illum emiſiſſe equitatum ad populandos agros, qui ad Viennam uſque excurrerit; Regem vero Romanorum ex Charinthiæ & Stiriæ præfectis accepiſſe (b) duo millia equitum Turcarum in eas terras erupiſſe, ſed fuſos, & quingentos ex iis fuiſſe interemptos, totidemque captos: cæſareum exercitum in planitie Chrempſam inter & Viennam congregari: Frederico Bavariæ duci militare imperium Germanicarum copiarum delatum: Burgundos, Belgas, & Hiſpanos ad caſtra confluere: ſerius Carolum V. qui ſupremum totius exercitus imperium ſibi reſervarat, acceſſiſſe, propter afflictum equi caſu crus, quod fomentis thermarum curabatur, refert Joannes Coclæus (c). Et quidem Cardinalis Campegius in literis, quibus aſcripta eſt dies XXII. auguſti, narrat (d) ſe conveniſſe in thermis imperatorem, qui ſe Pontifici ob conducta decem millia equitum Hungarorum & quadraginta millia nummorum pro militaribus ſtipendiis ſingulis menſibus numerata magnopere debere ſignificavit. Collecti illi fuerant a Ferdinando (e), quorum ducibus ab apoſtolico legato vexilla Chriſti domini imagine depicta tradita refert Surius (f): *Erant*, inquit, *apud Ferdinandum duo præter alios duces, admirandæ virtutis, quibus ſingulis ſingula vexilla honoris cauſa de manu tradidit Cardinalis, in quibus pictæ erant imagines Crucifixi ſervatoris noſtri, quæ vel ferrea poſſent movere pectora ad pietatem.*

(b) Ib. p. 20.

(c) Coel. in actis & ſcript. Luth.

(d) L. 3. lit. princ. pag. 21.

Quadraginta millia nummum menſtrua a Pontifice præſtita in Turcas.

(e) Paul. Jov. l. 30.

(f) Sur. in comment.

XXXI. Trabebant hæc Solimannum quaſi ad certum triumphum in Germaniam, ad quam obterendam quingenta hominum millia ſecum ducebat (g), in quibus, ut e captivis poſtea cognitum eſt, trecenta fere equitum millia erant; proptereaque faſtu turgidus dimiſſis Ferdinandi Romanorum Regis oratoribus, qui eum de fœdere poſtularant, literas dedit ad Regem perferendas: *Superbis*, inquit Nicolaus Iſthuanffus (h), *plurimorum regnorum titulis adſcriptis refertas, purpureoque involucro tectas, quibus de fœdere cum legatis nihil potuiſſe tractari ſignificabat, quod eos in procinctu & itinere obvios habuiſſet: ſe ideo in Germaniæ fines cum exercitu veniſſe, ut toties expetitam pugnandi occaſionem collatis utrinque viribus ad nobilitandos æterna nominis fama Auſtriæ campos experiri poſſet, utque victoriæ eventu in quamcumque partem inclinante fortuna ex ejus uſu declararet quales, & quæ a victore conditiones dandæ, & viciſſim a victo accipiendæ viderentur.*

(g) Sur. in comment. hoc ann.

Ducta a Solymanno quingenta Turcarum millia.

(h) Iſthuanff. l. 11.

XXXII. At cum ita barbarus ad Germaniam mergendam inſtar tumidi maris ſe efferret, ad Guntium oppidulum veluti ad arenam fractus eſt, non ſine præſentis divini Numinis auxilio. Deſcribit memorandam obſidionem Iſthuanffus his verbis: *Licet uno eodemque tempore ſine intermiſſione mœnia verberaret, & cuniculis effectis, ſubjectoque igne ſubruere contenderet, tamen cum obſeſſi ruinas terrenis aggeribus erectis, ac tabulatis, & id genus materia introrſus diligenter obſeptas munivissent; neque enim Nicolizza oppidanorum aut militum quempiam quieſcere, neque ipſis fœminis, quin operi inſiſterent parcendum putabat. Poſtremo murum uno in loco hiantem tum cuniculis tum aſſiduis ictibus patefecit, & ut milites magna vi illum adorirentur imperavit: quod cum illi impigre aggreſſi eſſent, Nicolizza ſuos, qui in præſidio erant, milites haud cunctanter eis oppoſuit, certamenque atrox & cruentum exortum eſt, uſque adeo ut nutante victoria, quum Janiceri ad ſummitatem muri pervaſuri viderentur, plures ex defenſoribus perterriti fugienteſque captum oppidum, cæſos ſocios, ac debellatum eſſe ſpargerent: quo rumore ſimul & metu perculſa multitudo fœminarum, ac puerorum, imbelliumque ſenum, qui uno in loco haud procul a prætorio concluſi erant, ingentem ac inconditum clamorem ſuſtulerunt. Eo audito Turcæ attonitis potius, quam pavidis ſimiles impetum repreſſerunt, recentium militum ad auxilia accurrentium vociferationem eſſe rati. Quæ mora Nicolizzæ & defenſoribus animos auxit, & qui paulo ante mœnia vix tueri poſſe videbantur, quodam veluti miraculo reſumptis animis viribuſque, hoſtes jam ſupra ruinam murorum aſcendere conatos magna vi detrudere cœperunt: & quamvis tribuni ac præfecti eos ad reſtaurandam pugnam non verbis ſolum hortarentur, ſed etiam clavarum ictibus ac verberibus incitarent, fruſtra tamen omnibus tentatis & hoſtibus retrocedentibus prælium diremptum fuit. Ferunt equitem humana ſpecie majorem & auguſtiorem ſplendentibus armis ex arce erumpentem, plurimoſque in auxilium laborantium oppidanorum milites adducentem viſum eſſe, qui inſolitum Turcis pavorem & formidinem injeciſſet, ut præcipiti e mœnibus fuga retroceſſerint, eumque oppidanorum pleriſque æque conſpectum, qui D. Martini tutelare numen ad ferendum obſeſſis auxilium opportune apparuiſſe, ſuiſque animos reſtituiſſe interpretabantur ſicuti a pleriſque eorum id affirmantibus poſtea auditum fuit.*

Ad Guntium oppidulum retardati Turcæ.

Fœminarum & puerorum clamore perterriti divinitus.

Cœleſte auxilium Chriſtianis affuit.

Id

XXXIII. Id miraculum patratum divinitus ſe didiciſſe ab ipſo Nicolao Duriſſio Guintii præfecto teſtatur Paulus Jovius (*a*): *Referebant*, inquit, *Turcæ ſe integri erumpentis ab arca præſidii ſtrepitum clamoremque putaſſe, equitemque diſtricto gladio ipſis ſubeuntibus comminantem in aere conſpexiſſe: eam procul dubio extitiſſe D. Martini ſpeciem, qui Sabrienſes omnibus dubiis temporibus certo tutelari numine conſervaſſet. Cæterum ejus miraculi fides apud Nicolizzam relinquetur, a quo demum obſidione liberato Viennæ eam remlonga percunctatione didicimus.* Repetit idem cœleſte prodigium Surius (*b*), additque hæreticos illud deriſiſſe, quorum impudentiam ita reſtringit: *Id rideant heretici, quorum impietas nos ad imploranda divorum ſuffragia multo etiam magis commovere debet; ſcimus enim certa fida illos jam Deo conjunctiſſimos quidlibet facile ab eo impetrare poſſe. Dolendum eſt ante tot ſæcula in Vigilantio & aliis perditis hæreſum architectis damnatos errores, hoc ævo rurſum ab inferis in orbem revocari, nec pudere Chriſtianos eorum probare dogmata, quorum eſt apud catholicam Eccleſiam memoria execrabilis. In hac exigui ejus oppiduli oppugnatione diebus viginti tribus hæſit Solimannus, & cum vi expugnare non poſſet, quod mirum profecto fuit, certis tamen conditionibus tranſegit cum Nicolao præfecto.*

(a) Jov. l. 30.

D. Martinus Turcas repellit.

Miraculum ridedent hæretici.

(b) Sur. in comm. hoc ann.

Refelluntur.

XXXIV. Fuere hæ pactiones (*c*), ut cum Solimannus non niſi dedito in ſpeciem oppido obſidionem vellet ſolvere ac Nicolaus crudeles iterum Turcarum impreſſiones experiri pertimeſceret, in propugnaculo vexillum purpureum in medio literis Arabicis albi coloris acu pictis cõſpicuum, a prætoriano milite defigi pateretur: *Quod quidem vexillum*, inquit Iſthuanffius, *hodie quoque in templo oppidi ſervatum nos etiam vidimus. Poſtero die, qui fuit* XXVIII. *ſeptembris ſummo mane Solimannus, non expectato reditu copiarum ſuarum, quas initio obſidionis duce Caſſono Michalbegoglio prædatum miſerat, caſtra movit non Budam aut Danubium verſus ubi claſſem cum navalibus ſociis ac multo maxima impedimentorum parte reliquerat, at breviore & longe planiore viæ compendio exercitum ducere poterat; ſed ad Valeriæ Stiriæque montes jam tum; plerique in locis glacie nivibuſque oppletos directo itinera.*

(c) Iſthuanff. l. 11.

XXXV. Singulare fuit divinæ providentiæ beneficium, ut Solimannus in Guintii obſidione tempus bello idoneum contereret, nec irrumperet in Germaniam antequam omnes copiæ Chriſtianæ inſtructæ eſſent: quas ubi ad pugnam paratas in Viennenſi planitie ſtare, ac Lutheranos Cæſari Imperatori conciliatos accepit, quamquam numero militum noſtros duplo amplius ſuperabat, immemor provocationis ad univerſum certamen factæ, fugientis inſtar retro ſigna adduxit. Porro non ſine cauſa ſpes avidas terrore commutavit, cum nullus unquam Romanus Cæſar florentem adeo exercitum coegiſſet, de quo hæc narrat Jovius.

Retardato Turca Germaniæ copiæ congregatæ.

XXXVI. *Hoc ordine exercitus noſter expectare hoſtem paratus non procul a mœnibus ampliſſimo in loco ſtatuebatur: tres peditum haſtatorum quadratæ phalanges latis inter ſe diſtinctæ ſpatiis pari & æquata fronte contra hoſtes ſic locabantur, ut ipſis mediis intervallis equitatus omnis bipartitus reciperetur; neque enim putabant numero exiguum aperto in loco extra pedites recentis ferme Turcarum equitum millibus eſſe obiiciendum. Dextrum cornu equitum Cæſar, lævum Ferdinandus eo modo deſumpſerant, ut levis armatura ſclopetariorum, quæ viginti millium numerum efficiebat, undique haſtata, quæ diximus agmina relicto triginta paſſuum ſpatio coronaret. Horum acies longior & rarior erat, & quivis tantum militum ordinibus in latitudine conſtabat, ut expediti & nihil inculcati habili manu dum primi ſclopetos emittunt, & ſecundi implent alternantibus eo modo ordinibus perpetuam glandium procellam effunderent: neque enim multum referebat ſi tenuior eſſet, quoniam ſclopetariis omnibus, ſi urgerentur paratus erat ad proximos haſtatos receptus. Circumdabant ergo & frontem & latera, atque etiam terga continuata ſerie, quæ duobus tantum iis locis erat interrupta, ut egreſſus liber atque expeditus cum oporteret equitibus denſatis abſque ulla peditum perturbatione præberetur. Ante vero levem armaturam conſtituta erant tormenta ea ratione, ut poſtquam diu emiſſa fervefactaque uſui eſſe deſinerent, in valli morem firmiſſimo quodam munimento irrupturis hoſtibus opponerentur. Soli Hungari extra munimenta ſe pugnaturos profeſſi a Valentino Pauloque ducibus in ingentes alas expandebantur. Hæc ipſa ſpectantibus præ gaudio manabant lachrymæ, veluti concepta non ſine ingenti ſpe de barbaris certa victoria, ſi ſe audacius ſuperbus hoſtis efferret, ac noſtros totis copiis adoriretur.*

Caſtrorum ordo.

XXXVII. *Cæterum Solimannus, qui e ſua vetera diſciplina campos quærebat, in queis noſtros expanſo & circumdato equitatu, nunquam cominus oblata pugna fatigaret, & ubi de apparatu conſiliiſque Cæſaris certius cognovit, ultra Muram eſt profectus. Is amnis antiquis Savaria fuit, effunditur in Dravum paulo infra Petoviam*

Chriſtianum exercitum veretur Solimannus.

viam

viam urbem Romanorum caſtris & hybernis claram. Eo ſuperato Turcæ ad Marpurchum oppidum delati tumultuariis pontibus effectis Dravum tranſierunt, atque ita Solimannus, qui univerſum prope terrarum orbem ejus ſuſcepti belli fama commoverat, nulla memorabili re geſta, undique repulſus & cæſus, Stiria exceſſit, & inter Dravum & Savum directo itinere ad Belgradum eſt reverſus, paſſim ſaviriæ ſuæ veſtigia relinquens, & ſæpe reſpectans, an Cæſar in tergo eſſet, quando poſtrema agmina a paucis Illyriis & Corvatis equitibus cæderentur. Ferunt eum ſupra triginta milla Chriſtianorum capitum in ſervitutem abduuiſſe, & aliquot millia diverſis in locis per Micalogli præſertim equites trucidaſſe; nam diſperſæ agreſtium armatorum manus, dum coire in unum conarentur, a repentinis aſtutiſque equitibus paſſim en inſidiis circumveniri facile opprimebantur.

Revertitur Belgradum. Triginta millia Chriſtianorum abducit in ſervitutem.

XXXVIII. Prædicti vero prædatorii equites Torcæ, qui ſuis excurſionibus duce Caſſono inſatiabilem erudelitatem exercuerant, adeo ut quatuor millia captivorum ne oneri eſſent contrucidarint, ter qoaterque a noſtris ad internecionem cæſi deletique ſunt: *Cæſar*, inquit Coclæus (*a*), *ſeptemdecim millia Turcarum, qui populando moram fecerant, aſſecutus internecioni eos dedit.*

(*a*) *Cocl. in actis & ſcript. Jov. lib. 30. Sur. in comment. Nicol. Iſthuanff. lib. 11. & alii.*

XXXIX. Multis interjectis, quibus varia Solimanni itinera, necnon aliqua oppidulorum excidia deſcribuntur, utque etiam Dravum flumen non ſine periculo nando trajecerit, partemque bellicarum machinarum amiſerit, ſubdit (*b*) hanc inotilem expeditionem documento fuiſſe: *Ejus vires nequaquam bello inſuperabiles eſſe, poſtquam omnem certaminis aleam vitando, Cæſaris Caroli Auguſti Chriſtianorumque principum congreſſum tantopere formidaſſet.* Impulerant ſcilicet illum ad ejuſmodi bellum ſuſcipiendum civiles Germanorum diſcordiæ, de quibus ſedatis ipſum certiorem factum fuiſſe a proditoribus exiſtimatum eſt: *Ferunt*, inquit (*c*), *eum a quibuſdam Chriſtianis proceribus admonitum, ne pugnæ aleam ſubiret, quod Germania omnis in armis eſſet: nec tum ſolum, ſed etiam alias conſtat, Turcas, cum jam in magno diſcrimine verſarentur, a Chriſtianis ut ſibi caverent admonitos: ſed tales nomine fortaſſis ſint, re autem vera minime ſunt Chriſtiani, qui plus Chriſtiani nominis atrociſſimis hoſtibus, quam rebus Chriſtianis favere videantur.* Et inferius: *Nos totam hanc victoriam, quæ certe fuit memorabilis, non tam humanis viribus, quam præpotentis Numinis favori acceptam referre debemus: ſicut enim in Cæſare fuit ſingularis erga Deum pietas & animi devotio, ita quoque ſingulari ſemper fere Dei optimi maximi benignitate & favore perfruitus eſt.*

(*b*) *Id. ibid.*

Solimanni expeditio diſſipata.

(*c*) *Surius in comment.*

Lutherani Turcas præmonuere de apparatu Chriſtianorum. Divinitus Turca propulſatus.

Cum ita Solimannus Chriſtiana arma veritus cum immani ſuo exercitu terga vertiſſet, agitatum eſt an Cæſar abeuntem perſequi abductoſque in ſervitutem Chriſtianos recuperare, & clades illatas ulciſci deberet: qua de re hæe Nicolaus Iſthuanffus (*d*): *Cæſar lincii cognito Turcarum ſeu fuga, ſeu diſceſſu ſumma adhibita celeritate ſimul cum Ferdinando fratre claſſe devectus Viennam venit, ibique militare concilium convocavit, in quo præter Fridericum palatinum Rheni, qui Germanicis copiis præerat, ac Cocianum, Felſium, Rogondorffum, cæteroſque Germanos proceres, aderant etiam eu Hiſpanis, atque Italis clariſſimi duces, ac æterna memoria digni, inter quos Ferdinandus Toletanus Albæ princeps equitum Hiſpanorum præfectus, Alfonſus Vaſtius, Antonius Leva, Hieronymus Macicaus caſtrorum magiſter, Ferdinandus Gonzaga equitum veteranorum levis armaturæ ductor, Joannes Baptiſta Caſtaldus, Marcius & Camillus Columnæ, plureſque alii, qui audita Cæſaris contra Turcas expeditione certatim nomina dando Alpes tranſierant, ut eorum ſententias euquireret, quid cenſeret ulterius faciendum.* XL.

Diſceptatum an Cæſar Turcas inſequuturus foret.

(*d*) *Iſthuanff. lib. 11.*

Hiſpani & Itali duces adverſus Turcas procurrunt.

Non defuere complures ex variarum nationum ducibus, ſed ante alios Valentinus Turcus & Paulus Baquitius, ac cæteri Ungari, qui hoſtem fugientem totis viribus perſequendum, ac ejus iter e Vienna Linduam Caniſamque eundo anticipandum eſſe contenderent: hoc tempus, hanc occaſionem eſſe divinitus oblatam, qua barbarus inſolenſque hoſtis, labore ac rerum inopia preſſus & fatigatus facile deleri poſſet. Sed Cæſar poſthabitis militaribus conſiliis, pacandæ Italiæ cauſa, ac aliis, ut dicebat multis ac magnis de cauſis, & quod peſtilentia jam in caſtris graſſari inceperat, in Italiam redire conſtituit. Quamquam autem Ferdinandus ab eo contendere non prætermitteret, ut poſtquam tot ac tanti euercitus, tanto labore tantiſque impenſis conveniſſent, nequaquam fruſtra coiviſſe viderentur, vellet adverſus Joannem Solimanni patrocinio ac auxiliis deſtitutum, omnem belli terrorem convertere, eumque Buda ac tota Pannonia expellere; ipſe tamen in ſententia perſtitit, ita ut Italicas cohortes in Pannonia fratri militaturas relinqueret, Hiſpanos autem & Germanos ſecum in Italiam deduceret. XLI.

Conſultum Cæſari, ut Turcam perſequeretur.

Cur diſſolverit exercitum.

Joannem Turcarum fœderatum opprimere poterat.

Non defuiſſe plores cauſas dimittendi glorioſiſſimi, & cæteroqui ſalutaris conſilii, XLII.

lii,

lii, cum poſthac Pannonia nunquam recuperari univerſa potuerit, obſervat Surius ſic inquiens (a): *Cæſar multis de cauſis tum quod hyems ſubeſſet, tum quod peſtis atrox in caſtris atque adeo in ipſa aula multos quotidie raperet, in propoſito diſcedendi permanſit*. Suberant aliæ non leves cauſæ maturandi reditus, ſcilicet ab Hiſpanis continentibus votis expetebatur, verebaturque ne dum Hungarico bello implicitus eſſet, Franciſcus Gallnrum Rex Italiam invaderet: quas anxias curas antequam Solimannus abſcederet, Cardinali Campegio ſignificavit (b), conqueſtus decumas vectigalium Gallicanæ Eccleſiæ Franciſco fuiſſe conceſſas, quas ad Italiam expugnandam eſſet cnnverſurus, ac tot tantaque mala pontificiæ indulgentiæ adſcriptum iri. Ad quæ Cardinalis reſpondit, veriſimile non eſſe ut tanto ſcelere Gallicæ coronæ decori Franciſcus detraheret, atque Imperatorem in Italia adoriretur, dum Turca illum in Germania diſtinebat, Clementemque neceſſitate aſtrictum conceſſiſſe ſacerdotiorum decumas Galln, ne ſi eas denegaſſet, ipſe vi regia exigeret, cujus mali exempli pernicies ad alios dimanatura foret.

(a) *Sur. in comment.*

Gallus Rex Carolo V. infenſus.

(b) *L. 3. lit. princ. p. 19.*

Italiam invadere meditatus.

XLIII. Eo vero magis cruciabatur Cæſar ex Francorum Regis bellico apparatu, quo ille poſt denegata ſocialia adverſus Turcam arma Pontifici ſuis literis ad conficiendam expeditionem Italicam paratum ſe obtulerat, cum increſceret rumor, Turcicam claſſem in Italiam deducendam: cui Pontifex reſponderat (c), omnes Turcarum impetus in Pannoniam ac Germaniam faciendos, gratiiſque de eximia ipſius voluntate actis, ejus arma, cum poſceret neceſſitas, ſe imploraturum addiderat.

(c) *Lib. brev. ann. 1532. p. 320.*

Regi Franciæ.

Chariſſime, &c. Detulit ſuperioribus diebus ad nos dilectus filius commendator de Villers pias, & Chriſtianiſſimo Rege dignas oblationes tuas ad defenſionem Italiæ & noſtram adverſus impiiſſimos Turcas, ſicut tunc fama erat, Italiam claſſe invaſuros: cumque is timor remiſiſſet, nec claſſis, quæ tantæ expeditioni congrueret, parari videretur, opem tuæ majeſtatis in tempus neceſſarium differendam rati, egimus tunc ei gratias: id quod nunc ipſo commendatore ad eum redeunte iterum facere decrevimus: quod enim tunc opinabamur, ſecutum eſſe videmus, non eſſe Italiæ hoc anno ab hoſtibus timendum, cum omne bellum in Hungariam & Auſtriam converterint. Agimus igitur denuo majeſtati tuæ gratias de benignitate ac liberalitate ejus, illamque rogamus, ut eaſdem oblationes & pientiſſimum animum ſuum nobis in tempore neceſſario conſervet, tunc ope ejus uſurus, cum neceſſitas venerit, quam Deus omnipotens dignetur avertere, &c. Dat. Romæ XIII. *julii MDXXXII. pontificatus noſtri anno* IX.

Oſtentat Pontifici ſe Italiam tutaturum.

XLIV. Auxerat etiam nimium Italici belli ſuſpicionem colloquium ab Anglo & Gallo, qui alieno erant animo in Cæſarem, vigeſima octobris die cœptum in planitie, quæ inter Caletum Bononiamque Belgicam porrigitur: traditque Guicciardinus, hos Reges opinantes cæſareas vires in Hungaria adverſus Turcam implicitum iri contuliſſe conſilia ut Mediolanenſis ducatus Gallicis armis occuparetur, quod MS. tabularii Vaticani aurhor teſtatur: cumque nullis artibus flecti ad fovendas eorum partes Clemens potuiſſet, agitaſſe de Gallia Angliaque ab obſequio & conjunctione Romanæ eccleſiæ divellendis, niſi divortium ab Anglo fieri, & Mediolanenſem ducatum a Gallo eripi Cæſari toleraret; dataque mandata fuiſſe Turnonio & Tarbenſi Cardinalibus in Gallica aula authoritate florentibus de explicandis Pontifici hiſce conſiliis, ſed cum antequam diſſolveretur congreſſus Regum, percrebuiſſet Solimannum ex Hungaria abſceſſiſſe, tum illos ſuſcepta prava conſilia commutaſſe; Anglum enim, qui Annam Bolenam publice connubio ſibi jungere in hoc celeberrimo congreſſu ſpreta intentati ſibi a Pontifice anathematis religione decreverat, abſtitiſſe: pariterque Gallum acerba mandata, quæ de intentanda defectione ad Pontificem perferenda dederat, mitigaſſe.

Gallorum Regis cum Anglo colloquium. Intentata Pontifici ni conſentiret ipſis defectio.

Ob partam a Cæſare victoriam immutata conſilia.

XLV. Recenſet fuſius hujus colloquii acta Martinus Bellajus (d) in ſuis commentariis, ut nonnulli hæreſi infecti hos Reges impellere niſi ſint, ut conciliabulum congregarent, in quo Pontificem in jus vocarent ob acerbiora apoſtolicæ authoritatis imperia, non aliter quam Germani de ſuis, ut dicebant, gravaminibus conquerebantur. Verum licet Anglus plura in Pontificem moliretur, Gallorum tamen Rex ab eo ſe corrumpi non ſivit. Cum vero is Regum congreſſus indictus eſſet Solimanni formidine ad Galliam & Angliam a Turcica ſervitute vindicandas, ſi barbaricis armis Germania ſubjiceretur, octuaginta millia militum, in quibus decem eſſent equitum millia cogenda decreverunt (e); ſed confectum jam bellum erat, nec profuiſſent ii apparatus ſi Germania, quam impendente diſcrimine deſeruerant, debellata fuiſſet: Solimannus enim, qui traxerat, ut vidimus, ad quin-

(d) *Martin. Bellajus in commentar.*

Politicorum infana impietas.

Inani ſuſcepta defenſa a Gallis & Anglis Germania.

(e) *Bellajus ubi ſup.*

Digitized by Google

Debellandi Turcici imperii amiſſa occaſio.

(a) Sur. in comm. hoc ann.

genta militum millia, copias Germanis præſertim Lutheranis ita auxiſſet, ut Gallia & Anglia eo incendio conflagraturæ viderentur. Obſervat vero Surius (a) obveniſſe hoc tempore præclariſſimam reſtituendæ orientali imperio Chriſtianæ religionis occaſionem, ſi Gallus & Anglus, uti ab Imperatore poſtulati ſuerant, una cum Venetis claſſes ſuas cum pontificia & cæſarea, cui Andreas Auria præerat, conjunxiſſent, cum Græci, abſente Solimanno, omnibuſque Turcarum viribus alio diſtractis, Turcicum jugum e ſuis cervicibus depellere exoptarent; quæ ſpes ex ejuſdem Auriæ felicibus in oriente ſucceſſibus confirmantur.

XLVI.

Auriæ expeditio in Græciam.

Veneti defuere ſibi & Chriſtiano nomini.

Interim, inquit, *dum Cæſar in Italiam parat iter, Andreas Auria cum ingenti claſſe adverſum Turcos proficiſcitur, quibus haud dubio ejus inopinatus adventus certiſſimam videbatur cladem allaturus, niſi a Venetis quibuſdam de Auriæ adventu certiores facti matura omnino fuga ſibi conſuluiſſent. At nihilominus oppida aliquot Graciæ egregie profligatis Turcis Auria expugnavit, longe majora damna daturus Solimanno procul a Conſtantinopoli in Germania bella tum gerenti, ſi Veneti, quorum erat inſtructa admodum claſſis, ſuas vires cum cæſaris copiis conjungere voluiſſent. At illi fœdere cum Solymanno icto, quominus id facerent ſe prohiberi aſſerebant. Non defuiſſet tum occaſio rei apud Conſtantinopolim quoque & alibi bene gerendæ, Græcis præſertim Chriſtianorum adventum, ſuique e duriſſima ſervitute liberationem avidiſſime præſtolantibus, Solimanno vero longiſſime a Conſtantinopoli poſito, ſi Chriſtiani principes conjunctis viribus ſæviſſimum hoſtem opprimere voluiſſent. Nulla ergo re magis auctæ ſunt Ottomannorum vires, & potentia, quam Chriſtianorum inteſtinis odiis, bellis & ſimultatibus, quæ plerumque ex rebus frivolis trahunt originem, dum alii alios excellere volunt, nec contenti ditionibus ſuis alienas invadunt, aliaque bella ex aliis ſerunt propter meum & tuum.*

XLVII.

(b) Jovius lib. 30. Bizar. hiſt. Gen. lib. 31.

Deſcripſit Andreæ Auriæ egregia in hoc bello facinora Paulus Jovius (b), ac Venetos recuperandæ Conſtantinopoleos occaſioni tum defuiſſe, nimirum Andream cum triginta quinque onerariis & quadraginta octo roſtratis navibus trajeciſſe in Græciam, aliquanto tamen ſerius quam volebat, ſic ut Himeralem Othomanicæ claſſis præfectum, qui in Ambracio ſinu cum ſeptuaginta triremibus militari apparatu parum inſtructis deſederat, opprimere non potuerit. Præerat tum Vincentius Capellius Venetæ claſſi ſexaginta triremium, ut Veneti imperii urbes & inſulas ſeu adverſus Turcas ſeu adverſus cæſareos tueretur; cumque Auria in Peloponeſum tenderet, Jonii maris præpoſitum Capellium offendit, qui poſt editum belli ſimulacrum excuſavit claſſem Venetam cæſareæ in Turcas conſociare non poſſe; percuſſi enim cum iis fœderis religione prohiberi; portus tamen ſtationes, & commeatus amice ſpopondit: *At Auria* ſubdit Jovius, *Cæſaris nomine gratias egit, quod ſenatus, eo animo eſſet, ut majorem æquitatis atque juſtitiæ, quam ullam bene gerendæ rei rationem reſpicere cogeretur: ſperare ſe tamen Cæſaris auſpiciis talem ad ingentem victoriam Venetis occaſionem eſſe prabiturum, ut eæ fœderum compedes ab ipſis ultru pietatis, & certæ victoriæ cauſa cupidiſſime frangerentur. Et certe cum hæc animo reputamus, noſtrorum temporum conditionem deflere, Chriſtianorumque principum inſaniam deteſtari lubet, qui dum inter ſe bello aut odio diſſident; ita Ottomannis parcunt, ut qui toties ſuperari delerique potuerint, non immerito adducta in immenſum potentia ad totius orbis imperium aſpirent: Hymerala enim tum in fugam acto, atque eo ſi perſequuti forent facile deleto, quæ reliqua unquam Solimanno claſſis ſuperfuiſſet? quinam Byzantii cæſarianæ Venetæque claſſium impetum tuliſſent, niſi tyrones prætorianos aut eunuchos ad cuſtodiam fœminarum domi relictos mœnia egregie defenſuros credamus? cum in Pannonia procul ageret Solimannus, & Græci ex ipſa vetere libertatis ac imperii ſui memoria rebellare ex tuto poſſent, non quidem acceſſum Chriſtianæ claſſis ſed vix ipſam tantum adventus famam erectis animis expectarent.*

Claſſis ingens ab iis comparata.

Miſera Chriſtianorum diſſidentium conditio.

Poterat Conſtantinopolis expugnari.

Fugato Himerale verſi ſunt ab Auria impetus in Coronem inſigni portu prænobilem, quæ hoc militari ordine expugnata eſt: *Terreſtres*, inquit author, *copias ita diviſit, ut Hieronymus Tutavillas Sarnenſis comes doceret Italicas cohortes, & a læva parte ſupra molem latum propugnaculum ſeptem tormentis quateret: Hieronymus vero Mendocius cum Hiſpanis a dextra paulo a mari longius non inſulæ tantum ſed & oppidi murum totidem tormentis & ſcalis aggrederetur: ipſe Andreas locum ſibi delegerat, apud molem Sarnenſi maxime propinquum: pontificiæ autem triremes contraria in parte Antoniu Auria depoſcente dextrum cornu tenuere: Salviatus in medio Rhodias mœnibus admovit. Nunquam ab ulla memoria tantum tormentorum ad unam oppugnationem collatum fuit; nam a terra quatuordecim; a mari vero centum & quinquaginta muralibus tormentis uno undique tempore mu-* XLVIII.

Corone ſubacta.

murus eſt vehementiſſime verberatus : minorum vero tanta vis fuit, ut neque proſpici quidquam, neque exaudiri facile poſſet, fumo ſcilicet in craſſiſſimæ nebulæ morem late diffuſo, & crepitu reboatuque tormentorum cuncta quatiente.

XLIX. Patræ receptæ.

Poſt aſperrimam demum pugnam & auxiliarem equitatum interceptum, partim vi partim deditione Corone expugnata eſt. Deinde, omiſſo Junco, adverſus Patras victricia ſigna effuſa ſunt, conſternatique terrore barbari deditionem fecerunt iis legibus, ut ſalute pacta, ſalvoque fœminarum pudore in Ætoliam traiicerent : quod ab Auria ſumma fide præſtitum, ut juſtitiæ laudem apud Turcas colligeret. Devectus inde ad Naupactei ſinus anguſtias, qua geminæ arces antiquo munitæ opere imminent, quas Dardanellos vocant. Harum alterum olim Rhium in Achaia adortus Turcas ſolo terrore ad pactiones venire adegit ; at cum nonnullæ copiæ, quæ abſentes fuerant, prædæ parte non eſſent potitæ, in Auriam ſeditionem conflarunt, quaſi ſuos tantum Ligures ſpoliis hoſtilibus onuſtos vellet, ſpreto militari Auriæ imperio in circumjecta Græcorum oppida prædabundæ excurrerunt, cum pars alia Chriſtiani exercitus in Ætolia caſtrum munitiſſimum, in quo tormenta bellica immanis magnitudinis ad libellam aquæ conſtituta ita collibrata erant, ut navigiis etiam humilioribus aditum præcluderent, obſidione cinxit : revocatis vero ad officium deſertoribus militibus, qui pœnæ metu ad Turcica ſtipendia transfugere meditabantur, repreſſæ ſunt barbaricæ ſuppetiæ, perfractoque muro pertinaciſſimi præſidiarii contrucidati, alii qui celſiorem turrim inſidebant in deſperationem efferati injecta tormentario pulveri face ſeipſos turrimque horrendo diſſilientium murorum crepitu concremarunt. His geſtis Andreas per maritima littora late terrorem circumtulit, Pontificemque de bellico ſucceſſu fecit certiorem ; qui de deportato triumpho his ei literis eſt gratulatus (*a*).

In Ætolia arx munitiſſima capta.

(*a*) *Lib. brev. ann.* 1532. *p.* 412.

Dilecto filio nobili viro Andreæ de Auria principi Melfii, cæſareæ & Chriſtianorum claſſis adverſus Turcas capitaneo generali.

L. Victori Auriæ gratulatur Pontifex.

Dilecte fili ſalutem. Quod virtus & felicitas tua ſpoponderat lætati ſumus ſecutum eſſe, ut & claſſem hoſtilem terrore tui adventus ad retrocedendum compuleris, & Coronenſem urbem in Peloponeſo vi ceperis, ſicut ex tuis literis nobis gratiſſimis nuper ſignificaſti. Quamobrem agimus Deo omnipotenti gratias de his, ac de tali viro noſtris temporibus conceſſo, tuamque, fili, operam, fortitudinem, & magnitudinem ſummopere laudamus, & commendamus : ſunt enim hæc & non minimi ipſa momenti, & quaſi gradus quidam ad majora per te tuamque virtutem nobis & ſereniſſimo Cæſari, ſeu potius Chriſto domino acquirenda, ſicut in ipſo Deo confidimus, quem ſupplici affectu precamur, ut te nobis ſoſpitem diu conſervet ac proſperet, quo incolumi ſæpe ſimilia nos audire, & auditis lætari ſperamus. Dat. Romæ XIV. *octobris MDXXXII. pontificatus noſtri anno* IX. Tum IV. novembris alias (*b*) in eandem ſententiam ad eum miſit, quarum potior pars hæc eſt : *Neque tunc pro brevitate temporis ſatis plene noſtram lætitiam, & de tua virtute ſatisfactionem expreſſimus : quamquam ne nunc quidem ſatis pro tuis meritis exprimere nobis poſſe videmur, quantum ſcilicet commodi ac præſidii in ſua virtute & felicitate repoſitum eſſe nobis & huic ſanctæ ſedi judicemus ; ſic enim credere, fili, volumus, poſt Dei omnipotentis miſericordiam, ac ſereniſſimorum Cæſaris & Regis Romanorum præſidia, maximam in tua claſſe & tuæ opinione virtutis extitiſſa rationem noſtræ ſecuritatis, & hoſtilis retroceſſionis.* Et infra : *nos propediem ac perbrevi Bononiam redibimus, ut ibi iterum cum cæſarea majeſtate ex Germania redeunte & in Hiſpaniam tranſitura, congrediamur, atque in commune bonum totius Chriſtianitatis conſulamus : quamobrem cum ejuſdem majeſtatis claſſem isthinc reducturus ſis, pariter novem triremes noſtras minime jam neceſſarias reducere una poteris, &c. Datum Romæ* IV. *novembris MDXXXII. pontificatus noſtri anno* IX.

(*b*) *Ibid. cap.* 439.

LI. Excivit etiam illum Cæſar ſuis literis, quibus Solymanni e Pannonia fugam, ſuumque adventum in Italiam ſignificabat : cujus adactus imperiis cum Mendozam una cum valido Hiſpanorum præſidio Corones arci copioſo in plures menſes commeatu præfeciſſet, pollicitus privato ſumptu ſe claſſem ad eum ſubſidio miſſurum ſi id Cæſar differret, felicis uſus navigatione Genuam reverſus eſt, atque in ſacello virginis Deiparæ ex piratarum ſpoliis ad Planaſiam inſulam raptis ornato monumenta victoriæ ſcilicet tormenta ænea magnitudinis immanis inſcripta Arabicis literis collocavit : ut vero Turcas proximo anno Corones obſidione ſubmoverit, dicetur ſuo loco.

Redit Genuam Auria.

LII. Quod ad geſtas in Pannonia res attinet ; indignati ſunt Itali (*c*), Carolo Imperatore cum Germanis & Hiſpanis in Italiam abeunte, ſe in Hungariam ablegari, quaſi ille & Ferdinandus Rex ſpe-

(*c*) *Jov. l.* 30.

Italorum ſeditio adverſus Cæſarem.

ſperarent Italico ſanguine victotiam eſſe relaturos, aut in adverſis caſibus nullam omnino jacturam ſe facturos : itaque media exercitus pars duce Tito Marconio Volaterrano militiam deſeruit exemplo Cæſaris, qui Solimannum non eſſet perſecutus, melius fore vitæ & commodis conſulere, quam fortiter pugnare rata, continuatis die noctuque itineribus in Italiam devolavit : Hippolytus vero Cardinalis Medices legatus, qui Cæſarem in ſecundo agmine cum ſacerdotum & togatorum turba erat ſecuturus, juvenili ingenio Cardinalitiam purpuram faſtidiente, affectanteque militare imperium, cum paucis armatis equitibus cultu militari Cæſarem præcurrens ſuſpicionem injecit, ne Florentiam novo bello implicare vellet : cumque nuntiis revocatus non pareret, juſſu cæſareo in cuſtodiam traditus eſt : ſed poſtea Cæſar Pontificis ejus patrui offenſionem metuens illum laxavit, ac Paulum Jovium de capto legato certiorem factum mollioribus verbis delinire Pontificem juſſit (a).

Hippolytus legatus cultu mutato fogit.

Captus cæſareo juſſu.

(a) Jov. eod. l. 30.

LIII.

Cum iu itinere Cæſar eſſet, Paulum Jovium, qui has couſcripſit hiſtorias, iu agmiue adequitantem ad ſe vocavit, ut eius paulo durioris facti famam leniret : nactus enim idoueum homiuem uti ſibi notum, ac Hippolyti familiarem, per quem cuncta ordine ad Clementem ſcriberentur, docuit nou voluntatis, quæ eſſet egregia ergà Pontificem ipſumque legatum, ſed ſummæ neceſſitatis fuiſſe conſilium : quid enim acerbius accidere potuiſſet vel ipſi vel Pontifici, ſi Italia, ipſaque in primis Florentia ſeditioſorum militum incurſioue in diſcrimen uovi belli fuiſſet adducta? ſcire ſe quautopere Clemeus paci quietique ſtuderet, qui iampridem gravi iudicio & Aleuaudrum Etturiæ principatu, & Hippolytum ſeuatoria dignitate coutentos eſſe voluiſſet, ut diviſa & communicata in unum conſenſum diverſarum virium poteutia, Mediceæ domui firma & diuturua felicitas pararetur : bellorum initia ſapientibus maxime eſſe pertimeſcenda, quæ cum ab imperitis plerumque temere atque imprudenter ferantur, ubi demum creverint, niſi graviſſimo conatu periculoque vix a maximis & prudentiſſimis Regibus tolli, vel opprimi poſſint : uou debuiſſe Cardinalem, qui tanti muneris perſouam gereret, deſumere ſibi habitum militarem, ut ſeditioſos & caſtrorum atque militiæ deſertores conſequeretur, & cum iis, quæcumque ea in cuitu forent, conſilia communicaret; nequaquam enim eum quieti vel moderati animi dediſſe ſigna, cum neque edicto, neque precibus audiens eſſe voluiſſet : quorſum enim eius dicta factaque teuderent, quis non inſanus miuime divinaret, cum ille & ſua & alieua dignitate, vel improbe vel arroganter abuteretur? profecto eum uti autea tentaſſet Florentinæ civitatis otium conturbare, cupiviſſe aut certe reliquiſſe præclaram ejus importuni conſilii ſuſpicionem, cum nulla cum ſpe vel laude totam caſtrenſis diſciplinæ rationem intempeſtiva excurſione corrupiſſet : cæterum ſe ea & quidem propenſiſſima voluntate, qua ſemper fuiſſet, Cardinalem loco fratris habiturum, ſatisfacturumque ei molliori excuſatione, cum in Italia antecedentem foret couſecutus : id vero ſe in ſumma teſtari, quidquid fieri juſſiſſet, id nou ſuo, ſed Clementis commodo factum fuiſſe; cum etiam publicam Italiæ quietem unius inquieti homiuis amicitia chariorem habuiſſet : ſibi vero pergratum fore, ſi id totum animi ſui iudicium uti ab æquitate præſentiumque rerum ratione minime alienum ad Pontificem accurata fide perſcriberetur. Quod mox Jovius diligentiſſime fecit : & id quidem æquiſſimo animo tulit Clemeus, cum & captum ſimul & dimiſſum Cardinalem uno tempore cognoviſſet, ſæpe querens ejus ingenium a deterrimis adulatoribus fuiſſe depravatum. Et infra : *Nec multo poſt Cæſar Italiam intravit ſingulari Veneti ſenatus ſtudio liberalitateque paſſim ſuſceptus : eam vero pacati amicique animi modeſtiam præſetulit, ut Venetæ ditionis urbes ſe miuime ingreſſurum eſſe teſtaretur; nolebat enim qui validiſſimis copiis cinctus adveutabat, ullam omnino affectati Italiæ imperii ſuſpicionem præbere.* Reditus Cæſaris in Italiam & colloquii cum Pontifice habiti Bononiæ hiſtoriam ex MS. archivii vaticani quod prætermiſſis ſupervacaneis contraximus, repetemus (b): *Carolus couſilio inito ſtatuit redire iu Italiam & inde Hiſpaniam transfretare. Sed primo pro rebus arduis tam infidelium, quam Chriſtianorum principum, qui iam inſurgere contra eum, & in Italiam irruere minabantur, Pontificem magnopere alloqui cupiebat; & ſecum omnia, quæ imminebant, conferre & ſtabilire pro quiete & tranquillitate totius Chriſtianæ reipublicæ.*

Quæ ratio fact. reddita.

Reſtitutus libertati Cardinalis.

Venetas urbes cur non ſit ingreſſus Cæſar.

(b) MS. bibl. Card. Barb. ſign. 1105. p. 156.

Cæſaris cum Pontifice colloquium.

LIV.

Convenerat inter Clementem & Carolum, ut colloquium illud principio octobris fieret, quemadmodum pontificiæ encyclicæ literæ (c) ad Senenſes, ad Lucenſes, ad Genuenſes, ad Florentinos, ad marchionem Montisferrati, ad Mediolani & Sabaudiæ duces ſecunda octobris exaratæ docent, quibus defenſum ab eo contra Turcas Chriſtianum imperium, & antequam tendat in Hiſpanias

(c) Clem. lib. brev. ann. 1532. p. 450.

de re Chriſtiana reſtituenda acturum ſignificat. Pergunt diaria: *Quare prælibatus Clemens ſtatuit ire obviam Imperatori verſus Bononiam, ibique eum expectare, ut inde conventione facta, iter Imperatoris verſus Januam abbreviaretur. Hinc Pontifex familia ſua præparata, & gubernatore Romæ relicto receſſit ab urbe, & iter ſuum peregit, prout dictim in hoc libello diali annotabitur.*

LV. *Clemens igitur Pontifex diſcedens ab urbe verſus Bononiam ſub anno MDXXXII. die lunæ* XVIII. *menſis novembris venit ad caſtrum novum, ubi in arce pernoctavit: die martis* XIX. *Papa venit in civitatem Caſtellanam: die mercurii* XX. *Narniam applicuit: die jovis* XXI. *novembris Papa Interamnenſem civitatem ſolemniter ingreſſus eſt: die veneris* XXII. *in Trivium ultra Spoletum: die ſabbati* XXIII. *Papa Aſſiſium in domibus S. Franciſci hoſpitatus eſt, die dominica* XXIV. *novembris Papa Peruſiam venit: die martis* XXVI. *Papa ad locum Frattæ: die mercurii civitatem Caſtelli intravit ſolemniter: die jovis* XXVIII. *novembris Burgum S. Sepulchri.* Ex eo oppido ſcripſit Clemens (a) ad epiſcopum Zamorenſem, ut ad bellum in Hungaria gerendum indicta eccleſiis vectigalia cogeret.

Clementis ex urbe diſceſſus.

(a) Lib. brev. an. 1532. p. 451.

Franciſco epiſcopo Zamoren.

Cum, ſicut fraternitati tuæ notum eſſe poteſt, Turca, licet ab Hungaria retroceſſerit, & ad ſua redierit, tamen maxima præſidia in Hungaria ipſa reliquerit, quibus reliquiis perſequendis idem Cæſar cum ſereniſſimo fratre ejus noſtriſque, quantum cum Deo poſſumus auxiliis, incumbit, ne eadem Hungaria ſedes hoſtium ſit; & eam aliquando repetendi occaſionem hoſtibus ipſis præbeat, proptereaque hæ & aliæ neceſſariæ cauſæ ſanctæ fidei & communis ſalutis defendendæ adhuc ſubſiſtant, eidem fraternitati tuæ mandamus ut, & infra, *exactionem dicti ſubſidii medietatis fructuum, vel ſuper illo compoſitionem expedias, &c. Dat. in civitate Burgi S. Sepulchri ſub annulo piſcatoris die* XXVIII. *novembris MDXXXII. pontificatus noſtri anno* X. Subdunt diaria.

Relictus a Cæſare in Hungaria præſidiarius exercitus.

LVI. *Die veneris* XXIX. *Ranchetum: die ſabbati ultima novembris ad caſtrum S. Agathæ: die dominica prima decembris ad Mercatum Saracenum die lunæ ſecunda decembris Cæſenam,* IV. *decembris Forlivium applicuit: die jovis* V. *decembris ad caſtrum Bononienſe: die veneris* VI. *decembris ad Caſtrum S. Petri: die ſabbati Papa venit Bononiam in domibus manſionis S. Joannis Jeroſolymitani, cum ſuis paucis hoſpitatus eſt intus prope portam civitatis. Die dominica octava decembris hora* XXI. *Papa intravit cum maxima expectatione populi & nobilium in rochero cum ſtola & pileo ſub baldachino cum ſacramento & cruce ante eum; Cardinales vero & prælati in cappis & mantellis ſequebantur ſecundum eorum ordinem. Die lunæ nona decembris fuit conſiſtorium, & creati fuerunt duo legati ad obviandum Imperatori videlicet reverendiſſimus de Grimanis & reverendiſſimus de Cæſarinis, & tres alii Cardinales deputati, quo audirent & moderarentur ordinem & modum cerimoniarum ſicudarum, tam ad obviandum quam ad excipiendum & deducendum Imperatorem.* Interjectis pluribus.

Decreti Cardinales legati ad Cæſarem.

LVII. *Cardinales (b) deſcendentes duxerunt eum in eccleſiam in capella Crucifixi a dextris in introitu eccleſiæ quaſi in medio eccleſiæ, tanquam locum ad confeſſionem S. Petri præparatum, & ornatum ut ſupra. Inde recedentibus collegio & Cardinalibus ad Papam, remanſit Cæſar in faldiſtorio geneflexus oravit aliquantiſper, donec ego acceſſi ad Pontificem, & quatuor Cardinales mecum duxi, ut conducerent Imperatorem ad Pontificem, videlicet reverendiſſimos de Burgos & SS. Quatuor presbyteros Cardinales, & de Mantua & de Gaddis diaconos Cardinales: qui intrantes capellam illam Cæſari reverentiam exhibuerunt, & inde medius inter ipſos de Burgos & SS. quatuor aliis duobus diaconibus ſequentibus, duxerunt ad capellam magnam: ubi Papa in ſede ſua eminenti ſedebat, & Cardinales in banchis ſuis præparatis: ante altare maius aliquantulum genuflexit, & cum eſſet magna multitudo procerum & populi, vix potui viam aperire: at Cæſar in medio capellæ videns Pontificem primo genuflexit in conſpectu, tum ante gradus, inde ad pedes Pontificis procidens oſculatus eſt, Joanne Franciſco diſcooperiente pedem, & vix potuit ſe inclinare cum Papa eum ſublevavit, ut non pateretur oſculari dictam manum: & aliquantulum elevatus etiam Papa erectus in facie deoſculati, & ad invicem amplexi multa alacritate & lætitia. Poſt aliqua verba Cæſar ab eiſdem Cardinalibus diaconibus tunc ibidem præſentibus in ſede ſua locatus ſedit donec nonnulli proceres & nobiles, ac etiam prælati Imperatoris deoſculati ſunt pedem Pontificis, & cum multitudine confluxerunt ad oſculandum.* Et infra: *Finitis orationibus duabus Papa, ut in ordinario, fecit ſignum, & deſcendit ad altare, ubi iterum amplexus eſt Cæſarem: mox ambo cruce & Cardinalibus præcedentibus, extra eccleſiam per pontem ligneum procedentes, propter lutum ſuper plate-*

(b) MS. bibl. Card. Barb. ſign. 1105. p. 164.

Quo ritu deductus Cæſar.

Ad pontificios pedes procumbit.

am

LVIII. *am erectum, venerunt in palatium.*

Interjectis nonnullis ſubditur, ut Cæſar inter divina myſteria ſacri evangelii lectionem perlegerit, & enſe pontificia prece ſacrato donatus ſit. Pergit cerimoniarum præfectus: *Tum Cardinalis de Cæſis aſſumens enſem deauratum de manu Pontificis, in quo Pontifex tradendo uſus eſt ſimilibus verbis, videlicet* Damus, & aſſignari per te volumus chariſſimo in Chriſto filio Carolo Imperatori noſtro, ut eo utatur pro juſtitia, & in defenſione neceſſaria & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac contra hoſtes fidei, & ſalvatoris domini noſtri Jeſu Chriſti, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *faciendo ſignum crucis: quo ſic accepto & portato ad Cæſarem una cum Cardinale Cæſarino, nobis magiſtris coadjuvantibus, accinxerunt ſuperpelliceum Cæſaris, & ultimo poſuerunt pluviale ſuper humeros apertum a parte anteriori in modum epiſcopi. Sic ante Pontificem facta prius genuflexione extraxit enſem, & ter vibravit, prout ſibi annui & demonſtravi; & quidem bene abſterſit inde ſuper brachium ſiniſtrum & repoſuit in vaginam; & cum eſſet nimis ponderoſus, miratus ſum quomodo manu dextra illum movebat, & operabatur, cum vix ego duabus manibus ſuſtinerem.*

Quo ritu enſis ſacer illi datus.

LIX. Subdit author, ut Imperator die feſto natalitio Domini ſacris myſteriis pie interfuerit, ritumque, quo ſacram Euchariſtiam a Pontifice acceperit, deſcribit: XX. inquit, *decembris*, & mox, *quia Imperator veniebat in paramentis imperialibus, & cum inſignibus ſuis imperialibus, fuit concertatum, quod poſtquam Papa incœpiſſet tertiam, Cæſar veniret ſub baldachino & manto imperiali & diademate in capite, præcedentibus proceribus ſuis cum inſigniis imperialibus, prout fecit. Jam finita tertia, & cantata oratione pro tertia per Papam, Imperator ut ſupra coronatus ſub baldachino a ſuis proceribus delato, fimbrias paludamenti Barenſi Archiepiſcopo & Pacenſi epiſcopo deferentibus, tandem vero magiſtro domus & altero Hiſpano ante eum armigero cum enſe, marchione de Vaſto cum ſceptro, duce Alexandro de Medicis cum pomo, & duce Mediolani cum corona, deferentibus, & præcedentibus, ad altare genuflexit oravit. Inde conſurgens Papæ reverentiam fecit: inde ad ſedem ſibi paratam ad dexteram ſolii & ſedis Papæ eminentis.* Pluribus interjectis ſubdit.

Qui ſervati ritus veniente ad ſacrum Cæſare.

LX. *Duo diaconi, videlicet Cardinalis de Rodulphis & de Mantua, Cæſarem ex ſede ſua ad Papam, coram quo genuflexus ſine diademate dixit:* Domine non ſum dignus; *trina voce. Tum de manu Papæ ſacramentum, oſculando prius manus Pontificis, & inde in facie: tum diaconus habens calicem cum vino Cæſar purificavit ſe ex illo: tum Papa purificavit ſe a presbytero Cardinali cum ſcypho chryſtallino ablutus. Demum magiſter domus Imperatoris accedens ad credentiam, præcedentibus duobus maceriis, accepta mappula ad collum tenens pelvim cum aqua acolyti loco, auditoribus rotæ, præcedentibus duobus maceriis, ut ſupra, venit ad Papam: tum Imperator ex ſua ſede deſcendens accepit pelvim, & ſuper manus Pontificis effudit aquam. Papa dixit:* Gratias tibi. *Lotis manibus Papa ad altare præcedentibus aſſiſtentibus cum libro, & proſequutus eſt miſſam uſque in finem. Papa dedit benedictionem more ſolito & indulgentias plenarias, quas publicavit reverendiſſimus de Farneſio. Papa exuit ſe pallio, planeta, tunicella, dalmatica, & aſſumpſit pluviale; & Cæſar depoſito ſuo paludamento & diademate, venerunt pedeſtres ſimul in palatium tenendo ſe invicem per manum.*

Quo ritu accepta ab eo ſacra Euchariſtia.

Affundit aquam Cæſar manibus Papæ.

Quæ autem in hoc Cæſarem inter ac Pontificem habito colloquio fuerint agitata, aggrediamur. Tres potiſſimum ob cauſas illud fuiſſe decretum, nempe ad cogendum concilium œcumenicum pro excindendis Lutheri & aliorum fanaticorum hæreſibus: ad Italiæ pacem, quam Gallorum Rex turbare non occultis artibus moliebatur, aſſerendam; & ad Henricum Anglorum Regem, a fœdis impiiſque amoribus ad officium revocandum, referunt hiſtorici, & Vaticana monumenta teſtantur. Utque ab extremo ducamus initium, acerbe ferebat Carolus V. Henricum humanis & divinis violatis juribus, pellicem materteræ religioſiſſimæ fœminæ anteferri, deque tanto ſcelere ipſum conqueſtum apud Pontificem fuiſſe, ut malo occurreret, narrat Paulus Jovius (*a*). Parte alia querebatur Henricus, litem ex Anglia in Italiam revocatam, Clementemque in Cæſarem nimium propendere. Quid vero ad acerbiores querelas minaſque Henrici Anglorum Regis reſponſum ſit a Clemente, patet ex his mandatis (*b*), quibus internuntius apoſtolicus inſtructus eſt, ut iis expoſitis Angliæ Regis animum ad æquitatem flecteret. LXI.

Quæ ſint agitata inter Pontificem ac Cæſarem.

(*a*) *Jov. lib.* 30. *Guicciar. lib.* 20. *Belch. l.* 20.

(*b*) *Ext. apud Pin. n.* 4. *lib. brev. ann.* 1565. *p.* 432.

Exiſtimare ſanctitatem domini noſtri Regis literas alieno conſilio & ope acerbius ſcriptas, quam Rex alioqui prudens & pius mandaverit: ea propter paterno quodam affectu in meliorem partem interpretari expoſtulationes, criminationes, interdum etiam minas, quæ in ipſis literis continentur: quibus omiſſis ad alia eſſe reſpon- LXII.

den-

Angli Regis querelæ. Quid illi reſponſum.

dendum, quæ magis neceſſariæ videbuntur. Non ſpreviſſe Pontificem literas, preces & interceſſiones tam ipſius Regis Angliæ, quam Regis Chriſtianiſſimi, & procerum, populorumque regni Angliæ, ſed reſpondiſſe antehac omnibus, & ea ſcripſiſſe, quibus lectis, ſi modo ea recte æſtimare omnia velint, merito acquieſcere debuerunt. Quod non ita pro nutu, conſilio, & arbitratu Cæſaris omnia faciat Pontifex quemadmodum Rex parum æque criminatur, argumento eſſe continuas Cæſaris & Reginæ querelas de Pontifice tum ante conſecrationem, quam poſtea factas, & ex iis, quæ ſequuntur facile conſtare poſſe; nam quamvis Rex Angliæ diſperſis per Italiam & provincias oratoribus tam manifeſtis quam clandeſtinis nulla non ope procuraret diverſorum doctorum & ſcholaſticorum ſententias in unum congerere in re tanti momenti, & cujus judicium ad ſolum Pontificem & ſedem Apoſtolicam ſpectat, & illi in maximum dedecus & injuriam ſuæ ſanctitatis nullo non aſtu, & prece, & pretio ſubſcriptiones aliquorum magiſtrorum extorquerent, quod multorum fidedigniſſimis teſtimoniis & relationibus conſtat; Pontifex non ſolum in eos magiſtros non animadvertit, quod jure optimo facere potuiſſet, verum etiam reclamantibus, & maxime conquerentibus Cæſaris oratoribus ſua ſanctitas breve Regis oratoribus conceſſit, quo liceret magiſtris & doctoribus ubicumque ſententiam in hac re juxta eorum conſcientiam dicere, quorum plerique quid ſenſerint, & quibus viis ſe ad Regis voluntatem accommodaverint, aliud fortaſſe erit diſcutiendi tempus.

Negat Pontifex omnia pro nutu Cæſaris fieri.

Ut ſubornare auro doctores niſus ſit Anglus.

Ut permiſerit Pontifex diſcuti controverſiam.

Præterea poſt Reginæ interpoſitam appellationem, & juſtiſſimam inhibitionem a Pontifice factam legatis, ne ulterius procederent in tam gravi cauſa, cum & Cæſar Bononiæ multis etiam expoſtulationibus & Reginæ ejuſdem oratores, ut Romæ procederetur in cauſa peterent, nullusque nomine Regis compareret, unde merito tanquam in contumacem ſententia ferenda videbatur; Pontifex diverſis interpoſitis dilationibus huc uſque negotium indeciſum perduci juſſit, nihil motus quod Rex interim, nulla habita pontificiæ dignitatis & officii ratione, ita omnia clam præpararet, ut ſi judicium poſtea in Angliam committeretur, iſtis magiſtrorum frivolis, & non authenticis, neque juridicis ſubſcriptionibus, quam vellet ſententiam reportaret. Hæc autem omnia fecit ſummus Pontifex nullam aliam ob cauſam, neque ad ullius preces & gratiam, niſi quia ſua ſanctitas non cenſebat rem tanti ponderis eſſe præcipitandam, & ſperabat divino auxilio, & temporis beneficio maturatis affectibus poſſe eum ad aliquem bonum finem perduci, quod melius & ſincerius ſua ſanctitas judicare potuit, quam partes ipſæ, quarum judicium privatum affectus perſtringere aut obſcurare conſuevit. Quod queritur Rex, Pontificem, quos miſerat in Angliam hac de cauſa legatos, non recte, re non illic deciſa, revocaſſe; fatetur id feciſſe Pontifex, & jure, quia peculiare eſt hoc ſedi Apoſtolicæ, ubi arduis de cauſis controverſia ulla in provinciis orta eſſet, legatos illuc mittere, qui ſi controverſiam vel pacate componere, vel etiam juridice decidere non ita pro re & loco poſſint, quidquid in cauſa perceperint ad ſummum Pontificem referant: id idem ſua ſanctitas reverendiſſimo Cardinali Campegio legato mandavit, quod & factum eſt, & fieri debuit & in ſacris conciliis cautum eſt. Quod item obiicit Rex, & toties inculcat, controverſiam ibi terminandam, ubi primum nata eſt, repetitque ſæpe id e ſacrorum conciliorum, necnon & Cypriani & Bernardi authoritate, id quod fatemur etiam ante concilia Chriſtiana, & ante vel Bernardi vel Cypriani tempora juris civilis placitis decerni; ſciat Rex legem hanc multis exceptionibus & limitationibus eſſe obnoxiam, quorum unam hanc, quam Regina adducit vel potiſſimam eſſe univerſa juriſconſultorum ſchola, & judiciorum forma indicat, tantæque eſſe efficaciæ, ut ad hoc ſoli juramenta partium etiam per procuratorem præſtito ſtetur. Non autem propterea fieri injuriam Regi aut Anglis, nec ideo argui eos injuſtitiæ aut minus ſinceræ integritatis, id quod Rex in ſuis literis tantopere, ſed profecto abs re queritur, quod utpote idoneam & ſufficientem Reginæ allegationem ſedes Apoſtolica admiſerit, qua ſe Regina cum locum ſuſpectum habere dicit, cum cujus ſupremo & potentiſſimo domino litigat; alioqui niſi hoc negotium tantopere Regis intereſſet, e cujus nutu univerſum regnum pendet, nemo eſt qui de juſtitia & integritate ipſius ſiniſtri aliquid judicaret, ſicuti neque etiamnum judicat ſummus Pontifex: ſed res ejuſmodi naturæ eſt, ut huic ſuſpicioni apud judices ſatis amplam fidem facere poſſit: nam quantum ad regni privilegia attinet, ea Pontifex ſemper & ubique illæſa vult & optat, ſi modo id citra univerſalis Eccleſiæ ſcandalum & libertatis eorum, quæ omnibus legibus conſtare debet præjudicium & offenſam fiat: alioqui nulla fit injuria Angliæ regno, ſi cauſa mere eccleſiaſtica, & tam momentoſa apud ſedem Apoſtolicam judicetur.

Ut dilata ſit ſententia.

Ut putarit mora potuiſſe regium animum mitigari.

Cur in Anglia non debuerit abſolvi judicium.

Reginæ allegatio repelli non potuit.

Hæc eſt quam tantopere petit Rex ſan-

ſanctiſſimo domino noſtro ſcire, hujuſce rei & conſilii ratio, quare Pontifex cauſam tanti momenti, & cujus judicium ad ſolam ſedem Apoſtolicam pertinet huc advocaverit: neque enim locus eſt ullus magis idoneus, minus utrique parti ſuſpectus, aut ubi melius diſcuti poſſit hujuſmodi cauſa vel debeat.

Tribunal apoſtolicum neutri parti ſuſpectum.

In his omnibus Pontifex Deum teſtem adducit, ſe nihil feciſſe aut cogitaſſe, quod a juris ſemita exorbitaret, ſed ad illud inprimis attendiſſe, quo tanti ponderis negotium pacifice terminaretur; & quamvis cognoſcat non potuiſſe tantum efficere ea moderatione, & prudentia, qua ſua ſanctitas uſa eſt, quominus ſæpe Cæſar ſæpe Regina, ſæpius etiam Rex Angliæ pro ſuo quiſque deſiderio deciſionem cauſæ requirentes, de ſua ſanctitate ſint conqueſti; decernit tamen omnino ſolum Deum præ oculis habere, & neque dextrorſum neque ſiniſtrorſum declinando, quidquid tantum juſtitia indicaverit judicare.

Sola juris ratio habenda.

Monitus Henricus ne cupidis rerum novarum annuat.

Proinde rogat ſua ſanctitas regiam majeſtatem, ut ſepoſitis aliquorum, qui res novas ſemper appetunt, non bonis conſiliis, eorum etiam qui, quia ipſi cauteriatas conſcientias habeant, nunquam conquieſcere poſſunt donec candidioribus animis [cujuſmodi ſemper regius ſit] pernicioſiorem cauterii ſui notam inurant, ſeipſum ſolum & ingenitam ſibi, multiſque comprobatam bonitatem in conſilium adhibeat, & memor conſervandi præclari & ſempiterni illius tituli, quo ut defenſor fidei appelletur, commeritus eſt; majorem reipublicæ Chriſtianæ pacis & ſalutis, quam privati & momentanei alicujus affectus rationem habeat, & vel cauſam adeo gravem pacate componat, vel, ſi id fieri nequit, advocationem ipſius cauſæ & ſedis Apoſtolicæ judicio, quod non niſi ſanctum & ſincerum ſuper ea re feretur, acquieſcat.

Præferat Deum privato affectui.

Ne ſit imminentium malorum auctor.

Alioqui ſi qua inde ſcandala, odia, diſſidia, calamitates inter Chriſtianos principes [quod merito timendum eſt] oboriantur, Pontifex Deum ſinceræ ſuæ conſcientiæ teſtem & judicem invocat: Deus autem juſtus judex in eos, qui tanti mali authores fuerint, juſtiſſime ultionis ſuæ virgam exercebit: id quod videmus jam nonnullis hujus diſcordiæ vel authoribus vel fautoribus accidiſſe.

Ab iis ſe purgat Clemens.

LXIII. Urgente Cæſare, ut Pontifex jus diceret in ea cauſa, Clemens Henrico Regi anathema intendit, niſi repulſa Anna Bolena Catharinam Reginam in priſtinum conjugii locum reſtitueret. Ut vero in ſchiſma & hæreſim ob impuros adulteræ amores impulſus ſit ab impiis aſſentatoribus, ac ſupremam ſacrorum curam ſibi arrogarit, deſcribit Sanderus (a).

Intentatum Anglo anathema.

Nimium Anglo Clemens aſſentatus eſt.

(a) Sander. de ſchiſm. Anglic. l. 1.

Cum Reginam ultro in cœnobium conceſſuram accepiſſet Pontifex, Cardinalem Campegium legatum, ut vidimus, Henrici rogatu decrevit, ut una cum Thoma Cardinale Eboracenſi litem regii conjugii cognoſceret, necnon epiſcopos non morum ſanctitate, ſed Regis gratia florentes. Hinc tanti mali & ſchiſmatis conflandi ſumpta eſt occaſio; nam inſimulatus primum eſt clerus Anglicanus contra regiam voluntatem authoritatemque, Campegium Romani Pontificis legatum excepiſſe, & quaſi in reum læſæ majeſtatis bonorum eccleſiaſticorum proſcriptio facta eſt: cumque Angliæ archiepiſcopi tam iniquo furori conſtanter obviam ire debuiſſent, clerum ipſum prodiderunt, qui ne bonis exueretur profeſſus eſt, Regem ſuprema in regno ſuo poteſtate tam in clerum quam in populum pollere: ex quo neſarii politici occaſionem ſunt aucupati, ut eccleſiæ Anglicanæ caput Regem promulgarent; quæ accuratiſſime recenſet Sanderus (b) hiſce verbis: *Reverſus ergo in Angliam Henricus, & ira fervens, voluit tanquam robuſtus venator primogenitos regni cœlorum filios, hoc eſt Chriſti miniſtros, omnemque Domini præcipuam ſortem ſuo imperio ſubjugare. Re itaque cum privatis quibuſdam conſiliariis, quos voluntati ſuæ aſſenſores ſciebat, communicata, per novam calumniam cujuſdam prævaricatæ legis, quam Anglice de præmunere appellant, inaudita quadam tyrannide litem univerſo clero intendendam curavit, qua ob legatorum nimirum Pontificis Romani, qui paulo ante in Anglia fuerant, externam [ut tunc cœptum eſt dici] poteſtatem, contra placitum Regis agnitam & propugnatam, clericorum totius regni bona in commiſſum cecidiſſe fiſcoque Regis obnoxia eſſe pronuntiabantur. Cujus iniquiſſimi oneris terrore clerus omnis depreſſus, atque ad terram uſque dejectus [nam omnibus omnino bonis ac fortunis, quin & libertate omni privandus & perpetuis carceribus jam tunc addicendus erat] cum quid ultra faceret aut ſperaret non haberet, a nobilitate laica deſertus & ab archiepiſcopis ſuis metropolitanis, a quibus propugnari debuit, proditus [nam & Cranmerus Cantuarienſis, & Lejus, cui Henricus paulo ante Eboracenſem primatum contulerat, cum Rege in hoc ipſum conſpiraverant] reliquus clerus reſiſtendum non eſſe ratus, victas manus dedit, her-*

(b) Sander. de ſchiſm. Angl. l. 1.

Sæva Henrici Regis in clerum perſequutio.

Archiepiſcoporum fœda proditio.

bam porrexit, conculcari ſe tanquam infatuatum ſalem permiſit. [1]

LXIV. *Indicto igitur conſeſſu quodam pro neceſſitate præſentis temporis pene omnes omnium ordinum clerici una voce Regi ſupplicarunt, ut aureorum quadringenta millia, quæ ad criminis commiſſi expiationem ſuæ majeſtati offerebant, benigne accipere reliquamque eis pœnam remittere & condonare dignaretur; idque pro ſumma illa poteſtate, quam in regno ſuo cum tam in clerum, quam in reliquum populum habere jam primum fatebantur: ex qua dicendi formula artificio regiorum conſiliariorum expreſſa primam occaſionem ſumptam ajunt, ut Rex ſupremum caput eccleſiæ Anglicanæ poſtea diceretur. Jam etiam paſſim jactabatur in ore peſſimi cujuſque, nihil Romano Pontifici cum regno Angliæ negotii eſſe, niſi Regi videretur aliquid ei poteſtatis in eo regno concedere; nam alioquin omnem animam debere poteſtati regiæ ſubditam eſſe, nec ſolum in civilibus, verum jam quoque in ſpiritualibus cauſis. Et hæc quidem omnia excogitata, ſuſcepta, & diſſeminata ſunt, ne Rex abſque authoritate legitima uxorem repudiaſſe putaretur. Quæ cum viri nonnulli graves viderent, animoque jam proſpicerent, quo eſſent hæc omnia tandem prorruptura, paulatim nitebantur aulæ ſe & negotiis publicis ſubtrahere. In primis Thomas Morus, vir omni genere virtutum præcellens tempeſtates impendentes non ſolum mente prævidit, verum etiam ſuis particulatim prædixit eodem plane modo, quo poſtea acciderunt. Is ergo cum jam ſummus regni cancellarius ad tres ferme annos fuiſſet, Regem adiit, ſuæque ſenectutis ac laborum, quibus in confutandis hæreticis diſtinebatur, excuſatione uſus, ſupplex rogavit, ut cum Regis bona venia abdicare ſe magiſtratu liceret: cui Rex aſſenſit, licet non ignoraret, quam ob cauſam illud Morus petiiſſet: ſed uti voluit Rex alio viro in ſummo illo magiſtratu, qui eſſet futurus ad deſideria ſua paratior. Conſtituit ergo cancellarium Thomam Audlæum hominem mediocris fortunæ, & valde tenuem; ſed ut haberet unde dignitatem ſplendide tueretur, dedit illi Rex monaſterium integrum una cum eccleſia, ædificiis & reditibus omnibus Londini conſtitutum, cui nomen fuit, Eccleſia Chriſti: religioſos autem omnes illius loci, qui canonici erant regulares, in alia monaſteria ejuſdem ordinis diſtribuit: atque hoc primum indicium extitit mali affectus Henrici erga religioſos.*

Rex Anglus caput Eccleſiæ Anglicanæ ſe dicit.

Thomas Morus ſe magiſtratu abdicat.

Suffectus in ejus locum vir impius.

LXV. Subdit author, ut Clemens Henricum monuerit, ne reſciſſo controverſo connubio pellicem induceret, & ille contemptis paternis monitis furens libidine finxerit factam ſibi a Pontifice ducendæ in matrimonium Annæ Bolenæ poteſtatem, & clandeſtinas nuptias cum ea extremo hoc anno iniverit: *Cum autem*, inquit, *hæc & alia ad aures Pontificis Clementis perlata eſſent, ſimulque didiciſſet ex Cardinalibus Gallis quos ſupra utriuſque Regis nomine legatos ad ipſum miſſos diximus quam impotenter in Annam Bolenam affectus eſſet Henricus, & quod nihil eſſet dubii, quin eam brevi etiam publice duceret; Pontifex pro paterna ſua ſolicitudine ingentem primo dolorem animo concepit, deinde ſtatuit literis iterum Henricum tentare, jam enim antea non ſemel eum privatim admonuerat, & per omnia ſacra obteſtatus fuerat, ne præcipitem ſe ferri in hac cauſa ſineret; expreſſe etiam prohibens ne quidquam in prioris matrimonii præjudicium pendente adhuc lite faceret. Nunc autem aliis literis iiſque magis publicis Regi præcipere pro ſua authoritate ſub anathematis pœna ſtatuit, ne ulterius progredi interminata lite tentaret; id quod fecit in forma brevis, quo res eſſet teſtatior. At Henricus cujus animus impudicis Annæ amoribus jam immerſus fuit, tantum aberat, ut hoc vel patris conſilio, vel judicis præcepto a propoſito deſiſteret, ut ardentius multo quam antea in libidinem ſuam prorueret.*

Monitus Henricus ne ſe præcipitem ferri patiatur.

LXVI. *Cumque jam nihil aliud ad nuptias cum Anna Bolena contrahendas deeſſet præter pu-*

NOTÆ [1] Chronologicum Sanderi mendum expungit ſugillatque Burnetus in hiſtor. de Reform. Anglic. verſionis Gallicæ tom. 1. pag. 522. in refutatione Sanderi. Intentata ab Henrico adverſus clerum Anglicanum lis, ejuſdem Henrici regis profectionem Gallicanam non quidem conſecuta eſt, ut Sanderus & ex illo Annaliſta ſcribit, ſed integris 18. menſibus præceſſit, quin & remiſſio ejus litis facta eſt a rege anni 1532. martio menſe, cum iter ejus Caletum nonniſi ſeptembri menſe ejus anni contigerit. Certum tempus ejus remiſſionis in volumine legum Anglicanarum exprimi idem Burnetus adnotat.

Optime iſta quidem Burnetus. Sed non ita plane ſucceſſit illi accuſatio, qua hiſtoriam de Rolando Lee a Sandero narratam, & ab Annaliſta hic num. 66. exſcriptam, mendacii damnare nititur. Statuit enim Rolandum noſſe optime potuiſſe nullam a Pontifice pro Henrico conſtitutionem ferri potuiſſe, cum pontificem imperatori arcto amicitiæ vinculo adſtrictum probe noſſet. Sed hæc Sanderum juvant; ideo enim timere potuit Rolandus ne Rex inceſtas nuptias iniret; ideo tanta ſollicitudine inquiſivit, num pontificis bullam obtinuiſſet. Aſſerenti regi, tandem acquievit. Ita probe Sanderus, Burnetus inepte. MANSI

publicam ſententiam divortii, hanc Rex cum a Pontifice Romano ſperare non poſſet, a Cramnero ſuo brevi pronuntiandam certo ſciens, Annam Bolenam ipſis kalendis ſeptembribus Pembruchi marchioniſſam conſtituit, ne parum nobilem perſonam duxiſſe videretur: ad decimum vero & octavum kal. decembris proxime ſequentis Rex longioris moræ impatiens quamquam omnia necdum recte diſpoſita eſſent omnino conſtituit cum Anna Bolena occultas nuptias contrahere; nuptias quidem, quod alias illa ſui corporis poteſtatem Regi facere nollet; occultas vero, quod nondum a Catharina per aliquam ullius omnino judicis ſententiam ſeparatus eſſet. Ronaldus ergo quidam tunc presbyter, quem poſtea Rex propter hoc obſequium in epiſcopum Lichefeldienſem cooptavit, accerſitur, ac rem divinam facere jubetur: ei Rex narrat ſententiam Romæ jam tandem ſecundum ſe pronuntiatam eſſe, factamque ſibi eſſe poteſtatem novam uxorem ducendi. Rolandus Reges non ſolere mentiri arbitratus, primum ſiluit; mox religione tactus, ſpeto (*inquit*) majeſtatem tuam habere diploma pontificium. *Annuente Rege, vertit ſe ad altare, cum ecce adhuc dubius & timens, ne quid illicitum committeret,* omnino [*inquit*] ſacri canones poſtulant, noſtraque valde intereſt, ut literæ Pontificis palam legantur & promulgentur. *Tum Rex habere quidem ſe literas affirmat, ſed recluſas eſſe in ſecretiore loco, nec ab alio præterquam a ſe afferri poſſe; parum autem decere, ut eo tempore nec enim adhuc illuxerat ſolus prodiret. Acquieſcit Rolandus: atque ita completis cæremoniis Henrico ſecundam uxorem tradit, prima non ſolum adhuc vivente, ſed etiam per nullam omnino authoritatem in ullo hactenus judicio eccleſiaſtico vel ſpecie tenus interpoſitam repudiata.*

Marchionali titulo Annam Bolenam ornat. Occultas nuptias contrahit cum ipſa.

Turpiſſime mentitur accepiſſe de ſoluto matrimonio decretum.

LXVII. Pervaſit proximo anno ad ſedem Apoſtolicam horum flagitiorum fama, quæ a Pontifice in Cardinalium ſenatu propoſita fuiſſe dicetur ſuo loco: nunc reliqua Cæſarei cum Pontifice congreſſus acta proſequamur. Recenſet ea Paulus Jovius hiſce verbis (*a*): *Actum ſubinde eſt de tuenda pace, quam tanto ſumptu, tantiſque periculis quæſiviſſent nam ita eam pacem, quæ publico fœdere biennio ante Bononiæ fuerat conſtituta, Genuenſes aequaquam adſcripti fuerant, queis tum maxime infenſus erat Franciſcus; Genuæ ſiquidem imperium, uti antiqui Gallorum Regis juris, ac inclusum recentis fœderis legibus repetebat.* Et paulo inferius: *Veneti quoque ullo alio quam veteri fœdere illigari nolebant, ſeque omnino præſtituros profitebantur, quod diſerte in fœderum tabulis eſſent polliciti, maturamque opem Franciſco Sfortiæ protinus allaturos, ſi alicunde bellum ejus finibus inferretur; neque enim ea dignitate Veneti ſenatus fore, ſi veluti tributi nomine annuam pecuniam tuendæ paci penderent.*

(*a*) *Jov. l.* 31.

Genuam Gallus repetit.

LXVIII. Aſſerere Italicam pacem omni contentione nitebatur Clemens, atque exercitum communi ſumptu ſuſtentandum arbitrabatur, ad Helvetiorum, quorum pars Zuingliana hæreſi infecta erat, impetus infringendos: quippe jam ante vehementer trepidatum fuerat, ne Lutherani incendii faces Italiæ inferrentur; quam ob cauſam, non Gallicæ partis odio, Venetæ reipublicæ principem his literis ad ſuppeditanda ſociali exercitui pacis Italicæ vindici ſtipendia ex indictis decumis hortatus eſt (*b*).

(*b*) *Lib. brev. an.* 1532. *p.* 61.

Duci Venetorum.

Dilecte fili ſalutem. Quanto nuper labore & ſtudio noſtro, dum Bononiæ cum sereniſſimo Cæſare eſſemus, miſeræ Italiæ pacem & tranquillitatem, omnium ipſi cladium & injuriarum noſtrarum obliti, conſtituerimus, veſtris etiam rebus cum illo compoſitis, notum eſt nobilitati tuæ; nec tuam prudentiam fugit, ad eam pacem conſervandam aliquo exercitu opus fuiſſe, ne Italiam omni nudatam præſidio perturbandi cuiquam occaſio daretur: itaque sereniſſimo Cæſari in retinendo eo veterano exercitu, quem in Italia tunc habebat & habet, non ſolum authores, ſed etiam adjutores fuimus. Et quamquam utilitas redundaret ad omnes, nos tamen ipſi cum dicto Cæſare totum fere id onus continuo hoc biennio ſuſtinuimus, nec quoad aliter providere potuimus, quidquam oneris ullis impoſuimus. Ad extremum neceſſitate coacti, & publico bono adducti, cum ex ipſo effectu videremus quantum ſecuritatis ille exercitus ad Italiæ tranquillitatem attuliſſet, audiremuſque etiam Lutheranam hæreſim ia Alpibus magno fragore tonantem ſenſim in Italiam deſcendere, multoſque jam infeciſſe, nihil niſi occaſionem expectantes; nos ob hæc multo magis conſervandum dictum exercitum, ut per eum pax Italiæ conſervaretur exiſtimavimus: ſic quoque nullam ſæcularium, ſed tantummodo eccleſiaſticorum, qui ſane in noſtra mera ſunt poteſtate, opem duximus expetendam, ac duas decimas fructuum eccleſiaſticorum in cæteris Italiæ primum, deinde etiam in veſtro dominio impoſuimus, &c. Addit preces, ut cum is exercitus publicam pacem alat in cogendis ab eccleſiaſticis vectigalibus præſidio ſit, ut neceſſario ſumptu ſuſtentetur. *Datum ultima decembris MDXXXII. pontificatus noſtri anno IX.*

Rogati Veneti, ut pro pace Italica ſubſidia conferant.

Aſ-

LXIX. Aſſenſere quidem Veneti, ut pro vindicanda ab hæreticorum tyrannide Italia conſcriberentur copiæ: ne vero ſpecie religionis cæſareo jugo ſubderentur caverunt, de quibus hæc Jovius (a): *Veneti nequaquam permoti ſumptu, qui erat exiguus, dum ſeſe novo fœdere excluderent, duas res opportune conſequebantur, in quibus tuendæ exiſtimationis ac libertatis maximum inerat momentum: nolebant enim Franciſcum Regem veluti deſperata in reliquum tempus ipſorum ſocietate ab ſe penitus alienare, atque illum eo prorſus adigere, ut commutato animi decreto novam ſibi amicitiam, novamque fortunam quærendam putaret, e qua demum diſſimulata in præſens graviore injuria, minores principes uti ingratos & averſos ulciſceretur; nec Cæſarem omni ſuſpicione metuque vacuum omnino ſinere, vel ſapientis conſilii fore arbitrabantur, ne ille Gallos penitus contemnendos eſſe putaret, ſi tota in ipſius nomen ac amplitudinem conſentiente Italia, undique tutus & principum longe maximus redderetur; exæquari enim tantorum Regum potentiam ac vires incolumi Cæſaris amicitia cupiebant*. Et infra.

(a) Jov. l. 31.

LXX. Fœdus initum pro tuenda pace. *Itaque excludentibus ſeſe Venetis, atque id diſſimulanter probante Pontifice, fœdus eſt renovatum in ſeſquiannum. Eæ fuere leges: ut communibus copiis atque pecuniis, ſi bellum inferretur, id ad tuendam pacem propulſarent. Dum pax eſſet viginti quinque millia aureorum nummum ex vetere cenſu Pontifex, Cæſar, Franciſcus Sfortia, & Alfonſus Ateſtinus, itemque liberæ civitates, Florentini ſcilicet, Genuenſes, Senenſes, Lucenſes conferrent, quæ ad alendos centuriones, præfectoſque equitum Antonio Levæ diſpenſanda traderentur: eum enim belli ducem deſignarant, cuſtodemque pacis & otii apud Mediolanum eſſe voluerant*. Et infra: *At legati Cardinales Acromontius atque Tornonius, qui ab initio interſtrepere reclamareque & libero ore conqueri cœperant, quod ea principum conjuratione non iniqui fœderis prætextu graviſſimam & minime ferendam Gallis omnibus contumeliam inferrent, poſtquam eos Clemens ſubtiliter admonuit, ut pacati conquieſcerent, facile intellexerunt quantum in dimittendo diſſolvendoque Cæſaris exercitu momenti verteretur: quid enim vel optatius vel ad omnem belli occaſionem commodius Gallis accidere poſſe, quam ut Hiſpani veterani, a quibus tot clades acceperint, paucorum menſium fœdere percuſſo, Italia ipſaque alpium cuſtodia detraherentur*.

LXXI. Decreta tum fuiſſe catholicis Helvetiorum toparchiis ſtipendia a fœderatis memorat Guicciardinus (b), atque Imperatorem excogitaſſe, ea ratione Gallo aditum intercludere, ne ex ea gente milites ad Italiam bello divexandam conſcriberet; verum Pontificem tuendæ religionis ſtudio ut hæreticos Helvetios arceret ab Italia ex literis (c) ad Venetum ducem datis permotum, intellectum eſt. Porro adductus eſt in invidiam ab adminiſtris Regis Francorum Stephanus de Inſula catholicorum Helvetiorum orator, qui præter eorum juſſa de fœdere Cæſarem inter & Helvetios ſanciendo egiſſet, perſtrictuſque Pontifex ſuſpicione, ipſius authoritate id illum annisum, eam ita Clemens a ſe amovet (d): *Tuæ fraternitati*, erat is ſuus apud Helvetios internuntius, *notiſſimum eſt, nos nunquam quæſiſſe ut dicti cantones uni pluſquam alteri Chriſtianorum principum adhærerent; ſed ut potius cum cæteris cantonibus hæreſi Lutherana infectis ad concordiam unitatemque tum animorum, tum præcipue catholicæ fidei redirent. Quod ſi ipſi Lutherani pro majori eorum numero plus poſſent, cogereque ipſos catholicos, ut a ſancta fide deficerent, niterentur, tum nos, quod dudum fecimus, & ſemper facturi ſumus, ſanctam fidem catholicam, & in illa vere ſentientes a prave ſentientibus defenderemus*. Et paulo poſt: *Chriſtianiſſimum Regem probe æſtimamus conſcium pii ſenſus noſtri ad commune bonum tendentis, & hanc cum Cæſare ac Helvetiis prædictis conjunctionem noſtram non ad cujuſquam Chriſtiani offenſam, ſed potius omnium ſalutem dirigentis minime credimus hæc crediturum, &c. Datum in civitate noſtra Bononiæ in die* XIX. *decembris MDXXXII.*

(b) Guicc. l. 10. Helvetii cur ad tuendam Italiam conducti.

(c) Lib. brev. ann. 1532. p. 61.

(d) Brev. an. 1562. p. 62.

Ad eos defendendos ſe Clemens obſtringit.

LXXII. Conciliatis ita Carolo V. catholicis Helvetiis, qui potius cæſarea, quam Gallica ope ad hæreticorum Zuinglianorum, cum quibus tam inſignia prælia conſerta fuiſſe vidimus, impetus retundendos exiſtimaverant, nonnulli politici, qui regias cupiditates divini Numinis gloriæ & religionis propagationi præferebant, ſe bene mereri de Franciſco Rege putaverunt, ſi Helvetios hæreticos Gallicæ coronæ contra Cæſarem fœdere jungerent: ob quod arcano conſilio permiſit Deus, ut iidem Helvetii ſacramentarii in Gallias Zuinglianam hæreſim inveherent, cujus cauſa Franciſci Regis ſtirps penitus convulſa eſt, & Gallia innumeris cædibus & incendiis deformata.

Politici Galli ſibi Helvetios hæreticos adjungunt.

Ex impio fœdere peſſumdata Gallia.

LXXIII. Hoc anno Clementis Pontificis juſſu Thomas de Vio Cardinalis, Lutheranorum, qui circa fidem ac virtutum opera & merita infandas hæreſes commenti erant, ſuiſque argutiis irretiebant ita ſim-

plices, vel improbis lenocinabantur, ut pietatis ſpecie in flagitiorum cœno hærerent, fallacias conſutavit egregio commentario, ex quo nonnullos floſculos delibandos cenſuimus. In primis, cum hæretici ſomniarent ſe juſtificari fide, ſeu credulitate qua crederent ſe juſtificatos, ita hunc errorem conſutavit (a): *Nulla Scripturæ authoritate, nullo Eccleſiæ documento docemur, oportere nos huiuſmodi credulitatem habere abſque hæſitatione aliqua; ratio autem hæſitandi eſt, quia communiter nullus ſcit an ex parte ſui impedimentum aliquod inveniatur ſuſcipiendi donum remiſſionis peccatorum, nullus regulariter ſcit an ipſe deſit gratiæ Dei; & propterea ſic hæſitans nullam injuriam infert divinæ promiſſioni, quoniam non hæſitat ex parte Dei, non hæſitat ex parte meriti Chriſti; non hæſitat ex parte ſacramenti, ſed hæſitat ex parte ſui; ſcriptum eſt enim:* Delicta quis intelligit? *Teſtatur quoque, hanc communem hæſitationem de effectu ſingulari divinæ miſericordiæ, hoc eſt remiſſionis peccatorum iſtius viri nunc devote converſi ad Deum, Joel propheta cap.* II. *nam de iis, qui convertendi erant ad Deum ex toto corde in jejunio, fletu, & planctu, citata divinæ miſericordiæ excellentia ſuper peccata, ſubjungit:* Quis ſcit ſi convertatur Deus & ignoſcat? *Neminem ergo eorum, qui convertebantur certum eſſe, ſed quemlibet ſub hæſitatione eſſe, an ignoſceret Deus illi, manifeſtat. Et confirmatur, quia credulitatis hæſitatio non rationabiliter tollitur, niſi,* Et infra, *vel divina revelatione, quæ in propoſito non habet locum, quia quamvis Deus revelaverit quod omnes, qui rite intus & extra confidunt ſe conſequi remiſſionem peccatorum per meritum Chriſti conſequuntur illam, non tamen revelavit quod iſte nunc rite convertitur intus & extra; hic enim effectus particularis non comprehenditur ſub revelatione, cui innititur fides Chriſtiana, &c.*

(a) *Thom. Card. Cajet. to. 3. tr. 11. c. 3.*

An credendum ſit remiſſa eſſe nobis peccata.

Probatur non valere eam confidentiam.

LXXIV. Negantibus Lutheranis merita bonorum operum, detorquentibuſque in pravum ſenſum, nonnulla ſacra oracula Thomas Cardinalis ſic reſpondit (b): *Meritum vitæ æternæ non eſt tam actio noſtra, quam actio Chriſti capitis in nobis & per nos: Supponendum eſt enim cum Apoſtolo ad Roman.* XII. *ad Epheſ.* IV. *& ad Coloſſ.* II. *homines in gratia conſtitutos eſſe Chriſti capitis membra viva, ita quod Chriſtus caput cum hominibus vivis ejus membris non eſt ſicut unum corpus politicum, quale eſt corpus civium reipublicæ bene gubernatæ, ſed conſtituit unum corpus, quemadmodum eſt unum corpus naturale, quia Chriſtus caput ſpiritu ſuo vivificat membra ſua, & per juncturas ac nexus ſpirituales unit membra corporis, ut clare patet ex verbis Pauli. Huic autem præſuppoſito adjunge, quod etiam ſacra Scriptura tradit, videlicet & paſſiones & actiones vivorum Chriſti membrorum eſſe paſſiones & actiones Chriſti capitis: & de paſſionibus, quidem teſtatur ipſe Chriſtus Act.* VI. Saule Saule, quid me perſequeris? *cum tamen ille perſequeretur membra ejus. Et Paulus ad Galatas* IV. *revocat ad memoriam Galatarum quod Chriſtus crucifixus fuit in eis, proculdubio in cruciatibus eorum pro Chriſto perpeſſis: de actionibus vero teſtatur Paulus ſcribens Corinth.* XIII. *cap. ſecundæ epiſtolæ.* An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus? *univerſaliter dicit ad Galat.* II. Vivo ego, jam non ego: vivit autem in me Chriſtus: *ex quibus habetur quod veriſſime dicere poſſum:* Mereor ego, jam non ego: meretur autem in me Chriſtus. Jejuno ego, jam non ego: jejunat autem in me Chriſtus; *& ſic de aliis operationibus voluntariis, quas Chriſti membra vera exercent propter Deum: & iſto modo meritum æternæ vitæ non tam attribuitur operibus noſtris, quam operibus Chriſti capitis in nobis & per nos; ita quod hinc diſcernitur inter meritum æternæ vitæ: in infantibus baptizatis debetur æterna vita merito dumtaxat Chriſti illo, quod meruit Chriſtus in hac vita mortali degens, patiens, & moriens: adultis autem proficientibus in gratia debetur æterna vita dupliciter, primo ex jure meriti Chriſti, quod in propria perſona meruit, poſtea ex jure meriti Chriſti, quod Chriſtus caput in adulto & per adultum operando meretur. Convenit autem divinæ liberalitati, ut utroque modo communicet meritum æternæ vitæ adultis Dei filiis, nam ut dicitur ad Roman.* VIII. *prædiſinivit eos conformes imagini filii ſui, conformiores autem ſunt Chriſto habentes meritum vitæ æternæ utroque modo, quam primo tantum; nam iſti Chriſto duplici jure debita fuit ſua gloria, primo jure gratiæ unionis perſonalis, qua* verbum caro factum eſt: *& hoc jus convenit Chriſto ſine ejus merito. Deinde eadem gloria debita fuit Chriſto per meritum obedientiæ ejus,* uſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, &c. *Chriſto igitur duplici jure habenti gloriam conformiores reddimur duplici quoque jure, acquirentes vitam æternam, videlicet & ſine noſtro merito per Chriſti in propria perſona meritum, & cum noſtro merito per Chriſti capitis in nobis & per nos meritum: & quemadmodum ad Chriſti excellentiam pertinet quod etiam proprio merito acquiſierit immortalem corporis vitam & gloria ſui nominis, &c.*

(b) *Cap. 9.*

Meriti gloria tribuenda Chriſto & cur.

Ille meretur in nobis.

Duplici titulo Chriſtus gloriam meruit.

Duplici modo acquiritur gloria a Chriſtiano.

ita

Digitized by Google

ita ad dignitatem membri Chriſti pertinet, ut cooperetur capiti ſuo ad acquirendum æternam vitam : Omnium enim diviniſſimum eſt, *inquit Dionyſius cap.* III. cæleſtis hierarchiæ, Dei cooperatorem fieri : *& hinc quoque habes non eſſe ſuperfluum noſtrum mereri vitam æternam, quoniam eſt reddere vitam æternam eſſe nobis debitam alio modo, ſeu altero jure, quemadmodum Chriſtus meruit ſuam exaltationem reddendo ſibi eam altero jure debitam.*

LXXV. Ut vita æterna ſit donum Dei.

His plura alia addit, hæreticorumque argumenta diſſolvit; ex quo hæc decerpere libet : *Ad illud quidem quod affertur ex Apoſtolo ad Romanos :* Donum Dei vita æterna; *reſpondetur quod utique nos hoc dicimus & docemus, quoniam donum Dei gratiæ gratum facientis eſt, tum nos eſſe membra Chriſti, tum ex virtute Chriſti capitis in nobis mereri vitam æternam : non enim dicimus quod ex operibus noſtris quatenus a nobis ſunt, ſed quatenus a Chriſto in nobis & per nos ſunt, meremur vitam æternam.*

Ad id vero quod obiicitur ex documento Chriſti : Dicite ſervi inutiles ſumus; *cum eadem diſtinctione reſpondetur, quod nos quantumcumque omnia Chriſti præcepta impleamus, quatenus impleamus, ea ex noſtro libero arbitrio, invenimur ſervi inutiles ad ea, quæ ſunt domus patris cæleſtis, invenimur inutiles ad ea quæ ſunt politiæ noſtræ, quæ in cælis eſt, qualia ſunt remiſſio peccatorum, gratia Spiritus ſancti, charitas, & cætera propria filii Dei. Et in promptu ratio eſt; quia nos quatenus a nobis operantes, ſumus tamen infirmi, ut non poſſimus aſcendere ad conferendum aliquid ſupremo ordini filiorum Dei : cum qua tamen veritate ſtat quod noſmet quatenus ex Chriſto in nobis capite ſumus operantes, ut illius membra viva multum conferre poſſumus per noſtra opera politiæ cæleſti & paternæ domui; quia ut ſic ſumus elevati in ordinem filiorum Dei, nec ut ſic ſumus inutiles ſed membra utilia paternæ domui & cæleſti politiæ, &c. Romæ die* XIII. *maii MDXXXII.*

LXXVI. Vvicelius impiam eſſe fidem Lutheranorum ac novam arguit. (a) Cocl. in actis & ſcriptis Luther.

In Germania ſcripſit luculenter de fide & operibus Georgius Wicelius, de quo hæc Joannes Coclæus (*a*) : *Vir ille, cum ſit ingenioſus, acutus, diſertus linguarumque Græcæ & Hebraicæ inſigniter peritus, juvenis præterea ætate, ac laborum tolerantiſſimus, multa in Lutheranam ſectam atque doctrinam ſcribis editque opuſcula, quibus Germanos a pernicioſiſſima ſecta illa abſterrere, in viam revocare ſatagit : atque id facit non parvo cum profectu multorum. Multa quidem Lutheri dogmata impugnat, ſed nullum vehementius copioſiuſve aut crebrius, quam illud, quod rejectis bonorum operum ſtudiis ac meritis ſolam fidem extollit.*

Lutheriſmi retectio.

Scripſit porro Wicelius hoc anno retectionem Lutheriſmi, nempe elegantem libellum, in quo doctrinam & mores ſectæ Lutheranæ graphice depingit, authorem ſchiſmatis pro libidine figere leges atque refigere, cæteros eum ſequi : populum odio ſacerdotum & monachorum, canonicarumque legum, non amore Chriſti a Romana eccleſia deſciviſſe : nunc Saxoniæ principis imperio ad unius & alterius ebrii monachi placita flecti reflectique poſtquam omnem veteris Eccleſiæ ordinem exploſit : diſtracti ejus ſectatores in plura capita : quod huic evangelicum eſt, alteri fanaticum eſſe : *Quoniam*, inquit, *vero doctrina iſta cum prophetis & Apoſtolis luctatur, ab apoſtolicis diſſentit, ab orthodoxis omnibus diſcrepat, neceſſe eſt eam recentem eſſe, & prioribus retro ſæculis univerſis ignoratam : jam ſi recens eſt, debebat miraculis firmari; ſed nulla horum exiſtunt, cur ergo adhuc hæſitas?* Subjungit Wicelius : naſcentem maleſanam opinionem a ſynodo curari quidem poſſe, ſed magiſtrum ſectæ velle agere quæ nolit concilium, & nolle quæ velit : non pati doctrinam excuti, ne excuſſa explodatur, angelorumque judicem ſe conſtituere; lactare aſſeclas flagitiorum impunitate : ejus doctrinam pugnare cum doctrina catholica & primitiva Eccleſia, fictam ea arte ut ſectæ congruat : præceptum in Saxonia ut evangelium prædicetur quemadmodum exponit Lutherus : Germanicos motus ex ejuſdem Lutheri libris excitatos, & ſi conniveant principes, Germaniam ab pſeudoevangeliſtis cædibus funeſtandam : apparere regnum deſertorum monachorum, graſſari omnem vitæ impudicitiam, nec Sodomam amplius ream videri. Quantum vero opprimant qui onera Romanæ eccleſiæ adeo verbis exaggeraverant, egregie depingit Wicelius : *Negari*, inquit, *non poteſt neque diſſimulari ſub hoc evangelio plures & graviores exactiones exuxiſſe ſubditos quam antea. Præterea omnia propter avaritiam Deo diffidentium Chriſtianorum ad ſummam caritatem, tenacitatemque inhumaniſſimam adducta, ita fuit, ut fere alius alium voret, dilectio Dei & proximi nunquam frigidior.* Et inferius : *Sectam prorſus pudefacit & deridendam omnibus propinat immenſum mendacium illud ore ſchiſmatarchæ impudentiore ne, an audaciore, an confidentiore, an arrogantiore exputum haud ſcio : eſt vero illud in prioribus ſæculis neque*

Lutheri inſana jactantia.

Chri-

Chriſtum, neque evangelium, neque baptiſma, neque fidem, neque opera bona, &c. fuiſſe cognita; ſed hæc omnia ſe principem docuiſſe per ſuum recte vocat ſuum evangelion.

LXXVII. Proponit dein Wicelius impia ſectæ dogmata, e quibus abſurdiora aſſerimus: *Docent, ubi fides eſt, ibi nullum peccatum. Docent, credentem ſuapte ſponte ſine præcepto, aut hortatu, aut doctrina bona opera, adeoque mera bona opera facere, immo impoſſibile eſſe quin faciat, & tam eſſe opus monitione, ut faciat, quam opus eſſe, ut arborem fructiferam moneas. Clamant: Evangelion non poteſt pati, ut prædicetur de bonis operibus. Item, ovicula Chriſti horret ubi prædicari opera audit. Item, fides nullum opus bonum poteſt juxta ſe ferre. Docent, Deum non reſpicere opera, non curare opera, non valere, non placere coram Deo opera, nihil prodeſſe opera: non amari a Deo aliquem propter opera, nihil denique eſſe opera. Hæc paſſim ſexcenties ſi quis requirat. Negant ad probitatem pervenire hominem exercitiis virtutum & bonorum operum, & en hoc dicunt fieri martyres diaboli. Alicubi vocat Lutherus, virtutem velamen nequitiæ.*

Virtus appellata a Luthero velamen nequitiæ.

Scribit quidam, docere contra vitia, & ut abſtineamus a peccatis, eſt phariſaiſmum quendam docere. Docent, eos blaſphemare Deum, qui ad probitatem in bene operando aſpirant. Docent, contra eos, qui exempla ſanctorum prædicant imitanda. Docent, quomodo bellum moriturus cum ſatana ineat, nempe ut ſanctimoniam a te exigenti, ita reſpondeas: Velle hanc mihi vellem. Hic nulla eſt ſanctimonia: Deus ea eſt. *Dicunt quando prædicatur:* Oportet te hoc facere, hoc & illud omittere: *diabolus eſt qui ſuum venenum juxta infert*. Dicunt, ſi cor probum, omnia proba: quid enim Deo cum externis: *quaſi dicerent*: Nihil refert utcumque vivas, modo ſis evangelico de grege. *Dicunt: Timendum eſt ne ſanctiſſimi quique in profundiſſimo inferno ſint, & peccatores potiſſimum in cælo. Dicunt, quia verbum ſanctum eſt, ideo & habens verbum ſanctus eſt. Item Chriſtiani non videntur eſſe quod ſunt. Dicunt Chriſtum non reſpectum habere quales ſimus, ſed ſi modo oves ſimus, & nomen habeamus. O dogmata, o aconita! Scripſit author ſectæ ſe malle ſcurrilem eſſe aulicum, quam Hilarionem aut Hieronymum. Negant Chriſtum præcepta dediſſe Matth.* v. *& fingunt, eum dicere:* Ego non doceo: Fac hoc, fac illud; ſed remitto dumtaxat peccata, &c. *Docent, Chriſtum legem pro nobis feciſſe, id eſt noſtro loco, atque propterea accuſatricem legem ad ipſum in mortis articulo eſſe remittendam.*

Ridiculus ſuperandi ſathanæ modus.

Docent, hominem neceſſario peccare. Docent, omnia neceſſario evenire, cum externa opera tum internas cogitationes. Docent arrodenti ob peccatum conſcientiæ ita reſpondere: Quid peccatum, peccatum? attamen ſanctus ſum. Item: Si ego probus non ſum, Chriſtus tamen probus eſt. *Refellunt doctrinam catholicam de originali & actuali peccato.*

Peccatum neceſſitate committi ajunt Lutherani.

Dicunt: Quo es turpior, eo citius imparit gratiam Deus. *Docent, nullum peccatum poſſe damnare hominem præter incredulitatem. Secus de libertate Chriſtiana docent atque Apoſtoli; unde pro libertate Chriſti invenerunt libertatem diaboli. Docent, Tartarum eſſe conſcientiæ remorſum, & ſinum Abrahæ promiſſionem verbi. Docent, hominem tantundem poſſe, quantum poteſt ſerra aut ſecuris, & nihilo plus facere. Faciunt Deum authorem malorum, Docent baptiſma eſſe opponendum contra terrores peccati & mortis; & quod propterea tincti ſimus, ut certo ſciremus, nos per mortem in vitam reducendos, ne dubitaremus nos ſervandos, &c. Hujus rei eſſe ſigillum baptiſma. Hujuſmodi ſunt mundo noſtro impœnitenti, flagitioſe viventi, noviſſima non curanti gratiſſima; ſed per quam ſcripturam ita res habet? Bone Chriſte, quam longe aliter docet Apoſtolus Roman.* VI. *Docent, neminem accedere debere ad Euchariſtiam, niſi qui peccatis obſitus eſt. Nam peccatoribus eſſe modo inſtitutam Euchariſtiam. Dicunt Euchariſtiam venenum iis eſſe, qui ante probi eſſe volunt quam accedant. Docent: Sub pane eſt Chriſtus, quaſi Dominus dixerit* (a): Accipite edite, ſub hoc pane eſt Chriſtus; *& non potius:* Hoc eſt corpus meum. *Definiunt veram pœnitentiam eſſe fidem. Irriſa eſt hactenus contritio, ſatisfactio tam privata quam publica prorſus exploſa eſt, immo non ferunt vocabulum. Docent, mulierum ſexum aut ad conjugium aut ſcortationem creatum eſſe. Docent, coire magis eſſe neceſſarium, quam edere & bibere. Docent, Chriſtiano licere plures ſimul uxores habere, nam exempla veteris teſtamenti eſſe libera unicuique &c. Docent presbyterum bigamum eſſe poſſe; idque jure divino ſcripſit princeps, cum ancilla congrediundum, ſi nolit moroſa uxor. Idem permittit ut uxor impotentis coeat cum hujus fratre.* Quid de ordine doceant ſubdit author: *Hunc e medio ſuſtulerunt, nec melius aliquid in locum ſubſtituerunt. Deplorati homines nolunt Romanæ eccleſiæ ritum, quo ordinantur presbyteri, & iidem nolunt ejuſdem antiquiſſimum modum, ideo ſecta eorum caret legitima vocatione & ordinatione. Cæterum quem volunt viſitatores, iis eſt a Deo miſſus, vocatus, electus,*

Nullum eſſe præter incredulitatem.

De libertate Chriſtiana quid ſentiant.

De libero arbitrio.

Fingunt omnes baptiſmo ſolo ſervandos.

Quid circa Euchariſtiam ſentiant.

(a) Matth. 26.

Impudicitia eorum.

Carent ordine.

Merum panem ſumunt pro Chriſto.

lectus, ordinatus, chriſmatus. Porro eorum doctrina de electione aut conſtitutione presbyterorum jam nihil certi habet; quod enim initio de ea ediderunt, alia editione labefactarunt, ut agnoſcas Ulyſſea commenta &c. Itaque Lutherani, cum ſacramentum ordinis tollant, ſub profano pane exiſtere Chriſti corpus volunt, & tanquam idololatræ panem, in quo, immo potius ſub cujus ſpeciebus Chriſtus non eſt, adorant.

LXXVIII. Ut vana hypocriſi ſeduxerint populos Lutherani.

Nonnullis interjectis addit Wicelius quænam dogmata Lutherani commutarint, quæve pugnantia inter ſeſe effutiant: quæ lector apud authorem non ſine riſu tantæ ſtultitiæ perlegere poteſt; ordinem vero Lutheranæ eccleſiæ ita pingit: *Nullus hic eſt ordo, ſed mera confuſio: nihil hic conſtans conſpicitur: mutatur hodierno heſternum, & lacera omnia. In principio ſectæ proponebantur nobis nonnulli apoſtolicæ Eccleſiæ ritus, quorum lenocinio optimum quemque ad ſe pertraheret: ſed ſucceſſu negotii factum eſt ut illi omitterentur, novi inſtituerentur; videbatur enim priſcus ordo irruenti multitudini non congruere: & quia nec papiſticus placebat, ideo novum, hoc eſt ſuum, induxere. Promittebatur nobis initio aliqua ſelectio & inſcriptio eorum, qui vellent ex animo eſſe Chriſtiani, promittebatur excommunicatio flagitioſorum, publica confeſſio, ſolutio &c. Promittebatur legitima miniſtrorum electio atque ordinatio, & item doctrinæ judicium. Promittebatur communis largitio ne quis inter nos mendicaret; præterea ſacrarum lectionum ordo, quin & ſcribebatur acriter in uſuram, in pompam mundi hujus, in tyrannidem, &c. ſed hujuſmodi præter inſtitutum. At nunc longe ſecus res habet.* Et poſt alia addit Wicelius: *Cathedras ſibi occuparunt, nec ad has patet aditus niſi ſui ordinis clamoſis ſcarptis; hoc fit ex decreto viſitatorum, nem periculum eſt, ne, ſi orthodoxi publicitus doceant, factio manifeſtetur: calliditatem nemo non ſubodorat. Ante extructum Lutheriſmum licebat de jure divino cuivis in publico in Romanam eccleſiam vociferari, & qui nos impediebat is erat antichriſtus. At nunc ludo ex ſententia confecto verentur ruinam, male quippe ſibi conſcii; immo dum factionis vetuit, ne privatim etiam a quoquam doceatur: id quod ſi ante octennium feciſſet, non ſtaret jam Lutheriſmus. Porro e cathedris prædicatur evangelium ſcilicet purum putum, hoc eſt fides, quam nos & patres noſtri initio Eccleſiæ ſincere cuſtodivimus: ita jactatur, quaſi jam inde a decennio primum cœperit hanc inculcando, atque ſine fine repetendo: bonam horarum partem conſumunt magno auditorum tædio. Deinde lacerantur bona opera, ceu inutilia, & coram Deo peccata. Poſt magnifica commendatur verbum, carpuntur qui recuſant ſemper audire, qui gravantur diaconis dare, qui eos nolunt invitare, &c. Poſtremo clamatur in clerum Romanæ eccleſiæ: ad has res flectuntur ſcripturarum loci. Habes evangelion cujus ſimile non extitit Apoſtolorum temporibus, &c.* Pergit author (*a*) reliquos Lutheranæ ſuperſtitionis ritus deſcribere: tum ad mores illorum digreditur, quos inquinatiſſimos, utpote evangelio Lutherano accommodatos depingit; demum vero Lutheriſmum ex omnium veterum hæreſum colluvie conflatum deſcribit in extrema calce libelli, quem hac temporis nota conſignavit: *Anno MDXXXII. ſcripta.*

(*a*) *Georg. Wicelius de doctrina & moribus ſecta.*

LXXIX.

Progreſſi ulterius impietate hæretici ſanctiſſimam Trinitatem oppugnare ſunt auſi; adeo ut ob illam quidvis ſcribendi licentiam a Carolo V. inconſulte ac perperam permiſſam in Germania, & clementiam intempeſtivam, venales libri contra Trinitatem in ipſis cœtibus Ratiſponenſibus expoſiti fuerint, teſte Cochlæo, qui ait (*b*): *Reperit ibi publice venalem librum Coclæus cum hac inſcriptione:* De Trinitatis erroribus libri VII. Michaelis Serveti Hiſpani; *quem cum attuliſſet ad D. Joannem Quintanam theologum eximium, ac Cæſareæ majeſtatis a confeſſionibus, virum Hiſpanum. Is ægerrime tulit indignitatem ejus rei, tum quod author Hiſpanus eſſet, quem & de facie ſe noſſe dicebat, tum quod impiiſſimæ atque inauditæ in eo libro eſſent hæreſes. Mox itaque curavit peſtilentiſſimum illum librum ſupprimi, ne amplius venderetur.* Et infra: *Cæterum Hiſpanus ille Michael Serveti alias Reves ab Aragonia ultra ſeptem libros ſupradictos duos eodem anno dialogos edidit, quibus argute & acute ex ſcripturarum diverſis locis novam de Chriſti carne theologiam docet, nempe quod Chriſtus tam juxta carnem, quam juxta ſpiritum habeat ſubſtantiam æternam; & quod in eadem ſubſtantia, in qua tam juxta carnem quam juxta ſpiritum nunc eſt, fuerit antea in cœlo creator. In præfatione vero ad lectorem ſic ait:* Quæ nuper contra receptam de Trinitate ſententiam ſeptem libris ſcripſi, omnia nunc candide lector retracto, non quia falſa ſint, ſed quia imperfecta, & tanquam a parvulo parvulis ſcripta: precor tamen ut ex illis ea teneas, quæ ad dicendorum intelligentiam te poterunt juvare. *Hæc ille, homo nimirum acris ac vehementis ingenii, qui Græcæ quoque ac Hebraicæ lin-*

(*b*) *Cocl. in actis Luth.*

Michael Servetus Trinitatis hoſtis.

Quid de Chriſto finxerit.

Ejus inſtabilitas.

Chriſtum, neque evangelium, neque baptiſma, neque fidem, neque opera bona, &c. fuiſſe cognita; ſed hæc omnia ſe principem docuiſſe per ſuum recte vocat ſuum evangelion.

LXXVII. Proponit dein Wicelius impia ſectæ dogmata, e quibus abſurdiora afferimus: Docent, ubi fides eſt, ibi nullum peccatum. Docent, credentem ſuapre ſponte ſine præcepto, aut hortatu, aut doctrina bona opera, adeoque mera bona opera facere, immo impoſſibile eſſe quin faciat, & tam eſſe opus monitione, ut faciat, quam opus eſſe, ut arborem fructiferam moneas. Clamant: Evangelion non poteſt pati, ut prædicetur de bonis operibus. Item, ovicula Chriſti horret ubi prædicari opera audit. Item, fides nullum opus bonum poteſt juxta ſe ferre. Docent, Deum non reſpicere opera, non curare opera, non valere, non placere coram Deo opera, nihil prodeſſe opera: non amari a Deo aliquem propter opera, nihil denique eſſe opera. Hæc paſſim ſexcenties ſi quis requirat. Negant ad probitatem pervenire hominem exercitiis virtutum & bonorum operum, & ex hoc dicunt fieri martyres diaboli. Alicubi vocat Lutherus, virtutem velamen nequitiæ. Scribit quidam, docere contra vitia, & ut abſtineamus a peccatis, eſt phariſaiſmum quendam docere. Docent, eos blaſphemare Deum, qui ad probitatem in bene operando aſpirant. Docent, contra eos, qui exempla ſanctorum prædicant imitanda. Docent, quomodo bellum moriturus cum ſatana ineas, nempe ut ſanctimoniam a te exigenti, ita reſpondeas: Velle hanc mihi vellem. Hic nulla eſt ſanctimonia: Deus ea eſt. Dicunt quando prædicatur: Oportet te hoc facere, hoc & illud omittere: diabolus eſt qui ſuum venenum juxta infert. Dicunt, ſi cor probum, omnia proba: quid enim Deo cum externis: quaſi dicerent: Nihil refert utcumque vivas, modo ſis evangelico de grege. Dicunt: Timendum eſt ne ſanctiſſimi quique in profundiſſimo inferno ſint, & peccatores potiſſimum in cælo. Dicunt, quia verbum ſanctum eſt, ideo & habens verbum ſanctus eſt. Item Chriſtiani non videntur eſſe quod ſunt. Dicunt Chriſtum non reſpectum habere quales ſimus, ſed ſi modo oves ſimus, & nomen habeamus. O dogmata, o aconita! Scripſit author ſectæ ſe malle ſcurrilem eſſe aulicum, quam Hilarionem aut Hieronymum. Negant Chriſtum præcepta dediſſe Matth. v. & fingunt, eum dicere: Ego non doceo: Fac hoc, fac illud; ſed remitto dumtaxat peccata, &c. Docent, Chriſtum legem pro nobis feciſſe, id eſt noſtro loco, atque propterea accuſatricem legem ad ipſum in mortis articulo eſſe remittendam. Docent, hominem neceſſario peccare. Docent, omnia neceſſario evenire, cum externa opera tum internas cogitationes. Docent arrodenti ob peccatum conſcientiæ ita reſpondere: Quid peccatum, peccatum? attamen ſanctus ſum. Item: Si ego probus non ſum, Chriſtus tamen probus eſt. Refellunt doctrinam catholicam de originali & actuali peccato. Dicunt: Quo es turpior, eo citius impartit gratiam Deus. Docent, nullum peccatum poſſe damnare hominem præter incredulitatem. Secus de libertate Chriſtiana docent atque Apoſtoli; unde pro libertate Chriſti invenerunt libertatem diaboli. Docent, Tartarum eſſe conſcientiæ remorſum, & ſinum Abrahæ promiſſionem verbi. Docent, hominem tantumdem poſſe, quantum poteſt ſerra aut ſecuris, & nihilo plus facere. Faciunt Deum authorem malorum, Docent baptiſma eſſe opponendum contra terrores peccati & mortis; & quod propterea tincti ſimus, ut certo ſciremus, nos per mortem in vitam reducendos, ne dubitaremus nos ſervandos, &c. Hujus rei eſſe ſigillum baptiſma. Hujuſmodi ſunt mundo noſtro impœnitenti, flagitioſe viventi, noviſſima non curanti gratiſſima; ſed per quam ſcripturam ita res habet? Bone Chriſte, quam longe aliter docet Apoſtolus Roman. VI. Docent, neminem accedere debere ad Euchariſtiam, niſi qui peccatis obſitus eſt. Nam peccatoribus eſſe modo inſtitutam Euchariſtiam. Dicunt Euchariſtiam venenum iis eſſe, qui ante probi eſſe volunt quam accedant. Docent: Sub pane eſt Chriſtus, quaſi Dominus dixerit (a): Accipite edite, ſub hoc pane eſt Chriſtus; & non potius: Hoc eſt corpus meum. Definiunt veram pœnitentiam eſſe fidem. Irriſa eſt hactenus contritio, ſatisfactio tam privata quam publica prorſus exploſa eſt, immo non ferunt vocabulum. Docent, mulierum ſexum aut ad conjugium aut ſcortationem creatum eſſe. Docent, coire magis eſſe neceſſarium, quam edere & bibere. Docent, Chriſtiano licere plures ſimul uxores habere, nam exempla veteris teſtamenti eſſe libera unicuique &c. Docent presbyterum bigamum eſſe poſſe; idque jure divino ſcripſit princeps, cum ancilla congrediundum, ſi nolit moroſa uxor. Idem permittit ut uxor impotentis coeat cum hujus fratre. Quid de ordine doceant ſubdit author: Hunc e medio ſuſtulerunt, nec melius aliquid in locum ſubſtituerunt. Deplorati homines nolunt Romanæ eccleſiæ ritum, quo ordinantur presbyteri, & iidem nolunt ejuſdem antiquiſſimum modum, ideo ſecta eorum caret legitima vocatione & ordinatione. Cæterum quem volunt viſitatores, iis eſt a Deo miſſus, vocatus, electus,

lectus,

Virtus appellata a Luthero velamen nequitiæ.

Ridiculus ſuperandi ſathanæ modus.

Peccatum neceſſitate committi ajunt Lutherani.

Nullum eſſe præter incredulitatem.

De libertate Chriſtiana quid ſentiant.

De libero arbitrio.

Fingunt omnes baptiſmo ſolo ſervandos.

Quid circa Euchariſtiam ſentiunt.

(a) Matth. 26.

Impudicitia eorum.

Carent ordine.

Merum panem ſumunt pro Chriſto.

lectus, ordinatus, chriſmatus. Porro eorum doctrina de electione aut conſtitutione presbyterorum jam nihil certi habet; quod enim initio de ea ediderunt, alia editione labefactarunt, ut agnoſcas Ulyſſea commenta &c. Itaque Lutherani, cum ſacramentum ordinis tollant, ſub profano pane exiſtere Chriſti corpus volunt, & tanquam idololatræ panem, in quo, immo potius ſub cujus ſpeciebus Chriſtus non eſt, adorant.

LXXVIII. Ut vana hypocriſi ſeduxerint populos Lutherani.

Nonnollis interjectis addit Wicelius quænam dogmata Lutherani commutarint, quæve pugnantia inter ſeſe eſſutiant: quæ lector apud authorem non ſine riſu tantæ ſtultitiæ perlegere poteſt; ordinem vero Lutheranæ eccleſiæ ita pingit: *Nullus hic eſt ordo, ſed mera confuſio: nihil hic conſtans conſpicitur: mutatur hodierno heſternum, & lacera omnia. In principio ſectæ proponebantur nobis nonnulli apoſtolicæ Eccleſiæ ritus, quorum lenocinio optimum quemque ad ſe pertraxere: ſed ſucceſſu negotii factum eſt ut illi omitterentur, novi inſtituerentur; videbatur enim priſcus ordo irruenti multitudini non congruere: & quia nec papiſticus placebat, ideo novum, hoc eſt ſuum, induxere. Promittebatur nobis initio aliqua ſelectio & inſcriptio eorum, qui vellent ex animo eſſe Chriſtiani, promittebatur excommunicatio flagitioſorum, publica confeſſio, ſolutio &c. Promittebatur legitima miniſtrorum electio atque ordinatio, & item doctrinæ judicium. Promittebatur communis largitio ne quis inter nos mendicaret; præterea ſacrarum lectionum ordo, quin & ſcribebatur acriter in uſuram, in pompam mundi hujus, in tyrannidem, &c. ſed hujuſmodi præter inſtitutum. At nunc longe ſecus res habet.* Et poſt alia addit Wicelius: *Cathedras ſibi occuperunt, nec ad has patet aditus niſi ſui ordinis clamoſis ſcarptis; hoc fit ex decreto viſitatorum, nam periculum eſt, ne, ſi orthodoxi publicitus doceant, factio manifeſtetur: calliditatem nemo non ſubodorat. Ante enructum Lutheriſmum licebat de jure divino cuivis in publico in Romanam eccleſiam vociferari, & qui nos impediebat is erat antichriſtus. At nunc ludo ex ſententia confecto verentur ruinam, male quippe ſibi conſcii; immo dux factionis vetuit, ne privatim etiam a quoquam doceatur: id quod ſi ante octennium feciſſet, non ſtaret jam Lutheriſmus. Porro e cathedris prædicatur evangelium ſcilicet purum putum, hoc eſt fides, quam nos & patres noſtri initio Eccleſiæ ſincere cuſtodivimus: ita jactatur, quaſi jam inde a decennio primum cœperit hanc inculcando, atque ſine fine repetendo: bonam horarum partem conſumunt magno auditorum tædio. Deinde lacerantur bona opera, ceu inutilia, & coram Deo peccata. Poſt magnifice commendatur verbum, carpuntur qui recuſant ſemper audire, qui gravantur diaconis dare, qui eos nolunt invitare, &c. Poſtremo clamatur in clerum Romanæ eccleſiæ: ad has res flectuntur ſcripturarum loci. Habes evangelion cujus ſimile non extitit Apoſtolorum temporibus, &c.* Pergit author (*a*) reliquos Lutheranæ ſuperſtitionis ritus deſcribere: tum ad mores illorum digreditur, quos inquinatiſſimos, utpote evangelio Lutherano accommodatos depingit; demum vero Lutheriſmum ex omnium veterum hæreſum colluvie conflatum deſcribit in extrema calce libelli, quem hac temporis nota conſignavit: *Anno MDXXXII. ſcripta.*

(*a*) *Georg. Wicelius de doctrina & moribus ſecta.*

LXXIX.

Progreſſi ulterius impietate hæretici ſanctiſſimam Trinitatem oppugnare ſunt auſi; adeo ut ob illam quidvis ſcribendi licentiam a Carolo V. inconſulte ac perperam permiſſam in Germania, & clementiam intempeſtivam, venales libri contra Trinitatem in ipſis cœtibus Ratiſponenſibus expoſiti fuerint, teſte Cochlæo, qui ait (*b*): *Reperit ibi publice venalem librum Coclæus cum hac inſcriptione:* De Trinitatis erroribus libri VII. Michaelis Serveti Hiſpani; *quem cum attuliſſet ad D. Joannem Quintanam theologum eximium, ac Cæſareæ majeſtatis a confeſſionibus, virum Hiſpanum, Is ægerrime tulit indignitatem ejus rei, tum quod author Hiſpanus eſſet, quem & de facie ſe noſſe dicebat, tum quod impiiſſimæ atque inauditæ in eo libro eſſent hæreſes. Mox itaque curavit peſtilentiſſimum illum librum ſupprimi, ne amplius venderetur.* Et infra: *Cæterum Hiſpanus ille Michael Serveti alias Revet ab Aragonia ultra ſeptem libros ſupradictos duos eodem anno dialogos edidit, quibus argute & acute ex ſcripturarum diverſis locis novam de Chriſti carne theologiam docet, nempe quod Chriſtus tam juxta carnem, quam juxta ſpiritum habeat ſubſtantiam æternam; & quod in eadem ſubſtantia, in qua tam juxta carnem quam juxta ſpiritum nunc eſt, fuerit antea in cœlo creator. In præfatione vero ad lectorem ſic ait:* Quæ nuper contra receptam de Trinitate ſententiam ſeptem libris ſcripſi, omnia nunc candide lector retracto, non quia falſa ſint, ſed quia imperfecta, & tanquam a parvulo parvulis ſcripta: precor tamen ut ex illis ea teneas, quæ ad dicendorum intelligentiam te poterunt juvare. *Hæc ille, homo nimirum acris ac vehementis ingenii, qui Græcæ quoque ac Hebraicæ lin-*

(*b*) *Cocl. in actis Luth.* Michael Servetus Trinitatis hoſtis.

Quid de Chriſto finxerit.

Ejus inſtabilitas.

linguæ peritus videbatur : ſed hic eſt communis omnium fere novorum theologorum morbus, ut linguarum peritia tumidi, ac literali ſcripturæ ſenſui, quem non ex probatis doctoribus, ſed ex capite ſuo ſibi effingunt, innitentes, contemptis ſanis patrum expoſitionibus, & ſolidis ſcholaſticorum theologorum informationibus, ſuæ confidunt prudentiæ : ſed pro mobilitate ingenii inſtabiles, ut facili momento per novam adinventionem priorem ſententiam ſuam, quam primo inventionis calore laudaverant, mutent, varient, augeant, aut minuant, juxta illud Jacobi Apoſtoli : Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.

(a) Genebrar. l. 4. in chron. Exuritur poſtea Genevæ. Animadvertendum gladio in hæreticos ſentiunt hæretici.

Fuiſſe illum profeſſione medicum, refert Genebrardus (*a*), nec ſcelus impune tuliſſe; cum enim Genevæ ſuam impietatem propagaret, æmuli Calvini hæreſiarchæ conſilio comprehenſus ignique crematus eſt. Cæterum Calvinum, ſuo ſe judicio condemnantem, edito libro animadvertendum gladio in hæreticos docuiſſe viſuri ſumus : quin etiam Lutherum in Carloſtadium principis ſui vi uſum, ſuo loco dictum eſt; turpiſſimumque & exitiale Carolo V. fuit, non animadvertere in Lutherum alioſque hæreticos, ut Leo X. & Clemens VII. omnibus precibus ab ipſo petiere. Neque ſilentio prætereundum eſt, Germanum quendam in Lutheri ſchola edoctum in Trinitatem ſanctiſſimam hoc anno conſurrexiſſe, eoſdemque quos Servetus errores inter Lutheranos diffudiſſe.

(b) Cocl. in actis Luth. Joannes Campanus hæreſiarcha Trinitatem impugnat.

LXXX. *Eodem tempore*, inquit Coclæus (*b*), *ſurrexit adverſus Eccleſiam quidam Germanus ex terra Juliacenſi Joannes Campanus, qui Lutheri diſcipulus per biennium fuerat Wittembergæ : is eoſdem fere errores de Trinitate aſſeveravit, cui etiam Lutherani & Lutherus ipſe reſtiterunt, ut non poſſit hæreſis illa ullas acquirere vires.* Addit Coclæus a Wicelio objectum fuiſſe Luthero, illum tam impii fœtus parentem extitiſſe : *Archiblaſphemator*, inquit, *Chriſti Campanus ubi, quæſo, aut a quo didicit? apud nos fuit ſeptimanas quatuor, apud vos annos duos; & non nos, ſed vos docuiſtis eum : at nec vos illud eum docuiſtis : eſto ita. At quis recluſit ei januam ad illum errorem tam abhominabilem, atque horrendum? Ego an vos? Hic ſane apparebit, quiſnam ſit Campanicæ hæreſeos reus; quandoquidem ille tamdiu Witembergæ permanſit, atque nidificavit : in quo ſane nido adhuc incubat ſtruthiocamelus vir ille, qui modicum tenet de hoc verbo homouſion, atque palam ſcripſit ſibi hanc vocem*, Trinitas, in Theutonico non placere. *An non potuit etiam Campanus ex tali primum ovo prorepere.* Hæc in Lutherum Wicelius, cujus verba etiam Coclæus objecit Philippo Melanctoni, convicitque Lutheri verbis Lutherum ipſum de ſanctiſſima Trinitate blaſphemaſſe, dum ita ait : *Hæc ſunt verba Lutheri in dominum Jacobum Latomum olim edita. Nec eſt inquit quod mihi homouſion illud objectes adverſus Arianos receptum : non fuit receptum a multis iiſdem præclariſſimis, quod & Hieronymus optavit aboleri; adeoque non effugerant periculum, hoc invento vocabulo, ut Hieronymus queratur neſcire quid veneni lateat in ſyllabis & literis : quod ſi odit anima mea vocem, homouſion, & nolim ea uti, non ero hæreticus; quis enim me cogit uti, &c.*

Conſubſtantialitas filii a Luthero impugnata.

LXXXI. Struxit iis verbis fœdam calumniam S. Hieronymo mendax Lutherus, ut legenti ſanctum doctorem patebit. Itaque Joannes Coclæus a calumnia Arianiſmi ſiquidem Ariani homouſion, Filium id eſt æqualis ſubſtantiæ, non homouſion, id eſt ejuſdem ſubſtantiæ appellabant S. Hieronymum vindicavit, Lutherumque falſi ſic convicit : *Non enim de homouſion ſed de hypoſtaſi dubitabat Hironymus in ſua ad Damaſum Papam epiſtola, in qua eum per homouſion Trinitatem orabat, ut reſponderet : qua autem ratione Lutherus oppugnat homouſion, eadem oppugnari poſſet & hæc, vox* Trinitas, *quia & ipſa in ſacris literis non eſt expreſſa : quemadmodum nec iſta, tres perſonæ. Stultiſſime igitur pariter & impiiſſime quidam ex iis poeticis theologis dixit, tres perſonas, tres chimæras, qui Lutheri de homouſio audaciam imitatus eſt : Lutherus enim Arianos in hoc juſtificare auſus fuit, quod noluerunt homouſion quam vocat profanam vocem recipere.* Cur vero S. Hieronymus de voce hypoſtaſis ambigeret, ita ſentit Surius (*c*) : *Inde accidit, opinor, quod hypoſtaſis Græcis ſubſtantiam ſignificat : ſed a theologis in rebus divinis pro perſona accipitur : & una quidem eſt Divinitatis ſubſtantia, perſonæ vero tres habuit. Itaque ea dictio, hypoſtaſis, quandam amphibologiam, ut a malevolis & de ſubſtantia divinitatis, & de perſona poſſet accipi : quamobrem etiam reprehenduntur a D. Baſilio epiſtola LXIV. ad præcipuos in Neocæſarea, qui D. Gregorii Neocæſareenſis epiſcopi verbis, quibus contra ethnicum diſputans, hypoſtaſin pro ſubſtantia præter aliorum patrum morem uſurparat, ad ſtabiliendum impiiſſimum Sabellii dogma abutebantur.* His plura conſentanea Baronius (*d*) egregie ſcripſit, ad quem ſe lector conferat.

(c) Sur. in comm. hoc ann.

Cur de voce hypoſtaſis controverſum fuerit.

(d) Card. Bar. A.C. 362. n. 187. & ſeq. & Ann. 372. n. 28. & 29.

LXXXII. Præter Lutherum etiam pro inſtaurando

do Arianiſmo plura longe temere effutierat Eraſmus; cujus blaſphema dicta Albertus Pius Carporum princeps luculento opuſculo confutavit (a), ex quo pauca hæc delibamus: *Reprehendis explicationem dogmatis divinæ Triadis, qua ſumma Arianorum blaſphemia extruditur, putaſque quo plus eſt dogmatum explicatum, hoc uberiorem eſſe hæreſeon materiam, probans breviſſimum illud ſymbolum, quo pauca erant explicita; qua ſententia quis tam cæcus, mentiſve expers eſt, qui non videat, te nihil aliud his verbis optare, quam ut Arianorum error reviviſcat? Cui & aſtipulantur ea, quæ in præfatione in Hilarium ſcripſiſti, inquiens inter cætera: Qui huc audaciæ prorupimus ut non vereamur præſcribere filio quibus modis debuerit honorare matrem ſuam: audemus Spiritum ſanctum appellare Deum, quod veteres auſi non ſunt. Quos veteres mihi narras orthodoxos ne & probatos authores? Cita vel unum qui ſenſerit Spiritum non appellandum Deum, audaque facinus eſſe ita illum appellare. Nullum certe proferes. At ego plurimos tibi in medium adducere poſſum, qui ipſum ſic appellarunt & reverentiſſime ab omnibus appellandum cenſuerunt; ſed brevitati ſtudens omitto cum Græcos tum Latinos patres, qui omnes conſentientibus verbis illum ſic appellarunt, ut Chryſoſtomum, Didymum, Ambroſium, Hilarium, Auguſtinum & cæteros: quiſnam vetuſtior? quis major? quis ſublimior adduci poteſt Joanne Evangeliſta? is autem epiſtola ſua prima teſtatus eſt, Spiritum ſanctum eſſe Deum, cum illa verba protulit, de quibus modo tractavimus, nempe*: Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum ſunt.

(a) *Alb. Pius l. 12.*

Eraſmus Arianiſmi inſtaurator.

Negavit divinitatem Spiritus ſancti.

Refellitur.

LXXXIII. Cum in dies Eraſmi impietas a viris doctis in aliquot venenatis ejus libris, quos atheiſmo infecerat, deprehenderetur, carpereturque a multis, deque ea re ipſe jam ſenio affectus, & viri catholici perſonam gerens quereretur, Jacobus Sadoletus (b) epiſcopus Carpentoratenſis, qui juſtas tot invectivarum cauſas ignorabat, hoc ipſi conſilium dedit: *Te ita crebro & a tam multis peti, & mirum ſane mihi, & permoleſtum eſt, nec video, quæ ſit cauſa*. Non excuſſerat ſcilicet Sadoletus omnia ejus ſcripta, *ſed ego, ſi iſto loco eſſem, una ſemel defenſione in univerſum omnibus reſponderem, partim juventæ facta conſiliaque excuſans, ſi quid forte eſſet a me in illa ætate liberius ſcriptum: partim etiam modeſte prudenterque retractans quæ ejuſmodi eſſent, ut etiam ſi non vere at ſaltem veriſimiliter anſam aliquam poſſent præbere obtrectantibus quod ſummos doctores ſanctiſſimos homines cernimus feciſſe: poſtremo vero omnem ſenſum meum de fide catholica ita exponens, ut non poſſet cuiquam eſſe dubium quid ſentirem. Hoc opere edito perenne mihi ſilentium ſuſciperem adverſus malevolos, quorum inſolentiam iniquaſque calumnias, cum res ipſa & veritas, tum tua excellens fama virtuſque refutaret. Vale. Carpentoracte* VIII. *idus maii MDXXXII.* Conſuluerat etiam Thomas Morus eidem, ut librum retractationum ederet, quem an ſcripſerit, nos latet: certe conſtat poſtremis annis multa illum impia dogmata revocaſſe; qui enim in virginem Deiparam plura effuderat convitia, ac ſacras peregrinationes, & miracula in aliquot templis edi conſueta deriſerat in dialogis de cœleſtibus prodigiis, quæ in ædicula Lauretana patrabantur, præclarum hoc ejuſdem Virginis elogium panxit: *Hæc eſt roſa Hiericana florem enixa campeſtrem, quam non ſuperbiæ ſcopuli, ſed ſimplicitatis planities & modeſtiæ humilitas educat: quam divina charitas perpetuo rubore tinxit: quæ de terra parente prognata nihil tamen terrenæ fæcis inde exſuxit: hæc lilii convallium mater lilium & ipſa in ſpineto ſine ſpinis enatum, quæ lacteo candori virginitatis ſummam modeſtiam adjunxit: hæc fons ſignatus, cujus nitidiſſimas lymphas nulla ferina unquam libavit affectio; in quo ſponſi refulgentem imaginem nulla terrena turbavit cupiditas, quæ medicatas aquas ſuas derivat in capita omnium viarum: quæ potæ nos non vocales quidem, ut illæ caſtaliæ, ſed immortales reddunt. Hæc hortus divinæ illius cuſtodiæ ſæpe ſic circummunitus, ut nulla unquam petulca cogitatio quiverit perrumpere, in qua varias aromatum areolas ſummus ille hortulanus mira diſtinxerat arte, ubi inter lilia paſcis, accubas in meridie, &c.*

(b) *Sadol. l. 4. epiſt. c. 14.*

A multis arguitur Eraſmus.

Conſultum Eraſmo, ut retractet male ſcripta.

Nitide fidem orthodoxam profitetur.

Ab Eraſmo elogium Virgini datur.

LXXXIV. Oppugnavit hoc anno (c) Eccleſiam Dei peſtilenti libro, quem adverſus fures calicis inſcripſit, contumeliiſque in epiſcopos & ſacerdotes complevit Joannes Bugenhagius Pomeranus apoſtata excucullatus, qui e Wittemberga impietatis Lutheranæ impuriſſima ſentina ſæpius ad maritimas urbes opulentas nimirum Lubecum, Hamburgum, Flensburgum, & alia loca, ut ſathanica zizania ad præſocandam divinam orthodoxæ religionis ſementem diſſeminaret, excurrit, ac non paucis ſeditionibus concitatis Lutheriſmum propagavit, magniſque divitiis auctus ab iis quos erroribus ſuis irretierat, Wittembergam ovans reverſus eſt, ut partum male aurum in luxum & delitias effunderet, de quo hæc Laurentius Surius:

(c) *Cocl. hoc ann.*

Joannes Bugenhagius Lutheraniſmi propagator.

(a) Sur. in comment.

(a) *Illum apoſtatam Wittembergenſes ſuum paſtorem, & ſuperintendentem vocant: is liber ſcatet maledictis, mendaciis, & calumniis, ut agnoſcas ſpiritum Lutheri quinti evangeliſtæ, impotenter incurrit in epiſcopos, quod populo calicem ſubtraxerint: damnat quoque miſſæ ſacrificium, perinde ac ſi Eccleſia ab impuris apoſtatis diſcere debeat, quo ſint ritu & ordine ſacramenta adminiſtranda. Idem apoſtata profectus quandoque ad amplas quaſdam civitates, præſertim maritimas, non abſque tumultu & ſeditione, qua novum gaudet evangelium Lutheri, dogmata ſparſit in vulgus rerum novarum avidum, eccleſiaſque Luthericas ſpiritu iſto, quo plenus erat, conſtituit & confirmavit. Cum autem ex Dania rediret, & ſinu Baltici maris emenſo, non quidem abſque tempeſtatis periculo littus cimbricæ Cherſoneſi attigiſſet, non eſt veritus palam his usi verbis:* Tu meum habeas Dania ævangelion, ego nummos tuos. Vale. His aperte verbis pſeudoevangeliſta avaritiæ ſuæ dolos patefecit; cujus librum Michael Vehus ordinis Prædicatorum a Moguntino archiepiſcopo in præpoſitum Hallenſem adſcitus confutavir.

Invehitur in epiſcopos.

Pſeudoevangeliſtæ avaritia.

LXXXV. Hoc anno Joannes dux Saxoniæ, qui Lutheranam ſectam in Spirenſi & Auguſtenſi conventibus in Germania conſtabiliverat, divina ultione percuſſus, imminente morte, cum ad Chriſti tribunal vocaretur, horrendos edens rugitus miſere periit: de quo Ulembergius (b) hæc narrat [1]: *Obiit hoc anno MDXXXII. Joannes elector Saxoniæ Friderici frater, & in electorali dignitate ſucceſſor, cujus auſpiciis atque ductu ſocietas Lutheranorum proteſtantium anno MDXXVI. Spiræ contra Cæſarem inſtituta primum, ac poſtmodum Auguſtæ MDXXX. magnis incrementis aucta fuit: expiravit vero XVI. auguſti Suveinitii, quo biduo ante Torga profectus erat venatum, ubi morbo correptus ſubitaneo* [*apoplexiam fuiſſe putant*] *fractis viribus repente concidit. Vocati ſunt ad decumbentem Lutherus & Melancton, qui cum XV. auguſti ſub decimam veſpertinam Suveinitium advolaſſent, invenerunt agonizantem ſenſibus penitus oppreſſis. Erat diuturnus agon, & valde durus, in quo ſubinde horrendos rugitus edidit inſtar leonis, quos illi forſan ad tribunal ſupremi judicis eunti Lutheranum negotium expreſſit. Sane quidem potuit in extremis illius animo obſervari graviſſima illa Joachimi electoris Brandeburgici oratio, qua publice illum monuit ante biennium in comitiis Auguſtanis, quidquid en proteſtantium obſtinatione atque inobedientia deinceps in imperio malorum & calamitatum oriretur, de eo Saxoni cæteriſque proteſtantibus ante ſummum judicis Chriſti tribunal aliquando reddendam eſſe rationem, ut qui ſeceſſione ſua noviſque machinationibus iiſdem malis occaſionem dederint.* Et infra: *Prolixe commendant hunc principem Lutherani, quod Lutheri nova dogmata magno cum periculo confeſſus ſit Auguſtæ in conſeſſu Cæſaris & ordinum. Factum hoc Lutherus in prima concione* [*habita Germanice ſcilicet in funere*] *pingit quibuſdam coloribus, & principem hunc in comitiis Auguſtanis morte confectum aſſerit, cum devorandum iſthic fuerit & glutiendum quidquid mortiferi veneni miſcuerit ſathan; hanc veram & horribilem mortem, per quam diabolus e medio tollat homines, principem ante biennium in comitiis pertuliſſe, idque non pro ſeipſo tantum, ſed & pro Lutheranis omnibus; eam vero longe duriorem illi fuiſſe atque acerbiorem, quam naturalis illa, quæ nunc animam a corpore ſeparavit.* Hæc Lutherus.

(b) Ulember. in vita Luth. cap. 24.

Joannis ducis Saxoniæ obitus infelix.

Lutherus & Melancton ad eum vocati.

Horrendi illius rugitus.

Ut monitus a Joachimo electore fuerit.

Horrenda de eo Lutheri ſententia.

Eadem accuratius recenſet Joannes Coclæus (c), atque ex Lutheri verbis in luce collocat Lutherum ipſum impudentiſſime gloriatum pro concione, ſe illius principis & omnium Lutheranorum animas æternæ morti ac nunquam intermorituris ſuppliciis ſuæ hæreſeos confeſſione Auguſtæ promulgata addixiſſe; ut mirum ſit novatores tam impium proditorem ſectari; ſic enim inquit: *Ait Lutherus; omnes ſcitis quomodo caput noſtrum princeps elector ſecundum Chriſtum Auguſtæ ante biennium mortuus, ac veram mortem paſſus eſt, non pro ſeipſo tantum ſed pro nobis omnibus.* Reſpondet Coclæus: *Hæc verba virulentus apoſtata ſæpe repetit multum odioſe adverſus Cæſarem omneſque alios principes catholicos; neque tamen*

ſcit

(c) Cocl. in actis & ſcript. Luth. Surius in comment.

NOTÆ [1] JOannis ducis Saxoniæ obitum die XVI. auguſti Spalatinus conſignat. Inter ejulatus piam etiam aliquam vocem emiſiſſe idem hiſtoricus ex aliorum relatione (quippe quia tunc ipſe aberat) affirmat. Supremis ipſe tabulis cavit ne geminæ filiæ ſuæ quas ſuperſtites relinquebat, Marghareta & Maria alteri principi præterquam puro evangelio addicto deſponderentur. Nec inania imperavit, nam Marghareta innupta deceſſit, Maria Lutheranum virum Philippum Pomeraniæ ducem nacta eſt. Ejus funus Lutherus non oratione tantum funebri, ſed & Germanicis etiam carminibus, principis imagini ſubjectis, luſit. Hæc Spalatinus, qui eum hoc anno Vitas aliquot electorum Saxoniæ ſcripto a ſe traditas ac vulgatas a Menkenio Rer. Germ. to. II. claudit. MANSI

Ex Lutheri verbis Lutherani omnes damnandi.

ſcit ſtolidus blaterator quonam tendant ea verba, elector enim Auguſtæ utique in corpore mortuus non fuit: at mors animæ longe gravior eſt, quam corporis, ſicut & ipſe fatetur Lutherus; ſi ergo in anima ibi mortuus eſt, quid laudis aut gloriæ inde accepit? nonne per talem mortem excidit a Deo? non enim eſt Deus mortuorum ſed viventium, *eorum inquam qui in anima vivunt, etiamſi corpore mortui ſint, ut Deus Abraham, Iſaac, & Jacob: quod ſi princeps elector veram ibi mortem paſſus eſt, ut ait Lutherus, non in corpore, ſed in anima, non recte comparat eum Chriſto, qui utique in corpore, non in anima mortuus fuit. Et multo ineptius ait quod elector ille non pro ſeipſo tantum, ſed pro nobis omnibus mortem Auguſtæ paſſus ſit, quaſi alter Chriſtus. At Paulus contra ait:* Unus eſt Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *Delirat ulterius Lutherus, dum ait ibi: oportuit eum omnes malas offas, atque aconita, ſive cicutas excedere, quas propinavit ei diabolus; illud vero eſt vera & horrenda mors, qua diabolus aliquem interemit.* Reſpondet Coclæus: *Ecce quam terribiliter excæcat Deus ſuperbum apoſtatam, ut etiam contra proprium patronum, & principem ſuum factus ſit palam proditor, & animicida, quem ait omnes malas offas atque aconita exediſſe, &c. O quam validum & efficax eſt illud verbum Apoſtoli (a) de homine hæretico! proprio judicio condemnatus, quales ibi dicit offas & cicutas? nunquid corporales? At non eſt ibi corporaliter mortuus ille princeps. Dicis igitur ſpirituales, quæ ſunt falſæ doctrinæ, hæreſes, ſchiſmata, ſuperbia, inobedientia, &c. per quas ſane peſtes diabolus miſeras interimit animas. Utinam vero diſſimulaſſet ibi quoque, ut antea ille princeps, & non ſubſcripſiſſet ibi palam confeſſioni Lutheranæ, quæ utique malis offis atque aconitis plena eſt; nec finaliter in illa contra utramque poteſtatem ac majoritatem ſuam perſeveraſſet.*

Porrecta a dæmone aconita eos edere ait.

(a) *Tit. 3.*

Qualis ſit confeſſio Lutherana.

LXXXVI. Lutheri ineptiæ.

Rurſus ait Lutherus: *Ibi confeſſus fuit dilectus noſter princeps elector Chriſti mortem ac reſurrectionem publice coram toto mundo, atque in ea perſtitit, & pro ea in periculum expoſuit provincias & homines, immo & proprium corpus atque vitam: ea ſane confeſſio tranſcendit atque abſorbet multitudinem peccatorum, ſicut mare magnum, ſcintillam ignis.* Reſpondet Coclæus: *O inanes fabulas putridoſque piſces! quis obſecro impugnavit Auguſtæ mortem & reſurrectionem Chriſti? quis principum electorem ab ea confitenda deterrere, aut depellere voluit? inſpiciatur quæſo tum Cæſaris aliorumque principum ac ſtatuum imperii reſponſio ſuper tertium Lutheranorum confeſſionis articulum, tum tractatus per delectum inter ſeptem & ſeptem ibi habitus, clariſſime profecto comperietur in nullo unquam verbo fuiſſe ibi diſſenſionem de morte & reſurrectione Chriſti. Quomodo poteſt plebs ulla tam ſtolida atque inſana eſſe, ut tam aperta & incredibilia nugonis mendacia vel audire vel credere queat. Confitemur ſane quotidie in ſymbolo Apoſtolorum, Chriſtum mortuum eſſe atque reſurrexiſſe: & Lutherus per hoc vult patronum ſuum ſic extollere, ut martyrem ex eo faciat, quod coram Chriſtiano Cæſare aliiſque Chriſtianis principibus Chriſti mortem ac reſurrectionem confeſſus eſt; perinde ac ſi ſtetiſſet coram Nerone, Decio, aut Diocletiano. Hæc obiter ex poſtilla in priorem Lutheri funebrem concionem recitata ſint: in poſteriore concione acrius arguitur inconſtantiæ Lutherus circa venerationem ſanctorum.* Deſcribit nimirum author, ut initio Lutherus contra Pighardos pro cultu ſanctorum egregie ſcripſerit, dein furoribus inflammatus contra ſanctos adeo declamarit, ut concionibus ejus exagitati impii ſacras imagines diffregerint; nunc vero mutata ſententia venerationem ſanctorum commendarit, ut Joannem ducem hæreticum veluti ſanctum obtruderet hæreticis: quæ omnia retulir Coclæus principi Anhaltino, ut perſpiceret quam inanis eſſet Lutheri doctrina, quæ inſtar arundinis quaqueverſus ad omnem auram verteretur.

Hoc eodem anno Chriſtiernus Rex Daniæ, qui exuſtis proditione catholicis epiſcopis hæreſim in regnum ſuum invexerat, eoque pulſus interprete Carolo V. in gratiam cum Eccleſia ea lege fuerat reſtitutus, ut ad ſedem Apoſtolicam pro expiando rite tam immani ſcelere ſe conferret, detrectans commendare ſe ejuſdem eccleſiæ clementiæ, in Daniam ſpe recuperandi regni profectus divinam vindictam in ſe attraxit; de quo Cardinalis Campegius ad Jacobum Salviatum XVI. auguſti die ſcribens (b) ait, ex aula cæſarea Lubecenſium literis increbuiſſe, Chriſtiernum, ab hoſtibus in carcerem conjectum fuiſſe, ac per eoſdem dies ejus filium unigenitum ſceptrorum hæredem dyſenteria periiſſe, maximo Imperatoris, qui ipſum paterno amore complectebatur, luctu. Addit vero Surius (c), illum poſtea in carcere veneno necatum, ac Regibus ne in tyrannidem juſta convertant imperia documento futurum: *Hoc*, inquit, *anno Danorum Rex ob tyrannidem* LXXXVII.

Chriſtiernus captus a ſuis.

(b) *Lib. 3. lit. princ. p. 19. Belchair. l. 20. n. 43. Olaus Magn.*

(c) *Surius in comment. hoc ann.*

pulſus e ſuo regno conſcripto milite decimo exilii ſui anno conatus eſt amiſſas recuperare ditiones: ſed ubi in Norvvegiam & Daniam venit, captus eſt parum integra Veneno tollitur. *fide, cum literis & ſigillis cautum ipſi fuiſſet. Miſſus deinde in carcerem ad ſupremum uſque diem vitæ ſuæ manſit captivus: tandem cum populus videretur propenſis in illum eſſe animis, fertur præſentiſſimo veneno ſublatus. Fuerat illius certe immanis, & barbara plane crudelitas; cui etiam hoc acceſſit, quod in Lutheri hæreſim lapſus, in ea quoque diem ſuum obiit. Poteſt ille Regibus ac principibus eſſe exemplo, ut ſi recte & ordine ſubditis ſuis imperare, & dominari velint, prius ſuis affectibus ſuoque animo dominari diſcant.* (a) *Belchair. l. 20. n. 43.* Confirmat eadem Belcairus (*a*), additque Chriſtiernum antequam caperetur, cum Liburnicarum navium claſſem inſtruxiſſet, illam maxima ex parte naufragium paſſam; reliquiis vero hoſtes facile potitos: tum in carcerem fuiſſe conditum; ejus vero tria regna Daniam, Norvvegiam, ac Suetiam ita diviſa. *In ejus lo-* Fridericus Dania Guſtavus Suecia potiti. *cum Daci ac Cimbri Fridericum Holſatenſium regulum Chriſtierni avum, Sueci Guſtavum ex illuſtri Hericorum familia ſubrogarunt.* At hi Reges cum ex Chriſtierni funeſto caſu ad colendam religionem catholicam erudiri debuiſſent, Lutheranæ hæreſi in ſuis regnis impii furoris habenas laxarunt; quo flagitio maxime Guſtavus ſe conſtrinxit. [1]

LXXXVIII. (b) *Olaus Magn. lib. 16. cap. 36.* Peſſumdatæ vero in Suecia religionis cauſas refert Olaus Magnus (*b*) ad præſulum inertiam, qui ſe tempori accommodarunt, necnon ſacerdotum & religioſorum ignavia, qui voluptatum mollitie ſe frangi paſſi ſunt: quos antiquis patribus fuiſſe diſſimiles expoſtulat: *Blanda,* Cor latè graſſata hæreſis. inquit, *admodum & nimium perniciosa licentia multos hoc infelici ævo decipit, ut tempori ſe conformantes, remiſſiuſque agentes, non ita auſtere vivant, nec regulas obſervent, uti olim a patribus fuerat inſtitutum: Quia jam ſubtilior,* inquiunt, *eſt mundus & graviora tentamina fragilibus offeruntur. Et ita de ſimilibus argumentis ſerpentinæ ſcholæ in paradiſo inſtitutæ, quaſi ſecuriores forent in omni optata proſperitate, quam in tentatione & flagellatione juſtorum, in qua perficitur virtus, vel quaſi pacem ampliorem conſequantur in republica, quando remiſſiori devotione ſerviunt in Eccleſia: prout præfectus Valentis blande monere conatus eſt magnum Baſilium, ut tempori pareret, & non tot eccleſias propter pravam dogmatum ſubtilitatem vexari pateretur, &c.* Cui reſpondit: *Adoleſcentibus,* inquit, *hæc verba congruunt, illi & illorum ſimiles talia promiſſa reſpiciunt: qui autem divinis innutriti ſunt eloquiis corrumpere de divinis dogmatibus nec unam quidem ſyllabam patiuntur: ſed pro his, ſi contingat, etiam omnes mortis ſpecies amplectuntur: amicitiam autem Imperatoris magnam quidem cum pietate judico, ſine qua perniciem potius hanc appello. Cumque præfectus ſæviret in eum, ſtultumque vocaret, S. Baſilius ait: Hanc quidem ſtultitiam ſemper habere exopto. Præterea Gelaſii Papæ doctrina eſt, quod in his, quæ ad fidem pertinent requiſiti aut rogati, ut impiorum voluntati condeſcendamus, non ad inferiora deſcendendo deficiamus, ac propterea non condeſcendendum his, qui eu ſuperiori loco catholica & apoſtolica communione ad inferiora quæque, & ad hæreticam damnatamque confuſionem prolapſi ſunt. Fateor condeſcendendum eſſe, ſed ita ut ab errore revocentur ipſi, non ut nos eorum errori communicemus.* Porro Regem Guſtavum ejuſque proceres ac magiſtratus ad rapinas eccleſiarum, & cæterorum, quæ divino cultui conſecrata erant, ſe convertiſſe idem author (*c*) deplorat, deque ſacrilegiis patratis ita conqueritur: Opes eccleſiaſticæ raptæ a Guſtavo. (c) *Id. ib. c. 37.* *Heu, dolor hac infelici tempeſtate prædia divinis obſequiis multimoda votorum, literarum, juramentorum, ac ſigillorum firmitate exhibita, ac immemorabili ævo pacifice poſſeſſa, infami violentia rapiuntur ad humanos abuſus, & Deo, cui tradita ſunt, ſubtrahuntur, ut illis inſerviant: ideoque ſacrilegi ſunt, qui opes ſuas, quas vel ipſi vel majores eorum ſemel eccleſiis donaverunt, revocant; nam omne quod Domino conſecratur ſive fuerit homo, ſive animal, ſive ager, vel quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino, & ad jus pertinet ſacerdotum. Ergo qui a Domino & Eccleſia auferunt, vaſtant, invadunt, vel eripiunt, ut ſacrilegi judicantur de quibus etiam Ambroſius cap. ſunt qui* XVII. *quæſt.* IV. Cum vero ſacerdotes Sueci de ſpoliatis ecclе-

NOTÆ [1] DE Chriſtierno Danorum rege addenda hic nonnulla ex Chronologo Dano Ludewigi Reliquiar. tom. IX. num. 11. Rex ille præcedenti anno 1531. extructa claſſe ex Hollandia tranſiit in Norvegiam, quo *circa feſtum S. Martini* non proſpera navigatione appulit. Sequenti anno 1532. aprili menſe comitia Hafniæ celebrata, ut de ratione exturbandi Chriſtierni ageretur. Dum expeditio paratur, Chriſtiernus proditione Canuti electi epiſcopi Othonienſis in hoſtium poteſtatem venit, a quibus arcto carceri traditus eſt. Sub hæc tempora Fridericus, qui Daniæ regnum, exacto Chriſtierno, occupaverat, tenueratque decennio, occubuit. Hæc chronologus. Manſi

cleſiis monaſteriis quererentur, dirum facinus per ſpeciem regii mandati, erogandarumque pauperibus eleemoſynarum fuiſſe excuſatum, idem Olaus deplorat; verum principes Suecos ex ſacris ſpoliis non locupleratos, ſed majori preſſos egeſtate obſervat. Illatam porro Sueciæ fuiſſe hæreſim a quodam Olao Petro Strengenenſi diacono, qui Lutheranam impietatem Wittembergæ hauſerat, meminit Joannes Magnus; ab hoc vero corruptum fuiſſe Andræam Laurentium, archidiaconum Strengenenſem furentem ira, quod in defuncti antiſtitis locum electus non fuiſſet; atque adeo ordinis eccleſiaſtici hoſtem atrociſſimum, qui Guſtavum Regem in hæreſim atque ad tyrannidem in clerum exercendam impulerit, ac ſub eo Joannem Gotho deſignatum archiepiſcopum Upſalenſem A. S. L. Sueciæque primatem graviora pertuliſſe, atque hoc anno ad Clementem Bononiæ agentem Gedano ſe contuliſſe, ut confirmaretur, cum plures malevolos adverſarios eſſet paſſus; & ut religionis & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ defenſorem peramanter exceptum proximoque anno archiepiſcopali pallio decoratum, juſſumque reverti in Sueciam, ut Chriſti crucem in ea conculcatam rurſum erigeret (a).

A quo Suecia infecta.

Archiepiſcopi Upſalenſis ad Clementem acceſſus.

(a) Bleeſdikius & ex eo Meshov. lib. 5.

LXXXIX. Hoc anno Melchior Hoffmannus Anabaptiſta ſectæ Hoffmanniſtarum author faſcinatus falſis dæmonis oraculis Argentoratum e Friſia reverſus, in carcere infeliciter animam dæmoni, cum quo fœdus inierat, reddidit, omniaque illius oracula, apocalypſes, vaticinia, illuſtrationes cœleſtes, atque extaſes, in ventos abjerunt. Pſeudoprophetæ hujus hiſtoriam, & ipſo dignum exitum deſcribit hiſce verbis Arnoldus Meshovius ex certiſſimis monumentis: *Dum forte per Friſiam curſitat, ſenex quidam prophetæ Eliæ ſpecie & habitu apparuit, qui longiuſcule cum ipſo ſermocinatus, multa de futuro poſt hæc orbis ſtatu patefecit, eundem hiſce verbis allocutum ſe retulit:* Melchior fili dilecte ab æterno Deo, qui cœlum terramque creavit, ad te miſſus & præcipere tibi juſſus ſum, ut actutum hinc Argentoratum ad novam, quam mihi præ cæteris elegi Jeroſolymam proficiſcaris, ibique Dei verbum docere inſtituas, & populum rebaptizes. Conjicient te quidem ibi adverſarii in carcerem; nihil tamen mali inferent. Sed tu tranſacto dimidii anni curſu inde centum & quadraginta quatuor millium diſcipulorum & veritatis teſtium comitatu triumphaturus prodibis, & maximis clareſcens miraculis, deperditas oves Chriſti ad ovile revocabis, quarum te ductorem cœleſtis Pater deſignavit. *Credidit Melchior ſeni, & iſthinc Argentoratum iturus ſucceſſorem ſibi hoc loco delegit Joannem Tipenmacher nomine. Porro eo profectus eccleſiarum miniſtros adit, & ut diem colloquio, quod cum ipſis de verbo Dei habere cupiat, & locum aliquem publicum deputare velint, rogat. Miniſtri de omnibus ſenatum certiorem reddunt, & ne quas det turbas ſequentem diem, qui erat undecimus julii anni MDXXXII. diſceptationi præfigunt. Conveniunt utrique in ſenaculo. Ibi Melchior de vocatione ſua quæſitus, cum argumento nullo ſolido munitus ſola viſionum phantaſmata obtenderet, in reliquis etiam doctrinæ ſuæ capitibus inconſtans & lubricus eſſet, juſſu ſenatus inſtar fanatici in carcerem conjectus fuit. Ad eum cum duceretur, læta & hilari fronte cives affari cœpit, diem hunc inquiens jamdiu ſe exoptaſſe, quem certo ſciat viam ſibi ad triumphum paraturum, coram ſenatu calceos e pedibus excuſsis, pileoque in aera projecto, manibus ad cœlum elevatis, jurejurando per Deum vivum nullo alio ſe cibo, quam pane & aqua fruiturum, donec digito Deus vocationem ſuam confirmaſſet, pollicetur.*

Melchior Hoffmannus faſcinatus a dæmone.

Pſeudoprophetia dæmonis.

Joannes Tipenmacher Anabaptiſtarum in Friſia præſes.

Hoffmannus quæſitus de vocatione viſiones obtrudit.

Ductus in carcerem gloriatur miraculis probatum iri.

Dum in carcere detinetur Hoffmannus, novi per urbem vates diſcurrunt, ac mira de Melchiore vaticinia edunt. Leonardus Jodoci civis & incola urbis primarius erat, alter Cornelius Poltermannus, ambo audaces & callidi: prædicebant hi duo civitatem Argentinenſem unice electam eſſe, & quemadmodum olim ex urbe Jeroſolymitana originem traxerit prædicatio evangelii per totum orbem propagata, ita Argentorato brevi prodituros novos apoſtolicos viros, qui doctrinam evangelii perfectiorem per totum terrarum orbem tandem divulgarent, & electos Dei ex omnibus terræ finibus recollectos veluti frumentum in horreum, ut ſcribit Nicolaus Bleeſdickius, introducerent: Melchiorem virum eſſe ſanctum, & propter Dei gloriam in cuſtodiam datum, ideoque elapſis menſibus duodecim cum centum quadraginta quatuor millibus prophetis, qui uti XIV. *apocalypſeos videre eſt albis induti veſtibus circumſtant agnum, cum triumpho egreſſurum. His propheteſſæ binæ, quarum una Urſula Leonardi uxor, altera Barbara nominabatur, ſeſe ſociabant. Illa divinabat Melchiorem Eliam eſſe, Cornelium Poltermannum Enochum, Argentoratum vero ipſam electam Sion ſive Jeroſolymam, viſam ſibi magnam fratrum & ſororum multitudinem, qui ordine in ampliſſima quadam aula una congregati fuerint: Huc adoleſcentem albo veſtitu decorum acceſſiſſe, qui phialam ſive pateram* XC.

en

Novi pſeudopropheta de eo vaticinantur.

Pſeudopropheteſſæ falſa jactant.

Viſa inanibus illorum a dæmone.

Digitized by Google

ex auro maximam præſtantiſſimo potu plenam ad omnes circumlatam cum nemo propter liquoris præſtantiam delibare poſſet, Cornelio porrexiſſet, qui eum ſummo tenus evacuaverit: qua ſua viſione confirmabat Cornelium verum illum Enochum eſſe. Barbara vaticinabatur videre ſe candidiſſimum cygnum in fluviolo limpidiſſimo paſſim tranare, qui ſuaviſſime ſubinde concinat. Myſterium viſionis, ut illa interpretabatur, hoc erat, Melchiorem virum ſumme ſanctum poſt breve tempus, & ſocium prophetam Enoch una prodituros, & dulciſſimis prædicationibus ſuis fideles in unum collecturos in maximo robore & fortitudine, non ſecus quam olivas & luminaria duo, quibus nemo nocere poſſit, terrarum orbem illuſtraturos, quem & maximis plagis eſſent percuſſuri:

Vulgus ab his illuſum.

Hi prophetæ ſimplicioribus hæc ita perſuadebant, ut veriſſima crederent. Interea tempus labitur: Melchiori captivo nullus qui opem cœlitus ferat apparet: fabulis ſolum & nugamentis deceptum ſe quiſque comperit: ſcribit nihilominus diſcipulis, literas in Friſiam & Hollandiam emittit:

Hoffmannus vana ſuis ſpondet.

jubet ſuſpendi ad biennium rebaptiſmi negotium, ad exemplum Eſdræ & Aggæi qui in principio reſtaurationis templi per integrum biennium in opere ſuo fuiſſent impediti, donec excitaret Deus Cyrum Regem. Habuit alias adhuc in carcere viſiones, quas Leonardus editis libris ibidem publicavit. Melchior vero animi mœrore dejectus, & a Deo & hominibus relictus in carceris pædore miſeram animam efflavit.

Petit in carcere. Non præfidendam illuſtrationibus quibus multi decepti.

Perpendat lector, hunc non minus, quam Lutherum jactaſſe ſe a Deo illuſtratum & miſſum; & quam fallaces ſint eæ illuſtrationes, quibus præfidunt novatores; & ut omnino ſubiiciendæ ſint judicio & examini Eccleſiæ, quæ eſt columna & firmamentum veritatis.

Anabaptiſtæ Batavi non reſipiſcunt. Joannes Tipenmacher exuſtus.

Licet vero adeo manifeſte pateret hunc fuiſſe illuſum a dæmone, ejus tamen ſectatores in impietate perſtiterunt, quorum dux Joannes Tipenmacher cum per Amneſterodamum Harlemum, & Lugdunum Batavorum pro amplificanda ſecta excurreret, captus abductuſque Hagam comitis juſſu exuſtus eſt.

XCI.

In Weſtphalia peſtis anabaptiſtica, & Lutherana, ac Zuingliana monaſterium invaſerunt, deque ingruentibus malis florentiſſimæ quondam urbi, dum catholica religio in ea efflоruit factus certior Carolus V. non ferro, ſed calamo compeſcere dirum ingraveſcens malum pertentavit, datis hiſce ad Franciſcum deſignatum epiſcopum Monaſterienſem, qui armis fulciendus fuerat, literis (*a*).

(a) *Ext. apud Hermann. de Kerſſenbroch. hoc ann. in mſ. Alex. VII. pag.* 130.

Nos Carolus V. Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, reverendo Franciſco epiſcopo Mindenſi, ac eccleſiarum Monaſterienſis, ac Oſnabrugenſis poſtulato noſtro principi gratiam noſtram, & omne bonum optamus.

Literæ Caroli V. ad Monaſterienſem epiſcopum.

Reverende & pie princeps. Auditione & fama minime vana accepimus, pleroſque cives & incolas civitatis Monaſterienſis contra edictum noſtrum tam pium, quam utile anno MDXX. Wormatiæ publicatum, necnon adverſus noſtram electorum omniumque totius ordinum imperii conſtitutionem in ſuperioribus comitiis Auguſtanis anno MDXXX. editam, aliquos Lutheranos concionatores in ſuam urbem recepiſſe, qui plebem imperitam & incautam a vero Dei verbo monſtroſis opinionibus, & doctrina ſua captioſa in errorem pertrahant, inter eccleſiaſticos & profanos avitæ religioni etiamnum addictos odium, invidiam, ac ſeditionem excitare non ceſſent; unde nihil aliud [ſi non occaſio propediem tollatur] quam motus publicus, & ſanguinis humani effuſio metuenda eſt: huic autem malo, ut maturo conſilio & opportuno remedio occurratur noſtri muneris erit.

Jubet reprimi factioſos novatores.

Proinde tibi mandamus, ſerio præcipimus, ac volumus, ut tu tanquam epiſcopus facta urbis inſpicias, concionatores ſeditioſos cum ſuo ſatellitio non ſolum ab officio removeas, ſed & urbe pellas, cives factioſos legitimis pœnis coerceas, & ad ſuo magiſtratui parendum certis legibus conſtringat, ut inobedientes facti ad obedientiam etiam inviti compellantur, ut clerus, necnon ſenatus urbis, reliquique oppidani in tranquillitate & bona pace iiſdem mœnibus concluſi vivant. Quæ omnia ſi per te fiant, noſtræ voluntati te paruiſſe putato.

XCII. Senatus Monaſterienſis monitus officii ab epiſcopo. Hæretici ſenatus inſanum reſponſum.

Miſit Franciſcus cæſarei ſcripti exemplum ad ſenatum Monaſterienſem perduellem additis ſuis literis XXI. auguſti die hujus anni conſignatis, quarum ſumma erat, ut pio inflammati ardore Lutheranos & ſeditioſos concionatores profligarent, & antiquas inveterataſque Eccleſiæ ceremonias ſervarent. At magiſtratus perduelles hæretica aſperſi lue reſpondere, non poſſe arcere cives a verbo Dei ita dæmonis figmenta evangelicis pigmentis colorata appellarunt, addideremque Bernardum Rothmannum ſacerdotem apoſtatam, & alios concionatores articulos de abuſu rituum eccleſiaſticorum tollendo propoſuiſſe, necdum a clero catholico fuiſſe reſponſum.

Ritus catholici per ſeditionem aboliti. Qualis fuerit Rothmannus.

Sublati fuerant die decima ejuſdem menſis ritus catholici a plebe in ſeditionem concitata ab eodem Bernardo, qui a catholica fide deficiens Lutheranum virus hauſerat: deinde ad Sacramentarios deſcivit, negavitque per ver-

ba

ba conſecrationis fieri ſacramentum, vel corpus Chriſti. At aliter ſenſit cum aliis patribus Gregorius Nazianzenus, qui in oratione ſecunda contra Julianum apoſtatam vocavit Euchariſtiam incruentam victimam, per quam Chriſti divinitati & paſſionibus ejus communicamus. Poſtremo Rothmannus cum diu certaſſet cum Anabaptiſtis, in anabaptiſticam impietatem & magiam prolapſus eſt, ut dæmones, iis, qui ipſius fœderi accederent immitteret, & falſa vaticinia accepta a dæmone promulgaret. Scripſit vero contra Rothmanni articulos impios adverſus catholicas ceremonias antilogiam Joannes de Daventria provincialis ut vocant, fratrum Minorum Colonienſium, quæ inſcribitur: *Chriſtianæ veritatis telum, ſeu fidei catapulta in pleroſque pſeudoprophetas, præſertim in Bernardum Rothmannum Monaſterienſem populi ſeductorem.*

Refellitur ejus hereſis a Joanne e Daventria.

XCIII. Rothmanni abuſus varii.

Eo libro ſenatu Monaſterienſi tradito confuſus eſt Rothmannus, ſed non reſipuit; quam enim indigne ſacramentum Euchariſtiæ cum ſectatoribus tractarit, poſtea deſcribit Hermannus: *Non ſatis fuit ſpeciem utramque ad uſum revocaſſe, niſi etiam catholicorum more de jejuniis communicandi abolito Chriſti exemplo in veſperum communicaturos nunc ad templum, nunc ad ædes privatas convocaret, atque ibi poſt recitatam confeſſionem publicam ex ſimilagineo pane particulas quantas vellet decerperet, decerptaſque hiantium faucibus ingereret, pateramque hauriendam offerret, nulla ratione habita utrum ſobrii an ebrii acceſſiſſent. Porro ſi quis ægritudine aliave cauſa impeditus ad publicum hunc cœtum communicaturus venire non poſſet, hunc pane ſimilagineo in manica ſatis capaci ſecum allato (quæ etiam matronarum botulos, caſeos, aliaque ejus generis munera prompte capiebat) ſuo more conſolatur: unde per totam urbem Stuken Bernardus vocari cœpit, a pane videlicet triticeo. Inde paulatim, & quaſi per gradus inter ſchiſmaticos & factioſos hoc Euchariſtiæ ſacramentum vileſcere cœpit; nam eo ventum eſt, ut communicaturi jam non paterentur in os ſibi panem a Rothmanno inferri; ſed ipſi quantum vellent aſſumerent, & plena patera ſe proluerent. Tandem panes albos in lancem intriviſſe, vinumque ſuperinfudiſſe, ac circumſtantes cultellis aut cochlearibus exemiſſe, atque ita vinum cum pane deglutiviſſe dicuntur. Quanta hæc fuerit pietas, quanta hæc ſalvifici muneris veneratio, omnibus bonis viris judicandum relinquo. Eo res denique devenit, ut hoc ſacramentum non ſolum parvipendere, & pro nimo ducere, ſed etiam maledictis & in Deum contumelioſis verbis inceſſere & exſecrari cœperint, vocantes illud Baal & ſatanam*; nempe cum aliis blaſphemis ſacramentariis docebat eſſe tantum ſignum ſacrificii. At Lutherus tot malorum fons indoluit Rothmannum ad ſacramentariorum ſectam defeciſſe, atque ad magiſtratus Monaſterienſes ſcripſit, Anabaptiſtas ad tyrannidem aſpirare, & everſionem ſtatus politici: *Neque*, inquit, *aliter hoc fieri poteſt, cum diabolus ſit ſpiritus mendax & homicida Joannis VIII. qui itaque in mendacium incidit, in homicidium tandem incidat neceſſe eſt*. Veridica prorſus, nec digna Luthero ſententia; quanta enim homicidia Lutherus mendaciis ſuis nefariis fecerit, tot ſtragibus cruentata Germania oſtendit, præter innumera alia animarum funera apud inferos congeſta. Affectabat Rothmannus clarum flagitio nomen, ſeque Anabaptiſtis conjungens Monaſterienſes in exitium traxit: de quo perditiſſimo impoſtore inferius dicetur.

In contemptum abiit Euchariſtia apud novatores.

Lutheri de hæreticis inſignis ſententia.

XCIV. Minoritarum magiſtri literæ de præconibus evangelicis.

Dum ſeptentrionalia ea regna peſtis Lutherana contaminabat, atque diabolicis interpretationibus Chriſti evangelium in iis evertebatur, latius tum in Guinea, Arabia, Perſide, India cis & ultra Gangem, tum maxime in orbe novo fides catholica ſplendoris ſui radios diffundebat, uno eodemque tempore ethnicis ab ſtipendiis dæmonum ad Eccleſiæ caſtra traductis, quo ab iis Chriſtiani voluptatum & impuræ libertatis a Luthero propoſitæ amore deficiebant. Ad tantam meſſem colligendam, ſupremus Minoritarum miniſter a præconibus evangelicis rogatus eſt, ut laborum & gloriæ ſocios mitteret: qui ad ſodales has literas de viris idoneis mittendis dedit (*a*), cum ea authoritate ab Apoſtolica ſede inſtructus eſſet: *Divinum Spiritum, quo inſtinctos ac inſtructos voluit eſſe eos, qui ituri eſſent, ſacer Franciſcus cum penitus intellexit, quo Apoſtoli imbuti quamlibet humano judicio imbecilles & abjecti, & omnium peripſema haberentur, ſolam Dei gloriam, lucrum animarum, extirpationem errorum, & falſarum religionum ſubverſionem ſpectantes, totum percurrerunt mundum: adierunt Æthiopes, migrarunt ad Græcos, pervenerunt ad Latinos; niſi enim hunc Spiritum ductorem habuiſſent, nemo non eos, ut inſanos, ut phanaticos, ut omnibus modis exſibilandos contempſiſſet*. Et infra: *Si quem jam videritis iis dotibus inſignem, cum bono animo ac conſcientia ad Indos convertendos mittite: alioqui ſi diſcolos, ſi homines otioſos, ſi carnales miſeritis, parum Chri-*

(*a*) Ext. apud Wadding. annal. to. 8. ann. 1532. n. 5.

Divino ſint inſtructi ſpiritu qui mittentur.

ſto

ſto lucri, nihil nobis reportabimus præmii, ſed multum ignominiæ.

Gentes docendæ, ut grates Deo referant.

Secundo loco proſpiciendum iis, qui miſſi ſunt, ut quum ſinceriter Chriſtum doceant, ea maxime principe loco doceant, quæ ſciri facillimum eſt & ſaluberrimum: ea enim ratio habenda eſt inter eas gentes, quæ noviſſimis diebus ſunt inauthoratæ fidei ſacramentis, quæ olim ſub naſcentis Eccleſiæ exordio habita eſt, utpote ſimplicibus verbis, ut doceantur ſe non ſuis meritis, ſed ſola Dei gratia agnoviſſe Chriſtum; quemadmodum de Romanis ſcribit Paulus (*a*): Gentes ſuper miſericordia honorate Deum. *Cur ita?* nam gratia ſalvati (*b*) eſtis; ſi autem gratia (*c*), jam non ex operibus, alioquin gratia jam non eſt graria. *Et item paulo ante:* Quos vocavit (*d*) non ſolum ex Judæis, ſed etiam ex gentibus, ſicut in Oſee ait (*e*): Vocabo non plebem meam plebem meam, & non dilectam dilectam, & non miſericordiam conſecutam miſericordiam conſecutam: & erit in loco ubi dictum eſt eis: Non plebs mea vos; ibi vocabuntur filii Dei vivi. *Quæ verba ſi intus excutiamus, propriiſſime Indis competunt; paucos enim ante annos, immo nonnullis in regionibus, hoc eſt in civitate Tumbes vix ad ſeſquianum primum evangelii gratia ac lux coruſcare cœpit: antea enim ſimulachris mutis filias filioſque ſuos, id quod horrendum eſt dictu, multo tamen magis miſerandum factu initiati ſunt. Antea ſolem & lunam, & omnem cœli militiam coluerunt: ante plerique eorum ut ratione extorres vitam magis pecudum, quam hominum tranſegerunt: alii humanum ſanguinem ſine delectu effuderunt: alii, profligata omni honeſtate & verecundia, inſecto corpore inceſſerunt, aliaſque id genus abominationes perpetraverunt; adeoque a Chriſto alienati & a veritate, ut præter externam corporis larvam, nihil in eis deprehendi poſſet, quod mentem rationemque ſpiraret, ſicque deſperaverunt ſeipſos, ut omni ſeſe immunditiæ traderent. Verum ubi eis evangelium intonuit, ubi Chriſto manus dederunt, pœnitet pudetque veteris in peccatis circumactæ vitæ: miro enim modo ſeſe ipſos propter anteacta crimina mœrore mœſtitiaque afficiunt, ſi modo vera ſint, quæ de iis vivæ vocis oraculo fratres narrarunt, qui hos ad fidem Chriſti converterunt. Sunt igitur modo miſericordiam, ſunt Dei gratiam & clementiam conſecuti, eoque electi heredes & teſtamentorum participes facti, qui nuper a Chriſto alieni, qui adulteri qui idololatræ, qui & rationis, & omnis gratiæ benignitatis divinæ fuerunt extorres. Hanc gratiam ſæpe ob oculos revocare oportet, quidve ea efficiat, hoc eſt quod hominem juſtificet, quod coheredes regni conſtituat, quod omnis meriti & vitæ ſpiritualis ſit initium ſemper ſunt commonefaciendi, maxime autem miſericordia Dei, qua præventi ſunt, qua benedicti, qua cœleſtibus & æternis bonis dignati, eis eſt repetenda.* Et poſt pauca.

(a) Rom. 15. verſ. 9.
(b) Philipp. 2. verſ. 8.
(c) Rom. 11. verſ. 6.
(d) Rom. 9. verſ. 25.
(e) Oſee 1. verſ. 10.

Miſerrima eorum ſors ante evangelium.

Converſi plangunt crimina.

XCV. De ſymbolo explicando.

Fidei ſub hæc ſymbolum, quod apoſtolicum vocant, paucis verbis eis eſt explicandum; quandoquidem in eo ſumma religionis noſtræ graphice depingitur, & quæ credere oportet quemlibet fidelem exprimuntur: nolo tamen ſi quando id ipſum explicatur, ut ſimplicium ingenio argutiis Scoticis & Occamicis involvantur. Quamquam audiam apud Indos eſſe ex noſtratibus, per quos ceu organa quædam ſpiritus veritatis ſeſe in auditorum & infantium animos transfundit: qui porro ſimplices idiotæ literarum expertes, quales fuere Apoſtolorum complusculi ſub exordio naſcentis Eccleſiæ, interim tamen docent, prædicant, operantur in vinea Domini, ſed non ſine Spiritu Domini; Spiritus enim ſanctus, qui linguas infantium diſertas facit, qui affectus hominum ad ſe rapit, qui ex ore infantium & lactentium ſibi laudem occinere, ſeque agnoſci voluit, hos regit & imbuit: novimus enim varias eſſe dotes, varia gratiarum, donorum, & operationum genera. Et infra: *Profuerit non parum Lactantii libros de inſtitutionibus divinis, Euſebii Pamphili de præparatione evangelica, & aliorum alios, qui ſuperſtitionem ethnicam denſiſſimis argumentis ſubverterunt, legiſſe, & memoria retinere atque reponere. Quæ ſequuntur mox in ſymbolo ad Chriſtum ſpectant; is enim nobis mediator, & veluti caduceator miſſus eſt, ut nos per ſanguinem ſuum reconciliaret Deo Patri, noſque in filios adoptaret hæredeſque conſtitueret æterni regni. Id etſi alio modo potuiſſet efficere quam morte filii ſui, noluit tamen clementiſſimus ille pater alium eſſe, quam hunc ipſum modum quem in ſymbolum redegerunt Apoſtoli:* Et in Jeſum Chriſtum, *inquiunt*, filium ejus unicum; qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus & ſepultus eſt. *Singula verba ſingulis canonicæ ſcripturæ ſententiis, iiſque multis reſpondent: deinde ſingula verba certos quoſdam conjuratos fidei hoſtes hæreticoſque impugnant, explodunt, fundunt, ac confutant. Legendus eſſet hoc loci Joannes Damaſcenus qui juſto volumine hanc rem abſolvit, pioque lectori ſatisfecit.*

Lactantii & Euſebii libri a gentium doctore perlegendi.

Joannes Damaſcenus eximius pro fide ſcripſit.

XCVI. Pluribus in hanc ſententiam, & alia Chri-

Chriſti myſteria interjectis, de Spiritu Sancto a Patre & Filio procedente, deque Eccleſia hæc docet, quæ Indis exponenda forent : *Ego*, inquit Chriſtus (*a*), *rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Si Chriſtus ſuis precibus obtinuit, quominus fides Eccleſiæ deficeret, mentiuntur hæretici Rutheni, Huſſitæ, Wiclefſiſtæ, Lutherani horum ſoboles, qui audent obgannire, trecentis annis evangelium perperam prædicatum : verum ſtat veritas pro nobis, ſtat pro Eccleſiæ defenſione :* Non, *inquit Chriſtus*, deficiet fides tua; *perinde atque diceret : Maxima incrementa ſumet, dilatabitur enim & ſeſe uſque ad ultimum maris Oceani propagabit; ut vere dixerit David* (*b*): A ſolis ortu uſque ad occaſum laudabile nomen ejus, *& Chriſtus* (*c*) : Multi venient ab oriente & occidente & aquilone, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob in regno Patris mei; *quo ſimul, & Indos & eos, qui Antichton inhabitant ſignificare voluit; nemo enim a Chriſto excluditur, nemo ab hoc reſpuitur, una voce omnes & gentes barbaras, & Judæos, & Græcos invitat* (*d*) : Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et nonnullis interjectis : *Erit*, inquit, *verum quod Phariſæis in evangelio obiicit Chriſtus* (*e*) : Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum ejus. *Ut enim olim a Judæis regnum & ſacerdotium, quod Chriſtum repudiaverint, ablatum eſt; ita metuendum multis Chriſtianis maxime Germanis noſtris, ut ubi defectionem a fide admiſerimus, ſimul cum fide & Chriſtum & imperium amittamus, eoque regnum transferatur, ubi hactenus Chriſtus fuit incognitus, jam autem cognoſci incipit, jam coli, jam venerari & glorificari : Germani templa ſubvertunt, eccleſiaſtica ſacramenta plerique conculcant, alii negligunt, alii inceſtis manibus contrectant : Indi contra ſimulachra quidem deorumque portenta demoliuntur, templa Deo ſacraque loca extruunt, ſacramenta eccleſiaſtica ſumma religione & veneratione exoſculantur. Sic olim poſtquam periit Jeruſalem, ſuoque malo perdidit Chriſtum, rediit ad Chriſtum Græcia totaque Latina eccleſia, &c. Valete in Chriſto Jeſu præſtantiſſimi patres, &c.*

(a) *Luc.* 22. *verſ.* 32.

Hæreticorum infanda adverſus eam calumnia.

(b) *Pſ.* 49. *verſ.* 2.

(c) *Matth.* 8. *verſ.* 11.

(d) *Matth.* 11. *verſ.* 28.

(e) *Matth* 21. *verſ.* 23.

Germanis Chriſtum deſerentibus Americani ad eum converſi.

Expendit graviſſimum hoc argumentum opuſque divinum Willelmus Lindanus (*f*) in apologetico pro ſolida eccleſiarum in una Chriſti fide vere evangelica concordia, monetque Lutheranos aliosque hæreticos, ut idololatrarum converſione inſpecta ſibi dictum accipiant, quod Chriſtus Judæis erat comminatus; tum addit : *Poſteaquam divino permiſſu fera illa peſſima, quæ Dei filios electiſſimos diſgregavit, mactavit, devoravit, orco infernoque mactatos tradidit, ſua ſuis pro libidine, immo rabie in hanc Dei vineam Germanicam graſſata, ubi jam illa non leviter jaceret afflicta, magnaque eu parte exterminata, ac tantum non everſa; placuit eidem Deo optimo maximo, cui omnes ad nutum parent orbis nationes, novum, ſuo evangelio a Germanis partim deriſo, adulterato, repudiato, aperire orbem, qui divinum ſuum nomen per Germanias atrociſſimis injuriis vexatum, impiiſque blaſphemiis violatum, legitimo veneraretur honore, atque digna coleret veneratione. Quid deinde? paucorum ſane monachorum Dei cultorum opera plures per Indiam, novumque terrarum orbem ſibi convertit credentium myriades, quam per Germaniam fortaſſis pereant centuriæ, licet hæ prorſus videantur innumeræ : qui illinc reduces veniunt, ſex millia monaſteriorum ajunt extructa, uti olim apud Ægyptios initio Chriſtianiſmi : ad hæc fere ſexcentos Chriſti ovibus epiſcopos creatos.* Tanti nempe progreſſus facti paucorum annorum flexu, jam vero longe majores efflorueruntt, ut Eccleſia vexata ab hæreticis ac Mahometanis, cum apocalyptica muliere in ſolitudinem pene aufugiſſe videatur. XCVII.

(f) *Lindan. in præf. apolog. pro ſolida eccleſiarum in una Chriſti fide vere evangelica concord. c.* 2.

In locum hæreticorum vocati a Chriſto barbari.

Sexcenti epiſcopatus conditi in America. Eccleſia in muliere fugiente in deſertum exprimi viſa.

Hoc anno Franciſcana familia novam fœcundiſſimamque viris ſanctis propaginem fudit; inſtituta (*g*) enim eſt nova congregatio ſtrictioris obſervantiæ, confirmataque a Clemente VII. quæ traditam a S. Franciſco religioſæ vitæ formulam ex Nicolai III. & Clementis V. declarationibus obſervare profiteretur, novique in dies religioſi ordines a viris ſanctis conditi fuere ad tuendam Eccleſiam, cum plures apoſtatæ eam concutere niterentur.

Congregatio nova ſtrictioris obſervantiæ.

(g) *Ext. in bull. conſt.* 35. *in Clem. VII.*

I. ANno Servatoris milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio indictione ſexta, ſuſcepta ſunt, agente Bononiæ Cæſare, congregandæ œcumenicæ ſynodi a Pontifice conſilia, pro excindenda Lutherana hæreſi, & Regibus Chriſtianis ſociali contra Turcam fœdere jungendis; decretique ſunt eam ob cauſam in Germaniam, Angliam, Galliamque internuntii, verum irrito ſucceſſu, cum Lutherani non legitimum concilium, ſed conciliabulum, in quo ipſi non exciperent, ſed ferrent ſententiam exoptarent; Anglus autem & Gallus diſſentirent. Refert Guicciardinus (*a*) Cæſarem omnibus precibus inſtitiſſe apud Clementem, ut abruptis moris omnibus concilium apoſtolica authoritate indiceret: at Pontificem eas preces non admiſiſſe, oppoſuiſſeque periculum imminere, ne ſi Gallorum & Anglorum Reges ab eo alieni forent, novum conflaretur ſchiſma, neque componerentur Chriſtianorum mores; proinde prius flectendos molliter ad tam pium opus comprobandum, atque oratores ad eos mittendos videri: verum ſubjeciſſe Cæſarem quid tandem futurum eſſet, ſi illi ſine juſta cauſa diſſentirent, urſiſſeque Pontificem, ut eo etiam caſu concilium indiceret; ſed nunquam ad id illum adducere potuiſſe: itaque legatos fuiſſe internuntios cum mandatis ad Reges, nulla tamen vel exigua rei perficiendæ ſpe.

Poſtulatum a Clemente concilium.

(*a*) *Guicc. l. 20.*

Reſponſum a Clemente communi Regum conſenſu congregandum.

II. Eadem ferme repetit Belcairus (*b*), qui etiam Clementem negligentiæ in cogendo concilio perſtringere videtur, dum ait: *Quod ad concilium attinet; Cæſari Clemens nullo modo ſatisfecit; Gallo enim ac Britanno diſſentientibus, concilium coire non poſſe aſſeveravit; tum Cæſar: Quod ſi ſine juſta cauſa diſſentiant, nullum etiam coibit, quod unoquoque decennio coire conciliorum ipſorum decreta juſſerunt? Clemens nihil directe reſpondens, legatos ſe ad principes Chriſtianos miſſurum & ex eorum reſponſis deliberaturum pollicitus eſt.* Verum hoſce auctores hallucinatos conſtat; Clemens enim, ut ex mandatis (*c*) internuntio in Germaniam decreto datis, atque inferius repetendis conſtat, pollicitus eſt etiam ſe concilium indicturum cum majori Chriſtiani imperii parte, quamvis aliqui principes a concilio abhorrerent. Quinetiam Carolus V. in publicis literis poſtea exaratis rem ita geſtam enarrat, ut Clementem congregando unius anni flexu concilio aſſenſiſſe profiteatur (*d*): *Cum*, inquit, *iter noſtrum ad Italiam inſtituiſſemus, & ad ſanctitatem Romani Pontificis, videlicet Papam Clementem felicis recordationis hujuſmodi nominis ultimum perveniſſemus, ac ſecundum promiſſionem noſtram electoribus principibus, & communibus imperii ſtatibus in aliquot conventibus imperialibus clementer factam cum ſanctitate ſua tantum egiſſemus, remque eo deduxiſſemus, quod ſanctitas ſua generale concilium intra anni ſpatium indicere & publicare velle annuerit, quemadmodum tum electoribus principibus ac ſtatibus imperii hæc indicavimus, non omiſimus, quin totam Italiam, quantum in nobis fuit ad quietem & pacem reduceremus. Inſtituimus etiam medio tempore uſque ad dictum concilium regna noſtra Hiſpanica viſitare, ut illis in ipſorum neceſſitatibus neceſſarium auxilium & remedium præſtaremus, omniaque ita diſponeremus, ut ad dictum concilium pervenire illique intereſſe poſſemus.* Quorum ergo culpa intermiſſum ſit ſanctiſſimum opus, utve Clemens legitimo congregando concilio operam dederit, ex publicis monumentis videndum eſt.

(*b*) *Belchair. l. 20. n. 43.*

Franciſcus I. & Henricus VIII. diſſenſerunt.

(*c*) *Ext. apud Coel. poſt Philippicas.*

(*d*) *MS. tabular. Vatic. ſign. lit. T. p. 263.*

Conſentiebat Clemens pro celebrando concilio.

III. Dedit ipſe ſecunda januarii die ad Franciſcum Gallorum & Henricum Anglorum Reges literas, quibus ſignificavit a Germanis tum catholicis tum Lutheranis concordiæ ſtudio œcumenicum concilium neque ob Turcicas irruptiones celebrari potuiſſe: jam vero ſedata tempeſtate nullum eo majus opus ad lapſas Eccleſiæ res inſtaurandas, ad excindendas hæreſes, ad componendos mores poſſe excogitari; atque ideo eos eſt adhortatus, ut ſedis Apoſtolicæ votis regia ſtudia accomodarent. Exemplum literarum, quæ ad Henricum Anglorum Regem miſſæ fuere, infra ſcriptum eſt (*e*).

(*e*) *Lib. brev. ann. 1533. p. 16.*

Regi Angliæ.

IV. *Chariſſime &c. Superiore biennio, ſicut tua maieſtas recordari poteſt, cum ſereniſſimum Cæſarem, quamquam pro ſua inclyta pietate omnia conatum, tamen in conventu Auguſtenſi nihil remedii ad hæreſim Lutheranam in Germania tollendam præ illorum obſtinatione afferre potuiſſe audiremus, ſolumque concilii generalis remedium a noſtris prædeceſſoribus in caſu ſimili uſitatum, & ab ipſis etiam Lutheranis poſtulatum ſupereſſe videremus; habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, ad ipſius concilii generalis indictionem in Italia, & loco ad hoc commodiore celebrandi devenire intendentes,*

Clementis literæ ad Angliæ Regem pro celebrando concilio.

id

id tuæ majeſtati, ſicut Cæſare & cæteris principibus ſignificandum communicandumque duximus, eamque noſtris literis fuimus hortati, ut tam ſancto & neceſſario operi pro tua pietate & fidei defenſoris titulo, proque tuorum majorum perpetua conſuetudine favere, cauſamque ſanctæ fidei cum tua, ſi fieri poſſet, præſentia, aut ſaltem cum oratoribus tuis, tuique regni prælatis adjuvare & tueri, & in hoc te & illos interim præparare pro communi officio velles. Poſtea vero ea actione noſtra per apparatus Turcarum primo perturbata, & deinde per eorum in Hungariam & Germaniam irruptionem prorſus interrupta, ſuſpenſiſque propterea omnium principum & Chriſtianorum animis, toto hoc interjecto tempore de hac re ſilere coacti fuimus. Nunc autem ipſis hoſtibus Dei benignitate repulſis, cum sereniſſimus Cæſar nobiſcum Bononiæ congreſſus inter cætera publice ſalutaria hoc quoque de indicendo generali concilio inſtanter nobiſcum egerit, illudque non ſolum a Lutheranis ut antea, ſed etiam a cæteris Germaniæ principibus & civitatibus in proximo Ratiſponenſi conventu flagitatum, ſeque omnem operam ſuam cum apud nos, tum apud Reges & potentatus cæteros in id pollicitum fuiſſe dixerit; nos ſane non ſolum Chriſtiana charitate, ſed etiam noſtri debito muneris, quod a Deo omnipotente accepimus, aſtricti, ne tot animas in illa hæreſi periclitari, quantum a nobis præſtari poterit, ulterius ſinamus, noſtras partes noſtrumque officium in principibus omnibus ad ipſum concilium adhortandis, tunc ſuſceptum a nobis, & terrore immaniſſimi hoſtis interruptum reſumere continuandum cenſuimus, ut ſanctæ religioni tantis erroribus illic implicitæ ſuccurramus, & cum veteri pietate tranquillitatem & quietem illi inclytæ nationi tam valido chriſtianitatis membro reſtituamus: quamobrem te, fili noſter in Chriſto chariſſime, tanquam inclytum & pientiſſimum chriſtianitatis Regem, per Jeſum dominum, cujus ſancta fides in illis locis labefactatur, hortamur & ſtudioſe requirimus, ut nobiſcum & cum eodem Cæſare sereniſſimoque fratre ejus, jam in hoc unanimiter concordibus, ad ejuſdem concilii generalis convocationem pie conſentire, illudque cum tua ſi fieri poteris præſentia, aut ſaltem cum oratoribus tuis, & tui regni prælatis, ſicut antea tuæ majeſtati ſcripſeramus, juvare & tueri, ac te & illos interim ad hoc præparare & de tua ſuper hoc voluntate, quam non niſi te dignam fore ſperamus, ad nos perſcribere quamprimum velis, ut cum Cæſaris, ac tuo, Romanorum Regis, cæterorumque principum & potentatuum, ad quos etiam ſcribimus, & quorum neminem, præſertim tua majeſtate accedente, defuturum confidimus, unanimi voto & conſenſu ad indictionem ipſius concilii in Italia, & commodiore loco celebrandi, ſicut etiam tunc tuæ ſerenitati ſcripſimus, adjutore Domino, devenire poſſimus; quemadmodum hæc plenius & diffuſius tuus apud nos ad te ſcribet, & noſter apud te orator tuæ ſerenitati coram explicabit. Dat. Bononiæ 11. januarii MDXXXIII. pontificatus noſtri anno x.

Expoſita ſumma illius neceſſitas.

V. Admoniti alii Reges.

Conceptæ ſunt eadem verborum formula literæ (*a*) ad Regem Francorum miſſæ, adjectis hiſce verbis: *Qui primus ab ipſo Cæſare inter Chriſtianos Reges & principes honore, opibus, titulo, authoritate, præcellis.* Repetitis iterum aliis literis die xx. februarii Clemens eoſdem Reges ſuaviſſime allicere enixus eſt (*b*), ut regiam pietatem in celebrando concilio & mittendis in Italiam Angliæ & Galliæ epiſcopis pro ſarciendis illatis Eccleſiæ Dei detrimentis explicarent: tum florentiſſimos authoritate in utraque aula proceres, ſcilicet in Anglica ducem Norfolchenſem & epiſcopum Wintonienſem, in Gallica Lotharingum & Borbonium Cardinales ſolicitavit, ut paribus ſtudiis ad tam arduum & ſanctiſſimum opus ad exitum perducendum incumberent. Cum vero Germani præ cæteris ſumma cupiditate id expeterent, catholici quidem pio ſtudio, hæretici vero fraudulentis & ſimulatis verborum fucis, Clemens decima januarii die ſeptemviros principes hiſce literis fecit certiores (*c*), ſe nullas apoſtolici muneris partes pro celebrando concilio œcumenico prætermiſſurum.

(*a*) *Ibid.*

(*b*) *Ibid. p.* 13.

Moniti etiam Germani.

(*c*) *Ibid. p.* 17.

Dilecto filio noſtro Alberto tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali Moguntino, ac venerabilibus fratribus Hermanno Colonienſi & Joanni Treverenſi archiepiſcopis, necnon dilectis filiis nobilibus viris Ludovico comiti Palatino Rheni, duci Bavariæ, ac Joanni Federico duci Saxoniæ, ac Joachino marchioni Brandeburgenſi, ſacri Romani imperii electoribus ſimul, & unicuique ſeparatim.

VI. Septemviri de ea re commoniti.

Venerabiles fratres & dilecti filii ſalutem, &c. Quod ab iſta inclyta natione jam dudum optari & flagitari videbamus, ut pro tollendis ejus in ſancta religione diſſenſionibus univerſalem ſynodum indiceremus, in eo nos neque in noſtra voluntate quamprimum decernenda, neque in aliorum principum de more requirenda defuiſſe notum eſt chariſſimis in Chriſto filiis noſtris Carolo Imperatori, ac Ferdinando Regi Romanorum illuſtribus; ad quos, ſicut ad principes cæteros literas ab-

hinc biennio ſuper hoc dedimus & ſumus omnes ad pie & unanimiter in hoc conſentiendum adhortati : cumque ea actione noſtra per apparatus & irruptiones Turcarum in Hungariam & Germaniam interrupta, ſuſpenſiſque propterea omnium principum animis, mox hoſtibus Dei benignitate, & eorundem Imperatoris ac Regis virtute, veſtroque auxilio repulſis, eandem ſynodum requiri nuper audiſſemus; nos ſane qui noſtrum officium Deo in primis omnipotenti & univerſis Chriſti fidelibus, præcipueque iſti nationi, quam diligimus & magnifacimus, nunquam ſumus denegaturi, ſtatim ut audivimus de reditu ipſius Cæſaris in Italiam mox in Hiſpaniam trajecturi, ac de optima voluntate & piis ac ſalutaribus in commune bonum conſiliis ejus eſſemus plene inſtructi; & ſi ætate jam ingraveſcentes & morbo recenti invalidi eramus, media tamen hyeme, eaque aſperrima Bononiam ipſi priores venimus, nullumque itineris diſcrimen aut vitæ periculum interea defugimus, ut cum ipſo Cæſare hoc idem ſicut audiebamus cupiente, & nos rogante, inter cætera publice ſalutaria de hac in primis re ante ejus profectionem colloqueremur : qui cum Bononiam poſt nos veniens pro ſua inclyta erga Deum pietate, erga imperium cura, erga nationem ipſam benivolentia, quibus nulli Cæſarum cedit, nobis non modo iſtius nationis, ſed maxime ſuum & dicti ejus fratris deſiderium ſynodi indicendæ demonſtraſſet, omnique ſtudio amore, & affectu idem ſæpius a nobis poſtulaſſet, & contendiſſet, tametſi nos ab hoc ſuæ majeſtatis deſiderio nunquam diſcrepavimus, fuimus tamen tanti principis omni laude præſtantis inſtantia & precibus, ſi quid ad noſtram priorem voluntatem addi poterat, aucti & confirmati : nec in nobis mora fuiſſet ulla ſi quemadmodum earumdem majeſtatum, ita & cæterorum principum & potentatuum voluntatem in idem conſentientem habuiſſemus : neque enim veſtram prudentiam fugit, omnia Chriſtianitatis membra & nationes ad ſynodi generalis congregationem monenda, & quantum per nos ſaltem, & ex noſtra parte fieri poſſet, adhibenda eſſe tam pro more vetuſto, quam pro concordiæ unitate. Quamobrem ſtatuimus eandem actionem noſtram de reliquis principibus ad hoc iterum adhortandis, eorumque voluntate conciliandà ab hinc biennio ſuſceptam a nobis & terrore immaniſſimi hoſtis interruptam, nunc reſumere continuandam, & [quod nobis Deus omnipotens concedere dignetur] perficiendam; in quo neque litteris, neque nuntiis, neque monitis, neque precibus operam, ſtudium & diligentiam noſtram Deo & hominibus præſtare unquam deſiſtemus ut dicta generalis ſynodus, quam citiſſime fieri poterit, & indicatur, & celebretur; aliorumque Regum principum & potentatuum animos, voluntateſque, & quidquid in hanc rem tam ſanctam conſentiendo ſtatuerint, & nobis reſponderint, mox vobis notum eſſe curabimus. Quæ omnia vobis ſignificare voluimus; voſque ita exiſtimare cupimus, nos cum officii noſtri ratione, tum ipſorum Cæſaris & sereniſſimi ejus fratris voluntate iſtiuſque nationis ſalute & quiete adductos nihil in hoc prætermiſſuros eſſe, quod cum ad univerſæ Chriſtianitatis utilitatem, quietem, & ſecuritatem, ſanctæque religionis noſtræ cultum, decorem, & augmentum, tum præcipue ad tranquillandum priſtinæque pietati & concordiæ reddendam iſtam fortiſſimam nationem ſacri imperii inclytam ſedem, Chriſtianitatis totius robur & ornamentum, nobiſque & privato affectu ſemper dilectam quoquomodo pertineat. Dat. in civitate noſtra Bononiæ die x. januarii MDXXXIII. pontificatus noſtri anno x.

Commonitis alios Reges non concurrere in eandem voluntatem.

Eximium ſtudium pro juvanda re Chriſtiana ſignificatum.

VII. Conceptæ eodem argumento & iiſdem ferme verbis aliæ literæ (a) inſcriptæ archiepiſcopis electoribus, epiſcopis, & nobilibus viris electoribus, & aliis principibus, præſulibus, comitibus, proceribus, civitatibus, & ordinibus Rhenanæ provinciæ conjunctim ac unicuique ſejunctim : eademque ratione aliis ordinibus Saxoniæ, inferioris Germaniæ, Suevico, Bavarico, Franconico. Cum ita univerſi Germani ad celebrandum concilium decima die januarii vocati eſſent, iterum Clemens, vertente menſe ad Georgium ducem Saxoniæ (b), Fridericum comitem Palatinum Rheni (c) Joachimum marchionem Brandeburgenſem (d) electorem imperii literas de eodem congregando concilio dedit, hortatuſque ipſos, eſt ut mente conſtanti fidem orthodoxam tenerent. Interea antequam a Regibus certum reſponſum de mutua ſtudiorum pro celebrando concilio œcumenico conſenſione tuliſſet, Hugonem Rangonum internuntium apoſtolicum in Germaniam decrevit, qui Lutheranis principibus leges nonnullas æquiſſimas ad concilium veteri majorum inſtituto celebrandum neceſſarias exponeret : de quo ad Ferdinandum Regem Romanorum has literas dedit (e).

(a) Ibid.

(b) Ibid. p. 24.

(c) Ibid. p. 25.

(d) Ibid. p. 26.

Miſſus ad Lutheranos principes internuntius.

(e) Ibid. p. 35.

Regi Romanorum.

Etſi in dies expectantes reſponſum a Chriſtianiſſimis principibus, quibus mentem & voluntatem noſtram de indicendo univerſali concilio iteratis literis ſignificavimus, quemadmodum proxime ad tuam ſerenitatem ſcripſimus, interea in hujuſ-

Ferdinandus Rex excitatus, ut pro concilio congregando operam conferat.

modi actione ſuperſedere debuiſſemus, tamen cum & crebra inſtantia ſereniſſimi Cæſaris fratris tui, & noſtro iu primis officio ac deſiderio iſtam inclytam nationem tranquillam & pacatam, priſtinæque pietati reſtitutam videndi urgeamur, præcurrendum uobis & maturandum in hac re orbitrati ſumus, quo interim, dum reſponſnm a dictis principibus præſtolamur, non otioſum hoc temporis ſpatium nobis effluat, ſed in hujus rei præparatione utiliter conſumatur; neque, ſicut Deum omnipotentem, ita etiam ſerenitatem tuam & dictam nationem teſtes habeamus, nos neque iu voluntate, neque in diligentia, neque in labore noſtro huic rei unquam defeciſſe. Ut igitur concedente Domino ad tam ſalutarem ac piam naiverſalis concilii indictionem celerius devenire poſſimus, decrevimus hanc ob cauſam venerabilem fratrem Hugonem epiſcopum Regienſem, & infra, *nuntium & oratorem iſtuc mittere, ut cum ſerenitate tua & ſacri Romani imperii electoribus, cæteriſque Germaniæ principibus & circulis, ipſum concilium unanime cupientibus & flagitantibus de hujus rei tota ratione, ac quo pacto, ubi, & quando ineundum agendumque ſit pertractet, ut inter hæc habito ipſorum principum Chriſtianorum reſponſo, & intellecta eorum voluntate, omnibuſque prius conſideratis, quæ in ſimili caſu conſiderari conſueverunt, mox rem ipſam cum divini auxilio numinis aggrediamur, &c. Dat. Bononiæ die* XX. *februarii* MDXXXIII. *pontificatus noſtri anuo* X.

VIII. Earumdem literarum exemplum tranſmiſſum eſt (*a*) ad univerſos ſimul & ſeorſim ad ſingulos ſeptemviros, tum ad ſex circulos Germaniæ, & ſejunctim ad ſingulos archiepiſcopos, epiſcopos, principes, comites, proceres, principatus, urbiumque inſignium magiſtratus: & cum internuntio apoſtolico Carolus V. ſocium conjonxit oratorem imperialem Lambertum Briaerdeum, ut Germanos ad conditiones juſtas a Pontifice propoſitas admittendas flecteret: de quo Joannes Coclæus hæc narrat (*b*): *Eodem anno miſſi fuerunt in Germaniam oratores duo, unus a Papa Clemente VII. alter a Cæſare Auguſto Carolo V. qui principibus ac ſtatibus Romani Imperii annuntiarent futuri concilii generalis celebrationem, quæ qualiter agenda eſſet octo declarabatur articulis.* Concepti erant illi hiſce verbis (*c*).

(*a*) *Reg. poſt eand. ep.*

(*b*) *Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc an.*

(*c*) *Ext. apud Coclæum in Philippicis.*

Articuli a nuntio apoſtolico illuſtriſſimo principi duci Joanni Friderico principi electori Saxoniæ Wimariæ in Thuringia exhibiti anno Domini MDXXXIII.

In primis, quod nniverſale hoc concilium, quod indicendum & celebrandum proponitur, liberum ſit, & juxta morem Eccleſiæ conſuetum, atque multis ante ſæculis ab initio uſque univerſalium conciliorum ad hæc tempora obſervatum celebretur. II. Quod ii qui concilio intereſſe habebuat, ejus decretis ſtare & inviolabiliter parere profiteantur & promittant. III. Quod ii, qui juſta cauſa impediti ei intereſſe non poterunt, ſuos legitimos procuratores cum ſufficientibus mandatis mittant. IV. Quod interim in iis, de quibus apud Germanos in materia fidei eſt controverſia, nihil ab eis prorſus innovetur, aut attentetur, ſed res uſque ad deciſionem concilii pacatæ maneant. V. Quod de loco jam nunc omnes conſentiant, in quo concilium celebrari habeat; alioqui omnis apparatus & labor irritus eſſet.

(Leges propoſitæ Lutheranis pro celebrando concilio.)

Et quoniam neceſſe eſt, ut locus ad hoc deligendus omnibus ad concilium conventuris, quoad fieri poteſt, maxime aptus ſit, & ad manum; idcirco exiſtimat ſanctiſſimus dominus noſter, uon abſque ratione unam ex his tribus civitatibus, id eſt Mantuam, Bononiam, Placentiam, omnibus aliis eſſe præferendam, quarum unaquæque cum tuta, capax, fertilis, & ſalubris ſit, vicinitate etiam ſitus Germaniæ magis quam cæteris omnibus tranſalpinis nationibus eſt accommoda. VI. Item quod ſi forſan [quod non eſt credendum] aliqui principes, potentatus, & membra Chriſtianitatis velint tam pio & neceſſario negotio ſine rationabili cauſa deeſſe, & hanc concilii indictioaem & celebrationem contumaciter recuſare; nihilominus ſanctiſſimus dominus noſter ad prædicti concilii indictionem & celebrationem [ut præfertur] procedet una cum ſaniori parte conſentiente. VII. [Quod maxime rationabile & æquum eſt] ſi qui hoc tam ſanctum concilii opus quoquo pacto impedire, ejuſve ſacroſanctis decretis non ſtare, aut parere, aut hac de cauſa a ſanctiſſimo domino noſtro deficere, vel ſiniſtri aliquid in illum aſtruere præſumerent, ut contra eos & eorum quemlibet reliqui melius ſentientes, & cum illius ſanctitate pro ſacro concilio ſtantes & concordes eidem illius ſanctitati & ſedi Apoſtolicæ aſſiſtant, & totis viribus fideliter faveant, & auxilientur. VIII. Sæpedictum concilium ſanctiſſimus dominus noſter poſtquam de ſupraſcriptis articulis a ſereniſſimo Romanorum Rege, principibuſque Germaniæ, ac aliis Chriſtianis Regibus reſponſum, & quod ſpectat ad vota acceperit, ſe intra ſex menſes indicturum, moxque intra annum ſe illius celebrandi initium facturum profitetur; ita ut & quæ concilio neceſſaria ſunt, in civitatem illi deputatam comportari, & quos intereſſe opor-

portebit, ii commodiſſime ſit ad profectionem parare, illucque ex remotiſſimis regionibus convenire poſſint. Hugo Rangonus comes epiſcopus Regienſis & princeps ac apoſtolicus nuncius.

IX. Negant Lutherani eas admittere.

Cum hæ leges celebrandi concilii Saxoniæ duci cæteriſque proceribus Lutheri ſectatoribus propoſitæ fuiſſent, admittere illi concilium detrectarunt, cum obtenderent id unum quæri, ut Pontificis authoritas conſtabiliretur, nec ad ſervandas concilii ſanctiones obſtringi vellent: tum deſpecto Pontifice cæſareum nomen pontificio prætulerunt, ut accurate narrat Joannes Coclæus (a): de pontificio enim & cæſareo oratoribus ad Lutheranos principes miſſis, & legibus pro celebrando œcumenico concilio propoſitis locutus Lutheranos dolos pro eludendo concilio aperit: *Ubi*, inquit, *propoſiti fuiſſent*, nempe articuli memorati, *electori Saxoniæ, is petiit dilationem ad reſpondendum, donec ſuper ea re cum cæteris ſibi adhærentibus conſultaret in conventu Smalkaldienſi ſub finem junii menſis habendo. Facta igitur ibi deliberatione ſcripſerunt reſponſum, in quo ubique prætulerunt ſummo Pontifici tanquam ei nihil obedientiæ debeant Romanum Imperatorem, quem pro domino ſuo agnoſcebant. Quamvis igitur in proponendo & ſubſcribendo vidiſſent ubique primas partes datas fuiſſe nuncio apoſtolico reverendiſſimo domino Hugoni de Rangonibus comiti & epiſcopo Regienſi, qui & principem ſe ſubſcripſerat. Poſt quem Cæſaris orator abſque omni additione ſubſcripſerat ſimpliciter Lambertus a Briaerde, ipſi tamen in reſponſo ſuo hoc uſi ſunt initio.*

(a) *Cocl. in actis & ſcriptis Luther.*

X. Magnifice & reverende in Domino amice ſingularis, & domini obſervandi. Cum nuper nobiſcum die ſecundo junii eſſetis in oppido noſtro Winmaria in Turingia, poſtquam nobis deliberata quædam invictiſſimi Imperatoris Caroli V. Cæſaris Auguſti domini noſtri clementiſſimi, & Romani Pontificis Clementis de concilio expoſuiſtis, & nontius pontificius exhibuit nobis quoſdam articulos de concilio ſcriptos; reſpondimus vobis nos collocuturos eſſe de hac re cum aliis principibus, comitibus, ac civitatibus nobiſcum ſentientibus de religione, &c. *Quoniam vero primus articulus ita habebat: Quod univerſale hoc concilium, quod indicendum & celebrandum præponitur liberum ſit, & juxta morem Eccleſiæ conſuetum, atque multis ante ſæculis ab initio uſque univerſalium conciliorum ad hæc tempora obſervatum celebretur; ſecundus vero ſic: Quod ii, qui concilio intereſſe habebunt, ejus decretis ſtare, & inviolabiliter parere profiteantur & promittant; & ſextus locum in Italia concilio præfigebat unam ex his tribus civitatibus Mantuam, Bononiam, Placentiam, quarum unaquæque cum tuta, capax, fertilis & ſalubris ſit, vicinitate etiam ſitus Germaniæ magis quam cæteris omnibus tranſalpinis nationibus eſſet accommoda. Lutherani in reſponſo ſuo de iis maxime conquerebantur articulis tanquam prorſus diſſentientibus a deliberationibus principum, quæ in conventibus imperialibus habitæ atque concluſæ fuerant: etſi enim in primo, inquiunt, articulo vocat liberum concilium, tamen aliud agitur re ipſa, cum primum omnes potentatus ſibi obligare vult: ſi enim liberam ſynodum habere vellet, hanc obligationem non requireret, quæ enim ei nihil profutura eſt, ſi quid contra eum in libera ſynodo ex verbo & ſcripturis Dei decernatur: nunc cum obligat principes, certe per ſpeciem & nomen concilii id facit ſuæ potentiæ ſtabiliendæ cauſa, vultque habere obnoxias omnium voluntates, &c.*

Inane eorum reſponſum.

Concilium liberum recuſant.

XI. Confutavit Coclæus (b) hoc vafrum & iniquum reſponſum Lutheranorum in libello de futuro concilio celebrando: *Quod Lutherani*, inquit, *in hos octo de habendo concilio articulos conſentire nolunt, mera videtur eſſe tergiverſatio: quid enim in illis eſt, quæſo, vel durum, vel iniquum, quod ulla æquitate aut ratione honeſte recuſari queat? etenim in primo articulo petitur, ut concilium ſit liberum, ubi ſcilicet patribus tuto ac ſecure decernere liceat quidquid Spiritui Sancto viſum fuerit. At illi efflagitant, ut in Germania celebretur, ubi patres ita forent captivi, ut niſi decernerent ea, quæ Lutheranis placeant, mox armis nobilium & Lutheranæ plebis furori obiicerentur interficiendi.*

(b) *Coclæus in octo artic. de futuro concil. celebran.*

Volunt imperare concilio.

Petitur in eodem ut celebretur concilium juxta morem eccleſiæ conſuetum, & tot retro ſæculis ab initio uſque ſervatum. At illi novum quærunt morem, juxta quem ſummo Pontifici præponatur Romanus Imperator, Cardinalibus & epiſcopis principes & domini ſæculares; paſtoribus ſcilicet oves, ſacerdotibus laici, patribuſque filii, & de fidei quæſtionibus non decernant epiſcopi & theologi, ſed clamoſi Rhetores & ſyllabarii laici, qui novam bibliorum interpretationem, quam Lutherus edidit, in manibus geſtantes ſacræ theologiæ doctoribus inſultent & reclament, contentioſiſque vociferationibus prævaleant, quod non aliter intelligendus ſit cujuslibet ſcripturæ textus, quam ipſi cum ſuo Luthero intelligunt. In ſecundo autem articulo petitur, ut concilii decretis pa-

Pontificem Cæſari ſubiiciendum contendunt.

Concilii petiti decretis parere nolunt.

veatur : hoc Lutheranis alieniſſimum videtur, quaſi contra libertatem Chriſtianam ſit parere concilio. Vellent potius ita celebrari concilium, ſicut celebrati ſunt apud nos Germanos plerique conventus imperiales, in quibus licuit eis per ſalvum conductum impune contradicere quibuslibet aliorum principum ordinumque, atque adeo & ipſius Imperatoris decretis, conſumptis fruſtra tot millibus, atque etiam myriadibus aureorum dum fictis verbis ſpem concordiæ nobis proponerent.

XII. *In tertio petitur ſufficiens mandatum eorum qui adeſſe non poſſint : illi vero neque per ſeſe, neque per mandatarios ullos parere volunt, neque etiam comparere, niſi cum ſufficienti ac inviolabili aſſecuratione vocentur : qua certe data nihilo tractabiliores erunt in concilio, quam hactenus fuerunt in conventibus imperialibus. In quarto petitur ut nihil interim circa fidei controverſiam apud Germanos innovetur, aut attentetur. At illi non ceſſant tum occultis literis tum manifeſtis ſermonibus, publiciſque concionibus ubicumque non prohibentur vi diſſeminatiſque per totam Germaniam libris, ſimpliciores animas in partem trahere, aut ſalutem ſolicitare, ſuam. Et Lutherus eorum uſque adeo non quieſcit, nec deſinit attentare & innovare, ut editis nuper duobus libris, in altero cunctos monachos, & cujuslibet religionis approbatæ fratres & ſorores, in altero cunctos ſacerdotes, qui pro ſacrificio miſſam celebrant ſathanæ tradat, ac penitus extinctos velit ; & hæ ſunt impiæ opiniones & impii cultus, de quibus in ſua reſponſione queruntur : niſi igitur concilium in hoc eis conſentiat, & omnia vota monaſtica de ſub cœlo tollantur, & omnes miſſæ cum ſacro canone aboleantur, non parebunt ; nam conculcare vota, & abrogare miſſas eſt illis Evangelii gloriam inclareſcere, eſt ambigentes conſcientias ſanare, eſt veram pietatem refloreſcere. Aut igitur in totum relinquendi & juxta verbum Chriſti pro ethnicis habendi, aut longe alia ratione quam concilii authoritate ad Eccleſiæ unitatem reducendi ſunt. Ego quidem propheta non ſum neque filius prophetæ [ut Amos ait] videre tamen mihi videor, eos ſine armis, & abſque omni ſanguinis effuſione reduci poſſe, ſi celebrato concilio, juxta veritatem & vigorem evangelii contra eos procederemus per viam juſtitiæ, &c.*

Lutheranorum impia impudentia.

XIII. Addiderant etiam in eodem reſponſo Lutherani, ut refert author (*a*) : *Ad officium cæſareæ majeſtatis pertinere, ut Cæſar curet rem ex verbo Dei cognoſci ac judicari, quandocumque Romanus Pontifex veritati adverſatur, ne papa, cum pars ſit, ſimul etiam judex ſit.* Quibus ſubdolis verbis hæretici petebant ſua erronea principia Petri ſucceſſores, pro quibus oravit Chriſtus, ut nunquam eorum defectura ſit fides, erraſſe ; tum dirimendarum fidei controverſiarum authoritatem a Pontifice transferebant in Cæſarem ; tum characteres & ſonos divinæ ſcripturæ ; non autem eccleſiam quæ directa a Spiritu Sancto columna eſt ac firmamentum veritatis, judicem conſtituebant : quas Lutheranorum fraudes idem Coclæus in ſuis ad primatem Scotiæ proximo anno datis literis ita diſcuſſit (*b*).

(*a*) Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

Volunt everti Chriſti monarchiam.

(*b*) Cocl. in octo artic. de futuro concil. celebrand.

XIV. *Reverendiſſimo in Chriſto patri ac domino archiepiſcopo metropolitanæ eccleſiæ S. Andreæ & primati Scotiæ Joannes Coclæus.*

Reſponſionem principum Lutheranorum, quam ante aliquot menſes tranſmiſerunt ad nuntium apoſtolicum cæſareumque oratorem, nunc ad reverendiſſimam dominationem tuam mitto, ut intelligas quam male fidant cauſæ ſuæ Lutherani, quam cognitioni generalis concilii committere non audent ; id quod ab initio ſuæ ſectæ ſtatim indicaverunt, neque enim Imperator, neque ulli principes aut epiſcopi Wormatiæ ante annos XIII. *Luthero perſuadere potuerunt, ut cauſam ſuam futuri concilii determinationi ſubmitteret. Non alium volunt agnoſcere judicem, quam ſacram ſcripturam. At non ſunt omnia in ſcripturis expreſſa. Credimus Trinitatem divinam : credimus unam eſſentiam in tribus perſonis : credimus duas naturas in una perſona Chriſti, &c. quæ in ſcripturis nuſquam ſic habentur expreſſa : & ubi ſcriptura expreſſe loquitur, ipſi novum & adulterinum afferunt ſenſum, antiquum & verum Eccleſiæ ſenſum rejicientes ; Verbi gratia, ſcriptura planiſſimis verbis dicit :* Hoc eſt corpus meum; *quod quidem Eccleſia ſimpliciter accipit ſecundum veritatem, quam verba ſonant, quod ibi ſit non amplius panis, ſed corpus Chriſti ; Lutherus vero novum ſuperaddit ſenſum, ut ſit ibi maneatque ſubſtantia panis ſimul cum corpore Chriſti ; ideo aliter exponit, quam Eccleſia, & ait :* Hoc; id eſt, hic panis, aut in hoc pane eſt corpus meum. *Poſt vero & contra Lutherum alii ſurgunt hæretici nova proles veterum Pighardorum & Wicleffiſtarum, qui dicunt :* Eſt id eſt ſignificat. *Alii corpus pro figura corporis accipiunt, &c. Quis hic rogo judex erit ſuper tam diverſis expoſitionibus unius & ejuſdem ſcripturæ ? Nunquid ipſamet ſcriptura ? At ipſa muta eſt ſecundum ſe, ut dicere non poſſit, quænam expoſitionum verum & germanum comple-*

Ut ſcriptura judicare non poſſit ob pugnantes ſententias hæreticorum.

cta-

Digitized by Google

ſtatur horum verborum ſenſum. Nunquid vero Lutherus per ſeſe judeu conſtituetur? ſed cum ſit pars, judex eſſe non debet. Et eadem ratione neque Zuinglius, neque Oecolampadins, nec alius quicumque hæreticus, aut novi ſenſus aſſertor judex eſſe debet, aut recte conſtitui poteſt. Quis ergo hic judicet, aut controverſiam iſtam determinet? nemo profecto juſtius, nemo certius, nemo melius quam Romanus Pontifeu, pro cujus fide Chriſtus rogavit, ne unquam deficiat; aut generale concilium univerſalem Eccleſiam repræſentans, quam veritatis columnam & baſim vocat Apoſtolus: Eccleſiæ enim promiſſus atque etiam datus eſt Spiritus veritatis: Litera occidit, *inquit Paulus*, Spiritus autem vivificat. *In Eccleſia habitat Chriſtus [ipſemet veritas] realiter ſicut in corpore ſuo vivo, in ſcripturis autem tantum ſignificative, tanquam in ſignis ſecundum ſe mutis & inanimatis. Certe niſi ſpiritus veritatis intus nos doceat, charitatemque (qua Deo anima vivit) in cordibus noſtris diffundat, nihil efficient ſcripturæ per ſeſe; nam & hæretici ſcripturas jactitant, qui Deo non vivunt, amiſſa per hæreſim fide, & per ſchiſma charitate. De catholicis autem Chriſtifidelibus intelligitur illud Hieremiæ:* Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, &c.

Ut Romanæ eccleſiæ fides deficere non poſſit.

XV. *Vaniſſima eſt igitur Lutheranorum tergiverſatio, qua controverſiæ cognitionem adimunt concilio, in quo realiter præſens eſt Spiritus veritatis, & tribuunt eam ſcripturis mutis & inanimatis, quæ per ſe neque ſentiunt neque loquuntur; ſed ſicut inanimata ſigna trahuntur huc & illuc a diverſis hominibus: & clamare non poſſunt, ubi vis, aut injuria infertur ipſis. Quomodo in concilio judeu præcipuus & ſolus erit ſcriptura ut Lutherani volunt quæ ſententiam per ſeſe neque ſentit, neque intelligit, neque eloqui poteſt? Nihil per hoc derogaverim ſacræ ſcipturæ, quam ut opus Spiritus ſancti veneror, & ſacroſanctam habeo, a qua & pendeo, ac ſciens prudenſque ne latum quidem digitum ab ea diſceſſerim: ac verum ejus ſenſum in controverſiis non ab ipſamet requiro, quia eloqui neſcit, ſed a ſanctis patribus, qui vivo Dei Spiritu inſpirati locuti ſunt; aut a Romano Pontifice, pro cujus fide Chriſtus ipſe rogavit; aut a generali concilio, in cujus medio Chriſtus ipſe eſt & Spiritus veritatis realiter præſens exiſtit, ſententiamque per ora patrum, qui Eccleſiam repræſentant, veraciter dictat: habitat enim ſpiritus ille non in mortua litera, ſed in vivo corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, quam gubernat, ſicut anima corpus non in verbis aut ſyllabis ſcriptis, ſed in cordibus fidelium, quæ ſunt epiſtola viva ut ait Apoſtolus nam vere vivunt per fidem: ſicut enim corpus ex anima, ita & anima ex fide vivit.*

Scriptura inanimata Judex eſſe non poteſt.

Spiritus divinus non chartas ſed corda animat.

XVI. *Quid igitur agunt aut volunt Lutherani, dum tota die clamant non alium eſſe harum (quas contra Eccleſiam excitaverunt) controverſiarum judicem, quam ipſam ſcripturam? hoc profecto agunt, hoc volunt re vera, ut vel tota Eccleſia cedat eis, & eorum erroneo ſenſui conſentiat, vel nunquam finiatur contentio, nunquam determinetur controverſia; ſicut contigit eis, quando Marpurgi in Haſſia cum Zuinglianis diſceptabant, quia ſcripturæ ſenſum non alium acceptant, quam quem ipſi dant: & ſcriptura eloqui non poteſt, an hic vel ille ſenſus, qui ei tribuitur ab hominibus diverſis, verus & genuinus aut germanus ſit, quem intendit, dum ſcriberetur ipſa, Spiritus veritatis. Quando ergo clamant Lutherani, verbi gratia circa hæc verba:* Hoc eſt corpus meum; *ſuum ſenſum eſſe verum, contra vero clamant alii hæretici, ut Zuingliani, ſuum eſſe veriorem, catholici vero reclamant de utroque:* Quis hic quæſo eloquatur ſententiam? *nemo profecto juſtius, quam ſummus Pontifex, aut generale concilium; divina enim ſcriptura in controverſiis non ad ſcripturam mutam, ſed ad ſummum ſacerdotem ire jubet, ut ab eo petatur judicium veritatis deuteronom.* XVII. *Sic & Malachias ait (a):* Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam; & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt. *Sic Chriſtus jubet audire non mutas literas, ſed Eccleſiam vivam. Denique & Paulus cum Barnaba in controverſia de circumciſione exorta appellaverunt non ad ſcripturam, quæ decernere nequit, ſed ad Apoſtolos & ſeniores in Jeruſalem; & illi eam controverſiam determinantes non ſcripturam, ſed Spiritum ſanctum, & ſeipſos poſuerunt judices, dicentes:* Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, &c. *Si enim adverſarii Pauli fuiſſent tam pervicaces & rebelles Eccleſiæ, quam hodie ſunt Lutherani, nequaquam acquieviſſent illi judicio ſed dixiſſent:* Quæ ſcriptura decernit, ne circumcidantur gentes? *atque ita in hunc uſque diem permanſiſſet ea controverſia; quia non ſcriptura determinavit, ſed Spiritus Sanctus per Apoſtolos & ſeniores. Nos certe non de ſcripturis quas & hæretici acceptant, ſed de ſenſu ſcripturarum cum hæreticis contendimus, quia alium eis ſenſum tribuunt illi quam tribuit per Sanctos patres Spiritus veritatis.*

(a) *Malach.* 1. *Matth.* 18. *Act.* 15.

Ut non ſit appellandum ad ſcripturam.

Circa ſenſum vertitur controverſia.

Nul-

XVII. *Nulla igitur ratione juſta aut æqua recuſant Lutherani octo illos articulos, quos Papa per nuncium apoſtolicum de celebrando concilio eis propoſuit; injuſte enim quiritantur, quod nolit liberum concilium, cum ſtatim in primo articulo ante omnia petat ut ſit liberum, hoc eſt, ut in eo libere poſſit decerni judicium veritatis quodcumque dictaverit Spiritus Sanctus. At Lutherani volunt ut in Germania celebretur, ubi nequaquam tutum aut liberum foret externis nationibus contra Lutheranos quidquam decernere. Qua autem æquitate petunt, ut Eccleſia apud hoſtes Eccleſiæ Lutheranos inquam & Zuinglianos & non alibi decernat? Nec recte queruntur, Papam per hos articulos facere ſibi obligatos principes; non enim ait ut ſuis, ſed ut concilii decretis debeant ſtare, atque inviolabiliter parere: niſi enim ad hoc obligaret eos, fruſtra concilium indicturus eſſet, & inania forent conciliis decreta, ſi nemo obligaretur ad parendum eis. Summa igitur ſummarum hæc eſt, ampliſſime pater, ac reverendiſſime domine, quod Lutherani concilio cauſam ſuam committere non audent, diffidentes Spiritui ſancto, qui concilio præeſſe debet juxta Chriſti promiſſiones. Quapropter non injuria dici poſſunt filii diffidentiæ, in quos operatur princeps tenebrarum; a quorum fraudibus fideles ſolicite admonet Apoſtolus dicens:* Nemo vos ſeducat inanibus verbis; propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. *Hæc ſunt, reverendiſſime domine, quæ nunc amplitudini tuæ ſcribenda duxi, ut fortius reſiſtas apoſtatarum malignis conatibus, qui doloſa Philippi Lutherani blandiloquentia per occultos cuniculos in veſtrum quoque regnum propagare quod Deus avertat Lutheraniſmum ſatagunt. Bene vale. Ex Deſdra Miſniæ ad Albim IV. idus martii MDXXXIV.*

Male poſtulatum concilium in Germania.

Non auſi Lutherani cauſam committere libero concilio.

XVIII. Repudiarunt ita legitimum concilium Lutherani principes, de quibus Laurentius Surius Cochlæo conſentientia ita refert (*a*): *Veriſſime dixit Apoſtolus* (*b*): Litera occidit, Spiritus vivificat. *At iſti inhærent literæ ad ſuas pravas opiniones plerumque violenter detortæ: mentem & ſenſum literæ flocci pendunt: Unde igitur confutabunt hæreſes ab ipſis diſſentientes, quæ non minus atque ipſi ſcripturas crepant? Dicit Lutherus ſe puram doctrinam, purum evangelium adferre: idem dicunt Zuingliani, Anabaptiſtæ, Suenckfeldiani, Servetiani, qui omnes in quibuſdam plane diſcrepant a Luthero: quis hic judex erit legitimus, qui has dirimat controverſias? certe non nudus ſcripturæ textus, quem omnes iſti ad ſe rapiunt, & ſibi ſinguli potiſſimum vendicant; ſed ſcripturæ genuinus ſenſus, quem ex catholico orbis Chriſtiani conſenſu longe ſecurius & certius accipimus, quam ex inſanis hæreticorum cerebris. Quod ſi illi uſque adeo abominantur Pontificis Romani ſententiam & authoritatem, quam univerſus orbis Chriſtianus ſemper agnovit, ſuſpexit, & reveritus eſt; quanto nos juſtius Lutherum, & ejus generis peſtes execramur, qui jam olim damnatas hæreſes revocant in orbem, eaſque in ſummi Dei ſingularem contumeliam non dubitant vocare purum Dei verbum, & puram evangelii doctrinam? Fuit ea profecto mira Lutheri & aliorum dogmatiſtarum verſutia, quod ſuis principibus & magiſtratibus perſuadere potuerunt, ſe nihil magis petere quam concilium; & tamen cum jam eſſet habendum concilium, iiſdem perſuadere ejuſmodi non eſſe legitimum concilium. His illi atque aliis quibuſdam artibus mire illuſerunt Germaniæ, & horrendum in modum permultos faſcinarunt prodigioſa quadam incogitantia paſſim ruentibus miſeris mortalibus in præcipitia mortis æternæ, ad quæ vocabantur ab iſtis animarum parricidis, licet interim viderentur ſibi jam tandem veram agnoviſſe vitam & lucem, & evaſiſſe laqueos & impoſturas pontificias.* Celebrato concilio Tridentino, cum urgerentur Proteſtantes, ut illius decreta amplecterentur, declararunt, detracta larva, quodnam concilium perciperent, nempe hæreticorum conventiculum, in quo Romanum Pontificem & univerſam Eccleſiam catholicam conjunctam ſuo capiti, idololatriæ, aliiſque criminibus in eam falſo conjectis, damnarent: quos graviſſimis & luce nitidioribus argumentis refellit Lindanus (*c*).

(*a*) *Sur. in comm. hoc ann.*
(*b*) *2. Corinth. 3.*

Contra Lutheranos etiam diſtorquent ſcripturam alii.

Ut principes Lutherani illuſi fuerint.

(*c*) *Lindan. in apolog. cath. relig.*

XIX. Supererat, ut omnes principes Chriſtiani ad congregandum legitimum concilium invitis etiam Lutheranis conſpirarent, in quo & veritas orthodoxa ſanciretur, reſtituerentur lapſi mores, & reprimendarum tot hæreſeon, frangendæque Lutheranæ proterviæ rationes expedirentur. Sed ea piorum vota exitu caruere, ſiquidem diſſentientibus Anglo & Gallo a Cæſare cogi illud non potuit. Peperit vero Galli Regis cum Carolo V. diſſenſio graviſſimas religioni clades, quas Angliæ Regis defectio magis auxit, ut nec excindi hæreſis Lutherana potuerit, nec bellum adverſus Turcam geri: immo novæ ſuſpiciones recruduerint, ne Gallus Italiam novo bello miſcere moliretur, cum Pontificem tantis ſtudiis adjungere ſibi eniteretur, ut Catharinæ Mediceæ neptis pontificiæ nuptias Henrico filio depoſceret, jactarentque Galli, ipſam

Catholici non conſenſere inter ſe pro concilio congregando.

Gallus Rex Clementem ſibi ſociare annititur.

ſam duabus gemmis pretioſiſſimis Mediolano ſcilicet & Neapoli Gallicam coronam exornaturam; Clemente enim in Gallieas partes traducto cæſareas res collapſuras opinabantur. Nec minus Carolum V. urebat ea cura, atque ideo in Bononienſi congreſſu Pontificem ipſum urſerat, ut neptem duci Mediolanenſi matrimonio jungeret: ad quem ille reſpondit, ſe non poſſe ſine maxima Galli Regis injuria aſſentiri, de quo Belchairus (a): *Nec magis*, inquit, *de matrimonio Catharinæ Mediceæ ſatisfecit: Bononiam, antequam de Catharina Sfortiæ collocanda meminiſſet Cæſar, appulerunt Turnonius ac Grandimontanus Cardinales, qui ſermonem de matrimonio ejuſdem Catharinæ cum Henrico Aureliano regiorum liberorum altero jam habitum de Franciſci Regis mundato renovarunt*. Et infra: *Cæſar, qui Franciſcum eu tam diſpari familia filio uxorem quærere in animum inducere non poterat, a Clemente contendit, ut Gallos Cardinales procuratorium inſtrumentum ejus matrimonii contrahendi ergo proferre cogeret: illi intra paucos dies ampliſſimum protulerunt. Idcirco Sfortia non ſolum ſperato matrimonio excluſus eſt, ſed etiam ut Clemens Franciſcuſque convenirent peractum*. At de eo colloquio Maſſiliæ habito dicetur inferius.

(a) Belchair. l. 20. n. 43.

Actum de affinitate.

XX. In hoc porro Bononienſi conventu exceptæ ſunt celeberrimæ Davidis Æthiopum Imperatoris veterem cum Romana eccleſia conjunctionem redintegrantis, Joannis Luſitaniæ, ac Ferdinandi Romanorum Regis, tum Auſtriæ aliarumque provinciarum legationes; utque ab Æthiopica & Luſitana conjunctis ducamus initium, hæc refert Damianus de Goez: *XXIX. januarii*, & infra, *duo oratores Portugalliæ & Æthiopiæ magno comitatu in conſiſtorium venerunt, amboque venerabundi ac genuflexo. Primo orator Portugalliæ literas ſui Regis una cum exemplis literarum dicti Regis Æthiopiæ ad ſe & claræ memoriæ Emmanuelem patrem ſuum ſcriptarum; dein Æthiopicus orator binas ſui Regis literas eidem ſanctiſſimo domino noſtro reddidit, munuſculumque aureæ crucis libræ ferme ponderis nomine ſui Regis obtulit: primo pedem deinde manum ſanctitatis ſuæ oſculatus, demumque ad oris oſculum de more receptus. Literæ hujus Æthiopica conſcriptæ lingua in Luſitanam primo, indeque in Latinam translatæ fuerunt. Quæ literæ omnes per ſecretarium domeſticum ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri eo, quo infra ſcribentur ordine, lectæ & pronuntiatæ coram omnibus fuerunt*. His conſentanea narrat diariorum pontificiorum ſcriptor hiſce verbis:

Æthiopum Imperatoris legatio.

(b) *Concertatum fuit de conciſtorio publico pro nuntio ſeu oratore Pretoiannis, quem duxerat Bononiam reverendiſſimus dominus Martinus orator Regis Portugalliæ*. Et paulo poſt: *De quo cum Papa prius me conſuluiſſet, dederam ſibi certam notulam, quam inveni ſcriptam Paridis de Graſſis tempore Sixti IV. quo tempore alii*, Congitani ſcilicet Regis, *tunc temporis miſſi oratores fuerant ad ſimilem obedientiam, requirendo Pontificem, ut tranſmitteret architectos, & fabricatores pro eccleſiis & ædificiis fiendis, ac peritos & doctos in fide pro illis populis inſtruendis*. Nonnulliſque interjectis: *Interea dominus Joannes Franciſcus miſſus ad oratorem Pretoiannis, qui jam venerat in palatio cum multis prælatis domini noſtri Papæ aſſociatus inter duos medius intravit; & cum difficultate propter multitudinem aſſiſtentium, & veniens cum reverentiis proſtratus oſculatus eſt pedem & manum & faciem: inde ad locum adductus, in quo habiturus erat ſermonem poſt presbyteros Cardinales, literas præſentavit Papæ. Primo orator Portugalliæ ſtans a ſiniſtris Papæ literas Regis Portugalliæ, tum orator Pretoiannis binas literas, quas Papa tradidit domino Blaſio ſecretario ad legendum, quas legit & publicavit*. Conceptæ erant hiſce verbis Joannis Regis Luſitaniæ ad Clementem literæ ſuperiori anno datæ (c).

(b) MS. bibl. Card. Barb. ſignat. n. 1105. p. 78.

Ut admiſſa ſit a Clemente.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri atque beatiſſimo domino domino Clementi Papæ VII. ejuſdem ſanctitatis devotiſſimus filius Joannes Dei gratia Rex Portugalliæ & Algarbiorum citra ultraque mare in Africa, dominus Guineæ, expugnationis navigationis commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Perſidis, atque Indiæ poſt humillima ſanctiſſimorum pedum oſcula.

(c) Ext. apud Damian. Goez to. 2. Hiſp. illuſtr. p. 1287.

Sanctiſſime in Chriſto pater & feliciſſime domine. Rex dominus & pater meus, cum animadverteret quam gratum Deo eſſet futurum, ſi Æthiopiæ atque Indiæ remotiſſimæ regiones, quæ fama tantum, atque ea quidem ambigua auditæ fuerant, ſolerti navigatione Chriſtianorum claſſibus adirentur, ſtatim ab ipſo ſuſcepti regni initio complures duces & ſubditos ſuos ad perſcrutanda cognoſcendaque earum terrarum littora inſtructis validiſſimis claſſibus miſit, ſcilicet ut Mauri & gentiles earum regionum populi veritatem Chriſtianæ religionis agnoſcerent, atque obiter patefacto itinere, alii etiam populi reperirentur, qui Deum Chriſtum colerent; ſicut opinione hominum eos inveniri poſſe ferebatur. Itaque, volente Deo, tota Guineæ regio feliciter peragrata eſt, in qua Rex de Maniconza cum ingentibus populis ipſi ſubditis, qui ſe ad ejus authoritatem XXI.

ac

Maniocongi Rex ad Christum converſus.

ac obedientiam contulerat, ſacro baptiſmate ſuſcepto, Chriſtianus effectus eſt, & complures aliæ gentes eu regionibus Indiæ, Perſidis, & Arabiæ ad Chriſtianam fidem noſtrorum pietate & diligentia ſunt perductæ, & quotidie aliæ atque aliæ nationes, quæ tardius veritatem agnoverunt, exemplo aliarum ad Chriſtum convertuntur: & quamquam in his eupeditionibus graviſſima amiſſarum navium & ducum, item nobilium equitum & ſubditorum ſuorum detrimenta recepiſſet; tamen ab hoc eximiæ pietatis conſilio non deſtitit, uti pium & Chriſtianum Regem decebat. Itaque eodem curſu mare rubrum, penetrante claſſe noſtra, repertum eſt nunquam antea Chriſtianorum claſſibus navigatum; nam fere totum in poteſtate Turcarum erat, & demum poſt diuturna atque aſpera bella inventum eſt iter quod ad vulgo Pretegyam nuncupatum Æthiopiæ Regem potentiſſimum ducit, qui cum univerſis regnorum ſuorum populis Chriſtum colit.

XXII. *Ad hunc extemplo Reu pater meus legatum deſtinat, ut ad obedientiam ſanctæ ſedis Apoſtolicæ pertraheretur, opportunaque narrando & aperiendo certior redderetur, tuam ſanctitatem in ſede Petri reſidere, & unicum eſſe in terris Chriſti vicarium, cui omnes Chriſtiani Reges obedientiam cum ſumma veneratione præſtare conſueviſſent: nec multo poſt idem Æthiopiæ Reu cum legatum remitteret ſuum, etiam proprium & indigenam, qui ad eum cum mandatis veniret, adjunxit: ſed interim Deus ad ſe patris mei animam ad ſanctæ gloriæ participationem in cœlum recepit. Nec mora cum nos in ejus ſucceſſiſſemus locum, operam dedimus cum ducibus noſtris, qui erant in India, ut idem Rex Æthiopiæ de Regis patris mei morte certior redderetur; cum ea, quæ pater meus præclare pro fide Chriſtiana incœperat, omnino perſequenda & perficienda curaremus. Quod ipſe Reu Æthiopiæ magni faciens ſuum oratorem ad nos miſit [qui in aula noſtra adhuc commoratur] &*

Orator miſſus ab Æthiopum Imperatore ad Clementem.

ſimul Franciſcum Alvarez capellanum noſtrum, qui eſt unus eu his, quos pater meus ad eum miſerat. Hunc Franciſcum Alvarez idem Æthiopiæ Rex Romam mittit, ut ſuo & ſingulorum regnorum ſuorum nomine tuæ ſanctitati obedientiam præſtet: quem hactenus remorari fecimus, quod multis de cauſis eum proficiſci volebamus una cum Martino a Portugallia nepote noſtro chariſſimo, & conſiliario, ac oratore noſtro ad tuam ſanctitatem, cui commiſimus, ut eundem Franciſcum Alvarez dicti Regis Æthiopiæ oratorem ſanctitati tuæ ad præſtandam obedientiam præſentaret. Item ut cuncta ea, quæ orator ejuſdem Regis Æthiopiæ ad nos miſſus deferebat, aperiret, exemplaque literarum ejuſdem Regis ad nos tuæ ſanctitati oſtenderet. Propterea nobis rem gratiſſimam ſanctitas tua faciet, ſi eidem Martino oratori noſtro pleniſſimam fidem in his rebus habuerit. Et certe Deo optimo maximo ſummæ gratiæ ſunt merito referendæ, quod pontificatus tuæ ſanctitatis tempore, hanc inſignem a Deo gratiam ſanctitas tua retulerit, ut alteram Chriſtiani populi portionem, hac noſtra nihil amplitudine terrarum minorem, conſentire cum fide catholica & ſancta Romana eccleſia, & obedientiam præſtare videamus. Nos vel ob id ingentes Deo gratias agimus, quod in hac tanta acceſſione hujus Regis noſtra opera uti voluerit; nihil enim ad laudem veræ pietatis poterit eſſe præclarius, quam Æthiopiam in unitate Chriſtianæ profeſſionis noſtræ Europæ conjunctiſſimam conſpexiſſe. Deus & Dominus noſter ad multos annos tuam ſanctitatem feliciſſime conſervare, & augere ad votum dignetur. Datum in Setuval. XXVIII. *maii MDXXXIII.*

Luſitanorum virtus eximia pro conjungendis Eccleſiæ Æthiopibus.

Lectæ dein fuere Elenæ Davidis Æthiopum Imperatoris aviæ, excurrentis hujus ſæculi anno nono ad Emmanuelem Luſitaniæ Regem de conjungendis fœdere in Turcas Chriſtianis principibus, & excindenda Mahumetica ſuperſtitione datæ, quæ jam ante, a nobis ſuo loco inſertæ fuere. His additæ ſunt aliæ Davidis Imperatoris ad eundem Emmanuelem hujus ſæculi anno vigeſimo primo ſcriptæ, quibus narrabat cœleſte prodigium, quod contigit, cum Luſitanis Æthiopiæ portum in mari rubro diu quærentibus crux in cœlo refulſit, cujus ductu Luſitani in Æthiopiam applicuere: tum, pollicebatur ſe adverſus fidei hoſtes Europeæ claſſi commeatus & ſtipendia ſuppeditaturum: tum plura centena militum millia in hoſtes Chriſti educturum, necnon terras Mauris finitimas ad gerendum in eos bellum Luſitanis conceſſurum. Lectæ poſtea ſunt aliæ ejuſdem Imperatoris Æthiopum ad Joannem Regem Emmanuelis filium & regnorum ſucceſſorem vigeſimo quarto anno hujus ſæculi miſſæ, quibus inita antea cum Luſitanis fœdera inſtaurabat, ac profitebatur, ſe Sultani Ægyptii & aliorum Maurorum Regum amicitiæ nuntium remiſſurum; addebatque ſe ab inſerendo Mauris bello deſtitiſſe, ne Chriſtianorum eccleſiæ in Ægypto & Syria everterentur a Mahometanis; tum quod nullius Chriſtiani Regis auxiliaribus armis juvaretur; tum etiam maximo animi dolore accepiſſet, Europæos Reges mutuis diſſenſionibus efferatos, XXIII.

Æthiopes Europeos ſolicitant ad jungenda arma in Mahometanos.

tos, vertendis adverſus Saracenos armis inter ſe dimicare: denique Luſitanum Regem ad vires omnes in impios Mauros effundendas inflammabat, ſeque laborum bellicorum & gloriæ ſocium futurum ſpondebat. Poſt has literas, quas nos ſuis locis attulimus, lectæ ſunt aliæ ejuſdem Davidis Imperatoris ad Romanum Pontificem datæ, quibus illum Chriſti vicarium ac Petri & Pauli ſucceſſorem agnoſcebat, commemorabatque ut Eugenius Jacobo Imperatori Æthiopum ſignificaſſet, Palæologum Græcorum Imperatorem, & Conſtantinopolitanum & Alexandrinum patriarchas Romanæ eccleſiæ ſe conjunxiſſe, atque Æthiopas in eandem fidem conſenſiſſe, Romanoſque Pontifices ut regni cœlorum dominos & totius orbis Chriſtiani judices agnoſcere: quibus plura alia memoratu digna adjecta ſunt, ut ex earumdem literarum (a) exemplo patebit.

(a) Ext. apud eund. Damian. ibid. p. 1297.

XXIV. *In nomine Dei patris omnipotentis, &c. Ego Rex mitto, cujus nomen leones venerantur, & Dei gratia vocor Athani Tinghil, id eſt thus Virginis, filius Regis David, filius Salomonis, filius Nau per carnem, filius ſanctorum Petri & Pauli per gratiam: pax ſit tibi juſte domine, pater ſancte, potens, pure, ſacrate, qui es caput Pontificum omnium, neminem metuis, nemo tibi poteſt maledicere: qui es vigilantiſſimus ſuper animas curator & amicus peregrinantium, conſecrata magiſter, & prædicator fidei, & earum rerum hoſtis, quæ conſcientiam offendunt, amator optimorum morum, vir ſanctus, quem omnes laudant & benedicunt. O felix ſancte pater, ego tibi reverenter obedio, cum ſis pax omnium, & cuncta bona merearis: & ita æquum ut omnes tibi obedientiam præſtent, ſicuti ſancti Apoſtoli præcipiunt apud Deum. Hoc vere veſtrum eſt, ita etiam præcipiunt, ut veneremur epiſcopos, archiepiſcopos, & prælatos: ſimiliter ut te loco patris amemus, & loco Regis vereamur, & tibi uti Deo fidem habeamus. Propterea dico ego humiliter ad terram genibus flexis tibi pater ſancte ſincero admodum corde, quod tu pater meus es & ego filius tuus. Pater ſancte potentiſſime, cur neminem unquam ad nos miſiſti, ut certius de vita ſaluteque mea cognoſceres, cum tu ſis paſtor & ego ovis tua? bonus enim paſtor ſui gregis nunquam obliviſcitur: nec tibi a regionibus veſtris nimius ſemotus debeo exiſtimari, ut nuntii nequeant pervenire, cum ex remotiſſimis terrarum regnis Portugalliæ Rex Emmanuel filius tuus oratores ſuos commodiſſime ad nos miſerit, & ſi Deus eum ad ſe evocare diſtuliſſet, ea quæ tum agitabamus, proculdubio felicem exitum habuiſſent. Nunc vero maxime opto propere ſalutaria de ſanctitate veſtra per certos nuntios audire, neque enim unquam a ſanctitate veſtra verbum recepi, cum aliqua tantum a noſtris, qui ex voto peregrinantur, audierim; ſed hi cum neque nomine meo proficiſcantur, neque quidquam literarum a vobis afferant, incerta fide, nobis percontantibus, dicunt ſe ab Jeroſolyma, deinde ſolutis votis ad viſitanda Apoſtolorum limina Romam perveniſſe, cum intelligant ea loca facile peti, quod a Chriſtianis teneantur. Et certe ſummam capio ex eorum ſermonibus voluptatem, quoniam dulciſſima cogitatione ſancti vultus tui imaginem intueor, quæ mihi angeli formæ ſimillima videtur, & illam ſicuti angelicam me diligere venerarique fateor: ſed profecto mihi eſſet gratius atque jucundius verba tua, tuaſque literas devotiſſime contemplari; atque ita nunc te oro, ut nuntium tuum cum benedictione ad me mittere velis, ad exhilarandum cor meum; nam cum in religione & fide conſentiamus, id mihi ante omnia videtur expetendum, ſuppliciterque item oro, ut amicitiam meam ad inſtar annuli, quem induis in digitum, & torquis aurei, quem humeris imponis, in intimum cor reponere velis, ut mei memoria nunquam ex animo veſtro deleatur: gratis etenim verbis & literis amicitia maxime creſcit, cum eam ſancta pax complectitur, e qua omnis humana lætitia facile provenit: quemadmodum enim is, qui vehementer ſitit, frigidam maxime deſiderat, ut in ſacris ſcripturis habetur, ita animus meus ex nuntiis & literis, quæ ex remotiſſimis terris deferuntur, incredibile gaudium concipere ſolet. Neque tantummodo de ſanctitate veſtra, ſi aliqua audiero, verum ſi certa de ſingulis terræ Chriſtianæ Regibus referrentur, mirum in modum lætabor, ſicuti his accidit, qui præliando opima ſpolia reperiunt, & legunt; hoc enim facillime poteſt fieri poſtquam Rex Portugalliæ totum id iter aperuit, qui ad nos jampridem legatos ſuos miſit cum ſtrenuiſſimis equitibus. Dum autem pater meus eſſet in humanis, neque tum aut demum a quoquam alio Rege Chriſtiano, vel ipſo Pontifice aut nuntium, aut omnino literas recepimus, quamquam in archivis proavi noſtri ſeminis Jacob earum literarum memoria conſervetur, quas Papa Romanus nomine Eugenius ad has terras miſit, cum ipſe ſemen Jacob regnaret Rex Regum, in univerſa Æthiopia Rex metuendus:* præſcriptio autem literarum hæc erat.

Æthiopum Imperator defert obedientiam Pontifici.

Poſcit internuntium ad eum mitti.

Eugenius Romanus Pontifex dilecto filio XXV.

no-

Ut Æthiopes ab Eugenio IV. eccleſiæ conjuncti fuerint.

noſtro Regi ex ſemine Jacob, Regi Regum in univerſa Æthiopia maxime metuendo, &c. In ſumma autem literarum ſiguificabat filium ſuum Joannem Palæologum, Regem Romanorum ad ſacroſanctam ſynodum celebrandam evocatum fuiſſe, & cum eo Joſephum patriarcham Conſtantinopolitanum veniſſe cum magno numero archiepiſcoporum & epiſcoporum, & omnis generis prælatorum: in quibus etiam fuiſſent procuratores patriarcharum Antiocheni, Alexandrini, & Jeroſolymitani, qui omnes ſe cum ſanctæ fidei & religionis amore firmiter conjunxiſſent; conſtitutaque unitate Eccleſiæ, ſublatas fuiſſe antiqui temporis difficultates, non ſine divino auxilio quæ erroneæ & religioni contrariæ videbantur; quibus rebus rite ſancitis & conſtitutis ipſe Papa omnibus ſingularem lætitiam peperiſſes. Hunc autem librum Papæ Eugenii ad vos mittimus, quem incorruptum ſervavimus. Totum etiam pontificiæ benedictionis ordinem & poteſtatem miſiſſemus, niſi harum rerum nimis magnum volumen eſſe videretur, cum magnitudine librum Pauli ad gentes omnino ſuperet. Legati vero qui hæc a Pontifice ad nos detulerunt fuere Theodorus, Petrus, Didymus, & Georgius ſervi Jeſu Chriſti. Tu vero ſanctiſſime pater recte feceris, ſi evolvi veſtros libros juſſeris, ubi harum rerum, de quibus ſcribimus, uti facile arbitror, aliqua memoria reperiatur. Itaque, ſancte pater, ſi aliqua ad nos perſcribes, firmiter exiſtimato cuncta in noſtros libros diligentiſſime fore conſcripta, ut poſteris noſtris earum rerum ſempiterna memoria relinquatur. Et certe is mihi beatus eſſe videtur, cujus memoria cuſtodita literis in urbe ſancta Roma, & in ſede ſanctorum Petri & Pauli conſervatur: hi enim domini ſunt regni cælorum & totius mundi judices. Et quoniam ita credo, propterea has mitto literas, ut mihi gratia paretur apud ſanctitatem veſtram, & veſtrum ſanctiſſimum ſenatum, ut inde ſancta benedictio mihi proveniat & bonorum omnium incrementum. Obnixe etiam precor ſanctitatem veſtram, ut mihi mittere velis aliquas ſanctorum imagines & præcipue B. Mariæ virginis, ut ſæpiſſime ſit in ore atque memoria mea nomen veſtræ ſanctitatis, & coutinuam ex muneribus veſtris capiam voluptatem. Idcirco etiam vehementer poſtulo, ut mihi viros ſacrarum literarum doctos, atque etiam artifices mittatis, qui imagines fabricent, atque ita enſes & arma bellica omnis generis: itemque cælatores auri atque argenti, & fabros lignarios præcipue architectos, qui domos ex lapide conſtruant & tegulas ex plumbo cuprove ducere ſciant, quibus domorum tecta protegantur.

Ut in commentarios referant pontificias literas.

Sacræ imagines poſtulatæ. Poſtulati artifices.

Ad hos etiam nobis chari erunt, qui vitrum conſtare organaque muſica ſcite facere, & docte pulſare ſciant, itemque fiſtulatores & tibicines. Hos vero artifices ex domo veſtra præcipue mihi mitti vellem, vel ſi horum domi veſtræ exigua erit copia, ab aliis Regibus filiis veſtris eos ſanctitas veſtra poterit impetrare, quoniam veſtris imperiis & nutibus facile obediunt. Hi cum ad me pervenerint, pro meritis ſummo in honore habebuntur, ex liberalitate mea mercedem amplam accipient; & ſi domum aliquis redire concupiſcet, præmiis abunde ornatus abibit uti placuerit, quando nec invitum quemquam ſim retenturus, cum fructum aliquem ex ejus induſtria percepero.

XXVI.

Nunc ad alia tranſeundum eſt: & jam a te poſtulo, ſanctiſſime pater; cur non hortaris Reges Chriſtianos filios tuos, ut arma deponant, & uti fratres decet, concordes inter ſe eſſe velint, poſtquam ipſi oves tuæ ſunt, & tu ipſe paſtor earum? Optime quidem ſanctitas tua novit quid evangelium præcipiat, quod dicit: Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur; nam ſi Reges animis & fœdere certo conſentient, facillime Mahumetanos omnes delebunt, & pſeudoprophetæ ſepulchrum felici irruptione diſturbabunt, & diruent. Ob hanc rem da operam pater ſancte, ut inter eos bona pax fiat; & certum fœdus amicitiæ percutiatur, hortareque eos, ut mihi adeſſe opemque ferre velint, cum in regnorum meorum finibus a Mahumetanis Mauris peſſimis hominibus ſim ex omni latere circumdatus, ipſi autem Mauri Mahumetani inter ſe mutuis auxiliis utuntur, Regeſque cum Regibus, & reguli cum regulis adverſus nos ſincere & conſtantiſſime conveniunt. Mihi Maurus quidam admodum vicinus eſt, cui finitimi alii Mauri arma, equos, atque inſtrumenta bellica ſuppeditant. Hi ſunt Reges Indiæ, Perſidis, Arabiæ, atque Ægypti; quibus de rebus ſingularem animo in dies capio moleſtiam, cum hoſtes Chriſtianæ religionis fraterna charitate inter ſe conjunctos pace frui conſpiciam, Reges vero Chriſtianos fratres meos nihil omnino iſtis injuriis commoveri, neque ullam mihi opem afferre, uti certe deceret Chriſtianos, poſtquam fœdiſſimi filii Mahumetis inter ſe mutuis opibus adjuvantur: neque ego is ſum, qui ad id militares copias poſtulem, cum milites mihi ſuperſint: orationes & ſupplicationes tantum peto, locumque gratiæ apud ſanctitatem veſtram & Reges fratres meos expeto; quærenda enim mihi hæc eſt vobiſcum amicitia, ut copioſe his rebus, quas ſupra poſtulavi, ad terrorem Maurorum ſim inſtructus, & Chriſtiani uominis

Solicitati Europæi ad mutuam pacem.

Ut Mahometani conſentiant inter ſe cum diſſentiant Chriſtiani.

nit hoſtes vicini mei intelligant, Reges fratres meos ſingulari ſtudio mihi favere, atque opem ferre: quod certe ad commune decus pertinet, poſtquam in una religionis & fidei veritate conſentimus, & in eo conſilio ſumus permanſuri; quod firmum atque abſolutum erit cum eo, quod utilius eveniet. Deus itaque veſtra deſideria impleat ſuper laudibus Jeſu Chriſti & Dei Patris noſtri, quem omnes laudant per omnia ſæcula: & tu, domine pater ſancte complectere me cum omnibus ſanctis Jeſu Chriſti, qui ſunt Romæ; & pariter in hos amplexus recipiantur omnes incolæ regnorum meorum, & qui Æthiopiam inhabitant, & reddatur gratia domino Jeſu Chriſto cum ſpiritu veſtro. Has vero literas ſanctitas tua accipiet de manu fratris mei Joannis Regis Portugalliæ filii potentiſſimi Regis Emmanuel, per oratorem noſtrum Franciſcum Alvarez.

XXVII. (a) Ext. ibid. pag. 1300. Lectæ denique ſunt aliæ literæ (*a*) ejuſdem Imperatoris Æthiopum, quibus profeſſus eſt, Romanis Pontificibus Petri ſucceſſoribus claves datas regni cælorum: ac poſt recenſita ampliſſima ſua regna, in quibus florebat Chriſtianiſſima religio, non ſe pietate & opum armorumque potentia Europæ Regibus Chriſtianis cedere ſignificavit; addiditque ſe Franciſcum Alvarez oratorem miſiſſe ad obedientiam ſummo Pontifici ſolemni ritu deferendam, ac lubentiſſime vires opeſque conjuncturum cum cæteris Chriſtianis ad delendam ſuperſtitionem Mahumeticam, adverſus quam ſolus in Africa crucis vexillum triumphale potenter attolleret, necnon ad ſepulchrum dominicum ex impiorum tyrannide vindicandum.

Aliæ Æthiopum Imperatoris literæ.

In nomine Dei, &c. Tibi feliu ſancte pater, qui a Deo effectus es gentium conſecrator, & S. Petri ſedem obtines: tibi datæ ſunt claves regni cælorum, & quodcumque ligaveris vel ſolveris ſuper terram, erit ligatum vel ſolutum & in cælis, ſicut dixit Chriſtus, & ita in evanglio Matthæi ſcribitur (*b*). *Ego Imperator magnæ & altæ Æthiopiæ*, interjectis pluribus titulis, *mitto ad deoſculandos pedes ſanctitatis veſtræ more cæterorum Chriſtianæ fidei Regum fratrum meorum, quibus neque religione, neque potentia ſum inferior. Ego etenim in regnis meis ſum columna fidei, neque externis juvor auxiliis, cum in ſolo Deo ſpem & opem reponam, qui me ſuſtinet & gubernat ab eo tempore, quo angelus Dei alloquutus eſt Philippum, qui fidem doceret eunuchum potentis Reginæ Candacis Reginæ Æthiopiæ, qui ab Jeroſolyma Gazam pergebat. Philippus tum baptizavit eunuchum, & eunuchus deinum Reginam cum magna parte familiæ & populi ejus, qui nunquam deſierunt eſſe Chriſtiani, omnique ſequenti tempore perſtiterunt fortes in fide: prædeceſſores vero mei nulla alia ope adjuti, quam divina, fidem in latiſſimis regnis propagarunt; quod & ego quotidie efficere contendo. Maneo etenim inter maximos regnorum meorum fines, ut leo ingenti ſilva circumdatus & ſeptus adverſus Mauros obſidentes, & alias nationes fidei Chriſtianæ inimiciſſimas, quæ nolunt audire verbum Dei, neque cohortationes meas; & ego gladio accinctus eos perſequor, & paulatim extrudo, divino ſcilicet fretus auxilio, quod nunquam mihi deeſt: quod ſecus accidit Regibus Chriſtianis; nam ſi regnorum ſuorum fines extendunt, id facile poſſunt aſſequi, quoniam alter alteri opem ferre poſſet, & auxilia ſubminiſtrare, juvarique benedictione veſtræ ſanctitatis, cujus particeps ego ſum, cum in libris meis habeantur literæ, quas ſuperioribus temporibus Eugenius Papa cum benedictione miſit ad Regem ſemen Jacob, qua accepta tradita per manus benedictione ego fruor, & magnopere lætor.*

(b) Matth. 16.

Mittit oratorem ad oſculandos pedes Pontificis.

Cæterum ego in magna habeo veneratione ſanctum templum in Jeruſalem, ad quod ſæpiſſime mitto oblationes debitas per noſtros peregrinantes, & multo plures & pinguiores mitterem, niſi itinera a Mauris & infidelibus obſiderentur: nam præter illud, quod dona noſtra & theſauros nuntiis eripiunt, etiam eos libere pertranſire non ſinunt: quod ſi paterent itinera, in familiaritatem & commercium Romanæ eccleſiæ devenirem, uti fit a cæteris Chriſtianis Regibus, quibus in religione Chriſtiana non ſum inferior, & ita ut illi credunt unam fidem rectam, & unam Eccleſiam confiteor, credoque ſinceriſſime in ſanctam Trinitatem, & in unum Deum, & virginitatem dominæ noſtræ virginis Mariæ, & articulos fidei teneo, & obſervo, uti ab Apoſtolis conſcripti fuerunt. Nunc Deus optimus manu potentiſſimi & Chriſtianiſſimi Regis Emmanuelis iter patefecit, ut per legatos conveniremus, & in fide conjuncti Chriſtiani cum Chriſtianis Deo inſerviremus: ſed dum in aula mea ejus oratores eſſent, allatum eſt eum vitam cum morte commutaſſe, filiumque ejus fratrem meum Joannem paterni regni ſceptrum accepiſſe: unde ſicuti ex patris morte ſummum ſenſeram dolorem, ita ex filii felici in regnum aſſumptione mirifice ſum lætatus, adeo ut ſperem nos communibus copiis & viribus per regiones Maurorum peſſimorum terra marique iter aperturos, atque eos, magno terrore illato, ſedibus & regnis eſſe depulſuros, ut commodo pacato- XXVIII.

Profeſſio fidei.

De recuperanda Jeroſolyma.

eatoque itinere Chriſtiani Jeroſolymitanum templum petere, & libere commeare poſſint, atque ego in primis, ſicuti vehementer exopto, divini amoris particeps eſſe poſſim in templo Apoſtolorum Petri & Pauli. Cupio autem ingenti deſiderio conſequi ſacroſanctam benedictionem a vicario domini noſtri Jeſu Chriſti; nam proculdubio ſanctitas veſtra Dei eſt vicarius, & cum a peregrinis, quien regionibus noſtris ad Jeruſalem, atque inde Romam non ſine miraculo eunt & redeunt, multa de ſanctitate veſtra ab his audio, quæ mihi incredibilem afferunt voluptatem & gaudium: ſed multo majorem omnino caperem lætitiam, ſi mei oratores breviore itineris compendio uti poſſent, & nova referrent, ſicuti antequam moriar aliqnando allaturos ſpero non ſine gratia Dei omnipotentis, qui vos in ſanitate & ſanctitate conſervet. Amen. Exoſculor autem pedes ſanctos, & ſupplex oro, ut benedictionem ad me mittat. Has quoque literas ſanctitas tua accipiet de manu fratris mei Joannis Regis Portugalliæ per eundem oratorem noſtrum Franciſcum Alvarez.

XXIX. His publicis Æthiopum fidei & obſervantiæ in Romanam eccleſiam monumentis in ſacro ſenatu promulgatis, Franciſcus Alvarez Abyſſini Imperatoris orator Clementis fidei ac voluntati Æthiopias ipſorum nomine addixit, qua de re hæc in pontificiis diariis leguntur (a): *Orator cœpit ſermonem ſuum ſatis brevem cum bona ſubſtantia, præſtando obedientiam ſedi Apoſtolicæ, & recognoſcendo ſanctiſſimum dominum noſtrum Clementem in vicarium Chriſti, & ſucceſſorem Petri. Tum dominus ſecretarius reſpondit eu commiſſione Papæ & eſt finitum conſiſtorium.* At Damianus e Goez accuratius rei geſtæ ſeriem, præſtitæque ab oratore Æthiopum Imperatoris obedientiæ ac Pontificis reſponſi formulas ita deſcribit (b): *Quibus literis perlectis, cum idem Franciſcus Alvarez orator hæc ipſa, quæ ſubſequuntur, Luſitano ſermone protuliſſet, tum deinde ſecretarius ejuſdem oratoris Portugalliæ eadem verba, ut ab omnibus intelligi poſſent, latine pronuntiavit, videlicet.*

(a) MS. bibl. Card. Barb. ſign. n. 1105. p. 79.

(b) To. 2. Hiſp. illuſtr.

Sanctiſſime ac beatiſſime pater. Sereniſſimus ac potentiſſimus dominus David Rex magnæ & altæ Æthiopiæ, vulgo Pretegyan appellatus, haud minus cultu veræ religionis, quam imperio, opibus, ac regnis præcellens, hunc ſuum oratorem ad ſanctitatem veſtram cum his literis, quas ei reddidit, deſtinavit mandans, ut eidem ſanctitati veſtræ tanquam vero Chriſti vicario, Petri ſucceſſori, ac univerſæ Eccleſiæ ſummo Pontifici veram obedientiam & ſubjectionem nomine ſuæ majeſtatis, ac omnium regnorum ſuorum humiliter, ſicut fecit, præſtaret; eique munuſculum aureæ crucis non tam pretio, quod tenue eſt, quam veneratione ejuſdem crucis, quam dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis ſubire dignatus eſt, a veſtra ſanctitate æſtimandum offerret, ſupplicans eidem humiliter ejuſdem principis ſui nomine, ut hæc omnia pio parentis affectu a devotiſſimo filio ſuo ſuſcipere dignetur. Ad quæ ſecretarius ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri a ſanctitate ſua juſſus in hunc modum reſpondit.

Ut delatum ſit obſequium Pontifici ab Æthiopum oratore.

XXX. *Sanctiſſimus dominus noſter te, domine Franciſce Alvarez, ſereniſſimi David Æthiopiæ Regis oratorem, una cum obedientia, munere & literis, quas attuliſti, grato admodum animo, benigna voluntate, & paterno affectu recepit, gratias Deo agens quod ſuis temporibus literas & oratorem tanti Chriſtiani Regis ac tam remoti videre ſibi conceſſerit. Itaque literas ac tua verba diligenter ac libenter audivit, obedientiam una cum venerabilibus fratribus ſuis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus benigne acceptat, munuſque ipſum, cum ob imaginem & honorem ſanctæ crucis, tum ob mittentis affectum valde gratum habet, Tum vero ſereniſſimum Portugalliæ Regem ſumme collaudat in Deo domino, quod is præter cætera ejus, & progenitorum ſuorum ingentia erga rempublicam & fidem Chriſtianam merita, etiam de ipſo David Rege benemereatur, amicitiam, commercium cum eo conjungat, ac te cum his literis tuto ad ſanctitatem ſuam pervenire curaverit. Quod ad reliqua attinet; ſua ſanctitas omnem datura eſt operam, ut piis dicti Regis deſideriis, quantum in tanta terrarum disjunctione fieri ab ea poterit, ſatisfiat, utque is ſemper intelligat ſe apud ſanctitatem ſuam & ſanctam Apoſtolicam ſedem inter cæteros Chriſtianos principes chariſſimi in Chriſto filii loco amore, & honore eſſe ac fore: deque his rebus ſua ſanctitas & cum oratore Portugalliæ ac tecum hic aget, & per literas ac nuntios ſuos majeſtati tui Regis particulatius reſpondebit.*

Quid illi reſponſum.

XXXI. In eodem ſacro purpuratorum ſenatu ante Luſitaniæ & Æthiopiæ Regum oratores admiſſum Cardinalem Tridentinum Ferdinandi Romanorum Pannoniæ ac Bohemiæ Regis oratorem refert Damianus de Goez, quem popoſciſſe auxilia contra Turcas indicant Clementis literæ: ſiquidem una venerant ſex oratores Auſtriæ, Styriæ, Charinthiæ, Carniolæ, & provinciæ ſupra Anoſum, qui magno luctu illatas populis a Turcis calamitates expoſuere, opemque a Pontifice ad reprimen-

Ferdinandus Rex poſtulat auxilia contra Turcas.

mendos barbaricos impetus popoſcerunt: quibus reſpondit Clemens (a), ſe quamvis viribus opibuſque exhauſtum iis non defuturum, deque divina miſericordia optime ſperandum eſſe: quod reſponſum in literis ad quinque provincias Ferdinando ſubditas Hungariæ finitimas datis repetivit.

(a) *Lib. brev. ann.* 1533. *p.* 10.

Dilectis filiis communibus provinciis inferioribus domus Auſtriæ videlicet Auſtriæ, Styriæ, Charinthiæ, Carniolæ & provinciæ ſupra Anoſum.

Dilecti filii ſalutem. Seu oratores veſtros libenter quidem ſuſcepimus, ſed non ſine lacrymis & multa amaritudine cordis noſtri audire potuimus; veſtræ enim calamitates perinde ac filiorum parentes nos ad dolorem & miſericordiam commoverunt, utinamque, filii, ex nobis ſuppeterent facultates, ut parem noſtro affectui effectum repræſentare vobis poſſemus, non deeſſet veſtris neceſſitatibus plena opitulatio & ſubventio noſtra, ſicque quamquam exhauſti & attenuati viribus, quantum tamen nobis in præſentiarum licuit, non defuimus in noſtra benignitate ſereniſſimo veſtro Regi in aliqua parte ſignificanda, nec in futurum unquam ſumus defuturi, quoad noſtræ vires ſufficerent. Hortamur igitur in Domino devotiones veſtras, ut Chriſtianam tolerantiam, ad ærumnas hujus ſæculi fortiter ſufferendas, ſicut veſtra pietate & fortitudine dignum eſt, adhibeatis, firmam in Dei auxilio ſpem collocantes, qui ad poſtremum fideles nunquam deſerit. Nos autem, quantum facere poterimus, libenter ad omnem veſtram conſolationem & ſublevantiam conferre ſemper annitemur, quemadmodum hæc veſtri oratores prædicti, quibuſcum ſumus collocuti, veſtris devotionibus copioſius explicabunt. Dat. Bononiæ 1. februarii MDXXXIII. pontificatus noſtri anno X.

Quid reſponſum.

XXXII. In tantis difficultatibus Pontifex, ut nummaria ſubſidia contraheret, Luſitano clero vectigalium eccleſiaſticorum decumas imperavit (b), ac miſſis ad archiepiſcopos & epiſcopos Luſitaniæ encyclicis literis Eccleſiæ calamitates, quibus occurrendum erat, expoſuit: *Ea*, inquit, *ſævitia temporum & calamitatum jam ſeptennio nos & Apoſtolicam ſedem afflixit atque exhauſit, cum ex domeſticis noſtrorum diſſenſionibus, tum ex Turcarum geminatis in Hungariam & Auſtriam incurſionibus, ſicut fraternitatibus veſtris & omnibus notum eſt; ut ex neceſſitatibus inde contractis emergere nullatenus poſſimus, niſi earundem eccleſiaſticarum perſonarum pia contributione & charitate ſublevemur.* Subdidit ſe primum a ditionis eccleſiaſticæ, dein Italiæ, regnorumque finitimorum clero ſubſidiarias decumas exegiſſe: demum vero adactum neceſſitate eas Luſitano impoſuiſſe. *Datum Romæ* VIII. *maii MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* X. Eodem argumento ad Joannem Luſitaniæ Regem ſcriptæ ſunt a Pontifice literæ, ut clerum illum ad opitulandum laboranti Eccleſiæ perpelleret. Indictæ (c) etiam ea de cauſa tum ad inſtruendam cæſaream claſſem, quæ ad Corone urbi Peloponeſi a Turcis oppugnatæ ferendam opem mittenda erat, Caſtellæ & Aragoniæ, necnon inſularum objacentium clero decumæ, cui imperio Toletani canonici adverſati ſunt: ſed de his inferius. Nunc de reliquis Bononiæ geſtis dicendum eſt.

(b) *Ibid. p.* 272.

De mittendis in Peloponeſum auxiliis actum.

(c) *Ib. p.* 377.

Dederunt operam Pontifex & Carolus V. ut pro Italia contra Solimanni irruptiones aut Gallorum Regis molitiones tuenda, omnes Italiæ principes, ac præcipue Veneti mutuo fœdere jungerentur: verum nova inire fœdera ſubterfugiſſe Venetos refert Andreas Maurocenus his de cauſis. *Janusbeium*, inquit, *Suleimani legatum Venetiis adhuc eſſe, quæ agantur ſolerter exquirere: irarum plenum animum Byzantii in rempublicam effuſurum noſſe: e Genua præfectum & triremes exiiſſe, a quibus multa Turcis damna illata, Coronæ & Patræ captæ fuerint. His Pontificis & Cæſaris animum a novi percutiendi fœderis conſiliis avertere patres contendebant; illi vero reipublicæ excuſationes non admittere: acrius inſtare per literas atque oratores eadem poſtulare pergebant: Robertus Majus a Clemente Venetias mittitur, qui cum Roberto Nino Caroli legato, ut Venetos ad fœdus renovandum allicerent nihil omiſere, quæ ex eo emolumenta manare poſſent: expoſuere in illo incolumitatem Italiæ, ac quietem contineri; id pro muniſſimo aggere iis, qui novas res ambitione aut libidine dominandi ducti appeterent, objiciendum eſſe: haud parva inde reipublicæ commoda obventura; Suleimanumque ipſum nova inter præpotentes principes ſocietate percuſſum nihil adverſus illam auſurum.* Et infra: *Cum de ſocietate cum republica innovanda a Pontifice ac Cæſare conſilia abjecta eſſent, februario menſe exeunte*, nempe die Matthiæ Apoſtolo ſacra, *fœdus inter Clementem, Carolum, ac reliquos Italiæ principes nempe Inſubrum ducem, Genuenſem rempublicam, Ferrariæ ducem, Senenſes, & Lucenſes percuſſum ac vulgatum eſt, quo Italiam communibus viribus defenderent.* Nonnulliſque interjectis: *Summa fœderis præfectura Antonio Levæ mandata eſt, duo quæſtores delecti Franciſcus Guicciardinus a Pontifice, Ferdinandus* Gon-

XXXIII.

Veneti ad commune fœdus ſollicitati.

Novum inire detrectant. Alii principes Itali ineunt.

Digitized by Google

Gonzaga a Cæſare. Eodem fœdere Sabaudiæ dux pro iis, quæ in Italia ditionibus obtinebat, ac Mantuanorum dux continebantur, nullumque illis conferendæ pecuniæ munus injunctum eſt.

XXXIV. (a) *Guicc. l.* 20. Spondet Carolo V. Clemens judicio in Henricum acturum.

Pactum fuiſſe aliud arcanum fœdus inter Clementem & Carolum, refert Guicciardinus (*a*): Pontificem ſpopondiſſe judiciarium ordinem ſe adverſus Henricum Anglorum Regem ejuſque pellicem Annam Bolenam ſervaturum, amboſque ſe devinxiſſe, nullum novum fœdus ab altero cum ullo principe, diſſentiente & inconſulto altero ſocio ſancitum iri. Addit Guicciardinus, non propterea tamen placatum omnino Cæſarem Pontifici, quod apoſtolica authoritate concilium non indixiſſet, quod affinitatem cum Gallo contraheret, quod unum Barenſem archiepiſcopum cardinalem creaſſet, cum duobus aliis ſacram purpuram conferri Carolus poſtulaſſet: Clemens vero juſto quodam temperamento, cum in neutram partem æmulam propendere cum alterius offenſione decreviſſet, ex Gallica ſtirpe Joannem Aurelianenſem Franciſci Gallorum Regis conſanguineum, nomero Cardinalium aſcripſit: de quo extant literæ (*b*) XXI. februarii die ad eundem datæ.

Joannes Aurelianenſis creatus Cardinalis. (b) *Lib. brev. ann.* 1533. *p.* 27. *Contel. in elenc. Cardd.*

XXXV. Pacata Bononienſi fœdere Italia, Carolus V. in Hiſpanias reverſurus ad iter ſe comparabat, cum Pontifex duos Cardinales legatos creavit, ut eum comitarentur, donec Genuæ mare ingrederetur: de quo pontificii diarii ſcriptor hæc narrat (*c*). *Die veneris ultima februarii Imperator receſſit Bononia verſus Mediolanum aſſociatus a Papa uſque ad ultimum gradum ſcalarum, ubi equitavit, & per Cardinales collegialiter uſque ad portam & ultra aliquantulum, equitibus, militibus & peditibus ſuis præordinatis ante & poſt. Die ſabbati prima martii reverendiſſimus dominus ſanctorum quatuor, is erat Antonius, & Mantuanus nempe Hercules S. Mariæ novæ Cardinales legati deſtinati a Papa ad aſſociandum Imperatorem, donec in civitate Januæ navem conſcenderit, per unum diem poſt diſceſſum Imperatoris, videlicet in die cinerum. Poſt miſſam diſceſſerunt Bononia ſequentes greſſus Imperatoris.* Extant in pontificio regeſto literæ XXIV. februarii datæ, quibus juſſi ſunt Cæſarem ad quadraginta milliaria a Romana curia ſociare.

(c) *MS. Card. Barb. ſign. n.* 1105. *p.* 183. Diſceſſus Caroli V.

Decreti duo Cardinales ad eum educendum Genuam.

Neque hoc loco prætereundum videtur, Pontificem Elizabeth Imperatricis rogatu Joanni Poggio ſuo in Hiſpania quæſtori dediſſe mandata, ut ſpinam dominicæ coronæ, quam Minoritæ obſervantes Madriti religioſe aſſervabant, in regium ſacellum inferendam curaret ad ejuſdem Imperatricis alendam accendendamque pietatem.

Joanni Poggio in regnis Hiſpaniarum noſtro & Apoſtolicæ ſedis ſubcollectori generali.

Cum ſicut pro parte Eliſabeth nempe Imperatricis Caroli V. conjugis nobis expoſitum fuit, ipſa ob ſingularem quem ad hujuſmodi ſpinam, ſcilicet coronæ Domini apud Franciſcanos Madritenſes depoſitam, *gerit devotionis affectum, cupiat illam ob memoriam illius qui illam in ara crucis pro redemptione generis humani pertulit, ſi ſibi per nos ad id deſuper concedatur licentia, habere, eamque penes ſe decenter retinere; & propterea nobis humiliter ſupplicari fecerit, ut votis ejus in hac parte annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.* Nos (& infra) *mandamus, quatenus ſi ita eſt, dictam ſpinam cum illius cuſtodia & rebus aliis, ut dictis fratribus conſignata fuit, ab eiſdem fratribus ad te recipias & ſic receptam præfatæ Eliſabeth, per eam in ejus capella deponendam & ad beneplacitum noſtrum per clericos qui dictæ capellæ curam habent, decenter cum eis, quibus tantæ reliquiæ convenit, reverentia & honore tenendam realiter & cum effectu tradere & conſignare cures, &c. Dat. Bononiæ* 11. *januarii MDXXXIII. anno* X. Eadem die decima martii Clemens Catharinæ Luſitaniæ & Algarbiorum Reginæ conceſſit (*d*) ut una cum familia in ſacello regio ſacramenta eccleſiaſtica reciperet; Henricum vero Regem Navarræ, ac Reginam Margaretam, eorumque filiam quadrageſimalis jejunii lege, ut carnes ederent, exſolvit (*e*). Porro Margareta hæreticos in Gallia patrocinio ſuo fovit: filia autem Joanna, poſtea Jezabel impia evaſit (*f*), quæ tot ſanctorum ſanguinem fudit, evertit Chriſti altaria, & Calviniſticam impietatem in Benearnia, Vaſconia, & Gallia propagavit divinæ tamen providentiæ in gignendo Henrico IV. Rege ſervivit.

Spina coronæ dominicæ conceſſa Imperatrici.

(d) *Ib. p.* 486. Carnium eſus conceſſus Regi Navarræ. (e) *Ibid. p.* 1430. (f) *Florim. Raymund. de origin. hæreſeon.*

Dum Bononiæ agebat Clemens, religioſum Barnabitarum ordinem novum, XXXVI.

(a) *Bull. in Clem. VII. conſt. 37.*

Eccleſiæ ornamentum condidit (*a*), [1] cujus authores Bartholomæus Ferrarius & Antonius Maria Zacharia ſacerdotes probitate conſpicui extiterunt, quibus hæc mandata data : *Vobis & veſtrum ſingulis, ut profeſſionem ipſam in eiuſmodi archiepiſcopi ſeu vicarii ; qui vero de cætero ad vos converti voluerint, in alterius veſtrum ſeu præpoſiti veſtræ congregationis pro tempore exiſtentis manibus profeſſionem trium votorum eorundem emittere, & inſimul, ſub obedientia tamen ordinarii loci, in ipſo loco per vos eligendo cohabitare, ac in communi vivere ; necnon pro veſtro & rerum veſtrarum ſalubri ſtatu & directione, quæcumque ſtatuta & ordinationes rationabilia & honeſta ac ſacris canonibus non contraria condere & facere, illaque ut vobis pro temporum qualitate expedire videbitur, mutare & in totum tollere, aliaque illorum loco de novo facere libere & licite valeatis, &c. Datum Bononiæ ſub annulo piſcatoris die* XVIII. *februarii MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* x. Proximo menſe Bononia diſceſſit Clemens : cujus itinera recenſet accurate diariorum pontificiorum ſcriptor (*b*), ex quo hæc contractiori ſtilo decerpſimus : *Die lunæ* x. *martii Papa diſceſſit Bononia, venit hoſpitatum in caſtro S. Petri : die martis* XI. *venit Faventiam : die mercurii venit Cæſenam: die jovis Ariminum : die veneris Piſaurum : die ſabbati* XV. *martii Fanum, ubi pranſus eſt, & in ſero verſus Smigalliam cum curia ſua ; inde iter verſus Romam. Papa ut audivi Anconam appulit, ubi per plures dies manſit & ante vigiliam annunciationis B. Mariæ venit Lauretum cauſa devotionis, ubi ipſe celebravit miſſam planam in die feſti illius.* Ornaſſe Clementem pluribus egregiis opibus ædem Lauretanam Leonis X. patruelis ſui exemplo, refert Lauretanæ hiſtoriæ ſcriptor Horatius Turſellinus ex Hieronymo Angelita & traditionibus Lauretanis, quæ hoc loco commemoraſſe non piget, cum plurimarum admirabilium rerum cœleſtium monumenta contineant : *Hieronymus*, inqnit, *civis Recinetenſis domi ſuæ vel generis nobilitate, vel integritate vitæ clarus in paucis fuit. Is Virginis Lauræ, ut ante dictum eſt, ſacroſanctæ domus e Galilæa in Dalmatiam, inde in Picænum aſportatæ narrationem ex Flumenſibus annalibus Dalmatæ quidam ad Recinetenſem pertulerant civitatem. Itaque ſive Angelitanæ hiſtoriæ admonitu, ſeu familiarium rogatu, ſeu potius cœleſtis Numinis inſtinctu Clementem cupido cepit migrationem ſanctæ domus e Galilæa intentius explorandi.*

(b) *MS. Card. Barb. ſign. n. 1105. p. 184.*

Varia Clementis itinera.

Haud erat ignarus id ipſum olim & a Dalmatis authore Frangipanio, & a communi Picentium civitatis Recinetenſis hortatu ſatis eſſe perſpectum. Cæterum præcipuas Pontificis partes eſſe ducebat, rem tam inuſitatam, ac pene incredibilem denuo per certos homines explorare, ut aliorum judiciis accederet pontificalis authoritas, quæ ex mortalium pectoribus dubitationem omnem, ſi qua forte reſideret, funditus tolleret. Proinde eu omnium familiarium numero tres cubicularios ſuos delegit expertæ in primis religionis ac fidei : hos quid facto opus eſſet monitos rebuſque neceſſariis abunde inſtructos dimittit, fauſtum eis iter precatus. Ergo illi Lauretum profecti, ſacramque domum intentiori cura contemplati dimenſique conſcendunt navim Illyricum petituri : quo ut ventum eſt, ædiculam Lauretanæ inſtar ſatis vetuſtam, & miraculorum monumentis inſignem inveniunt. Porro parieti eius ædiculæ inſcriptum, Lauretanam ibi domum olim fuiſſe. Hæc accolæ ipſi monſtrabant : haud vana ab illis afferri veræ lachrymæ ubertim manantes eu deſiderio teſtabantur. XXXVII.

Miſſi in Dalmatiam Nazaretum cubicularii tres.

Dalmatarum teſtimonium.

Confeſtim igitur legati menſuris ædmotis XXXVIII.

NOTÆ [1] Anno iſto ordo ſacer Barnabitarum apoſtolicam confirmationem, ut adnotant Annales, obtinuit. Ante biennium anno ſcilicet 1530. viri tres Bartholomæus Ferrarius, Antonius Maria Zacharia, ac Paulus Antonius Morigia Mediolanenſis in unum cœtum coiverant, quos hoc anno aliis duobus ſociis adjunctis ad religioſam profeſſionem Clemens admiſit. Eam tamen profeſſionem primo quidem in manu archiepiſcopi Mediolanenſis, dein vero præpoſiti congregationis emittendam ſtatuit. Pontificis facultate (qua de cauſa incertum) viri illi religioſi minime uſi, poſt biennium, anno ſcilicet 1535. novam a Paulo III. conſtitutionem impetrarunt, qua & Clementis VII. literæ confirmatæ ſunt ; & vota religionis coram quocumque ſacerdote nuncupare permittebantur ; denique ab alia quacumque eccleſiaſtica poteſtate exempti, uni Romano pontifici per quinquennium ſubdebantur. Tunc demum religioſa profeſſio emiſſa ; atque hæc cœpti novi ordinis epocha habenda, quam male Annaliſta aliique ex anno 1533. ducunt. Denique idem Pontifex Paulus III. literis datis anno 1542. III. decembris uni Romano pontifici perpetuo ſubjectos voluit & ſancivit. Barelli Memor. de PP. Barnabitis tom. I. lib. III. cap. IV. Ita demum novum decus, Religioſi hujus ordinis, eccleſiæ, atque orbi univerſo acceſſit, in commodum & profectum Catholicæ religionis, cui ex eo cœtu viri plures inſignes allaborarunt, & in augumentum ſcientiarum quas egregie ex Barnabitis doctiſſimi provexerunt, inter quos locum non infimum P. Niceronius de re literaria nuper meritus egregie, obtinet. Mansi

Fundamenta domus ſanctæ dimenſa.

tis deprehendunt prorſus omnia convenire. Protinus repetito curſu pergunt in Galilæam Nazarethum veniunt, ſacræ domus fundamenta monſtrata ab incolis cernunt: quoquo verſus metiuntur: congruere cuncta comperiunt: en legatorum numero Joannes N. erat Senenſis, qui novo aliquo judicio veteris miraculi fidem adfirmandam ratus, duos inde attulit lapides ex iis, quibus vulgo ædes ſtrui Nazareti ſolent. Lapis quidem laterem naturali forma imitatur, cujuſmodi en ſectilibus lapidicinis erui alicubi ſolet: cæterum flaventibus intermicat venis. Reverſus igitur Joannes cum collegis ad ædem Lauretanam, cum ejus lapidibus Nazarenos illos lapides confert; reperit geminos eorum ac ſimillimos eſſe. Ea quoque res auxit miraculi fidem, cum talem, lapidicinam in Piceno nullam eſſe conſtaret, & omnia, quamvis vetuſta, ædificia ob cæmentorum aliumque lapidum inopiam laterculo ſtructa cernerentur. Illi igitur ſucceſſu admodum læti pervolant Romam, Pontificem expectati adeunt, comperta renunciant: Joannes inſuper Nazarenos lapides Lauretanis ſimillimos profert tanti miraculi teſtes. Res ſumma & Pontificis lætitia, & aſſeclarum præcipue ſermone celebratur.

Collati lapides cum lapidibus.

XXXIX. Quod ad ornamenta, quibus eam ædiculam decoravit Clemens, attinet; de iis hæc Turſellinus memorat (a): *Illa maxime*, inquit, *cura intentum Clementis habebat animum, ut nobile illud a Leone inchoatum auguſtiſſimi ſacelli ornamentum pari magnificentia abſolveret. Accendebatur domeſtica vel pietate vel gloria, ut cujus familiæ decus inchoata ædis Lauretanæ cælatura eſſet, ejuſdem abſoluta foret. Itaque Antonium Sangallum, Raphaelem Baccium, Nicolaum Tribulum, alioſque ſtatuarios illa tempeſtate celeberrimos ingenti pretio conducit: Raynerium Nerucium Piſanum Lauretanæ ædificationi, præcipue vero egregio illi operi pro dignitate perficiundo præeſſe jubet: jam pretioſa marmora erant maxima ex parte elaborata ac perpolita.*

(a) Turſell. hiſt. Lauret. l. 2. c. 22.

Mori adſtructi ſacræ cellæ divinitus repulſi.

Nerucius ergo dum cætera elaborantur, diſturbat lateritios muros, qui ſacræ cellæ pro fulcimento adſtructi ab eademque divinitus repulſi ſubmotique (ut antea diximus (b) ſpectaculo erant. Inde pari interjecto ſpatio, quod veteris miraculi monumentum foret, novos circumdari parietes placuit, qui cælato marmore convestiti extrinſecus adornarent ſacellum, ſuperſtruendumque fornicem novum, dejecto lacunari tectoque veteri ſuſtinerent: ædem quippe lapide concamerari Pontifici placuerat, verito ne pervetuſtum tectum laqueatum tot luminibus perpetuo ardentibus obnoxium igne concepto exitium ſanctiſſimæ cellæ pareret: proinde ars poſtulabat, ut altiora fundamenta jacerentur, quæ ſatis firmis ſubſtructionibus tam inſigne pretioſumque opus a terræ motibus tutum uſquequaque præſtarent. Igitur aperiendis novorum parietum fundamentis ſacra domus [ne ſubducto ſolo, quid detrimenti caperet] ſtragulis [ut fit] funibuſque conſtricta, ac validis ſuſpenſa rudentibus tandiu ſublimis pependit e machinis, quoad expletis foſſis nova fundamenta extare cœperunt. Quo tempore ſatis conſtat [plurimorum enim oculis res comperta eſt] ſub imis parietibus, dum circa eos ad fundamenta humus effoderetur, pulverulentum tritumque ſolum & proximi muris ſæpem oppreſſam aliaque militaris viæ, quam ſacra ædes occuparat indicia inventa eſſe nova veteris miraculi monumenta. Hæc autem a plurimis tum notata atque animadverſa ipſemet Hieronymus Angelita ſub idem tempus memoriæ prodidit in hiſtoria Virginis Lauretanæ.

(b) Lib. 1. c. 16.

Inventa monumenta veteris miraculi.

XL. Addit alias res miras idem author (c), ut cum ſacram ædem ob populorum ingentem concurſum perviam fieri placuiſſet, ac Nerucius, de quo paulo ante memoratum eſt, temeraria quadam confidentia ſacrum parietem fodere cœpiſſet, repente abalienato ab ſenſibus animo corruerit, nec poſthac auſus ſit etiam hortante Pontifice, rem tentare; juvenis autem pius minime pavidus ejuſdem Pontificis imperio & benignitati Deiparæ fidens rem perfecerit: *Aucta per idem tempus loci celebritate ſanctiſſimam ædem januis augeri oportuit. Una tum erat janua [ut ſupra demonſtravimus] in medio fere pariete, qui vergit ad ſeptentriones: hac ingredientibus omnibus & egredientibus aditus erat pariter exituſque. Itaque in tanta advenarum multitudine concurſuque aliis ut fit alios prementibus, nonnulli [quia receſſum primis ultimi non dabant] coarctati oppreſſique exanimabantur: proinde [quod jam pridem & a multis optatum, & a Leone X. in forma exterioris ornamenti deſtinatum fuerat] perviam fieri cellam placuit, binis ad angulos duorum parietum januis patefactis. Ut primum architecti conſilium diſtulit rumor [enim vero nefas videri non magis accolis quam peregrinis eos parietes ferro temerari, quos per tot ætates divina providentia ſalvos intactoſque ſervaſſet] multi palam fremere, quiſquis id auderet haud impune ſcilicet auſurum. Igitur cæleſtis iræ metus fabros a conando abſterruit.*

(c) Id. l. 2. c. 25.

Cur initum conſilium de aperienda porta ſacræ ædiculæ.

Haud vanum fuiſſe metum docuit eventus; quippe Nerucio ipſi architecto rem ag-

gredienti quiddam accidit viſu dictuque mirabile. Fabris tale miniſterium detrectantibus, ipſemet ſacrum parietem perfodere aggreſſus eſt, majore artis fiducia, quam reverentia loci. Ergo ut malleum in ſacrum parietem adegit, repente manu obtorpeſcente, inſolitus horror reliquum corpus invaſit, pallor dein ſuffuſus ori ingentis mali nuntius mox linquente animo, qui circa erant collabentem excipiunt domumque inter manus deferunt expiranti ſimilem, & ſenſus omnis expertem: exanimatus jacuit horas ferme octo, quoad ſcilicet ejus conjux mulier pia, & B. Mariæ Lauretanæ dedita, in paucis Deum Deiparamque precibus votiſque placavit viro. Tandem igitur vitalis calor, qui totum propemodum corpus reliquerat, artubus reddi, & ſpiritus liberius meare cœpit; jamque allevans Nerucius oculos, redeunte, ſenſim animo circumſtantes noſcitare: demum jam compos mentis audaciam incuſare ſuam, veniam opemque a B. Maria expoſcere. Nec fruſtra; animus religione ſolutus pariter corpus ægritudine levavit, ut morbi cauſam ipſamet curatio aperiret.

Nerucii architecti plexa temeritas.

XLI. Monitus Pontifex jubet rem perfici religioſe.

XLI. *Poſtquam convaluit Pontificem tota de re admonitum quid facto opus ſit conſuluit. Ille haud ignarus id nimia architecti confidentia magis, quam indignatione B. Virginis evenisse, miſcens monitis imperia urget Nerucium, ut Dei vicario authore non dubitanter exſequatur inceptum, & ſimul impenſe monet, ut ſacros parietes perfodiat non tam malleo & audacia quam jejunio & veneratione Virginis armatus. Sic demum rem ea ſententia ſucceſſuram; neque enim timendam eſſe, ne Deipara virgo ſuam domum perviam fieri nollet, quæ eam peregrinis vellet cum ſalute non modo ſine pernicie patere. At Nerucium recenti malo ea audacia timidiorem jam factum, ne Pontificis quidem authoritas perpellere potuit, ut iterum ipſemet experiretur, quod tanto ſuo periculo paulo ante tentarat. Ad ultimum, quia Pontificis imperium urgebat, & mora patefaciendi januas ædificationem morabatur operis, inventus eſt adoleſcens minime timidus, qui authoritate Pontificis fretus, & plenus amicorum vocibus rem auderet: clericus is erat baſilicæ Lauretanæ: Venturam Perinum vocabant. Hic triduano munitus jejunio ad ſacrum parietem cum malleo venerabundus accedit. Circa Perinum erat & advenarum turba & clericorum, hæc ſolicita ex adoleſcentis fiducia, illa rei expectatione ſuſpenſa. At Perinus ſupplex ita præfatus dicitur:* Sacra Virginis domus ignoſce innocentiæ, non ego te hoc malleo, ſed Clemens Dei vicarius ornamenti tui avidus fodit, ille te ornatam, ille te perviam cupit. Placeat Dei parenti quod Dei vicario placet. *Talia precatus deſignatum parietis locum percuſſit impune. Eum deinde ictus tuto iterantem, fabri pari jejunio ac reverentia ſecuti januas aperiunt tres; quarum duæ liberum populo ingreſſum egreſſumque præberent, tertia ſacerdotibus aditum daret ad ſanctiorem ſacelli partem ubi eſt Virginis ſimulachrum: eodem tempore parva feneſtra, quæ una in anteriore pariete erat ferme e regione ſimulachri amplior ad accipiendum lumen facta & clathris æreis inauratis pulcherrime communita: cœmentis inde rutis vetus janua, quæ ſatis ampla in medio pariete patebat, obſtructa.*

Parietem perfoſſuri juvenis oratio.

XLII. Hoc circiter tempore apud Batavos cum hæreſis latius ſerperet, atque Chriſti, & B. Virginis, ſanctorumque imagines ab impiis hominibus abolerentur, divinum Numen eas honore afficiendas inſigni miraculo demonſtravit; Delphenſi enim oppido flammis deleto tres Deiparæ imagines flammæ non læſere, ut narrat Tilmannus Bredenbachius (a): *Circa annum Domini MDXXXIII. oppidum Delphenſe in comitatu Hollandiæ incendio conflagravit: erant autem id temporis in eodem oppido tres imagines Deiparæ virginis præ cæteris omnibus præcipuæ artis venuſtatis & venerationis, prima in antiquo templo, altera apud domum ſenatoriam, tertia juxta ædes prætoris: graſſante incendio omnia circumquaque flammis vaſtata, atque in cineres redacta fuerunt; tres vero iſtæ Deiparæ virginis imagines, quæ multis inde ab annis pietatis & religionis ergo iſtis in locis erectæ erant, inviolatæ & illæſæ penitus permanſerunt. Sic placuit Altiſſimo ſacratiſſimæ atque integerrimæ matris ſuæ iconas honorare.*

(a) Tilman. Bredenbach. collat. l.3. c. 24.

Imagines Deiparæ in mediis flammis illæſæ.

XLIII. Exoſa ſunt hæc & alia miracula Lutheranis; ſed qualia ſint eorum prodigia, & a quo ſpiritu, an cœleſti, an infernali tradita ſit novatorum religio, ab Ulembergio ex Lutheri ſcriptis a Lutheranis ipſis excuſis enarrante audiamus: *Sub finem*, inquit, (b), *hujus anni prodiit tandem in lucem hiſtoria nocturnæ diſputationis, quam Lutherum de ſacrificio externo & ſacerdotio novæ legis cum diabolo habuiſſe ſupra diximus; eam vero deſcripſit Lutherus ipſe (c), qui ſolus cum dæmone congreſſus eſt: quanquam id non hoc anno, ſed MDXXI. & quidem in caſtro Wartbergenſi factum ſupra demonſtravimus.* Et infra: *Horrenda nimirum res, & omnibus retro ſæculis inaudita, ſathanam audire ac de magnis fidei myſteriis diſſerentem, & quod ille prodit ſæculis omnibus incognitum dogma, ceu traditam*

(b) Ulemberg. in vita Luth. c.25.

Lutherus promulgat ſuam cum dæmone diſputationem.

(c) Luth. to.6. Jen. p.81. & ſeq.

di-

divinitus veritatem amplecti tuerique: quod in hac cauſa Lutherum feciſſe liquidum ſatis eſt, & manifeſtum ex hoc libello, in quo præfationis loco de ſublatis indulgentiis quædam præmittit, deque juriſdictione epiſcoporum in Eccleſiæ miniſtros, quam inſinuat deinceps conſervari poſſe ſi papiſtæ velint. Poſt ex abrupta dilapſus ad hoc colloquium: Ego inquit (a), *exordiar a meipſo, & confeſſionem edam coram vobis ſanctis patribus (ſic epiſcopos compellat) Date mihi bonam abſolutionem, quæ vobis ipſis non adferat detrimentum. Cum tempore quodam evigilarem circa medium noctis hujuſmodi diſputationem mecum exorſus eſt ſathan: Heus, inquit, eximie doctor, an ignoras quod annis quindecim miſſam celebraſti pene quotidie? quid? ſi hujuſmodi cultu nihil aliud quam idololatriam exercueris, nec in miſſa verum Chriſti corpus & ſanguinem adoraveris, ſed nudum panem merumque vinum, atque eadem aliis adoranda propoſueris?* Ad hæc Lutherus: *Ego vero ſacerdos ſum, inquit, unctus Chriſmate per epiſcopum, & rite conſecratus, fecique omnia ex mandato ſuperiorum & obedientia: quid ni igitur Euchariſtiam vere confecerim & conſecrarim? quandoquidem ſerio prolocutus ſum verba conſecrationis, & quanta potui devotione miſſam peregi. Verum hoc a me dici nec tu viciſſim ignoras.* Excipit diabolus: *verum eſt fateor; At Turcæ etiam & gentiles in templis ſuis omnia faciunt mandato ſuperiorum, & obedientia, & ſerio peragunt cultus ſuos: ſacerdotes Jeroboam omnia faciebant attentius forte, nec minus devote quam qui erant Jeroſolymæ ſacerdotes: quid autem ſi & ordinatio tua, vel unctio & conſecratio nec Chriſtiana ſit, nec vera? quemadmodum Turcarum & Samaritanorum falſi ſunt ſacerdotes, falſus eſt & impius cultus.*

Mira Lutheri confeſſio.

(a) Id. ib. p. 82. & 83.

Dæmon movet litem, Chriſtum non eſſe in Euchariſtia.

Alia dæmonis objectio conferentis ſacerdotes Chriſti cum Mahometis ſacerdotibus.

XLIV. Horrida Lutheri veſania.

Hoc loco, inquit Lutherus, *erupit mihi profecto ſudor & cor tremere cœptabat, atque palpitare, Diabolus inſigniter argumenta ſua dirigere novit in adverſarium, & vehementer urgere: vocem habet gravem atque robuſtam, nec in hujuſmodi diſputationibus multum temporis intercedit ad deliberandum, ſed reſponſiones alternantur, velut in momento. Atque ego quidem in hoc congreſſu ſatis expertus ſum, qui fiat, quod mane nonnunquam homines inveniuntur in lectis mortui. Poteſt corpus occidere diabolus, hoc unum eſt; quin & animam diſputando poteſt in eas anguſtias redigere, ut illi migrandum ſit in momento quo me frequenter ab eo pene redactum memini. Sane quidem in hac diſputatione tenebat me veluti comprehenſum. Ego perquam invitus coram Deo ſuſtinuerim grandem illam innumerabilium abominationum congeriem, quam objecerat, ſed lubens admodum innocentiam meam defenderim. Attendebam igitur dum ſermonem proſequeretur, quas rationes contra ſacerdotium meum, & conſecrationem in medium afferret.* Hactenus *Lutherus.*

Diſputantem contra ſacerdotium dæmonem audire non abnuit.

XLV. Objectio dæmonis, quod fides Chriſtiana non ſit melior Mahumetica.

Diabolus autem attentum nactus auditorem, ex intimo mendaciorum penu rationes protulit, ad evertendum ſacerdotium & juge ſacrificium omnino quinque de quibus curſu non interrupto, diſſeruit oratione ſatis prolixa, quam hoc loco totam intexere nihil attinet. Ea tantum breviter inſeremus, in quibus vim argumentorum & nervum poſuit ſathan. Principio Lutherum ait, cum ordinaretur in Chriſtum, vere non crediſſe; ſed quod ad fidem attinet, nihilo meliorem fuiſſe Turcis, paganis, infidelibus adeoque dæmonibus ipſis: itaque nullam habuiſſe conſecrandi poteſtatem: quod non de Luthero tantum aſſerit, ſed de univerſo catholicorum ſacerdotum ordine, ad quem abolendum, evertendumque juge ſacrificium hæc inſtituta fuit diſputatio. Secundo, ordinari ſacerdotes & deinde ſacerdotium exequi, dum ſacrum peragunt contra mentem & inſtitutionem Chriſti, ex cujus ſententia diſtribuendam eſſe fidelibus Euchariſtiam dicit, nec ſolis ſacerdotibus ſumendam: unde communionis nomen apud veteres originem habeat: Chriſtum ignorare ſacerdotum iſtorum unctionem, qui Euchariſtiam participent ſoli. Tertio, Chriſti mentem eſſe, ut qui celebrant hoc myſterium, publice mortem ipſius annuntient, donec veniat, quemadmodum ipſe teſtetur & D. Paulus; ac ſacerdotes ne verbo quidem id exequi, nec prædicare Chriſtum, dum miſſam peragunt, ſed Euchariſtiam participare ſolos, & ſecreto quædam ſecum muſſitare. Quarto, velle Chriſtum, ut Euchariſtia ſit communis, & aliis quoque porrigatur; at ſacerdotes in eum finem conſecrari, ut ſacramentum in ſacrificium vertant, atque id offerant Deo contra mentem & inſtitutionem Chriſti, quæ ſit abominatio omnium maxime deteſtanda. Quinto, Chriſti mentem & inſtitutum eſſe, quemadmodum jam ante dictum ſit, ut Euchariſtia fidelibus Eccleſiæ membris diſtribuatur ad roborandam ipſorum fidem, & Chriſtum publice prædicandum: ipſum vero Lutherum alioſque ſacerdotes proprium ex ea quoddam opus facere, quod ſeorſim exequantur ſemoti ab aliis, ac deinde quibus velint communicent, & pretio vendant. Hæc ſunt argumenta quibus conſecrationem, ſacrificium euchariſticum, & ſacerdotium novæ le-

Figmenta dæmonis, quæ ſit mens Chriſti.

legis oppugnavit ſathan, quæ ſane vehementer urſit, atque identidem repetiit inculcavitque ad nauſeam uſque, & quibuſdam amarulentiæ, blaſphemiarum, ſcurriliumque dicteriorum emblematis exornavit, quibus etiamnum Lutherani, ſacramentarii, Anabaptiſtæ, cæterique Eccleſiæ perduelles, cum hoc argumentum tractant, uti conſueverunt, ut ſathanæ diſcipulos agnoſcas.

Novatores argutiis dæmonis utuntur.

XLVI. Redactus ad anguſtias Lutherus.

Interim Lutherus, his argumentis ad anguſtias ſe redactum aſſerit, utque diabolum abigeret, veterem illi ſe clypeum objeciſſe memorat, quo uti conſueverit in papatu, intentionem ſcilicet & fidem Eccleſiæ : *Ille facto rurſus impetu : Cedo*, inquit, *ubi ſcriptum eſt, quod homini impio fide prorſus deſtituto ſuper eccleſiæ fide atque intentione Euchariſtiam conſecrare liceat ? Ubi docuit hoc Deus? ubi mandavit ? quomodo probas quod eccleſia tibi fidem ſuam & intentionem impertiatur ad perficiendum angulare hoc & privatum opus ? quod ſi homines id aſſerunt ſine Dei verbo falſum eſt, & plane commentitium. Sic nimirum in tenebris agitis rem veſtram ſub Eccleſiæ nomine, eique poſtmodum omnes abominationes veſtras tribuitis. Neque vero eſt, quod tu me doceas, quæ ſit eccleſiæ fides, & intentio : nihil illa credit aut ſentit extra mentem, atque ordinationem Chriſti, multo minus amplectitur quidquam contra mentem illius, de quo ſupra dixi ; Paulus enim inquit* 1. *Chorint.* 11. Nos autem ſenſum Chriſti habemus. *Concludit tandem in hunc modum : Quoniam igitur ab epiſcopo non alium in finem unctus es & conſecratus, niſi ut privatam miſſam peragas, idque contra Chriſti verbum atque ordinationem ; contra mentem, fidem, atque intentionem Eccleſiæ certe prophanatus fuiſti potius, vel execrationi ſubjectus, quam conſecratus ; eſtque unctio tua magis nihili multoque pejor quam baptizatio campanarum, vel lapidum unctio. Itaque cum prolocutus es verba conſecrationis, non eſt facta tranſmutatio, ſed nudum panem obtuliſti, merumque vinum ethnicorum more : & hoc ipſum tanquam bonum opus piis fidelibus accepto pretio vendidiſti & communicaſti, ut ventrem tuum paſceres ; unde merito non Dei, ſed ventris tui ſacerdotem te nomino : quis unquam majorem abominationem, quis fraudem, & damna majora fidelium audivit in cœlo, & in terra? Hæc fere ſumma eſt [ſubdit Ulembergius] fatalis illius diſputationis, in qua Lutherus argumentorum vi ſuperatus, ſubmiſit faſces, & in partes ſathanæ conceſſit : cui deinceps velut electum organum ad conculcandum juge ſacrificium, quod in ultima cœna Chriſtus inſtituit, & abolendum novæ legis ſacerdotium, fidelem operam navavit : atque eam rem tanto quidem affectu executus eſt, ut in hoc eodem opuſculo, dum in altera parte rationes a diabolo propoſitas paulo uberius tractat & explicat, malevolentia, verborum acerbitate, & convitiandi, mentiendique audacia ſathanam ipſum præceptorem ſuperare videatur.* Et infra.

Sacramenta eccleſiæ a dæmone abominationes vocantur.

Dæmonis calumnia in ſacerdotes.

Lutherus ſuperatus a dœmone.

XLVII. Catholici ex Lutheri confeſſione in fide confirmati.

Cum in publicum prodiiſſet tractatus hic, varia de eo fuerunt hominum judicia: catholicos quidem in fide majorum de ſacrificio atque ſacerdotio novæ legis non parum confirmavit, cum in eo præceptorem aperte prodi cernerent, cujus magiſterio ductuque Lutherus ad hoc impietatis faſtigium conſcenderat, ut quod Daniel extremis mundi temporibus ſub antichriſti tyrannide de jugi ſacrificio futurum prædixit, id ipſe per diabolum inſtinctus, & ſubornatus inequi cœptaret : Qua in re ſummam agnoſcebant Dei bonitatem catholicos Eccleſiæ filios admonentis, ut ſibi caverent ab illo doctore, qui non ex ore Dei, ſed e ſathanæ faucibus, hauſtum fateretur, quod ſub divini verbi larva mundo venditabat. Itaque profuit multum, atque etiamnum prodeſt catholicis hic tractatus, in quo magni momenti ſecretum quoddam aperit Lutherus, quod præter ipſum nemo mortalium noverat, & velut intento digito demonſtrat fontem, ex quo miſſæ contemptus, & in eam abominandæ blaſphemiæ, maledicta, ſannæ, ronchi, dicteriaque fœdiſſima promanarunt. Offendit autem & Lutheranos quoſdam illa diſputandi ratio : nec deerant, qui Lutherum ad ſacramentarios propendere ſuſpicarentur, quod in miſſa poſt conſecrationem nudum panem & vinum remanere diceret ; atque id quidem per diabolum edoctus, quem ſacramentarii dogmatis authorem libere non minus, quam conſtanter hactenus appellare conſueverat : qua de re per nobilem quemdam admonitus, epiſtolam edidit apologeticam ſub initium anni ſequentis MDXXXIV.

Fluxit ex doctrina dæmonis contemptus miſſæ.

Lutherani inde confuſi.

XLVIII. Doctores catholici confutant dæmonis argutias.

Catholici itaque gratias egere præpotenti Deo, qui Lutherum adegiſſet, ut cacodæmonem hæreſum ſuarum contra miſſæ ſacroſancta myſteria magiſtrum & authorem publice profiteretur : ac mox præcipui orthodoxæ fidei athletæ Joannes Faber paucis poſt diebus latine, & Joannes Coclæus proximo anno Germanice pro Chriſto, inſtitutoque ab eo ſacerdotio contra dæmonis & Lutheri argutias pios & doctos commentarios ediderunt. Enarrat etiam eandem apocalypſis diabolicæ & Lutheranæ hiſtoriam accu-

Digitized by Google

(a) Cocl. ann. 1534. (b) Jo. Fabr. lib. de ſacroſ. Miſſa ſacrif.

curatiſſime idem Coclæus (a) in actis & ſcriptis Lutheri, quem lector conſulat. Hic nos Joannem Fabrum (b) egregie ex ipſius Lutheri verbis confirmantem Lutherum atheum fuiſſe, & dæmonis cultorem ac diſcipulum, levique ingenio & imbecilla fide, qui ſe a dæmone vaniſſimis ſtultiſſimiſque argutiis vinci ſiverit, producemus: *Nobile*, inquit, *illud vas electionis (c) ſæpius nobis inculcat, videlicet quod in cordibus noſtris Spiritus Sanctus verſetur ac habitet, propterea & templum Dei ſimus. Solus tamen Lutherus alium adducit ſpiritum, qui, ut ipſe fatetur, in corde ſuo domicilium conſtruxit: is autem eſt ſathanas, cacodæmon ille apoſtata calumniator, ac adverſarius noſter: ſed quam deteſtabilis ſit illa noſtra ignavia, quod non ſolum audire ſed etiam ferre ac tolerare cogimur Germaniæ noſtræ novum apoſtolum, non Deo, ſed cacodæmone plenum; non Chriſti evangelium, ſed ſathanæ commenta paſſim ſpargentem; ita enim ipſe de ſe ſcribit: Poſteritas noſtra proculdubio, ſedatis olim temporum noſtrorum tumultibus, probe judicabit. Ad hæc quando Jeſus ſalutis noſtræ auctor aperte ſathanam mendacem, immo mendacii parentem appellat, ſolus ille Lutherus noſter ſuum cacodæmonem veracem vocat.* Et infra: *Certe jamdudum animus mihi præſagiebat, fore aliquando, quod nunc luce clarius patet, cum ea legerem, quæ ad Eraſmum Roterodamum ſcribit, quod nulla ſcilicet re magis moveatur ac vexetur, quam nullum eſſe Deum: ibi certe doloſus ille cacodæmon homini impuro perſuaſit idem, quod impio Nabali illi, qui in corde ſuo dixit, non eſſe Deum; Ibi, inquam, tuo officio ac legatione perfunctus es, ſathana, bellaciſſime cum ſcriberet fidelis ille tuus miniſter Lutherus, ſi Carolſtadius ille non ſtatim ac aperte pœna afficeretur, ſeſe nullo pacto crediturum Deum eſſe aliquem; quamvis idem ipſe ſuis pernicioſiſſimis opinionibus glorioſum illum Nemroth imbuerit*. & infra.

(c) 1. Corint. 3.

Quam male toleratus Lutherus.

Lutherus ſe atheum profeſſus.

XLIX. *Porro, ut omnes Chriſti fideles ſciant quomodo, & quid diabolus cum Luthero diſſertaverit, poterunt hoc ex ejus cognoſcere ſcriptis; ſcribit enim ſeſe de media nocte a ſuo ſpiritu familiari cacodæmone excitatum: Ego*, inquit, *ſemel expergefactus, in ipſo noctis conticinio, ubi ſathanas talem mecum ex corde meo incœpavit diſputationem, ſicuti multas noctes moleſtas ac acerbas reddere mihi ſolet. Quæ vero ſit illa, & quam indigna Chriſtiano homine loquela, quivis pro ſuo arbitratu ac ſenſu facile deprehendet. David de media nocte ſurgit (d), ut Deum laudet, & in Evangelio (e) auditur eodem tempore adventus ſponſi: Lutherus vero expergiſcitur, ut locum det diſputandi ſathanæ in corde ſuo.* Multiſque interjectis: *Deinde cum Luthero cacodæmon ita diſſerit: Audite vos domine doctor: audite vos ait diabolus quindecim annis miſſas omnibus ferme diebus celebraſtis; quid ſi idololatriam potius exercuiſtis, neque Chriſti corpus ac ſanguinem, ſed potius panem & vinum adoraſtis? Hic Lutherus humi ſternitur, ſeque totum ſathanæ mancipat adeoque manibus pedibuſque conſtringitur, ut in exteriores tenebras projici poſſit; id quod re vera in tanto viro, quantus haberi vult, deteſtabile crimen eſt: nam ſi officium boni Chriſtiani facere voluiſſet, D. Pauli (f) ſententiam ſequutus arma Chriſti acciperet, ut ſathanæ inſultus ac impreſſiones propulſare poſſet, ſeque ſolo Spiritus ſancti gladio defendiſſet ac tutatus fuiſſet. Quod autem in ſacroſancto miſſæ ſacrificio non ſit panis ac vinum, teſtantur apertiſſime verba Chriſti, quæ copioſe Matthæus (g), Marcus (h), Lucas (i), ac Paulus adducunt.* Et infra.

Moleſtari ſolitus a dæmone.

(d) Pſal. 118.

(e) Matth. 25.

Objectio dæmonis impia.

Vincit Lutherum.

(f) Epheſ. 6.

(g) Matth. 26.

(h) Marc. 14.

(i) Luc. 22.

L.

Deinceps, o Germani probiſſimi, audite reliquam dialogi inter Lutherum ac ſuum cacodæmonem portionem; ita enim ait Lutheri cacodæmon, verum eſſe quod Lutherus cum maxima devotione miſſas celebrarit; ſed hoc factum eſſe exemplo Turcarum ac Saracenorum, qui etiam cum magna contritione propter mandata ſeria obedientiam debitam facere conſueverunt. O egregium argumentum, & certe a ſimili, ut vocant. Nos enim ſacroſanctum miſſæ myſterium peragimus de mandato Chriſti, ut Apoſtolis ſingulariter demandatum eſt; Gentiles autem Turcæ, ſive Saraceni hoc potius inſtinctu ac juſſu ſathanæ faciunt: nam quod in inſulis recens inventis hactenus factum eſt, etiamnum in ſacrificandis eorum dæmoni Moloch pueris ac infantibus, quodque Judæi olim fecere impium eſt, ac abominandum, a præceptoque Dei alienum: quidquid autem nos facimus in celebratione miſſæ, hoc expreſſis ac conceptis verbis Chriſtus nos juſſit. Nihil itaque ad nos pertinet quid gentiles, & multo minus quid Turcæ faciant; ii enim Machometum colunt, mechamque proficiſcuntur, & in eorum templis nudis pedibus verſantur: Hala, hala vociferantes: quod cum hoc non ſit ex fide, peccatum eſt: proinde ille cacodæmon in topica diſputandi ratione male doctus eſt. Quid præterea deſignat ille Lutheri ſpiritus familiaris? Certe, dicit, quod ſacerdotes Jeroboam in Dan & Berſabe omnia fecerint, fortaſſe ex majore devotione, quam veri illi ſacrificii in Jeruſalem. Videte quæſo quid hic moliatur ſatha-

Inſanum dæmonis argumentum.

thanas, nempe tertium vitulum dedicare geſtit cum Jeroboam, qui ſaltem duos erexit, alterum in Dan, alterum in Bethel; nec enim in Berſabe erectus eſt vitulus: de qua re multa poſſemus afferre, ſi locus ejus rei eſſet; quinam autem fuerint ii ſacerdotes in Dan & Bethel Lutherus oſtendit, qui etiam en aniculis ſacerdotulos conſtituit.

Lutherus aniculas ſacerdotes conſtituit.

LI. Alia dæmonis argutia inanis.

Nec iis contentus cacodæmon Lutheri inſuper addit: Quid ſi tuæ ordinationes, chriſmata & conſecrationes non catholicæ ac falſæ eſſent, ac tales quales ſunt Turcarum & Samaritanorum. Ad quæ ita reſpondeo, quod ordo ille ſacerdotalis chriſma, ac conſecratio poſſint eu evangelio aperte comprobari, ac oſtendi; Samaritanorum ac Turcarum initiationes in evangelio non comprehenduntur; proinde neque hic Beliali cum Chriſto ullum eſt conſortium, neque ulla communio. Ad hoc cacodæmonis interrogatum Lutherus ita reſpondit: Hic, inquit, ſudor mihi effluere, corque tremefieri ac concuti cœpit. Addidit etiam ſuum cacodæmonem bene ſuos argumentorum locos diſponere, ac locare poſſe, habereque forte ac truculentum dicendi genus: quis vero negabit ſathanam antiquum veteratorem ſua illa ſuperba ſcientiæ arrogantia e cælis ad inſtar fulguris præcipitatum eſſe. Illud autem ſuum contra ſacerdotum ordinationem argumentum plane imbecillum, ac frigidum eſſe, quod etiam a mediocriter docto convelli poteſt. Et infra: *Cæterum quod ait, ſathanam habere forte ac horribile dicendi genus, nemini certe magis conſtare debes, quam Luthero: miſeri autem illi carbonarii in vaſtitate ac ſolitudine ſilvarum verſantes ſimplici arte utuntur adverſus hujuſmodi impreſſiones diabolicas, utcumque ſæviat ac tumultuetur tentator diabolus. Nam omnes malos ſpiritus ex vaſtiſſimis ſilvis depellunt, ac abigunt ſolo nomine Jeſu ac ſigno crucis.* Et mox: *Sed quod ſubdit Lutherus, cacodæmonem in puncto temporis unicuique ad quævis etiam objecta reſpondere, neque ſe mirari, cur aliquando homines in lectis mortui reperiantur; ita enim me ſæpius aggreſſus eſt, inquit,* Hoc lethi genere extinctum Lutherum ſuo loco videbimus.

Ad eam Lutherus intremuit & cur.

Ineptio mera exiiit.

Carbonaris indoctior Lutherus adverſus dæmonem.

Nota quo lethi genere Lutherus perient.

LII. *Poſtremo quilibet bonus ac pius catholicus merito nunc eu me quærere poſſet, quænam eſſent illa argumenta, ſive quinque axiomata, quæ Lutherus contra ſacroſanctum miſſæ ſacrificium ac ſacerdotium novæ legis, adeoque contra noſtram veram religionem in medium protulerit.* Et poſt alia: *Principio cacodæmon ita loquitur Luthero ſuo organo: tibi ſat conſtat quod recte in Chriſtum neque credideris, neque melior quod ad fidem attinet, quam Turca fueris; ego enim cum meo ſatellitio infernali, inquit diabolus, Turcæque omnia quæ de Chriſto ſcribuntur, credimus. Et hæc quidem ſunt dæmonis verba, quæ Lutherus probat, ac in ea conſentit. Nunquid vero ille eſt vir bene ac egregie doctus, qui ſibi perſuadet, Turcas omnia, ea quæ de Chriſto ſcribuntur, credere? Quod ſi Lutherus totidem Turcas Wiſſembergæ obequitantes vidiſſet, ac ego, proh dolor! Viennæ in Auſtria vidi, proculdubio dæmonio ſuo reſpondiſſet: Tu mendaciſſime veterator, nil niſi nugas loqueris, ac effutis potius. Sathanas deinde ita loquitur: Tu Luthere ac tui ſuffraganei Chriſtum non tanquam veſtrum ſalvatorem amaſtis, ſed tanquam ſtrenuum judicem timuiſtis. Hæc quidem Lutherus ſibi tribuere poterit; nos vero nullo pacto in eo ordine aut tam perverſa opinione eſſe volumus.* Et infra: *Religioſe timemus Deum; impie vero ſentit Lutherus, qui prohibet timorem Domini. Jam ſubjungit in illo primo colloquio ſathanas, ac ita ſuum organum alloquitur: Tu ac tui ſuffraganei a Chriſto ad Mariam ac ſanctos declinaſtis, qui veſtri conſolatores ac auxiliatores fuere.* Hæc ſathanas: *ſed ſtatim miſer ille homo in ſuccenſa ac ferventi olla Aquilonis ſeſe obſidem dat, ac victum profitetur; cum tamen in libello decalogi docuerit ac affirmarit, Piccarditas errare graviter, quod interceſſionem B. Mariæ ac omnium ſanctorum rejecerint ac contempſerint.* Nonnulliſque interjectis.

Si ita Lutherus credidit non tamen Chriſtianus.

Alia objectio in Lutherum.

Calumnia dæmonis in ſanctorum invocationem uſurpata a novatoribus.

LIII. Alia dæmonis objectio.

Secundo loco ita cacodæmon cum ſuo Luthero agit: Domine doctor, inquit diabolus, vos equidem ambulaſtis contra ordinationem ac præceptum Chriſti; Chriſti enim eſt ſententia, ut ſacerdos ſacramentum Euchariſtiæ, & alia ſacramenta ſemper inter Chriſtianos diſpertiatur, atque ideo ſacerdotem debere dici ac eſſe miniſtrum Eccleſiæ ut ſacramenta communicet, quemadmodum aperte in prima ad Corinthios XI. *Paulus oſtendit. Ad hæc autem ita reſpondemus, cacodæmonem re vera hoc in loco eſſe Luthero magis pium, cum plura doceat hic eſſe ſacramenta, & forſan illa ſeptem, quæ conſtituit Eccleſia, quæ olim etiam Lutherus approbat, ſed deinde quæ eſt hominis apoſtatæ levitas tria ſaltem adducit, ac poſtea a tribus recedit ad duo & ſemis, ac deinceps ad duo, poſtremo unicum eſſe ſaltem affirmans, cum hac egregia appendice, nullum eſſe penitus ſacramentum, poſteaquam eo Eccleſia juxta evangelium non utatur.* Multis additis deſcribit quam indigne Lutherani miſſam celebrent: *Lutherani ſacrificuli tum demum eccleſiam ingrediuntur, cum heſternam crapulam edormierint, neque orant*

De ſacramentis, ut a Luthero ſublata.

in

Lutheranorum corruptelæ horrendæ.

interim, ſed reporia agunt, ac, ut tædium animi fallant, per templa faſtuoſe ſpatiantur, ubi deberent selebrare Lutheranam miſſam; ubi vero nullum habuerint communicantem, rem in alind tempus trensferunt: immo cum uſu veneris ut ſacramentum ad ægrotos portare debeant, id manice tanquam furto abſtuliſſent, obvolvunt, ac abſcondunt.

LIV. Dæmon contendit non celebrandam miſſam ſine concione.

Antiquus ille draco tandem tertium educit ſermonem ſuum ita alloquens ſuum diſcipulum: Hæc noſtra ſenteutia de ſententia eſt Chriſti, quod apud ſacramentum Chriſti mors prædicari debeat; diuit euim: Hoc facite in meam commemorationem: *ec ſi dixiſſet:* Prædicate mortem meam; *cum vero in pleriſque miſſit nulla fiat mentio, arbitratur Lutheri cecodæmon ejuſmodi miſſas eſſe ebrogendas. Certe verſutus ille ſathauas mirificum hic agit grammaticum, qui peregrinum quærit ſenſum verbi, enuntiate, uempe quod prædicare ſignificet.* Et infra: *Nou hoc diuit cum hoc ſacramentum inſtitueret, uempe ut ſingulis miſſis Lutherana ſubiiceretur concio, Chriſtus autem ait:* Hoc facite in meam commemorationem; *quod certe facit quilibet catholicus ſacerdos cum induit albam veſtem, ut nobis in memoriam revocet qua pacto Chriſtus ab Herode ludificatus ec deriſus fuerit, deinde eliam ſuperinduit, quæ ut plurimum tam a conſpectu, quam e tergo cruce Chriſti crucifixi ſignata eſt: geſtat etiam crucem ac calicem ad altare: immo benedicit aſtantes cum cruce: etiam amnes geſtus ac integer canon uihil aliud quam mortem Domini enmuntiant, ut etiem ipſa conſecrationis verba in mortem Domini concepte ſint. Et ut breviter dicam omnia, quæ hic agit quilibet orthodouus ſacerdos, eo vergunt, ut Chriſti martem, crucem, ac paſſionem nobis ob oculos ponat, & epud huiuſmodi orthodoxas miſſas hactenus megna fuit aſtantium devotio ec pietas; docebantur enim eiuſmodi miſſæ auditores, ut pro morte propter nos abita Chriſto gratias ageremus.*

Refellitur.

Ut annuntietur mors Chriſti in miſſa.

LV. *Reſtat quartum, ubi ita loquitur cacodæmon: Age vides Luthere vir doctiſſims, eam ob rem initiatus ac conſecratus es in ſacerdotem, ut ex ſacremento faceres ſacrificium; tuus enim ſuffraganeus ita tibi dixit:* Accipe poteſtatem conſecrandi & ſacrificandi pro vivis & mortuis; *immo ſathanas addit: (O abominatio, o abominatio) non poteſt eſſe ſacrificium. Hic merita oportuit tecodæmon omnes ingenii vires eutendere: permultum enim ſua intereſt; nam hactenus ſacrificium hoc ſacroſanctæ miſſæ multum ei nocumenti ec impedimenti attulit, ut nobis multæ ſacræ demonſtrent hiſtoriæ: non enim hoc ſolum conſtet illi, quod magnus ille ac vere S. Gregorius, qui ante nongentos anuos per miſſæ ſacrifitium ſathanæ multas animes ex purgatorio ablatas eſſe docuit.* Nonnullis exemplis ex S. Auguſtino Ambroſio & Cypriano adductis ſubdit: *Utcumque tamen omnes illi vere orthodoxi pii, & docti patres & Eccleſiæ doctores, omnes inquam uuanimiter docuerunt, nulluſque hactuus de doctrina eorum dubitaverit, quam quod hoc ſacramentum ſit genuinum ac verum ſacrificium pro mortuis ac vivis, Lutherum ſathanas familiaris docuit hoc ſacramentum non eſſe ſacrificium.* Pluribus deinde demonſtrat author ex Irenæo & aliis ſanctis patribus & divinis oraculis, miſſam eſſe ſacrificium. *Quum itaque diabolus eu corde Lutheri Lutherizans ſcribit, Dominum dixiſſe de ſacramento:* Hoc facite in mei commemorationem; *ſi erga*, inquit *Lutherus os & orgauum diaboli, hoc ſacramentum commemoratio eſt, non eſt ergo ſacrificium. Ad quod ego ita reſpondeo: perinde ac agnus peſchalis vere figura etiam verum ſacrificium aut victima, ac etiam mouimentum memoriale, atque commemoratio tranſitus ex Ægypto fuit; ita eſt hoc ſacrificium miſſæ verum ſacrifitium, verum corpus ac verus ſanguis Chriſti, & interim etiam commemoratio ac juge memoriale paſſionis dominicæ, &c. Deinde idem ille malignus ſathan periculoſe etiam errat in ſacroſancto ſacramento Euchariſtiæ præſentis ac veri corporis & ſenguinis Chriſti, tum dicit omnes eu æquo eſſe ſacrificos ſacerdotes, ac communionis diſpenſatores, quodque omnes uno ordine miſſas celebrare poſſint: eu quo fonte derivatum eſt, proh dolor! quod etiam mulierculæ quædam infelicis noſtri ſæculi in comeſſationibus conatæ ſunt conſecrare, prolatis ad hoc etiam Chriſti verbis. Sed nunquid hæc non eſt egregia religio jampridem reperta, quæ paſſim vetulas illiteratas ſacerdotes eſſe fecit? putarimne hanc religionem non eſſe veram, non orthodoxam, ſed falſam potius, cum ſit contraria Eccleſiæ Dei, &c.* Confutat mox Faber ſingulas dæmonis & Lutheri ſophiſticas contra auguſtiſſimum miſſæ ſacrificium ineptias firmiſſimis argumentis, contra quæ univerſa dæmonum caterva cum ſuo diſcipulo Luthero jure mutire nequeat. Mirabitur vero quiſpiam cur Lutherus non expaverit ſermonem conferre cum dæmone, cur tentatorem terrificum ſaltem exemplo Juliani apoſtatæ non abegerit ſigno crucis, quem cum potius attentiſſima mente audiviſſe diſſerentem teſtetur, patet illum familiaritate dæmonis uti conſueviſſe, atque ab eo in-

Dæmon ſacra myſteria abominanda concludit.

Dæmon auctor hæreſeos, quod miſſa non ſit ſacrificium.

Argutia dæmonis.

Refellitur.

Docet cacodæmon omnes eſſe ſacerdotes.

Orta inde infanda ſacrilegia.

Cur Lutherus non abegerit dæmonem ſigno crucis.

ſtrui, neque ad Chriſti nomen & crucem ejus propterea confugiſſe, ut Julianus apoſtata uti crucis ſigno vetitus (*a*), ſi dæmonum familiaritate uti vellet.

(*a*) *Greg. Nazianz. in orat. 1. in Julian. apoſt.*

LVI. Eruditos etiam & pios commentarios adverſus Lutherum, ejuſque doctrinæ auctorem cacodæmonem edidiſſe Germanice Paulum abbatem Veteris cellæ ordinis S. Bernardi, refert Coclæus (*b*), atque ex prologo conſpicuas & inſignes contra Lutheranos demonſtrationes delibat, dum ait: *Generaliter in prologo pro miſſa ſic argumentatur: Si miſſa eſſet abominatio, uti blaſphemat eam Lutherus, aut impium damnabileque opus, diabolus adverſus eam diſputaturus non eſſet, neque operam daturus, ut miſſa aboleretur; ſed multo magis potiuſque eam promoturus eſſet, ut in deſpectum & contumeliam Dei in pleniſſimo ac frequentiſſimo uſu eſſet atque permaneret.* Et paulo poſt: *Perquire omnia ſcripta Lutheri, nuſquam profecto invenies in eis ubi glorietur Lutherus de ulla viſione divina, aut revelatione ſpiritus Dei; ſed omne ejus commercium, omnis converſatio, omnis gloriatio & viſio ejus eſt cum diabolo*; & mox: *Sæpe quidem ejus mentionem in aliis ſcriptis ſuis fecit: hic autem manifeſte fatetur diabolum eſſe præceptorem ſuum, qui diſputando ipſum docuerit miſſam nihil eſſe boni. Perſæpe profecto miratus ſum uſque adeo ſuperbire Lutherum, ut a nemine prorſus inſtructionem aut admonitionem aliquam recipiat, nec ullius judicium ferat, non univerſitatum, non conciliorum, non Eccleſiæ, ne angelorum quidem, cum tamen Paulus Apoſtolus, qui in tertium raptus cælum de evangelio ſuo, quod a Domino revelatum erat, nihil dubitare poterat, non dedignatus ſit cum cæteris Apoſtolis de evangelio conferre, eorumque judicio ſe cum Barnaba [qui erat plenus Spiritu Sancto] humiliter ſubmittere. At Lutherus, qui evangelium ſuum a diabolo [ut hic manifeſte fatetur] didicit, nullius prorſus cognitioni doctrinam ſuam vult ſubmittere judicandam, ſimilis nimirum ſuo præceptori, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, ut ait liber Job* (*c*). *Nunc igitur ceſſat mea de illius elatione admiratio, quia Dominus ait* (*d*) *in evangelio:* Sufficit diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter ejus. *Hæc abbas ille venerabilis in prologo: cætera prolixiora ſunt, quam ut commode recitari queant.* Hactenus Joannes Coclæus.

(*b*) *Cocl. in act. & ſcript. Luth.*

Lutherus de diabolo tantum gloriari ſolitus.

Cur conciliis noluerit ſe ſubmittere.

(*c*) *Job. 41.*

(*d*) *Matth. 10.*

LVII. Hoc etiam anno (*e*) quidam ex præcipuis Lutheri diſcipulis Stifelius nomine, excucullatus monachus, qui Lutherum velut divinum legiſlatorem venerabatur, præſtigiis dæmonum magiſtri ſui magiſtrorum ita deluſus eſt, ut Luthero denuntiarit, ſibi divino lumine colluſtrato oſtenſum eſſe, extremum judicii diem vigeſimum nonum ſeptembris hujus anni futurum, ac Lutherum angelum apocalypticum, qui evangelium mortalibus promulgaret, ſe vero ſeptimum eſſe, ex impreſſo cerebro phantaſmate adeo firmiter affirmabat, ut Luthero ac Lutheranis terrorem injecerit; de quo hæc Ulembergius narrat (*f*): *Retulit hoc inter ſuos Lutherus* (*g*); *& licet improbaret Stifelii temeritatem certum tempus deſignantis, nihil tamen dubitandum dixit, quin in proximo ſit magnus ille dies, quo venturus eſt ad judicium Chriſtus. Se quidem illum ait expectare perpetuo poſt vernum æquinoctium in aprili circa paſchatis feſtum, cum omnia per hyemem emortua reviviſcunt, & habere cauſas cur ſub illud anni tempus Chriſtum venturum ominetur.* Hoc deliramentum fuiſſe Anabaptiſtis familiare ſæpius antea demonſtratum eſt, ac dicetur inferius.

(*e*) *Cocl. in act. & ſcript. Luth. Surius in comm.*

Georgius Stifelius deluſus a dæmone.

(*f*) *Ulember. & vit. Luth. c. 25.*

(*g*) *Colloq. mens. to. 1. lat. p. 48. 49. 50.*

Lutherus ob eodem illuſus.

LVIII. Eodem anno Lutherus, qui licet ſceleſtiſſimus eſſet, viri tamen boni larvam ſuſtinere annitebatur, cum familiam ſuam omni vitiorum labe coinquinatam videret, ſpecioſam dedit operam, ut eam componeret, quemadmodum ex ipſius hæreſiarchæ ſcriptis refert idem Ulembergius (*h*): *Circa*, inquit, *tempus hoc*, anno ſcilicet MDXXXIII. *Lutherus in familia ſua magnum pietatis & religionis contemptum animadvertit; cui malo ut remedium adhiberet, decrevit omittere conciones publicas, & dominicis diebus concionari domi ſuæ privatim, ut liberos, & familiam ſilveſcentem a rerum divinarum contemptu revocaret.* Qui obſcœniſſima Lutheri dogmata miſeros mortales in omnia ſcelera trahentia perpenderit, non mirabitur ejus familiam ita contaminatam fuiſſe, ut Lutherum ipſum illius puderet: contaminatique erant eadem contagione ſectatores, quorum mores Georgius Wicelius ſuperiori anno graphice depinxit (*i*), ut qui decennio eas ſordes, quemadmodum dictum eſt, contrectarat: *Niſi*, inquit, *eſſemus ipſa cæcitate cæciores, profecto videremus quid rei ſit vel in communi vita, atque hic cum plurimos raræ pietatis viros, tum ipſos etiam ſectarios habeo ſuffragatores, qui ingenue confitentur, uberiorem vitiorum copiam nunquam extitiſſe, quam ab iis annis, quibus ſuccrevit Lutheriſmus. Vidimus etiam, vidimus evangelii ad prodigium uſque jactati fructus. Faxit optimus maximus ne plures id genus nobis iſtud pariat. Quidquid ſupererat laudatæ diſciplinæ, pudoris, reverentiæ, converſationis inculpatæ,* re-

(*h*) *Ulember. in vit. Luth.*

Lutheri familia impuriſſima.

(*i*) *Georg. Vicelius in apolog.*

Excreverre vitia ob Lutheraniſmum.

religionis [ſupererat autem non ita multum] id pene omne profligavit iſtud evangelion, ſtudium meliorum operum funditus extirpavit, veterum ſcripta obliteravit, diſſidia ſeminavit, principes in mutuum odium incendit, literaria gymnaſia evertit per Germaniam : quæ nunc reparare nititur, incommodo quippe publico vellicatum illud habebat, ſeu peculiare, ut ejus candidati in ſacris literis exempla divorum divina, atque ſubauſtera tranſilirent, adeoque nemini imitanda notarent: mores vero horum expiſcarentur, qui ad humanam imbecillitatem propius videbantur accedere: hi demum grati erant, hi evangelici imitandi. Mentiar ni hæc ipſorum commentarii, annotationes, ſermones, ſcholia, poſitiones ſibi volunt : & niſi prolixitatem vererer, demonſtrare hujuſmodi vellem irrefragabiliter, jam ſi quid probri ſalubriſque effecit iſta prædicatio non ſectæ, ſed veritati eccleſiaſticæ adſcribo. Et infra.

Hoc veriſſimum multo eſt, nullam unquam hæreſim minus de vita bona ſenſiſſe atque Lutheriſmus ſentit. Nec unquam in majore contemptu, ne dicam odio fuiſſe bona opera ; nam tametſi hæreſes antiquæ male viverent, attamen ſecus docebant phariſæorum more ; noſtra vero factio vivit ut docet, docet ut vivit. Docent bona opera, bonam converſationem, laborioſam vitam coram Deo nihil eſſe ; ideo ab hujuſmodi abſtinent : docent peccata neminem fidelium damnare, ideo libere ac prælicenter peccant. Manifeſta eſt archevangeliſtarum luxuria atque tyrannis. Pluribuſque interjectis ſubdit Wicelius : *Ah nomen Chriſti, quam indigne, quam atrociter profanaris, quam male audis ob hujuſmodi apud Turcas, qui nobis hiſce in rebus, longo intervallo anteferendi ſunt. Prætereo adulteria, divortia, ſuſurria, murmura, cæteraque tenebrarum opera, quibus ſecta hæc decorata eſt, non ſine ſummo dolore bonorum, & exitio ſuo æterno. Quid ? mare eſt vitiorum, quo circumfuſa eſt ſecta : ego hujus vix paucula guttas attigi. Virtutes foras ſuis concionibus exegerunt & libellis : conſtantia nulla niſi in malo : fortitudo nulla, niſi in epotandis cyathis : temperantia nulla, niſi a bono : juſtitiæ ſatis habet, qui fidem habet, ideo nihil injuſtum ſcilicet poteſt committere. Sed deſipio qui innumera numerem, &c.*

Neminem ob peccata damnari docent ideoque peccant.

Quæ ſint Lutheranorum virtutes.

LIX. Edidit alia opuſcula idem Wicelius pro fide orthodoxa, quibus ipſum Lutheranorum odia in ſe concitaſſe memorat Coclæus (a) : *Maximopere*, inquit, *ægre tulerunt quod Wicelius omnem tumultuum, calamitatumque culpam & originem Luthero imputavit ; ſic enim ſcripſit in eodem libro : Qui fax & origo totius calamitatis extitit, is in ſummum cacumen evectus rerum belle potitur, vere leo nam ita volunt prædicatum in cubili ſuo accubans, qui ſibi catuliſque ſuis ſufficienter cepit : quare rugitu ſuo miſera animacula perterrefacit, ut ne mutire quidem contra audeant, & attrahit pauperem, ut attractum devoret. Dic mihi ad quem fecit in conventu Wvormatienſi ſecretarius Badenſis hæc verba : Ingentes motus excitaturi ſunt libri tui ? An fefellit eum opinio ? quis primum ſcripſit : Verbum Chriſti annuntiare tyrannis tumultum ? quis ſuaſit, ut quiſquis poſſit & velit diſcindat atque aboleat bullas ? immo in cinerem vertat valvas, quibus fixæ eæ ſint ? quis ſuaſit monaſteria ſolo æquanda eſſe, ut diaboli lupanaria ? & ſat eſſe cauſæ dixit, cur eccleſiæ collegiatæ una cum monaſteriis & ſacellis eradicentur. Quis cecinit dorium hocce, epiſcopos commeritos, ut e Chriſtianiſmo ſeu lupi, fures & latrones expellantur ? Quis ſcripſit de lotione manuum in ſanguine cleri Romanæ eccleſiæ ? O Thraces, o Scordiſci, qui adeo humano ſanguine delectamini, mirum quod non ex oſſibus capitum magis bibere libet quam e cyphis auratis ! Taceo hic Bohemicum exemplum, quod minatur æmatodipſas ille, quem refert epiſtola ad Lyncum, in qua : Abſque miſericordia perdantur papiſtæ ? Hæc & id genus ſeditioſa ſcripta non pauca objecit ex Lutheri libris Lutheranis Wicelius, ad quæ ſane nihil reſpondit Lutherus, &c.*

(a) Coclæus in actis & ſcriptis Luth. ann. 1533.

Seditioſa Lutheri dogmata.

Catholicos necandos præcipit.

Hoc anno Joannes Matthias Harlemenſis piſtor, vir indoctus, ſed callidus, illuſus a dæmone pſeudoprophetam agere cœpit, ac primum repudiata conjuge vetula, juniorem ſuperinduxit, & tunica gauſapina talari uſus appenſo ad latus cultello lapideo ſe Moyſem eſſe jactavit miſſum a Deo, ut humanum genus circumcideret. Deinde cum fraus non ſuccederet, damnata circumciſione, mutato impoſturæ genere Amſterodamum profectus, Enochum ſe dixit miſſum a Deo, ut ad novam Jeroſolymam populum convocaret. Conſilium ejus fuit condere anabaptiſticum imperium, ſublatis vi & ferro omnibus principibus, qui contra ſentirent, evulgatoque libro inſana ſua dogmata reſtitutionis, ſeu reformationis titulo inſcripta propoſuit : *Paradoxa autem hæc erant*, inquit Lambertus Hortenſius, *Chriſti regnum ante ultimum diem rerum humanarum civile in terra futurum : hic ſoli ſancti & juſti Regibus ferro & vi ſublatis dominarentur ; id autem regnum eſſe jam cœptum Anabaptiſtarum:*

Joannes Matthias Moſem agit.

Circumciſionem tentat inducere dein rebaptiſmum. Condere molitur antichriſticum imperium ſublatis principibus.

Ejus errores.

magiſtratum omnem eſſe delendum, ei omni ope obſiſtendum: licet Chriſti Apoſtolis nullum gladii jus, nullaque regni civilis adminiſtratio, nulla item imperii ſtabiliendi poteſtas permiſſa ſit; poſteris tamen eorum ſectatoribus & iis, qui poſt illos docendi munus in Eccleſia ſuſcepturi eſſent, civile imperium & jus gladii traditum. Poteſtatem factam, impium magiſtratum [id eſt non anabaptiſticum] ferro abſumendi pro libidine. In Anabaptiſtarum eccleſia nullum impium inveniri, omnes ſanctos eſſe: neminem ſervatum iri, qui univerſas ſuas facultates in medium non conferret: lege naturæ, cum qua lex divina non pugnet, fas juſque eſſe multas habere uxores, Chriſtum corpus ex divæ Virginis carne non induiſſe. Hoccine eſt evangelium Chriſti, quo Chriſtum abnegant novatores? plura alia horrenda interuere, ex quibus Davidis Georgii Leidenſis portentoſæ aſſertiones pullularunt, quæ author ſiluit, ne ſcribendo hiſtoriam, abominandam profeſſionem docere poſteritatem videretur. Addit autem, brevi peſtiferam hanc ſectam propagatam adeo, ut pſeudoepiſcopos præſecerint, officia & munera inter ſeſe partiti ſint, domi judicia exercuerint, eccleſias diripuerint, quod pietatis genus eſſe dicerent ſpoliare Ægyptios ut Iſraelitici ditarentur.

Negat incarnationem verbi.

Secta anabaptiſtica propagata abeo apud Batavos.

Ubi autem ſectam augeri Joannes Matthias vidit majora meditatus eſt, nimirum adjuvante dæmone orbem ſubigere: ſynodum ſeu verius ſatanicam ſynagogam indixit, in qua pſeudochriſtus hic duodecim apoſtolos creavit, ut evangelium novum prædicarent, quibus ſpiritum ſuum afflatu levi impertiit, ex quibus fuit Joannes Bocoldus Leydenſis ſartor, qui Monaſterium Weſtphalorum profectus, eam urbem Lutheraniſmo infectam anabaptiſtica peſte magis corrupit, quem Regis juſtitiæ nomen tyrannidemque invaſiſſe viſuri ſumus: impoſturis vero ſuis ita Joannes Matthias faſcinavit Batavos, ut divina & humana miſcuerit: ereptam fuiſſe iis mentem a dæmone patuit, cum enthuſiaſmo correpti conſtantiſſime prædicarent, extremum diem judicii intra triduum affuturum: quo terrore perculſi plures conſcenderunt arbores ultimum judicii diem expectaturi; at ubi exitus fefellit expectationem confecti fame domum redierunt. Alii de ſtatu mentis adeo deturbati fuere, ut permoveri non potuerint, ut deſcenderent, ſed fame perire maluerint, donec præ imbecillitate ruentes animas infeliciter efflarent: *Memini*, inquit Meshovius, *audiviſſe me inter hos ſutorem quempiam extitiſſe primarium facti authorem, qui ubi ob temeritatem ſuam ſocios contemptim rideri advertit, ultra quatriduum uni loco adhæſerit, libo ſive pane e farre & melle confecto, quem in peram nuper fortuito condiderat, ſervatus. Unde multis admirationi fuit exiſtimantibus cœlitus miſſo cibo illic ſuſtentari. Applicabat conjunctas manus, & dum alii orare eum crederent, fruſtis intra digitorum juncturas inſertis furtim veſcebatur, quemadmodum ipſe poſtmodum faſſus eſt.* Cæterum impoſtores ii Amſterodamum & alias urbes maritimas ſuis erroribus adeo infecerant, ut juſſu Caroli V. in eos judiciario ordine inquiſitum ſit: novem in conventiculo nocturno deprehenſi, abductique Hagam capite truncati (*a*) ſunt, eorumque capita Amſterodamum remiſſa furcis ſuffixa ſunt, non tamen deſertus error a multis, qui carceres & vincula contempſere, ac multas ſeditiones deinde concitarunt.

Creat duodecim pſeudoapoſtolos.

Ex iis unus tyrannidem corripit inter Monaſterienſes.

Anabaptiſtæ conſcendunt arbores, ut Chriſto venturo occurrant. Nonnulli fame enecati ruunt.

Fraus impoſtoris, qui divinitus ſuſtentari videbatur. Infectum Amſterodamum Anabaptiſtis. Novem Anabaptiſtæ capite plexi.

(*a*) *Lambertus Horlenſius Arnold. Meshov. l. 7.*

Intenti erant in catholicorum exitium hæretici, quos aſtu, vi, conſilio, mendaciis, tyrannide, illecebris ſubornare annitebantur; interque alios Lauſanenſes ab hæreticis graviori perſecutionis turbine concuſſi fuere: tulere vero opem periclitanti Lauſanenſi eccleſiæ Friburgenſes, quorum prætori & conſulibus eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus (eo honoris titulo Pontifex ipſos exornavit) gratias egit (*b*), hortatuſque eſt, ut eum quinque toparchiis catholicorum Helvetiorum fœdus ſancirent: dedit etiam mandata epiſcopo Verulano internuntio pontificio (*c*), ut catholicos Helvetios ad Lauſanenſes in fœderis ſocietatem aſſumendos excitaret: qua de re extant quoque datæ ad quinque toparchiarum magiſtratus apoſtolicæ literæ (*d*). Pellicere contra in hæreſeos laqueos clandeſtinis inſidiis Solodurenſes pertentarunt factionis Zuinglianæ hæretici; quorum pateſactæ fraudes, & oppreſſæ conjurationes fuere: de felici vero adeo ſucceſſu Clemens hiſce literis eſt catholicis ipſis gratulatus (*e*).

Lauſanenſis epiſcopus vexatus ab hæreticis.

(*b*) *Lib. brev. an.* 1533. *p.* 1272.
(*c*) *Ibid. pag.* 497.
(*d*) *Ib. p.* 498.

Solodurenſes a Zuinglianis petiti inſidiis.

(*e*) *Ib. p.* 567.

LXI.

Sex cantonibus catholicis.

Dilecti filii ſalutem. Quanta cura moleſtia & ſolicitudine animi noſtri nuper tumultuationem Solodorenſem acceperamus, tanta ac majori cum lætitia poſtea tranquillationem eorum, & pacificationem audivimus, præſertim veſtræ interventu authoritatis factam, & ad Dei omnipotentis honorem redundantem: cujus quidem benignitas cum ſæpe alias, tum hac ipſa in re nunc declaravit, quam grata ſibi eſſet veſtra pietas & conſtantia, cum pluribus victoriis antea vobis conceſſis nunc occultas impiorum machinationes detexit, & in vanum recidere voluit: de quo maximas ei gratias agimus ut debemus, vobiſ-

Oppreſſæ impiorum inſidiæ.

Digitized by Google

biſque, filii, eu animo gratulamur, ſperantes etiam eodem concedente Domino futurum, ut veſtra cura & providentia illa civitas, repurgatis zizaniis quæ in ea orta fuerant, deinceps una vobiſcum tota conſentiat in ſancta catholica fide colenda & tuenda; quod pro ſua clementia, ſuique honore nominis concedere dignetur. Nos quidem in hac re, cum eu ſalute illorum civium, & veſtræ pietatis laude gaudemus plurimum, tum eu eo non minus, quod conſtitit in hoc vobis benivolentia & promptitudo noſtræ in parando, & ſi neceſſe fuiſſet, mittendo vobis ſubſidio, ſicut & ſemper amantiſſime facti ſumus; tanta enim eſſe agnoſcimus veſtra erga ſanctam fidem & Apoſtolicam ſedem merita, cum re ipſa cum continuis venerabilis fratris epiſcopi Verulani teſtimoniis, ut nihil non veſtri honoris, commodi, & ſalutis cauſa facere ſemper optemus. Hortamur proinde devotionem veſtram in Domino, ut eundem pietatis tenorem Deo continuetis; ab illo enim & perpetuabitur vobis in terris, & donabitur etiam in cœlis optata felicitas, & a nobis propterea cuncta, quæ cum eodem Deo poterimus, ſemper ſperare & firmiter expectare poteritis. Dat. Romæ XVI. *decembris MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* XI. Cæterum ex Zuinglianis Helveticis pagis irrepebant in Sabaudiam hæretici ut impietatem ibi diſſeminarent: verum ad eam in peſtifero ſemine ſuffocandam Clemens Ludovicum tit. S. Cæſarii presbyterum Cardinalem in ducatu Caroli Sabaudiæ ducis, ac provinciis finitimis octavo martii die legatum decrevit (*a*): tum Philibertum epiſcopum Hipporegienſem ſumma authoritate ad animadvertendum in Lutheranos inſtruxit (*b*), & Carolum Sabaudiæ ducem, ut ducali illum authoritate fulciret admonuit: nec defuit eximius princeps ſuo muneri; pietate enim & diligentia ſua frementi hæreſi in Sabaudiam, inque Italiam aditus obſtruxit.

Helvetiis catholicis gratulatur Pontifex.

(*a*) *Ib. p.* 406.

Animadverſum in hæreticos ne irreperent in Sabaudiam.

(*b*) *Ib. p.* 266.

LXII. In Sabaudia porro Chamberiaci magna religione ſervabatur ſacra ſyndon, cui corporis Chriſti in ſepulchro jacentis effigies impreſſa divinitus eſt: hæc non ſine divinæ providentiæ ſingulari beneficio e mediis flammarum globis, quibus ædes exarſit, erepta fuit; de qua ex Philiberto Pingonio hæc memorat Gualterius (*c*): *Die decembris S. Barbaræ ſacra anni MDXXXII. nocte media vix illabente, illud arcis ſacellum, in quo ſyndon aſſervabatur, flammis incognitis exarſit. Accurrebant omnes, ſed omnium diligentiſſime Philibertus Lambertus, qui duci erat a clavibus & conſiliis, aſcito ſecum ferrario fabro Guillelmo Puſſodo & Franciſcanis duobus. Hi imperterrito animo per medios ignes gradiuntur, cancellos ignitos aræ maximæ affixos ſeraſque effringunt, ſyndonem liquefacta jam capſa argentea extrahunt, & integram, cedente circum flamma, reportant; nec multo poſt ſyndon publice repræſentata eſt integerrima, niſi quod extra ſacræ iconis partes in complicatis exiguæ quædam ambuſtionis notæ, velut miraculi teſtes, remanſerunt. Quia tamen eu ſathanæ ſchola non defuerunt, qui exuſtam ſyndonem mox falſo prædicarent, divina factum eſt providentia, ut anno MDXXXIV. Clemens Papa VII. rem Ludovico Gorrevodo Cardinali ſedis Apoſtolicæ legato commiſerit, qui diligenti inquiſitione facta, eam ipſam ſyndonem eſſe, quæ ante fuerat, obſignatis tabulis affirmavit.* Pro eadem ſacra ſyndone in religioſum locum transferenda, vel etiam ſi læſa eſſet ſarcienda, Clemens legato provinciam impoſuit (*d*) ad pretioſiſſimum paſſionis dominicæ monumentum maximo populorum concurſu celebrari ſolitum poſteritati integrum reſervandum.

(*c*) *Gualter. in chronol. 15. ſæcul. ex Philiberto Pingonio.*

Sacra ſyndon in mediis ignibus ſervata.

(*d*) *Ib. p.* 574.

Ludovico tit. S. Cæſarei presbytero Cardinali noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato de latere.

Accepimus quod alias capella ſancta nuncupata caſtri Chamberiaci Grationopolitanæ diœceſis, in qua pannum ſyndon nuncupatum ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ut pie creditur, erat reconditum, incendio accenſa pannum prædictum, quadam celeri occurſione eu incendio huiuſmodi, divina cooperante gratia, eutitit ſublevatum. Cupientes itaque omnibus Chriſti fidelibus, qui forſan putant pannum huiuſmodi in incendio prædicto omnino fuiſſe conſumptum, illius præſervationem, ſi omnino vera ſit, innoteſcere, ne ipſorum Chriſti fidelium devotio tepeſcat, circumſpectioni tuæ per præſentes committimus, ut de præmiſſis te diligenter informes, & ſi pannum prædictum a dicto incendio præſervatum repereris, id in loco ad hoc congruenti & honeſto recondi, & cum debita veneratione teneri & cuſtodiri; & ſi forte ipſum pannum ex huiuſmodi incendio aliquam læſionem paſſum fuerit, id ab aliquibus religioſis mulieribus arbitrio tuo eligendis reſarciri facias, &c. Dat. Romæ die XXIII. *aprilis MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* X. Sed ad inſtitutam de Lutheranis narrationem revertamur.

De ſacra ſyndone in loco congruo reponenda data imperia.

Hoc anno Bernardus Rotmannus Monaſterienſium ſeductor mutato Lutheraniſmo cum Zuingianiſmo, demum etiam anabaptiſmum profeſſus, docuit inter alia, puerorum baptiſmum eſſe abominationem coram Deo, ut pueros gra- LXIII.

tia

Digitized by Google

tia & ſpe hereditatis cœleſtis orbaret, ſacramenta & miſſas & alia ſacramentalia a diabolo & antichriſto, hoc eſt Pontifice Romano, quæſtus gratia eſſe excogitata. Euchariſtiæ ſacramentum, quod ſupra ſacerdotis caput oſtentatur, eſſe magnum Balaam ſabbatum, non diem dominicum cum Judæis colendum edixit, intra annos mille & quadringentos nullum in orbe fuiſſe verum Chriſtianum. Neque poſt tempora Chriſti ullum fuiſſe ſacerdotem, neque Apoſtolos ipſos fuiſſe ſacerdotes, ſed miniſtros Dei, qui verbum divinum annuntiaverint, Chriſtum vero fuiſſe ultimum ſacerdotem: Chriſtum humanam naturam e Maria non aſſumpſiſſe: conjugia renovanda: proximo anno etiam polygamiam, & concubitus promiſcuos, & magicas artes profeſſus eſt, ac demum pſeudochriſtum contendentem ſibi a Deo revelatum abrogandum eſſe ſymbolum: *Credo in Deum*; ſequutus eſt, cum aliud ſymbolum proponeret de uxorum ducendarum multitudine & fictitio Chriſto in terra, regnaturo, pro quo vita & opes profundendæ eſſent. Apud Argentinenſes Sebaſtianus Francus peſtilentem librum, quem inſcripſit, *Chronicon*, edidit calumniis & prodigioſis mendaciis in Romanam eccleſiam compoſitis refertum; ſed cum non minus politicum ſtatum, quam hierarchiam eccleſiaſticam labefactaret, a magiſtratu hæretico proſcriptus eſt. Præcipuas vero ejus calumnias Joannes Coclæus confutavit, ut ipſemet teſtatur (a): *Coclæus* inquit, *ut Germanis ſuis breviter oſtenderet, quam miſere & maligne ab hujuſmodi nebulonibus decipiantur, duos edidit libellos, unum contra reformationem falſo adſcriptam pio principi Sigiſmundo Imperatori Auguſto, alterum contra unum duntaxat capitulum quinti libri tertiæ partis Chronicorum Franci jam dicti, cui hanc fecit Francus ille ſuperſcriptionem: Quando, quomodo, & a quo occidentalis eccleſia Europæ miſſam & tranſſubſtantiationem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti acceperit.* Ad quam ſane Coclæus dolenter ita reſpondit: *Utramque certiſſime accepimus a Chriſto domino noſtro, utraque enim non humanis viribus, aut verbis ſed mandato virtute & verbo Chriſti omnipotentis Filii Dei ſit, qui dixit:* Hoc eſt corpus meum: hoc facite in meam commemorationem. *At Francus iſte velut hoſtis tum miſſæ tum Eccleſiæ, vult utramque rem facere novam, ac nuper introductam, & a diabolo inventam; quod tamen neque ipſe neque Lutherus, neque ulli ſpiritus ſeditioſi, ſimul cum omnibus dæmoniis oſtendere unquam poterunt, &c.* Reſpondit deinde ſigillatim ad LXXXVIII. articulos ex uno illo capitulo excerptos. Circa ultimum ergo ſic ait: *Mallem equidem multo potius in ſacra ſcriptura religioſiſque ſcriptis ſanctorum patrum contemplativam quærere vitam, & cor meum in Dei laudibus mirabilibuſque conſolari, atque oblectare, quam hujuſmodi vanis impiiſque nugis hæreticorum intendere: ſed oportet me velut exiguum & qualecumque membrum Eccleſiæ adverſus immanes, virulentos, & importunos iſtos Eccleſiæ hoſtes facere quod in me eſt, quantum Deus dederit; unde cogor tantum moleſtiarum, vaniloquiorum, venenoſarum deceptionum, odioſorum mendaciorum, criminationum, conviciorum, calumniarumque ab iſtis illotis, & a dæmonio obſeſſis blateronibus pati atque videre.*

Inſana & impia ejus dogmata.

Sebaſtiani Franci liber peſtifer.

(a) Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

Fingit miſſam noviter fictam.

LXIV. Prohibita verſio vulgaris ſcripturæ.

In Scotia archiepiſcopus S. Andreæ & epiſcopi, ne ſimplex populus ex prava ſacræ ſcripturæ interpretatione in hæreſim pelliceretur, illam in linguam vernaculam verti vetuere: ex quo pio decreto Alexander Aleſius Scotus, qui Wittembergam uti ſentinam hæreſeon, & impiorum aſylum perfugerat, libellum ſcripſit ad Jacobum V. Regem, in quo epiſcopos ſumma laude digniſſimos in crimen vocatos calumniis laniavit; quas idem Coclæus contrario libello diſſolvit (b): *Sub idem*, inquit, *fere tempus aliam quoque apologiam ſcripſit pro epiſcopis Scotiæ adverſus Alexandrum Aleſium Scotum, qui apoſtatica perfidia e Scotiæ regno Wittembergam profugerat, atque ibi odioſam adverſus epiſcopos illius regni querelam, & accuſationem ediderat ad ſereniſſimum Regem Scotiæ Jacobum V. propter quoddam decretum, quod prohibebat legere novi teſtamenti libros lingua vernacula; dicebat Aleſius: Quid facerent aliud Turcæ, aut aliæ gentes inimicæ nomini Chriſtiano, quam quod iſti faciunt, ne populus attingeret ſacros libros, ne cognoſceret Chriſti beneficia & ſanctiſſima præcepta? &c.* Reſpondit Coclæus: *Nequaquam faciunt epiſcopi per illud edictum ſicut Turcæ, aut aliæ gentes inimicæ nomini Chriſtiano; Turcæ enim omnibus ubi poſſunt Chriſtianis ſacros libros adimunt, ſacerdotibus juxta ac laicis, abſque ullo diſcrimine & reſpectu: epiſcopi autem optima intentione non in odium Chriſti, aut plebis Chriſtianæ, ſed ad gloriam Chriſti, & in ædificationem atque utilitatem plebis ita ſtatuunt, ut plebs in Eccleſia a ſacerdotibus rite vocatis & ordinatis verbum Dei, beneficia, præcepta, & promiſſa Chriſti audiat devote & addiſcat cum fructu; ſcriptum eſt enim (c):* Labia ſacerdotis cu-

(b) Cocl. in actis & ſcript. Luth.

Alexandri Alexii contra id gannitus.

Refellitur.

(c) Malach. 2.

cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus; *hoc enim longe melius eſt & divinæ ordinationi conformius, quam eſt novitas Lutherana, qua rudis populus retrahitur a concione publica, & ſeducitur angulari prædicatione, aut lectione laicorum, quos nemo in Eccleſia doctores conſtituit. Nullum itaque pariunt fructum bonum, de quibus dicit Dominus per prophetam* (a): Expectavi ut facerent uvas, & fecerunt labruſcas; *& Chriſtus in evangelio* (b): Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus. *De quibus & Eraſmus Roterodamus, vir ævo noſtro longe doctiſſimus, ita ſcribit ad Wlturium: Nunquam illorum eccleſias ſum ingreſſus; ſed aliquando vidi redeuntes a concione veluti a malo ſpiritu afflatos vultibus omnem iracundiam, ac miram ferociam præ ſe ferentibus. Quis vero unquam vidit in illorum concionibus quemquam pro peccatis ſuis fundentem lachrymas, tundentemque pectus, aut ingemiſcentem? Hæc ille. Laudandi igitur, non redarguendi ſunt epiſcopi, qui tales deordinationes & perverſitates prohibent.* Fuiſſe peſtiferum ejuſmodi Alexandri Aleſii libellum ex parte concinnatum a Philippo Melanctone verſutiſſimo hæretico, qui eloquentiæ ſuæ blanditiis nocuerit magis quam Lutherus Eccleſiæ, refert Coclæus in literis ad primatem Scotiæ proximo anno datis: *Facile*, inquit, *conicio quanta ſit reverendiſſimæ dominationis tuæ, aliorumque præſulum in Scotia adverſus luporum Lutheranorum inſidias cura paſtoralis, & in cuſtodiendis gregibus, ſuper quos a Spiritu Sancto poſiti eſtis epiſcopi vigilantia, quæ tantopere accuſatur ab Aleſio Lutherano ſtylo & ingenio Philippi Melanctonis, qui ſane Philippus verſutiis rhetoricæ fretus, hypocritica ſimulandi ac diſſimulandi arte ac blandiloquentia pernicioſius fallit [dum ſubdole ſerpit ac circum præcordia ludit placidis verbis in dolo ſcribens, & mendacio quam ipſemet Lutherus, &c.* Floruit pluribus poſt hæc annis in Scotia orthodoxa religio.

(a) Iſai. 5.

(b) Matth. 7.

Quales fructus Lutheranarum concionum.

Philippus Melancton nocentiſſimus hæreticus.

LXV. At in Anglia hoc anno furere late hæreſis cœpit, ſumpta ex inceſtis Henrici cum Anna Bolena nobili ſcorto contra apoſtolicas ſanctiones & objectam anathematis religionem nuptiis, quas cum extremo ſuperiori anno clandeſtinas confeciſſet, ſatiata libidine non contentus, eas hoc anno publica pompa pridie idus aprilis, qui dies ſepulto Domino ſacer fuit, celebravit, mirumque fuit præſtantem ingenio Regem craſſis adeo tenebris fuiſſe obductum, ut tantum ſcelus ſpecie pietatis fucare voluerit: finxit enim ſe conſcientiæ ſtimulis adactum Catharinam uxorem, ex qua legitimam prolem ſuſceperat, repudiaſſe: at potiori jure Annæ Bolenæ nuptias, quam Catharinæ horrere illum debuiſſe demonſtrat Sanderus his verbis (c). *Certiſſimum eſt, inter Henricum & Annam Bolenam verum affinitatis impedimentum interveniſſe, idque ipſum Regem non ignoraſſe, eo quod Clementi VII. per literas ſuas confeſſus ſit, ſe Mariam Bolenam Annæ ſororem uterinam cognoviſſe: ex qua carnali copula Henricus toti familiæ Bolenorum factus eſt affinis, ſeu proximus ſanguinis; nam ut Paulus ait* (d): Qui adhæret meretrici unum corpus cum ea efficitur. *Cum igitur Maria Bolena fuerit proxima ſanguinis Annæ in primo gradu, nempe uterina ejus ſoror, Henricus, qui fuit unum corpus cum Maria factus eſt etiam proximus ſanguinis in primo gradu fratribus & ſororibus Mariæ, & ex conſequente Annæ, quid ergo eſt, quod is, qui tantas turbas excitavit, ut a Catharina tanquam ab affine ſua, disjungeretur, nunc non timet ad affinem ſuam accedere; & qui negabat Pontificis claves poſſe facere ut Catharinam retineret, nunc ſine ullarum clavium authoritate, immo contra illarum authoritatem Annam affinem ſuam in primo gradu ducit? Fruſtra, o Rex, contra ſtimulum calcitraſti. Deus hypocriſim tuam detexit, & adulterinum cor tuum toti mundo revelavit.*

Inceſtæ Henrici nuptiæ cum Bolena.

(c) Sander. l. 1. de ſchiſm. Anglic.

Sorore Annæ prius erat abuſus.

(d) 1. Cor. 6.

Quid vero quod idem Rex Henricus etiam matrem Annæ Bolenæ prius cognoverat, ut ante explicuimus, ex qua ſane copula tale affinitatis genus inter Henricum & Annam interceſſit, qualis eſt conſanguinitas inter parentes & liberos. At pater filiam ſuam ducere in æternum prohibetur, quia inter aſcendentes & deſcendentes nullæ unquam nuptiæ permittuntur, propterea quod in nuptiis eſt ſumma æqualitas & paritas [unde Eva ex latere Adam ſumpta eſt], cum interim liberi parentes honorare debeant, ſeque illis tanto inferiores agnoſcere, ut nunquam ſint referendo, & ideo nec illis quidem ulla ratione exæquari poſſunt. Itaque ut Henricus Annam Bolenam ejus mulieris, quam ſemel cognoverat, filiam duceret, res longe difficilioris diſpenſationis fuit, propterea quod hoc affinitatis genus ipſam nuptiarum eſſentiam propius attingere videtur, quam ut in eo diſpenſari omnino deceat; maxime ſi concubitus matris ſit multis manifeſtus. Quare cum Henricus contra naturæ quodammodo legem poſt matrem Annæ Bolenæ cognitam auſus ſit filiam in uxorem aſſumere, quam impudenter oſtendit ſe non auſum eſſe Catharinam retinere, ne in Deum peccaret? Quam impudenter etiam præ-

LXVI. Etiam Annæ matrem prius ſtupraret.

Naturæ jura omnia ab eo violata.

Digitized by Google

prætenuit, ſe credidiſſe quod Pontifex authoritatem non habuerit Catharinæ nuptias permittendi: ſed ad hunc pergamus.

LXVII. Creditum Annam Bolenam fuiſſe ejus filiam.

Conſtat ex iis quæ diximus non obſcuris indiciis ipſi Henrico revelatum fuiſſe, quod Anna Bolena eſſet ipſiuſmet Henrici filia, & tamen eam duxit, is videlicet, qui timuit ſui fratris abſque liberis defuncti uxorem a fratre ſuo minime cognitam retinere: incredibilis quidem audacia, inaudita hypocriſis, non ferenda libido: ſed tamen unius hominis propria fuit hæc audacia, hypocriſis propria, & libido propria. Nec tantopere mirandum eſt, ſi aut homo peccet, aut cum in profundum venerit contemnat; illud eſt mirandum, illud ſtupendum, ſi hominum infinita millia non ſuam, ſed alienam libidinem & hypocriſim non tantum æquo animo ferant, ſed etiam ſuſcipiant, laudent, colant, & ita colant, ut ſupra hoc fundamentum fidem, ſpem, ſalutemque ſuam exædificent. Omnes enim Anglicani proteſtantes Lutherani, Zuingliani, Calviniſtæ, Puritani, & Libertini, cæteræque omnes hæreticæ peſtes, quibus patria noſtra miſere periit, has turpiſſimas & inceſtuoſas Henrici & Annæ Bolenæ nuptias adorant, velut fontem evangelii ſui, matrem eccleſiæ ſuæ, originem ſuæ fidei. Jam pridem Calviniſta quidam Anglicanus Londini duos libros edidit, eoſque tum Elizabethæ Reginæ aſtante pſeudoepiſcopo Cantuarienſi Matthæo exhibuit, tum etiam apud Joannem Dayum typis mandavit, in quorum poſteriore de Henrici & Annæ matrimonio agens, hæc habet (a) *verba:* O vere beatæ, & non ſine ſummo numine conciliatæ nuptiæ, cæleſtiſque partus ac progenies, quibus patria a ſervitute & caligine pluſquam ægyptiaca erepta, atque liberata, & ad verum Chriſti cultum reſtituta eſt! *Hæc ille. Nemo jam miretur aut Cainos olim fuiſſe, qui homicidam Cain adorarent, velut ex potenti virtute procreatum, aut Ophitas, qui, ut Tertullianus ait, magnificarent ſerpentem, qui primos parentes in paradiſo decepit, velut authorem ſcientiæ boni & mali: nam quid tandem olim factum credi non poteſt, cum hodie videamus tot millia hæreticorum nuptias patris cum filia propria adorare? iſti liberationem ſuam ex ſervitute pluſquam Ægyptiaca his nuptiis acceptam ferunt: iſti verum Chriſti cultum per has nuptias reſtitutum gloriantur. Verum quidem eſt per has nuptias aditum vobis patefactum eſſe ad omnem hæreſim omnemque nequitiam. Sed, o immenſam Dei bonitatem, qui quod hæreſes veſtras non alio partu, quam per tam nefandas nuptias in lucem exire permiſit, eo ipſo declaravit illas turpiſſimarum tenebrarum filias eſſe, nec aliter quam per opera tenebroſa procreari potuiſſe: oportuit filiam cum patre, ſororem cum fratre commiſceri [nam & hoc Annam Bolenam paulo poſt perpetraſſe conſtabit] ut pulcher ille partus fieret, a quo veſtræ religionis fundamenta conſtituerentur, & eccleſia veſtra non jam ex ſanctiſſimo Chriſti latere, ut catholica, ſed ex impuris meretricis lumbis profecta ſtabiliretur.*

Infandæ ex nuptiæ laudatæ ab hæreticis.

(a) Jo. Day. in libell. cap. 11.

Anna Bolena patris fratriſque concubitum non horruit.

LXVIII. Catharina Regina excluſa palatio.

Subdit Sanderus, Catharinam Reginam non modo thalamo regio, ut antea diu, verum a cohabitatione & palatio excluſam in villam Bedfordienſis provinciæ tribus ſtipatam ancillis ſe contuliſſe, ſeque orationibus, jejuniis, aliiſque ſanctiſſimis operibus pro ſalute adulterorum exercuiſſe, at populum volaticum, & plures ſacerdotes, ac nonnullos abbates ad ineundam ab Anna adultera gratiam ut ſibi ad honores opeſque aditum munirent, ſe convertiſſe: *In his erant*, ait Sanderus, *primi qui Lutheranam hæreſim [cui etiam Anna clanculum favebat] ſectabantur. Itaque ſtatim Henrici aula ejuſmodi hominibus completa eſt, qui ſacra omnia ridere, ſacerdotibus illudere, religioſorum vitam in contemptum adducere, eccleſiaſticorum divitias ac potentiam carpere, ridiculas de monachis fabulas fingere, & ſupra omnia Pontifici Romano detrahere, invidiam facere ſolebant; & qui in his ſe petulantiſſimos & audaciſſimos præbebant, ii primas apud Annam, & per eam etiam apud Regem obtinebant.*

Impii ab Anna promoti.

LXIX. Thomas Cromuelus vir nequam evectus ab eadem.

Inter cæteros, quos Anna his initiis Regi commendavit, fuit Thomas Cromuelus, homo vafer crudelis, ambitioſus & avarus, hæreſi etiam deditus, eaque de cauſa univerſo nomini eccleſiaſtico infeſtus. Hunc Henricus, ut hominem Annæ gratum, & ſuis conſiliis miniſtrum aptiſſimum ſociare ſtatuit Cramnero archiepiſcopo, & Audlæo cancellario, ut per illum quaſi triumviratum ex ſua ſententia ſingula gererentur. Et infra: *Hanc opportunitatem nacti hæretici nihil quidquam ſibi prætermittendum exiſtimarunt, quo jam per jam illuſtrium fautorum patrocinia cauſam ſuam promovere poſſent. Totius autem negotii momentum in eo maxime poſitum eſſe judicabant, ut Regem ipſum, quem jam a Pontifice Romano alienum & hæreſi ab Anna aſperſum ſciebant, in clerum ſuum Anglicanum, cui ex actis ſuperioribus infenſum jam intelligebant, magis magiſque incenderent atque inflammarent. Cujus rei cauſa ſpargebant in dies in vulgus, ac per aulas principum diſſeminabant libellos plurimos famoſos fraudis, impietatis, & nequitiæ pleniſſimos, quibus invidiam & odium eccleſiaſticis conflarent. Et in iis unus*

Grassati palam hæretici.

Hen-

Henrico ipſi exhibitus fuit, cujus erat inſcriptio : Libellus ſupplex mendicorum ; in quo poſt amplificatam rhetoricisque figuris invidioſis exaggeratam verorum pauperum ac mendicorum cum inſignem multitudinem tum extremam indigentiam, univerſam totius mali cauſam in mendicos quoſdam robuſtos ac otioſos coniiciebat, quos appellabat pontifices, prælatos, archidiaconos, decanos, canonicos, parochos, præbendarios, abbates, monachos, moniales, ac fratres mendicantes ; quorum artificio in mendicando, & purgatoriarum pœnarum prætenſione [quas tamen certe nullas eſſe dicebat] pluſquam mediam partem bonorum totius Angliæ abſorberi, & alios omnes mendicos debiliores ad extremam miſeriam redactos eſſe affirmabat : proinde mendicorum omnium nomine ſuam majeſtatem ſuppliciter rogabat, tanquam ſupremum Dei in terris miniſtrum, pauperumque patrem, ut veros Chriſti pauperes a pontificibus derelictos, & a pontificiis oppreſſos pro ſua juſtitia ac miſericordia ſublevaret : quod illa ratione optime ac faciliime fieri poſſe dicebat, ſi ex juſtitiæ diſtributivæ præſcripto unicuique generi hominum quod juſtum eſſet aſſignaretur ; quo fieret, ut cum clerus Anglicanus ducenteſimam partem aliarum perſonarum totius regni non æquaret, mediam autem partem divitiarum omnium poſſideret, centeſimam tantum partem eorum, quæ habebat permittendam ei eſſe, & nonaginta novem ei auferendas fiſcoque regio applicandas, quibus reliquos pauperes ſuo Rex arbitrio ſuſtentaret. Ex parte deinde omnipotentis Dei ſupplicabat ſuæ majeſtati hic pauperum procurator, ut hanc etiam centeſimam partem, quam aliqua juſtitiæ ratione ad eccleſiaſticos pertinere dixerat, tamdiu Rex apud ſe retineret, quouſque clerici monachique præceptum illud Dei in geneſi poſitum exæquantur, quo jubentur in ſudore vultus comedere panem : quod ſi facere detrectent, tunc non ſolum hac etiam parte privandos eſſe, verum etiam pœnis graviſſimis caſtigandos : hæc ille.

Eorum technæ ad expilandas opes eccleſiaſticas.

Ex fiſco regio inferri poſtulant.

LXX. Spargebantur hæc vel approbante, vel connivente Rege, applaudenteque ejus ſenatu, cum catholici pio ardore hæreticorum technis obſiſtendum rati ſunt : inter quos Thomas Morus doctiſſimum librum edidit, quem libellum ſupplicem animarum in purgatorio inſcripſit ; ſiquidem eccleſiaſticæ opes maxima ex parte pro concilianda expiandis animabus divina clementia clero relictæ fuerunt : *In hoc*, inquit Sanderus, *detectis primum hæreticorum fraudibus ac mendaciis, quibus etiam viam erroribus ſuis aperire ſolent [quo etiam loco univerſa illa mala, quæ poſtea ab his initiis ſequuta ſunt, prædicebat] confutatis etiam infinitis maledictis falſiſſimiſque calumniis, quibus impii iſti obtrectatores ſortem Domini, id eſt clerum, iniquiſſime onerabant ; demonſtrat primo loco poſſeſſiones alioſque cleri reditus multis partibus minores ac pauciores eſſe, quam iſti ad invidiam excitandam affirmant : deinde non ſolum pie, verum etiam neceſſario hos reditus clero a majoribus noſtris aſſignatos fuiſſe ad cultum Deo perpetuo perſolvendum : præterea rempublicam ſine his conſtare non poſſe ; nec ſolum clericos ſed laicos, etiam infinitos, qui vel clericis inſerviant, vel ab iis dependent, his reditibus ſuſtineri : pauperum omne genus ab eccleſiaſticis maximam eleemoſynarum partem accipere : hoſpitia, collegia, monaſteria, xenodochia, cæteraque pietatis opera, ac paupertatis refugia ab his præcipue erecta fuiſſe, opibuſque ditata : denique cleri opes vere eſſe theſaurum pauperum non ſolum in hoc mundo, verum etiam in futuro latiſſime graviſſimeque contra hæreticos probat Morus ; nec ullus poſtea de hoc ei argumento reſpondit.*

Thomas Morus ſcribit pro eccleſiaſticis.

Confutat hæreticorum calumnias.

LXXI. Interea Anna & Cromuelus, atque alii orthodoxæ religionis hoſtes Henricum ad evertendum eccleſiaſticum ordinem impellere non deſtiterunt, eique ſuperbia inceſtiſque amoribus furenti perſuaſere (a), ut in ſolemnibus conventibus epiſcopos & clerum omnem adigeret ad deferendam illi ſolemni ſacramento obedientiam, quam Romano Pontifici præſtare conſueverant ; ita enim Cramnerum archiepiſcopum primatem Angliæ excuſſo Pontificis jugo, translataque in Regem ſuprema in Anglicanam eccleſiam authoritate, liberius ex Regis voluntate ſententiam, ſpretis apoſtolicis fulminibus, laturum : cumque nova res & inaudita eſſet, viſum eſt tentandum Fiſcherum epiſcopum Roffenſem catholicorum columen ; ſi enim ipſe ſuccumberet, cæteros omnes facile ejus exemplum ſecuturos ; ſin abnueret, & in ſacerdotali conſtantia perſtaret, illius obruendi occaſionem non defuturam : ſiquidem Anna Bolena illius odio ob defenſam Reginæ cauſam flagrabat adeo, ut etiam coquum Richardum Riſæum, qui ipſum veneno interimeret, mercede conduxerit. Sed vir pius ad majora prælia a divina providentia reſervatus eſt : *Cum Riſeus*, inquit Sanderus, *non alia ratione id facere tentaret, quam ut ollam communem, in qua pro univerſa epiſcopi familia juſculum coquebatur, inficeret [ſciebat enim epiſcopum communibus cibis inter ſuos veſci ſolitum] divina providentia factum eſt, ut eo ipſo die, quo in ollam venenum*

(a) *Sander. l. c.*

Perſuaſum Henrico, ut ſupremam in eccleſiam auctoritatem corripiat in Anglia.

Veneno tentatus Joannes Roffenſis ab Anna Bolena.

Servatus divinitus.

eſt injectum, Roſſenſis præter ſolitum in triclinium non veniret: famuli autem qui illi prandio interfuerunt, ſtatim correpti fere omnes expirarunt, & Riſeus coquus confeſſione ſua proditus publice ſupplicio affectus fuit. [1]

LXXII. Concepit inde graviora odia in virum ſanctum nova Jeſabel, ac politici Anglicanam eccleſiam Regi ſubiicere meditati ipſum per inſidias circumvenere adeo, ut aſſerendæ regiæ poteſtatis ſpecie irretierint, quam culpam poſtea ſuo cruore exterſit: *Cum Rex vehementiſſime*, ait Sanderus, *perurgeret, nullamque excuſationem aut dilationem admitteret, diceretque ſe experiundi cauſa hoc poſtulare, quo cerneret, ſi clerus tam male affectus in ipſum eſſet, quam multi affirmabant, adiiceretque præterea ad tollendum omnem conſcientiæ ſcrupulum, non alia ratione hoc obedientiæ juramentum exigi ab eccleſiaſticis, quam ut explicate adjungeretur eouſque illos jurare quantum ipſis per Dei verbum permiſſum eſſet ac licitum: ex altera etiam parte, cum Roſſenſis animo perpenderet immenſam iræ regiæ tempeſtatem univerſo clero impendentem, niſi hac in re illi ſatisfieret, ſperaret autem proceſſu temporis Regis animum amoris Annæ pertæſum revocari poſſe ab hoc incæpto, cum viri doctiſſimi & epiſcopi non eſſent defuturi, qui ipſum docerent, hoc nulla ratione permitti aut licere, his inquam aliiſque multis rationibus inductus ac deceptus Roſſenſis [de quo poſtea ſæpiſſime graviſſimeque doluit] neceſſitati præſenti cedendum ratus perſuaſit reliquis, qui firmiores adhuc erant in clero [nam plerique jam archiepiſcopis Crannero & Leio tunc Eboracenſi, illi Cantuarienſi, qui ambo Regis negotium promovebant, adhæſerant] ut ſaltem cum exceptione illa prædicta [quantum per Dei verbum liceret] obedientiam Regi in cauſis eccleſiaſticis ac ſpiritualibus jurarent. Cujus facti Roſſenſem poſtea uſque adeo pœnituit, ut publice ſe incuſans diceret ſuas, id eſt epiſcopi, partes fuiſſe non cum exceptione dubia, ſed apertis & disertis verbis cæteros potius docuiſſe, quid verbum Dei permitteret, quidve prohiberet, quominus alii in fraudem incurrerent, nec unquam ſibi deinceps peccatum hoc ſatis expiaſſe videbatur, quouſque proprio ſanguine hanc maculam eluiſſet: Rex tamen hac ratione obtinuit quod cupiebat.*

Henriei in elerum tytannis.

Decipi ſe ſinit ab Henrico.

Errorem poſtea plangit.

LXXIII. Arrepta his fraudibus ſacroſancta in eccleſiam Anglicanam poteſtate Henricus impium Thomam Cromuelum legatum ſuum ad ſacras cauſas cognoſcendas creavit, & cum Crannero Cantuarienſi archiepiſcopo egit, ut quemadmodum conventum fuerat, contra pontificias ſanctiones regium, cum Catharina conjugium reſcinderet. Ille ſcenicum judiciarium ordinem inſtituens Catharinam Henricumque in jus vocavit: nec puduit Henricum, qui Catharinam tam flagitioſe ab ſe rejecerat, hypocriſis larva induta fingere ſe a divortio abhorrere: quem Crannerus quaſi theatrali joco admonuit ne fratris defuncti uxorem contra leges fictitii evangelii diutius retineret: ni pareret, eccleſiaſticarum cenſurarum pœnas ei ſe irrogaturum minatus eſt. Applauſere huic nimico ludo aſſentatores, referente Sandero: *Mira*, inquit, *dicendi libertas in ſubdito; inquiebant adulatores regii:* Jam vere videmus quantum inter papiſticam religionem & ſincerum Dei evangelium interſit. Hic epiſcopus niſi ex Deo eſſet, Regem ipſum ſui officii tam audacter non admoneret. O diem beatum qui cœleſtem lucem primus ad nos attulit: *Sic illi. Porro Thomas Crannerus ex domo Annæ Bolenæ ad ſolius actoris arbitrium ea lege delectus archiepiſcopus & judex, ut ſententiam pro divortiu ferret, ne audita quidem altera parte audacter pronuntiavit neceſſitatem jure divino impoſitam Regi eſſe, ut Catharinam repudiet, & libertatem conceſſam, ut alteram ducat.* At

Henricus ad cognoſcendas ſacras cauſas Cromuelum conſtituit.

Cranneri archiepiſcopi fraudes.

Fert ſententiam pro divortio.

NOTÆ [1] EA quæ ex Sandero narrat hic Annaliſta erroris arguit Burnetus Hiſtor. de la Reform. d'Anglet. in refutat. Sanderi, affirmans ante duos annos ab aſſumptione Crammeri id eſt anno 1531. clerum univerſum jurato ſpopondiſſe obedientiam Henrico, eandem quam antea Romano pontifici nuncupare conſueverat, quantum tamen lex Dei pateretur & permitteret. Nihil vero cauſæ fuiſſe animadvertit cur hoc anno geminaretur quod ante biennium peractum erat. Id vero forte concedendum Burneto erit. Vera tamen ſcripſiſſe Sanderus in eo ſaltem cenſeretur quod aſſeruerit hoc anno idem jusjurandum ab uno ſaltem Fiſchero exactum, cujus rei peculiaris ſuppetebat cauſa, cum regi permultum conduceret, ſi Fiſcherum ſuarum partium fautorem habere potuiſſet.

Immerito etiam ab eodem reprehenditur altera ejuſdem Sanderi, quam & Annaliſta hic num. 75. exhibet, animadverſio, nimirum quinto tantummodo menſe a nuptiis Henrici cum Anna Bolena Eliſabetham filiam in lucem prodiiſſe. Non enim ait Sanderus quinto menſe a nuptiis, ſed quinto menſe a *Solemni nuptiarum celebratione*; Bis enim Henricus nuptias cum Anna celebravit; ſemel privatim coram Rolando Lee, die XIV. novembris anni 1532. Iterum vero ritu ſolemni die feſta reſurrectionis J. C. anno iſto 1533. quinto vero ab his nuptiis menſe die VIII. ſeptembris 1533. Anna filiam Elizabetham peperit. Priores nuptiæ inceſtæ habebantur, cum divortii ſententiam a Crammero latam præceſſerint; hinc ſpuriæ nota Elizabethæ manſit. MANSI

LXXIV. At Henricus, qui ſcelus hoc juſtitiæ inani ſpecie fucaverat, jam ante per arcanum oratorem rem univerſam Gallorum Regi, quem Caroli V. odio ſibi adhæſurum ſperabat, ſignificaverat quamvis ſolemnem inceſtarum nuptiarum pompam extraxerit in pervigilium reſurrectionis dominicæ diem, atque auguſtiore apparatu quam ullam unquam antea Reginam, diademate regio Annam Bolenam pellicem poſtridie kal. junii inſignivit : *Cum matrimonii hujus fama*, inquit Sanderus, *fines Angliæ egreſſa ad exterorum aures perveniſſet, dici non poteſt quantum admirationis, doloris & indignationis in Chriſtianorum principum animis excitaverit. In primis vero Carolus Cæſar, qui per illa tempora in Italia fuerat, indigniſſime rem ferens, Pontificem obnixe rogavit, ut pro ſumma authoritate a Chriſto ſibi commiſſa ad filios petulantes & rebelles caſtigandos, tam inſignem Henrici nequitiam impunitam eſſe non permitteret. Pontifex, quamquam ut rei ipſius indignitate, Caroli etiam juſtiſſima petitione vehementer moveretur, tamen qua erat ſemper in Henricum indulgentia, rem euſque differendam cenſuit, donec iter ſuum in Galliam, quod tum meditabatur, abſolviſſet.* Refert Palmerius in literis ad Cardinalem Corneum ſcriptis (a), Clementem in Cardinalium ſenatu ejuſmodi inceſtas nuptias expoſuiſſe, ut in eos lege eccleſiaſtica animadverteretur, ſententiam vero ferendam diſtuliſſe, ut ea de re conſilia cum Carolo V. conferret, vel majori maturitate expenderet.

Caroli Cæſaris querelæ.

(a) *Ext. l. 3. lit. prins. p. 22.*

Differt Clemens ſententiam ferre.

LXXV. Cum autem Henrico perſpicuum eſſet, Pontificem a juſtitiæ tramite non deflexurum, priſtinos errores novis erroribus cumulavit, ut memorat Sanderus (b): *Sub pœnis*, inquit, *graviſſimis edixit, ne quis in poſterum illam [ſcilicet Catharinam conjugem Cæſaris materteram] Reginæ nomine vel Henrici uxoris appellatione dignaretur; ſed ut tantum Arturi principis defuncti vidua ab omnibus vocaretur. Deinde admonitus ab Anna quod gravida jam eſſet, ac partui proxima, Mariam ex Catharina filiam decem & ſeptem annos natam, quam antea Walliæ principem regnique heredem univerſi ordines jurato profeſſi fuerant, omni regio ornamento detracto tanquam ſpuriam & illegitimam ad Catharinam matrem remitti juſſit, ut privatam cum ea vitam ageret. Simul etiam cuſtodes & exploratores in ipſa Catharinæ domo famulorum loco conſtituit.* Nonnullis interjectis: *Reverendum admodum doctumque virum Joannem Foreſtum D. Franciſci de obſervantia religioſum, qui ſereniſſimæ Catharinæ a confeſſionibus fuerat, in carcerem conjicit eo prætextu, quod Hugoni cuidam Latimero hæretico liberius in Papam coram ipſo Rege debacchanti reſtitiſſet : deinde nonnullos alios, & in iis tres ſacerdotes ac doctores theologos, qui cauſam Catharinæ paulo ante apud legatos Pontificis defenderant, Thomam Abelum, Eduardum Povellum, & Richardum Fertheſtonum recludi juſſit in arctiſſimas cuſtodias.* Et poſt alia : *Dum ſic fureret, ac inſtar alterius Herodis ſæviret Henricus, inſtigante eum ſua impiiſſima Herodiade nata eſt ſaltatrici filia [quæ ob innumeras ſanctorum cædes, quæ illius cauſa factæ deinde atque perpetratæ fuerunt, non immerito filia ſanguinis a multis fuit appellata] edita eſt in lucem ſeptimo idus ſeptembris in ipſo profeſto natalis beatiſſimæ Mariæ virginis, quam illa poſtea delevit e faſtis eodem ipſo anno, qua matrem ejus Henricus duxerat, id eſt non totis quinque menſibus poſt ſolemnem nuptiarum celebrationem, neceſſe ut fuerit Annam prius cognitam ab Henrico vel ab alio fuiſſe, quam publice duceretur. Et certe non deerant, qui eo ipſo tempore dubitarent propter notiſſimam Annæ Boleuæ incontinentiam num proles hæc ad Henricum pertineret : non enim ignorabatur etiam tum quam familiariter uteretur Anna amatoribus illis, quos poſtea prodidit, & una ſecum perdidit, quam ipſam ob cauſam Maria princeps, quæ tum aderat, plurimaque quæ alios latebant, per matrem matriſque amicos expiſcabatur, nunquam poſtea adduci potuit ut exiſtimaret Elizabetham ſororem ſuam eſſe, hoc eſt ab Henrico genitam : Baptizandam tamen curavit Henricus Elizabetham ſummo ſplendore ac celebritate apud Grenuicum in eccleſia fratrum Franciſci de obſervantia, quod univerſo illi ordini infauſtum fuiſſe deinde videtur, eo quod undecimo poſt menſe, nihil adhuc contra alios religioſorum ordines decreto, omnes illius inſtituti monachi per univerſam Angliam locis ſuis pulſi fuerunt, fratribus S. Auguſtini in eorum ædes pro tempore ſubſtitutis : Elizabetha vero, cum poſtea ad regnum perveniſſet, illud ipſum monaſterium Grenuicenſe in quo baptizata fuerat, a Maria Regina paulo ante reſtitutum, iterum deſtruxit, & ad uſus profanos ſui palatii, cui adhærebat ædificia deſtinavit.* Hactenus de natalibus Anglicanæ Jezabelis, quæ eccleſiam & Dei ſanctos ſæviſſime perſecuta eſt.

(b) *Sander. l. 1. de ſchiſmat. Angliæ.*

Henrici in Mariam filiam vaſania.

Viri pii ab eo in carcerem conjecti.

Nata Henrico filia poſt quinque menſes.

Dubitatum an revera eſſet ab eo progenita.

Dum ita Angli ab eccleſiæ Romanæ conjunctione Henrici Regis impietate divulſi ſenſim deficerent, Pontifex Jacobum V. Scotiæ Regem nepotem Henrici in priſtina fide & obſequio confirmare LXXVI.

anniſus eſt : nec piis conſiliis felix defuit exitus ; Jacobus enim coactis regni ordinibus propoſuit ob oculos quanti referret acceptam a majoribus veram religionem contra hæreticorum inſidias tueri, adeo ut communi ordinum conſenſu conſtitutum ſit conjunctionem veterem cum Romana eccleſia retinendam : de quibus hæc Joannes Leslæus (*a*) narrat : *Clemens, qui papatum tunc gerebat, proſpiciens Henricum aperte jam ab Eccleſia deficere, cœpis pietate quadam plane paterna proſpicere ne noſter Rex eadem ſe labe contaminaret. Miſſis ergo ad nos legatis Regem multis ſibi privilegiis aliiſque beneficiis devinxit, ac verbis ſummopere rogavit, ne quid avunculi Regis ſui exemplo, qui ab Eccleſiæ catholicæ puritate deſciſcens teterrimam jam hæreſeos notam ſubiverat, commoveretur, neque ſi hæreſim in illius aures inſtillarit, mallet potius putidiſſimas Lutheri ſentinas quam clariſſimum Eccleſiæ fontem conſectari, quam Pontificis in ſe voluntatem Rex gratiſſimo animo proſequebatur. Cuius rei ut ſignum legatis luculentiſſimum ſuſtolleret ordines Edinburgum XV. kal. julii congregari juſſit, ubi frequentiſſimo ſenatu ſententiam ſuam de religione hoc modo dixerat : Cum majores noſtri [ſubditi mihi longe chariſſimi] primi aut a primis non ita disjuncti recenſeantur, qui religionem catholicam amplexati ſint, illamque tam ſancte tam pie tam ſincere ſemper coluerint, ut pontificiæ authoritatis ſanctitatem nullo unquam tempore ne tantillum quidem infregerint. Ego profecto cenſeo, ut nos quoque in tanto Eccleſiæ turbine ac hæreticorum undique graſſantium inſidiis illam fidem Deo, Eccleſiæ, Pontifici integram ſervemus. Statuendum etiam eſt non minorem nos in religione retinenda, quam maiores noſtros in conſtituenda laudem adepturos ; cum contra ſi religionis poſſeſſionem a maioribus noſtris relictam quorumdam leviſſimorum væſanis conſiliis excuti nobis patiamur, eo profecto nos graviori ſcelere quam reliqui obſtringemur, quo illorum parentibus noſtri fuerunt in religione conſtituenda priores ac defendenda acriores. Annuerunt omnes, communique conſenſione ſanxerunt, ne quid de honoribus, qui Romanæ eccleſiæ a majoribus habiti fuerunt imminuatur, verum potius fides, obedientia, defenſio acrior Eccleſiæ jam aliquorum inſidiis impetitæ merito adhibeantur : quod ne quorundam audacia violaretur, hæreſim omnem quorum religionis aut pietatis ementito velo obiectam edictorum legumque ſeveritate affligendam ſtatuerunt : quæ tamen leges his ſolum comitiis fuerunt rogatæ, proximis autem publice indictæ*. Diſtricta eſt proximo anno hujus legis ſeveritas in vicecomitem Lithquoenſem, atque Andream Stratonum equeſtri dignitate clarum, & alios, qui poſt Lutheranam hæreſim damnatam, in eamque relapſi, Edinburgi flammis exuſti ſunt : ut vero poſt Jacobi V. mortem, illius nothi filii ſcelere hæreſis Scotiam ſenſim infecerint, ſuo loco lugebit narratio ; nunc de colloquio inter Clementem & Gallorum Regem condicto agamus.

(*a*) *Jo. Leſl. de geſt. Scot. l. 9.*

Clementis ad Scotum legatio.

Jacobi V. Regis ad Scotos oratio.

Non minor laus in religione retinenda quam ſuſcipienda.

Sanctio pro ſervanda a Scotis conjunctione cum Romana eccleſia.

Hæretici exuſti Edimburgi.

LXXVII. Colloquium Clementis cum Franciſco I.

Decretum fuerat, ut Niciæ illud haberetur ; ſed cum Sabaudiæ dux arcem Nicienſem munitiſſimam committere alienæ fidei abnuiſſet, veritus aliquas Gallorum inſidias, quod ea olim juris Gallici fuiſſet, demum Maſſilia delecta eſt : tum admonitus Franciſcus Gallorum Rex (*b*), ut internuntio referret, quæ in colloquio expoſiturus erat, quo Pontifex interea de iis deliberare poſſet, parataque & digeſta materia feliciores exitus haberet. Commoverat vehementer illius colloquii mentio Caroli V. animum, atque Italis principibus terrorem injecerat (*c*) ne Henrici ducis Aurelianenſis & Catharinæ Mediceis cauſa belli faces in Italia ſuccenderentur. Verum Pontifex omnia, de quibus cum Gallo agebat, contulit cum eodem Carolo (*d*), Venetumque ſenatum fecit certiorem eo conſilia ſua tendere, ut publica Italiæ pax confirmetur colaturque : Cæſaris pariter ac Franciſci Regis amicitiam fovere velle, ſeque communem omnium parentem profiteri ; de quibus hæc Paulus Jovius (*e*) : *Clemens, qui conſilia ſua aſſiduis cogitationibus evigilata terminarat, magno ſibi artificio & temperamento Cæſaris pariter & Franciſci Regis amicitiam tuendam eſſe arbitrabatur : periculoſum enim eſſe prædicabat unam tantum amicitiam colere, quæ cum alias excluderet duriſſimæ ſervituti proxima videretur : pontificiæ ſiquidem dignitatis & æquitatis eſſe communem ſe omnibus parentem atque benevolum profiteri, neque adeo Gallorum Regem tanti nominis, & qui Chriſtianæ religionis ſæpius defenſæ propagatæque titulos præferret, contemnendum exiſtimare, ut colloquium cupienti pieque petenti, cum id ipſe bis Cæſari dederit, omnino denegetur. Anne aliter exſcindi abolerique poſſe Lutheranæ hæreſis malum, quam ſi Franciſcus concilio faveat, authoritate, & viribus adſit, & in eam præſertim cauſam ſenſus & conſilia Gallicæ plena pietatis cum Cæſare coniungat : ſe profecto ea mente in Galliam proficiſci, ut pacem atque otium confirmaret, &c.* Acceptis Pontificis literis, auditoque epiſcopo Faventino internuntio apoſtolico, profeſſus eſt

(*b*) *Ib. p. 294.*

(*c*) *Jov. hiſt. l. 31.*

(*d*) *Lib. brev. ann. 1533. p. 563.*

(*e*) *Jov. l. 31.*

Cur in neutram partem inclinare voluerit Clemens.

Fran-

Francorum Rex datis XXIII. junii ad Clementem literis (*a*), ſe illud colloquium Chriſtianæ rei aſſerendæ amplificandæque ſtudio expetiiſſe, conſiliaque omnia in publica pace conſtituenda propagandaque collocaturum, ut omnia neceſſaria ad decernendum ſacrum in Turcam communem hoſtem bellum, ad exſcindendas Lutheri & aliorum novatorum hæreſes, ne latius ſerpant in populo Chriſtiano, tum ad celebrandi œcumenici concilii, ſi Pontifici cogendum videatur, tempus locumque deſignanda inſtruantur, ſpemque magnam ſe concepiſſe ex illo colloquio tot tantaque ad Numinis divini cultum & honorem, ad pontificiæ majeſtatis & ſacroſanctæ poteſtatis gloriam, ad rei Chriſtianæ amplificationem commoda emerſura, ut univerſis ex eo lætitiæ fructus proventuri eſſent: addiditque ſe Cardinalibus Turnonio & Acramontio mandata dediſſe, ut colloquium, quod in decimum quintum julii diem indictum fuerat, ad medium auguſtum extraheretur, cum æſtivi calores cadentibus primis imbribus temperarentur, ne quid damni pontificia valetudo acciperet. Quibus literis appoſita erat hæc poſtrema ſententia: *Obſequentiſſimus filius ſanctitatis veſtræ Franciſcus Rex Franciæ.*

(*a*) *L. 3. lit. princ. pag. 23.*

Jactatæ a Franciſco colloquii cauſæ.

Pellectum in id colloquium Clementem fuiſſe ſpe revocandi ab Annæ Bolenæ impuris amoribus Henrici Regis Anglorum interprete Franciſco Rege memorat Sanderus, dum ait (*b*): *Maximis de cauſis Franciſcum Galliæ Regem Maſſiliæ Clemens Pontifex convenire ſtatuerat, per eumque quod ſumma eſſet cum Henrico amicitia conjunctus Regis animum ab Annæ complexu, nunc ſaltem poſt expletam libidinem ſperabat poſſe revocari, atque illius quidem rei ſpem magnam faciebat ipſe Franciſcus, quo facilius Pontificem ad colloquium illud Maſſilienſe pertraheret.*

(*b*) *Sander. l. 1. de ſchiſm. Angl.*

De Henrico ad officium revocando agit Clemens.

LXXVIII. Ergo cum ineunte ſeptembri primæ autumnales pluviæ fervorem aeris temperaſſent, Clemens creato Antonio Cardinale de Monte in urbe legato apoſtolico, in cujus poſtea ægrotantis locum Alexander Cardinalis Farneſius prima octobris ſubrogatus eſt, profectionem in Gallias paravit, quam Petrus Paulus Gualterius Aretinus (*c*) collegii Cardinalium ſcriniarius, & rituum ſacrorum præfectus deſcripſit in diariis ſuis (*d*): *Anno*, inquit, *MDXXXIII. die martis* IX. *ſeptembris diſceſſit, ex urbe Roma prælibatus Clemens cum curia ſua*. Recenſito deinde univerſo ad portum Piſanum itinere, additur Pontificem conſcendiſſe triremes Gallicas, atque ex compoſito cum ſua quemque claſſe Auriam, Alvaremque Baxanium, & Salviatum Meſſana redeuntes affuiſſe, decurentibuſque ante portum cum inſigni vexillorum ornatu triremibus diſploſiſque omnibus tormentis Pontificem conſalutaſſe. Deſcribit navigationis ordinem idem diariorum ſcriptor hiſce verbis.

(*c*) *MS. arch. Vat. ſign. n. 111.*
(*d*) *MS. bibl. Card. Barb. ſignat. n. 1105. p. 187.*

Die dominica V. *octobris poſt meridiem Papa ingreſſus eſt galeam ſuam, & omnes alii Cardinales & curiales ſecundum loca ſibi deſignata. Societas noſtra* [*ſcilicet corporis Chriſti*] *habuit galeam ducisſam nuncupatam. Navigatum eſt die noctuque, die lunæ* VI. *octobris venimus in portum de Finali, & Papa voluit deſcendere & viſitare unam eccleſiam B. Mariæ, in qua eſt magna devotio, & multa miracula fiunt. Die martis* VII. *octobris venimus in portum Villæ Franchæ apud Niciam per unum milliare. Die ſabbati hora* XVI. *intravimus portum in Maſſilia. Papa primo deſcendit ex galea & ultra portam in viridarium Regis deductus eſt ex oppoſito palatii ſibi in civitate præparati, ut inde poſſet civitatem ſolemniter intrare.*

In triremi delatum Chriſti corpus.

Die dominica XII. *octobris*, & infra, LXXIX.
ordo talis fuit, videlicet Cardinalium & familiares Papæ & nobiles, inde officiales & proceres Regis & civitatis, inde ſacramentum cum lanterna præcedente ſacriſta cum baculo, inde duo filii Regis, poſtremo Pontifex. Et mox: *Electus civitatis obviavit, & antequam ſederet Papa porrexit ſibi præpoſitus crucem oſculandam. Poſt Pontificem Cardinales epiſcopi, presbyteri, diaconi, poſtremo omnes prælati, reliqui togati: ſic proceſſerunt ad eccleſiam cathedralem. Inde electus in porta cum cruce, aqua Benedicta & thuribulo, quæ omnia præpoſitus eccleſiæ cum aliis porrexerunt reverendiſſimo Cardinali de Salviatis, & ipſe Domino noſtro Papæ; quibus expeditis clerus inſonavit*: Te Deum laudamus; *quem cantores noſtri proſecuti ſunt ante altare. Papa genuflexus & finito hymno cantavit verſiculos & orationes: quibus finitis Papa aſcendit ad altare, dedit benedictionem ſolemnem populo, & indulgentiam plenariam, quam reverendiſſimus Cardinalis Salviatus publicavit.... Poſtremo eodem ordine Papa reverſus ad domum ſibi præparatam.* Felicem ad Maſſilienſium urbem appulſum, magnificentiæ & pompæ lætitiam, qua exceptus fuerat, eodem die Cardinali Farneſio, ut ejus lætitiæ participes alios Cardinales Romæ agentes efficeret, ſignificavit Clemens (*e*).

Pontificius in Maſſiliam ingreſſus.

(*e*) *Lib. brev. ann. 1533. p. 458.*

Car-

Digitized by Google

Cardinali de Farneſio.

LXXX. *Venerabilis frater noſter ſalutem. Heri, concedente divina gratia, Maſſiliam appulimus cum venerabilibus fratribus noſtris nos ſecutis & cæteris prælatis ac familiaribus noſtris incolumes: quod gaudium adduplicavit in nobis memorabilis hujus Chriſtianiſſimi Regis humanitas, qui omni honore & amore, omnique devotionis affectu nos excepit, quodque nos maxime delectat, ea omnia cum ſignificatione ſummi amoris vereque & ſincere agi videmus. Is etiam die craſtina perſonaliter in publico conſiſtorio nobis obedientiam de more præſiturus eſt: de quibus omnibus agimus Deo omnipotenti gratias eo quidem juſtius, quod ex his initiis tam benigne ac propenſe ejuſdem Regis voluntatis, adjutore Domino, ea ſequi poſſe ſperamus ad univerſale bonum directa propter quæ hoc iter ſuſcepimus: quæ circumſpectioni tuæ ſtatim ſignificare voluimus, ut ex his cum cæteris confratribus noſtris Romæ exiſtentibus non ſolum lætari, ſed etiam reditus noſtri celeris ſpem concipere poſſis: ad hoc enim interea omnis noſtra actio dirigetur, ut quæ pro communi Chriſtianitatis utilitate hic agenda ſuſcepimus, etiam celeriter perficiamus, quo nos & noſtram curiam almæ urbi noſtræ ſicut optamus quanto citius reddere poſſimus. Dat. Maſſiliæ* XII. *octobris MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* X.

Magnifice exceptus Clemens a Gallo Rege.

LXXXI. Poſtridie ejus diei Franciſcus Gallorum Rex fidum ſe obſequentemque Pontifici futurum ſpopondit ritu ſolemni, quem ita deſcribunt diaria pontificia (a): *Die lunæ* XIII. *octobris Papa audita miſſa vocari fecit Cardinales, qui & illico venerunt, & in congregatione creavit & deſtinavit duos reverendiſſimos Cardinales videlicet Cardinales de Borbon & de Salviatis, qui deberent facto prandio ire ad Regem.* Et paulo poſt: *Rex medius inter præfatos Cardinales legatos multitudine procerum & nobilium ſuorum procedente ſe appropinquavit. Reverendiſſimus dominus Cardinalis Senenſis epiſcopus Portuenſis, uti decanus collegii ſe primo præſentavit, tangendo manum Regis, & amplexando; & inde nomine Pontificis & collegii congratulatus eſt, & alii ſucceſſive omnes Cardinales fecerunt. Inde proceſſerunt hoc ordine, videlicet primo Cardinales epiſcopi, presbyteri & diaconi Cardinales ordine retrogrado, duo primi diaconi, videlicet de Salviatis & de Rodulphis ultimo loco tenentes medium Chriſtianiſſimum Regem, inde prælati & togati ante collegium duces, comites, proceres, & barones Regis, & curiæ: poſt mazerios centum nobiles cuſtodia Regis pedites cum baculis ferreis more Pontificis & Cardinalium quando in pompa equitant: magnus magiſter Regis, qui primus vel ſecundus apud Regem exiſtit, nobis aſſiſtebat & adjuvabat: ante collegium duo filii Regis Dorliens & Dangiers duces immediate præcedebant.*

(a) MS. Bibl. Card. Barb. ſignat. n. 1105. p. 194.

Quo ordine Franciſcus Rex deductus ad Pontificem.

Poſtquam ventum fuit in palatium, Rex cum quatuor Cardinalibus videlicet de Torney & SS. Quatuor presbyteris, & de Gaddis & de Medicis diaconibus in quadam camera ex oppoſito conſiſtorii ſe recepit: Cardinales alii ad Papam, qui ſtola pluviali & mithra pretioſa intravit conſiſtorium & in ſede collocatus recepit Cardinales ad obedientiam. Inde D. Joannes Aloyſius advocatus cœpit proponere cauſam me annuente. Illico, quia brevis propoſitio erat, vocavi octo prælatos, quatuor ex noſtris primis, & quatuor ex Gallis, quos volumus honorare, & ſimul Cardinales de Salviatis & de Rodulphis, præcedentibus quatuor mazeriis, ivimus pro Rege, quem inſtruxi quid facere deberet, remiſſis primo ad Papam duobus diaconibus de Gaddis & de Medicis ad præſtandum obedientiam. Paulo poſt levari feci Regem & omnes Cardinales, & duobus presbyteris Cardinalibus præcedentibus, & me ante eos, Rex inter duos illos primos diaconos intravcrunt conciſtorium paucis nobilibus præcedentibus, & poſt Regem ſex vel octo principes ſubſequentes, inter quos primi erant duo filii ſecundo & tertio geniti, qui poſtquam Rex oſculatus eſt pedem Pontificis, manum, & faciem, ſimiliter filii pedem & manum oſculati ſunt, & locatus unus a dextris Papæ prope Regem ſtantem ad dextram Papæ, alter a ſiniſtris: inde alii ſeu vel ſeptem principes oſculati pedem tantum. LXXXII.

Pedem, manum & faciem pontificis oſculatur.

Epiſcopus Pariſienſis habuit genuflexus ante Pontificem verba parata pro Rege ibidem ſtante, gratias habens Pontifici, qui dignatus fuerat venire in regiones Galliæ, & ſubire tot labores & tot diſcrimina terræ & maris, & concludens quod Rex utpote Chriſtianiſſimus & primogenitus Eccleſiæ cum devotione, & humilitate recognoſcens Pontificem in verum vicarium domini noſtri Jeſu Chriſti & ſucceſſorem Petri venerabatur eum, præſtando obedientiam & fidelitatem, offerendo ſe & potentiam ſuam ſemper pro ſtatu ſanctitatis ſuæ & ſedis Apoſtolicæ, ſicut cæteri ſui prædeceſſores continuo præſtiterunt. Quibus finitis dominus Blaſius ſecretarius Papæ reſpondit congratulando & acceptando nomine Pontificis & Cardinalium omnia illa, & præſertim obedientiam & fidelitatem, contra offerendo & pollicendo omnia ipſa facturum pro Rege. LXXXIII.

Obſequium illi devovet.

Die

LXXXIV. *Die martis* XIV. *octobris*, & infra (*a*), *Papa prælegit reverendiſſimos S. Crucis presbyterum & de Trivultiis diaconum Cardinales ad obviandum Reginæ*. Et poſt nonnulla alia : *Intravit Regina media inter dictos primos diaconos de Salviatis & de Rodulphis, quam duæ filiæ Regis parvula, una quatuordecim annorum, & alia decem annorum immediate ſequebantur : Regina me præcedente & inſinuante ter genuflexa ante Papam, & inde pedem & manum oſculata eſt, & nonnulla verba Pontifici fecit ſuper cuſſinis tribus poſita ad ſedendum : illico duæ filiæ Regis, quæ pedem tantum & inde apud Reginam ſederunt. Tum vocari fecit Delphinum apud quem deducendo remanſerat Joannes Franciſcus ſocius, & fecit domicellas Reginæ in medio quadraturæ jam progreſſæ firmari. Interim venit princeps Delphinus medius inter dictos duos Cardinales diaconos, & factis debitis genuflexionibus oſculatus eſt pedem, manum, & faciem Pontificis : inde medium adduxi ad Cardinales, quos amplexatus eſt ordine*.

(a) Ib. p. 198.

Regina ter genuflexa pedem & manum oſculatur.

Delphinus pedem manum & faciem oſculatus.

LXXXV. Inſumptique ſunt triginta quatuor dies a pontificia & Gallica nobilitate in conviviis ac publicis ludis ; quo tempore Pontifex & Gallorum Rex graviſſimis de rebus pia conſilia inter ſe contulerunt, de Anglorum Rege ab impietate revocando, de hæreſibus excindendis, de Turciſque contundendis. Sed conſilia hæc pellex una diſcuſſit, cujus amoribus irretitus Henricus Anglorum Rex ab inceſtis nuptiis ad officium, inque mutuam cum Pontifice, Cæſare, Gallo, & aliis Regibus conſenſionem redigi non potuit ; adeo ut ejus oratores a Pontifice, ad concilium non quidem œcumenicum, ad quod celebrandum Pontifex Gallum Anglumque Reges flectere nitebatur, ſed angulare, quod Anglus pro ſua libidine regeret provocarint, ut refert Guicciardinus (*b*), repetitque Sanderus hiſce verbis : *Cum Henrici oratores Maſſiliam poſtea veniſſent, & in ipſo Pontificis cubiculo audiente Franciſco Rege tam inſolenter ſe geſſiſſent, ut Pontifici palam obloqui, & ab ejus authoritate ad concilium neſcio quod futurum provocare non deſiſterent, tum & Franciſcum Henrici pudere, & Pontificem indulgentiæ pœnitere cœpit : & Franciſcus quidem Pontifici ſuaſor fuit, ut Henrici cauſam deinceps ex legum eccleſiaſticarum præſcripto decideret, ſe enim tantum abfuturum ſemper ab hac Henrici inobedientia defendenda, ut eidem ſe conſtanter adverſaturum profiteretur. Id ipſum reſpondit poſtea aliis Henrici legatis, qui vi fœderis auxilium poſtulabant : aliis in rebus omnibus ſe fratris animum Henrico præſtiturum ; ſed in iis, quæ contra religionem fierent, nec velle cuiquam aſſociari : quam piiſſimam Regis Chriſtianiſſimi vocem Polus, qui tum vixit, copioſiſſime laudat*. Ut Franciſcus Gallorum Rex optime de Eccleſia meritus eſt in propugnanda Eccleſiæ cauſa, ita in diſturbando œcumenico concilio, quod ſe in Italia celebraturum Clemens erat pollicitus, Eccleſiæ res vehementer afflixit, cum ejus concilii opera & Anglus in fide priſtina confirmari, & Lutherana hæreſis excindi, & Turca communi principum fœdere debellari potuiſſent.

LXXXV. Celebrata publica lætitia.

(b) Guicc. l. 20.

Henricus Angliæ Rex provocat ad conciliabulum.

Galliæ Rex Clementi conſulit, ut in eum judicio agat.

LXXXVI. Petierant toties omnibus precibus Germani, uti ſæpius oſtenſum eſt, ut in Germania concilium cogeretur ; ſed Pontifex & Cardinales in ſuſpecta natione magna ex parte Lutherana impietate contaminata illud celebrari non conſenſerant, reique æquitate adductus Carolus V. aſſenſerat, ut Bononiæ vel Mantuæ celebraretur ; obſtrepebant contra Lutherani futilibus & iniquis de cauſis, quippe qui Pontificem non judicem, ſed reum eſſe vellent : cumque Gallorum Rex decreto pontificis & Cardinalium morem gerere pro publico bono debuiſſet, illi interceſſit, obtenditque ſynodum in finibus Germaniæ celebrandam, contendens Germaniam non ſuſpectam concilio, ſibi vero & Germanis ſuſpectam eſſe Italiam, quæ pontificiis & cæſareis armis teneretur : & ita politicæ artis commenta ſecutus inextricabiles controverſias de concilii loco, niſi plurium annorum flexu explicandas excitavit. Dum hæc in rei Chriſtianæ damnum geruntur, ſparſus rumor eſt, Clementem humanitate officiiſque Gallorum Regis victum cæſareas partes damnaſſe : cui ſermoni Philippi Strozzæ oratoris pontificii aculeatum dictum occaſionem dederat, de quo Paulus Jovius hæc narrat (*c*): *Illud falſe dictum Philippi Strozzæ legati apud Regem in vulgus emanarat ; regiis enim quæſtoribus cum repræſentata dotis pecunia ſolveretur, admodum exiguam eam dotem eſſe pro regiæ domus fortuna dictitantibus reſponderat, ſe plurimum mirari, quod ea dignitate homines nequaquam arcani regii participes viderentur, poſtquam neſcirent Pontificem inſignis chirographo tres inæſtimabilis pretii gemmas, quarum inſana cupiditate maximi Reges deflagrarent, in ſupplementa dotalia promiſiſſe. Illis vero læto vultu quænam eſſent requirentibus, quod e ſacra tiara detractas iri putarent, arridens ſubjunxerat, apud peritos rerum eas fore, Genuam, Mediolanum, atque Neapolim : quæ*

Gallus male obſtat ne in Italia concilium celebretur.

(c) Jov. l. 31.

Philippi Strozzæ acutum dictum.

res

Digitized by Google

res ſicuti riſum movere potuit, ita & non apud cæſarianos ſubamaræ ſuſpicionis aculeos reliquiſſe videbatur.

LXXXVII. Quatuor Cardinales creati.

Interjectis nonnullis, addit Jovius Clementem ac Regem certaſſe muneribus, Pontificemque quatuor Cardinales Gallos creaſſe Regis commendatione judicioque delectos: *Ii fuere*, inquit, *Odetus Caſtellio, cui Annaus Memorantius aulæ magiſter erat avunculus, & Philippus Bolonius Albani frater, & Claudius Gibrius Philippi Sciabotti amirantis avunculus, & Joannes Venturius ab innocentia comitateque ingenii Regi charus, & cæteris ætate ſuperior*. Eadem Cardinalium promotio refertur in pontificiis diariis. Diſtinctius horum nomina officia & titulos Petrus Paulus Gualterius conſignat hiſce verbis (a): *Die*, inquit, *ſeptima Clemens VII. creavit quatuor Cardinales Gallicos, Joannem epiſcopum Lexovienſem, Claudium epiſcopum Lingonenſem, Odonem de Caſtilione, Philippum abbatem Corbienſem fratrem germanum ducis Albaniæ, quem publicavit; nam de hoc habuerat voces a Cardinalibus Pontifex VI. ſeptembris MDXXXI. Fuerunt igitur tres tantum Galli tunc Cardinales creati, non quatuor.*

(a) Gualter. diar. mſ. arch. Vat. ſign. n. III.

Qui tituli iis attributi.

Die VII. *dedit eis pileum, & die* X. *dedit eis titulos, videlicet Lexovienſi S. Bartholomæi in inſula, Lingonenſi tit. S. Agnetis in agone, De Caſtilion SS. Sergii & Bacchi, Bononienſi S. Martini in montibus*. Ex his Odo Odetus Caſtilioneus perfidus apoſtata evaſit, lapſuſque in Calvinianam hæreſim omnia in Galliis ferro flammaque miſcuit; ſed lacrymæ ante tempus accerſendæ non ſunt. Pontificii itineris nunc hiſtoriam proſequamur.

LXXXVIII. Reditus Clementis in Italiam.

Die mercurii, ajunt diaria, XII. *novembris receſſimus ex Maſſilia, & venimus ad locum Salitæ alias Salitarum: die jovis* XIII. *ad locum Tropei: die veneris* XIV. *novembris ad Villam Francam*. Addit author, adverſis ventis in ora Liguſtica Pontificem retardatum, ac dimiſſis Gallicis triremibus VI. decembris Aurienſes conſcendiſſe, ac ſeptima decembris civitatem veterem appuliſſe. Poſtero die Clemens Andreæ Auriæ de officiis ab ipſius filio in ea navigatione ſibi exhibitis grates egit hiſce literis (b).

(b) Lib. brev. ann. 1533. p. 562.

Andreæ de Auria.

Dilecte fili. Revertitur ad nobilitatem tuam dilectus filius nobilis vir Marcus Antonius de Auria natus tuus cum tuis triremibus, omni nos officio, honore, & amore proſecutus, prout dignum illius ac tuæ in nos benevolentiæ fuerat, & nos futurum ſemper ſperavimus: factum eſt enim illius ſolertia & vigilantia poſt Dei benignitatem, ut navigatione noctu quidem intermiſſa, ut a Spetia ad civitatem Vetulam nos biduo duxerit: de quo etſi illius opere & virtuti multum, tuæ tamen juſſioni & amori erga nos plurimum debemus, & gratias tuæ nobilitati agimus &c. Dat. Civitæ vetulæ VII. *decembris MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* XI. Stipaverat etiam Pontificem in eo itinere Rhodiorum equitum claſſis; nam extant pontificiæ ad Rhodiæ militiæ principem datæ eadem die literæ, quibus ipſi de claſſe, quæ euntem ſe in Gallias reducemque ſociaverat, gratias ſimiliter agit.

Magiſtro Rhodi.

Superiori nocte divina gratia nobis aſſiſtente civitatem vetulam devenimus, tribuſque menſibus in abſentia ab urbe noſtra, uno videlicet in eundo, altero in commorando cum Chriſtianiſſimo Rege, tertio autem in redeundo conſumptis, cum incolumitate noſtra fratrumque noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ac fere omnium noſtrorum prælatorum, & familiarium Italiæ redditi ſumus. Et infra: *Geminato hujus anni fructu, quem ex illis*, nempe equitibus, *cepimus, tum in ſubventione Coronis, tum in hac comitativa noſtra agimus devotioni tuæ & iſti conventui gratias. Dat. Romæ die* VIII. *decemb. MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* XI. De Coronenſi expeditione agetur inferius. Porro ab exaratis hiſce literis die proximo reditum in urbem ipſum ornaſſe retulit in ſua diaria Petrus Paulus Gualterius Aretinus: *Die*, inquit, IX. *diſceſſit ex eadem civitate: die* X. *decembris Papa ingreſſus eſt urbem hora* XXI.

Poſtridie Clemens ſuum in urbem felicem reditum, ſuſcepti itineris in Gallias & habiti cum Franciſco Rege colloquii cauſas expoſuit Ferdinando Romanorum, Hungariæ, ac Bohemiæ Regi (c), omnia ſcilicet ad publicam Chriſtiani imperii ſalutem amplificationemque direxiſſe: tum de cunctis, quæ cum Gallo geſſiſſet Cæſarem ipſius fratrem certiorem reddidiſſe, eademque cum Ferdinandi ipſius oratoribus ſe collaturum, precarique divinum Numen, ut illis, quæ in Maſſilienſi conventu agitarat, ad publicæ rei Chriſtianæ decus ſucceſſus proſperos daret. LXXXIX. Urbem ingreditur.

(c) Lib. brev. an. 1533. p. 563.

De geſtis cum Gallo Carolum V. & Ferdinandum certiores efficit.

Regi Romanorum.

Chariſſime, &c. Heri, concedente Domino, perfecto hoc itinere, quod communis boni & quietis cauſa ſuſcepimus, ad almam urbem reverſi ſumus, gratiaſque Deo omnipotenti agimus, non tam quod nos cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & omnibus fere nos ſecutis incolumes reduxit, quam quod nobis non fruſtra tantum viæ & diſcriminis ſubire

re

re conceſſit ad communem tranquillitatem procurandam, in quam, teſte ipſo Domino cordium ſcrutatore, omni opera & labore incubuimus, ac de cunctis interea chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Imperatorem fratrem tuum reddidimus certiorem, prout etiam ex officio & benivolentia noſtra erga ſerenitatem tuam facturi ſumus, ac tuis hic agentibus omnia communicaturi. Rogamus Deum omnipotentem, ut ſi omnes cogitationes noſtræ ad pium finem & univerſalem quietem a nobis directæ fuerunt, eas ſua benignitate fortunare, & ſerenitati tuæ, quam intima charitate merito complectimur, cuncta proſpera concedere dignetur. Dat. Romæ XI. *decembris MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* XI. Diſcuſſæ ita pontificia teſtificatione fuere ſuſpicionum umbræ, quæ a malevolis interpretibus hominum mentibus inductæ fuerant, quaſi in Maſſilienſi congreſſu Clemens & Gallus Rex acceptas ab Auſtriaca ſtirpe veteres injurias ulciſcendas ſociali armorum fœdere conjuraſſent. Tradit Arnoldus Ferronius (*a*), reverſum Romam Pontificem Gallorum Regem epiſcopatibus, abbatiis, eccleſiaſticiſque præfecturis, ſublatis electionum prærogativis, donaſſe: verum ut ex pontificio diplomate duodecima decembris die exarato conſtat (*b*), tantum viros ad ea munera idoneos ex veteribus conventis proponendi jus aſſertum fuiſſe.

Ad pacem inclinare conſilia ſignificat.

(*a*) *Ferron. l. 8. in Franc. I.*

(*b*) *Lib. brev. ann. 1533. p. 532.*

XC.

Poſtero die ad Clementem perlata eſt compoſiti publica pace Turcici belli fama: cujus concordiæ ob Chriſtianorum diſcordias factæ hiſtoria altius repetenda eſt. Capta fuerat ſuperiori anno in Peloponeſo Corone (*c*) arx munitiſſima, angebatque (*d*) Solimanni animum vehemens cura, ne Chriſtiani percuſſo ſociali fœdere in eum portum invecti Græcos ad defectionem, excutiendumque Turcicum jugum impellerent: quare hoc ipſo anno ornata apud Gallipolim claſſe Coronem terra marique ingenti obſidione premi juſſit (*e*). Ad primos illius bellici apparatus rumores III. martii Clemens Philippo Villers Lileadamo Rhodiæ militiæ magiſtro dedit mandata, ut Coronem ſubſidiaria claſſe contra Turcicos impetus tueretur, ipſeque inſtruxit claſſem aliam, cui Bernardum Salviatum nepotem ſuum præfecit (*f*): neque impigre cæſareo juſſu ab Andrea Auria maritimæ rei præfecto in Italia, & a Baxanio in Hiſpania claſſes comparatæ fuere, ad quos ſumptus faciendos perſolvendaque militi pro religione pugnaturo ſtipendia Pontifex tum Luſitano clero (*g*) tum Hiſpano & aliis eccleſiis in regnis Carolo V. obnoxiis decumas imperavit (*h*): tum alia ſubſidia nummaria ob exhauſtum in propulſando e Germania Turca cæſareum ærarium indixit (*i*), ac Franciſco epiſcopo Zamorenſi promulgandæ ampliſſimæ noxarum veniæ pro ſecuturis Carolum V. contra Turcas provinciam impoſuit (*k*): præterea decrevit (*l*), ut Hungari Bohemique ſacerdotes Ferdinando, pro tuenda Pannonia contra Turcas, ſubſidiariam ſtipem penderent. At clerus his oneratus mandatis palam fremere cœpit, omniumque opulentiſſimi Toletani canonici eccleſiaſtici ordinis libertatem oppreſſam, labefactatamque interpretati, ſeditionem intermiſſo ſacrorum uſu conflarunt: quibus Pontifex repetitis literis juſtiſſimas imperatæ decumæ luctuoſis in reipublicæ Chriſtianæ temporibus pro Chriſti nomine adverſus fidei hoſtes immaniſſimos defendendo, & Corone in Peloponeſo a Turcarum obſidione liberanda cauſas expoſuit (*m*).

(*c*) *Clem. lib. brev. p. 566.*

(*d*) *Paulus Jov. lib. 31.*

(*e*) *Nicol. Iſthuanff. hiſt. l. 11.*

(*f*) *Ibid. p. 342.*

Imperatæ clero decumæ.

(*g*) *Ibid. p. 272.*

(*h*) *Pag. 347.*

(*i*) *Pag. 34.*

(*k*) *Pag. 57.*

(*l*) *Pag. 394.*

Canonici Toletani reſiſtunt.

(*m*) *Pag. 347. 376. 377. 440.*

Dilectis filiis decano & capitulo eccleſiæ Toletanæ.

XCI.

Filii (*n*), *a vobis pari dolore, quæ a vobis ſcripta ſunt, lecta fuerunt debite commiſerantibus non ſolum veſtram ſed noſtram & totius ubique cleri his temporibus calamitatem: quid autem cleri decimas potius quam omnium? cum ita exigentibus noſtris peccatis divina ira plus æquo irritata a nobis varie populum ſuum afflixerit peſte, fame, inteſtinis bellis, atque utinam his contenta fuiſſet nec hæreticorum internas, Turcarum externas clades adieciſſet, qui ſane Turcæ, ut hæreticorum venena tam late diffuſa taceamus, noſtris temporibus Rhodum nobis ademere, Hungariam magna ex parte ſuæ devotioni adjunxere; & quod nunquam antea fuerant auſi, robuſtiorem Chriſtianitatis partem Germaniam bis invadere validiſſimo cum exercitu non dubitarunt, eodem tempore maximos terreſtres exercitus claſſemque mari validiſſimam inſtruentes: quo periculo nos adducti, ad quos pro paſtoralis miniſterio officii primæ hujus ſolicitudinis partes pertinebant, cum cogitaremus omnia ſimul interitura, niſi communi auxilio ad commune incendium reſtinguendum accurreretur, non deſtitimus literis, & nuntiis omnes principes & potentatus ſæculares hortari & obſecrare, ut communem fidem ac ſalutem communi ope defendere, dignumque nobis exiſtimantes exemplo & opere nedum verbis illos incendere, nos ipſi primi una cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, quamquam attritis & acciſis ſedis Apoſtolicæ opibus, quantum nobis licuit, contribuimus, cunctos*

(*n*) *Ead. pag. 377.*

Expoſitæ ius clades a Turcis inflictæ.

Ut principes ad commune fœdus ſolicitati ſint.

ctos officiales Romanæ curiæ, clerum omnem noſtri ſtatus temporalis etiam laicos nobis ſubditos diverſimode ad hoc gravavimus. Ad poſtremum cum nos ſufficere non poſſemus, & chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Romanorum Imperator Hiſpaniarumque Rex catholicus in Italiam & Germaniam tranſgreſſus, etiam perſonaliter, eidem Turco irruenti pro publica omnium ſalute ſe oppoſuiſſet, ac florentiſſimum exercitum terra marique inſtruxiſſet, multaſque pecunias non ſolum de ſuo profundere, ſed mutuo accipere ob hoc coactus fuiſſet; nos conſiderantes multa ſæpius eccleſiaſticis ſtare aliquam potius ſuorum fructuum partem ad defenſionem communem, in qua eorum etiam defenſio includebatur, ad tempus profundere, quam omnia in ſimul cum Chriſtianis omnibus amittere, eiſque præcipue convenire non ſolum cum pecunia, ſed cum perſonis, ſi opus eſſet, Chriſti fidem defendere: tum demum ad clerum Italiæ & inſularum adjacentium primum, deindeque Hiſpaniæ, quæ eidem Carolo Imperatori temporaliter ſubjecta erant, anni huius contributionis extendimus. Quod quomodo noſtra cum dolore fecerimus non eſt difficile vobis exiſtimare, cum in cleri incommodis tanquam in filiorum parentes & caput, in membris ſenſum doloris neceſſario habuerimus, præſertim, filii, quod ad vos & clerum Hiſpaniæ reliquum, cui nos eam quam prædictis laudem devotionis & reverentiæ erga nos merito tribuimus; noſtrum tamen in hoc dolorem veſtrumque incommodum mitigare, filii, debet felix rei eventus, quod veſtra ope defenſa eſt Chriſtiana reſpublica præbitumque Regi veſtro, per vos auxilium ad Chriſti regnum Regis fidem & communem omnium fidelium ejus ſalutem tuendam; quod pietatis meritum omni veſtro incommodo anteponendum vobis eſt, &c. Datum, die XXIX. junii MDXXXIII. pontificatus noſtri an. X. Juſſus etiam eſt Toletanus clerus (*a*), repudiata omni provocatione, divina intermiſſa repetere; & Cardinali Compoſtellano data provincia (*b*), ut cenſuris ad ſacra inſtauranda illum adigeret. Cæterum Clemens exeunte julio Cæſarem rogavit, ne acerbius a Toletano clero licet ob juſtiſſimas cauſas tum ad periclitanti Coroni ferendam opem impoſitum ſubſidium exigeret, quod ſacra ab iis eſſent intermiſſa, qui antea egregie divinum cultum provexerant.

Ut Cæſar ſua profuderit.

Monitus officii Toletanus clerus.

(*a*) *Ibid. p.* 440.

(*b*) *Ibid. p.* 441.

XCII. Inter hæc Andreæ Auriæ Cæſareæ claſſis præfecti pontificiorumque & Rhodiorum equitum ſociorum virtute ſoluta (*c*) eſt Corones obſidio, ac Turcæ terra marique fugati ſunt; quam victoriam hiſce verbis deſcribit Paulus Jovius (*d*): *Rebus cognitis Cæſar Auriæ præcipit, ut claſſem inſtruat; ad id pecuniam curari jubet, & duodecim triremes, quas Alvarus Bazarius in Hiſpania ædificarat, ſe continuo tranſmiſſurum pollicetur. Igitur coactis circiter triginta onerariis navibus, & viginti ſeptem triremibus, Auria Neapolim venit. Ibi veterani Hiſpani, qui efflagitatis ſtipendiis ab authoritate Vaſtii proregiſque diſceſſerant, occupataque Averſa urbe & fœde direpta, magna detrimenta circumiectis Campaniæ oppidis intulerant, perſoluto ſtipendio navibus ſunt impoſiti Roderico Macicao duce, qui erat caſtrorum præfectus.* Et infra: *Dum hæc parantur Andreas, ut Coroneorum animos confirmaret, ne deſperatis auxiliis durius ſibi conſulerent, Chriſtophorum Palavicinum in familiam Auriam adoptatum expediti & maxime pugnacis ingenii juvenem cum velociſſima trireme Coronem miſit. Is interdiu per mediam Turcarum claſſem directa prora in portum invectus, obſeſſos ingenti alacritate complevit: nec multo poſt, inſpectis & diligenter exploratis rebus omnibus, ut de hoſtium conſiliis ac viribus certiora ad Auriam deferret, meridiano fere tempore improviſus erupit fœlici audacia inter medias hoſtium ſtationes elapſus, adeo ut ſpectaculum miraculo proximum cunctis præberet, & perſequentes velis & remis extento maximo curſu fruſtraretur. At Auria e Neapoli Meſſanam provectus, ubi de maritimis terreſtribuſque hoſtium copiis, & de apparatu numeroque triremium certius didicit, omnem ſpem & rationem inferendi præſidii in celeritate poſitam ratus nequaquam expectato ab Hiſpania Bazanio in Græciam curſum intendit; audiebat enim prædonum acceſſione quotidie adaugeri hoſtium claſſem, Morumque præſertim archipyratam Alexandria expectari, cujus conſilio & diſciplina præfecti Turcæ in omni ejus belli adminiſtratione uterentur.* Addit author, Andream Auriam inſtructiorem, quam putarat, Turcarum claſſem, cum Zacynthum veniſſet, comperiſſe; adeo ut octuaginta circiter triremes propugnatoribus ex Janizerorum ordine munitas coegiſſent: non tamen hoſtilis claſſis amplitudine territum Auriam, non expectato Bazanio, cum pontificiis Rhodiiſque navibus, quibus, ut diximus, Bernardus Salviatus Clementis nepos præerat, in Coronenſem portum contendiſſe, cum Turcica claſſis, quæ fugam parabat, animadverſis duabus Hiſpanorum onerariis, quæ aliarum curſum non æquabant, inter ſe antennas implicuiſſe, in eas magno impetu incurrit, cum ignavus trierar-

(*c*) *Ibid. p.* 340.

(*d*) *Jov. l.* 30. *Andr. Mauroc. l.* 4. *Nicol. Iſthuanff. l.* 11.

Submiſſa Coroneis auxilia.

Chriſtophori Palavicini mira virtus & audacia.

Turci Andrea Auria fugati.

rarcha, qui ſcortum ſecum turpiter advexerat, navis propugnationem deſeruit: jamque Janizari in eas aſſilierant, cum Andreas converſis in eos velis provolavit, cujus metu impetuque Turcica claſſis abacta, trecentos ferme Janizaros, qui naves Chriſtianas occuparant, in fuga deſeruit, qui omnes a noſtris aut capti, aut contrucidati ſunt. Deſuiſſe ſibi ſecundos ventos ad Turcicam claſſem univerſali certamine expugnandam, refert idem Andreas in literis ad Paulum Jovium e Coronenſi portu exaratis (*a*), quibus aſcripta eſt dies IX. auguſti.

(*a*) *Ext. to. 3. lit. princ. p. 15.*

XCIII. Tum addit pari quoque felicitate fugatum terreſtrem Turcarum exercitum; quam victoriam his verbis enarrat Jovius (*b*): *Interea, dum ad onerarias naves pugnaretur, Mendocius in deſerta hoſtium caſtra erupit; nam conſpecta noſtrorum claſſe, atque inde magno timore concepto, terreſtris exercitus nequaquam plane collectis vaſis effugit: in his caſtris non exigua copia commeatus, & caſtrenſis ſupellectilis eſt reperta. Itaque Andreas re feliciter geſta frumentum, vinum, & reliqui commeatus magnam copiam, tormentariique pulveris cados plures exponit: Macicao cohortibuſque ejus urbem cuſtodiendam tradit: Græcos conſolatur hortaturque, ut ea abſidionis & belli incommoda patienter ferant. Cæſarem enim in ea præcipue cogitatione verſari, ut ineunte vere terra marique in Peloponeſo cum Turcis bellum gerat, eumque nihil ducere honeſtius aut ad gloriam ſplendidius, quam benemeritam de ſe Chriſtianoque nomine Græcorum gentem ex diuturna ſervitute in lætiſſimam reſtituere libertatem. Fuere qui exiſtimarent, Turcas univerſa claſſe exui ea die facile potuiſſe, ſi Auria Bazanianas triremes expectare, quam infirmis viribus a Meſſana feſtinare maluiſſet; ſed alii eas graviore rectioreque conſilio in freto Siciliæ opportune ſubſtitiſſe dicebant, ne Italiæ littora penitus omni navali præſidio nudarentur; neque enim univerſas triremes in unius pugnæ periculum devocari Cæſar volebat, utpote qui nequaquam exploratam haberet Gallorum voluntatem.* De parta victoria certior factus Pontifex eius lætitiæ Ferdinandum Regem mox participem fecit (*c*), ut ad Turcas contundendos ſe erigeret.

(*b*) *Jov. 30. Andr. Maurocen. l. 4.*

Delendæ claſſis Turcicæ univerſæ amiſſa occaſio.

(*c*) *Lib. brev. ann. 1533. p. 1320.*

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Regi Romanorum illuſtri.

Ut Coronæ liberata ſit.

Quod per hos dies continuos flagranti deſiderio expectavimus, nuper Dei munere ad nos delatum eſt, præſidium Coronis, quod a Turcis obſidebatur, ejuſdem Dei beneficio, ac Cæſareæ & noſtræ claſſis, illiuſque præfecti virtute, obſidione liberatum, victualiiſque & militibus ſuppletum eſſe. De quo gratias Deo omnipotenti agimus, ut debemus, ſpemque certam capimus fore, ut eadem divina nos fovente clementia, gradus per hæc ad alia majora & clariora nobis præbeatur, ad illius communis hoſtis convertendum ſtatum, ut metum & pericula patiatur, quæ antea noſtris per tot ſæcula intulit; idque futurum cum in divina confidimus miſericordia, tum in ſereniſſimi fratris tui ac tua virtute & pietate, quas Deo altiſſimo gratas & acceptas eſſe videmus, &c. Datum Romæ XXI. *auguſti MDXXXIII. pontificatus noſtri anno* X. Fovebat quidem Carolus pia conſilia, atque a Pontifice obtinuerat (*d*), ut cæſarea ſigna contra Turcas ſecuturi ampliſſima indulgentiarum præmia conſequerentur; ac ſi Anglus Galluſque illi ſe fœdere conjunxiſſent, reſtituendæ in Græcia Chriſtianæ religionis ſpes affulgebant: verum obfirmato in ſcelere Henrico de bello in eum inferendo agitabatur; nec leves etiam conceptos metus teſtatur Guicciardinus (*e*), ne Gallus Mediolanenſem principatum filio Aurelianenſi duci armis comparare meditaretur; ita ob inteſtinas principum Chriſtianorum diſſenſiones, non de gerendo in Turcas bello, ſed de pace ab iis emenda actum eſt.

(*d*) *Clem. lib. brev. an. 1533. p. 27.*

(*e*) *Guicc. l. 20.*

Provehebat ea pacis conſilia Clemens, cum Reges Chriſtianos mutuo ſacro fœdere conſtringere non poſſet, metueretque ne, quemadmodum a Chriſtianis Conſtantinopoli agentibus monebatur, Solimannus Turcicas vires ad opprimendam Italiam, ſi bellum extraheretur, contraheret. Extant ad eum Ludovici Gerardi Florentinorum apud Conſtantinopolim prætoris literæ undecima octobris exaratæ (*f*), quibus ſignificat, ſe cum Ludovico Gritto Pannoniæ moderatore de publica pace egiſſe, atque una cum eo Ibraimum baſſam Turcicæ aulæ procuratorem adiiſſe, qui proclivem animum ad pacem oſtenderit, atque ad ſummum Pontificem de re univerſa ſcribi rogaverit: extinctas jam præcipuas belli faces, ſublataſque Hungaricas controverſias, cum Ludovicus Grittus deſignandis Hungariæ dividendæ limitibus cum Ferdinandi Regis oratoribus præfectus ſit: ſupereſſe adhuc aliquas difficultates, ſcilicet expeti a Cæſare, ut Barbaruſſa dictus Haradinus de gradu deiiciatur, ejuſque terræ Cæſari tradantur: verum nunquam Turcas aſſenſuros, cum illius clientelam acceperint; ipſum tamen adacturos, ne ullum poſt hac Chriſtianorum terris damnum inferat, ac ſi graſſari pergat, vires cum Chriſtianis in eum ſe conjuncturos; XCIV.

(*f*) *L. 3. lit. princ. pag. 26.*

De pace actum cum Turcica.

ros: poſcere viciſſim Turcas a Cæſare, ut Coronem arcem Turcico imperio reſtituat; ad quod perſuadendum graviſſima argumenta expoſuit: principes Chriſtianos, niſi mutuam armorum ſocietatem coiverint, ounquam ſeliciter bellum contra Othomannicam poteotiam conſecturos, ac pro retinenda non ſine maximis ſumptibus Coronenſi arce Italiam univerſam immenſis periculis & Turcarum graſſationibus expoſitum iri; inſtrui enim ſumma diligentia claſſem ingentem, proximoque appetente vere Turcici belli ſaces in Italiam injectum iri; itaque vel apparandum a Chriſtianis Regibus ſociale bellum, vel dedendæ Corones ignominiam ſuſtinendam.

Formidatum Italiæ.

XCV. Miſſa eſt Anconam Conſtantinopoli navis, quæ a Pontifice & Chriſtianis principibus reſponſum præſtolari juſſa eſt. His addidit prætor Florentinus apud Conſtantinopolim: *Feliciſſime valeat beatitudo veſtra, cui me humiliter commendo die* 11. *octubris MDXXXIII.* Confecta eſt pax a Ferdinando cum Turca, in qua Ferdinandus comprehendendum Pontificem ſategit; qua de re a Clemente illi actæ gratiæ hiſce literis (a).

(a) *Lib. brev. ann.* 1533. *p.* 366.

Regi Romanorum.

Chariſſime. Poſtquam nudius tertius de reditu ad urbem noſtro ſerenitati tuæ ſcripſeramus, redditæ ſunt nobis hæ literæ ſerenitatis tuæ inter cæteras, quæ nobis de pace perpetua per Imperatorem Turcorum cum ſerenitate tua facta & utrinque publicata nuntiabant: de quo, & quod tua majeſtas ſe egiſſe & acturam ſcribit, ut & nobis caveatur, & in eadem pace principaliter includamur, agimus ſerenitati tuæ de ejus pietate & in nos amore gratias, Deum ſuppliciter deprecantes, ut cuncta ad commodum univerſale totius reipublicæ Chriſtianæ, tum proprium Serenitatis tuæ feliciter & proſpere ſuccedere concedat. Dat. Romæ XIII. *decembris MDXXXIII. pontificatus noſtri an.* XI. Præcipua hujus pacis capita a Turcico oratore ſolemni ritu Ferdinando expoſita menſe martio proximi anni recenſet Nicolaus Iſthuanffus ſic inquiens: *Ferdinandus Cæſaris legatis ac Cardinale Tridentino, necnon proceribus, quos paulo ante nominavi, convocatis, pacis conditiones, quas Turcæ attulerunt, per Joannem Hoffmannum, cujus conſilio plurimis in rebus utebatur, publicari juſſit, ita ut is Germanico ſermone eas recenſeret, Gaſpar Vinqartus Hungaris, Georgius vero Sapeu Bohemis interpretaretur. Fuere autem fere tales. Principem Turcarum Sulimannum recipere Clementem Pontificem in patrem, Carolum Cæſarem & Ferdinandum in fratres: Ludovico Gritto daturum in mandatis, ut Joannem Regem inducat ad cedendam Ferdinando partem eam Hungariæ, quam nunc habet, aut certe æquis legibus pacem ſtabiliat. Viciſſim a Ferdinando poſtulare, ut claves Strigonii ad eum mittantur, quas non aliam ob cauſam petat iterum remittendas, quam ad declarandam obedientiam hanc pacem tamdiu donec alteruter vivat duraturam, aut quamdiu Ferdinandus voluerit. Cum Cæſare & Pontifice facturum etiam inducias ad ſeptennium vel diuturniores, ſi ei Coronem urbem reſtituerint, pro qua daturum ſe Cæſari vel Ferdinando in Hungaria ditionem longe quam ſit Corone uberiorem: prohibiturum quoque ne Hairadenus pyratarum princeps, ac Mauri & Turcæ prædones littora Hiſpaniæ atque Italiæ infeſta excurſionibus atque rapinis reddant. De tributo annuo, ac Illyrico Turcis concedendo ne verbum quidem, tametſi Laſcus & Waivodanorum plerique factiones ulere ſoliti, non aliter coalituram pacem in vulgum impudenter falſoque ſparſiſſent. Hæc etſi haud aſpernanda pleriſque viderentur; tamen Hungarorum animis haud levem ſuſpicionem ac metum incutiebat inuſitata illa clavium Strigonii poſtulatio. Verum Ferdinandus poſſe pro clavibus facile, ſi ſit neceſſe, alias confici, & Ibraimum juraſſo maximo jurejurando, nullum ſubeſſe fraudem Mehemetem internuntium* XXIX. *martii dimiſit datis muneribus ac comitibus itineris, qui claves, quas petebat, ei traderent, necnon literis, quibus Sulimano ut patri ſe commendabat, ac quas dediſſet pacis conditiones accepturum atque obſervaturum promittebat; miſſurum ſe etiam idoneos homines ad Pontificem atque Cæſarem, eiſque pro virili auctorem futurum, ut reſtituta Corone ejus voto ac deſiderio ſatisfieret.* Confuſa hæc pax eſt Coroonenſium præſidiariorum Hiſpanorum temeritate primum, deinde ignavia; nam exercitu imbelli excurrere in Peloponeſum auſi, propulſati cæſo Macicao ductore fuere: tum oimia conſternatione territi Coronem arcem munitiſſimam deſeruerunt.

Pacta pace cum Turca comprehenſus Pontifex.

De Corone.

De Hairadeno.

Maciciai infelix excurſio.

XCVI. Hoc anno (b) cum Joannes Luſitaniæ Rex Nunnio Acunio Indiarum proregi dediſſet imperia, ut diligentiſſime de S. Thomæ Apoſtoli reliquiis inquireret, tranſmiſiſſetque præcipua vitæ S. Thomæ capita ex traditione Romanæ eccleſiæ excerpta, an ea cum Indorum de eodem Apoſtolo traditione conſentirent, Michael Ferreria ab aliquibus Chriſtianis, tum ethnicis, & Mauris, qui eas oras incolebant, quæ a majoribus tradita eſſent de S. Thoma ſciſcitatus, ac-

(b) *Barroſ. dec.* 3. *Aſia l.* 7. *c.* 11.

S. Thomas Apoſtolus Indorum.

Meliapore olim urbe florentiſſima Chriſtum prædicavit.

accepit Apoſtolum mille & quingentis ante annis ad eam urbem ruinis deformem olim florentiſſimam, adeo ut Meliaporis, id eſt pavonis avium formæ excellentiſſimæ nomen præ aliis urbibus retuliſſet, confluentibus ad eam ex univerſo oriente & occidente mercatoribus tanto numero, ut ob gentium varietatem mille ac trecenta templa in ea excitata recenſerentur: fuiſſe autem eo tempore urbem mari duodecim leucarum intervallo disjunctam, cum nunc lapidis jactu tantum diſtaret merſa ſenſim undarum alluvie, tellure; atque vaticinatum

Prædictus ab eo Luſitanorum in Indiam adventus.

Apoſtolum tum ſacerdotes, qui eandem fidem prædicarent, iiſdemque ſacris Numen colerent ab occidente acceſſuros, cum mare urbem alluetet; geminoque prodigio Regem ad fidem converſum, cum immanis lignea moles, quæ plurium elephantorum hominumque conatu dimoveri non potuerat, ab Apoſtolo alligata ſtipiti zona tracta fuiſſet, ut ea in templi Deo ſacrandi opere locaretur; tum etiam revocati ad vitam pueri, quem pater infectus Brachmanarum ſæva ſuperſtitione necarat, ut ea calumnia Thomam obrueret, audito reſponſo, quo Apoſtolus ab accuſatoris calumnia liberatus eſt.

Indorum Rex ad Chriſti fidem miraculo converſus.

Puer occiſus a patre ad vitam revocatus.

Armenus etiam epiſcopus, qui Indicas gentes Chriſtianas, quæ inferiores Colami terras incolebant, luſtrabat, ab Acunia rogatus, quid de Thoma Apoſtolo accepiſſet, ſacramento teſtatus eſt, ex majorum traditione ſcriptis proditum, diſperſis per orbem ad evangelium prædicandum Apoſtolis, tres ſimul Thomam, Bartholomæum, ac Judam Thadæum Babylonem profectos, atque hinc ab invicem diſceſſiſſe, Judam verſus ſeptentrionem direxiſſe iter in provinciam Cabezada Deſpone nuncupatam, ac plurimas gentes ad veri Dei cultum traduxiſſe, pluraque ſacra templa poſuiſſe: Mauros vero iis oris jam potitos: Bartholomæum Perſidis interiora penetraſſe, atque illius corpus in loco Taram, ubi Armenorum monaſterium ſitum eſt, ſepultum; Thomam vero in urbe Baſcora, quam alluit Euphrates, navim conſcendiſſe, Perſicoque mari ſulcato, in Socotoram inſulam applicuiſſe, ac incolas

In quibus regnis Judas Apoſtolus prædicavit.

Socotora a S. Thoma converſa.

Chriſti fide imbuiſſe: inde navigaſſe in Indiam, ac Meliapore evangelium promulgaſſe, plurimiſque gentibus ad Chriſtianam religionem pellectis, Sinenſium navibus ad Sinas appuliſſe, atque in urbe Cambalienſi plures doctrina ſacra erudiviſſe, ac poſt excitata ibi templa & ſacris initiatos ſacerdotes Meliaporem reverſum, ac Brachmanarum, qui veteres errores confutatos fremebant, conjuratione impia dum evangelium prædicabat, ſaxis appetitum, cum ſemianimis jaceret lancea a Brachmane transfixum fuiſſe, atque a diſcipulis in ſacello ab ipſo conſtructo humatum fuiſſe.

Idem apud Sinas prædicavit.

De illius martyrio.

Cum vero Luſitani in Indias applicuere, Chriſtiani Cranganoris terras, unde Diamper dynaſta Chriſtianorum Rex dicebatur, incolebant magis quam Paleacatem, cum everſa Meliapore ipſos belli calamitas eo diſpuliſſet. Colebantur autem præcipua veneratione duæ eccleſiæ Colami & Cranganore ab Apoſtoli Thomæ diſcipulis conditæ, atque ob ſacerdotum penuriam graviſſima damna res Chriſtiana paſſa eſt: nam epiſcopi Armenii, quos patriarcha eo legabat, magis cupidine auri quam lucrandarum animarum agebantur; ſiquidem nullum ſacris undis abluebant, niſi auro condocti: multo minus ſacerdotalibus ſacris quemquam initiabant, niſi plurimam auri vim corraderent, quamobrem religio ſenſim deperibat.

Collapſa res Chriſtiana in Oriente ob ſacerdotum penuriam.

Simonia clerum perdidit.

Cæterum horariæ ac reliquæ divinæ preces Chaldaica lingua in eccleſiis repetebantur. Paucis vero annis antequam Luſitani Indias ingrederentur, patriarcha Armenius quatuor epiſcopos miſerat, qui Indicas eccleſias regerent, quorum duo mox abierant, alii Colami & Cranganore ſedem fixerant. Et quidem Cranganorenſis epiſcopus ætate provectus, pietateque inſignis Romanæ eccleſiæ ritus pluris faciebat, ſuſtulitque tyrannidem ſimoniacam de non conferendo ſine pecunia baptiſmo, atque ſacerdotalia ſacra libens impertiebatur. Eæ porro eccleſiæ progreſſu temporis efflorueruntpietatis gloria, ac Luſitani obſervantiæ in S. Thomam Apoſtolum ergo in Paleacatenſi portu urbem, cui S. Thomæ nomen inditum eſt, inſtaurarunt.

Chaldaicæ linguæ uſus in ſacris.

Digitized by Google

I. ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto indictione ſeptima Henricus Anglorum Rex, cum longa in lite, quam cum Catharina uxore ſua legitima habebat, captaſſet diffugia, ac petulanter pontificiæ majeſtati illuſiſſet, decretoria ſententia piorum communione depulſus fœdiſſimum in Anglia ſchiſma conflavit: Turcæ Italiæ oram immiſſa claſſe evaſtarunt; atque Anabaptiſtæ in Germania abuſi Caroli V. clementia ad condendum novum imperium arma ſtrinxerunt: tum novas propagines fudit Zuingliana hæreſis, ac Lutherana confirmata eſt. Inter quas calamitates Clemens cum Mediceam familiam ad ſummum felicitatis faſtigium evexiſſe videretur, e vita migravit relicta ſucceſſori congregandi œcumenici concilii gloria: de quibus ordine dicturi ab Anglicano ſchiſmate exordiemur. Ineunte hoc anno Henricus Angliæ Rex conſuluit Thomam de Vio Cardinalem, atque decerpta e ſcripturis ſacris duo argumenta ei propoſuit, quibus conjugium cum Regina Catharina divina lege reſciſſum contendebat. Primum erat petitum ex cap. XVIII. Levitici, in quo hoc divinum imperium expreſſum (*a*) eſt: *Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui eſt*. Reſpondit Cardinalis, de fratre vivente divinum oraculum intelligi, non extincto; idque probavit ex alio textu ejuſdem capitis, in quo hæc lex data eſt: *Sororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec revelabis turpitudinem ejus adhuc illa vivente*. Si enim ſororem uxoris extinctæ ducere liceat, pari ratione uxorem fratris extincti a fratre duci poſſe: ſi vero frater extinctus ſit ſine liberis, id tum in lege naturæ, tum in lege Moſaica fuiſſe imperatum: quod jam in alio opuſculo demonſtrarat conſultus a Pontifice.

Graves impiorum in Eccleſiam conatus.

Argumentum I. Henrici petitum ex ſcriptura pro reſcindendo conjugio.

(*a*) *Levit.* 18.

Refellitur.

II. Secundum argumentum ab Henrico Rege propoſitum contra vim pontificiæ conceſſionis, qua uxorem fratris Arthori extincti illi ducere permiſſum fuerat, petitum eſt ex evangelio Matth. XIV. in quo de Herode dicitur: *Poſuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris ſui; dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere eam*. Reſpondit Thomas Cardinalis, locutum Joannem de uxore fratris viventis non extincti; ac tunc Herodis fratrem vixiſſe ex Joſepho (*b*) & Egeſippo (*c*) oſtendit, additque ut ſi quæ alia argumenta Henricus haberet, illa in medium afferret. At Henricus pellicis illecebris devinctus ſcripturarum verum ſenſum noluit perpendere, neque illud S. Petri (*d*) recoluit: *Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit*. Sed ſenſu ſuo occœcatus, cum plures doctorculos auro corrupiſſet, in academiis duas propoſitiones promulgavit: conjugium ſcilicet cum fratria divina & naturali lege damnari; & rurſus tale conjugium nullo indulto pontificio cohoneſtari poſſe. Edidit hoc anno adverſus eas propoſitiones Joannes Coclæus athleta fidei orthodoxæ indefeſſus fruſtra pecunia tentatus, librum eximium, convicitque nullis argumentis niſi fucaris diſtortiſque eas propoſitiones aſtrui poſſe; deinde argumentorum phalangem inſtruxit, quibus eas propoſitiones evertit: de quo libro in Scopa adverſus araneas Moreſyni meminit (*e*).

Secundum argumentum diſſolvitur.

(*b*) *Joſeph. antiq. Judaic. l.* 18. *c.* 14.

(*c*) *Egeſipp. de excidio Hieroſ. l.* 2. *c.* 4.

(*d*) *Petr.* 2. *ep. c.* 1.

Propoſitiones illius in academiis diſceptatæ. Confutantur a Joanne Coclæo.

(*e*) *Cocl. in ſcopa adv. aran. Moreſyn.*

III. Interea cum Clemens adverſus Henricum Regem Angliæ judiciariam actionem urgeret, Franciſcus Gallorum Rex Henricum ipſum oratoris opera ſolicitavit, ne a Pontificis Romani obſequio deficeret: qui Henricus meditatam defectionem ſe dilaturum reſpondit, ſi decretoriam ſententiam Pontifex differret: cumque concordiæ ſpes affulgeret, cæſareorum adminiſtrorum importuna vi latam ſententiam queritur Belcairus (*f*): *Ut ad Franciſci Regis e Maſſilia reditum revertar; is Maſſiliæ a Clemente obtinuerat, ne devotiones dirasque adverſus Anglum decretas antequam de illius voluntate certior fieret omnino pronuntiari pateretur, quem poſtremum actum fulminationem vocant. Hinc Joannem Bellajum Pariſienſem pontificem ad fanum Andreæ circa decembris kal. reverſus ad Anglum miſit, quem in Romani Pontificis obſervantia perſeverare cohortaretur. Biennio apud Henricum legati munere functus erat Bellajus idcirco, ut homo doctus illique familiaris, quamvis indignatum eo perduxit, ut ſi Clemens ſuam fulminationem differret, ipſe quoque quod animo intenderet, nempe ut Clementi priſtinam obſervantiam renuntiaret, exequi differret. Bellajus quod res magni momenti erat, & Regis gratiam demereri cupiebat, Clementis adeundi munus ſuſcepit, & equi curſoribus iter perſecutus ante decembris finem Romam appulit, & quod in Angli cauſa poſt Clementis reditum nihil innovatum fuiſſet, rem adhuc in integro eſſe comperit. In celebri Cardinalium conventu* [*conſi-*

(*f*) *Belcharius Zelcai. l.* 20.

Anglus ſpondet non diſceſſurum ab obſequio ſi Pontifex cenſuras differat.

Bellaii oratoris apud Pontificem preces.

ſto-

Digitized by Google

ſtorium illi vocant] auditus, cum Angli poſtulatum non omnino iniquum videretur, ejus reſponſum intra tempus præſeriptum proferre juſſus eſt. Itaque hominem expeditum, ad Anglum equis curſoribus miſit, & ut Romam intra præſcriptum diem rediret injunxit. Præteriit dies: Cæſariani ut tandem controverſiæ finis imponeretur inſtabant; Bellaius in Cardinalium cœtu difficillimo vehementiſſimæ hyemis tempore multa viatoribus terra marique accidere poſſe opponebat, Oceano præſertim tempeſtatibus fere ſemper obnoxio, diem paululum differrent: poſtremo ſex tantum dies adderent orabat. Prudentiores aſſentiebantur. Plures in contrariam ſententiam pedibus ierunt, & quod tribus poterat, uno conventu perfecerunt, latamque adverſus Anglum ſententiam fulminarunt, ut illi loquuntur. Concepta ea (a) fuit hiſce verbis.

Hiſpani adminiſtri rem eccleſiaſticam in exitium præcipitant.

(a) Ext. apud Sander. l. 1. de ſchiſm. Anglic. apud David Camerar. Scot. l. 4.

IV.

Lata a Clemente in Henricum VIII. ſententia.

Clemens Papa VII. &c.

Cum pendente lite coram nobis dilecto filio Capiſuccho capellano noſtro ac ſacri palatii apoſtolici cauſarum auditore & decano a nobis in conſiſtorio reverendiſſimorum commiſſa inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Catharinam & Henricum VIII. Angliæ Reges, de & ſuper validitate matrimonii inter eos contracti, præfatus Henricus dictam Catharinam ejecerit, & de facto cum quadam Anna matrimonium contraxerit contra mandata & decreta tum admonitionis quam inhibitionis in literis in forma brevis etiam de conſilio fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium emanatis contenta, temere & de facto attentando. Idcirco nos de illius poteſtatis, quam Chriſtus Rex regum nobis, licet immeritis, in perſona B. Petri conceſſit, plenitudine, in throno juſtitiæ pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram ſententiam, quam ex noſtro mero officio, ac de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſiſtorialiter coram nobis congregatorum conſilio, ferimus ejectionem & ſpoliationem dictæ Catharinæ Reginæ a quaſi poſſeſſione juris conjugalis, & reginalis dignitatis, in qua tempore hujuſmodi motæ litis erat, & matrimonium inter prædictum Henricum Regem & Annam prædictam contractum, cum prædicta omnia notoria & manifeſta ſint, prout ita eſſe declaramus, nulla, injuſta, & attentata fuiſſe & eſſe, ac nullitatis, injuſtitiæ, attentatorumque vitio ſubjacuiſſe & ſubjacere, prolemque ſuſceptam ſeu ſuſcipiendam illegitimam fuiſſe & eſſe; præfatamque Catharinam Reginam ad ſuum priſtinum ſtatum, & quaſi poſſeſſionem juris conjugalis, & reginalis dignitatis reſtitui & reponi debere, dictumque Regem dictam Annam a cohibitione ſua & quaſi poſſeſſione juris conjugalis & reginalis ejicere & amovere debere, in his ſcriptis pronuntiamus, decernimus, & declaramus, reſtituimus & reponimus, ejicimus, & amovemus: eademque noſtra ſententia, & ex conſilio & mero officio noſtro prædicto præfatum Henricum Regem majoris excommunicationis, & alias cenſuras pœnas in dictis literis contentas ob earum non paritionem & contemptum damnabiliter incurriſſe & incidiſſe, ac ab omnibus Chriſtifidelibus evitandum fuiſſe & eſſe, declaramus & mandamus.

Promulgatum Annæ Bolenæ matrimonium irritum eſſe.

Reginam Catharinam priſtino ſtatui reſtituendam.

Et nihilominus volentes cum eodem Henrico Rege nomine pii patris benigne & clementer agere, cenſurarum prædictarum declarationem uſque & per totum menſem ſeptembris proxime futurum ad hoc, ut ſententiæ & mandatis noſtris prædictis commodius parere poſſit, ſuſpendimus, & ſi infra dictum tempus parere diſtulerit, ac dictam Catharinam in priſtinum ſtatum, quo tempore litis motæ erat, non reſtituerit, præfatamque Annam a ſua cohabitatione & quaſi poſſeſſione juris conjugalis & reginalis non abjecerit, & dicta attentata cum effectu non purgaverit, ex nunc prout ex tunc præſenti declarationi locum eſſe volumus decernimus, ac ita pronuntiamus.

Defixus anathemate Anglus ſi in cœptis perſtiterit.

V.

Multi de hac ſententia graviſſime queſti ſunt, quamvis eſſet juſtiſſima, cum non eſſet ferenda niſi ad evertendum Henricum, ſi ea lata ſententia efferatus Eccleſiam perſequeretur, Cæſar conſurgeret: ſed qui ad eam ferendam Pontificem adegerat, poſtea cum ipſo Henrico fœdus pepigit, ac res Eccleſiæ cum innumerarum animarum clade in exitium verſæ ſunt, nimiumque præcipitis decreti Pontificem & Cardinales poſtea vehementer pœnituit, ut Belchairus narrat (b): *Biduo,* inquit, *poſt ab Anglo nuntius rediit cum mandatis ampliſſimis: quapropter Cardinales, qui erratum ſuum corrigerent diligenter inquirentes ſæpius convenerunt, nec ullam retractandæ ſuæ ſententiæ rationem invenire potuerunt, Anglus indignatus a Romani Pontificis obſervantia receſſit, & in his, quæ ad religionem pertinent ſe quaſi Chriſti vicarium declaravit, tributumque Romanis Pontificibus pendi ſolitum Romam deinceps ferri prohibuit.* Arrepto pſeudopontificatu Anglicanæ eccleſiæ Henricum ſacerdotiorum decumas, eorundemque vacantium primos fructus ſibi arrogaſſe narrat Polydorus Virgilius (c), coacto ſcilicet impiorum hominum conciliabulo: *Habetur,* inquit, *concilium Londini, in quo eccleſia Anglicana formam poteſtatis nullis ante temporibus viſam induit: Henricus enim Rex caput ipſius eccle-*

Nuntius Anglicus poſt ſententiam ſerius acceſſit.

(b) Belchair. l. 20. n. 54.

Deſciſcit a Pontifice Anglus.

(c) Polyd. Virg. l. 8.

cleſiæ conſtituitur, eique ob id munus primi fructus omnium ſacerdotiorum vacantium, ac eorumdem decimæ quotannis perpetuæ aſſignantur. [1]

Impulſum ad tam impium & ſacrilegum facinus ab adulatoribus deplorat Laurentius Surius (*a*) : *Hoc quoque*, ait, *anno MDXXXIV. Angliæ Rex graviſſime ferens a Pontifice contra ipſum latam ſententiam de divortio Catharinæ Cæſaris materteræ, totum ſe ab authoritate & obedientia Romanæ ſedis ſubducit, atque in conventu parlamenti Weſtmonaſterii ſe ſupremum eccleſiæ Britannicæ caput vocat, eoque nomine ſibi ſacrorum proventuum annatas, ut vocant, decimaſque deinceps perſolvi jubet, & id genus alia facit, quibus eam laudem, quam ſuperioribus annis pro catholica tuenda religione adverſus Lutherum & ejus farinæ homines ſuſceptis laboribus ſibi comparârat, prorſus obliteravit. Sunt qui eum Regem ſcribant cujuſdam magni viri adulationibus depravatum a priſtina virtute deflexiſſe. Ita eſt certe rerum humanarum conditio, ut juxta Pauli ſententiam, qui ſtat, aut ſtare ſibi videtur, merito videre debeat ne cadat. Eſt vero adulatorum genus, longe peſtilentiſſimum, quod dum ſuis privatis commodis ſtudet aſſentando omnia, aut interdum etiam prava ſuggerendo, ſub quadam honeſti ſpecie non raro etiam optimos principes corrumpit.*

(*a*) *Sur. in comm. hoc ann.*

Se caput Anglicanæ eccleſiæ dicit.

A perditis aſſentatoribus corruptus eſt.

VI. Enarrat fuſius hujus cataſtrophes cœptæque perſecutionis in catholicos ſeriem Sanderus (*b*) ſic inquiens : *Celebre erat his diebus Eliſabethæ Bartonæ monialis nomen, quæ ob ſanctitatis famam virgo ſancta Cantiana vulgo appellabatur. Hæc affirmabat Henricum, non amplius jam eſſe Regem, eo quod ex Deo non regnaret; Mariam vero Catharinæ filiam, quæ tunc minus legitime nata habebatur, ad regni gubernacula ſuo jure ſeſſuram eſſe: ob quæ verba in jus vocata, & a publicis regni comitiis una cum duobus D. Benedicti monachis Edovardo Bochingo & Joanne Deringo, duobus etiam D. Franciſci patribus Hugone Richæo [qui conventui Cantuarienſi præerat] & Richardo Risbeo, duobus etiam ſacerdotibus ſæcularibus Richardo Maſtero & Henrico Goldo [qui omnes eam Dei ſpiritu afflatam credebant] capitis condemnata fuit, & poſt ludibria publica omnes conſtanter ultimum ſupplicium ſubierunt XII. kal. maii : quam fœminam cum inter cæteros Roffenſis & Morus diligenter examinaſſent, confeſſi ſunt, ſe nullo judicio deprehendere potuiſſe eam fanatico ſpiritu [quod in ejus invidiam tunc ſpargebatur] agitatam fuiſſe : unde & ipſi in ſuſpicionem apud Regem venerunt quod cum illa ſentirent; & Roffenſis quidem nominatim de eo crimine in comitiis accuſatus fuit, & Joannes Adeſonus, qui ei fuit a ſacello, una cum tabellione Cantuarienſi, duo etiam nobiles laici Thomas Goldus & Edovardus Thuatus in vincula eam ipſam ob cauſam conjiciebantur. Conſtat tamen illas res, quas tunc cum nihil minus quam futuræ putabantur futuras illa prædixit, ſuo tempore poſtea eveniſſe. Maria enim, quæ tunc Elizabethæ poſtponebatur, ante Elizabetham poſtea jure ſuo regnavit.*

(*b*) *Sander. l. 1. de ſchiſmat. Anglic. hoc ann.*

Bartonæ monialis vaticinium.

Quid Roffenſis epiſcopus & Thomas Morus de ea ſenſerint.

Sortitum eſt exitum vaticinium.

Quo vero die hæc ancilla Dei cum ſociis ad patibulum tracta eſt, eo ipſo Londini optimates juſſi ſunt coram archiepiſcopo Cramnero, Audlæo cancellario, Cromuelo ſecretario, aliiſque Regis conſiliariis jurato profiteri ſecundas ejus nuptias legitimas eſſe, prolemque inde natam Elizabetham nomine veram eſſe regni heredem, Maria principe excluſa tanquam ex matrimonio illegitimo prognata. Quam jurisjurandi formulam, ut multis de cauſis iniquiſſimam, cum epiſcopus Roffenſis ac Thomas Morus, aliique nonnulli ſuſcipere nollent, in cuſtodiam conjecti ſunt. Fratres autem Minores, qui de obſervantia vulgo dicuntur, cum hac iniquitate permoti liberius loquerentur tam in publicis diſputationibus, quam concionibus ſacris, matrimoniumque Catharinæ acerrime defenderent [præcipue vero Londini duo patres doctiſſimi Elſtenus & Paytonus] ob hanc rem totus ordo in tanto apud Regem odio fuit, ut tertio Idus auguſti fratres iſti ex omnibus ordinis ſui monaſteriis pellerentur, varioſque in carceres conjicerentur; adeo ut pluſquam ducenti eodem tempore in cuſtodiis numerarentur. VII.

Roffenſem epiſcopum & Thomam Morum conjicit in vincula.

Minoritæ pulſi e monaſteriis.

Prorupit ad majora flagitia Henrici furor; nam in ſolemnibus ordinum conven- VIII.

NOTÆ [1] IN iis enarrandis quæ Romæ pariter & in Anglia in cauſa Henrici geſta ſunt, in chronologia non nihil erratum. Tantum enim abfuit quin ſententia pontificis Romani in Henricum cauſam præbuerit ſubvertendæ in Anglia religionis, ut integro potius bimeſtri antea conveniret ſenatus (parlamento) Londini ad res religioſas decernendas, quam Pontifex ſententiam ſuam pronunciaris. Quæ enim pontificis bulla hic in Annalibus nullam adſcriptam diem præfert, hæc apud Wilkins Concil. Britan. to. III. pag. 769. die XXIII. martii data eſt. Cum ſenatores Londini die XV. januarii convenerint teſte Burneto hiſt. l. 2. qui & diſſolutum cœtum illum die 1. Martii ibidem affirmat. Excuſandus eſt igitur pontifex ſi iis compertis quæ in Anglia geſta fuerant, nihil ulterius expectandum ratus ultimam ſententiam tulit. MANSI

ventibus archiepiſcoporum & epiſcoporum nonnullorum impietate quos ſubornavit vel oppreſſit, opera ſe ſupremum eccleſiæ Anglicanæ caput dixit; cujus flagitia ita deſcribit Sanderus (a): *Henricus perſpecta virorum bonorum voluntate, cum divortium ſuum non perinde ab omnibus approbari cerneret atque ipſe cupierat, occurrendum ratus initiis, non amplius privato imperio ſed publica authoritate ac vi legum agendum eſſe cenſuit. Itaque comitia publica regni indixit ad tertium nonas novembris futura, nequaquam dubitans, quin in iis partim vi ac minis, partim adulatione ac artificioſa inductione illorum, qui hæreſi clam favebant, obtineret ab ordinibus quidquid ipſe cupiebat ac jam animo deſignaverat. Sciebat enim inter epiſcopos Cramnerum & Leum metropolitanos totos eſſe ſuæ voluntati addictos; Gardinerum vero Samſonem, aliosque juniores, quos ipſe nuper evexerat, non admodum repugnaturos: Roffenſem ſenem in carcere teneri, Tonuſtallum Dunelmenſem [qui vir etiam magnæ authoritatis erat] Regis literis admonitum a comitiis abfuturum.*

(a) Id. ib.

Archiepiſcopi & Epiſcopi Angli proditores.

IX. Nobilitas infecta hæreſi.

In principum vero conſeſſu, præter novam nobilitatem, quam Henricus ipſe creaverat, magnaque ex parte Lutherana perfidia depravatam, erant primores duo, qui ſua authoritate cæteros facillime ad omnem Regis nutum ac voluntatem inflectebant. Horum primus erat Carolus Brandonus Suffolciæ dux, qui ſororem Henrici in Matrimonio habebat, homo perditæ vitæ & Henrico ſimillimus, cujus tota poſtea familia, Deo vindicante, miſerrime periit ac diſſipata fuit. Alter vir erat catholicus, ac bellicæ laude clarus Thomas Havardus Norfolciæ dux; ſed ne Regis gratiam amitteret, ad omnia ſe ſelicem & obſequentem exhibebat: quam tamen gratiam obſequiis tam iniquis partam Deus retineri diu non permiſit; nam & ipſe poſtea Thomas perpetuis carceribus ab Henrico damnatus fuit & filius ejus primogenitus comes Surræus appellatus, eodem jubente ſecuri percuſſus. His ergo inſtrumentis aliiſque artibus ac minis [nam & baronem Dacrium, qui catholicus & potens erat, ſuæque voluntati non facile conſenſurus, illis ipſis diebus quo reliqui fierent timidiores, ad cauſam de capite dicendam, ficta calumnia evocaverat] obtinuit Henricus, ut quæcumque ipſe vellet ſuffragiis ordinum decernerentur: ac primum quidem ut Maria ex Catharina filia natalium honore, ac omni regnandi jure privaretur: honores autem omnes ac ſucceſſionis jura Mariæ antea attributa in Elizabetham transferrentur. Deinde ut omnis poteſtas ac jurisdictio in Anglos & Hibernos Pontifici Romano in perpetuum adimeretur, reuſque perduellionis fieret, ſi quis deinceps quidquam honoris aut authoritatis ſedi Apoſtolicæ deferret: Anglicanæ vero eccleſiæ ſummum in terris caput ut ſolus Rex haberetur, cujus ſolius eſſet authoritate pleniſſima errores, hæreſes, abuſus omnes emendare, & illi propterea omnium ſacerdotiorum, integri proventus primi cujuſque anni, quo quis beneficium aliquod ſortitus eſſet, ſolverentur: illi omnium eccleſiaſticarum dignitatum decimæ redderentur; quinimmo ipſum Papæ vocabulum conſecutus, edici curavit ut de cætero nullus Pontificum Romanorum vocaretur Papa, ſed tantum epiſcopus. Quam legem tanta ſævitia executioni mandavit, ut capitis damnaretur ſi cujus in libro vel ſolum nomen Papæ non deletum extaret, per calendaria, per indices, per ſcripta patrum, per totum jus canonicum, per ſcholaſticos doctores Papæ vocabulum lituris undique obducebatur: immo in fronte operum D. Cypriani, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini, Leonis, Gregorii, Proſperi, ac aliorum Eccleſiæ luminum, ſinguli ſcribere coacti ſunt, ſi quid in eis operibus ineſſet, quod Pontificis Romani primatum tueretur aut confirmaret, ſe illi verbo, ſententiæ, rationi jam nunc renuntiare, nec tanti criminis reos unquam eſſe velle, ut quibuſvis patribus aut doctoribus in ea re aſſentiant. Omnis etiam communicatio per literas cum Pontifice Romano, ejuſve miniſtris extra Angliam degentibus, ſub pœna læſæ majeſtatis prohibebatur: quo factum eſſe ſcribit Eraſmus (b), ut quaſi ſub omni lapide dormiat ſcorpius, ita nemo Anglorum auſus eſt deinde aut quidquam ſcribere, aut ab externo quopiam literas accipere.

Baro Dacrius oppreſſus.

Henricus caput eccleſiæ Anglicanæ renuntiatur.

Vetat jus ſacrum peti a Pontifice.

(b) Lib. de Purit. caleſt.

X. *In litaniis præterea precibuſque, quæ tum privatim tum publice in omnibus oratoriis eccleſiis, monaſteriis, aliiſve in locis recitabantur loco petitionis illius, quæ pro domno Apoſtolico a Chriſti fidelibus per univerſum orbem fieri ſolet, Henricus hæc impia verba apponi imprimique præcepit: Ab epiſcopi Romani tyrannide, & deteſtandis enormitatibus libera nos Domine. Atque ut his ſeriis nonnihil etiam ridiculi admiſceret, nonis maii edixit, ne quis in poſterum ſuorum aulicorum aut barbam raderet, aut capitis capillis longioribus uteretur, quod viri graviores in Anglia ad honorem & imitationem quandam cleri facere conſueverant. Ipſe autem caput novum Eccleſiæ, quo aliis præluceret, Annæque oculis magis placeret, exemplum & formam præbere voluit. Seipſum igitur novo ac elegantiori longe modo ton-*

Horrenda blaſphemia ſchiſmaticum ſe profitetur.

Google

dendum ac veſtiendum curavit, omnibus ut iterum juveneſcere, & ſimul cum antiqua uxora veterique religione veterem etiam animum veteremque corporis & habitum depoſuiſſe videretur. Neque contentus his, quæ domi pro libidine conſtituerat ac fecerat, tentare, etiam foris voluit externum aliquem principem ad furoris ſui participationem pertrahere poſſe. Legatos igitur mittit primum ad Franciſcum Galliarum Regem, in quo plurimum ſpei habebat propter communem utriuſque cum Cæſare contentionem; ſed cum ſua Chriſtianiſſima majeſtas tantum abeſſet ab Henrici impietate probanda, ut ne legatos quidem ejus ea de re audire voluerit, ad certos Germaniæ principes, qui jam dudum hæreſi Lutheranæ ſe addixerant, profecti ſunt. Illi quamvis tum Henrico tum etiam ſibi gratularentur diſceſſionem ejus a Pontifice, quam & ipſi fecerant; dolebant tamen vehementer tam ſceleratam ac turpem fuiſſe ejus diſceſſionis cauſam, quam ita deteſtabantur, ut nulla legatorum perſuaſione adduci potuerint, ut approbarent. Quod & Henricum mirabiliter offendit, fecitque [uti creditur] ne palam ad hæreſim Lutheranam deficeret, neve ipſius Lutheri ſubmiſſionem ac palinodiam, quam abjectiſſime paulo poſt ad eum ſcripſit, admitteret. Calvinus (a) etiam paulo poſt Henrici primatum eccleſiaſticum oppugnavit.

Repulſus a Gallo Germanos pertentat de ſocietate.

Repellitur a Lutheranis. Lutherus eum ſibi conciliare nititur. Calvinus ejus primatum oppugnat.

(a) *Comm. in Amos.*

XI. *Deſertus itaque ab externis, domeſticis comprobatoribus contentus eſſe voluit, jubetque ut ſui tam concionibus quam libris editis hanc novam authoritatem ſuam eccleſiaſticam tueantur: Qua Regis voce excitati ſunt ad concionandum plurimi, ad ſcribendum etiam nonnulli, quorum aliqui id ſponte faciebant, quod hæreſi faverent, cujuſmodi erant Sampſonus Foxus Moriſonus, cæterique: alii vero coacte, ne Regem offenderent, ut Gardinerus Wintonienſis & Tonſtallus Dunelmenſis epiſcopi.* Hæc fuere triſtia Anglicani ſchiſmatis exordia, ac poſt maximas ſanctorum virorum cædes ac religionis excidium, ipſi hæretici Angli eccleſiæ ſuæ caput tam væſana & ſacrilega aſſentatione tot annis adoratum noſtra ætate in publica cataſta carnificis manu immaniter detruncarunt, ac poſt conculcatum ſacerdotium etiam regium culmen obtriverunt.

Qui fuerint Anglicanæ hæreſeos ſignifeni.

Triſti ſucceſſu confuſa politicorum hæreſis.

XII. Potuiſſet tot tantiſque malis concilium œcumenicum mederi, Angloſque in orthodoxa religione continere; ſed Franciſcus Gallorum Rex, qui ex Germaniæ factionibus Cæſaream potentiam poſſe extenuare ſperabat, in Maſſilienſi conventu fallacibus argutiis illud diſturbarat: ex quo cum apud Germanos in ſummam invidiam adductus eſſet, hiſce literis (b) ſedare odia anniſus eſt.

Diſturbatum ab eo concilium.

(b) *Ext. to. 3. German. ex editione Freheri p. 299.*

Franciſcus Dei gratia Francorum Rex, reverendiſſimis, illuſtriſſimis, inclytis, generoſis, ſplendidis, ampliſſimis, ſpectabilibus, & prudentibus ſacri Romani imperii electoribus, principibus, equitibus, civitatibus, civiumque magiſtris, ac cæteris univerſis & ſingulis ordinibus, amicis, fœderatis, & ſociis chariſſimis ſalutem.

Superioribus ad vos literis, cum ad quaſdam reſponderem paſſim apud veſtrates in me diſſeminatas calumnias, obiter vobis, ampliſſimi ordines, meum ſuper indicendo communi Chriſtianorum concilio ſenſum, animum, & expectationem ſignificavi; id quod fortaſſe tum feciſſem accuratius ac diligentius, ſi vel levem conjecturam habuiſſem fore unquam, ut [quod poſtea & literis multorum, & ſermone omnium ad me perlatum eſt] iſta quorundam obtrectatione ſugillarer, me ſcilicet ad eam rem ultro ſeſe accingenti Pontifici moram unum attuliſſe, atque etiam [ſi Chriſto placet] tam ſanctæ piæque voluntati ejus me interceſſorem obtuliſſe. Ut nunc autem ſe res habent, hoc eſt eum jam dubitari apud omnes deſiiſſe debeat, quo ego ſim in eandem rem animo, atque teſtes habeam locupletiſſimos & graviſſimos omnes omnium partium Cardinales, nihil me ab ipſo Pontifice contendiſſe obnixius atque efflagitaſſe, quam ut primo quoque tempore omnes conveniremus: nihil ſane hoc tempore optare potui accommodatius, vel ad eorum quibus ſolo vitæ meæ curſu offenſis quævis ſemper viſa eſt ſatis juſta mei criminandi cauſa vobis prodendam audaciam & impoſturam, vel ad meam apud vos ipſos ſartam tectam ab eorundem injuria conſervandam dignitatem, quam ut rumores de me ferrent hujuſmodi, & ſermones, quos res ipſa confeſtim eſſe falſos cum arguat, nullam in iſtis in poſterum non modo credulitatis & fidei, ſed ne exiſtimationis quidem partem relictura ſit: id quod illis contigiſſe ſpero atque plane confido; ſub id enim tempus, quo ſi ad me rumores ſunt perlati, ſuſpenſum quidem & expectantem, quid Pontifex ſtatueret & quem ipſe locum indicendo concilio capiendum deſignaret commodum, advenitſe nuntiatur ab eodem, ad me miſſus Rodulphus Pius Faventiæ epiſcopus ſingulari vir ingenio, judicio, atque doctrina, communicaturus videlicet mecum his ipſis de rebus, ad quas eundem ego Pontificem ſuapte incenſum natura meis quotidianis precibus & flagitionibus inflammaram.

Excuſat flagitium.

XIII. *Cum igitur res per ſe ſatis ipſa loquatur, nihil poſthac futurum video cur iſto-*

rum

Digitized by Google

rum ego animos, qui me tam graviter ſuis malevolentiſſimis obtrectationibus premere voluerunt, vel leviter debeam, quamvis laceſſitus repungere: animi vero mei magnitudinem, & in religionem ſtudium, ut inflectam nulla unquam cujuſquam faciet injuria, quin communi conſilio [quoad ejus fieri poterit affectæ reipublicæ Chriſtianæ, & afflictæ remedium atque opem præſentem una vobiſcum afferamus. Facturos porro nos operæ pretium exiſtimo, ſi [quod veſtro fieri velim arbitratu] aut vos ad me, aut ego ad vos virum mittam, rem totam edoctum, uti facilius inter nos omnium cogitationum noſtrarum rationes explicemus. Multa certe vobis & quod ad rem, & quod ad conventus ipſius locum ac tempus attinet, non æquo modo animo, ſed libentes etiam dabimus, quo certatim ad noſtras invicem voluntates [quantum nobis per Deum ipſum licebit aggregemur. Pium vero interim apud me retinendum cenſui dum certum nobis quid actum, quid conſtitutum a vobis fuerit, quid curari per me, quid perfici cupiatis referatur. Dabitur autem ſemper omnis omnino opera, ut nec univerſa reſpublica, vere Chriſtiani a me animum, nec vos amici deſideretis, &c. Ex Lajano ſaltu die XXV. februarii MDXXXIV.

XIV. Ingentia mala oborta ex diſturbato concilio:

Fuere Franciſci Regis inanes ſuci, neque enim concilium a Clemente, uti pactus erat cum Carolo V. celebratum eſt, in quo hæretici adduci vel cogi ad officium, Angli deficientes in fide confirmari, & gerendi in Græcia belli rationes agitari poterant: & quantumvis Franciſcus Rex plures apologias (*a*) ad invidiam eluendam conſcripſerit, reatum ſuum magis patefecit illis, quam exterſit: cum enim nullus locus ad celebrandum concilium eſſet accommodatior quam in ipſa religionis arce & ſede Chriſtiani imperii Italia, neque in Germania tutum eſſet illud cogere, ne immenſa hæreticorum audacia & colluvie obrueretur, prætexuit Franciſcus Rex nec ſibi, nec Germanis in Italia, quæ pontificiis & cæſareis armis teneretur, tutum acceſſum patere, vererique ne pontificis decreta vi potius, quam æquitate ederentur: Germanos ita ſe devincturum ſperavit: *Intellexiſtis*, inquit in literis proximo anno datis, *prope omnes, certe multi ex legato ad vos noſtro, quid jam eſſemus ego & ille inter nos ea de re commentati, ac prope jam pacti: atque ne tunc indiceretur concilium, unum hoc nobis impedimento fuiſſe, quod is Cæſari, cum ſe conventum in Italia habiturum receperat. Contra ego contendebam efficaciſſimis [ut mihi videtur] rationibus, cum haberet ipſe ac Cæſar in Italia nulli non formidoloſos exercitus illos magis, ut in decreta ſua nos cogerent, quam adducerent, eo nos quodammodo velle pertrahere, pro certo haberi oportere. Addebam [id quod erat] tot initis a Cæſare fœderibus, quo videlicet me acceſſu Italiæ procul ſummoveret, armatum citra rerum novandarum ſuſpicionem, inermem citra periculum, committere illis me locis non poſſe; atque adeo non ſublatis in ea belli atque diſſenſionum cauſis debere potius ad veſtræ Germaniæ limites, quæ viu ulli Chriſtianorum injuriæ ſuſpecta ſit*, ſuſpectam ecconetra Cardinalibus & ipſis Germanis catholicis fuiſſe antea oſtenſum eſt, *hoc tempore indici concilium, cujus ſane indictionem, ſicut Chriſtianæ reipublicæ neceſſariam, modo loco libero, neque conventuris infido, ita in diverſo loco ne aliud oriatur ex alio diſſidium metus & periculi plenam eſſe judicabam.*

Vani Gallorum Regis prætextus.

Acta Maſſiliæ circa concilium.

(*a*) Ext. ibid. p. 297.

XV. Conjungit ſe Gallus hæreticis adverſus catholicos.

Placuit maxime Franciſcus Rex hæreticis diſturbantibus ea ratione œcumenicum concilium, quod Clemens ſe indicturum Carolo V. promiſerat; verum Germanorum catholicorum animos a ſe abalienavit, quos cum ſuis apologiis ſibi conſociare non poſſet, conjunxit ſe hæreticis adverſus catholicos ignarus malorum quæ hæreticorum ſocietas Gallico regno allatura eſſet, non aliter quam cæſarei politici naſcentem hæreſim palpaverant, dum illa obterere pontificiam tantum majeſtatem cæſareamque efferre videretur; ignorantes quantas illa clades cæſaribus invectura foret. Interea in Germania excitati ſunt novi bellici motus, cum Uldericus Wittembergenſis princeps ditionem ſuam a Ferdinando repeteret. Depulſus ab illa fuerat a Suevis fœderatis vindicantibus injurias Reitlingenſium, quos ille admotis caſtris oppugnarat ac ſubegerat, receptaque jure belli oppida a Suevis Cæſari divendita, ab eodem Cæſare collata Ferdinando & Auſtriacæ domui adjecta fuerant: & quamquam, uti vidimus, Franciſcus Gallorum Rex Wittembergenſem ſuæ ditioni jam ante reſtituere anniſus eſſet, Helvetiorum tamen opera ejus conatus ad irritum conciderant: jam vero deprimendæ Auſtriacæ domus potentiæ intentus commovit Philippum Lantgravium Heſſorum principem in Ferdinandum ſuppeditatis in exitiabile bellum ſumptibus, quaſi a Wittembergenſi bellicæ arcis montem, quem vulgo Pellicardum vocant coemiſſet, quo opportune ex Germania copias conducere poſſet. Ita Chriſtianiſſimo Rege hæreticorum clientela maximo cum religionis damno & Chriſtiani nominis dedecore accepta eſt. At Ferdinandus Rex ubi

Witembergenſis principatum recuperare affectat.

Lutheranorum clientela a Gallo Rege accepta.

hæreticos arma impia ſumpſiſſe vidit, extimuit ne illi ſecundis elati ſucceſſibus ad majora audenda, religionemque evertendam conſurgerent, certioremque de omnibus factum Clementem rogavit, ut idonea ſubſidia pro tuenda re catholica ipſi mitteret; qui exhauſtum prorſus eſſe ſuperioribus calamitatibus, tum claſſis ad depellendos Italia Turcas ſumptibus pontificium ærarium reſpondit (a); pro viribus tamen ei ſe non defuturum.

(a) *Lib. brev. ann. 1534. p. 185.*

Regi Romanorum.

XVI. *Recepimus literas majeſtatis tuæ decimo maii datas, in quibus de apparatu Lantgravii Haſſiæ ad reſtituendum Ulricum in ducatum Wittembergenſem contra majeſtatem tuam, & de exercitu per te ad defenſionem comparato nos reddis certiores: ſimulque quoniam ſua defenſio haud minus ſanctam religionem ac nos reſpicit, cum illi novis hæreſibus infecti, ſi ſucceſſum contra te habeant, majora tentaturi haud dubie timeantur, auxilium a nobis & hac ſancta ſede imploras. Quibus tuis literis, fili chariſſime, & pro noſtro paſtorali officio, & pro eo intimo amore, quo tuam ſerenitatem proſequimur, commoti valde fuimus, & quantum illa ſignificatione comparati per te exercitus eramus lætati, tantum poſtea doluimus ex his, quæ poſtmodum ſubſequuta eſſe audimus, cum & communis religio, & privata in te noſtra benevolentia faciat, ut omnium, quæ tibi accidant vel lætorum, vel triſtium ſimus tecum participes. Itaque convocatis ad nos ſæpius venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, reque cum illis communicata, & frequenter deliberata, non ſolum quidem noſter, ſed univerſi ſacri collegii promptus animus & egregia in tuam ſerenitatem voluntas ſemper apparuit, cum omnes faterentur, ſerenitatem tuam omni ope hujus ſanctæ ſedis dignam eſſe, cujus ope ſancta religio in iſtis locis aſſidue defendatur; ſed tamen cum de modo & ratione conquirendi auxilii ageretur, ut omnes nobiſcum in id ſumme niterentur; tum vero in ipſa rei tractatione ita detegebatur communis inopia & vulnera præteriti temporis apparebant, ut nec modus nec exitus ullus inveniri poſſet, cum præteritæ calamitates & continuatæ hujus ſeptennii impenſa, aliaque aliis ſuperaddita onera, omnem prorſus ſuccum attenuate per ſe facultatis expreſſerint; nos vero præter afflictas, ut omnibus notum eſt, vires noſtras, & decem triremes hoc tempore inſtructas, & alias neceſſarias & graves impenſas quotidie ſubire cogamur: ipſe autem ſtatus noſter eccleſiaſticus præter continuam ſuperioris ſeptennii ſterilitatem, ita tributis & collationibus continuis gravatus per nos fuerit, ut nedum nova imponere onera ei nequeamus, ſed vetera, quæ mercatoribus aſſignaveramus, remittere cogamur. Quæ nos quidem dolenter, ut debemus, ſerenitati tuæ referimus, non quod ex hoc quidquam de ſtudio noſtro, & voluntate tibi ſubveniendi remiſſuri ſimus, ſed quod probari tuæ ſerenitati cupimus id, quod eſt certe veriſſimum, deſiderio noſtro deeſſe facultatem; nec tamen per hoc ceſſaturam eſſe diligentiam, neque enim deſiſtemus aſſidua cogitatione perquirere, & omni ſedulitate intendere noſtri officii debito & benevolentia erga te noſtra ſtimulati, ſi quam viam aut rationem ferendi tibi, quod poterimus, auxilii invenire poſſimus. Proinde hortamur majeſtatem tuam ſtudioſe in Deo domino, ut eundem vigorem animi, quem hactenus exhibuit, & qui celſitudine tua dignus eſt, retinens, vires atque animum confirmet, & in Dei omnipotentis adjutorio, quod ei in majori periculo affuit confidat, &c. Dat. Romæ* XVI. *junii MDXXXIV. pontificatus noſtri anno* XI. Imploravit quoque Caroli V. auxilium Ferdinandus: ſed ſerius tum a Pontifice tum ab fratre Cæſare ſtipendia in Germaniam tranſmiſſa ſunt.

Poſcit Ferdinandus a Pontifice auxilia.

Reſponſum pontificium.

XVII. Concurrere apud Lauffenum oppidum Philippi Heſſorum principis & Ferdinandi acies, quibus Philippus Bavarus bellica laude poſt propulſatum Vienna Solimannum clarus præerat, atque imparatus cæſareus exercitus, inita equeſtri tumultuaria pugna, Bavaro glande plumbea icto, in fugam actus eſt turpiſſimam, ac munitiſſima oppida Aſpergum, Auracum, Niſſa, & alia ad victorem prova, Udalricum cupidiſſime exceperunt; cum enim Lutherana hæreſi infecti eſſent cives, hæretico quam catholico principi ſubiici maluerunt. Imminebat jam periculum ne accenſa belli flamma univerſos catholicos & hæreticos Germaniæ corriperet; atque hæretici Gallorum Regis opibus fulti inſultarunt catholicis peſſundandæ religioni continue intenti; quorum audito rugitu Helvetii catholici a Pontifice opem popoſcere: quibus Clemens ſemper ſe cunctis præſto futurum eſt pollicitus his literis.

Ferdinandi exercitus tumultuario prælio fuſus.

Virtembergenſis exceptus ab hæreticis.

Minitantur hæretici catholicis.

Dilectis filiis Lucernæ, Uraniæ, Suitz, Zug, Underual, Friburg, & Solodorenſibus veteris ligæ ſuperioris Alemanniæ eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus, &c.

Nos quidem, filii, pro noſtra erga vos jam diu inveterata benivolentia, & veſtra in Deum & catholicam fidem, quam pie nobiſcum colitis & tuemini, ut debetis, pietate, veſtris occurrentiis & neceſſitatibus nunquam deerimus, & ad obviandum & reſiſtendum his periculis, quæ vos

Pontificis ad Helvetios catholicos reſponſum.

a ma-

a male de dicta fide ſentientibus imminere nobis ſignificaſtis, conſilio, ope & opera noſtra ſemper præſto erimus. Datum Romæ XIX. *maii MDXXXIV. pontificatus noſtri anno* XI.

XVIII. Sedatum fuit Germanicum illud bellum: Albertus enim archiepiſcopus Moguntinus idemque Cardinalis (*a*), & Georgius dux Saxoniæ catholicarum partium columina, ac Joannes Fridericus Saxo ſeptemvir Luthericæ ſectæ propugnator concordiæ interpretes iis pactionibus Germaniæ pacem repoſuerunt, ut Lantgravius copias diſſolveret, Ferdinandus verò principatus Wittembergenſis jacturam atque Udalricum priſtinæ ditioni, quam fiduciario jure acceptam Auſtriacis principibus referret, reſtitutum æquo animo pateretur. Ita illata ea ignominia eſt catholicis ab hæreticis impii belli adjutore Franciſco Rege Auſtriacæ familiæ infenſo: qui tamen votis ſuis non eſt potitus, cum Heſſus nec in Auſtriam poſtea irruperit, neque in Italiam ad turbandas res Mediolanenſes deſcenderit, ut refert Paulus Jovius (*b*): *Cum*, inquit, *Lantgravius Auſtrianæ ditionis fines ingreſſurus, atque inde demum impellentibus Gallis in Italiam pervaſurus eſſe diceretur, Ferdinando Regi pax data, deprecantibus Germaniæ regulis, ea conditione, ut Ulderícus beneficiario jure ab Auſtriana familia ducto ditione ſua potiretur. Invidebant quidem Auſtrianæ domus felicitati; ſed eam exequatis viribus incolumem volebant. Cæterum Lantgravius apud Gallos occulta invidia deflagrabat, quod eorum auro inſtructus ſecus quam magnis pollicitationibus ſe facturum oſtenderat, in tanta occaſione gerendarum rerum repreſſo impetu ſummæ ſpei victoriam omiſiſſe videretur, ſic ut præclare conſtet, Ferdinandum una maxime pecuniæ inopia id vulnus accepiſſe, cum multis diebus ab Hiſpania nequidquam opem expectaſſet. Curarat enim Cæſar per menſarios certum auri pondus in ſtipendia militum; ſed id aliquanto cunctantius, quam circumvento fratri in ea celeritate hoſtium expediret, adeo ut victus exutuſque provincia pacem petere cogeretur: hoſtes tamen, ut aliquid ſperie honoris, Cæſaris nomini tribuere viderentur, tormenta bello capta remiſerunt.*

(*a*) Jov. l. 32. continuator Sabellici & alii.

Quibus legibus pax inter hæreticos & catholicos reſtituta.

(*b*) Jov. ibid.

Trapezitarum culpa clades accepta.

XIX. Coaluit ea pax opportune; cum Anabaptiſtarum factio exeunte ſuperiori anno magno terrore Monaſterii erupiſſet, atque hoc anno ſumptis armis univerſo orbi Chriſtiano non uni Germaniæ excidium minitaretur. Tulerat aliquot ante annis adverſus Anabaptiſtas capitalem ſententiam Carolus Cæſar, ac deinde infeliciorum ſortem perperam miſeratus ſeveritatem remiſerat mitioribus decretis, uti ſuo loco narratum eſt: ex quibus impii dæmonum fraudibus illuſi, graſſandi licentiam nacti liberius longe portentifica venena ſua ſparſerunt: cum enim Germani ſumpta ſemel Lutheri exemplo mutandæ fingendæque religionis audacia, quovis doctrinæ vento circumferrentur, ad figmenta abſurdiſſima demum ſe converterunt, de quibus hæc tradit Ulembergius (*c*): *Hoc anno Anabaptiſtarum factio, quæ tempore ruſticani motus armis principum repreſſa fuerat, non extincta, poſtquam in quibuſdam inferioris Germaniæ provinciis vehementer creviſſet, erigere cervices, & res novas denuo machinari cœpit. Erant zelotæ quidam en iſta colluvie, qui ſe divinitus incitari putabant ad inſtaurandum Chriſti regnum, quod extremis temporibus ad ſummam perfectionem formandum ſomniabant. Horum nonnulli Monaſterium occupabant, quæ Weſtphaliæ civitas eſt admodum munita, quam novo Chriſti regno ſedem elegerunt: unde velut ex altera Sione miſſis apoſtolis evangelium iſtius regni ad renovandum orbem Chriſtianum in omnes provincias propagare decreverant. Eam vero rem tanto zelo ſunt aggreſſi, ut non Germaniæ modo, ſed & cæteris Europæ provinciis, niſi cohiberentur armata manu, denuo periculum ab iis imminere videretur.*

Anabaptiſtæ bellum movent in Germania.

(*c*) Ulember. in vit. Luth. c. 26.

Falſa eorum jactantia. Monaſterium ab illis occupatum.

Minitati excidium imperio Chriſtiano.

XX. At qui univerſis Chriſtianis excidium parabant, ſibi ipſis illud peperere; verſaque eſt opulenta & ampliſſima urbs horrendis contaminata ſceleribus in carcerem in quo neſandiſſimi religionis everſores ad omnia ludibria dæmonis conſectanda intenti ſame necarentur, aut ferro conſcinderentur: quæ quidem mala a divina providentia miſerta pereuntis Monaſterienſis populi, variis prodigiis præſignata, refert oculatus teſtis Hermannus a Keſenbroch in MSS. hiſtoria Monaſterienſi hiſce verbis: *Ut Deus*, inquit, *certiora cladis futuræ indicia proderet, eamque jamjam capitibus noſtris impendere commonſtraret, ſi forte ea, quæ frequenter eveniunt, & ancipitem interpretationem recipiunt, minus nos moverent; ideo rarioribus & manifeſtioribus portentis partim ſupra urbem in aere, partim intra mœnia, non ſine ſumma trepidatione viſis & auditis, animos incolarum ab indecentiore vita tanquam clementiſſimus pater poſtremo deterrere voluit, quæ monaſterienſis reipublicæ ruinam & everſionem proxime præceſſerunt. Multiplices primum faces & ſubitæ flammæ, inſuetique fulgores ſupra urbem in aere nocturno tempore aliquandiu in-*

Prodigia Monaſterienſis cladis prænuntia.

inter ſe concurrere, ac tandem, aut decidere, aut cacumina turrium ſine noua tamen lambere viſuntur. Cælum ingenti hyatu findi, rimaſque oblongas agere viſum eſt, unde terribiles ignes emicuerunt: Agricolæ in vicinis prædiis ac pagis commorantes, aut equos, aliaque pecora nocte paſcentes, urbem quaſi flammis correptam ſæpe intuentur; & cum explorandi cauſa accurrerent, flammam non ſolum urbi innoxiam fuiſſe, ſed etiam evanuiſſe prorſus deprehendunt. Interdum igneis nubibus opertam urbem vigiles referunt, quæ jam ſubito caſu incendium minabantur: monſtroſi tam pecorum quam hominum partus eduntur. Tres ſoles anno MDXXXIV. die nova februarii hora ſecunda pomeridiana conſpecti, triplicem religionem catholicorum, evangelicorum, & anabaptiſtarum non aliter portenderunt, quam illi, qui poſt obitum Julii Cæſaris triumviratum: ſemper enim ſolis veri idola diviſiones & diſſenſiones multorum ſæculorum hiſtoriæ teſtautur. Quidam divinandi furore correpti, & anabaptiſtico ſpiritu pleni per omnes vicos urbis curſitantes vociferationibus horrendis populum deterrent. De his agetur inferius. *Fœminæ quoque illuſione diabolica deceptæ: eodem anno nona februarii ſanguinem pluiſſe in lineis plicis oſtentant: varios eodem die in aere ſpiritus horrendaque ſpectra apparuiſſe quidam conſtanter affirmans. Conſpectus quoque eſt in ſublimi circa idem tempus vir auream gemmatamque coronam geſtans, qui in dextra gladium, ſiniſtra vero virgam apprehenſare viſus eſt, & alterius viri effigies viſa, utramque manum ſanguine redundantem comprimens, unde guttatim ſanguinem fluere viderunt. Cælo etiam ſereno equitem armatum minitanti vultu, gladium dextra quatientem multi proſpiciunt: ſeræ portarum nemine mortalium movente per ſe inſultantes nocturnos vigiles exterrent. Taceo hic clamores militum, fragorem armorum, concurſum equitum & armatorum, hinnitum equorum, infantium fletum, mulierum ejulatum, canum & noctuarum triſtes ululatus, in ſepulchris ac cœmiteriis mæſtos gemitus, varios, in templis ſtrepitus, & ſingultus lachrymabiles: bombardarum, tympanorum ac tubarum ſonitus, qui in pomeriis ac aviis receſſibus urbis nocturno tempore audiuntur. Taceo tandem quod interdiu aliquoties ſupra urbem tibiarum ac tympanorum militarium ſonitus, longo ductu aerem penetrans, multorum hominum aures in ſe converterit. Hac omnia non vana fuiſſe, ſed manifeſtam ac præproperam cladem portendiſſe Monaſterienſes facile & manibus & pedibus ſenſiſſent, niſi ineptis ſuorum prophetarum interpretamentis ſeducti ad ſe minime hæc pertinere ſibi peſuaſiſſent: quare cum non finerent ſe ullis prodigiis & oſtentis, quantumvis terribilibus moneri, neque ſpes melioris vitæ ſupereſſet ulla præter meritum, Deo everſionis cauſa aſcribenda eſt, ſed propriæ temeritati, qua ſe ſponte ſua in exitium præcipites egerunt.*

Igneis nubibus interdum operitur Monaſterium.

Dæmone infeſſi bacchantur.

Dæmonum ſpectra viſa in aere.

Anabaptiſticus Rex oſtentatus in aere.

Oſtenta alia.

Fragores & ſtrepitus inſueti.

Supra urbem interdiu tympana audita.

Monaſterienſes a pſeudoprophetis illuſi.

Multis interjectis author deſcribit, ut cum Rothmannus anabaptiſticæ ſectæ ſignifer concionatorio munere interdictus eſſet, qui potius ex cæſareis edictis gladio feriri debuerat, utpote malorum omnium author, fœminarum immanis turba ducta a ſex monialibus, quæ cum habitu pudorem exuerant, in magiſtratus conſurrexerit jactatis multis conviciis, quod Rothmannicum pſeudoevangelium prohiberent. At ignavi magiſtratus non modo fœmineam ſeditionem non repreſſere, verum anabaptiſticam impietatem magis ingraveſcere permiſerunt; adeo ut rebaptizati opes ſuas, fœminæ gemmas, annulos, monilia ad concionatorum pedes deferrent: ſola enim hac ratione æternæ ſalutis fieri participes, ſi in communes uſus verterentur, ita exuere veterem hominem, & ornamenta corporis cum ornamentis animæ permutare perſuaſi ab impoſtoribus erant. Conatus eſt Franciſcus Monaſterienſis epiſcopus huic malo mederi, ac ſenatui dedit imperia, ut ex cæſareo mandato ſectam anabaptiſticam ſeditiones ac cædes ſpirantem coerceret. Sed ut ſenatus tempſerat epiſcopum, ita a civibus contemptus eſt adeo, ut in ſingulis parochiis Anabaptiſtæ haberent domos, in quas ad audiendas conciones confluebant, & catholici ſive Lutherani extrema omnia ab Anabaptiſtis formidarent. Inter quæ, duos putidiſſimos impoſtores illuſos a dæmone, ac Joannis Matthiæ piſtoris Harlemenſis pſeudochriſti pſeudoapoſtolos anabaptiſticos Monaſterium ingreſſos narrat Hermannus, ac veluti prophetas a fanaticis exceptos: *Dum hæc aguntur*, inquit, *duo viri peregrino & inuſitato habitu amicti adſunt: qui circa diem decimamtertiam januarii Monaſterium venerant, & apud Kniperdollingum diverſabantur, ac Enoch & Elias vulgo eſſe exiſtimabantur, quorum alter Joannes Bokelſon Leydanus poſtea ſceptra urbis invaſit; alter vero Joannes Mathiſſon in initio obſidionis circa feſtum paſchæ ante portam Ludgerianam ab hoſtibus occiſus fuit, cujus uxorem Leydanus duxit. Hi ſingularem ſanctitatem ſimulantes in ædibus Kniperdollingi cum Rothmanno, Rollio, Clopriſio de rebus præſentibus conſultant, ſuggerentes interim ab armatis quid* XXI.

Rothmannus archhæreticus malorum auctor.

Fœminarum ſeditio in magiſtratus.

Superſtitionis quanta ſit vis.

Epiſcopi monita ad ſenatum.

Spreta a ſenatu perduelli.

A Joanne Matthia pſeudochriſto miſſi pſeudoapoſtoli.

Monaſterium ingreſſi pro Enoch & Elia habentur.

Eorum hypocriſis.

fieri

Conjuratio Anabaptiſtica de trucidandis catholicis vel alterius ſectæ. Pſeudopropheta differri jubet ſcelus ut tuto fiat.

fieri velint : & cum inter ſe diſſentirent, aliis urbem fæce impiorum purgandam eſſe volentibus, aliis vero diem dominicæ ultionis nondum adeſſe aſſerentibus, proinde impiorum cædem prorogandam eſſe & in diem Domini differendam. Verum cum ſibi certo perſuaderent duos iſtos prophetas eſſe, & cœlitus emiſſos, quibuſque inconſultis nihil ſibi agendum ſit, decretum illorum expectant. Hi poſt multa ſuſpiria & meditationes nondum tempus eſſe purgandi aream reſpondent : plures prius Domino lucrifaciendos, & jam lucrifactos cœleſti doctrina, non quidem in impiorum templis idololatria fœtentibus, ſed privatis Chriſtianorum ædibus confirmandos eſſe : nondum itaque impiorum ſanguine manus ſuas contaminent, ne & ipſi Patrem cœleſtem ſibi offenſum reddant : diem Domini propemodum adſuturum expectent, qui purgaturus ſit aream ſuam ab omni impietate. His vocibus tanquam a numinibus quibuſdam profectis acquieſcunt. Ita ſeditio pacata tum eſt, atque Anabaptiſtæ ab armis temperarunt. Sed brevi Rothmannus novas res molitus eſt; ingreſſus enim cum ſociis cœnobium transflumineum moniales ad propagationem generis humani lenonis inſtar hortatus addidit ſibi, atque aliis prophetis in urbe præſentibus a patre divinitus revelatum hora duodecima noctis ſequentis diei cœnobium ruiturum : quo oraculo moniales libidine flagrantes captata occaſione monaſterio egreſſæ omnia fere bona in ædes Rothmanni extulere, tribus exceptis, quæ pietate & ingenio & ætate excellentiores cum lachrymis & ſuſpiriis illas retinere conabantur. Suſpenſa interea terrore plebs ruinam cœnobii expectabat, ut totam noctem inſomnem duxerit, ac ſabula in riſum verſa Rothmannus ut pſeudopropheta & impoſtor omnium ſibilis exceptus eſt. At mox populus novo ſpectaculo a dæmone illuſus eſt.

Non ſentientes cum ipſis habent pro impiis.

Rothmanni conatus ad pervertendas moniales.

Pſeudoprophetia illius inſana.

Cognitum ex ſpiritu dæmonis prophetaſſe.

XXII.

Rollii miniſtri a dæmone agitati diſcurſus.

Ubi, inquit Hermannus, *Rollius*, is erat pſeudoevangelicus concionator, *falſo hoc oraculo Rothmanni authoritatem apud multos elevari intelligeret, in morem corybantium enthuſiaſmo correptus furioſo per plateas diſcurſans horrendis vociferationibus & inſanis boatibus impios, ac fœderis charactere non ſignatos ad pœnitentiam vocat : diem enim Domini inſtare clamat; quo aſtu & nova rerum facie ſuperioris Rothmanni oraculi oblivionem inducit, plurimoſque ab anabaptiſmo alieniores redditos revocat. Hunc autem furorem tonico [id eſt incantamento magico] retinctis immitti fama fuit; illud enim Rothmannus parentum ſuorum artibus edoctus in lignea lagena a ſe baptizatis miſcuiſſe dicebatur.*

Perverſam pœnitentiam prædicat.

Rothmannus arte magica uſus.

Ex eadem Rothmanni lagena, cum Georgii Montani ſarcinatoris filia bibiſſet, ſimili furore percita octava februarii circa horam ſecundam in ædibus Bernardi Suerthemii ſub fornice in magno hominum utriuſque ſexus cœtu mira dicacitate concionatur. Erat illa ſexdecim annorum, atque octava februarii coramque præſente Hermanno nunc de peccatorum vindicta, nunc de exaltatione & præmio bonorum, nunc de urbis totiuſque orbis poſt triduum futuro interitu cum magno præſentium horrore aliquot horis garrivit. Pergit Hermannus.

Puella furore percita concionatur.

XXIII.

Kniperdollingus & Joannes Bokelſon agitante dæmone per urbem vociferantur.

Eodem die Kniperdollingus, hic erat vir primarius, ſed impius, *ac Ioannes Bokelſon propheta Leydanus circa horam tertiam a meridie omnes propemodum vicos urbis percurrentes ſuperioris vitæ emendationem luctifico & terribili clamore poſtulant; nihil enim præter pœnitentiam, pœnitentiam, pœnitentiam, denudatis capitibus oculiſque in cælum defixis clamitans. Quidam vero noſtrum luctifici ejulatus, triſtiſque vocis, quæ Jeroſolymitanum prædixerunt excidium memores, hujus quoque reipublicæ ruinam lachrymantes præſagiunt : & cum quidam inuſitatam corybantium inſaniam paſſim per plateas deriderent :* Væ, væ vobis, *inquiunt*, væ væ vobis, qui nos divino ſpiritu agitatos derideτis, qui ſalutaris pœnitentiæ vocem non admittitis, qui fœdus noſtrum contemnitis. Agite pœnitentiam, reſipiſcite, ne ultionem Patris cœleſtis in vos provocetis. *Inde cum ad forum reverterentur, ibi in totius populi conſpectu, en omnibus vero angulis urbis rei novitate coacti in mutuos amplexus, mutuaque oſcula proruunt. Cum autem furor deſæviret, & priſtina illis mentis integritas paulatim rediret, Georgius Montanus ſarcinator, cujus filia paulo ante concionata fuerat, novo furore afflatus, abjecto capitis tegmine, & oculis palmiſque in cælum ſublevatis, continuo accurrit :* Suſpicite viri fratres, ſuſpicite, capitaque veſtra nunc attollite, clamat, Deum glorioſum in nubibus cæli coruſcantem, vexillumque victoriæ dextra ferentem video. Væ vobis impiis, qui in malo pertinaces eſtis : reſipiſcite, reſipiſcite. Patrem cœleſtem cum multis angelorum millibus dira vobis minitantem in ſublimi conſpicio. Væ, væ vobis impiis : agite pœnitentiam, agite pœnitentiam : dies ille Domini magnus & terribilis adeſt. Reſipiſcite, reſipiſcite : æternæ damnationis pœna & cruciatus nullo tempore finiendus vos manet, qui Chriſtum ex Maria humanam carnem aſſumpſiſſe creditis : reſipiſcite, reſipiſcite. Deus jamjam purgaturus eſt aream

Redeuntibus iis ad mentem Georgius dæmone agitatur. Mentitur ſe Chriſtum videre in nubibus.

Ait ſcelus eſſe credere verbum incarnatum.

ſuam

ſuam, & paleas inextinguibili igne exuret. Agite pœnitentiam, & ſi divinam ultionem vitare vultis, characterem fœderis noſtri ſumite. Subdit de hoc arreptitio teſtis oculatus : *Quibus, geſtibus hæc aliaque multa proclamaverit dici vix poteſt : nunc enim ſaxis inſultat, ſeſeque ſaltu quaſi volaturus eſſet effert, & palmis elatis plaudit, nunc caput vehementi rotatu concutit, nunc oculos ad cælum attollit, nunc deprimit, nunc luget, nunc humi in forma crucis procumbit, & in cœno ſeſe volutat ut paucis dicam ſingulis vocibus habitu corporis ſui inſervit. Cum autem nos quotquot aderamus in foro juvenum more inſuetis vociferationibus obſtupefacti cœlum diligentius intueremur, nihil eorum, quæ retincti viderant, nec aliam, quam uſitatam cæli faciem animadverterimus. Itaque ad voluptatem corybantes iſti a circumfuſa juventute in foro deluſi ſimul ſeſe cum Kniperdollingo ad ædes ſuas ſubducunt. Ibi Kniperdollingus novo, ſed mitiore quam prius, furoris genere exagitatus, in angulo ædium ſuarum foribus patentibus ad parietem converſus rum patre cæleſti, nobis videntibus & audientibus, ſe loqui ſimulat, & plurima ad popularem intelligentiam non accommodata, nec juſta ſerie cohærentia, ſed more furioſorum abrupta nunc manifeſte loquitur, nunc clanculum muſſitat : tandem defatigatus in intimas domus ſuæ latebras ſpumivomo ore ſe recipiens iſti ſpectaculo finem imponit.*

Perſpicuis ſignis ſe agi a dæmone oſtendit.

Deridentur a vulgo.

Jodocus quoque Calemburgicus eodem ſpiritu agitatus, concitato equo inſidens ſurſum deorſumque per vicos fertur, & cœlum ruiturum nunciat, ac admiranda ſe videre, multaſque myriades angelorum ſe proſpicere clamitat. Eodem furore etiam correptæ mulieres vaticinia de quodam Rege Sion futuro jactarunt : moliebatur enim ſathan quoddam antichriſticum condere imperium Mahumetici inſtar. Quibus tumultibus perturbati ſimplices, cum in fide fluctuare cœpiſſent, a Bernardo Rothmanno in impietatem impulſi ſunt.

Jodoci Calemburgii dæmoniacus furor.

XXIV. Mota ab Anabaptiſtis ſeditio.

Aucti hac fraude numero Anabaptiſtæ nona februarii die arma corripuere, ut tyrannidem urbis invaderent : qua recognita epiſcopus literas ad ſenatum, qui antea rebellarat, dedit, ut ſibi cum modico equitatu venienti ad Anabaptiſtas civium ſanguinem ſitientes coercendos portas urbis panderent ; ſed a ſenatu eæ literæ ſuppreſſæ ſunt : catholici tamen ac Lutherani contra Anabaptiſtas, qui forum obſederant, egregie ſe compararunt. Qua nocte plures fœminæ cum aliquot viris agitatæ a dæmone horrendis vocibus clamitabant, patrem cum omni cœleſti militia in nubibus conſiſtere, ac deſcenſum moliri : pſeudoprophetæ canebant ſuis, patrem cœleſtem ſuos ſigno fœderis notatos contra impiorum inſultus defenſurum. Cum vero Anabaptiſtæ animadverterent conatus ſuos ad irritum cadere, adverſarios de pace poſtularunt, quam illi, ne epiſcopum in urbem inducerent, male conceſſerunt : ac mox ſathanas actionis ſuæ in Anabaptiſticis fœminis non obſcura argumenta oſtendit. Tradit enim Hermannus vidiſſe ſe in foro fœminarum multitudinem inſtar bacchantum veterum furore correptam, pluribuſque viſis illuſam fuiſſe a dæmonibus, ac demum compertum eas faſcino teneri, eoque amoto motum omnem conquieviſſe.

Anabaptiſticarum ludibria.

Vana pſeudoprophetarum promiſſa.

XXV. Plures cives his territi fugiunt Monaſterio.

Terribilis vero ille fœminarum, quas dæmon vexarat, furor cives pleroſque ita perculit, ut ex urbe magno numero exceſſerint, cum impendentem ab epiſcopo obſidionem & inteſtinum bellum metuerent. Ut vero Anabaptiſtæ in ædibus Kniperdollingi eo tempore promiſcuis concubitibus, quos baptiſmum igneum vocabant, plures in ſectam allexerint, deſcribit Hermannus. cujus ſceleris author fuit Joannes Mathiſſon pſeudopropheta, qui noctu prælecto Geneſeos capite, ubi verba : *Creſcite & multiplicamini* ; repetierat, extinguebat faces, ut pudorem omnem extingueret. De hoc impuriſſimo impoſtore, & ſocio ejus futuro Anabaptiſtarum Rege nequiſſimo ſcribebat Rothmannus ad ſuos, qui in circumjectis urbibus latitabant : *A Deo Patre prophetas duos ad ſe Monaſterium miſſos, qui inſigni pietate & vitæ ſanctimonia ſint illuſtres, verbumque Dei pure & ſine humanæ fæcis admixtione incredibili quadam facundia atque ſuavitate doceant : ſi proinde ſaluti ſuæ conſulere velint, cum uxoribus liberiſque relictis opibus terrenis ad ſe veniant, novam ſuam Jeroſolymam & Sion, templumque Salomonis verum ac æterni Dei cultum exploſa omni idolomania in ſe ſecum inſtaurent, ipſos præter cœleſtem theſaurum ſatis opum habituros.*

Rothmanni literæ ad Anabaptiſtas extra Monaſterium.

XXVI. Plures Monaſterium confluunt.

His literis excitata ingens Anabaptiſtarum in finitimis urbibus oppidiſque latitantium multitudo Monaſterium confluxit ; quorum acceſſione elati Anabatiſtæ promulgarunt etiam tum ſenatum Monaſterienſem ex inſtinctu carnis fuiſſe deſignatum ; jam vero ex ſuggeſtione ſpiritus (nimirum ſathanici) eſſe eligendum : atque ita magiſtratus, qui rebellarant in epiſcopum, oppreſſi ſunt ac dignitate deturbati : qui vero ſucceſſores dati viri impii partientes inter ſe patranda ſcelera in virginum & monachorum cœnobia, ca-

Senatus Monaſterienſis oppreſſus ab Anabaptiſtis.

A novis magiſtratibus templa ſpoliata.

canonicorum collegia, ac ſacras ædes impetum fecere XXIV. februarii die, veſtes, argentum, aurumque omne, & ornamenta diripuere, Chriſtique & ſanctorum imagines diffregere, eorum relquias & ſacroſanctum Domini corpus pedibus concukarunt, ſacros libros & cruces ligneas in cinerem redegerunt. A quo autem inſtincti eſſent, & quos colerent, quos odiſſent ex his agnoſcas: *Nullas*, inquit Hermannus, *Chriſti crucifixi*, *Mariæ virginis*, *Apoſtolorum*, *aut martyrum imagines*, *quas non perdant*, *ferunt: at diabolorum*, *Judæorum*, *impiorumque tyrannorum icones nulla retinctorum manus violavit*. Cum vero novum imperium condere meditarentur; obſiderenturque ab epiſcopo, Rollium cum magna auri vi in Hollandiam miſere, ut copias contraheret: ſed is circa Ultrajectum comprehenſus igni crematus eſt: ut nulla ad perfidos homines auxilia pervenerint, epiſcopus autem novam Anabaptiſtarum Sion obſidione cinxit. Auctus vero eſt Anabaptiſtarum furor, ac XXV. februarii die Joannes Mathiſſon pſeudopropheta pro concione edixit: *Patrem velle*, *ut nova hæc Jeroſolyma cum ſanctuario a fœditate purgetur: ſibi ergo utile videri ut papiſtis*, *Lutheranis*, *ſacramentariis*, *omnibuſque a ſua doctrina diſſentientibus occiſis unum corpus*, *unaque reſpublica conſtituatur*, *eaque novis ritibus & Chriſtianis legibus firmetur & ſtabiliatur*. Hæc pſeudoprophetæ ſententia omnibus fere placuerat: *Et ſequenti die*, inquit author, *omnes nos trucidaſſent*, *niſi Kniperdollingus*, is enim carcere liberatus fuerant, *ſententiam mutaſſet*; Sanxit vero urbe expellendos poſtridie, niſi anabaptiſmum profiterentur, atque ita patris aream purgatum iri. Dum ita regnum anabaptiſticum ſenſim aſſurgebat, Monaſterienſis epiſcopus ac princeps in Anabaptiſtas ſuæ diœceſeos inquiſivit, ac XXVI. februarii eorum, qui Monaſterium perfugerant bona fiſco addicta, nonnullæ mulieres merſæ aquis, & agricolæ multi ad ſupplicium vocati.

Horrida eorum ſacrilegia.

Parcitum ab iis dæmonis imagini, non Chriſti.

Exercitum e Batavis conflare nititur. Rollius deprehenſus exuritur.

Pſeudopropheta jubet trucidari omnes, qui cum iis non ſentiant.

Kniperdollingus mutat ſententiam.

Anabaptiſtæ agri Monaſterienſis ad ſupplicia ducti.

XXVII. Die XXVII. februarii, cum tempeſtas ſæviret, Joannes Mathiſſon pſeudopropheta percitus enthuſiaſmo per totam urbem ſeſe vociſerationibus fatigando diſcurrit: *Inde*, inquit Hermannus, *redit ad curiam*, *ibi in medio armatorum agmine admiſſus corruit in terram*, *Patremque invocat totaque multitudo imitata prophetam* [*ſcilicet fallacem ac delirum*] *provoluta genibus ſupplex Patrem precatur*, *vatiſque mandatum opperitur*. *Inde tanquam ex profundo ſomno exiliens: Hac*, inquit, *patris eſt voluntas*, *hoc mandatum*, *hæc juſſio*, *ut impii*, *niſi retingi velint*, *illico urbe pellantur*, *qui noſtris ſemper piis conatibus obſiſtunt: urbs hæc ſancta purgetur*, *&c.* Obtemperatum eſt enthuſiaſtæ, ut ethnici parebant pythonibus, crudeliſſimeque quotquot ab anabaptiſtica ſecta abhorrebant eccleſiaſtici, nobiles, matronæ, virgines, pueri omnibus exuti bonis, ac ferme nudi emunctique omni auro & argento expulſi ſunt, ita ut Monaſterium fletibus & ululatibus perſonaret: plures vero qui ſerius parabant excedere ad anabaptiſmum adacti.

Jubet omnes pelli & ſpoliari, qui Anabaptiſmum recenſent.

Patrato eo facinore triumpharunt Anabaptiſtarum ſigniſeri, ac ſocios exciverunt; factaque hac rerum converſione magnæ Anabaptiſtarum Batavorum turmæ contendere Monaſterium; ſed illi intercepti, partimque aquis merſi, partim combuſti, partim in fugam conjecti fuere. Tanta vero pſeudopropheta pollebat authoritate apud illuſos Monaſterienſes, ut edicto omnia bona in commune redegerit, pollicitus pro cujuſque neceſſitate ea diſtributum iri; dein XV. martii die juſſerit omnes libros, ſola ſcriptura ſacra excepta, igni aboleri. At poſtea alterum pſeudoprophetam Kniperdollingum etiam utrumque teſtamentum obliterari juſſiſſe, atque ex ſpiritus ſuggeſtione regendam vitam ſenſiſſe, viſuri ſumus. Cæterum cujus ſpiritus inſtinctum audirent, triſtes eorum exitus oſtenderunt: nam prior Joannes Mathiſſon circa feſtum paſchæ miro enthuſiaſmo afflatus eſt, illiuſque a dæmone promulgavit, ſe cum paucis militibus omnes hoſtes ab obſidione divina vi, quam pater erat pollicitus, depulſurum: conceptaque ea mentis præfidentia in caſtra hoſtium cum ſuis commilitonibus non ita multis erumpit; ſed undique circumfuſus in fruſtra diſcerptus eſt. XXVIII.

Batavi Anabaptiſtæ Monaſterium contendunt.

Omnes libri excepta ſcriptura exuſti.

Ita cum vates cum ſuo vaticinio periiſſet, prodiit novus pſeudopropheta regiam perſonam in theatro Monaſterienſi ſuſtentaturus, atque cum regno anabaptiſtico promiſſo a dæmone periturus. Is fuit Joannes Bokelſon Leydanus ſartor impoſtorum Rex, qui confictis variis viſis ac mendaciis ſtultos Anabaptiſtas novorum vaticiniorum cupidos faſcinavit, utque vera dicere crederetur, cum eo alter impoſtor conjuravit: *Kniperdollingus*, inquit author, *ſubito proſiliens vera eſſe omnia profitetur*, *& quomodo ſibi mortem Mathiſſonis prædixerit* [*Sed quod in gratiam prophetæ mentitus ſit*, *paulo ante ſupplicium ſuum Kniperdollingus tormentis adductus fatetur*] *Hinc totus populus non ſolum hunc prophetam*, *ſed & amicum* XXIX.

Subrogatus novus pſeudopropheta.

Kniperdollingus ad fallendam plebem cum hoc conjurat.

cum & virum Dei vocat, & nefas eſſe credit tanto viro non conſulto in hac ſancta republica auſpicari. Excellentiorem ergo atque auguſtiorem hunc eſſe Matiſſone ſibi perſuadet, ab ejus ore pendere omnes: hunc patrem ſuſpiciunt, colunt, & venerantur.

XXX. Kniperdollingi vaticinium.

Kniperdollingus etiam IX. aprilis prophetico ſpiritu agitatus ſublimia humilianda, & humilia extollenda eſſe proclamat; unde turrium pyramides, & templa dejicienda, templaque omnia urbis ſolo æquanda eſſe præcepit. Mox paritum eſt inſano vati, inque turribus, ac templis evertendis deſudatum; at cum Martiniana turris everti omnino non poſſet, ſed aliquot dies inclinata penderet, Tratlingus per ſomnium a dæmone edoctus eſt de modo illius evertendæ; ſed a patre dæmone deceptus oppreſſus eſt ea vaſta mole.

Per ea tempora Joannes Bokelſon in everſa Monaſterienſi republica ex confiсto divino imperio conſtituit, ut carnificis dignitas primaria eſſet, quam Kniperdollingo conſuli indito Enſigeri nomine contulit, & quatuor ſtipatores illi attribuit; dein muniens ſibi viam ad tyrannidem diſcurrit noctu per Monaſterium furore inſolito, neſariamque pœnitentiam, diemque judicii imminere horrendis clamoribus prædicavit. Dein finxit ſe mutum tribus diebus, ac dein vocem ſibi divinitus reſtitutam: *Die conſtituto in concionem populi prodit, ſibique a patre revelatum eſſe clamat, in novo populo Iſraelitico novam reipublicæ formam fore, novum ergo magiſtratum novaſque leges divina ordinatione introducendas eſſe.*

XXXI. Novas leges dat Monaſterienſibus.

Paritum eſt ſanatico homini; ac talem audire meruere, qui Chriſti & Eccleſiæ vocem audire noluerunt. Conſtituit ille duodecim magiſtratus ſibi addictos, novaſque leges Monaſterienſibus dixit. Hæc ante medium aprilem, quo tempore Baſtvvillelmus, dum nocturnas vigilias agit, ſubito viſo & inuſitata voce animatus eſt, nempe a ſatana, ut impiorum (ita appellati catholici) urbes incendio deleret. Itaque egreſſus Monaſterio Wolthecæ oppidi partem noctu injectis ignibus ſuccendit, ſed reſtincto incendio captus exuſtuſque eſt. Dein medio junio fœmina excellenti forma prædita ſubornata eſt a dæmone atque a pſeudopropheta, ut Juditham æmlaretur, atque epiſcopum velut alterum Holophernem veneno necaret; ſed ejus inſidiæ pateſactæ ſunt.

Anabaptiſticæ facinus & audacia.

Seductam autem a dæmone patuit, quod in cataſta audacter confidentiſſimeque diceret carnificem ipſam ferro non læſutum. Inter hæc pſeudopropheta, qui tanta valebat authoritare, ut ſine illius imperio quidquam agere vetitum eſſet, in adulrerio fœdiſſimo deprehenſus eſt: ac tum metuens ne ejus authoritas obſoleſceret, habito cum Rothmanno conſilio, polygamiam allato veterum exemplo ioduxit: novum hoc dogma contentiones inter Anabaptiſtas peperit adeo ut extremo julio Henricus ſaber ferrarius ducentos cives, qui veterem reipublicæ ſormam optabant, ſibi conciliarit, ac Bokelſonum pſeudoprophetam, Kniperdollingum Rothmannumque & alios polygamiæ concionatores carcere incluſerit: dumque de epiſcopo in urbem inducendo agunt, a contraria Polygamorum factione ſortiore opprimuntur, atque exquiſitis ſuppliciis afficiuntur.

Cum ſociis carcere includitur.

Quibus occiſis omnis pudicitia interiit, & qui polygamiam impugnare auſi, quamvis ſactam ſcripturam afferrent, pſeudoprophetæ juſſu a Kniperdollingo gladio publice ſunt cæſi, ac ſœmina, quæ virum adulterum conviтiis apperierat, publice capite truncata eſt.

Non aſſentientes polygamiæ cæſi.

Novas tunc leges pſeudopropheta ſanxit, atque omnia matrimonia renovari juſſit, cum priora irrita diceret. Hac vero hypocriſi utebatur, quoties nimirum aliquid a patre ſuo, nempe dæmone, petere volebat, extenſis brachiis in formam crucis ſupinum ſe humi ſternebat: inde fingebat in ipſum patris ſpiritum inſundi: inrerdum triduo, interdum quatriduo ſe mutum fingebat, & quid fieri vellet in tabula deſcribebat, demumque diaboli opera ſalſæ illuſtrationis divinæ ac vocationis prætextu cum ex ſervili ſcorto genitus eſſet, regnum Monaſterienſe invaſit hoc modo, ut narrat Hermannus.

Pſeudoprophetæ doli, ut Dei verba dicere credatur.

XXXII. Sathanæ conſilium de antichriſtico regno condendo.

Cum ſatanas animadverteret ſuum regnum non tam ſub magiſtratu multorum, quam unius dominio & tyrannide poſſe propagari; ideoque poſt feſtum Jacobi alium quemdam prophetam in urbe excitat, cuius nomen Joannes Duſentſcheur aurifaber Warendorpenſis. Hic concione frequenti in forum advocata: Fratres Chriſtianiſſimi [inquit] pater cœlitus mihi revelavit, vobiſque publicandum commiſit, Joannem Bokelſonem Leydanum virum Dei, & prophetam ſanctum per univerſum terrarum orbem Regem fore: ille dominabitur Imperatoribus, Regibus, principibus, ac omnibus mundi poteſtatibus: ipſe ſuper omnem magiſtratum erit, nullus vero ſupra illum: ille occupabit ſceptrum & ſedem Davidis patris ſui donec Deus pater regnum ab eo repoſcerit. Inde a ſenioribus ibi aſtantibus gladium acceptum ſibi reddi poſtulat: creditum, & obtemperatum eſt impoſtori deliro ab iis, qui

Negatur Chriſtus & obtruditur pſeudochriſtus.

qui Eccleſiam contempſerant, & inanes illuſtrationes ſequebantur: *quem cum Regi jam deſignato in manus tradidiſſet: Accipe*, inquit, *gladium juſtitiæ, omnemque cum ipſo poteſtatem, quo omnes populos terræ tibi ſubiicias, eoque ita utaris, ut Chriſto ad judicium redeunti rationem reddas; ſimulque ipſum fragrantiſſimo liquore inungens his verbis: Ego te in Regem novi populi populique Dei patre jubente inungo, teque in facie totius populi Regem novæ Sionis pronuntio;* alluſit nempe ad oraculum: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus.* Rothmannus vero prædicavit hujus pſeudochriſti Reges futuros pediſſequos, ac Reginas pediſſequas.

Falſi tituli illi aſcripti.

XXXIII. At quanta hypocriſi hic impoſtor delatum nomen regium acceperit, ita deſcribit Hermannus: *Inſueto*, inquit, *dignitatis titulo tumens prodit, protinuſque humi ſe in faciem ſternit*, *atque: O mi pater*, exclamat, *cum ego qui neque ætate, neque conſilio, neque ſapientia polleo adminiſtrationi tantæ poteſtatis ſufficiam, ad tuam clementiam præſidium petitum ſupplex confugio. Mitte ergo, o pater, ſapientiam tuam de cœlis ſanctis tuis, &c.* Cum autem murmur in populo ortum eſſet, quod obſcurus alienigena Monaſterii Rex creatus eſſet, ſummeque eſſet ſtultitiæ toti orbi imperare velle, ille hoc verborum tonitru ipſos compeſcuit: *Vobis invitis non ſolum huic urbi, ſed toti mundo, patre ſic volente dominabor, meumque regnum hic cœptum, ſine interitu perſeverabit.*

Tyranni anabaptiſtici hypocriſis.

Nonnulli ſubmurmurant.

Victi impudentia impoſtoris.

XXXIV. Mox ille aulicos prætorianos milites viros fortiſſimos ſibi aſcivit, quos rubro cæruleoque interſtincto cultu indui voluit, ita ut manicis figura orbis tranſverſis gladiis transfixa cerneretur, ac omnia munera urbis partitus eſt: quatuordecim Reginas, vel potius ſcenicas meretrices adlegit: in eos, qui contra ejus juſſa mutire auderent, capitalem ſententiam tulit: irrumpentes in urbem hoſtes fortiter mœnibus repreſſit, ita ut multi milites poſtea ad ipſum e caſtris aufugientes defecerint, ſucceſſibuſque inflatus ex Joannis aurifabri pſeudoprophetæ fallaci oraculo cives omnes ſpoliavit, ut pauco cultu victuque frugali, ut decebat evangelicos, contenti eſſent; ipſe vero luxu regio afflueret. Invidit tantæ felicitati Kniperdollingus, ac furore agitatus per totam urbem curſitavit, clamando: *Pœnitentiam agite;* quaſi populus nondum veram pietatem ſub eo Rege teneret; cumque in concione populus admodum conſtipatus eſſet, ſaltu ſeſe ſubito extulit: *Et inſtar quadrupedis*, ait author, *ſupra ſtantium capita reptans ſingulos afflat; &:* Pater, *inquit*, te ſanctificavit; Accipe Spiritum Sanctum. *Eundem fortaſſe ſpiritum afflavit, quo a terra ſublatus & in ſublimi ſupra capita retentus eſt. Saliva quoque oris ſui quorumdam cæcorum oculos his verbis illevit:* Recipe viſum. *Deſignat etiam certum in foro locum, ubi ſe hoc die moriturum & continuo reſurrecturum affirmat. Inde regium ſolium occupans ſe ſpiritu Dei agitari Joannem Bokelſonem quidem Regem eſſe ſecundum carnem, ſe quoque ſpiritualem futurum: eoque dementiæ tandem venit, ut utrumque teſtamentum tam novum quam vetus, & totam ſcripturam ſacram abolendam, atque e mundo tollendam, neque ad politicarum legum decretum, ſed ad naturæ & ſpiritus ſuggeſtionem vivendum eſſe diceret.*

Gloriatur ſe ferro domiturum orbem univerſum.

Kniperdollingus elatus in altum a dæmone mentitur ſuo afflatu dare Spiritum ſanctum.

XXXV. Senſit dolos æmuli tyrannus, eumque in vincula coniici juſſit. Inde XIV. octobris die viginti ſeptem pſeudoapoſtolos delegit ex pſeudoprophetæ oraculo, qui illius doctrinam per varia loca diſſeminarent, mentitus eos a patre protegendos, ac ne pilum quidem capitis amiſſuros, eoſque, qui ipſorum doctrinæ non aſſenſiſſent, ſe poſtea ferro & igne deleturum, interminatus eſt. Novum etiam cœnæ dominicæ genus inſtituit, in qua cum multo carnium & vini apparatu viri mille & ſexcenti, præter quingentos, qui agebant excubias, accubuere, atque ad fundendum ſanguinem pro mutua defenſione ſe obſtrinxere: ſed ea cœna pſeudodominica cujuſdam militis, qui invitus ad eam perductus fuerat, ſanguine funeſtata eſt, cum a ſecta anabaptiſtica alienus eſſet, obtruncatuſque ab ipſo tyranno repetente ea verba: *Quomodo intraſti non habens veſtem nuptialem?* Porro quatuor pſeudoapoſtoli novi hujus antichriſti cum Warendorpiam acceſſiſſent, a ſtulto ſenatu & populo, qui jam a fide catholica defecerant, excepti ſunt. Ubi vero epiſcopus Warendorpienſes ſe conjunxiſſe audiit, mox cum copiis eo provolat, pſeudoapoſtolos intercipit, atque in errore pertinaciſſimos una cum aliquot civibus eo crimine inquinatis capite plectit: horum vero principem Klopriſium, qui antea Coloniam admodum infecerat, ad archiepiſcopum Colonienſem tranſmiſit, cujus juſſu Bruelæ proximo ineunte anno exuſtus eſt. Alii etiam pſeudoapoſtoli, qui Suſatum perrexerant, cum in ſenatu concionari eſſent auſi de novo regno fictitiæ Sion, vigeſima tertia octobris die gladio cæſi ſunt, cum & ipſi errorem pertinaciter tuerentur, adeo ut ex iis quidam illuſus a dæmone diceret

Pſeudochriſtus mittit pſeudoapoſtolos.

Warendorpienſes corrupti ab aliquot pſeudoapoſtolis.

De pſeudoapoſtolis ſumptum ſupplicium.

in cataſta a carnifice ſe eo die non jugulatum iri. Octo aliis pſeudoapoſtolis variis in oppidis capita abſciſſa ſunt, cum jam tandem quererentur ſe a Joanne auriſabro pſeudopropheta seductos fuiſſe. Qui Oſnabrugum legati fuerant, cum ſeditionem concitare cœpiſſent, a magiſtratibus capi juſſi ad epiſcopum miſſi ſunt; ex quibus Henricus Graſſius ſociorum funeribus edoctus ſectæ ſuæ apertiſſimas impoſturas damnavit, docuitque epiſcopum agitari conſilia, ut Anabaptiſtæ ex variis urbibus & provinciis cogerentur, compararentque exercitum ad Monaſterienſem obſidionem ſolvendam, dimiſſuſque munus exploratoris ad perdendam monarchiam anabaptiſticam egit, ita ut ipſius opera omnia hæreticorum conſilia proximo anno pateſacta diſſipataque fuerint, ac regnum antichriſticum exciſum.

Ex his Henricus Graſſius in exploratorem verſus.

XXXVI. Quam vero perſpicue dæmone Lutheranis illuderet, uti Anabaptiſtis illudebat, demonſtratum hoc anno eſt, dum extrahebatur Monaſterienſis obſidio: nam uti cum Luthero erat congreſſus dæmon contra miſſæ ſacrum, ita cum Donero Stasfurtenſi Lutherano concionatore colloquia miſcuit, ut illi perſuaderet Chriſtum non natum eſſe ex Virgine, non pro peccatis humani generis expiandis cruci affigi voluiſſe, non denique divinitatis participem: ſed Luthero Donerus fuit prudentior, quippe qui non crediderit dæmoni, cui Lutherus credidit. Inſignem adeo hiſtoriam, quæ in vulgus edita eſt & oſtenſa Luthero, narrat Ulembergius (a) hiſce verbis: *Dum*, inquit, *Monaſterium obſidetur anno MDXXXIV. exeunte quiddam accidit inter Lutheranos forte ſæculis omnibus inauditum, quod quia Lutherum etiam exercuit, inſerendum hoc loco duximus. Oppidum eſt in Saxonia Stasfurtum, cujus paſtor Laurentius Donerus pridie nativitatis Chriſti more Lutherano in eccleſia parrochiali confeſſiones eorum excepit, qui poſtridie erant communicaturi. Cum expeditis omnibus ſurgeret iturus domum, videt accedentem quemdam paulo ſimpliciorem, ut apparebat, indutum amictu nigro, eoque ſordido, pileum vero geſtabat, vilem prorſus attractum manu, ut frontem fere tegeret. Is paſtorem compellat robuſta voce: Domine*, inquit, *viſne audire confeſſionem meam? Annuit ille, ſeque ad audiendum componit. Tum alter longiuſcule remotus ad duos fere paſſus in genua ſeſe provolvit, quaſi confeſſionem editurus.* Paſtor: *ſi confiteri vis*, inquit, *accede paulo propius, ut exaudiri poſſis. Alter ſatis illi ſe propinquum eſſe reſpondet. Deinde paſtorem ipſe velut examinare cœptans in hunc modum orditur: Quid ſentis de nativitate Chriſti?* Paſtor, *de ea præclare ſentio*, inquit, *& paucis fidem ſuam exponit. Alter deinde quærit quomodo natum eſſe Chriſtum exiſtimet?* Reſpondet ille: *Conceptus eſt de Spiritu Sancto, & natus ex virgine Maria, ut ſymbolum apoſtolicum teſtatur & ſcriptura.* Quærit porro alter: *Ubi ſcriptum hoc eſt quod ex Virgine ſit natus?* Subiicit paſtor: *Prophetæ teſtantur & Apoſtoli virginem eam fuiſſe, Iſaias ſcilicet cap. VII. Matthæus cap. I. & Lucas item I. cap.* Alter falſe ſubridens: *Fieri poteſt*, inquit, *ut hoc iis locis legatur; ego vero ſcripturam ad hunc modum non intelligo. Pergit deinde quomodo dictum illud intelligis Iſaiæ VII. ubi legitur in hebraico textu vox, alma! quid illa ſignificat?* Reſpondet paſtor: *Virginem incorruptam, vel juvenculam, quæ cum viro non conſuevit: nec aliud credunt aut perſuaſum habent Chriſtiani, quam illibatam virginem Mariam eo loco deſignari, quæ Chriſtum enixa eſt dominum & ſalvatorem noſtrum.* Alter: *Falſum hoc eſt*, inquit, *forſitan ſcortum fuit illa, ex qua natus eſt Chriſtus veſter.* Reſpondet paſtor: *Id nec tu, nec quiſquam viventium probabit unquam.*

(a) Ulember. in Vit. Luth. c.26.

Dæmonis cum Lutherano miniſtro colloquium.

Molitur hæreſim Chriſtum negantem inducere.

Illius in B. Virginem blaſphemia.

Progreditur alter: *Quid tibi porro videtur de Chriſto, cur actus fuit in crucem?* Paſtor: *Crucifixus eſt*, inquit, *& mortuus propter peccata noſtra, ut morte ſua nos a morte ſempiterna a peccato, a tyrannide diaboli & ab inferno liberaret.* Alter: *Nequaquam*, inquit, *ſed propter ſua ipſius delicta mortis ſupplicium pertulit, quia, peccavit in legem Moſis.* Excipit paſtor: *Id falſiſſimum eſt, nec enim ullum peccatum admiſit in omni vita, ſed innocens fuit, agnus Dei, qui peccata mundi ſuſtulit.* Pergit alter: *Deambulavi per agros, & cælum apertum vidi, tum Moſes proſpiciebat in terram, & e cælo deorſum: protendebat cornua ſua, e quorum altero pendebat Chriſtus veſter, qui cum legem Moſis evertere conaretur, excuſſus de cornu fuit, & projectus in terram, quem Judæi apprehenſum egerunt in crucem, & occiderunt propterea quod contra legem Moſis peccaverat. In altero cornu vir ille ſedit, qui guſtandum Adamo præbuit Evæque pomum in paradiſo.* Quærit deinde, & inſtanter quidem tribus vicibus: *Noviſtine virum illum? quiſnam is fuit? Territus hoc ſermone Donerus;* tandem diabolus: *Is fuit*, inquit; *quam vocem alter tacendo tranſmiſit.* Quærit viciſſim paſtor: *Cur vero tu negas Chriſtum, eumque contemnis & blaſphemas? certe quidquid de eo nunc dixiſti falſiſſimum eſt. At confeſſus aliquando fuit diabolus ipſe*

XXXVII.

Et in Chriſtum.

Chri-

Chriſtum eſſe Dei filium : quærit alter, *ubi hoc ſcriptum eſt? paſtor locum demonſtrat Lucæ* IV. Alter*: Fieri poteſt*, inquit, *ut eo loco ſcriptum hoc ſit ; ſed diabolus non locutus eſt ſerio, quod ita ſentiret. Habebat id temporis commodum hoſpitium, ex quo non lubens admodum migravit, quæ cauſa fuit, ut daret illi bona verba, cumque Dei filium appellaret.* Tandem paſtor*: Cur* inquit, *ad me veniſti? ſi confiteri vis, fac confeſſionis initium. Petiſne abſolutionem a peccatis tuis, & infidelitate, ut in vera fide ſuſcipias Euchariſtiæ ſacramentum in remiſſionem peccatorum tuorum.* Reſpondet alter : *Abſolutionem non curo, nec Euchariſtiam, neque ſcio quid mihi profutura ſint iſta.* Tum paſtor : *Apage*, inquit, *ad locum tibi deſtinatum.* Subjungit alter : *Faciam quod dicis : interim eras alium in modum hac de re conferemus.* Ad hæc paſtor : *Fac audacter quod facis, & redi. Interea ſurgit alter diſcendisque ingenti poſt ſe relicto fætore.*

Deſcendit dæmon relicto ingenti fœtore.

XXXVIII. *Hæc ſumma eſt colloquii, quod concionator iſte Staſfurtenſis pridie natalis dominici cum dæmone habuit humana ſpecie larvato : quem ſi cum altero iſto conferas Lutheri præceptore, de quo ſupra diximus, hunc alphabetarium rudem craſſum, illum vero e magnis illis & doctiſſimis theologiæ diabolicæ doctoribus unum fuiſſe non injuria cenſeat : hic de Incarnationis & paſſionis myſterio, ille de ſacrificio miſſæ diſputationem inſtituit. Et quidem qualis fuerit Donerus hic Staſfurtenſis concionator, certe Luthero fuiſſe multo prudentiorem utriuſque diſputationis eventus docuit : nam ille fidem adhibuit patri mendaciorum, & in partes illius conceſſit ; hic vero cautior illo repulit adverſarium, nec ſe paſſus eſt ab eo circumveniri.* Nonnulliſque aliis interjectis ſubdit author : *Mirum vero, quo conſilio roget irriſorem hunc dæmonem Donerus, an abſolutionem petat a peccatis ſuis, an Euchariſtiam in vera fide ſuſcipere cupiat. Legerat forte quod Lutherus in libello de miſſa privata ſcripſit, ubi fuſius argumenta ſathanæ declarat contra juge ſacrificium ſuppeditata, diabolum ſcilicet, ſi in humana ſpecie ſubrepens in concionatorem ordinetur, docere verbum abſolvere, baptizare, conſecrare Euchariſtiam poſſe.* Et infra *: Quæ cum ſine dubio legerit Staſfurtenſis iſte Donerus, animum ſubire potuit hæc cogitatio : Si diabolus abſolvere poteſt apparens in humana ſpecie, quidni poſſit viciſſim abſolvi? Si conſecrare Euchariſtiam, ſi porrigere aliis, quidni & accipere? quod opinari ſane Lutheranis proclive fuerit, qui miniſterium Eccleſiæ ad angelos bonos malosque transferunt, præſertim ſi quemadmodum omnes prope reſuſcitant antiquas hæreſes etiam origenis delirium de ſalvandis aliquando dæmonibus amplectantur. Lutherus certe ubi vidit hiſtoriam hanc in vulgus editam, adjunxit illi præfationem ad Nicolaum Amſdorffium, cujus judicium exquirit ſuper hoc colloquio, de quo ſe fatetur varias habere cogitationes, &c.*

XXXIX. His lectis non reſipuit Lutherus, nec ex Doneri exemplo didicit non credendum dæmoni contra miſſæ myſteria diſceptanti, cum neque adverſus Chriſti divinitatem argutanti credendum ſit : porro cum ob editam anno ſuperiori nocturnæ cum cacodæmone diſputationis hiſtoriam, ut ſimplices iiſdem argutiis tamquam dæmonis diſcipulus irretiret, quibus ſe illaqueatum fatebatur, ac non tenuem injeciſſet ſuis ſectatoribus ſuſpicionem ſe ad Zuinglianos, (quorum etiam ſigniferum a dæmone noctu edoctum corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam negaſſe teſtabatur) defeciſſe ob horrendas blaſphemas quas in Euchariſtiam ſuderat, voces, eam ſuſpicionem ab ſe amovere conatus eſt, ut refert Vlembergius hiſce verbis (a): *Per nobilem quemdam admonitus*, quod nempe cum ſacramentariis a dæmone edoctus idem ſentiret, *epiſtolam edidit apologeticam* (b) *ſub initium anni MDXXXIV. in qua breviter repetit ſententiam ſuam de Euchariſtia ſcriptis publicis antea frequenter declaratam, cui ſe dicit immorari conſtanter, & immori decreviſſe. Profitetur credere ſe ubicumque locorum Euchariſtiæ myſterium rite celebretur, ſive hoc inter Lutheranos fiat, ſive inter papiſtas in Græcia, in India & jam cum ſub una tantum ſpecie porrigitur ſacramentum, quemadmodum in paſchate fieri conſuevit, aliiſque per annum temporibus in papatu, ibi ſub ſpecie panis, verum adeſſe corpus Chriſti quod pro nobis in cruce pependit, & ſub vini ſpecie verum ejus ſanguinem, qui pro nobis effuſus eſt, non ſpirituale vel imaginarium, ſed verum illud & naturale corpus, quod ſine viri conſortio de Spiritu ſancto conceptum & formatum nunc ad dextram Dei reſidet in majeſtate : quod ipſum corpus & ſanguinem non eos tantum, qui digni ſunt, ſed & indignos peccatores ore corporis vere ſuſcipere contendit, cum en altari diſtribuitur. Hanc eſſe de Euchariſtia ſemperque fuiſſe fidem ſuam ait, quam ſibi nemo ſit ablaturus : neque vero ſe in hoc tractatu ſacramentum vel Euchariſtiam ipſam oppugnaſſe, ſed miſſam tantum, quæ pro ſacrificio habetur, quam funditus deletam cupiat & e medio ſublatam, Euchariſtia tamen ſuperſtite.* At idem ſublato

Lutherus apud ſuos male audit quod doctrinam acceperit a dæmone.

(a) *Ulemb. in vit. Luth. c.* 25.

(b) *Luth. to.6. Jen. c.*1.6.

Ejus profeſſio contra Zuinglianos.

lato ſacerdotio nudum panem pro vero Chriſti corpore adorandum propoſuit, ac ſuos ſectatores ad idololatriam præcipites egit.

XL. Meminit de eadem Lutheri apologia adverſus Zuinglianos & Waldenſes, negantes in Euchariſtia eſſe ſubſtantialiter corpus & ſanguinem Chriſti, Joannes Coclæus (*a*); additque illum plures adhuc blaſphemias adverſus miſſam, quam antea, profudiſſe: ad cujus impietatem convincendam cum ſtulta & inaudita inter ſe pugnantia adſtrueret, idem Coclæus libellum edidit, ac Lutherum ipſum ad diſceptandum provocavit, & nonnullas quæſtiones inſolubiles Lutheranis propoſuit: *Theutanice*, inquit, *libellum edidit Coclæus non ad Lutherum, qui eum reſponſione ſua non putabat dignum, ſed ad Juſtum Jonam, qui unus erat ex quatuor evangeliſtis Witſembergenſibus, quorum arma in frontiſpicia Lutherici libri quatuor paginæ angulos accupabant. Propoſuit ergo ei decem quæſtiones en Lutheri epiſtola, ut ad eas reſponderet, atque argumenta eis objecta diſſolveret: præterea mendacia eu eadem epiſtola, ut ea vera eſſe probaret Jonas ille præpoſitus Witſembergenſis. At neque Janas, neque ſociorum ejus quiſpiam ad ea reſpondit, contemptim omnia diſſimulantes, quantumvis de hoc aperte arguerentur in præfatione hiſce ſane verbis: Cum te & Vormatiæ & Auguſtæ in conventibus publicis imperii viderim, atque allocutus ſim, decrevi ad te præcipue aliquot ſcribere quæſtiones ſimpliciter & ex animo, abſque omni dolo & fraude in honorem veritatis, atque in proximi obſequium atque ædificationem, amice te rogans, ut ad eas ſimili & modo & intentione reſpondeas, & me [qui ſenior ſum, & magiſter, & doctor atque etiam ſenioris eccleſiæ præpoſitus, quam tu] non uſque adeo contemnas, ſicut infamis apoſtaticuſque monachus facit, qui neque ſacram ſcripturam, neque jus publicum erga me ferre poteſt, quantumvis offero publice ac privatim, in genere & in ſpecie, ad convincendum ipſum quod ſit ſeditioſus, hæreticus, ac ſeipſum juxta naturam hæretici hominis, ac ſervi nequam ore ſuo proprioque judicio condemnet. Quod ſi vere intenderitis ſerio & en animo evangelium veritatemque defendere, non debuiſſetis profecto ad tot meas provocationes, meique oblationes ſic omnes obmuteſcere, ſaltem unus veſtrum proceſſiſſet ſimili ſui ablatione ad defendendum magiſtrum veſtrum. Cum autem omnes tamdiu jam ultra tredecim annos ad iſtud, in quo ſummo rei & caput negotii conſiſtit, penitus taceatis, & nihilominus multa blateretis, crebroſque ſcribatis libros magno cum ſcandalo populi, cum jactura temporis, cum perditione pecuniæ pro inutilibus nugis, noniiſque mercibus, merito deberetis timere, ne ſæcularis tandem poteſtas ægre ac faſtidiaſe ferat pavidum cor timidamque canſcientiam veſtram, quam non audeatis in re tam ardua aut jure ulla experiri, aut ullum ſerio ſubire periculum, &c.*

(*a*) *Cocl. in actis & ſcript. Luth.*

Mira Lutheri contradictio.

Coclæus Wittembergenſes ad diſputationem provocat.

XLI. *Inter quæſtiones autem in hunc etiam modum interrogat: Si aboleretur miſſa, uti Lutherus optat, quomodo poſſemus vel habere vel ſumere venerabile Euchariſtiæ ſacramentum? extra miſſam enim non poteſt canfici, quandoquidem conficere eſt miſſam celebrare, de quo ait Chriſtus ad Apoſtolas:* hoc facite in meam commemorationem. *Quod ſi hoc negatis, dicite, quæſo, quomodo ſine conſecratione eu pane & vino fiat carpus & ſanguis Chriſti? & ubi Chriſtus, & cuinam mandaverit Chriſtus eu pane & vino carnem & ſanguinem ſuum conficere? Item in qua roga ſcriptura prohibita eſt hæc vox,* miſſa? *quæ item præcepit, ut caro & ſanguis Chriſti dumtaxat ſacramentum, & non etiam ſacrificium dicatur? quæ item ſcriptura jubet mane potius, quam veſpere cœnam Domini ſumere? item quomodo non contradicit hæc Lutheri epiſtola vel libro Lutheri de viſitatione Saxonica, ubi commendat miſſas tum Latine, tum Teuthonice factas, quas vivis præcipue utiles dicit: vel Lutheranorum canfeſſioni & apologiæ, ubi dicitur: Falſo accuſantur eccleſiæ noſtræ, quod miſſam aboleant; miſſa enim retinetur & ſumma cum reverentia celebratur, &c. Ex* XXVIII. *mendaciis primum ſic habet: Libellus meus de miſſa angulari perſæpe fatetur quod etiam apud papiſtas [ſi Chriſti inſtitutionem ſervant] etſi ſub una detur ſpecie: verum tamen ibi eſſe & ſumi corpus Chriſti. Adverſus hoc mendacium citat Coclæus hæc verba Lutheri eu eodem de miſſa angulari libello: cum ſit incertum an in miſſa angulari ſit corpus & ſonguis Chriſti nec ne, & certiſſime humana ſit inventio: tu ſub corporis & vitæ periculo vide ne credas Chriſti corpus & ſanguinem adeſſe.* Ita Lutherus in Euchariſtiæ dogmate ſecum ipſe pugnabat, ut vel impotem mentis, aut potius a dæmone agitatum ſe oſtenderet.

Miſſæ neceſſitas ex Lutheri confeſſione.

XLII. Suſcepit Lutheri patrocinium Cordatus adverſus Joannem Coclæum, qui cum in libris ſuis hæc verba interjeciſſet: *Tres perſonæ & una eſſentia etſi in ſcripturis expreſſe non habentur, neganda tamen aut rejicienda non ſunt; ita & iſta miſſa, chriſma, canon, & idgenus alia non ſunt negan-*

ganda, aut reiicienda, quamvis in ſcripturis expreſſe non habeantur. Væcors Cordatus ſuppreſſa voce, *expreſſe*, multa temere & inepte in illum effudit; ad quem retundendum, magiſque detegendam Lutherici dogmatis ſtultitiam, quæ vult ſacerdotem rite initiatum non conſecrare cum verba conſecrationis profert; cauponem vero & mulierculam conſecrare, ſi ea proferat, hæc inter alia propoſuit (*a*): *Quod Lutherus rides nos quando confugimus ad fidem & mentem Eccleſiæ, facit ut apoſtata: velim autem contra libenter audire, ex quanam ſcriptura Lutherus ejuſve diabolus [quem contra miſſam ſecum diſputaſſe ait] demonſtrare queat quando ſacerdos Luthericus qui baptizatus tantum ſit, non etiam ſacris ordinibus legitime initiatus, in nova ſua miſſa evangelica, hæc verba Chriſti:* Hoc eſt corpus meum; *vel altiſſima voce decantat aut eloquitur, quod per hoc caro & ſanguis veniant in panem & vinum: ubi hoc ſcriptum habetur? quantumvis vero nugaces ſint Lutherus & Cordatus, ad hanc tamen quæſtionem tacent & obmuteſcunt. Viderint ergo Lutherani quoniam ipſos diabolus per Lutherum ſeducat, dum nihil vult admittere, niſi quod expreſſe in ſcripturis habetur, nempe in ſectam Zuinglianorum atque Pighardorum, qui tranſſubſtantiationem negant, ſicut & Lutherus eam negat, dicens, ſubſtantiam panis & vini æque poſt conſecrationem atque antea remanere, ſi ergo non eſt ibi transſubſtantiatio, hoc eſt ſubſtantiarum tranſmutatio, nihil efficitur per verba conſecrationis, quia panis manet panis, & vinum vinum poſt, ſicut antea. Quantumvis autem multa inaniter profundis verba Cordatus, qui præter ſcripturam in cauſa fidei nihil vult admittere, vel recipere, nullam tamen indicat ſcripturam, quæ dicat per verba conſecrationis fieri carnem & ſanguinem Chriſti quando exprimuntur in altari, non autem quando alias dicuntur, aut cantantur in paſſione, aut evangelica lectione ſeu alibi: item ſi dicantur ſuper panem & vinum, non autem ſi dicerentur: ſuper lapidem & aquam, aut cereviſiam. Hic aude magnipotens ſcripturæ jactator Cordate, & iſta mihi clare ex ſcripturis indica, adjuro te per æternam veritatem; quamdiu autem tu omneſque Lutherani iſta non indicaveritis, ego vos pro meris Zuinglianis Pighardiſque devoratoribus panis biboniibuſque vini habebo, quandoquidem præter apertam ſcripturam nihil recipitis. Nos autem indubitata fide firmiſſime credimus per verba conſecrationis transſubſtantiationem fieri, utpote ex ſubſtantia panis & vini fieri carnem & ſanguinem Chriſti; quamvis enim de hoc ſcripturam non habeamus, habemus tamen fidem & approbationem eccleſiæ, quæ oretenus a Chriſto ejuſque Apoſtolis hoc didicit, atque accepit. Sublimia enim myſteria iſta non ſunt expoſita in publicis ſcripturis, ne irriderentur ab infidelibus paganis, Turcis, & Judæis: quemadmodum Chriſtus mandavit Matth.* VII. *dicens:* Nolite ſanctum dare canibus, &c. Adduxit Coclæus Paulum, Dionyſiumque, & Auguſtinum in eandem ſententiam.

(*a*) *Cocl. in actis & ſcriptis Luth. hoc ann.*

Conſecratio Euchariſtiæ ex dogmate Lutherano nequit negari.

XLIII. Ex Lutheri placitis ſibi invicem adverſantibus Zuingliani, illius in ſuas partes trahendi concepta ſpe, authore Bucero pſeudodominicano apoſtata peſtilenti, conventiculum ad pugnantia dogmata concilianda coegerunt, de quo hæc tradit Surius (*b*): *Hujus anni menſe decembri habita eſt ſynodus paſtorum evangelicorum Conſtantiæ: Bucerus ejus habendæ author fuit, neſcio qua authoritate. In ea ſynodo, rectius conciliabulo, rurſum actum eſt de pace cum Luthero in Euchariſtiæ negotio componenda. Dici vix poteſt quam in id totus mira vafricie & verborum involucris, quæ Tigurini quoque in ipſo reprehenderent, Bucerus ille incubuerit, ut Lutherani cum Zuinglianis conciliari poſſent. Videbat id facile aſtutus ille quam turpis eſſet & probroſa illa diſſenſio: evocarat ad hoc conciliabulum etiam Tigurinos paſtores, ſed illi non venerunt. Porro ſcripto ſuam ſententiam de Euchariſtia declararunt, & quatenus cum Luthero concordia poſſit iniri. Hoc ſcriptum Baſileenſes, Schaffuſiani & Sangallenſes itemque aliquot Suevici eccleſiaſtæ approbarunt. Bernenſes autem quædam in eo reprehendebant. Summa ſummarum:* Non (*c*) eſt pax impiis, dicit Dominus: *neque potuit inter dogmatiſtas ſectarios concordia conſtitui. Evocatus eſt ex hoc conventu Bucerus literis Lantgravii & Melanctonis, ut de concordia certiores rationes inirentur. Sed laboratum eſt fruſtra, utraque pars ſuam ſententiam pertinaciter tuebatur, nec Tigurini Buceranas præſtigias admittebant.* Repetitus ſæpius is labor eſt, ſed irrito ſucceſſu, a novatoribus, qui tanquam vulpes averſis vultibus conjuncti ſunt, ut per ſata Eccleſiæ flammas circumferant. Interque alios Joannes Calvinus Buceri ſocius ex utraque ſecta novam ſuo nomine hoc circiter anno condidit, inque Lutherum, Zuinglium, & Œcolampadium errorum magiſtros conſurgens, Chriſtum in Euchariſtia præſentem abſentemque eſſe commentus eſt, ac inanibus fucis verborumque figmentis novæ cupidis ſuperſtitionis illuſit: a quo

(*b*) *Sur. in comment. hoc ann.*

Buceri contentio pro Lutheranis & Zuinglianis conciliandis.

(*c*) *Iſai.* 57.

Calviniſmi principia.

Gal-

Gallias maxime infectas deflebimus.

XLIV. (a) Sur. in comm. S. Ignatius ſocios ſibi aſciſcit Pariſiis.

Hoc porro anno Pariſiis affigi cœpta (a) ſunt noctu publica ſcripta adverſus Euchariſtiam; ſed a Franciſco Rege nefarii ejuſmodi conatus repreſſi ſunt, ut proximo anno dicetur. Dabat tum operam theologiæ in eadem urbe S. Ignatius Loyola, incenſuſque fidei tuendæ ſtudio omnem diligentiam in revocandis in Eccleſiæ ſinum hæreſi contaminatis collocabat: a quo in tanti laboris & gloriæ conſortium adſcitos viros pios & induſtrios hoc ipſo anno viſuri ſumus; adeo ut aſſumptæ in cælum Deiparæ die feſto nuncupatis votis procurandæ ſalutis animarum coaluerit ejus ſocietas, ut ejuſdem ſocietatis monumenta teſtantur (b): *Complures hæreticos, graſſante jam tum peſte Lutheriana, tempeſtivis diſputationibus monitiſque convictos ad ſacra quæſitorum tribunalia volentes adduxit, & cum ſancta Romana eccleſia in gratiam ſecreta abjuratione reſtituit. Jam vero, quod ai vel in primis propoſitum initio fuerat, ut aliquos ingenio doctrinaque præſtantes ad ſuum inſtitutum ac vitæ rationem aggregaret, in id ipſum per theologiæ maxime tempus incubuit, adjunxitque ſibi, Deo bene juvante, juvenes novem eu academia univerſa lectiſſimos, quorum primus fuit Petrus Faber Allobrox pago Villareto Gebennenſis diœceſis humili natus loco, ſed egregie pius, quippe qui duodecimo ætatis anno per ſummum ſanctimoniæ ſtudium virginitatem Deo voverat, idemque ad literas a vita paſtorali traductus, ingenio induſtriaque profecerat.* Et infra.

(b) Jo. Petr. Maff. l. 1. c. 21. Orlandin. hiſt. ſociet. Jeſu lib. 1.

Qui fuerint ii.

XLV. S. Xaverius ab eo pietate imbutus.

Ex eodem contubernio Franciſcus quoque Xaverius nobilis Cantaber, idemque non vulgari eruditione, quippe qui laurea magiſtrali donatus Lutetiæ. Et infra: *Hunc & divitiarum affluentia, & vivido ingenio, & viribus corporis præferocem admirabili prudentia ac lenitate manſuefecit Ignatius, in eamque rerum humanarum deſpicientiam & charitatis ardorem paulatim adduxit, ut inter ipſa exercitia ſpiritualia tum ad carnis macerationem quatuor dies omnino jejunus tranſegerit: tum vero, quod inter juvenum greges deſultor eximius corporis agilitate, ſibi nimium placuiſſet, ad eius piaculum vanitatis membris valido fune peſtrictis, non ſine acri ſenſu doloris dies aliquot in commentandi orandique labore, atque attentione perſtiterit. Hic eſt Xaverius, ille, qui non multo deinde poſt Joannis Luſitaniæ Regis rogatu en authoritate Pontificis Romani miſſus in orientem plenus apoſtolico ſpiritu tota India maritima ſummis laboribus ac periculis peragrata in ultimas Japoniorum terras Evangalii lumen primus inſulie, atque ingenti infidelium numero ad Chriſtum adjuncto multis clarus miraculis in ipſo aditu Sinarum exceſſit e vita.* His addit Orlandinus, dæmonem metuentem prædas opimas aliquando a Xaverio ſibi ereptum iri, ejus ſamulum Michaelem Hiſpanum efferaſſe, ut Ignatium mutatæ vitæ authorem ſpes ſæculi conceptas præcidentem perimeret, ſtrictoque ferro illum in Ignatii hoſpitium irrupiſſe niſi a ſcelere cœleſti voce emiſſa, quo miſer raperis, fuiſſet revocatus. Subdit author. *Porro Xaverium & Fabrum imitati ſunt Jacobus Laines Saguntinus, qui deinde ſocietati noſtræ primus ab Ignatio præfuit, vir de Chriſtiana republica in primis optime meritus, & Alfonſus Salmeron Toletanus Græcis & Latinis literis admodum eruditus.* Et infra: *Acceſſit ad hos etiam Nicolaus Bobadilla Paleatinus doctus juvenis & philoſophiam publice profeſſus in oppido Hiſpaniæ Pintia, itemque præſtanti indole Simon Rodericus Luſitanus, & poſt aliquanto Claudius Jaius & Joannes Codurius Gebennenſes, Paſchaſiuſque Broetus Ebredunenſis, item Allobrogis, cujus jam erat nomen Pariſiis celebre, Fabri præcipue monitis & exemplo permoti. Hi omnes impulſu plane divino, cum alter alterius conſilium ignorarent, poſt exactiſſimam totius vitæ confeſſionem ſpiritualibus exercitiis ab Ignatio perquam diligenter exculti, vehementi quadam ſpiritus motione ſeſe non quidem in umbram ac ſolitudinem, ſed in ſolem ac pulverem evocari ad prælia Domini prælianda ſenſerunt.* Et infra.

S. Ignatius ſuos in divina contemplatione exercet.

XLVI. In Syria evangelium prædicare meditatur S. Ignatius.

Hoſce igitur ſocios Dei beneficio nactus Ignatius, quorum tres erant ſuperſtites, hæc ſcribente me Salmeron, Rodericus, & Bobadilla, quod jam diu moliebatur, & agitabat animo, re ipſa aggredi primo quoqua tempore ſtatuit, ut Jeroſolymas Pontificis maximi permiſſu repeteret, genteſque finitimas Chriſtiana quondam religione præſtantes, deinde Mahometis nefaria ſuperſtitione deceptas, vel a miſerabili errore ad veritatem evangelii revocaret, vel certe [quod erat proximum] ſanguinem ac vitam in cauſa tam pia tamque glorioſa profunderet. Neque ſane difficile fuit cæteros jam ſponte currentes & Dei amore incenſos in eamdem ſententiam & propoſitum adducere: & quia plerique theologiæ ſtudia nondum abſolverant, ne interim conceptus ardor animi refrigeſceret, & ſimul ut ipſorum eo gratius divinæ majeſtati obſequium eſſet, quo majorem ſibimet ipſi neceſſitatem ſervitutis ac religionis impoſuiſſent, implorato B. Virginis patrocinio ac S. Dionyſii Areopagitæ, cujus in tutela Pariſii ſunt in æde ſubur-

Vota a S. Ignatio & ſociis nuncupata.

Digitized by Google

burbana, quæ mons martyrum dicitur, ſub confeſſionis & Euchariſtiæ myſteria voto ſeſe obſtrinxere ſinguli emenſis theologiæ ſpatiis continuo mortalibus rebus nuntium remittendi, atque in paupertate perpetua ſerviendi gloriæ divinæ, ſalutique animarum, ac nominatim ad conſtitutam diem Jeroſolymam eo conſilio navigandi, ut in converſionem infidelium toto pectore incumberent, palmamque martyrii ſtudioſe captarent: id conſilium ſi qua re impediretur, anni circumacto ſpatio denique Romam adirent, ſuamque operam ſummo Pontifici Chriſti vicario ad ſpirituale proximorum auxilium ſine ulla vel præmii pactione, vel temporum aut locorum exceptione, deferrent. Id votum in eo templo vovere ingenti conſenſu & alacritate anno poſt Chriſtum natum MDXXXIV. XVII. *kal. ſeptembris: qua die aſſumptionis Mariæ Virginis anniverſaria gratulatio celebratur, idemque votum eodem loco dieque pariter anno proximo ac tertio renovarunt*, & infra, *& brevi tanta coaluere concordia, ut quamquam e diverſis necnon infenſis inter ſe orti nationibus, gratia tamen ſuperante naturam intra eoſdem alti parietes, atque adeo ex uno propemodum omnes utero in lucem editi viderentur.*

Pia eorum conſilia divinitus commutata.

Mutavit divina providentia eorum conſilia; neque enim in Palæſtinam profecti ſunt, ſed horum alterum nimirum Xaverium ad Indos & Japonios convertendos ſe contuliſſe, Ignatium vero erudiendæ Chriſtianæ juventutis, cum hæretici politiorum literarum docendarum ſpecie Germaniam Galliaſque ſubmiſſis præceptoribus inquinarent, onus ſuſcepiſſe viſuri ſumus.

XLVII. Wittemberga hæreſis cum literis inſtillata.

Conſuebat per id tempus Wittembergam juventus non ex Germania modo, verum ex finitimis etiam regnis, cum hæretici Melanctonem ſtudiis latinæ eloquentiæ florentem tanquam cultioris literaturæ magiſtrum ac principem ſummis laudibus efferrent: ac licet a catholicis Regibus & principibus vetitum eſſet ſimplicem juventutem in eam Lutheranæ hæreſis ſentinam mittere, animadverſum tamen eſt a Joanne Coclæo, Chriſtianæ religionis ſtrenuiſſimo pugile, plures Polonos in Wittembergenſi academia hæreſim cum literis exſugere, ut eam in Polonia diſſeminarent: quocirca Matthiam archiepiſcopum Gneſnenſem & epiſcopos proceresque periculi imminentis admonuit (a): ii vero pietatis vindices Sigiſmundum Regem permovere, ut Polonos juvenes ex eadem Wittembergenſi academia revocaret, propoſito edicto, ex quo hæc cum Coclæo decerpſimus: *Audimus permultos eſſe in regno noſtro factioſos & novandarum rerum cupidos homines, qui ſectas ab orthodoxis patribus in univerſalibus conciliis reprobatas, non in occulto ſolum ſectantur, ſed & publice profitentur, & diſſeminant, non ſine contemptu piarum ſanctionum a ſancta catholica Eccleſia inſtitutarum & receptarum, atque edictorum noſtrorum: eſſe item non paucos, qui liberos, propinquos & affines ſuos Wittembergam mittant, ut illic mox ab ineunte ætate prius quam noverint malum a bono diſcernere, peſtifera dogmata ab ipſo Luthero, [qui horum malorum caput eſt] imbibant, & poſtea in regno noſtro diffundant & propagent: quæ res quam feliciter vicinis circum circa regionibus ceciderit, nemini obſcurum eſt; videmus enim luce meridiana clarius, quantæ ſeditiones, quantæ cædes, bonorum direptiones, & quanta rerum omnium perturbatio, quanta pietatis ruina, quanta denique honeſtatis everſio, ex his initiis excitata ſit, quam non potuerit hactenus peſtis hæc ſemel in animis hominum radicata extirpari, quamvis multis in id incumbentibus: quod ne nobis quoque & ſubditis noſtris unquam uſuvenire cavimus aliquoties edictis noſtris, gravibus pœnis in tranſgreſſores conſtitutis.* Tum nonnullis interjectis ſubdit: *Quod attinet ad eos, qui apud Lutherum vel quoſcumque alios factionum iſtarum principes vitam degunt, iis omnem aditum ad quaſvis dignitates & magiſtratus præcludemus in poſterum, &c.*

(a) *Cocl. in act. & ſcript. Luth.*

Vetiti Poloni a Sigiſmundo Rege Wittembergam adire.

XLVIII. Melancton ſua eloquentia propagat hæreſim.

Ex Polonis, qui Wittembergæ hæreſim hauſerant, quidam canonicus Gneſnenſis auſus eſt libellum archiepiſcopo inſcribere, in quo Melanctonem, ut literis & virtutibus ornatiſſimum, qui invidos tantum ſplendore ſui nominis perſtringeret, extulit: quod etiam Gallorum Regi & aliis principibus inſuſurratum fuit. At Coclæus profligatiſſimi hypocritæ infandas hæreſes editis Philippicis quatuor promulgavit, non hominis, ſed impietatis, quam late diſſeminabat, odio ne ſpretæ animarum ſalutis flagitio ſuam devinciret conſcientiam, ſibique objiceretur illud Iſaiæ: *Canes muti non valentes latrare.* Quibus poſtremis verbis hæc notâ appoſita eſt: *Hæc de actis & ſcriptis Lutheri Miſnæ ſcripta fuerunt, quæ autem deinceps uſque ad obitum Lutheri ſupplementi vice ſuperaddita ſunt, Ratiſponæ ſunt ſcripta.* Quæ vero fuerint eæ hæreſes a Melanctone fictæ, deſcribit pluribus idem author, & circa baptiſmum in multis ipſum erraſſe docet in Philippica quarta inſcripta Carolo V. Imperatori, e qua hæc pauca delibamus ad inſaniam impii hominis fanatici in lucem collocandam; inter enim alios errores ex

Scribit in eum Philippicas Coclæus.

Mahometis ſigmentis baptiſmum ad eluenda crimina ſæpius iterari voluit: Brevitatis gratia ait Coclæus (a), ſufficiat majeſtati tuæ oſtendere, Donatiſtas multo minus reprehenſibiles fuiſſe etiam circa baptiſmum, in quo uno male repetito errabant, quam reprehenſibilis eſt Luthericus iſte defenſor, qui Donatiſtas damnat, qui certe nihil eorum docuerunt, quæ ex libris Philippi hujus recitanda nunc exhibeo. Recita ſcriba errores Philippi de baptiſmo.

(a) Cocl. in Philip. 4. a Philipp. in annot. 1. Cor. 11.

XLIX. Melanctonis errores circa baptiſmum.

I. Duo ſunt omnino ſigna ſacramentalia, baptiſmus & Euchariſtia: reliqua ſacramenta, quæ connumerantur, commenta ſunt hominum. II. Eſtque baptiſmus proprie pœnitentiæ ſignum, ſicut Joannes dixit ſe baptizare in pœnitentiam. III. Nec ſacramentum pœnitentiæ diſtinguendum eſt a baptiſmo, quia ipſe baptiſmus eſt ſacramentale ſignum pœnitentiæ. IV. Non juſtificant ſigna, ut Apoſtolus ait: Circumciſio nihil eſt; ita baptiſmus nihil eſt; participatio menſæ Domini nihil eſt; ſed teſtes ſunt & ſphragides divinæ voluntatis erga te. V. Vel ſine ſigno Gedeon victurus erat, ſi credidiſſet, ita ſine ſigno juſtificari potes, modo credas; adeo non juſtificant ſigna. VI. Fidei excitandæ gratia ſigna ſunt propoſita; nunc & fidem & ſignorum uſum extinxerunt, qui ea in quæſtu habent. VII. Hæc de ſignorum natura ideo monui, ne quis ſcholaſticos ſequatur, qui juſtificationem horrendo errore ſignis tribuerunt. VIII. Atque hinc apparet quam nihil ſigna ſint, niſi fidei exercendæ mnemoſyna. IX. Uterque baptiſmus idem ſignificat, ſed hoc diſcrimine quod adhuc prædicandæ gratiæ Joannis baptiſmus teſtimonium erat, Chriſti baptiſmus jam collatæ. X. Non juſtificabant neque Joannis neque Chriſti baptiſmus, de ſignis loquor; ſed certificabant Joannis lavacrum de prædicanda adhuc gratia, Chriſti baptiſmus teſtabatur jam collatam eſſe gratiam, & promulgatam promiſſionem gratiæ: in utroque juſtificabat fides. XI. Sacramentum pœnitentiæ vel ſignum non aliud, niſi baptiſmus eſt. XII. Neque aliud eſt vita Chriſtiana, niſi hæc ipſa pœnitentia, hoc eſt regeneratio noſtra. XIII. Sicut evangelium non amiſimus alicubi lapſi, ita nec evangelii ſphragidem baptiſmum. Non impreſſum characterem intelligit, ſed baptiſmi iterandi poteſtatem. XIV. Certum eſt autem evangelium non ſemel tantum, ſed iterum atque iterum remittere peccatum, quare non minus ad ſecundam condonationem, quam ad primam baptiſmus pertinet.

L. Nihil horum docuerunt Imperator Donatiſtæ, qui hac una re graviſſime & peccabant & errabant, quod rebaptizabant catholicos, qui ad ſectam eorum tranſibant, & affirmabant extra ſectam ſuam non eſſe uſquam verum baptiſma; Luthericos vero & Philippicos de baptiſmo errores nuſquam docuerunt. Minus igitur ac in ea parte, in qua ſola graviſſime peccaverunt, reprehenſibiles videntur, quam ſunt irreligioſi & impii doctores iſti novelli; quid ita? quia Donatiſtæ ſemel tantum rebaptizabant; idque faciebant non ut intenderent rebaptizare, ſed ut ſemel vere baptizarent eum, qui alibi falſo [ut ipſi putabant] baptiſmate inaniter baptizatus fuiſſet: quemadmodum nunc infelices Anabaptiſtæ noſtrates rebaptizant ſemel tantum adultos, tanquam inaniter baptizatos in infantia ſine propria fide; Lutherus vero & Philippus toties repetunt baptiſmum, quoties abſolutionem & evangelium, nullum aliud præmittentes pœnitentiæ ſignum ſeu ſacramentum, quam baptiſmum; quem tamen ita evacuant, ut nullam in eo juſtificandi virtutem relinquant: hoc autem Donatiſtæ fecerunt minime. Gravius igitur etiam circa baptiſmum errant & peccant Lutherani, quam Donatiſtæ fecerunt, non ſolum quod barbarice reiiciunt priſcas circa baptiſmum cerimonias, verum etiam quia tollunt ab eo juſtificationem, & repetunt eam, quotieſcumque a peccatis abſolvunt, ſignum pœnitentiæ ex eo facientes, ut duo tantum eccleſiæ ſacramenta relinquant, rejectis aliis quinque. At hæc Donatiſtæ non fecerunt. Quantula vero eſt hæc, o Auguſte, Luthericarum impietatum portio, licet in ea vel peſſimis hæreticis pejores eſſe convincantur, tanta profecto eſt reliquorum Luthericæ doctrinæ errorum, & multitudo juxta & magnitudo, ut omnes eorum circa baptiſmum errores, [qui certe neque pauci neque parvi ſunt, ſi accuratius conquirantur & expendantur] velut levis ac minima portiuncula pro nihilo, præ illis multis & magnis haberi queant. Quis enim abſque tædio perſenſeat quot & quantos errores circa unum Euchariſtiæ ſacramentum male conceperunt, pejus pepererunt, peſſime dilataverunt? Si tua, cæſar, majeſtas juſſerit, aut Lutherani a me poſtulaverint, non gravabor equidem vel mille propoſitiones erroneas circa iſtud ſacramentum ex unius Lutheri libris in unum cumulum extrahere, quarum nullam vel ſedes Apoſtolica, vel ulla univerſitas ſit admiſſura. Deinde, ſi plures quis requiſierit a me, ubi operæ pretium videbitur, dabo certe ſexcentos Lutheri articulos reprobabiles circa ſacramentum pœnitentiæ, ac totidem circa ſacramentum ordinis, atque etiam plures [ſi opus fuerit] circa ſacramentum ma-

Donatiſtas ſcelere vicit.

matrimonii; excedit enim Saxonicus iſte apoſtata omnes omnium ætatum hæreticos non ſolum ſuperbia, jactantia, temeritate, furore & audacia, verum etiam barbarica impietatum immanitate, & damnatorum damnabiliumque errorum numero.

LI. Vvicelius ſcribit in Lutheranos. (a) Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

Aſſeruiſſe etiam hoc anno contra hæreticos orthodoxam veritatem Georgium Wicelium eruditis & piis commentariis, refert Joannes Coclæus (a), aperuiſſeque in primis eorum fraudes, quibus orandi divini Numinis uſum ſuſtulerunt. Recenſet præcipuos ejus libellos idem Coclæus, inſigneſque ex iis ſententias decerpſit: *Edidit*, inquit Georgius Wicelius, *non paucos libros Theutonice hoc anno, utpote unum de pœnitentia, confeſſione, & excommunicatione; alterum de ſacra Euchariſtia ſeu de miſſa; in quibus graviter ex ſcripturis & antiquis patribus refellit multos Lutheri errores: & paulo poſt alium de oratione, jejunio, & eleemoſyna, in quo ſane lapide traducit Lutheranorum vitia, neglectumque bonorum operum. De oratione ſic ait inter alia multa: In ſumma nulla gens vivit ſuper terram, quæ non oret, & orationis opus valere non ſinat, ſive ſint Chriſtiani, ſive hæretici, ſive Judæi, pagani, Turcæ, inſulani, &c. ſola ſecta Lutherana multis jam annis contra hoc opus in publicis concionibus ubique pugnavit. Quid orare; quid orare: Orando parum efficies coram Deo. Ad hoc citabant verba Chriſti Matth. VI. & XXIII. ubi Dominus reprobat orationes phariſæorum, & Joannis IV. ubi Samaritarum orationem reprehendit: hic obiiciebant ex pſalmo:* Oratio eorum fiat in peccatum: *hic damnabant ſeptem horas ſacerdotum, præ quibus Deo gratius ſit vel aſinum rudere, vel infantem vagire: hic reiiciebant conſuetas laicorum preces: hic nihil erat boni in cunctis libellis precatoriis, ſive Latini eſſent, ſive Theutonici: hic nulla recipienda erat oratio eorum præterquam:* Pater noſter; *quamvis & ea oratio cum cæteris in deſuetudinem abibat: hic brevis debuit eſſe oratio. Si omnino orandum erat quia Deus oris preces non curaret: hic irridebantur viduæ velut ſanctorum devoratrices, quæ flexis genibus jacebant & orabant: hic exſibilabantur eæ preces, quæ in confeſſione fuerant injunctæ. Quæ ergo concio facta eſt, in qua oratio jejuniumque non vellicarentur? Id autem verum eſſe ex eorum plebe cognoſcitur, quæ aſſiduis declamationibus tam longe ab hoc opere eſt abducta, ut perpauci ſint, qui vel orent, vel in hebdomada ſemel orare cogitent. Quanta eſt turba eorum, qui in toto menſe uno aut altero, ne ſemel quidem integre dicant unum* Pater noſter? *Tam earum igitur [ne dicam contrarium] eis factum eſt hoc opus, perinde ac ſi deſierint eſſe Chriſtiani.*

Oratio ab iis contempta.

LII. Abrogaverant hac arte jejunia Lutherani, ſcilicet illa quidem ſuis extulerant laudibus, ſed acerbiſſime erant invecti in Romanos Pontifices, quaſi tyrannidem in iis imperandis exercuiſſent; quemque enim ſponte colere jejunia, non lege ad ea adigi voluerant: quæ fraus adeo blande irrepſerat apud catholicos etiam, ut imperiales conventus apud Hadrianum de quadrageſimali jejunio tamquam de gravamine invecto a Romana curia ſint conqueſti. Cum vero ingrata ſint jejunia & reſciſſa eſſet a Lutheranis jejuniorum lex, accidit ut nemo amplius jejunio ſe maceraret, quod ſponte colendum prædicarant, ut objicit iis Wicelius dum ait: *Si populus noſter per odium operum ab orando potuit averti, quanto facilius a jejunando? nam & antea a jejunio abhorrebamus: facile igitur aboleri potuit; corpori enim mundanorum longe durius eſt jejunare, quam edere ac bibere, unde jam natum eſt proverbium iſtud:* Quis jejunat libenter? *id quod Chriſtianitati parum honoris affert: melius igitur fuiſſet, ut vos operum oſores rem diligentius expendiſſetis, ac tantum mali Chriſtianitati non intuliſſetis, quæ ſane non minus jejuniis, quam orationibus carere neque vult, neque poteſt. Cur igitur tam bonum opus impugnaſtis? Cui in deſpectum? An opus malum eſt jejunare. An inventum eſt humanum? an excogitaverunt aut inſtituerunt illud ſacerdotes? an in ſcripturis fundamentum non habet? Ubi ergo manet nunc gloriatio hæc veſtra? nihil in Eccleſia niſi malum abrogavimus, quod bonum eſt, reſervavimus? huic glorationi veſtræ nimis diu creditum eſt; cum unuſquiſque & videat & palpet merum eſſe mendacium quod in cælum uſque fœtet.*

Spreta jejunia.

LIII. Objecit etiam Lutheranis Wicelius, ipſos inſtitutas a viris piis eleemoſynarum largitiones latronum more invaſiſſe, iiſque defraudaſſe pauperes, ſacerdotiorum cenſus, monaſteriorum bona, xenodochiorum vectigalia in ſuos uſus avertiſſe, quæ contra charitatem, & teſtatorum ultimas voluntates pauperibus ablata fuere, ut in divitum delitias & helluonum laſciviam converterentur. De monaſteriis itaque abolitis conquerens, novatores peſſimis ſi qui erant monachis pejores eſſe ſic arguit. *Quo perveniunt magnorum monaſteriorum bona? quis devorat eas eleemoſynas? monachi eas habere non debent, unde tu habere debes? permitte judicium; ex utra parte juſtior eſt poſſeſſio? propter Deum fundata ſunt, propter quem acci-*

Latrocinia a miniſtris Lutheranis exercita.

accipis tu? illi erant mendici, quid es tu? dicis eos nihil pie propterea ſeciſſe, quid pie propterea facis tu? per ea peccaverunt, non omnes credo: tu vero ad quid aliud uſurpas bona opulentarum abbatiarum, atque præpoſiturarum, quam ad mundanam pompam & voluptatem; An non erant illi multo miſericordiores, benignioreſque erga ſuos ſubditos, erga peregrinos, erga omnis generis pauperes, quam nunc eſtis novi monachi? O tam verum eſt hoc quam vere vos eſtis harpyæ! An non plus commodi habuit plebs a monaſteriis antea quam modo? an non multi agricolæ ibi ſolamen habebant & refugium in ſuis neceſſitatibus? quid nunc habent?

LIV. Hoc anno Solymannus Turcarum Imperator in Perſas movit adverſus Thammaſum Iſmaelis Sophi filium ac regni ſuperſtitioniſque ſucceſſorem, ac ſimul Hariadenum Barbaruſſam claſſis præfectum ad ſubjiciendos Afroas immiſit: Aloyſium vero Grittum ducis Venetiarum filium Turcicæ amplitudinis augendæ cupidiſſimum, conſiliorumque omnium participem legarum decrevit in Pannoniam ad eam Turcico nomine adminiſtrandam, controverſiaſque cum Ferdinando dirimendas, ut Perſis ſub jugum miſſis debellata Africa, & Hungaria in provinciam redacta, deinde Hiſpaniam, Germaniam, atque Italiam virium mole obrueret.

Solymanni ad obruendum imperium Chriſtianum conſilia.

LV. At callidis, audacibuſque conſiliis eventus non reſpondere, quamvis initio læti affulſerint; quippe licet in expeditione Perſica (a) Thammaſo Rege in regni partes interiores ſe recipiente ad comparanda auxilia, Armenia, Babylonia, & Aſſyria potitus eſſet, maximam tamen poſtea cladem accepit: Aloyſius Gritrus ejus in Pannonia legatus Janiſſerorum ſuccinctus copiis, & imperialibus mandatis inſtructus, cum Moldaviæ & Valachiæ moneanæ imperium magno faſtu arripuiſſet, inque Tranſilvaniam eſſet tranſgreſſus, Americum Cibacum epiſcopum Varadienſem deſignatum provinciæ a Joanne Rege Ferdinandi æmulo præfectum ægre ferentem Chriſtianum regnum Mahomericæ tyrannidi ſubjici, circumventum inſidiis veluti Turcico nomini ſuſpectum, cum parem ferre Turcico faſtu non poſſet, omniaque vellet Solimanno ſubjecta trucidavit, præciſaque caput & brachium, ut præclarum ſpectaculum & facinus immaniter Joanni Laſco oſtentavit.

(a) Bizar. rer. Perſic. l. 11.

Aloyſius Grittus Moldaviæ & Valachiæ moderator pro Turca.

Trucidat epiſcopum Waradienſem.

Americi cæſi pietatem, quamvis ſacris epiſcopalibus initiatus non eſſet, Nicolaus Iſthuanffus (b), ac miſeram Hungariæ poſtquam a duobus Regibus diſciſſa eſt, ſortem exponit: *Fuit*, inquit, *per omnem vitam vir pius & gravis, rexitque epiſcopatum Varadienſem per multos annos, quamvis nullis initiatus ſacris, adeo accurate & ſolerter impia quævis & recens exorta dogmata procul arcendo, ut ne ab ullo quidem epiſcopo diligentius ac vigilantius adminiſtrari regique potuiſſe ab omnibus creditum ſit. Et ſane ea ac paulo ſuperiore tempeſtate inter duorum Regum contentiones & diſſenſionum procellas, quibus omnia ſuſquedeque habebantur epiſcopatus fere omnes a militaribus profaniſque hominibus, non ſine inexpiabili rerum divinarum injuria, ac peſſimo humanarum exemplo hinc inde diſtracti erant: Agriam ſiquidem Perenius poſt obitum Frangepanis antiſtitis vi occupatam obtinebat, Joannes Saracenus. Quinque eccleſias, Nitriam Valentinus Turcus, Jaurinum & Sabariam, cæteramque Jaurienſem ditionem Paulus Baquitius, Albam Juliam Franciſcus Bodo, Chanadium Gaſpar Beruſithius, æque omnes profani quamquam armis & bello egregii ſibi uſurpaverant: quæ tamen flagitia dictu factuque enormia Ferdinandus rerum regnique potitus, qua erat pietate fideque, poſtea correxit, agendo providendoque, ut ea omnia loca ſacratis viris & ejuſcemodi adminiſtrationi officioque idoneis redderentur.*

(b) Nicol. Iſthuanff. ubi ſup.

Cibaci cædem primus omnium Stephanus Valenticius Thrax equitum ductor Joanni Regi ſignificavit, qui exinde ſingularem animi dolorem concepit, ſtetitque aliquandiu tacitus, quinam motus eam ob cauſam ſequerentur: ſed reliqui Tranſilvaniæ proceres ac gentes univerſæ illum tam crudeli indignaque nece ſublatum ægerrime moleſtiſſimeque ferre, indignari, fremere, ac æquiſſimo jure ad arma concurrere. Itaque ad urbem Cibinium frequentes conveniunt, ac unanimi voto cunctiſque omnium ordinum ſuffragiis ulciſcendam innocentiſſimi viri mortem, decernendo, ſolemnique & veteri gentis ritu cruentum gladium per urbes, oppida, pagos & quæque compita circumferri jubent eo monimento, ut qui in bellum confeſtim nomina dare recuſarent, nec ſumptis armis confluerent gladio ferirentur. LVI.

Hungari ejus mortem ulciſci decernunt.

Addit author pauciſſimis diebus quadraginta millia ſeu peditum ſeu equitum concurriſſe ſub ſigna, demptis Valachis, qui ad decem millia conſcripti tulere auxilia: tum vero Aloyſium Grittum, ubi conjuratos in ipſius perniciem Hungaros vidit, ſe cum Turcico exercitu qua vi, qua dolo in Megreſum urbem ſubduxiſſe, auxiliareſque Turcarum præfectorum copias exciviſſe; ſed eæ non miſſæ ante captam impetu urbem, Turcæque obvii cæſi; LVII.

Grittus juſto ſupplicio affectus.

cæſi; Grittus vero una cum filiis dum fugam capere molitur & Solimanni diploma præfert manu, comprehenſus raptuſque eſt ad ſupplicium: *Publice*, inquit Iſthuanſius, *ſumptum eſt die, qui D. Michaelis feſtum præcedit Gothardo ac Mailaro cæteriſque jubentibus, ita ut a Cingavis, qui illis in regionibus tortorum carnificumque munia exercere ſolent, Gritto utraque manu crudelem in modum præciſa, poſtmodum caput detruncaretur. Nun profuit miſero gemmarum pretioſiſſimarum, quæ ad quadringenta aureorum millia æſtimatæ erant, loculus, quæ in caligis inventæ ab imperitis tortoribus vili pretio diſtractæ ſunt. Sævitum etiam in filios ejus Antonium & Andræam egregia indole adoleſcentes, qui cum in Moldaviam perducti fuiſſent, a Petro provinciæ principe clam necati ſunt.* Ita penitus exciſus eſt e terra Deo vindice Grittus, qui ob navatam Solymanno contra rempublicam Chriſtianam opem potiri Hungaria ſperabat, de quo Surius (*a*): *Diſcant hoc ejus repentino interitu qui hujus mundi proſperis ſucceſſibus fruuntur, ne ſe illis dedant; nam tunc vel maxime fallit vitæ proſperitas, cum præcipue arridet. Sed quis hæc miſeris perſuadeat mortalibus? Volunt eſſe beati in hac vita miſera & tamen tum plerumque ſupremam adeunt calamitatem, cum jam ſe fore putant omnium beatiſſimos: exempla extant innumera; ſed faſcinata hominum pectora pergunt ſuo more.*

(*a*) *Sur. in comm.*

LVIII. Joannes Laſci Hungariæ proditor. Vinculis mancipatus.

Accidit etiam poſt Gritti necem ut Joannes Laſcus nefarius ille politicus, qui ut a Joanne Rege gratiam iniret, Chriſtianum nomen prodiderat, ac Solimannum adverſus Chriſti cultores concitaverat, proditionis ſuſpicione perſtrictus, tanquam Gritti conſiliorum particeps, ab Rege Joanne in vincula ſit conjectus, tormentiſque cruciatus, quamvis Sigiſmundi Poloniæ Regis rogatu tandem ea evaſerit: *Non omnino præter meritum*, inquit Surius, *in eam calamitatem is incidiſſe videtur: quippe qui auſus fuerit Turcas immaniſſimos Chriſtiani nominis hoſtes in Hungariam evocare, ſcilicet ut dum Joanni vaivodæ gratificari vult, totum orbem Chriſtianum in ſummum diſcrimen vocaret.*

LIX. In Peloponeſo, dum Carolus V. tarde pacis conſilia explicat, nec de reſtituenda Turcis Corone paciſcitur, neque idonea ad eam commeatu & armis muniendam ſubſidia ſubmittit (*b*), Turcæ longinquas ab urbe ſtationes firmarunt, crebriſque incurſionibus agros depopulati longa obſidione Chriſtianos attrivere, adeo ut præſidiarii multarum rerum inopia preſſi erumpere in hoſtem quatuor dierum itinere diſtantem decreverint: quod conſilium temeritatis primum damnavit Macicaus dux; ſed demum ſociorum victus precibus Andruſſam oppidum tribus peditum millibus & mille equitibus delectis munitum adortus eſt infelici ſucceſſu, glande enim plumbea perfoſſus occubuit; & licet magnam cladem Turcis intulerint, relictis tamen multis ſuorum cadaveribus Coronem ſine ſperata præda reverti coacti ſunt. Deinde quamvis e Sicilia naves commeatus attuliſſent, coorta peſte territi, inque deſperationem acti munitiſſimam arcem vacuam tormentis & Græcis cum omni ſupellectili in naves impoſitis reliquerunt: cum antea Cæſar Pontifici, Venetis, ac Rhodiis equitibus eam tuendam poſſidendamque obtuliſſet; de quo hæc Paulus Jovius (*c*): *Cæſar eam de induciis occaſionem peculiaris ſpe commodi prætervectus eſt, cum eu authoritate Ferdinandi fratris Coronem redditurus eſſe videretur, ut illinc non ignobilis doni merito Pannoniæ atque Auſtriæ pacem pararet. Res ita cecidit, ut priuſquam hæc Byzantii a Ferdinando offerri & tranſigi poſſent, Hiſpani præſidiarii ducis Macicai clade exterriti Corone excedere cogerentur: quo caſu nihil incommodius accidere poſſe Clemens differebat, ita ut quæ poſtea inſecutæ ſunt a barbaris terra marique cledes obventuras eſſe mihi hæc ſcribenti prænuntiaret. Obtulerat prius Cæſar Coronem Chriſtianis principibus; ſed neque Pontifex, neque Venetus ſenatus, neque Melitæ inſulæ magiſter, qui eam in inſulam cruciferos equites Rhodo pulſos tranſtuliſſet, neque ipſe Franciſcus Rex præſidio tuendam ſumptu periculuque deterriti ſuſcipere voluerant.*

(*b*) *Paul. Jov. l.* 32. *Guicc. l.* 20. *Andr. Mauroc. l.* 4.

Corone Turcis dedita.

(*c*) *Jov. l.* 33.

Futuras inde clades prænuntiat pontifex.

Hoc ingens malum, ac plura alia civiles Chriſtianorum diſcordiæ pepererunt, quorum vires admodum erant debilitatæ, cum diſſociatæ eſſent, horrebantque ſinguli claſſis Othomannicæ apparatum; nam Veneti, Apoſtolica ſede cenſuum ſacerdotalium decumas concedente, claſſem magno conatu ad ſua tutanda ornarunt: Pontifex decem triremes ad Tyrrhenum mare tuendum inſtruxit, cujus extant literæ ad Genuenſes XII. aprilis die datæ (*d*), ut ſeptem triremes accommodarent; ac tertia junii Paulum Juſtinianum Venetum pontificiis navibus, tum ſeptem aliis, quas a Genuenſibus conduxerat, præfecit (*e*), ut mare piraticis excurſionibus liberaret: Gallorum Rex triginta triremes Maſſiliæ apparavit: Cæſar etiam, cui Clemens in eam rem ſubſidiarias ſacerdotalium vectigalium decumas LX.

Inſtructa claſſis pro tuenda Italia.

(*d*) *Lib. brev. ann.* 1534 *pag.* 171.
(*e*) *Ib. p.* 293.

Digitized by Google

mas III. maii conceſſit, ſuam paraverat, adeo ut conjunctæ Chriſtianæ vires barbaricas fregiſſent facile, quas disjunctæ pertimuerunt: nam Hariadenus Barbaruſſa, inſtructa octoginta triremium & aliquot biremium claſſe in Italiam curſum impetuſque intendit, Brutiorum oram populatus eſt, ac S. Lucidii oppidum cæſis captiſve omnibus propugnatoribus & civibus impetu cepit, ingentique præda eſt potitus: Citrarium incendit, ac ſeptem triremes adhuc imperfectas concremavit: Neapolim terrore replevit: ad Prochytam provectus oppidum ad deditionem coegit: Cajeta extremum pene diſcrimen adiit: Speluncani mille & ducenti imbellis ſexus & ætatis in ſervitutem abſtracti, Fundani impetu hoſtili expugnati, aut trucidati vel capti, profana & ſacra direpta: pavore tum & conſternatione Roma territa, ac ſi hoſtis ad Oſtiam eſſet provectus, pene certum urbi exitium imminebat, cum cives ad fugam, laborante morbo Pontifice, quam ad ſumenda arma paratiores eſſent: Cardinales tamen inito militari conſilio copias tumultuarias ad propugnandam oram maritimam ex incondita hominum multitudine compararunt. At Barbaruſſa cum in Pontiam inſulam aquationis cauſa pergens inde in Africam ſumma celeritate invectus Tunetanum regnum, pulſo Muleaſſe Rege Roſcettis fratris reducendi ſpecie, occupavit, ex eo Neapolitanum regnum Romamque invaſurus, ni proximo anno ejus audacia a Carolo V. contuſa fuiſſet.

Barbaroſſæ excurſiones in Italica littora.

LXI. Hoc ineunte anno acceſſerant ad Pontificem Raguſini ſenatus populique oratores, quorum privilegia a Clemente ob eximia reipublicæ Chriſtianæ navata ſtudia confirmata fuere publico diplomate, quo de religione benemeriti commendantur hiſce verbis (a): *Cognovimus communitatem & homines illius civitatis in confinibus Turcarum poſitos, & fidem Chriſti colentes, magno uſui noſtris fuiſſe; dignique propterea ſunt ob merita eorum erga Chriſtianam rempublicam, non modo, ut ſua eis conſerventur, ſed etiam ut augeantur, &c. Datum Romæ* XIV. *februarii MDXXXIV. pontificatus noſtri anno* XI.

(a) Lib. brev. ann. 1534. p. 90.

Raguſiorum commendatio.

LXII. Eodem anno Clemens ſexta aprilis die, cum religio Chriſtiana late in Indiis efflóreſceret, Martinum Luſitaniæ regiæ principem archiepiſcopum Funchalenſem Indiarum primatem confirmavit (b): perque eadem tempora fides in inſulis Mauricis amplificata eſt, ac plures gentiles everſis inanium deorum ſimulachris Chriſtianam religionem ſuſcepere, Simonis Vaſæi & Franciſci Alvari ſacerdotum ope, qui incredibili ardore in erudiendis neophytis fidei myſteriis deſudarunt, tantaque multitudo undequaque Chriſtiana ſacra expetebat, ut adultæ ſegeti metendæ impares eſſent. Antequam vero altioribus radicibus fixa eſſet in iis oris fides, concitata a Mahometanis dira perſecutione evulſa eſt: Momojano tamen Rege, qui Joannis nomen in ſacris baptiſmalibus acceperat, ad ſupplicia omnia pro Chriſto perferenda paratum ſe offerente: at ſævo errore deceptus filii uxorique necem intulit, ne ob imbecillitatem a Chriſto deſciſcerent, fideique præmia ſibi extorqueri ſinerent: quam hiſtoriam ex Barroſio, Conto, Andradio, Lobezio refert eleganti ſtylo Maffejus: *Momoia*, inquit, *eſt urbs in Moro, ſimulachra colebat gens, atque inde Mahometani quotannis prædas agebant, eam injuriam & calamitatem querenti Momojano dynaſtæ Conſalvus Veloſus, qui tum ibi negotiabatur, ſpem fecit, ſi Chriſtiana ſuſcipere ſacra in animum induceret; auxilium contra eas incurſiones a Luſitanis impetrandi.*

(b) Ibid. p. 222.

Fides propagata in Mauricis inſulis.

Haud aſpernatus conditionem barbarus auctore Conſalvo legatos ad Ataidium, is erat Ternatenſis arcis præfectus, *mittit. Ii dies aliquot a præfecto comiter habiti, ſacro fonte abluuntur, dein muneribus culti ac Luſitano veſtitu ornatuque in patriam revecti plenam promiſſis legationem dynaſtæ renuntiant. Ille tam læto ſucceſſu magnam in fiduciam erectus Ternatem extemplo contendit: ibi juncta cum Luſitanis amicitia, magnifico pro copia loci apparatu ipſe comiteſque baptiſmo luſtrati, atque aliis quidem alia de more impoſita nomina, dynaſta in Luſitani Regis videlicet gratiam Joannes eſt appellatus. Momoiam redeunti comes additus Simon Vaſæus ſacerdos: hujus opera præſertim Joanne annitente multi paucis diebus ad Eccleſiam adſcripti, cumque in dies creſceret numerus laboranti Vaſæo, Franciſcus Alvarus item ſacerdos paulo poſt ab Ternate ſuccurrit. Tum vero ſummi infimique, credo magis imitandi principis cauſa [ut eventus poſtea docuit] quam quo neceſſaria fidei Chriſtianæ capita probe tenerent, relictis in ſpeciem ſimulachris, uni Deo nomina profiteri inſtiterunt, ſimul delubra non pauca, ſtatuis dæmonum comminutis atque ſublatis, rite expiatis & cultui divino dicata ſunt, & ab Ataidio, uti receperat, Luſitani milites aliquot Momoiam tranſmiſſi, qui urbem munirent ac novellos Chriſtianos a Mahometanorum incurſu rapiniſque defenderent.* LXIII.

Ternatenſes baptiſmo luſtrati.

Statuæ dæmonum contritæ.

Interea Ternatenſes res perturbatæ, Tabaria regulus in crimen vocatus & vinctus LXIV.

ctus Malacam abductus feliciter filiorum Dei libertatem, damnata Mahometana ſuperſtitione, recepit : poſt cujus obitum cum Atadius Ternatenſibus præfectus incolis novum Regem impoſuiſſet, ac deceſſoris matrem vociferantem dari e

Luſitani præfecti perfidia inſignis.

feneſtris præcipitem a furentibus militibus contigiſſet, barbarorum animi in noſtros exacerbati ſunt, aoctaque magis odia Pinti cujuſdam nefando facinore, qui ad Mindanaum aliaſque inſulas explorandas Ternare dimiſſus, exceptuſque a Siriagi Rege benevole, poſt ſancitum cum eo fœdus mutoi ſanguinis hauſtu ex ſolemni gentis ritu hoſpitii fidem inique violavit, abductis in ſervitutem pluribus inſulanis, quos vir perfidus in naves amoris ſignificatione allexerat : quamobrem Molucenſes Reges contra Luſitanos conjurarunt, graviſſimæque clades nomini Chriſtiano illatæ : cæſi itaque paſſim Luſitani, atque inter eos Simon Vaſæus ſacerdos, qui Momolanns Chriſti fide imbuerat, trucidatus : Franciſcus vero Alvarus collega ſauciatus ægre Fernatem evaſit : tum, quod plane funeſtum extitit, necato paſtore Momojani a Chriſto deſciverunt uno principe excepto, qui fidem tueri conſtantiſſime eniſus eſt, ut narrat Maſſejus.

LXV. *Peſſimum*, inquit, *ex ea conjuratione illud accidit, quod Catabrunus veneno adoleſcentulum Geiloli Regem ſuſtulit, regnumque per ſcelus invaſit : dein occupandas in eo tumultu Mauricas inſulas magna claſſe profectus, neophytos Momojanos, utpote Chriſtianis præceptis leviter admodum inſtitutos, ab recta in Deum fide metu miniſque deduxit, uno incaſſum reclamante dynaſta Joanne, quippe qui Chriſtianæ diſciplinæ præcepta & evangelii veritatem in pectus alte demiſerat. Is ubi obſtinatos ad deditionem atque ab ſuſcepta religione per ſummam levitatem atque perfidiam averſos populares animadvertit, locum extra urbem tumultuario opere muniit, fruſtraque hortatus Luſitanos aliquos, quos circa ſe habebat, ne aſperis in rebus deſponderent animum, ipſe cum paucis familiaribus oppugnationem hoſtilem a matutino tempore ad veſperum præclare ſuſtinuit : nocte dein, deſperata corporum ſalute, ad animos præſertim domeſticorum quacumque ratione ſervandos incubuit. Uxorem habebat Chri-*

Crudele Neophyti facinus pio animo exercitum.

ſtianis nuper ſacris initiatam : hanc una cum parvulis liberis ne propter infirmitatem naturæ vel ætatis de baptiſmi præmiis periclitarentur in opinionis errore optimo utens animo ſua ipſe manu peremit : inde cum ſibi quoque manus pararet afferre, domeſticorum interventu prohibitus & non ſine magno animi dolore Catabruno traditus eſt. Ab eo cum interrogaretur cur tam triſte conſilium cæpiſſet immeritam conjugem cum innoxia prole occidendi per ſummum nefas, uxori quidem ac filiis egregie ab ſe conſultum eſſe reſpondit, quorum ſexus ætaſque ab ſalutari Chriſti confeſſione abduci facile potuiſſet : at ſeſe, uti virum deceret, nec tyranni minas horrere, neque extrema ſupplicia cruciatuſve Chriſti cauſa defugere. Hac orationis libertate Mahometani ſævitiam acrius concitavit : cumque in eo jam eſſet, ut carnifici traderetur, amicorum ac procerum deprecatione ſervatus eſt. Dignus profecto, qui non in ultima barbaria ſed in Europa media naſceretur; quippe tam generoſum ingenium cultoribus peritis adhibitis ad eximiam virtutum omnium frugem haud dubie perveniſſet. Et Joannes quidem quam dixi conſtantiam ac fortitudinem præſtitit : de cætera neophytorum turba utrum vel unus in fide manſerit, nihil comperti eſt, adeo, ut eſt in ſacris literis, male fundata ædificia ingruentibus ventis atque procellis facili momento ſolvuntur. Propagabatur eodem tempore latius in America Chriſtiana religio, ac novæ terrarum oræ antea noſtro orbi incognitæ a cæſarea claſſe patefactæ fuerunt; de quibus cum certiorem feciſſet Clementem Scalenſis epiſcopus, actæ illi a Pontifice die XXV. martii gratiæ fuerunt (*a*).

(*a*) *Lib. brev. ann. 1534. p. 93.*

LXVI. In Luſitania ſuperiori anno plures Judæorum neophyti temeratæ Chriſtianæ religionis veniam depoſcentes a Pontifice in gratiam reſtituti fuerant (*b*) diplomate Maſſiliæ die XIX. octobris exarato; verum regii adminiſtri, qui eorum bona fiſco regio addicere moliebantur interceſſere decreto pontificio : ad quorum iniqua molimina diſcutienda Clemens IX. aprilis Senogallienſi epiſcopo mandata dedit (*c*), ut Luſitaniæ Regi juſtas a Pontifice datæ prævaricatoribus neophytis veniæ cauſas, neque jus regium ulla ex parte læſum exponeret : comque provecta ætate Clemens ſe morbo ſenſim abſumi agnoſceret, memor mortis ne ſe alienis culpis oneraret, hanc ſanctionem pro neophytis edidit (*d*).

Neophyti Judæi venia donati a Clemente.

(*b*) *Ibid. p. 513.*

(*c*) *Lib. brev. ann. 1534. p. 206.*

(*d*) *Ibid. p. 335.*

Ad futuram rei memoriam.

Cum inter alia, quæ nobis humanam moriendi neceſſitatem eo intentius cogitantibus, quo nos acrius præſenti morbo in dies afflictari ſentimus, pro noſtræ conſcientiæ exoneratione conſtituenda occurrunt, hoc in primis in mentem venerit, quod licet alias, Chriſtiana pietate ſimul & divinis ac humanis legibus nos impellentibus, omnibus, ac præſertim novis Chri-

Ea de re edita ſanctio.

ſtia-

ſtianis in regno Portugalliæ commorantibus, præteritorum erratorum tum adverſus Chriſti fidem, quam aliter quandocumque commiſſorum veniam conceſſerimus, cogitantes ita deinceps futuræ eorum vitæ providere, quod neque ipſi ſe impune adverſus Chriſti religionem erraturos eſſe intelligerent, neque crudeliter & impie cuiquam in eos ſæviendi poteſtas relinqueretur, noſtras tamen hujus veniæ literas ſub plumbo datas hactenus per venerabilem fratrem Marcum epiſcopum Senogallienſem in regno Portugalliæ nuntium noſtrum publicari prohibuimus, non alia ratione, niſi ut chariſſimo in Chriſto filio noſtro Joanni Portugalliæ & Algarbiorum Regi illuſtri, qui multa ad Chriſti gloriam pertinentia ſuper jure, venia, conceſſione nobis per ſpecialem ejus oratorem ſignificantem illa præmonuerat morem gereremus; tunc vero animo reputantes quod jampridem auditis tam ejuſdem Regis nuntio ad nos hanc ob cauſam ſpecialiter deſtinato quam venerabili fratre Martino; & mature conſideratis omnibus, quæ per eos adverſus prædictæ veniæ conceſſionem dicta & in ſcriptis data fuere, fuit ad omnia inſufficienter reſponſum, & luce clarius tam per noſtrorum hominum ad hoc munus electorum allegationes, quam per noſtras literas in forma brevis eidem Regi datas demonſtratum, quantum ut Chriſtianæ religioni & humanæ pietati unæ concurrant, quæ per nos in hac cauſa fuerant conſtituta, & jam per quatuor & eo amplius menſes expectavimus, quid ad ea, per eundem ſereniſſimum Regem replicaretur, cupientes nihil in ejus regno ſtatuere, quod non ab eo etiam probatum & grato animo ſuſceptum fuiſſet; nolentes, ſi quid humanitus nobis contigerit, præter alia fragilitatis noſtræ errata, hujus etiam Deo optimo maximo rationem reddere, quod pluris terreni Regis gratiæ, quam ejus gloriæ & populi nobis crediti ſalutis rationem habuerimus, de prædicta venia, juſtitia, & æquitate optime inſtructi: per has noſtras literas motu proprio ſancimus, ſtatuimus, declaramus, ac volumus quod prædictæ veniæ literæ in omnibus & per omnia eam vim & authoritatem habeant, perinde ac ſi in regno prædicto juxta earum tenorem publicatæ fuiſſent: hoc inſuper addentes quod, ſi per eundem ſereniſſimum Regem, quod minime credimus, ac per ejus miniſtres aut populos confectum fuerit, ut prædicti novi Chriſtiani non poſſint ea adimplere, quæ nos in prædictis literis adimplenda eſſe mandavimus, ut prædictam veniam conſequi valeant; ipſi nihilominus in iis, quæ ad poteſtatem noſtram temporalem pertinerent, quo ad forum contentioſum abſoluti & liberi eſſe intelligantur, ac nullo modo ratione poſteriorum delictorum a tempore datæ præſentium per viam inquiſitionis, ſeu viſitationis ordinarie, vel extraordinarie moleſtari, aut inquietari valeant; confidentes quod qui divina providentia nobis in apoſtolatus curam ſuffectus fuerit, eadem charitate & juſtitia ſit futuræ iſtorum vitæ proviſurus, qua nos, ſi Deus dederit providere intendimus; mandantes eidem epiſcopo Senogallienſi nuntio noſtro, quem ad hoc ſpecialiter conſtituimus, quod noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine primo hanc declarationem & voluntatem noſtram ſub eiſdem comminationibus & cenſuris exequi faciat, &c. Dat. Romæ die XXXI. *julii MDXXXIV. pontificatus noſtri anno* XI.

Contabuit Clemens diuturno ſtomachi vitio, ac recurrentibus gravioribus morbis vexatus extremo auguſto cum XXII. ſeptembris die in morbum eſſet relapſus, commendatitias haſce literas Alexandri Florentiæ ducis & Hippolyti Cardinalis cauſa ad Carolum V. miſit (*a*). LXVII. Clemens morbis confectus. (*a*) *Ibid. p.* 375.

Imperatori.

Chariſſime in Chriſto fili. In hac noſtra ægritudine gravi & diuturna, de qua majeſtas tua jam audire potuit, cum aliquoties convaluiſſe viſi, nunc periculoſius relapſi, vitæ finem nobis adeſſe ſentiamus, ſicut ex illa non inviti excedimus, ob hanc Italiæ & Chriſtianitatis quietem, ſediſque Apoſtolicæ ſublevationem, quas tuo maxime beneficio conceſſas relinquimus, ita de his ipſis non parum anxii & ſolliciti ſumus, ut poſt obitum noſtrum maneant diuturna, neſcimus enim & quæ tempora conſecutura ſint deſinentibus nobis, & quo animo futurus ſit qui nobis ſucceſſerit. Nec poſſumus poſt hæc publica non etiam de patria noſtra Florentia, quæ nos in lucem edidit, & nepote noſtro illius duce Alexandro non eſſe ſolliciti, cujus ſtatum tua liberalitate conceſſum poſt obitum noſtrum ab his perturbari poſſe veremur, qui ſibi & illi parum amici animos eo nondum ſecuto cum filia tua matrimonio ſumpturi ſint. Sed tua, fili chariſſime, fides ac bonitas hunc nobis metum demit, ut affectum a tua liberalitate profectum unquam a te minui poſſe credamus, ſed potius pro jam confecto habeamus quod tua fide conficiendum deſtinaſti. Quamobrem moti eo ſingulari amore, quo ſerenitatem tuam dileximus, noſque diligi ab ea ſenſimus, ut illam, quam ipſi præſentes non poſſumus, extrema pene voce per literas & internuntium alloquamur. Mittimus ad eam dilectum filium protonotarium Carniſeccam de Medicis intimum ſecretarium noſtrum, cui Nepotes commendat Cæſari.

omnes

omnes curas & ſenſus animi noſtri arcanaque omnium rerum noſtrarum concedere ſoliti ſumus: quem hominem ſua fide & virtute nos valde charum, ut majeſtas tua noſtro intuitu excipere atque audire velit maxime optamus, illam per viſcera Domini noſtri Jeſu Chriſti obſecrantes, & ab ea in hoc exceſſu noſtræ vitæ enixe petentes, primum ut eandem voluntatem erga ſanctam Eccleſiam & publicum totius Chriſtianitatis bonum tueatur, habeatque omni tempore commendatam Apoſtolicæ ſedis dignitatem, & Italiæ tranquillitatem, quæ maxime pendet ex ſerenitatis tuæ virtute ac probitate, tum deinde privatim nepotes noſtros Hippolytum Cardinalem de Medicis, & ipſum Alexandrum ſervitorem tuum ac tuæ majeſtati ratione ducatus Pennenſis ſpecialiter ſubditum, omnemque familiam noſtram tibi commendamus, ut eadem benignitate, qua eos in clientelam tuam recepiſti, eadem receptos tuearis; nihil enim illis nos firmius ac ſtabilius relinquere arbitramur, quam benignitatis & favoris tui ſpem, quæ quidem ampliſſima eſt, & qua nos freti libenter excedimus e vita, non dubitantes, quin tua ſerenitas ob ſuam ſingularem bonitatem & noſtri memoriam, eoſdem nepotes noſtros in ſua protectione perpetuo ſit habitura. Dat. Romæ die XXIII. *ſeptembris MDXXXIV. pontificatus noſtri anno* XI.

LXVIII. Commendandi potius fuerant Deo, quam mortali homini, ambo enim brevi miſere periere (a): nam quamvis Clemens ad civitatem in officio continendam munitiſſimam arcem Florentiæ conſtruendam curaſſet, Alexander ob fœda adulteria concitato in ſe ſuorum odio a Laurentio conſanguineo poſtea trucidatus eſt; atque Hppolytus Cardinalis, vertente ab obitu Clementis anno, non ſine veneni ſuſpicione fuit extinctus, adeo ut opes, delitiæ, curæque perituri ſæculi exitium illis pararint. Cæterum biduo a datis ſuperioribus literis ingraveſcente morbo Clemens obiit, de quo

(a) *Guicc. l.20.*

Infelix illius nepotum exitus.

hæc Paulus Gualterius Aretinus (b): *XXII. ſeptembris Clemens iterum cœpit ægrotare, die* XXV. *ſeptembris, hora* XVIII. *& media Clemens VII. obiit Romæ, die* XXVI. *ſeptembris ſepelitur in eccleſia S. Petri.* [1] Translatus poſtea fuit in eccleſiam Sanctæ Mariæ ſupra Minervam, cum ipſe ſingulari pietatis cultu Virginem eſſet proſecutus, quod teſtatum reliquit publico inſignique monumento aliquot ante obitum menſibus, cum ad alendam fidelium obſervantiam in Deiparam ſacrarum indulgentiarum præmiis ſodalitium, cui roſarii nomen eſt, affecit (c).

(b) *Paul. Gualt. in diariis.*

Clementis obitus & ſepultura.

(c) *Bull. in Clem. VI. conſt. 40.*

LXIX. *Clemens, &c. Quia Leo V. ordinando inſtituit ac benigne conceſſit, quod quilibet ex fratribus ubicumque exiſtentibus viſitando quinque altaria cujuſcumque eccleſiæ, vel unum aut duo quinquies, ſi quinque defuerint, eaſdem indulgentias integraliter conſequeretur, ac ſi omnes almæ urbis ſtationes peregrinando circumiret; hoc idem auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac pro firmis & approbatis eſſe & haberi volumus & decernimus. Et quia nos decet religiones & ſanctorum patrum inſtituta potiſſimum ampliare, ſupradictis etiam addendo; volumus quod cum præfatus Sixtus IV. omnibus præſentibus & futuris ſupranominatum roſarium in tres partes illud dividendo, id eſt in tres quinquagenas ſingulis diebus pro qualibet quinquagena quinque annos & totidem quadragenas miſericorditer relaxaverit ex apoſtolica benignitate, ut prædicti confratres ad hujuſmodi devotionis opera ferventius inducantur, præter hujuſmodi indulgentias omnibus confratribus & conſororibus prædictum pſalterium modo ſupra expoſito, & per nos conceſſo recitantibus annos duos veræ indulgentiæ concedimus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris* VIII. *id. maii anno* XI.

Conceſſæ illi indulgentiæ.

Jam dudum ſtatueramus Annalibus Eccleſiaſticis uſque ad integrum Clementis Septimi Pontificatum abſolutis nos tan-

Hic incipit tomus XXI. Annalium cum Raynaldi continuatione.

NOTÆ [1] Clemens VII. P. M. hoc anno naturæ debitum exſolvit, menſe & die in Annalibus indicatis. Morbus ille, quo tandem confectus eſt, ante menſes plures cœperat, nam julio menſe adeo peſſime afficiebatur, ut interiturus ſtatim crederetur ait Nerlius in Hiſtor. Florentina lib. XI. Sed remiſit tunc quidem vis morbi viſa eſt; donec Septembri menſe invaleſcens iterum pontificem, licet non ſenem cum annum ageret ætatis LVI. ſubſtulit. Quæ ſane diligens de ſupremo pontificis morbo enarratio, diſteria eorum confundit, qui veneno ſuffumigiis ingeſto interemptum ſcribunt, quod & affirmat Buddæus ſcriptor Lutheranus in Thanatologia. Pontificis laudes facta ipſa celebrant, multum enim diuque in hæreſes tunc furentes luctatus eſt, nec parum operis in eo collocavit ut in Turcas Chriſtianorum arma conjungeret. Multa etiam ſunt quæ in eo jure reprehendas, quorum omnium caput eſt ſtudium plus æquo nimium in familiam ſuam provehendam extollendamque, cujus commodis dum conſulit, urbem Romam direptioni & dignitatem vitamque ſuam diſcrimini expoſuit. Nocuit etiam, ea in ſuos caritate, eccleſiæ univerſæ, nam in cauſa Henrici regis Angliæ cum omnia præſtare ille in gratiam Caroli V. a quo Florentino principatu Alexander Mediceus auctus fuerat, cenſeretur, ideo & ſententia ejus deſpectui eſt habita & florentiſſimum illud regnum ſegregatum eſt ab Eccleſia. Et hæc ſatis de Clemente. MANSI

dem debilitatos laboribus, ac ſenio confectos quieti committere; verum contrariis validiſque rationibus incitati noſtram cogimur mutare ſententiam, atque extremos ſugientis vitæ ſpiritus Divinæ Gloriæ conſecrare; provectoque Annalium Eccleſiaſticorum operi, alacri mente, & ſacro pietatis ſenſu delibutos, pro tuenda Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ dignitate, diſcutiendiſque Hæreticorum erroribus incumbere. Reſumpto itaque ſtylo Hiſtoriam proſequamur, eorum præſertim, quorum authoritate primordia, progreſſus, & quoque terminum Acta Tridentini Concilii habuerunt, cæteraque pariter, quæ ad Eccleſiam quoquo modo pertinent, & per annos circiter triginta evenerunt memoratu digna, publica reddamus. Igitur vigeſimum primum Eccleſiaſticorum Annalium tomum a Pauli III. Pontificis creatione exordiamur.

Lib.32. I. Electio Cardinalis Alexandri Farneſii in ſummum Pontificem ſub nomine Pauli III.

Peractis in funere novendialibus ſacris, (ita Paulus Jovius) Cardinales triginta quinque Conclave ſunt ingreſſi, nam plerique e Provinciis in Urbem ad Comitia convolarant. Eminebat inter omnes in toga candida Alexander Farneſius Senatus Princeps, quem per quadraginta annos Senatorem, atque omnes ætatis honore ſuperantem Roma Patria, præclaræ Majorum imagines, eximia, atque inveterata virtus, & præcellentes literæ magnopere commendabant; adeo ut Clemens, quum toties repreſſo, & rurſus erumpente morbo omnem vitæ ſpem conſtanter abjeciſſet, eum ſibi ſucceſſorem teſtamento ſcripturum affirmaret, ſi Pontificatus hæreditatem pateretur. Propterea Hippolytum Medicem etiam atque etiam fuerat adhortatus, ut unum omnium Farneſium collatis Amicorum ſtudiis attollendum, ornandumque ſuſciperet, quando nemo, in adminiſtranda Republica, & tuenda dignitate Sacroſanctæ Majeſtatis, potior eſſe videretur. Subinde aſſeverans ejus ſummi beneficii memoriam, uti in homine prænobili ſanguine progenito, nequaquam eſſe perituram. Itaque Medices, & ſua ſponte, & ſuorum omnium hortatu, & amicorum Cardinalium propenſione adductus, cum Joanne Lotharingo, quem propter morum ſimilitudinem vehementer adamabat, adapertis ſenſibus arcte conjungitur. Hi duo longe nobiliſſimi totius Ordinis, cum ſupra viginti Senatores in ſuffragium adducerent, Pontificatum uti vellent, & dare, & eripere poterant. Igitur vix paucis communicato conſilio ad Farneſium pergunt, eumque poſt primos Comitiorum æſtus pacato animo in cella expectantem, advoluti pedibus, Pontificem ſalutant. Conſequuntur ſtatim amici Cardinales, idem faciunt dubii, nec ipſi demum competitores, & adverſarii diu cunctantur, quin accedant, atque eum veluti ſubita tacti religione protinus adorent. Nulla unquam Comitia a multis ſæculis majore ſimplicitate, concordia, religione inita, peractaque ſunt & infra paucis horis, & Civem optimum & virtutis opinione lectiſſimum, uti optarat, potius quam ſperarat, Populus Romanus Pontificem accepit; & eo quidem uberiore lætitia, & gratulatione, quod ipſum cœleſte munus Deus immortalis ad compeſcendam latronum, & ſicariorum audaciam, quæ in Provinciis, & in Urbe per Interregnum eruperat, mira prorſus ac inuſitata celeritate cumulaſſet. Non enim ſyngraphis ſuffragiorum obſignatis, & de more in ſacram urnam conjectis, ſed publico conſenſu, & præclara voce totius Senatus Pontifex eſt renunciatus, coronatuſque demum triplici Thiara deſumpto Pauli III. nomine. Huc uſque Jovius.

II. *MS. arch. Vat. to. 11. Diar. 2. pag. 351.* Acta Conſiſt. Willelmi Euchevord Card. & alia acta.

Confirmant hæc Diaria Archivi Vaticani, acta Conſiſtorialia Willelmi Enchevordii Cardinalis, quæ addunt, anno a partu Virginis milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto, Indictione ſeptima, XI. Octobris Cardinales ingreſſos Conclave, & ſequenti Die XII. creatum eſſe Pontificem prima hora noctis, ac die tertia Novembris a Cardinale Cybo corona redimitum.

Paulus renuntiatus Pontifex, mox nihil habuit antiquius, quam ut ea, quæ ad morum diſciplinam promovendam, & ad hæreſes comprimendas ſpectabant, alacri ſtudio proſequeretur. Quod Cardinalium ſenatui die XVII. Octobris expoſuiſſe Paulus Gualterius Aretinus in Diario narrat.

Die Sabbati XVII. Octob. MDXXXIV.

Primam poſt electionem ſuam habuit Paulus congregationem generalem, & de Concilii indictione, & reformatione verba fecit.

Sanctiſſimus D. N. Paulus III. in prima Congregatione poſt aſſumptionem in Summum Pontificem commemoravit conſuetudinem convocandi Reverendiſſimos DD. poſt comitia & electionem, & gratias egit divinæ bonitati, ſacroque Senatui; deinde de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ abunde differuit, maximeque Concilii indictionem neceſſariam eſſe indicavit. Sacras Cæremonias, & ſacros Ritus quamprimum poſſet, ſe facturum declaravit, vitæ ac morum honeſtatem Reverendiſſimis Dominis etiam atque etiam laudavit, pacem demum cum ſtudio, & conſilio a Sanctitate Sua quærendam eſſe omnibus pronuntiavit. Reverendiſſimi omnia, quæ Sanctitas Sua dixerat, laudaverunt.

Ad perducenda in opus ea pia conſilia, in- III.

Tres Cardin. elegit, ut de reformatione morum tractarent.

inſtaurandamque diſciplinam Eccleſiaſticam, moreſque ſanctiores excolendos, præfecti fuere tres Cardinales, Senenſis, S. Severini, & de Cæſiis; nec non ad celebrandi Concilii œcumenici inſtruendum apparatum exciti Romam præſules doctrina, & morum puritate inſignes, inter quos Hieronymus Aleander Forojulienſis Archiepiſcopus Brunduſinus apud Venetos Internuntius his literis acceſſitus.

Archiepiſcopo Brunduſino Nuntio Venetorum.

Pag.92.

De indicendo Concilio cogitat.

Quamvis integritas, ac virtus fraternitatis tuæ pari rerum experientia, ac multiplici doctrina conjunctæ iſthic, & in omnibus locis nobis uſui, & ornamento eſſe poſſint, cum tamen, Deo adjutore, ad indictionem, celebrationemque generalis Concilii pro ſanandis, Chriſtianitatis vulneribus efficaciter devenire intendamus; atque in ea re plurimum nobis tua fraternitas ob ejus ſingularem Conciliorum antiquorum, & Sacrarum Scripturarum notitiam adjumento eſſe poſſit, ob hanc cauſam, ut præſentes tua virtute, quam plurimum facimus, fruamur, te hortamur, tibique injungimus, ut noſtro hoc deſiderio dilecto filio nobili Viro Andreæ Gritti Duci Venetiarum ſignificato, licentiaque abeundi ſumpta, quamprimum poteris ad nos venire matures. Datum Romæ XXIII. Novembris MDXXXIV. anno 1.

Juſſus Brunduſinus Archiep. ad curiam Proficiſci.

Paruit Pontifici Brunduſinus Archiepiſcopus, quem ob eximia virtutum ornamenta in Cardinalium Senatum adlectum viſuri ſumus.

IV. Propulſandis quoque Tunetanis prædonibus, qui maritimas excurſiones agebant ad Romana littora, eaque infeſta reddiderant, data eſt a novo Pontifice opera; utque ad ſua tuenda in Africam procul eos abigeret, Carolum Cæſarem incitavit, ut florentiſſimam claſſem ad expugnandum Tunetum, & Africæ portus occupandos admoveret; pro qua inſtruenda Eccleſiaſticorum vectigalium decumas in Regnis illi ſubditis addixit, a quo tamen onere Cardinales, & Equites Rhodii excepti fuere.

Decimas imponit pro Imperatore contra Turcas.

V. Pontificias etiam curas intendit Paulus ad diſſentientes Regum voluntates conciliandas, veteraque odia, quæ tot mala pepererant, extinguenda. Tum maxime ad Principes Hungaricos, alioſque finitimos mutuo fœdere conjungendos adverſus Turcas, qui, tuendi Joannis Regis ſpecie, Hungariam in Turcici Imperii provinciam redigere annitebantur. De quibus piis ſtudiis Simonem Epiſcopum Zagabrienſem certiorem his literis fecit.

Pontificiæ curæ pro Hungaria a periculis vindicanda.

Venerabili Fratri Simoni Zagabrienſi.

Paul. III. l.1. brev. an.1534. p.170.

Venerabilis Frater Salutem. Ad Summi Apoſtolatus apicem, nuper Dei benignitate aſſumpti nullo magis obſequio, aut labore noſtro tantæ Dei bonitati gratos nos reddere poſſe exiſtimamus, quam ſi omnis noſtra ad quietem, & pacem inter Chriſtianos Principes conſtituendam convertatur intentio, ab iſta præſertim parte, quæ immaniſſimis Turcis vicinitate, & periculo propinqua, ab illis & in præteritum devaſtata eſt, & in futurum ob proximas Hungariæ novitates majoribus periculis obnoxia fore timetur, &c. Dat. Romæ V. Decembris MDXXXIV. an. 1.

VI. Cum Solimannus Præfecti ſui cædem (ut in ſuperiori tomo inſinuatum eſt) vindicaturus crederetur, eaque occaſione in Hungariam Turcicos exercitus ad eam proterendam, extinguendamque Religionem converſurus crederetur, Pontifex Ferdinandum, & Joannem Reges æmulos, omneſque Hungariæ proceres mutuo fœdere conjungere ad Turcarum propulſandos impetus anniſus eſt, miſſo Internuntio, quem primum cum Cardinale Tridentino, qui maxima apud Ferdinandum florebat authoritate, agere; deinde Budam ad Joannis Regis proceres ſe conferre juſſit, de quo extant ad memoratum Cardinalem Tridentinum literæ.

Sur. in comm.

Cardinali Tridentino.

Paul. III. lib. brev. an. 1. p. 174.

Dilecte Fili noſter. Poſt tuum a nobis diſceſſum, ut primum a ſolitis Coronationis, & aliis novi Pontificatus cæremoniis expliciti ſumus, ſtatim in illam curam tranquillandæ Chriſtianitatis, de qua ſæpe tecum communicaſſe meminimus, cum ex officio, tum ex deſiderio noſtris redimus, atque id noſtrum conſilium etiam caſu adjutum eſt, ut maturaremus, Aloyſii Gritti cæde, & Hungariæ motibus, in illa parte auditis, quæ ſane ſi quando ante alias nunc maxime concordiam, compoſitionemque utriuſque partis expoſcunt, ut communibus armis (ſic quoque vix ſuffecturi) communi hoſti obſiſtatur, qui ſane novam injuriam pro ſua inſolentia, & feritate non laturus formidatur: itaque elegimus dilectum Filium Hieronymum Rorarium noſtrum, tuumque per quem id primum apud te, deinde Budæ apud alios curaremus. Nunc non opus nobis eſt oratione ad te impellendum, cujus probitas, & præſtantiſſima virtus nobis nota eſt, ut apud tuum Regem noſtrum in Chriſto Filium chariſſimum nos coadjuves, ad tam ſanctum & dictæ Majeſtati utile opus perficiendum &c. Dat. Romæ VI. Decemb. MDXXXIV. Anno 1.

Aloyſius Grittus Turcicæ Tyrannidis ſatelles cæſus in Hungaria.

Hungaros contra Turcas conjungere juſſus Card. Tridentinus.

VII. *Surius in comm.* Non potuere Regum diſſidia componi, nec Solimannus, ut credebatur, in Hungaros exercitus ſuos effudit; cum Perſico bello diſtractus eſſet, atque ab Ibrahimo ſummo Regiæ Turcicæ procuratore, Chriſtiani nominis amico, Chriſtianis opprimendis revocaretur.

In Hungariam irrepſit hæreſis Lutherana, & de remedio agitur. Irrepſiſſe vero in Hungariam Lutheranam hæreſim, atque eo inſelicius auctam, quod Joannes Rex Ferdinandi æmulus a Clemente Pontifice ob Turcas in illud Regnum excitos anathemate defixus eſſet; nec hæreſis reprimi poſſet, niſi Joannes Rex Eccleſiæ conciliaretur, quod ex actis Conſiſtorialibus conſtat.

Acta Conſiſt. Sign. n. 133. p. 280. *XIII. Julii MDXXXIV. Lectæ literæ Fratris Franciſci de Frangepan ex Buda, qui a Sanctiſſimo D. contra hæreſim Lutheranorum, quæ in Hungariam acriter irrepſerat, miſſus, aliquod remedium mature petebat, cui petitioni obſtare videbatur, quia Waivoda, qui illi Regno præerat, jam a ſua Sanctitate excommunicatus fuerat; ad eum enim Nuntium mittere non e Sedis Apoſtolicæ authoritate eſſe cenſebat, neque aliter provideri poſſe dubitabat, quia Waivoda adhuc abſolutionem cenſurarum non petierat, neque abſolvi ullo modo aliter poterat; Auditis Reverendiſſimorum DD. ſententiis Sanctitas ſua negotium in futurum Conſiſtorium diſtulit.* Hæſiſſe in pertinacia Joannem Regem, nec curaſſe anathematis vinculis ſolvi, referunt Authores, cujus impietatis exemplum in ſubditos transfuſum eſt.

VIII. *Acta Conſiſt. MS. Card. Spad. ſign. num. 133. pag. 282. Paul. III. lib. brev. ann. 1. p. 455.* Gratulati ſunt novo Pontifici de partis Pontificatus honoribus Reges, eumque amantiſſimis verborum officiis, atque obſequii ſignificatione ſunt proſequuti, inter quos Joannes Luſitaniæ Rex Oratorem eo nomine decrevit, cui proximo ineunte anno hæc reſpondit Paulus, optimamque voluntatem reſtituendæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ, religioniſque aſſerendæ ſignificavit.

Regi Portugalliæ.

Actæ Luſitano Regi de eximiis officiis delati gratiæ. *Chariſſime fili, & en tuis amantiſſimis literis, & en ſermone cum dilecto Filio Philippo Lapio, quem ad nos miſiſti, tum Oratorum apud nos tuorum, undique amorem, humanitatem, pietatem Serenitatis tuæ collegimus, non enim contentus prioribus Oratoribus tuis, proprio Nuntio officium gratulationis exequi voluiſti, adjecta etiam gravitate literarum, piiſque pollicitis, & oblationibus tuis, quæ quo fuerunt plura, & a clariſſimo Rege profecta, eo nobis acciderunt jucundiora. Proinde, ut debemus, maximas tuæ Serenitati gratias, & viciſſim paterno ſemper affectu, & grata voluntate reſponſuri. Merita tamen noſtra, a te propter amorem uberius cumulata, omnemque hanc amplificationem noſtræ dignitatis, ad Dei clementiam referimus, qui ſua inenarrabili benignitate dignos hoc onere nos fecit potius, quam invenerit. Ejus proinde miſericordiam deprecamur, ut ſicut nobis onus imponere dignatus eſt, ita in ferendo onere non deſit, tuamque Serenitatem in commune bonum pie animatam nobis diutiſſime conſervare, ac proſperare, cæteroſque Chriſtianos Principes in idem animare, concordeſque efficere dignetur, qua, ſicut pientiſſime optas, fidei Catholicæ veterem puritatem, & perturbatis Chriſtianitatis partibus quietem, & tranquillitatem noſtro labore, & cura, Principumque unanimi conſenſu, reſtituere poſſimus: ſed de his per D. Philippum, & Oratores tuos nobis relatis, ſcribent ipſi plenius, cui omnes fœlicitatem in terris, & perennem vitam in Cœlis a Deo omnipotente ſemper imploramus. Datum Romæ &c. Die XXV. Januarii MDXXXV. Anno 1.*

IX. Gallia gratulatur de novi Pontific. elect. Gallia quoque tanti Pontificis electione plurimum gaviſa eſt, ut tradit Sadoletus tunc Epiſcopus Carpentoractenſis, omnium ſententia, vir celeberrimus, cujus Epiſtolæ ad Paulum Pontificem tunc conſcriptæ fragmentum hic referre conſonum viſum eſt. *Cum hoc gratulator, tum illud maximi facio, quod ſine ambitione ulla, ſine mora, contradicente nemine, omnium ſuffragiis ſtatim annunciata eſt, ut renunciatio judicium fuerit dignitatis, ipſa vero celeritas renunciandi aperte oſtenderit tantam, eamque eximiam virtutem, quanta in te ſemper fuit, ad tantos motus rerum, quibus jactatur Reſpublica, ſedandos, & ad ſalutarem portum conſiliis ſapientibus dirigendos, quam primum, & quam maxime neceſſariam eſſe. Itaque & nomen, & virtus, & dignitas tua, tanta nunc apud omnes in opinione eſt, ita tua ad Summum Pontificatum electio ab omnibus eſt accepta, ut non hominum conſiliis, ſed divinitus facta eſſe videatur. Atque hæc quidem, & Populi hujus, in quo verſor, & omnium Galliæ Procerum, ac Principum eſt ſententia. Audio enim multorum voces, & video vultus. Ut enim, quiſque huc habet iter, ita fere congreditur, & colloquitur mecum. Non equidem poſſum tantum quantum res eſt, perſcribere: Sed hoc certe ſcribo, quod intelligo, & ſentio, nunquam animos hominum lætiores, nunquam prædicationes magis honorificas, nec crebriores laudes de ulla Romano Pontifice extitiſſe, ut jam non Sanctitati tuæ me gratulari, ſed Chriſtiano nomini univerſo magis convenias.*

Jacobo quoque Regi Scotiæ actæ gratiæ de eximio illius ſtudio. *De gratulatione* X. 16. pag. 149.

Digitized by Google

Scotia Regi gratias egit.

tione (inquit) *ita tibi gratias agimus, ut viciſſim nobis, & Univerſali Eccleſiæ de tali, ac tam Catholico Rege gratulemur, tuam Maieſtatem hortantes, ut ſicut hactenus fecit, Regnum ſuum ab hæreſibus integrum conſervare ſtudeat.*

Reginald. Polus 347.

Trahebat Scotiam in extremi exitii diſcrimen Anglia, quæ Scotorum Hæreticorum clientelam corripiebat, eoſque audacia, & armis fulciebat. Mirum autem fuit eos, qui Henricum flagitiis contaminatiſſimum pro Eccleſiæ capite ſuſceperant, jactare auſos ſe a Romano Pontifice defeciſſe propter ejus tyrannidem, ac ſcelera, quorum impias artes Reginaldus Polus poſtea Cardinalis, luculento commentario confutavit, ex quo pauca hæc delibamus, ut in omnium oculis collocemus, quam inique Angli a communione Romanæ Eccleſiæ nulla juſta cauſa provocati diſceſſerint.

Polus pro Pontifice contra Anglos apologiam edidit.

Sed quid tandem aſſerunt? nempe Papam aiunt moribus corruptis eſſe, eoque non eſſe Vicarium Dei? num corruptioribus, quam aliqui Reges ſunt? num quam hic ipſe, ad quem dignitatem Pontificiam transferunt? quid hujus vita cujuſmodi tandem eſt? Sancta credo, & omnis culpæ expers, in qua, ſi ipſi credamus, [*ut nihil aliud dicamus*] *abominabilis inceſtus, labes Annæ viginti annis inſedit; ſed num in ipſo aditu novæ poteſtatis, cum ſanctiſſimos Viros, tam crudeliter occidit, tunc ſe ſanctum oſtendit? num ut vel omnium, qui peſſimi fuiſſe memorantur, Pontificum facta in medium adducantur, aliquid in iis tam nefarie factum reperietur? Sed quid? ſi Pontifex bonus ſit, an hæc ſatis eſt cauſa cur eum veneremur? an non potius nullam nos hominis probitatem, ſed Chriſti perſonam in Pontifice venerari ſo-*
834. *lemus; ſi nemo Chriſtianus dicere poteſt, ullius hominis probitatem, & non unius Chriſti perſonam affici honore, quid mea tantum refert bonuſne, an malus homo ſit, in quo Chriſti modo perſona honoretur? Si Chriſti imago veneranda eſt, refert neutrum in auro, an in ligno expreſſa aſpiciatur? num tu eu auro, aut ebore factam honorabis, e ligno quamvis vili, aut etiam putrido effectam contumelia afficies, aut minus honorabis? Quid ad me Pontificum pravitas pertinet, quam ſcio nihil officere, niſi velim, non poſſe, cum omnis eorum poteſtas ſit ad ædificationem, ad animæ alterius detrimentum nulla ſit? quid ſi non modo non obeſt* [*vere Chriſtianis*] *unius hominis Pontificis pravitas, ſed prodeſt etiam, cum magis Chriſti gloriam illuſtret? quid enim quæſo magnum, ac præcipuum a nobis fieret, ſi bonum Pontificem honore afficeremus? quaſi vero non ipſi etiam Ethnici facerent. Cum autem ne vitiis quidem humanis deterreri videmur, quo minus Chriſti imaginem veneremur in eo, qui pro Chriſti Tribunali ſedens, Eccleſiæ unitatem, & concordiam retinet, hic videlicet nos vere Chriſtianos oſtendimus, hoc modo Chriſti gloria maxime illuſtratur.*

XI. Lutherus contra Eccleſiaſt. ritus, ac Papam declamat.

In comm. hoc anno.

Neſandiſſimus quoque impoſtor, atque apoſtatarum princeps Martinus Lutherus Pontificem gravibus contumeliis lacerare non deſtitit. In lucem enim edidit hac fere tempeſtate, Satanico furore concitus peſtilentiſſimum librum de Angulari (ut ipſe vocat) Miſſa, conſecrationemque Sacerdotum. Ubi inter alia (teſte Surio) *Papam vocat regem glirium: Epiſcopos fures Dei, ſacrilegos, Sacerdotes angulares, damnatos, fatuos, Miſſam vocat abominationem, tremendum altaris Sacrificium, ſtercus, lutum, quod ipſe Lucifer dicere vix auderet, Ibi quoque per Dei verbum jactitat Indulgentias abolitas, Purgatorium extinctum, peregrinationes ſuppreſſas, multaſque alias Papiſtarum idololatrias, & Dei Mammonæ cultus proſtratos.* Quoniam vero ipſemet in hoc libro ſeſe turpiſſime prodit, aitque ſe cum Dæmone, quem aliquoties ſibi noctu apparuiſſe, ibidem fatetur, in diſputationem ingreſſum de Miſſa, & de quibuſdam aliis, tandemque ab eo victum ac ſuperatum rationibus illius ceſſiſſe. Hinc optime præfatus Surius ita argumentatur. *Ut jam nemo tam ſtupidus ac plumbeus ſit, quin vel digitis tangere poſſit hujus infauſti hominis doctrinam non Chriſti, ut ſolet jactare, ſed diaboli eſſe.* Et ſane tam horrendæ in ſacroſanctæ Miſſæ Sacrificium, ac cæteras Eccleſiæ inſtitutiones, necnon in Chriſtiani ovilis ſupremum Paſtorem, ac reliquos Eccleſiæ Rectores blaſphemiæ, nonniſi ab inferis prodire poterant. Quis enim tam perditus homo, ſolius proprii ſpiritus, ingeniique ductu, tam impia ipſiſque Apoſtolicis traditionibus contraria dogmata proferre, abſque ullo conſcientiæ fluctu, auſus umquam fuiſſet? Quem equidem paſſum fuiſſe ipſummet Lutherum, dum de abroganda privata Miſſa illum conſcriberet librum, ita teſtatur Joannes Eckius: *Lutherus ait ſæpe ſibi palpitaſſe cor tremulum, & reprehendens obieciſſe. Tu ſolus ſapis? Totne erraverunt univerſi? Tanta ſæcula ignoraverunt? Quid ſi tu erres, & tot tecum in errorem trahas damnandos æternaliter?* Attamen veritatis iſtius voci, quæ ut loquitur B. Auguſtinus *numquam tacet, ſed vociferatur in corde*, a conſcientiæ ſtimulis tunc exagitatus ſanæ mentis aures præbere iniquiſſimus ille Apoſtata de-

Digitized by Google

detrectavit : ac permittente Deo ſuomet ore faſſus eſt, quod non ſine ingenti animi trepidatione, ſeu temeritate Eccleſiaſticis traditionibus per tot ſæcula fidelium omnium acceptatione comprobatis liceat reluctari. Cæterum impia hæc Lutheri dicta contra Miſſæ ſacrificium, alioſque Eccleſiæ ritus inferius a nobis refellentur.

L. p. de hæreſ. noſtr. temp.

Interim ſatis hic ſit cum Cardinale Hoſio animadvertere, ac deplorare hominis impietatem. *Non jam ille* [*ſcilicet Lutherus*] *ſcribendis libris quid eſſet, aut quid non eſſet cum pietate, cum veritate conjunctum, ſed quid incommodare Papatui maxime poſſet, ſpectandum eſſe putavit : ut quidquid ſcriberet, quidquid diceret, quidquid faceret, omnia in odium & deſpectum Papæ, Conciliorum, & Epiſcoporum faceret. Fatetur hoc adeo ipſe in quadam epiſtola ad Argentinenſes, ad quos in hæc verba ſcripſit :* Hoc diffiteri [*inquit*] nec poſſum, nec volo, quod ſi Carolſtadius aut alius quiſpiam ante quinquennium perſuadere mihi potuiſſet, in ſacramento præter panem & vinum eſſe nihil, ille magno beneficio me ſibi devinxiſſet : gravibus enim curis anxius in hac excotienda materia multum deſudabam, omnibus nervis extenſis me extricare & expedire conatus ſum, cum probe perſpiciebam, hac re Papatui valde me incommodare poſſe. *Nonne hic* [*pergit Hoſius*] *aperte confitetur ipſe peregrina ſua doctrina populo inculcanda, non hoc ſpectaſſe, ut Chriſti gloriam propagaret, utque veritatem illius patefaceret, ſed ut odio erga Papam excæcatus, eodem illius odio cæteros inflammaret? Tanta autem fuit mens illius infuſcata malevolentia, Chriſtum, ut præſentem in Euchariſtia libenter fuerit negaturus, dummodo per hanc occaſionem incommodare Papatui potuiſſet.*

In comm. Hæreticorum conventus Conſtantiæ habitus.

Circa finem hujus anni paſtorum Evangelicorum conciliabulum Conſtaotiæ habitum fuiſſe narrat Surius, cujus conventus promotor fuit Bucerus : in quo rurſum actum fuit de pace cum Luthero in Euchariſtiæ negotio ſtatuenda : verum cum *non ſit pax impiis* juxta Divini oraculi monitum, inter dogmaticos Sectarios concordia conſtitui minime potuit.

XIII. In India epiſcopi conſtituuntur.

At dum in Europa plures hæreticorum fraudibus deficerent ab Eccleſia, fides Chriſti in America latius propagata eſt, plurimique hoc anno a Clemente VII. & Paulo III. conſtituti ſunt Epiſcopi. *Ad ſupplicationem Imperatoris die decima Januarii* (ut referunt acta Conſiſtorialia) *oppido Sanctæ Marthæ in Provincia S. Matthæi in partibus Indiarum in*

Acta Conſiſt. 18. Decemb. 1534.

civitatem erecto Alphonſus de Thobes : & Caſtellæ aureæ, in partibus quoque Indiarum Thomas Berlangha Ordinis S. Dominici : nec non loco de Guattimalla Franciſcus Marochinus in Sacra Theologia Doctor a Pontifice delegati ſunt Antiſtites.

Labente anno die decima octava Decembris, Paulus auxit Cardinalium Senatum duobus Nepotibus Alexandro nempe Farneſio, & Guidone Sforia ex Comitibus Sanctæ Floræ, qui cum in Bononienſi Academia tunc literis operam darent, impoſitæ a Paulo ſunt partes Joanni Mariæ Sypontino Archiepiſcopo Æmiliæ Præſidi, ut ſacramento adactis ſolemni ritu Bononiæ iis Cardinalitia inſignia conferret, illius vero ſacramenti formula his verbis concepta erat. XIV.

Diarium Petri Gualterii Aretin. to. 11. Paul. III. lib. 1. brev. ann. 1. 1534. p. 218.

Nos Alexander de Farneſio, & Guido Aſcanius ex Comitibus Sanctæ Floræ Cardinales promittimus, & juramus, quod ab hac hora in antea fideles, & obedientes erimus D. Petro, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, & Domino noſtro D. Paulo PP. III. ejuſque Succeſſoribus canonice intrantibus; non erimus in conſilio, aut conſenſu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, ceu capiantur mala captione, aut in eos violentæ manus quomodolibet ingerantur, vel injuriæ aliquæ inferantur, quovis quæſito colore. Conſilium vero, quod nobis credituri ſunt per ſe aut literas, ad eorum damnum nemini revelabimus; Papatum Romanum, & Regalia S. Petri adjutores erimus ad retinendum, & defendendum, ſalvo ordine noſtro, contra omnem hominem, Legatum Apoſtolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorifice tractabimus, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabimus. Jura, honores, privilegia, & authoritatem Romanæ Eccleſiæ, Domini noſtri Papæ, & Succeſſorum prædictorum conſervare, defendere, augere, & promovere curabimus, nec erimus in conſilio, vel facto, ſeu tractatu, in quibus contra Dominum noſtrum, vel eandem Eccleſiam aliqua ſiniſtra, vel præjudicialia perſonarum, juris honoris, ſtatus, & poteſtatis eorum machinentur : & ſi talia a quibuſcumque tractari, vel procurari noverimus, impediemus pro poſſe, & quanto citius poterimus, ſignificabimus eidem Domino noſtro, vel alteri, per quem poſſit ad ipſius notitiam pervenire. Regulas SS. Patrum, decreta, ordines, ſeu definitiones, reſervationes, proviſiones, & mandata Apoſtolica totis viribus obſervabimus, & faciemus ab aliis obſervari. Hæreticos, Schiſmaticos, & rebelles eidem Domino noſtro, vel Succeſſoribus prædictis pro poſſe perſequemur, & impugnabimus. Poſſeſſiones vero ad menſam noſtram pertinen- XV.

Sacramenti formula a novis Cardin. nuncupata.

Digitized by Google

nentes non vendemus, neque donabimus, neque impignorabimus, neque de novo infeudabimus, vel aliquo modo alienabimus inconſulto Romano Pontifice, etiam cum conſenſu Capituli noſtri; & ſi ad alienationem aliquam devenerimus, ex nunc prout ex tunc pœnas in quadam Apoſtolica, ſuper hoc edita Conſtitutione contentas, volumus incurrere ipſo facto. Sic nos Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Anno

I. *Vide Sadolet. l. 9. p. 337. de Conc. & Tunet. p. 346. & 445.*

ANno Chriſti milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, indictione octava, paſſa eſt graviſſimam cladem catholica religio in Anglia, cum Henricus ira in Romanam Eccleſiam, a qua anathematis telum ei comminatum erat, efferatus, verſuſque in ſæviſſimum perſecutorem Fidei, cujus defenſorem antea maxima cum laude egerat, catholicæ pietatis veſtigia omnia e Regno ſuo evellere, omneſque in æternum exitium trahere ſecum præcipites, diſſentientes vero excarnificatos ſuppliciis e vivis tollere niteretur. Non defuere furenti ſatellites impietati in Eccleſiaſtico & Equeſtri ordine, qui præſentis vitæ commodis irretiti, funeſta ejus conſilia promoverent, inter quos eminebant flagitio Cromuelus, & Lejus Metropolitani Sacri Ordinis proditores, quos Gardinerus, & Samſo, & alii juniores Præſules, caducarum rerum amore illuſi, ſequebantur.

Sander. l. 1. de Schiſ. Angl.

In Procerum vero conſeſſu præerant authoritate Carolus Brandonus, Suffolciæ Dux, qui Regis ſororem matrimonio junctam habebat, & Thomas Horwardus Norfolciæ Dux, qui Nobilium turbam, quam Henricus hæreſi Lutherana depravatam nova dignitate auxerat, ad ſuos nutus flectebant; quorum opera ſuffultus, doliſque inſtructus, in Comitiis extremo ſuperiore anno habitis, impius Rex excuſſo Romani Pontificis jugo contra Symboli articulum *In unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam*, ſe Anglicanæ, & Hibernicæ Eccleſiarum caput Apoſtaticum dixit, atque in Divinis a Romano Pontifice jura peti vetuit, ſanxitque ſe Divina & humana authoritate pleniſſima ad omnes hæreſes, corruptelas, erroreſque emendandos, tradendamque incorruptæ Fidei puritatem pollere; ſanxitque, ut illi propterea omnium Sacerdotiorum vacantium integra vectigalia primi anni, quo quis Sacerdotium adeptus eſſet, ac omnium Eccleſiaſticarum dignitatum decimæ perſolverentur: ferali etiam odio in Papam accenſus, Papæ nomen ex omnibus libris abradi intentato capitali ſupplicio juſſit, cui impio edicto mox paritum refert Sanderus.

Henricus ſe caput Eccl. Anglicanæ declarat.

II. Papæ nomen a libris, & aliis locis aboleri juſſit Henricus.

Per Calendaria [inquit] *per Indices, per Scripta, per totum Jus Canonicum, per Scholaſticos Doctores Papæ vocabulum lituris undique obducebatur, imo in fronte operum D. Cypriani, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini, Leonis, Gregorii, Proſperi, & aliorum Eccleſiæ luminum ſinguli ſcribere coacti ſunt. Si quid in eis operibus ineſſet, quod Pontificis, Romani Primatum tueretur, aut confirmaret, ſe illi verbo, ſententiæ, rationi jam nunc renuntiare, nec tanti criminis reos unquam eſſe velle, ut quibuſvis Patribus aut Doctoribus in ea re aſſentiant*, & infra: *In Litaniis præterea, precibuſque, quæ tum privatim, tum publice in omnibus Oratoriis, Eccleſiis, Monaſteriis, aliiſve in locis recitabantur, loco petitionis illius, quæ pro Domno Apoſtolico, a Chriſtifidelibus per univerſum Orbem fieri ſolet, Henricus hæc impia verba apponi, imprimique præcepit.* Ab Epiſcopi Romani tyrannide, & deteſtandis enormitatibus libera nos Domine. Ita impletum eſt Judæ proditoris & ſequacium oraculum Davidicum, *Et fiat oratio ejus in peccatum.* Ad irretiendos vero magis tantæ impietatis laqueis ſimplices populos pellexit præmiorum illecebra inſtabiles nonnullorum eruditorum animas, ut concionibus, ac libris editis conjunctam cum Regia authoritatem eccleſiaſticam ab eo uſurpatam tuerentur; alios etiam imperiis in ſcelus impulit, *qua Regis voce* ſubdit Sanderus *excitati ſunt ad concionandum plurimi, ad ſcribendum etiam nonnulli, quorum aliqui id ſponte faciebant, quod hæreſi faverent, cujuſmodi erant, Samplonus, Fonus, Moriſonus, cæterique, alii vero coacte ne Regem offenderent, ut Gardinerus Wintonienſis, & Tonſtallus Dunelmenſis Epiſcopi.*

Florebat tum doctrinæ, ac ſapientiæ fama Reginaldus Polus, Regis ipſius alumnus & conſanguineus, qui tunc Patavii literario otio indulgebat. Illum Henricus, tranſmiſſis comitiorum actis, quibus illi fictitius Anglicanæ Eccleſiæ Primatus fuerat aſſertus, ſolicitavit, ut ſcriptis eundem primatum confirmaret: at ille Deum homini prætulit; & cum in egregios viros carnificinam exerceri in Anglia audiret, quatuor libros de Unione Eccleſiaſtica doctiſſime ſcripſit, quibus & primatum adulterinum confutavit, admiſſa ſcelera coarguit, viamque pœnitentiæ ad ea delenda commonſtravit. Excanduit ad hæc Henricus Rex aſſentatorum lenociniis mendacibus aſſuetus, ac Reginaldum Polum patriæ proditorem, reumque læſæ Majeſtatis pronuntiavit, variis inſidiis ejus vitam appetiit; fratremque & avunculum necavit, omnemque ejus familiam pietatis illius odio afflixit, ac pene extinxit: cum vero flagitiis ſuis omnium bonorum odia in ſe accendiſſe, ac plura millia in Religionis

Reginaldus Polus libros ſcribit contra Henrici affectatum Primatum Eccleſiæ Anglicanæ.

Reginaldum Polum, ejuſque familiam perſequutus Henricus & pene extinxit.

nis Catholicæ conſtantia perſtare, qui curvare genu ante novum Baal detrectarent, animadverteret, eos exquiſitis afficere ſuppliciis conſtituit, ne impia immanitate Juliano Apoſtatæ cederet.

III. Eminebant tunc in Anglia ſanctitatis ſtudiis tres Ordines Religioſi, Carthuſianorum, Sanctæ Brigittæ, & D. Franciſci, quos populi ob eximiam pietatis exiſtimationem ſuſpiciebant; in hos itaque perverſo judiciorum genere primos furoris impetus effudit, ac tertio kal. Maii tres priores Carthuſiani, Joannes Hogthonus Londinenſis, Robertus Laurentius Bevalenſis, Auguſtinus Ubſterus Exhamenſis ad impiorum ſubſellia adducti ſunt, ut morte afficerentur. *Proponebantur eis* inquit Sanderus *nova Comitiorum decreta, & jubebantur jurejurando affirmare, Regem Eccleſiæ eſſe ſupremum Caput. Cum illi nonnulla exciperent, & legis divinæ mentionem facerent; Nullam* inquit Cromuelus *exceptionem admittam, ſive lex divina permittat, ſive non, vos integre plene & cathegorice hæc affirmabitis. Tum illi: At Eccleſia Catholica iſtud hactenus [quod ſcimus] non docuit. Non curo Eccleſiam, reſpondit Cromuelus: Vultis conſentire, an non? Non audemus, inquiunt illi, ne dum placere Regi volumus, Deum non offendamus. Quo audito, res duodecim Viris commiſſa eſt, ſecundum Regni conſuetudinem, ut judicium ferrent. Illi vero cum nihil quidquam morte dignum invenirent, nec tamen eos abſolvere propter iram Regis auderent: tempus extrahebant, quouſque Cromuelus Regis nomine mortem ipſis certiſſimam denuntiaret, niſi ſtatim illos condemnarent, quod die poſtero fecerunt; atque ad hanc judicii formam reliqui deinceps omnes, qui hac de cauſa in quæſtionem venerunt, condemnabantur. Sententia autem accepta educebantur ad patibulum eodem habitu, quo in Monaſteriis utebantur.* Cum Prior Londinenſis cervicem carnifici præbiturus eſſet, a Regio Senatore ſolicitatus eſt, addita vitæ & libertatis ſponſione, ut Regio decreto conſentiret. *At ille*, inquit *palam teſtatur, ſe ſolo Dei timore, non ulla in Regem ſuum rebellione adactum, id facere neque poſſe, neque velle, imo malle pati omnia, quam vel latum unguem a decretis Catholicæ Eccleſiæ deflectere. Porro*, inquit, *orate pro me, & miſereat vos fratrum meorum, quorum Prior immeritus fui; his dictis, brevi ſpatio impetrato, legit ſeu primos verſus Pſalm.* xxx. Hanc impiam, & immanem lanienam in eum, & ſocios exercitam ita plangit Reginaldus Polus.

In viros Religioſos ſævit Henricus, & maxime in Carthuſianos.

Conſtanter perferunt mortem Carthuſiani potius, quam impio Regi obedire.

IV. *Vidiſſes viros ſanctitate præditos, quorum non capita ſolum præciderentur, ſed membra corporis miſerabilem in modum diſſecarentur, & diverſis urbis partibus ad ſpectaculum proponerentur, ut hic caput, illic corporis alia pars alio loco ſpectarentur, quibus, vix (pro beneficio quidem) impetrari potuit, ut uno præciſo membro de vita decederent, aut quod natura etiam miſerrimis conceſſit, ut una tantum morte defungerentur. Sed quale hoc eſt, quod dico potuit ne ulla crudelitas inveniri, quæ ultra unam mortem in cruciatu corporis progrederetur; ſi natura finem miſeriæ unicam mortem præſcripſit? qui non potuit, & tamen tentavit, quanta tandem ejus crudelitas eſt? atqui res ſic ſe habet. Cum alii alio genere mortis plectantur, fures laqueo, gravioribus criminibus condemnati igne, ferro alii pereant: Sancti hi Viri, quorum ſumma criminis erat, quod fidem, quam Chriſto & Eccleſiæ dediſſent, prodere recuſarent, ita ſunt per hæc omnia cruciatuum genera deinceps pertracti, ac divexati, ut ante moriendi finem non fecerint, quam tertia mors quaſi cumulus allata vitam ipſis eripuerit. Primum enim laqueo ſpiritus præcludebatur, ſed hactenus dumtaxat, ut mortis acerbitatem, ac cruciatum, non extremam illam & lethalem vim ſentirent, ut potius quaſi in amplexum mortis traditi, cum morte ipſa luctari, quam mori conſpicerentur; qua in luctatione ſimul, ac deficere eos carnifex animadvertit, ſtatim ut erat ſcilicet a Judicibus clementiſſimis viris imperatum, hac morte liberati, & a cruce in terram demiſſi, ad aliud mortis genus multo crudelius, & acerbius trahebantur. Arrepto enim gladio carnifex pectus, ac præcordia aperiebat, atque hic ſævior jam erat cum morte congreſſus, cum ipſi viſceribus patefactis, ut ſibi ea evelli, & in ignem, qui erat in conſpectu, conjici viderent, ut cum intimis ſenſibus acerbiſſimos quoſque dolores, cruciatuſque percepiſſent, tum hoc etiam grato oculorum aſpectu fruerentur, ut ſe quoque aſpicerent, morientes, dum partes ſui cremari cernerent.* (Et infra:) *Sed quid erat tandem, de quo illo in judicio tales viri arceſſebantur? crimenne aliquod erat objectum? locus defenſioni dabatur? ita ſane, ſed omnia, ut apud Sathanam Judicem in medio illius Eccleſiæ, [cujus caput eſt] jura reddentem, ita gerebantur. Crimen erat, quod homines Deo conſecrati contra animi ſui ſententiam, eamque vetuſtiſſima primum, & perpetua Eccleſiæ Chriſti conſuetudine acceptam, deinde ſanctiſſimorum, & doctiſſimorum hominum ſcriptis confirmatam, confiteri nollent, Eccleſiam ſine Capite eſſe, Regis autem perſonam duplex caput, vel po-*

Reginaldus Polus l. 3. p. 290.

Plangit Reginaldus Polus, & crudelitatem in catholicos Anglos deſcribit.

potius Eccleſiam plura [quam ipſa hydra fingatur] capita habere, Regem bicipitem eſſe, uno tantum capite a Cerbero, qui triceps fingatur, vinci. [Ac multis interjectis] Quaſi hoc ſatis non eſſet, ut omnibus in rebus ſe Chriſti hoſtes eſſe, & cum Chriſto bellum gerere teſtarentur, tanquam ſi prælio aliquo cum Dei exercitu commiſſa ſuperiores fuiſſent, & aliquot de illis profligatis copiis captivos haberent, quos in triumphum ducere ad hoſtis contumeliam, ac ludibrium vellent, ita ſanctiſſimos hoſce viros ipſis illis veſtibus indutos, quibus Chriſtum habere Imperatorem, & Chriſto merere ſtatim agnoſcerentur, ad ſupplicium perduxerunt: quod enim maius eſſe ſignum poterat Chriſti militum, quam illud veſtimenti genus, quo utebantur?

V.

Nicolaus Sanderus l.1.

Lapſis tribus hebdomadis, non contentus ea carnificina Henricus, novum Carthuſianorum ſanguinem ſitiit, ut cum ſua Herodiade lætiora convivia celebraret. Præfecerat ille Carthuſienſi Monaſterio viros impios, qui reliquos Carthuſianos ad Regia imperia flecterent, junioreſque etiam ad ſæculi voluptates revocarent. Sed cum illi in conſtantia tuendæ fidei perſtarent, in crimen vocati ſunt aliqui, quod pia doctrina confirmabant alios, ex quibus tres probitate ſpectatiſſimos nece affectos narrat Sanderus.

Alii tres Carthuſiani crudeli nece afficiuntur.

128. *Ad decimum quartum diem Kal. Julias alii tres Carthuſiani Sacerdotes Wrfridus Midelmorus, Guillelmus Exmeus, & Sebaſtianus Nudegatus, cum prius per dies quartuodecim continuas, erecti ſtare coacti eſſent, injectis ad collum, ad brachia, ad crura, circulis ferreis, ita ut ob nullam omnino cauſam loco umquam dimoverentur, illuſtre fidei teſtimonium dederunt; vimineis enim cratibus injecti, & per plateas Londinenſes uſque ad ultimum ſupplicii locum pertracti, poſtquam laqueo ad breve tempus ſuſpenſi fuiſſent, non vivi demittebantur. Tum autem carnifex pudendis præciſis, & flammæ traditis, pectus, & præcordia gladio aperuit, viſceraque evulſa in propoſitum ignem conjecit; demum capite abſciſſo, reliquum corpus in quatuor partes diſſecuit, illaſque partes elixas variis in locis a populo ſpectandas ſuſpendit. Cum Joanne autem Roceſtrio, & Jacobo Valuero [ipſis quoque Carthuſianis] tam gratioſe diſpenſatum eſt, ut ſimplici ſuſpendio in Civitate Eboracenſi v. Idus Maii in cœlum commigrarent.* Tam immane facinus perpendens Reginaldus Polus Henricum his compellat verbis. *Quid quæſo ab illis Monachis factum erat, qui ſponte propter Chriſtum ſe in loca ſola, & inacceſſa, quaſi in perpetuos carceres*
369. *abdiderant? quid, inquam, commiſſum ab*

Reginal. l.3.

his erat, cur illinc abreptos, non una morte, ſed pluribus diſcruciari juberes?. quid illud tandem cauſæ fuit? nihil ſane, niſi quod concepta ſemel in animo impietas te in uno impie facto conſiſtere paſſa non eſt, illic quieſcere non ſinit, ſed ut ſcelere ſcelus cumulares, ſtimulavit.

VI.

Auxit beatum hunc interfectorum Carthuſianorum numerum Reginaldus Brigittenſis Monachus ex Abbatia montis Sion, Theologus inſignis, literis Græcis, & Hebraicis excultiſſimus, & ſacra eloquentia florentiſſimus, *qui, ut ſæpe antea populum diſertiſſimis concionibus, ſic tum exemplo, & patientia ſua erudivit. Is ubi ſe condemnatum ad mortem audivit, nec quidquam loqui permiſſum, niſi ut conſentiat, vel non conſentiat comitiorum decreto: Hoc eſt* (inquit) *vere judicium mundi; nec aliud loquutus, rogavit Judices, ut tridui ſpatium ei concederent, quo ſe ad mortem pararet, cui cum illi non annuerent, ſed dicerent, illud eſſe poſitum in ſola Regis voluntate, attamen credo, inquit, videre bona Domini in terra viventium. Idem ad ſupplicium productus populum hortabatur, ut pro Rege preces aſſiduas ad Deum funderent, ut qui Salomonem initio Regni ſui ſapientia, & pietate repræſentaverat, una cum illo in fine vitæ per mulieres ſeductus degeneraret.*

Sander. l.1.

Alius inſignis Monachus, & alter Parochus.

De ejuſdem conſtantia & pietate hæc ſcripſit Reginaldus Polus, qui amicitia illi conjunctiſſimus fuerat. *Ad hujus ſanctitatis pariter & doctrinæ laudem in omne tempus confirmandam, & ad cumulum pietatis in Chriſtum, & in te, o Patria, charitatis, oſtendendum nihil deeſſe videbatur, niſi ut cum aliis heroibus, suo tam neceſſario tempore veritatis teſtimonium legationi ſanguine ſuo daret. Dedit & inter primos, dedit, tanta quidem animi conſtantia, ut, quod mihi retulit, qui ſe ei ſpectaculo interfuiſſe, & omnia quæ agerentur ardentiſſime obſervaſſe diceret; cum in illum feralem laqueum caput insereret, torquem potius Regni inſigne, quam ſupplicii inſtrumentum induere videretur; tanta erat in vultu alacritas. O beatum virum, & dignum, cui tu Patria plurimum credas.*

Reginal. Polus l. 3. p.359.

His adjunctus fuit pius Parochus Fidei Catholicæ ſtudio ardentiſſimus Joannes Hailus, ad fundendum ſanguinem pro ſuis ovibus boni paſtoris inſtar paratiſſimus, qui omnes extra civitatem Londinenſem quinto Nonas Maji excarnificati ſunt. Occiſi porro Prioris Londinenſis membra januæ Monaſterii Carthuſiani affigi juſſit Henricus, ut viros Religioſos a religionis ſtudio deterreret, ac

duos

Digitized by Google

duos impietatis ſuæ ſequaces præfecit Cœnobio, qui juniores Monachos, vel minis, vel blanditiis corrumperent; ſed omnes temporariæ vitæ illecebris æternitatem fœlicem prætulerunt, ut dicetur inferius.

VII. Cum funeſtam hanc carnificinam in pios viros exerceri ab Henrico accepiſſet Paulus III. Pontifex, graviſſimo dolore confectus eſt, & Joannis Fiſcherii Epiſcopi Roffenſis probitate, & doctrina clariſſimi, qui in carcere religionis cauſa detinebatur liberandi ſtudio, enixe ipſum Franciſco I. Gallorum Regi commendavit, atque etiam in Cardinalium Senatum cooptavit una cum aliis, quorum nomina recenſet Petrus Paulus Gualterius Aretinus his verbis.

Diar. Petri Pauli Gualter. Aretin. to. 6. par. 2.

Paulus Cardinales creavit, inter quos Joann. Fiſcherium Epiſcopum Roffenſem in carcere detentum.

XXI. Maii Papa creavit Cardinales, Nicolaum Archiepiſcopum Capuanum, Jacobum Simonettam Auditorem Rotæ, Ghinuccium Auditorem Cameræ Apoſtolicæ, Joannem Bellaium Epiſcopum Pariſienſem Joannem Epiſcopum Roffenſem, detentum in carcere a Rege Angliæ, Gaſparem Contarenum Venetum, Marinum Prothonotarium Caracciolum. Quibus conſonant, quæ in Actis Conſiſtorialibus referuntur. Cum autem Franciſcus Galliæ Rex pro eo liberando oratorum opera omni contentione ſuam authoritatem adhiberet, Henricus ad eum trucidandum rabie accenſus eſt, ac Judicum iniquorum opera interrogari juſſit, num ipſe Cardinalitios honores prenſaſſet, vel de iis ipſi deferendis aliquid reſciviſſet? *Reſpondit [vir piiſſimus] ſe nunquam eum honorem, vel alium quemcumque in reliqua vita appetiiſſe, multoque minus hanc dignitatem in decrepita ætate, in vinculis, ac in ipſis mortis foribus expectaſſe; ita erat homo ab omni ambitione, ac rerum humanarum admiratione alienus.* Pertulerat carceris ſquallorem & incommoda menſibus quindecim, cum tamen virium imbecillitate ſumma laboraret, quod Reginaldus Polus tribuit miraculo, ſcilicet præter ordinem naturæ viribus auctum. *Ego certe cum iſthinc ante triennium diſcederem, ne ſi exquiſitiſſima quidem cura in tuenda valetudine domi ſuæ uteretur afflictam in eo naturam animadvertens, ad unum annum poſſe vitam extendere judicabam, atque hoc etiam poſtea accepi cum Londinum accerſitus eſſet, ut in carcerem conderetur, in itinere ad aliquod tempus, ob virium imbecillitatem defeciſſe; nunc vero hunc conſtat totos quindecim menſes in illo tetri carceris ſquallore vitam retinere potuiſſe? quis tandem non agnoſcit manum Dei ſupra naturam, qui ejus vitam ad tuum ſummum dedecus magis illuſtrandum*

Pro liberatione Roffenſis Franciſcus Galliæ Rex laborat, ſed fruſtra.

Sander. l. 1. p. 135.

Reginaldus Polus lib. 3. de unione Eccleſ. 403.

Deus Roffenſi vitam prorogat.

produxit, ut tuo gladio, non fato ſuo vir ſanctiſſimus periret? & ut adhuc facinus illud tuum majori iniquitate cumularetur, permiſit, ut in numerum Cardinalium tum in carcere etiam agens referretur; ut cum eum poſtea necaviſſes, intelligerent omnes, te non ſolum optimum Epiſcopum, in quem nullam haberes animadvertendi cauſam, ſed Cardinalem etiam in quem tibi juris nihil eſſet, una cum præcipuis Religionis noſtræ profeſſoribus occidiſſe. Nec mirum divina virtute tot mala ab infirmo ferri potuiſſe, cum etiam antea porrectum ab Anna Bolena venenum divina virtute ſuperaſſe dicatur. Sacræ vero purpuræ honores ideo illi delati viſi ſunt, ut eos proprio ſanguine purpuratos conſervaret.

Venenum Roffenſi ab Anna Bolena porrectum, ei non nocuit.

Deſcribit illius conſtantiam & fortitudinem animi in ferenda morte Sanderus his verbis.

Sander. l. 1. 133.

133.

Ad Decimum Kal. Julias Joannes Fiſcherius Epiſcopus Roffenſis, quo nihil, aut doctius, aut ſanctius Anglia protulit, pene jam decrepitæ ætatis ad judicium primo, deinde, quod Henrici Primatum Eccleſiaſticum nollet conſiteri, ad mortem producitur, qui ſimul ac ſcenam, in qua glorioſum certamen conſummaturus erat, e longe conſpexiſſet, abjecto, quo ſenex nixus eſt baculo, eia, inquit, pedes, officium facite, parum itineris jam reſtat. Conſtitutus autem in loco martyrii, ſublevatis in Cælum oculis, Te Deum, *inquit,* laudamus, te Dominum confitemur; *quem hymnum ubi totum abſolviſſet, cervices ſecuri ſubjecit, animam Deo reddidit, juſtitiæ coronam accepit. Caput haſtili affixum, & in ponte Londinenſi omnium oculis expoſitum, quo diutius ibi ſuſpenſum manebat, eo magis floruiſſe, ac venerabilius factum eſſe dicitur, ob quam cauſam loco amotum traditur.* Hic conſentanea tradidit Cocleus. *Non modo,* inquit, *non contabuiſſe, verum etiam multo venerabilius eſſe factum ferebatur, ubique is rumor percrebuit, mox amotum eſt loco.*

Roffenſis forti animo mortem ſuſtinet.

Jo. Cocl. in act. & ſcript. Luth. hoc anno.

De hujus florentiſſimis virtutibus omnes conſentiunt, quem inter Scriptores Eccleſiaſticos principem locum hoc tempore tenuiſſe, ejus ſcripta adverſus Lutherum, & Œcolampadium teſtantur, quibus nunquam hæretici reſpondere potuerunt: de quo ſic Reginaldus Polus. *Quem alium habes,* inquit, *Anglia, aut multis ſæculis habuiſti, quem doctrina, & in illo Epiſcopi munere fungendo cura, ac ſedulitate cum Roffenſi comparares? de quo ita gloriari potes, ut ne apud exteras quidem nationes, ſi omnes Chriſtiani nominis provinciæ hoc noſtro ſæculo perluſtrarentur,*

Reginald. Polus 3. de unione eccleſ.

338.

Eximias virtutes Roffenſis Reginaldus Polus & alii reſtatas reliquerunt.

poſſet facile reperire, qui ita omnes Epiſcopi partes ac numeros impleret. Conſule, ſi forte de hoc dubitas, mercatores tuos, qui ad multas, & longinquas provincias navigarunt; conſule Oratores tuos, qui exteras nationes adierunt, & dicant tibi, audiverintne de ullo tali Epiſcopo, qui eam gregis ſui curam haberet, ut nunquam ab ejus cuſtodia diſcederet, qui verbo eum, & vitæ exemplo ſemper paſceret, & facultatibus juvaret, in cujus vitam nihil umquam, ne temere quidem objectum eſſet, in quo ſemper egregia quædam laus eminuiſſet, cum ſanctitatis, & doctrinæ, tum in patriam pietatis, cujus quidem præter alia multa, hoc etiam præclarum ſane teſtimonium habes, quod cum omnium ordinum, atque ætatum, præcipue vero juventutis Anglicæ ſummam curam, & ſolicitudinem ſemper habuiſſet, illud etiam effecit ſtudio ſuo, & gratia, qua apud ſanctiſſimam fœminam Regis aviam

Sander. l. 2.

[ea erat Margareta, cui Fiſcherus a confeſſionibus erat] plurimum valebat, ut duo celeberrima Gymnaſia extruerentur, in quibus ſtudio adoleſcentes poſſent literis, & moribus rectis inſtitui, ut jure optimo pater haberetur omnium, qui virtuti, & literis operam darent; cum illis cura, ſolicitudine, opera, omnia parentis officia ſemper præſtaret; idem vero celebratiſſimæ Academiæ Cantabrigenſis tutor fuit, Cancellarium enim elegerunt, quo in munere omnium illic Philoſophantium cura continetur. Dediſſe etiam operam, ut duæ ſcholæ Theologiæ altera Cantabrigiæ, altera Oxonii inſtituerentur, ac præterea illius cura, & ſolicitudine in Academiis

6. lib. 16.

linguarum Profeſſores peritiſſimos aſcitos fuiſſe refert Sanderus. Cæterum a terrenarum rerum amore adeo divulſum fuiſſe, ut cum tenuiora eſſent vectigalia Roffenſis Eccleſiæ, oblatum a Rege opulentiorem Epiſcopatum reſpuerit, dictitans, nolle priorem Sponſam cum ditiore commutare; *adjiciens ſe perbeatum futurum, ſi de hoc ſaltem minuto concredito grege, deque non adeo inde magnis acceptis emolumentis in die Domini recte reſpondere poſſit, cum, & de bene curatis animis, & de recte aupenſis pecuniis, tunc reddenda ſit ratio exactior quam mortales fore putent, aut curent.* Rexerat Roffenſem Eccleſiam triginta tribus annis in continuis vigiliis, laboribus, jejuniis, eleemoſynis, omnibuſque Epiſcopo dignis operibus, ac tantæ charitatis explicarat exempla, ut recurrentibus celebriorum jejuniorum diebus, ac ſingulis fere ſextis feriis, ipſe non ſolum carceres, & publica xenodochia viſitaret, ſed omnium in civitate pauperum, ægrotorum, ac quovis modo afflictorum privatas ædes luſtraret, ac conſilio juvaret, verbis conſolatoriis recrearet, pecunia etiam, ſi opus foret, levaret.

Ut pauperem retineret Eccleſiam Roffenſis, oblatam pinguiorem reſpuit.

Non prætermittendum etiam viſum eſt, magnum hunc Præſulem corpus ciliciis, flagelliſque macerare ſolitum, & quo die Tyranni imperio a forenſi ſatellitio captus eſt, avidos pecuniæ adminiſtros omnes illius arculas diligentiſſime excuſſiſſe: ſed omnes illius nummos pauperum manibus cœlo conditos ſuſpexiſſe; tandemque incidiſſe in ciſtam laminis ferreis loricatam, variiſque ſeris, & peſſulis munitam, hanc mox latentium gemmarum, & auri ſpe incenſos perfregiſſe; ſed ibi tantum cilicium, horrens flagellum, ac cætera voluntariæ pro Chriſto macerationis inſtrumenta reperiſſe, ac nonnullos nummulos, quos pauperibus poſt diverberatam carnem erogare conſueverat.

Audita Roffenſis morte, quid dixerit Thomas Morus.

Quo die ad mortem ductus eſt, factus de ea re certior Thomas Morus, Regii olim Scrinii Magiſter, ac ſummus Juſtitiæ Præfectus, quo munere ſponte ſe abdicarat, cum iniquos Regis motus continere non poſſet, ac pietatis catholicæ defenſæ odio in carcerem conditus eſſet, ſumma mortis cupiditate exarſit; metuens tamen ne tanta gloria excideret, ad Deum converſus in has pias voces erupit: *Confiteor tibi Domine, quod tantam gloriam non ſum meritus, non ſum ego juſtus, & ſanctus, ſicut Roffenſis tuus, quem de univerſo Regno iſto, tibi ſecundum cor tuum elegiſti; ſed tamen ſi fieri poteſt, particeps Domine fiam calicis tui.*

X. Afflictus Pontifex ob perſecutionem Anglicam in catholicos.

Cum Pontifex Paulus indignam Cardinalis Roffenſis cædem, Mori vincula, lanienam in Carthuſianos, & alios probitate præſtantiſſimos ab Henrico imperatam accepiſſet, ex perſequutione Eccleſiæ Anglicanæ, hæreſeoſque graſſatione graviſſimum dolorem traxit, ac de impii facinoris atrocitate ita in literis ad Regem Scotiæ ſcripſit: *In hac re Henricus ſimilem ſe eſſe voluit, tum ſui, qui multos alios ſimili ex cauſa necavit, tum Henrici Secundi progenitoris ſui, cujus odio, & perſecutione B. Martyr Thomas Epiſcopus Cantuarienſis occubuit; nec tamen hic Henricus illius impietatem retulit, verum etiam longe ſuperavit; Ille enim unum, hic multo plures; ille unius, & particularis, hic univerſalis Eccleſiæ jura tuentem; ille Archiepiſcopum, hic etiam Epiſcopum, S. R. E. Cardinalem neci tradidit; ille illum exilio extruſit, iſte hunc diutiſſimo carcere maceravit; ille percuſſores immiſit, iſte carnifices; ille violenta tantum morte, iſte etiam turpi ſupplicio ſanctum Domini affecit; ille denique*

Paul. III. lib. brev. an. 1. p. 339. Regi Scotiæ ſcribit.

que purgare ſe Alexandro III. conatus, culpam in alios rejecit, pœnitentiam ſibi a Romano Pontifice impoſitam humiliter ſuſcepit, hic obſtinatiſſimo animo factum ſceleratum tuetur, non ſolum non ductus pœnitentia, verum pervicax, & rebellis, hoſtiſque factus, non quia unquam læſus a Romana Eccleſia, a qua etiam titulo Defenſoris fidei decoratus eſt, quem ipſe titulum ingratiſſime ad offenſionem fidei retorſit, eamque multipliciter læſit, atque acerrime &c.

XI. Paulus etiam decrevit legibus agere, ad deturbandum regno Tyrannum, Catholicoſque Reges in eum concitandos, itaque Carolum V. Imperatorem, qui Clementem VII. importunis hortatibus ad ſententiam contra Henricum, & in favorem Catharinæ ferendam, urſerat, maximaque ab Henrico affectus erat injuria, ſolicitavit, ut confecto Africano bello, victricia arma contra Anglum converteret, eique ſubjectas literas ſcripſit.

Cæſari.

Paul. III. lib. brev. an. 5. p. 569. Solicitatus Cæſar ad ulciſcendam Card. Roffenſis cædem.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem &c. Etſi in tanta rerum mole, quantam nunc Majeſtas tua pro Dei Omnipotentis honore, & totius Chriſtianitatis ſalute ſuſtinet, nollemus quidquam ei ſignificare, quod ſceleris atrocitate pium, & tantis implicitum curis animum Majeſtatis tuæ perturbaret. Tamen cogit nos Henrici Angliæ Regis inaudita impietas, & efferata crudelitas, ut indignam necem bonæ memoriæ Joannis Epiſcopi, & Cardinalis Roffenſis, nuper juſſu Henrici perpetratam, quamvis aliunde tuæ Majeſtati ſignificandam, nos quoque ipſi noſtris literis ſignificemus, & ad executionem neceſſariæ juſtitiæ, qua contra eum uti intendimus, opem tuæ Majeſtatis, cæterorumque Chriſtianorum Principum imploremus.

Expoſita Henrici ſcelera.

Etenim, cum ipſe Henricus ſeparata a ſe impie atque injuſte chariſſima in Chriſto filia noſtra Catharina Angliæ Regina matertera tua, cum qua matrimonium, mediante Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, contraxerat, & per viginti amplius annos continuaverat, prolemque ex ea ſuſceperat [vivente ipſa Catharina] Annam adulteram propria authoritate duxiſſet, & ad velandum ſuum facinus, matrimonii cum ipſa Catherina validitatem, & Apoſtolicæ Sedis poteſtatem negaſſet, Eccleſiamque Anglicanam, & Regnum illud Apoſtolicæ Sedis tributarium ab ejuſdem Sedis obedientia ſubtraxiſſet, ſeque in hæreticorum numerum multipliciter retuliſſet, multaque alia indigna, & impia, quæ ſuo tempore diſtinctius referentur, commiſiſſet: cum hæc idem Joannes Epiſcopus [ut erat ſumma probitate, & doctrina vir] vehementer improbaret, ſcripſiſque veritatem, & poteſtatem Eccleſiæ aſſereret, ab ipſo Henrico in carcerem conjectus, ac fere biennio maceratus eſt: cum vero nos in proxima, quam habuimus creatione Cardinalium, ipſum Roffenſem moti ſanctitate, & doctrina hominis, in Cardinalium numerum retuliſſemus, rati eum honorem, in quo illud etiam Regnum ornabamus, ad ſalutem, non autem ad perniciem optimi præſulis valiturum, cum illa dignitas ſemper habita fuerit ſacroſancta, ecce ſubito idem Henricus [quod non ſine maximo dolore referimus] ipſum Roffenſem ſanctitate conſpicuum, doctrina celebrem, ætate venerabilem, illius Regni, ac totius ubique Cleri decus, & ornamentum, ultimo ſupplicio per carnificem more noxiorum, ac ſontium publice affici fecit: multos quoque alios Clericos, & Religioſos eandem ob cauſam partim ſupplicio affecit, partim affecturus pro certo habetur, inter quos Thomam Morum, non quidem Clericum, ſed Laicum, doctrina tamen literarum ſacrarum excellentem, & veritatem aſſerere auſum, connumerant: ex quibus, & aliis, quæ hoc toto triennio accumulavit, ſceleribus, ut ejus dedecora breviter recenſeamus, hæreticus, ſchiſmaticus, adulter notorius, homicida, ſacrilegus, rebellis, læſor majeſtatis, multorumque aliorum criminum reus effectus eſt, ac ſe ipſe illo Regno, & Regia dignitate privavit; ita ut ſola declaratio privationis adverſus eum ſuperſit, quæ tamen ob notorietatem præmiſſorum neceſſaria non eſſet, ad quam una cum venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus omnino procedere intendimus.

Impia ejuſdem tyrannis in catholicis trucidandis.

Quamobrem, Fili chariſſime, ad te, qui advocatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſummuſque Chriſtianorum Regum es, contrariaſque Henrici vitiis virtutes ad ornamentum Cæſareæ, & Regiæ ſublimitatis aggregaſti, noſtro, & Sanctæ Apoſtolicæ Sedis nomine confugimus, tuam operam, patrocinium, favorem implorantes, ut quod juſtitia mediante contra Henricum decernemus, tui brachii auxilio exequi, noſtraſque, & Eccleſiæ publicas, quibus gravius, quam tuis propriis offenſum te fuiſſe non ambigimus, injurias ulciſci velis, nec permittas juſtitiam, religionem, pietatem tuam indigne conculcari. Sed cum hæc ipſa copioſius, & particularius Nuntius apud te noſter explicaturus tuæ Majeſtati ſit, ad ejus ſermonem nos referimus; tantum Deum Omnipotentem ſuppliciter oravimus, ut Majeſtati tuæ pro ejus ſancta fide, & honore, univerſalique omnium Chriſtianorum ſalute, nunc in Africa dimicanti optatos ſucceſſus concedat ad commune bonum totius

Rogatus Cæſar, ut Pontificia decreta operi mandanda adverſus Henricum ſuſcipiat.

tius

tius Chriſtianitatis, & perpetuam gloriam
Bloſ.
nominis tui. Datum Romæ apud S. Marcum XXVI. *Julii MDXXXV. anno 1.*

XII. Eodem argumento ſcriptis literis Ferdinandum Romanorum, Hugariæ, Bohemiæque Regem hortatus eſt, ut adverſus Henricum, una cum Germaniæ Principibus conſurgeret, Eccleſiæque, & familiæ ſuæ injurias vindicaret. Poloniæ etiam Regem, qui pro aſſerendo fidei catholicæ ſplendore, eximiam virtutem explicuerat, excitavit, ut cauſam Eccleſiæ pro repetenda juſtitia Polonicis armis fulciret: *Tu* [*inquit*] *cum Principibus cæteris, quorum opem pariter advocavimus, executioni juſtitiæ faveas, ſicut ſperamus, te pro optimo Principis officio, defenſioniſque ſanctæ Eccleſiæ, & aſſertione Catholicæ fidei, pro qua tot, & tanta geſſiſti, eſſe facturum.*

Paulus III. l. 1. brev. pag. 382.

Pag. 329.

Certior pariter factus eſt Luſitaniæ Rex de ingentibus Henrici flagitiis, rogatuſque a Pontifice, ne Eccleſiæ tot injuriis affectæ, & periclitanti in Anglia fidei deeſſet.

XIII. Poterant facilius Henricum redigere ad officium Galliæ, & Scotiæ Reges, & quidem Scotus, (cui graviſſima ex Angliæ Regis impietate, hæreſeoſque in Anglia graſſatione impendebant diſcrimina) ad plectendam Henrici væſaniam inclinabat. Franciſcus vero Gallorum Rex, qui ob geſta cum Carolo V. bella, Henrico fœdere conjunctiſſimus fuerat, atque hactenus concordiæ illum inter, & Eccleſiam interpretem egerat, haud facile ab ejus conjunctione propter cauſas politicas diſceſſurus videbatur, licet Henrici impietatem execraretur, atque ab eo ad defectionem a Romana Eccleſia ſæpius ſolicitatus, a Chriſtianiſſimi Regis officio nunquam deflectere conſtituiſſet, propoſitaque ab Henrico terrena commoda ſpreviſſet. Illi igitur Pontifex indigniſſimam Cardinalis Roſſenſis cædem expoſuit, tot præſtantium virorum pro fide Catholica lanienam, Religionis catholicæ in Anglia imminens excidium, hæreſeos auctum incendium, impiam Henrici impudentiam, qui illum ab Eccleſiæ gremio divellere pertentarat, tantas Eccleſiæ injurias novis ſemper cumulatas biennii totius flexu: demumque rogavit, ut prædeceſſorum Galliæ Regum, qui ſemper laboranti Eccleſiæ ſuccurrere conſueverant, exemplo, ad juſtitiam ab Henrico repetendam, cum de ea re poſtularetur, conſurgeret. Statuit enim pro munere pontificio promulgare Henricum Regio jure ob hæreſim, & ſchiſma, & alia flagitia immaniſſima excidiſſe: uti ſequentes oſtendunt Pontificiæ literæ, ad eum hoc anno tranſmiſſæ.

Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime in Chriſto Fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum expectaremus in dies audire liberationem bonæ memoriæ Joannis Cardinalis Roſſenſis, quod illam, & Majeſtati tuæ inſtantiſſime commendaveramus, & a tua excellenti probitate, ac cum Henrico Angliæ Rege authoritate nobis promiſeramus; ecce ſubito atroci nuntio perculſi ſumus, dictum Cardinalem ultimo ſupplicio ab ipſo Henrico, a quo diu in vinculis habitus erat, fuiſſe affectum. Nec dubitamus, quin tua Majeſtas, quæ pro ſua, majorumque ſuorum inclyta pietate, & charitate, opem pro liberatione dicti Cardinalis alacrem, ut confidimus [*licet irritam*] *præſtitit, tantam ſceleris atrocitatem dolenter, & graviſſime tulerit; cum interceſſio tua non ſolum liberationem non obtinuerit, ſed etiam mortem dicti Cardinalis maturaſſe videatur. Nos vero, Fili, & hæc Sancta Sedes quid primum in tanto univerſalis Eccleſiæ vulnere deplorabimus? innocentiamne, & ſanctitatem illius viri, an celebrem, & toto orbe diffuſam pro fide catholica doctrinam? an Epiſcopalem, & Cardineam ſimul dignitatem eodem gladii ictu violatam? an genus, & cauſam mortis? genus quidem ipſum crudele, & noxiis, ac ſceleratis debitum, ſanctiſſimo viro inflictum? omnia hæc quidem nobis maxime deflenda, ſed cauſa mortis gravius deploranda eſt. Siquidem pro Deo, pro Catholica Religione, pro juſtitia, pro veritate vir ſanctiſſimus occubuit; cum non ſolum unius tantum, & particularis jura, ut olim Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſed univerſalis Eccleſiæ tueretur. Itaque Henricus in hoc impietatis genere ſuos Majores non ſolum retulit, verum etiam ex cauſæ gravitate, & perſonæ dignitate ſuperavit; atque ad tot, & tanta ſuæ animæ vulnera, hoc poſtremum, & atrociſſimum adjecit: quandoquidem non contentus, cenſurarum a Clemente VII. Prædeceſſore noſtro in eum inflictarum contemptu, biennalique in iis inſordeſcentia, non item adulterio notorio, & ſcandalum in tota Eccleſia publice generante, non tot Clericorum, & Religioſorum ſacrilega cæde, non hæreſi, ac ſchiſmate, avulſioneque ſui Regni ab univerſali Eccleſia, non ſubtractione ejuſdem Regni ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, cui illud tributarium eſt; noviſſime hunc Sanctiſſimum Præſulem a Nobis ob doctrinam, & ſanctitatem in Cardinalium numerum relatum, pertentato prius illius animo, an ſe retenere, & veritati contradicere velles; demum conſtantem, & in pio propoſito uſque ad ultimum perſiſtentem per carnificis mini-*

ſte-

Paul. III. lib. brev. an. 1. p. 610.

Joannes Roffenſis Card. ultimo ſupplicio affectus.

Rei indignitas Gallo Regi propoſita.

Infanda Henrici Regis flagitia.

Digitized by Google

ſterium, & turpe genus mortis publice necari juſſit, nece etiam citius accelerata, & libentius inflicta, quod cum a nobis Cardinalem factum audiverat, crimen læſæ Majeſtatis præter multa alia crimina multipliciter committendo, pœnas in tales a jure inflictas, præſertim privationis, ipſo facto incurrendo. Nec vero dubitavit quædam alia adiicere his, quæ commemoravimus, non leviora; non enim ignoramus, quod ille nuper in proximo Caleſii conventu cum tuis tentaverit, illa quidem ad univerſalem tendentia perniciem, ac prorſus indigna, quæ a te optimo, & pientiſſimo Rege peterentur, cujus inclytam pietatem Henricus teterrimis conſiliis, fœdare tunc non erubuit! Quibus a te merito repulſis, ſicut egregiam tuam pietatem, ita peſſimam illius voluntatem deprehendimus.

In Caleſienſi colloquio tentavit Gallum ab Eccleſiæ obſequio abducere.

Itaque cum ſicut Majeſtati tuæ notiſſimum eſt, hoc toto triennio, & ultra hæc Sancta Sedes, tuæ quidem in primis reſpectu Majeſtatis, tum deinde ſpe reſipiſcentiæ ipſius Henrici, tot, & tanta ab eo patientiſſime toleraverit, nihilque ſe profeciſſe videat, aut profecturam amplius ſperet, cum veteres perferendo novas ſemper injurias cumulaverit, jamque Dei pene voce, omniſque juris, omniumque hominum clamore ad vindictam excitetur; nos maximo quidem cum dolore animi noſtri, ſed tamen extrema neceſſitate compulſi, ad ea remedia cum venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, id ipſum nobis unanimiter ſuadentibus, venire decrevimus, quæ jus commune, tam divinum, quam humanum nobis injungit; ut ſcilicet eundem Henricum, qui prius per rebellionem, per hæreſim, & ſchiſma, aliaque enormiſſima crimina, noviſſime autem per indignam cædem S. R. E. Cardinalis, & tot aliorum Clericorum, & Religioſorum Regno ſe, ac Regia dignitate privavit, privatum declaremus. Quamobrem pro certo habentes, hæc tuæ Majeſtati, ut Chriſtianiſſimo Principi, & Henrico diſſimillimo, vehementer diſplicuiſſe, ac diſplicere, nec dubitantes, quin majorem Dei, & Eccleſiæ, tuique officii rationem, quam ipſius Henrici non jam Regis, ſed Regium nomen prorſus dedecorantis, tuaque conjunctione indigni, habiturus ſis. Ad te ſuum chariſſimum in Chriſto filium Sancta Romana Eccleſia confugit, ſolita ſemper ad tuos Prædeceſſores in oppreſſionibus ſuis confugere; tuamque pietatem, benevolentiam, amorem ſtudioſe implorat, ac rogat, ut hanc noſtri officii neceſſitatem non ſolum æquanimiter ferre velis, verum memor, quod tui majores pro Sancta Romana Eccleſia olim egerint, quantiſque exercitibus injurias ejus ulti ſint; juſtitiam, cum tempus erit, cumque a nobis requireris contra dictum Henricum exequaris, ſicut in tua bonitate ſperamus. Sed cum hæc ſcribi fecerimus Venerabili Fratri Epiſcopo Faventino Nuntio apud te noſtro, ut ea tuæ Majeſtati particularius referret, & explicaret, ad ejus ſermonem nos referentes, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ dignitatem, & divini honoris conſervationem, quæ maxime in hoc facto vertitur, tuæ Majeſtati enixe commendamus. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die XXVI. julii MDXXXV. pontificatus noſtri anno 1.

Eccleſiæ in tolerando Henrico illuſa benignitas.

Deliberat Paulus declarare Henricum jure Regio privatum.

Sollicitatur Gallus ut Eccleſiæ injurias vindicet.

XIV. Non modo in Colloquio prædicto, ut vidimus in Pontificiis literis, verum etiam Oratorum opera Franciſcum Regem ab Henrico pertentatum, ut ipſius exemplo, Pontificis obſequio, ſe ſubduceret, teſtatur Reginaldus Polus Henricum Regem his verbis objurgans. *Eum per Oratores ſolicitare inſtitiſti, ut ad diſſolvendam Eccleſiæ concordiam tecum conſpiraret. Sed qui poterat, niſi plurimum a ſeſe diſſentire vellet, nec ſolum a ſeipſo, & ſua perpetua conſuetudine, ſed a veteri omnium Galliæ Regum præclariſſimo ſane, & glorioſiſſimo inſtituto? ii enim quaſi has præcipuas partes in Republica Chriſtiana divinitus ſibi datas haberent, ut Eccleſiæ Capitis jus defendendo univerſæ Eccleſiæ corpori maxime conſulerent; ita ſemper in Pontificis Romani authoritate defendenda maxime in Eccleſia inter reliquos Principes enituerat; ut merito non ſolum hæreditarium cognomen Chriſtianiſſimi quiſque eorum, ſed ab ſe partum obtineret. Cum igitur ab eo nunc contendis, ut tecum Romani Pontificis authoritatem oppugnet, quid aliud petis, niſi ut tibi ſua præcipua, Majorumque ſuorum ornamenta condonet, ut ipſe a ſe deſciſcat, & quod Majores ejus elogium pepererunt, ipſe autem ſanctiſſime adhuc conſervavit, nunc denique in gratiam tuam perdat, ac deſerat? quales tandem hæ ſunt preces? qualem animum indicant? amicumne, an hoſtilem? at certe minus hoſtilem in ipſum animum præ te ferebas, cum armatus de jure Franciæ Regni contendebas, cum Regis nomen illi eripere, ac tibi aſſerere conabaris, quam nunc facis, dum inſtas, ut pulcherrimum nomen, quod jam in cœlo ſcriptum eſt, ipſe per ſummum dedecus jam amittat: nec enim certe par jactura eſſet, Regis Franciæ nomine per vim ſpoliari, & Chriſtianiſſimi per turpiſſimam culpam amittere; illo enim nomine Regni tantummodo terreſtris, hoc autem cœleſtis, & ſempiterni hæres ſignificatur, atque hoc quandiu defendet. Deus ipſi in altero tuendo nunquam deerit.* (Et pau-

Reginaldus Polus l. 3. de unione Eccleſ. pag. 375.

Henricus Franciſcum Galliæ Regem hortatur, ut a Pontifice deficiat.

paulo infra,) *Sed ſi nihil aliud, nonne tibi omnem ſpem aliquid ab eo impetrandi contra Eccleſiæ conſuetudinem præcidere debebat vox illa ipſius Regis Franciſci, qua nulla unquam majori plauſu a Chriſtiano populo eſt excepta cum hoc tuis Oratoribus, qui ad res in Eccleſia novandas amicitiæ jure opem ejus, & auxilium implorabant, reſpondit, aliis omnibus in rebus ſe tibi amici, & fratris officium præſtaturum, in iis, quæ contra Religionem fierent, obſequi, nec velle, nec poſſe; denique uſque ad aras conſtantiſſimum ſe tibi amicum fore. O vocem dignam eo, qui non ſolum nomine, ac titulo, ſed re ipſa Chriſtianiſſimus erat, ut ſi Majores ejus nunquam antea habuiſſent, nunc certe optimo jure decerni illi, ac tribui deberet. Qua enim re alia magis, quam tali reſponſo animum vere Chriſtianiſſimum declarare potuiſſet? quam tenui ergo ad eum ſpe rogo acceſſiſti? quam bona ſpe quiſquis alius ad eundem accederet, qui ut Pontificis partes defenderet, poſtulatum veniret?*

XV. Ruebat interea in graviora flagitia Henricus, ac in Thomam Morum, de cujus vinculis conqueſtum Pontificem apud Cæſarem, & Reges audivimus, immanitatis virus recentiſſime effuderat. Præfuerat dicundo juri, & obſignandis Regiis literis vir ille doctrina ſingularis, & pietate, ac ingenio florentiſſimus, ac olim Regi chariſſimus, dum Henricus cum Romana Eccleſia ſenſit: abierat vero ſponte munere, ne Henrici impietati ſerviret, ac diutino carcere maceratus, capitali ſupplicio affectus fuerat; cujus conſtantiam, ut ad impietatem deflecteret, terrenumque Regem cœleſti præferret, acerbiſſime tentatam memorat Sanderus his verbis: *Putabant illum filii hujus ſæculi mortem timere, & ideo ut Regi obediret adduci poſſe. Venerunt ad eum hac de cauſa multi Principes viri; ſed cum nihil proficerent, ad poſtremum uxori Aloyſiæ mandatum eſt negotium, ut viro ſuaderet, ne ipſam, ne liberos, ne patriam, & vitam, qua diu adhuc frui poſſet, pro derelictis haberet. Cum ergo uxor Mori hæc apud eum occineret; & quamdiu Aloyſia mea* [*inquit Morus*] *potero hac vita frui? Tum illa, totis viginti annis. Cui vir: ſi Deus voluerit. Vis ergo* [*ait Morus*] *ut æternitatem viginti annis commutem? Næ tu imperita es mercatrix mea uxor; nam ſi annorum viginti millia diceres, aliquid tu quidem diceres, ſed tamen ad æternitatem quid eſſent? Itaque cum Morus de ſententia dimoveri non poſſet, ablati ſunt ei omnes libri tanquam inſtrumenta, quæ illum ab amore ſæculi abductum, & æternæ vitæ deſiderio inflammabant: atramentum quoque, & calamos abſtulerunt, ne cum ullo in poſterum literarum haberet commercia: tunc ille feneſtris cubiculi perpetuo clauſis, nihil aliud, quam Deo, & ſanctis meditationibus vacabat. Porro cum carceris cuſtos ab eo quæreret quid ita in tenebris ſederet? Quid* [*inquit*] *facerem? nonne ſublatis mercibus claudenda eſt officina? Merces ſuas dixit libros ſuos: ac vere quidem officinam aperuit Morus, in qua propoſuit omnia ſua venalia, ut pretii loco Cœlum acciperet: ſcripſit in carcere duos elegantiſſimos libros unum idiomate Anglicano, quem inſcripſit, De ſolatio in tribulatione; alterum Latine, De paſſione Chriſti* perficere illum non potuit, quod ei manicæ injectæ fuiſſent, libertaſque ſcribendi adempta, cum ad eum textum perveniſſet: *Et injecerunt manum in Jeſum*: perductus vero in judicium meditato conſilio, ita reſpondit, ut neque fidem negaret, neque mortis periculo temere ſe offerret, ad illud enim unum caput totius accuſationis, quo arguebatur, ab eo non approbari novum conſilii regii decretum: *Ita reſpondit, ut diceret eam legem, qualiſcumque eſſet, poſtea eſſe latam, quam ipſe perpetui carceris, in* 309. *quo reliquum vitæ degeret, pœna, & fortunarum omnium proſcriptione affectus eſſet: itaque ſive illa juſta, ſive injuſta ſeu eſſet, nihil eam ad ſe pertinere, qui & occidiſſe civiliter, ut jura dicunt, videretur.* Ea ille moderatione uſus eſt, ne paratiſſimis ad nefas animis occaſionem ſæviendi daret; licet enim ſubeundæ mortis cupidiſſimus eſſet, tamen cum ſciret, illud Dei donum eſſe, dubitabat, ut ſæpius dictitabat, num Deus ea illum ſingulari gratia ornaturus eſſet. Poſtremo accuſatus eſt, quod ſcriptis e carcere literis Roffenſem ad conſtantiam contra comitiorum decretum animaſſet; ideoque ab impiis decretoria mortis ſententia lata eſt, ac tum ſententiam ſuam patefecit de ea lege, qua Rex Eccleſiæ caput fuerat conſtitutus: *ne enim Anglia* 320. *imprudens, & ignara* (inquit Reginaldus) *peſtiferæ contra ſeipſum legi ſuffragaretur, ita locutus eſt, ut cum legibus eam divinis, & humanis omnibus pugnare diceret, magiſque pernicioſam iis, qui ipſi aſſentirentur fore denuntiaret, quam ſibi fuiſſet, qui quia diſſenſiſſe argueretur, capitali ſententia affectus eſſet.* Addidit ſe toto ſeptennio diligentiſſime incubuiſſe ad indagandam originem authoritatis Pontificiæ, de qua motæ erant controverſiæ, ac deprehendiſſe poteſtatem Romani Pontificis, quam ipſi temere abrogarant: *non modo legitimam, laudabilem, & neceſſa-*

Conſtantia Thomæ Mori in fide catholica ſervanda, & inſigne reſponſum uxori datum. *Sander. l.* 1. 138.

Reginaldus Polus.

Sanderus.

ceſſariam, verum etiam divini juris, & præſcriptionis eſſe. Hæc mea [inquit] aſt ſententia, hæc fides, in qua per Dei gratiam morior. Ad hæc exclamarunt Judices, illum proditorem, & perduellem eſſe, quorum Præſes ita eum compellavit. Ergone tu vir melior, aut ſapientior haberi vis, quam omnes ſimul Epiſcopi, Abbates, reliquique Eccleſiaſtici, quam tota nobilitas, quam cuncti Senatores, quam Concilium integrum, quam univerſum denique Regnum? Ad quæ Morus, Illuſtriſſime Cancellari, pro uno Epiſcopo, quem vos veſtræ opinionis habetis, mihi facile ſunt centum, iique ex illorum numero, qui inter Divos ſunt relati, & pro veſtra nobilitate habeo nobiliorem conſenſum Martyrum, & Confeſſorum; pro unico veſtro Concilio, quod quale extiterit, Deus optime novit, habeo omnia Concilia generalia, annis ab hinc mille celebrata: & pro hoc uno exiguo Regno veſtro, habeo pro me Galliam, Hiſpaniam, Italiam, cæteraque ſpatioſiſſima Chriſtiani Orbis Imperia. His auditis non exiſtimarunt e re fore ut plura hujuſmodi audiente populo loqueretur.

XVI. His addit Reginaldus Polus, illum veluti agnum ad occiſionem exemplo Chriſti ducendum ſe obtuliſſe; oraſſe Deum pro illis, qui injuſtiſſimæ illius mortis erant authores, ut in melius mentem mutarent, quo ex hoc contentionis, & diſſenſionis loco ad æternæ tranquillitatis, & fœlicitatis loca, ad quæ pergebat, pervenire poſſent. Reductus in carcerem uſque ad diem necis, orationi, rerumque divinarum contemplationi ſe totum dedit, & quia atramentum, & calamos abſtulerant adverſarii, chartam ſuffuratus,
Sander. in ea carbone hæc verba ad filiam Margaritam exaravit: *Summo deſiderio erat moriendi, & Deum meum videndi teneor: eſt enim octava Principis Apoſtolorum Petri, & profeſtum Sanctiſſimi Thomæ Martyris [ideſt translatio, quæ 7. die Julii celebratur, ut habetur in Martyrologio Sanctorum Angliæ.] Hic dies, ſi ita viſum*
145. *ſit Chriſto, mihi apprime commodus eſſet; id dixit quia pro Primatus S. Petri confeſſione erat oppetenda mors, & D. Thomæ nomine, & patrocinio peculiari in vita ſemper ſit uſus.*

Perductus eſt pridie nonas Julias ad locum ſupplicii armata lictorum circumdatus manu, quam perrumpens Margarita Mori filia, generoſiſſima mulier tali patre digniſſima, in parentis complexum accurrit: cumque dolor vocem præcluſiſſet, lachrymis, quibus ſinum opplevit, animi affectum oſtendit, tam arcte parentem complexa, ut vix ab eo aliquamdiu divelli poſſet. At ille præſenti animo, ac ſereno vultu, filiam, ſingultus compeſcere, juſſit. *Sic* (inquit) *viſum eſt Deo, & tu jampridem conſcia es arcanorum pectoris mei.* Vix progreſſus erat duodecim paſſus, cum illa tormenta animi, & cruciatus non ferens, iterum rediit eodem impetu, pietate in parentem percita, nec vi majore ægre abſtrahi potuit. Surius in comm.

At Morus pergit Reginaldus nihil de oris conſtantia remittens, filiæ reſpondit, ſe quæcumque pateretur, Dei tamen voluntate pati; illam arcana pectoris ſui noſſe, qua magis gratulari deberet, quod dignus a Deo habitus eſſet, qui pietatis, religioniſque cauſa pateretur, proinde ſuam ipſa pietatem ad Dei voluntatem accommodaret, & maximo tolerantiæ bono in patris caſu uteretur. Præciſum eſt illi ſeptimo Julii caput, quod longa coctione maceratum impiorum juſſu, ut citius diffluеret, ne quod in capite Cardinalis Roffenſis acciderat, huic ſimile contingeret, & populus ea religione turbaretur.

Data ab eo, & aliis documenta proprio exarata ſanguine Anglis, ut in Religione Catholica conſtantiſſimi perſtarent, contra furentem perſequtionis tempeſtatem admonet Reginaldus Polus his verbis: *Quid putas Anglia? an tales viros, quos Deo chariſſimos fuiſſe ipſorum ſanctiſſime acta vita, cum morte conſentiens oſtendit, fruſtra apud te eſſe mortuos? erras profecto, ſi ita putas, & non ſolum Dei providentiam, & in ſuos curam ignoras, ſed etiam tuam maximam utilitatem, honorem, lætitiam ignoras, quæ omnia in horum morte, Deus tibi contulit, & ego, ut agnoſcas, & amplectaris, admonere cupio.* (Et infra.) *Certo certius eſt unam tantum viam eſſe ad fœlicitatem ſine errore conſequendam, ſi nos divinæ voluntati obedientes perſtemus; a qua nullo corporis cruciatu propoſito, nullo quantumvis ſævo mortis genere intentato diſcedere debet, qui fœlicitatem quærit: quæ omnia unico aſpectu miſericordiæ Dei, in illo libro vitæ Author ipſe ſalutis, & fœlicitatis noſtræ e cruce pendens manifeſtavit: ſic placuit Dei miſericordiæ ſuam voluntatem nobis exponere; in ſanguine Filii ſui voluntatem ſuam nobis ſcripſit, in eo omnes noſtræ leges exarantur, in eo voluntas Dei declaratur, & certiſſima ad fœlicitatem via patet, atque hunc eundem modum declarandi nobis voluntatem ſuam eadem miſericordia poſt Chriſti Dei, & hominis mortem per aſſumptionem ad gloriam in reliquis ipſius membris eſt perſequuta; Sanctis inquam, Apoſtolis, & Diſcipulis Chriſti, qui omnes Chriſti membra fuerunt, in quorum ſanguine a Chriſti* XVII. 328.

vulneribus deſluente, ſcripta ſunt quæcumque Chriſti doctrinam continent. Hi vivi libri fuerunt, in quibus docti, & indocti, ſapientes, omne denique hominum genus legere poſſit, quæ eſſet voluntas Dei, quæ vita ad fælicitatem; in his primordia Religionis noſtræ ſunt, per hos Eccleſia plus novit de voluntate Dei, quam per ullos manuſcriptos libros cognoſci poſſit; quæ enim in charta ſcripta ſunt, etſi ab eodem Spiritu ſunt dictata, Spiritu enim Dei, haud dubie, quæ habemus Evangeliſtarum, & Apoſtolorum monumenta in novo Teſtamento, ſunt ſcripta: tamen, ut archetypus majorem ſemper authoritatem habet reliquis omnibus, qui inde deſcripti ſunt libris; ſic qui ſanguine Martyrum perſcripti ſunt libri, aliis omnibus præferendi ſunt. Hi enim archetypi libri fuerunt, in quibus ſolus Dei digitus apparet. In reliquis, quos habemus atramento in charta ſcriptos, manus hominum apparet: quæ etſi manum Dei ſequens errare non poteſt, tamen minus habet dignitatis, pluribus autem caſibus eſt ſubjecta; depravari enim perverſa ratione, & interpretatione hominum poſſunt, atque in plures formas fingi, cum illi, qui ſanguine Martyrum ſcribuntur, adulterari non poſſint. Et hi quidem ſemper in Eccleſiæ Chartophylacio incorrupti aſſervantur, per quos Eccleſia rerum divinarum cognitione maxime crevit: poſt ſequuti ſunt alii quoque plures modi, quibus optimus Deus nobis voluntatem ſuam aſſidue declararet.

XVIII. Dum ita in pios viros Henricus Rex fureret, Paulus III. Pontifex, cum jam Cæſarem, Regeſque Catholicos conſilii ſui feciſſet certiores, ad frangendam Henrici proterviam, vel ad eum Eccleſiaſticæ ſeveritatis terrore ad ſaniorem mentem revocandum, ex accepto a Chriſto in Eccleſiam univerſalem ſupremo Imperio, Henricum, ſubiecta ſententia perculit, quæ juſtum illi timorem incutere poterat, ut a populo Anglico deſtitutus, principum fœderatorum armis e Regio ſolio deturbaretur..

Surius Ex tom. in Bull. conſtitut. 7.

Pauli ſententia in Henricum Regem Angliæ.

Ad futuram rei memoriam, &c.

Cum ſuperioribus diebus nobis relatum fuiſſet, quod Henricus Angliæ Rex, licet tempore Pontificatus fælicis recordationis Leonis Papæ X. Prædeceſſoris Noſtri, diverſorum Hæreticorum errores ſæpe ab Apoſtolica Sede, & Sacris Conciliis præteritis temporibus damnatos, & noviſſime noſtra ætate per perditionis alumnum Lutherum ſuſcitatos, & innovatos zelo Catholicæ Fidei, & erga dictam Sedem devotionis fervore inductus, non minus docte, quam pie per quemdam librum per eum deſuper compoſitum, & eidem Leoni Prædeceſſori, ut eum examinaret, & approbaret, oblatum, confutaſſet, ob quod ab eodem Leone Prædeceſſore, ultra dicti libri cum magna ipſius Henrici laude, & commendatione, approbationem, titulum Defenſoris Fidei reportavit, a recta fide, nunc ab Apoſtolico tramite devians, ac propriæ ſalutis famæ, & honoris immemor; poſtquam chariſſima in Chriſto filia noſtra Catharina Angliæ Regina, ex Illuſtriſſima progenie conjuge, cum qua publice in facie Eccleſiæ matrimonium contraxerat, & per plures annos continuaverat, ac ex qua dicto conſtante matrimonio prolem pluries ſuſceperat [nulla legitima ſubſiſtente cauſa, & contra Eccleſiæ prohibitionem] dimiſſa, cum quadam Anna Bolena muliere Anglica, [dicta Catharina adhuc vivente,] de facto matrimonium contraxerat, ad deteriora proſiliens, quaſdam leges, ſeu generales Conſtitutiones edere non erubuit; per quas, ſubditos ſuos ad quoſdam hæreticos, & ſchiſmaticos articulos tenendos, inter quos, & hoc erat, quod Romanus Pontifex Caput Eccleſiæ, & Chriſti Vicarius non erat, & quod ipſe in Anglica Eccleſia ſupremum caput exiſtebat, ſub gravibus etiam mortis pœnis cogebat: & his non contentus, Diabolo ſacrilegii crimen ſuadente, quamplures Prælatos, etiam Epiſcopos, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, etiam Regulares, necnon & ſæculares ſibi ut hæretico, & ſchiſmatico adhærere, ac articulos prædictos Sanctorum Patrum Decretis, & ſacrorum Conciliorum ſtatutis, immo etiam ipſi Evangelicæ veritati contrarios, tamquam tales alias damnatos, approbare; & ſequi nolentes, & intrepide recuſantes, capi, & carceribus mancipari. Hiſque ſimiliter non contentus mala malis accumulando bonæ memoriæ Joannem tit. S. Vitalis presbyterum Cardinalem Roffenſem, quem ob fidei conſtantiam, & vitæ ſanctimoniam, ad Cardinalatus dignitatem promoveramus, cum dictis hæreſibus, & erroribus conſentire nollet, ſupplicio tradi, & decollari mandaverat, & fecerat, excommunicationis, & anathematis, aliaſque graviſſimas ſententias, cenſuras, & pœnas in literis, ac conſtitutionibus recolendæ memoriæ Honorii III. Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum deſuper editis contentas, & alias tales a jure latas damnabiliter incurrendo, ac Regno Angliæ, & dominiis, quæ tenebat, necnon Regalis faſtigii celſitudine, ac præfati tituli prærogativa, & honore ſe indignum reddendo. Nos licet ex eo, quod, prout non ignorabamus, idem Henricus Rex in certis cenſuris Eccleſiaſticis, quibus a piæ memoriæ Clemente Papa VII.

Papa VII. etiam prædeceſſore noſtro, poſtquam humaniſſimis literis, & paternis exhortationibus, multiſque Nuntiis, & mediis primo, & poſtremo etiam judicialiter, ut præfatam Annam a ſe dimitteret, & ad prædictæ Catharinæ ſuæ veræ conjugis conſortium rediret, fruſtra monitus fuerat, innodatus extiterat [Pharaonis duritiam imitando] per longum tempus in clavium contemptum inſorduerat, & inſordeſcebat, quod ut ad cor rediret, vix ſperare poſſe videremus : ob paternam tamen charitatem, qua in minoribus conſtituti, donec in obedientia, & reverentia Sedis prædictæ permanſit, eum proſequuti fueramus ; utque clarius videre poſſemus, an clamor, qui ad nos delatus fuerat, [quem certe etiam ipſius Henrici Regis reſpectu falſum eſſe deſiderabamus] verus eſſet, ſtatuimus, ab ulteriori contra ipſum Henricum Regem proceſſu ad tempus abſtinendo, hujus rei veritatem diligentius indagare. Cum autem debitis diligentiis deſuper factis clamorem ad nos, ut præfertur, delatum verum eſſe ; ſimulque [quod dolenter referimus] dictum Henricum Regem, ita in profundum malorum deſcendiſſe, ut de ejus reſipiſcentia nulla penitus videatur ſpes haberi poſſe reperimus : nos attendentes veteri lege crimine adulteris notatum lapidari mandatum, ac auctores Schiſmatis hiatu terræ abſorptos, eorumque ſequaces cœleſti igne conſumptos, Elymamque Magum viis Domini reſiſtentem per Apoſtolum æterna cæcitate damnatum fuiſſe ; volenteſque ne in diſtricto examine, ipſius Henrici Regis, & ſubditorum ſuorum, quos ſecum in perditionem trahere videmus, animarum ratio a nobis expoſcatur quantum nobis ex alto conceditur, providere contra Henricum Regem, ejuſque complices fautores, adhærentes, & ſequaces, & in præmiſſis quomodolibet culpabiles, contra quos ex eo quod exceſſus, & delicta prædicta adeo manifeſta ſunt, & notoria, ut nulla poſſint tergiverſatione cælari, abſque ulteriori mora ad executionem procedere poſſemus, benignius agendo decrevimus infraſcripto modo procedere.

Habita, itaque ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum conſilio, & aſſenſu præfatum Henricum Regem, ejuſque complices, & fautores, adhærentes, conſultores, & ſequaces ac quoſcumque alios in præmiſſis, ſeu eorum aliquo quoquomodo culpabiles, tam Laicos, quam Clericos, etiam Regulares, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & excellentiæ exiſtant [quorum nomina, & cognomina, ac ſi præſentibus insererentur, pro ſufficienter expreſſis haberi volumus] per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, hortamur, & requirimus in Domino, quatenus Henricus Rex a prædictis erroribus prorſus abſtineat ; & conſtitutiones, ſeu leges prædictas, ſicut de facto eas fecit, revocet, caſſet, & annullet ; & a coactione ſubditorum ſuorum ad eas ſervandas, necnon carceratione, captura, & punitione illorum, qui ipſis conſtitutionibus, ſeu legibus adhærere, aut eas ſervare noluerint, & ab aliis erroribus prædictis penitus, & omnino abſtineat ; & ſi quos præmiſſorum occaſione habeat, relaxet : complices vero, fautores, adhærentes, conſultores, & ſequaces dicti Henrici Regis in præmiſſis, & circa ea ipſi Henrico Regi, ſuper his de cætero non aſſiſtant, nec adhæreant, vel faveant, nec ei conſilium, auxilium, vel favorem deſuper præſtent. Alias ſi Henricus Rex, ac fautores, &c. Pontifex pluribus pergit ſuam declarare ſententiam, quorum ſumma ut brevitati conſulamus hæc eſt. *Anathematis primum pœna eos percellit, ſi mandata hæc Apoſtolica contempſerint, tum etiam Henrico, Regni, & Principatuum mulctam intentat, tum illi, ac impii Decreti adminiſtris diem ad ſubſellia Apoſtolica flexu bimeſtri dicit, ut de improbe geſtis veniam flagitent, ac decretoriam judiciariam ſententiam excipiant : ſi vero Henricus imperia hæc ſpreverit, nec Oratoris opera comparuerit in judicio, pronuntiat Regio omni jure, ac dominatu exauthoratum, ejuſque partium ſtudioſos omnibus bonis proſcriptos, atque anathematis, & damnationis æternæ mucrone percuſſos ; tum a Sacrorum uſu, & communione arceri præcipit, prolemque Henrici ex Anna ſuſceptam, ſuſcipiendamque omni honoris, & dignitatis gradu, & jure excidiſſe promulgat : Henrici præterea clientibus, ac Subditis, Magiſtratibus Arcium, Urbium, Provinciarumque Præfectis, Sacerdotaliſque ordinis viris prohibet, ne Henricum, ut Regem, vel Dominum colant, eoſque omni ſacramenti illi præſtiti religione exſolvit : Henricum præterea, ejuſque partibus implicitos, eorumque poſteros infamia inuſtos pronuntiat, & cujuſvis muneris gerendi jure alienos, fideles etiam propoſita anathematis pœna ab omni cum iis fœdere, conſuetudine, & mercium commutatione, deterret : Præſules, & Eccleſiaſticos ex Anglia jubet recedere, relictis tantum Presbyteris, qui baptiſmum recenter natis, & pœnitentiæ ſacramentum morituris, & alia, quæ juſti ſacrorum interdicti tempore permittuntur, conferant. Si vero Henricus Rex, ac ſocii his ſpretis pœnis in pertinacia obduruerint, Angliæ Principibus, Ducibus, Co-*

mitibus, Præfectis, & quavis dignitate Laica, vel Eccleſiaſtica conſpicuis juſſit ad Henricum Regem pellendum in arma conſurgere; tum hæc addidit. Præterea ad dictum Henricum Regem, facilius ad ſanitatem, & prædictæ Sedis obedientiam reducendum omnes, & ſingulos Chriſtianos Principes, quacumque etiam Imperiali, & Regali dignitate fulgentes, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri [cujus cauſa igitur] hortamur, & in Domino requirimus; eis nihilominus, qui Imperatore, & Rege inferiores fuerint, quos propter excellentiam dignitatis a cenſuris excipimus, ſub excommunicationis pœna mandantes, ne Henrico Regi, ejuſque complicibus &c. (& infra) *conſilium, auxilium, vel favorem quomodolibet præſtent, contraria his inita fœdera reſcindit, convellit pactiones, externos etiam Principes obſtringit, ut terra, marique Henricum, ac impietatis participes laceſſant bello, atque ad ejurandam hæreſim cogant, atque eorum bona, pecunias creditas, merceſque intervertant: tum imperia dat univerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & inferioris ordinis Prælatis, ut Henricum Regem, ſceleriſque conſcios, anathemate defixos ſolemni ritu accenſis facibus, campaniſque pulſatis, promulgent, ac ne Henricum, & ſectatores ejus hæc lateant, hoc edictum in Baſilica D. Petri foribus, atque in Belgio nonnullorum Templorum valvis affigi imperat. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incar. Dom. MDXXXV. 3. kal. novemb. Pontificatus noſtri anno 1.*

Paulus conſt. 8. De provocanda in opus ſententia actum eſt, ac de Cæſare, & Gallorum, Scotorumque Regibus in Henricum mutuo armorum fœdere conjungendis, ſed Gallorum Rex (ob accepta damna) non obſcuris odiis a Carolo diſſidebat. Tum nonnullæ in Anglia converſiones rerum obtigere, ut ſpes Henrici ad officium molliori ratione redigendi affulſerint, atque ab armis in Henricum temperatum ſit. *Factum eſt* (inquit Sanderus) *ut Pontifex partim ſua ſponte, partim multorum Principum rogatu ab exequenda hac ſua ſententia, ad nonnullos annos ſe cohibuerit, plurimaque paternæ charitatis, ac benevolentiæ officia in Henricum exercuerit, licet fruſtra.* Maximis autem difficultatibus hanc rem implicitam fuiſſe, docent Acta Conſiſtorialia. *Sander. l. 1.*

XIX. Ob Henrici Angliæ Regis ab Eccleſia defectionem Lutherum altiores ſumpliſſe ſpiritus memorat Coclæus; ac de hæreſeos amplificatione triumphaſſe, quaſi de propagato Evangelio: cumque Albertus Cardinalis Moguntinus, quem Paulus datis XVIII. April. literis hortatus eſt, ut ſanctam Fidem Catholicam, & Apoſtolicam authoritatem in Principatu ſuo, & ubicumque poſſet, tueretur, Hallenſes ditionis ſuæ clientes Lutherana impietate infectos mulctaſſet exilio, ut eos ad ſaniorem mentem revocaret, vel ne alios in perniciem traherent (temperante tamen ſeveritatem clementia) omnes res ſuas & poſſeſſiones divendere, & pretio comparare permiſiſſet: mox Lutherus Germanicarum ſeditionum author, & concionator, edito libro idiomate Theutonico, Hallenſes & Magdeburgenſes in arma commovere conatus eſt, ad pellendum, trucidandumque Moguntinum Archiepiſcopum, fingens ipſum agnitam perſequi veritatem, cujus impudentiam refregit Joannes Coclæus, demonſtravitque Moguntinum Cardinalem non modo patria Lutheranos clientes, verum bonis, & vita proſcribere potuiſſe *juxta dictamen* (inquit) *Legum Imperialium, in codice de hæreticis, quandoquidem Lutherus publice pro hæretico notorio condemnatus, ac declaratus eſt ab utraque poteſtate, Papa, & Imperatore. Multo igitur magis timere debet Cardinalis, quod nimirum mitis, ac clemens fuerit erga ejuſmodi obſtinatos hæreticos, quam quod nimis dure, aut tyrannice adverſus eos ſe geſſerit, ſicut mendaciter ei imputat Lutherus.* Auſus etiam eſt idem impoſtor teterrimus calumniis proſcindere Principes, & Ordines Imperii Catholicos, eoſque traducere, ut ſeditioſos & rebelles Cæſari, atque ſures Dei; ut qui neque Deo, neque veræ Eccleſiæ Chriſti, neque Cæſari, aut ulli Poteſtati obedire dignentur: cujus blateronis impia verba ipſi optime congruebant, ac Lutheranis, cum a Pontifice, ac Cæſare decretoria ſententia damnati, eorum imperia reſpuerint, nec ſeditionum concitandarum impietatiſque latius propagandæ finem facerent. Cæterum ex Hallenſibus civis honeſtiſſimus nomine Caſpar Quarhamier eximio edito Commentariolo evangelii Lutherani inſaniam in luce, & omnium oculis collocavit: ex Lutheri enim libris pugnantes in uno tantum articulo, ſcilicet de communione Euchariſtiæ, ſub una, aut ſub utraque ſpecie, triginta ſex Lutheri ſententias, ac longo ſchemate tabulam produxit Germanica lingua, *ut parietibus domorum affixæ, turpitudinem, & inconſtantiam Lutheri omnibus ad oculum palam oſtenderent, quas in Latinum convertit Coclæus.*

Coclæus in actib. Luth. hoc anno. Surius in comm. Paul. III. l. 1. brev. pag. 156.

Lutherus ſuis ſcriptis commovet populum contra Archiepiſcopum Moguntinum.

Surius in comm. hoc anno.

Triginta ſex pugnantes inter ſe ſententiæ de ſolo Euchariſtiæ Sacramento in ſcriptis Lutheri reperiuntur.

Porro Lutherani cum maximo ſe beneficio affectos a Caſpare agnoſcere debuiſſent, a quo docerentur, ne ab inconſtantiſſimo tenebrione ſe deludi ſinerent, *Surius in comment. 270.*

in

Digitized by Google

in eum ira efferati, poſtea captum in Smalcaldico bello, exquiſitis diſcruciavere ſuppliciis. Ferunt enim illum ad virilia ſune alligatum in puteum demiſiſſe: ſed cum a fide catholica (divina utique munitus gratia) deflectere abnueret, rurſum extraxiſſe; unde merito exclamat Surius. *Eant ſane Lutheri Symmiſtæ, & quantum velint ſui Lutheri evangelium laudibus evehant, veniet, veniet ille dies, quando eos vehementer pœnitebit, ſed ſero tam inconſtantem doctrinam non toto pectore eſſe execratos, nec habebunt, quod in ſui excuſationem adſerant, quando ea inconſtantia vel ſola abundantiſſime docere poterit, Lutheri evangelium non alium, quam ipſum mendacii parentem Sathanam habuiſſe authorem, ut jam ſæpius dictum eſt.*

Prorupit autem eo Lutheranorum inſolentia, ut iniquam immunitatem petierint, nec coram Imperatorio Senatu de Monaſteriis, Templiſque direptis, expilatiſque Cleri bonis in jus vocarentur.

XX. *Guillel. Roſſeus in opuſc.*

Calviniſticæ Sectæ inſtitutiones editæ.

Edidit hoc anno Argentorati, referente Guillelmo Roſſeo cum aliis Joannes Calvinus [1] inter hæreſiarchas deterrimus, inſtitutiones Fidei Calviniſticæ, non autem Chriſtianas, ut ipſe titulo præfixit. Conſtat enim caput Fidei Chriſtianæ, Chriſtum eſſe Deum, dicente Apoſtolo. *Ex quorum Patribus eſt Chriſtus, qui eſt Deus benedictus in ſæcula:* & D. Joannes in principio Evangelii, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Verbum caro factum eſt:* Et rurſus Chriſtus dixerit Judæis; *Ego ſum principium:* & iterum cœco nato, luce jam colluſtrato, *Credis in Filium Dei.* Hic autem peſtifer impoſtor divinitatem Chriſti dedita opera preſſit ſilentio, nec Deum nitide fateri in ſuis inſtitutionibus dignatus eſt; immo illius diſcipuli ab eo exculti in Polonia inflatis buccis Arrianiſmum prædicarunt. Cum vero ſibi apud impios claritatem nominis flagitio pepererit, nonnulla de ejus natalibus, & adoleſcentia hic exponenda viſa ſunt.

XXI. Qui fuerint Calvini natales.

Natus eſt Calvinus Novioduni in Picardia Galliæ provincia (ut refert Maſſonus) ſexto idus Julii anno milleſimo quingenteſimo nono, patre Girardo Chauvino Notario, matre Anna Franca Cameracenſi caupone genita, ambobus Catholicis: adoleſcens inſtructus in fide Catholica, ingenioque præditus, animum ad literas applicuit, expolituſque grammaticæ, & philoſophiæ ſtudiis, ad juriſprudentiæ ſtudium ſe contulit, uſus primum Magiſtro de Lilla. Aureliani deinde Bituricas profectus magnum illum Alciatum leges explicantem audivit: Cumque Margareta Regina Navarræ eademque Biturigum Ducifſa in illam academiam Melchiorem Wolmarium Germanum Lutherana infectum lue excivifſet, impius ille cum miratus eſſet in Calvino diſcipulo acumen ingenii, memoriæ tenacitatem, intellectus acrimoniam, in dicendo facundiam, nec non appetentiam gloriæ, ad inficiendam hæreſi Galliam falſis dogmatibus illum imbuit; perſuaſitque, ut abjecto juriſprudentiæ ſtudio, Theologiæ ſtudiis incumberet; non veteris illius Theologiæ ſeneſcentis & ingloriæ, ſed recenter a Luthero inventæ, quæ per omnium nobilium ora cum tanta laude volitabat, in qua ingentem gloriam, & maximas opes ſibi compararet. His ſtimulis incitatus, & græcas literas didicit a Wolmario, & deinde a Rolino (Roberto, ait Maſſonus) conſanguineo ſuo hebraicas, a quo etiam plura hæreſeos venena hauſit.

Corrumpitur a Magiſtro Lutherano.

Vendit parta Sacerdotia.

Patre, amiſſo qui duo Sacerdotia illi conferri curaverat, Noviodunum reverſus illa vendidit, ac dein Pariſios ſe contulit, ut Theologos audiret, non ad ſequendam eorum doctrinam, ſed ut ad eam confutandam ſe exerceret: cumque Romanæ, ac Catholicæ religionis cæremonias, rituſque damnaret, atque inter ejus chartas non pauca ſcripta deprehenſa eſſent, quæ non modo hæreſeos ſuſpicionem, ſed apertum etiam crimen contine-

NOTÆ [1] Calvini Inſtitutiones, de quibus Annaliſta hic, neque hoc anno, neque Argentorati primam lucem aſpexerunt. E Gallia ſe proripiens Calvinus, ac Baſileæ agens, edendas illas ſuſcepit, præfixa epiſtola dedicatoria ad Franciſcum Galliarum Regem, quam ſignavit Baſileæ die prima Auguſti anno 1536. Liber eſt ille plura continens impia, & a recta fide aliena, præſertim vero in dogmate de hominis juſtificatione, quam totam conſtituit in juſtitia quam vocant, imputata, quæ ſi ſemel nobis applicata fuerit per preces & fiduciam, amitti numquam poſſit. Cujus juſtitiæ obtentæ non quidem cauſam, ſed ſignaculum, & ſigillum baptiſmum ſtatuit. De euchariſtia ita definit: In ſymbolis panis & vini iſta veritatem Corporis & Sanguinis Chriſti recipimus, ut in Euchariſtia præſentia non quidem naturalis, ſed plane ſupra naturam agnoſcenda ſit, ſicut nec naturalis eſt unio hominis Euchariſtiam ſumentis cum Chriſto, ſed omnino prodigioſa. Quibus ex verbis ſatis colligas, nec præſentiam Chriſti in Euchariſtia, qualem recta fides, nec manducationem illam, quam Fideles agnoſcunt, Calvinum admittere. Et hæc ſatis de libro peſtilenti, cui tamen ſtyli cultiſſimi laudem, quam orthodoxi ſcriptores plures conferunt, non denegamus. Cæterum de reliquis Calvini geſtis accurate ſatis in Annalibus. MANSI

netent ; atque ideo parum ſe tutum Pariſiis arbitraretur ; Engoliſmam ſe contulit. Non defuere qui ſcripſerint, immo publica fama circumferebatur in Gallia,

Pravi ejus mores.

Calvinum deteſtabilis flagitii, propter quod lapſo cæleſti incendio petiit Sodoma, a primario Borcutenſis Collegii Sodali fuiſſe accuſatum ; atque ad puerorum querelas contumaciæ damnatum. Maſſonus vero ait hæreſeos cauſa fugam corripuiſſe.

Fugit inquiſitus.

Quæ ſola (inquit) *abeundi in exilium cauſa fuit, cum a quæſtore, & Judice puerorum e Collegio Joannis Monachi Cardinalis in academia Pariſienſi perquireretur, & per feneſtram pannis lineis metu inſtante ſeſe demiſiſſet, ſicque periculo ſeipſum exemit.*

XXII. Profectus Engoliſmam hominis Catholici larvam induit, & quas interius condebat hæreſes, ſimulata veritatis inquiſitione, afflare incautis nitebatur ; a quo Tillius divite ac nobili familia ſatus, diſcendarum literarum Græcarum ſpecie (vulgo enim Græculus dicebatur) inter

Diſſeminat hæreſim Engoliſmæ.

alios circumventus eſt ; ut primum Genevam comite Calvino, deinde in Germaniam ſe contulerit, at ille a fratre Joanne, Senatus Pariſienſis protonotario, mox in Galliam revocatus, agnitos errores evomuit, ac poſtea Archidiaconatum adeptus, hæreticos ſtrenue inſectatus eſt. Calvinus vero hæſit in Germania, atque hæreſeos anteſignanis familiaritate, & a-

Et Pictavii.

micitia ſe conjunxit, deinde Galliam reverſus Pictavium conceſſit ; contractaque cum illius Academiæ Doctoribus ſocietate, nonnullis hæreticam labem allivit. Sed moa eodem annn e Gallia ſe proripuit, cum Franciſcus Gallorum Rex edicta acerba in hæreticos fulminaret : efferata enim adeo erat hæreticorum Sa-

Belcair. l.22. c.19.

cramentariorum inſolentia, ut adverſus ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium, & antiquos Chriſtianorum ritus infames Libellos in Regio Palatio, multiſque aliis publicis locis affigere non perhorruerint.

Hæreticorum impietas.

Hinc (inquit Belcairus) *Regio edicto cautum eſt, ut eius ſectæ convicti vivi comburerentur. Idcirco menſe Januario ſequentis anni Rex Luteтiam acceſſit, & ſolemni ſupplicatione in duodecimam Kal. Februarii denuntiata, cui ipſe cum uxore & liberis interfuit.* Joannes Bellajus Epiſcopus Pariſienſis ſacroſanctam Euchariſtiam geſtabat ſub umbella, quam ferebant Delphinus, Aurelianenſis, & Engoliſmenſis Duces Regii filii, & Dux Vindocinenſis, primus Regiæ familiæ Princeps ; nec non plura Sanctorum Lipſana a linteatis Sacerdotibus circumferebantur ; Rex vero ipſe ardentem facem nudo capite, vultuque demiſſo cum Regina ſequebatur, omniumque Ordinum ingenti pompa, ab Eccleſia Sancti Germani ad Beatiſſimæ Virginis Templum circumducta : tum Rex graviſſima ſanctiſſimaque oratione habita teſtatus eſt, ſe in omnes hæreſeos reos animadverſurum, atque in proprios liberos, ſi hæreticam luem ſuſciperent, ſeveritatem diſtricturum, ac proprium ſibi brachium amputaturum, ſi tantum flagitium admitteret.

Coercita a Franciſco Rege.

Eodem die ſumptum eſt acerbiſſimum ſupplicium de ſex reis, qui ſparſis libellis contra adorandum Euchariſtiæ Sacramentum blaſphema divulgarant : alligati enim ſunt ingenti rotæ, qua circumacta in ſubjecto incendio uſtulabantur, iterumque in ſublime efferebantur, ac poſtea depreſſi iterum cremabantur, donec reſti abſciſſa in ardentem rogum ruebant præcipites, atque flammis abſumebantur. Comprehenſi deinde alii impietatis ejuſdem rei, a quibus crudeles exactæ pœnæ. Terruit ea ſeveritas non modo in Gallia quotquot hæreſi erant infecti ; ſed etiam in Germania hæreticos Principes, qui graviſſime de ea ſeveritate conqueſti ſunt literis ad Franciſcum Regem datis, quibus reſponſum eſt, jure exercitam in eos judiciorum ſeveritatem, cum novarum rerum ſtudio ſeditiones in Regno concitare molirentur, redactaque in cinetes prava eorum conſilia.

XXIII. Defuit porro animus Calvino, ut tale martyrium pro ſua ſecta aſſerenda pati vellet ; tectus vero Germanorum hæreticorum patrocinio, inſtitutiones ſuas, de quibus antea mentio facta eſt, ex amplificatis Œcolampadii ſcriptis, & ex Me-

Nefanda Calvini conſilia.

lanctonis communibus locis, & Hipperii Sarcatii, & aliorum impiorum quiſquiliis conſarcinatas dicare auſus eſt Franciſco Gallorum Regi, ut ſpecioſo eo titulo impium volumen, & Gallos ad illud legendum incitaret, ut narrat Florimundus Raymundus. Qua vero ſcelerata

Florim. Raymun. l.7. c. 9.

mente id faceret, emblemate appicto ſignificavit, eapreſſo, nimirum gladio flammeo, adjectis hiſce verbis : *Non veni pacem mittere ſed gladium* : non in ſenſu intento a Chriſto de gladio Spiritus ad præſcindendam concupiſcentiam, ac tollenda ſcelera ; ſed in ſenſu inſtincto a Sathana, quem Galliæ tot incendiis, tot cædibus, tot bellis civilibus funeſtatæ illuſtrarunt. Addit memoratus Florimundus Raymundus, Franciſcum Regem aliquando pertentatum a Margareta Sorore Regina Navarræ Lutheranorum fraudibus impiis irretita, ut Melanctonem hæreſeos Lutheranæ propagatorem in Galliam accerſeret, ac pene deceptum fuiſſe :

iſſe : quo agnito a Cardinale Turnonenſi ſapientiſſimo, admonitus eſt, ut a conſortio hæreticorum præcaveret, allata D. Irenæi authoritate, cujus codices ſecum attulerat : Margareta vero Regina Franciſci ſtudiis ab impietate abducta atque in fide Catholica confirmata eſt.

XXIV. In Inſtitut. Calvini errores.

Prædicta itaque inſtitutio a Calvino edita neſandis referta erat blaſphemiis, in qua Gualterius viginti numerat errores, quorum præcipui ſunt. Deum potiſſime genus humanum ereaſſe ad perpetuam damnationem, & interitum, Diabolum jubente, & volente Deo in cordibus humanis mentiri. Nullum fore diſcrimen inter peccatum mortale, & veniale, ſed omne peccatum eſſe mortale. Neceſſarium eſſe conjugium iis, qui poſt divini præſidii invocationem efferveſcentis adhuc incontinentiæ ſtimulos compeſcere non valent : quare docebat hoc quoque tempore gratiæ vigere adhuc præceptum univerſale, quod omnes ad contrahendas nuptias obſtringit, & conſequenter vota omnia tam privata quam monaſtica damnavit, ea nihil omnino prodeſſe affirmans, Hominem juſtum ſcire ſe eſſe in gratia, certumque eſſe ſuæ juſtificationis, eo quod fides per quam juſtificatur homo, cuilibet poſſit eſſe certa. Chriſtum in Cruce penitus deſperaſſe. Miſſam a Chriſto non eſſe inſtitutam, neque eſſe ſacrificium, & quod magis blaſphemum eſt, neque opus bonum eſſe, ac propterea eam prorſus abolendam. Sacroſanctæ Euchariſtiæ Chriſti Corpus realiter non adeſſe. Romanam Eccleſiam evertendam. Omnium denique peccatorum, ſcelerumque in univerſum commiſſorum Deum eſſe authorem; ideoque hominibus, ut mala operentur, malas cogitationes in cordibus illorum inſpirare &c. Hinc infert Guillelmus Roſſæus.

Calviniſt. contr. Libert. c. 13.

Ex hoc univerſali principio, quod Deus ſit author peccati ad vitam hominum deformandam, duas regulas eliciunt Calvini diſcipuli, prima eſt : *Cum omnia opera ſint opera Dei, licet, hominibus [velus laxis habenis] quidquid in mentem venerit, agere, non ſolum, quia ſumus extra periculum peccandi, ſed etiam quia deſiderium aliquod cohibere, eſt impedire Deum ; ita ſcortationes, & rapinæ Deo probabuntur, cujus ſunt opera ; ita non eſt curandum, ut rapta reſtituantur, quia non eſt conveniens, ut Deus corrigatur*, Hæc regula, quale ſit in vita humana chaos, qualis lerna flagitiorum, quis non proſpicit ? *& tamen quam directe fluat ex priore illo principio de Deo ſcelera volente, & efficiente, quis adeo hebes eſt, & ſtupidus, ut non intelligat*. & infra.

Regulæ Calvini peſſimæ.

Secundum regulam, quamquam perparum ab hac differentem, tamen quia Calvinus eam diſtincte pandit, nec ego gravabor illius verbis deſcribere. *Altera regula eſt, ne quis ullius rei conſcientia moveatur, nec hoc ſolum [inquit ille] ex ſuperius poſitis conſequitur, ſed id ipſum illi confitentur, atque adeo id præcipue ſibi proponunt ; ut ſopiant conſcientias, quo omni ſollicitudine vacui homines, perpetrent quidquid ſe offerat, quidquid appetierint*. Ex his, & aliis regulis ad vitam humanam inſtruendam, vel deſtruendam potius, patet quanta ſit Calvini, & aliorum in hoc evangelio diſſeminando fraus, hypocriſis, atque impietas. Et alibi pergit idem Roſſæus. *His duobus de Deo peccati authore, & hominem libero arbitrio ſpoliatum ad peccatum neceſſario impellente conceſſis, ſimul non unus, aut alter, ſed omnes Chriſtianæ Religionis articuli ruunt, totum Chriſtianorum Symbolum falſum eſt, & mendax, quicquid Chriſtus, quicquid Apoſtoli, quicquid Patriarchæ, & Prophetæ, & Doctores a condito mundo ad noſtram uſque ætatem docuerunt, omnia ſunt ſtulta, inepta, barbara, & una cum authoribus ſuis æterno ſilentio ſepelienda. Quo ad humanam autem vitam, & res publicas, omnia ſunt ſurſum deorſum jactanda, & legibus contra flagitia, libidines, ſtupra, latrocinia, blaſphemias abrogatis, flagitia libere ſuſcipienda, ad libidinem explendam effræuato impetu ruendum, in ſtuprando, latrocinando, blaſphemando, excuſſo pudore, & metu ſive hominis, ſive Dei, effuſe noctes, dieſque verſandum, & volutandum, & de iſtis tamquam præclaris facinoribus gloriandum. Hæc, & hujuſmodi, quæ cogitare horret animus, & explicare reformidat, non ſolum abſque metu ſupplicii, verum etiam expectatione præmii agenda ſunt &c. Chriſtus enim, cur impii damnentur, cauſam reddit, quia charitatis opera non fecerunt. At Calvinus, & hominum damnationis, & Angelorum defectionis unicam vult eſſe cauſam Dei voluntatem, quæ rerum eſt omnium certa, & inevitabilis neceſſitas. Chriſtus eos idcirco juſte damnatos pronunciat, quia libera voluntate in ea ſe peccata dederunt, quæ ipſe ſua lege ſub æternæ mortis comminatione prohibuerat. At Calvinus ideo injuſte damnatos concludit, quia non ſua, ſed Dei voluntate, non ſua libertate, ſed impoſita eis a Deo neceſſitate ad peccatum impellebantur, cujus imperio non poterant reluctari, & qui eos in ſui obſequium cogebat. An vero quis audivit ullum inter mortales judicium tam injuſtum ? ullum aliquando tribunal adeo tyrannicum?*

Idem c. 15. pag. 296.

Pag. 286.

Eo-

XXV. *Florim. Raym.*

Eodem anno menſe Auguſti Genevæ plebs ab hæraticis concionatoribus faſcinata, & novæ doctrinæ lue contaminata in ſeditionem verſa eſt, ac veteris Religionis reliquias convulſit, erexitque ſedem Sathanæ, prophanavit Templa, Aras excidit, ſacras Imagines diſcerpſit; Petrum Balmam Epiſcopum, & Clerum, qui veluti canas muti non valuerant latrare contra animarum lupos, tamquam canes urbe pepulit, Monaſteria diſſipavit. Tanti flagitii authore præcipuo perditiſſimo impoſtore Guilleimo Farello Delphinata Vapincenſi, qui cum Meldis impietatis reus agnitus eſſet, metu ſupplicii in Germaniam ad Lutherum perfugerat, ac deinde in Genevenſem Urbem irrepſerat, acceptaſque a Deo egregias naturæ dotes in obſequium Sathanæ, & inſtrumenta ſcelerum converterat: ſtentorea enim voce præditus, & in dicendo vehemens, cum concionabatur, vel diſputabat, deronare, & folminare videbatur: in Zuinglianiſmo tuendo conſtantiſſimus, ac in Spiritum Sanctum blaſphemus, quem cum Paulo Samoſateno creatum dixit: Elceſaitarum etiam hæreſim inſtaurans docuit; Fidem ob periculorum terrorem diſſimulari poſſe, modo idololatriæ interior actus non committeretur.

Petrus Balma Geneven. Epiſc. pulſus cum Clero.

Huic ſe adjunxerat comitem Petrus Viretus Orbenſis Helvetius, Zuingliana quoque peſte inquinatus. Poſt non multum tempus in eamdem Urbem receptus Calvinus, ex qua prius fuerat expulſus, ut ſuo loco videbimus, eam regio pena imperio moderatus, Calviniſmi ibi Metropolim conſtituit: ſtulta vero plebs Geneveoſis averſa a ſalutis via, atque in infernalem abyſſum poſthac ruitura, effectaque præda Sathanæ, triumphavit gaudio, quaſi jam puritatem evangelicæ lucis aſpicere cœpiſſet; ac turpiſſimæ defectionis ſuæ monumentum publicum ſtatuit, affixa ante prætorium ærea tabula, his verbis inſculpta, fœdataque in Pontificam calumniis. *Cum anno Domini MDXXXV. profligata Romani Antichriſti Tyrannide, abrogatis ejus ſuperſtitionibus, Sacroſancta Chriſti Religio belle in ſuam puritatem, Eccleſia in meliorem ordinem ſingulari Dei beneficio repoſita, & ſimul pulſis, fugatiſque hoſtibus, urbs ipſa in ſuam libertatem, non ſine inſigni miraculo reſtituta fuerit, Senatus Populuſque Genevenſis, monumentum hoc perpetuæ memoriæ cauſa fieri, hic erigi curavit, quo ſuam erga Deum gratitudinem ad poſteros teſtatam faceret.* Quis in tanta hæreticorum veſana impudentia, impudentiſſimaque impietate non exclamet cum Iſaia. *Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum: Væ, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Appellarunt infœliciſſimi Genevenſes Romanum Pontificem, Petri Succeſſorem, eumdemque Chriſti Vicarium, a quo ſcilicet Evangelii incorruptam puritatem hauſerant, Antichriſtum: hæreſiarcham vero nequiſſimum, qui ipſos hæreſeos tenebris immerſerat, pro Apoſtolo habuerunt. Cum vero una cum religione Ducis Sabaudiæ jugum excuſſiſſent, a Sabaudo pro recuperando Genevæ imperio obſidione preſſi ſont, ſed excitis in auxilium Helvetiis hæreticis Sabaudica caſtra removerunt: immo Helvetii hæretici ſecundis rebus, viriumque magnitudine inflati, Sabaudiæ Ducem polliciti commodi illecebra delinire, atque in hæreſim impellere pertentarunt, quem Pontifex ſubjectis literis ad conſtantiam in fide catholica hortatus aſt.

Geneva a Fide deficit, & Calviniſmi Metropolis efficitur.

Cap. 5. v. 20.

Duci Sabaudiæ.

XXVI. *Paul. III. lib. brev. an. 1. pag. 505.*

Dilecte Fili Salutem. Valde modeſtum Nobis fuit intelligere, quod in pronima diæta, & colloquio Tunoni, inter Nobilitatem tuam en una, & Helvetias en altera parte habita, nihil canclusum fuerit, nec quoad intereſſe proprium Nobilitatis tuæ, nec quoad publicum Catholicæ Religionis; laudavimuſque Nobilitatis tuæ pietatem, quad ablata tibi per illas, ſi ad eorum impietatem accedere voluiſſes [prout te dignum erat] conſtantiſſime refutaſti. Itaque nos, qui & Sanctæ Fidei cauſam, & tua privata commoda, pari prope amore proſequimur, & curamus; ita tuæ Nobilitati reſpondemus, videri Nobis conſilium ſalutare, ut quoad intereſſe tuum proprium, ſolita prudentia utaris tolerando præſentia, & de tempore tranſeundo in tempus, donec Deus ſuæ juſtæ cauſæ favendo, opportune providerit, & tempora commodiora conceſſerit. Quod autem attinet ad cauſam Fidei, cum tua Nobilitas animam ſuam omnibus aliis præponere debeat, nullo pacto concluſioni eorumdem Bernenſium aſſentiri unquam debebis; cum ex hoc, & iram Dei omnipotentis in ſe incitaret, & ſuam inclytam, totoque Orbe celebrem familiam infamaret, quæ en pientiſſimis, & catholicis geſtis præteritis, tantam ſibi gloriam, & veræ pietatis decus acquiſivit; quod, Fili, non debes, tua tempore, amittere, cum præſertim ſicut ſcribis, ſperari remedium poſſit ex univerſali Cancilio, quod tua Nobilitas ſperare, & confidere poteſt nobis curantibus cito effectum eſſe habiturum. Siquidem Nas Deo teſte ad ipſum Concilium cito habendum,

Sabaudi Ducis in Fide conſtantia laudata.

Monitus & impia Bernenſium petita repellat.

dum, tamquam ad rem maxime hoc tempore ob cauſam Fidei neceſſariam, & opportunam omnem noſtram operam interponimus, & interpoſituri ſumus; quamobrem, cum in arduis virtus ſpectetur, hortamur maxime Nobilitatem tuam in Domino, ut prudentia, & dexteritate tua perſpecta in cæteris, in hoc utaris, Dei miſericordiæ confidens, qui numquam pios, & iuſtos deſerit: ſperamus enim præterea, ac futurum credimus, ut & pii, & iuſti homines [occurrente neceſſitate] tuæ Nobilitati non deſint, ſicut hæc plenius ex tui Agentis, quo cum ſumus diffuſius colloquuti, literis intelliges. Datum Romæ IV. *februarii MDXXXV.*

De celebrando Concilio fit certior.

XXVII. Graviora ab hæreticis Helvetiis damna inflicta ſunt Duci Sabaudiæ; nam & ditionis partem illi eripuere, ac Lauſanam (pulſo Epiſcopo) hæreſi contaminarunt, quare hoc territus nuncio Pontifex Helvetios Catholicos ad concordiam cum Hæreticis, quos antea ab iis fractos maximis præliis vidimus, ſalva Fide Catholica ſervandam ſolicitavit, ut poſita ferocia, ad Eccleſiæ gremium revocaret quemadmodum ſequentes indicant literæ.

Paul. III. lib. brev. an. 1. 1535. pag. 369.

Dilectis Filiis Sculteti, Antianis, & Conſulibus VII. Cantonum Helvetiorum Catholicorum, Lucernenſium, Uranienſium, Snitenſium, Undervaldenſium, Zughenſium, Friburgenſium, & Solodorenſium, Eccleſiaſticæ libertatis Defenſoribus.

Decreti ab Helvetiis catholicis ad Paulum Oratores.

Dilecti Filii, Vidimus literas veſtras, ſimulque a dilectis filiis Amando de Nideroſſen, & Ambroſio Punter intelleximus veſtram in Sanctam Sedem Apoſtolicæ devotionis ſinceritatem, & in Fide catholica conſtantiam, quamplurimum in Domino commendamus, & acceptam habemus, hortantes vos paterna charitate, & affectu, ut pro antiqua pietate veſtra conſtanter in eiſdem devotione, ac Fide perſeveretis. Nos enim viciſſim [ſicut bonum Patrem, ac Paſtorem decet] quacumque in re cum Deo poterimus, Prædeceſſorum Noſtrorum erga Vos amorem, & charitatem conſervabimus, qui Fidem, & Fortitudinem veſtram amplexati vos Eccleſiaſticæ Libertatis Defenſores, inſigni Titulo, pro veſtris benemeritis decorarunt; ac ſi quid periculi vobis pro tuenda catholica Fide imminere intellexerimus, illud pro noſtro Paſtorali officio propulſare, Voſque ſemper, ut bonos, & amantes filios coadiuvare ſtudebimus. Sed vos ab armis contra alios Helvetios abſtinere, quantum ſalva ipſa catholica Fide fieri poſſit: hortamur in Domino, ut ex pace veſtra commodius Chriſtianæ tranquillitati conſulatur, & alii in Sancta Religione nunc a vobis diſ-

Moniti Helvetii, ut ſalva fide Catholica pacem cum Hæreticis colant.

ſentientes per armorum deſuetudinem paulatim [authore Domino] miteſcant, & in unum veræ Religionis conſenſum vobiſcum revertantur, quod Deus omnipotens nobis miſericorditer concedat, ut illud robuſtum Helvetiæ Nationis corpus, quod olim unanimiter noſtros Prædeceſſores, & Sanctam Sedem Apoſtolicam coluit, ad eundem veræ Religionis, & Sedis Apoſtolicæ cultum reſtitutum videamus. Datum Romæ XXI. *januarii MDXXXV. anno* 1.

Cæterum, ut facilius Hæreticorum impietatem propulſare poſſent, Paulus Clementis exemplo, illis ſtipendia pro mille ſclopetariis ſtatuit. *L. 1. p. 360.*

Nec defuerunt, qui Lutheranam hæreſim diffundere in Italiam niterentur, ex quibus Sigiſmundus Germanus Venetam ditionem inficere moliebatur, quem Venetorum Dux (non ignarus hæreſim peſtem eſſe Principatuum) comprehendi juſſit in agro Vicentino, eumque ad Vicarium Epiſcopi Vicentini tranſmiſit, cui Paulus de pio ſtudio grates egit. XXVIII. Lutherani in Italiam irrepunt. Hæretici apud Venetos deprehenſi.

Duci Venetorum.

Dilecte Fili. Intelleximus nuper iniquitatis filium Sigiſmundum Germanum, qui hæreſim Lutheranam in diœceſi Vicentina diſſeminabat, mandato Nobilitatis tuæ ad Vicarium Epiſcopi Vicentini in ſpiritualibus generalem, pro iuſtitia puniendum fuiſſe tranſmiſſum, quod ſicut pietati inclytæ tuæ Nobilitatis conſentaneum; ita Nobis gratiſſimum fuit; teque Fili ex animo hortamur, ut ſi quo in alio idem acciderit faciendum, eandem tuam pietatem oſtendas. Erit enim res digna te, & iſto inclyto Dominio, & Nobis poſt Deum omnipotentem ſemper accepta, & grata. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum XII. *Junii MDXXXV. anno* 1. Paul. III. lib. brev. anno 1. p. 158. Dux Venetorum in Hæreticis puniendis laudatur. Bloſ.

Diſtrinxit vero ſeveritatem ita in Hæreticos Pontifex, ut tamen ad ſaniorem mentem reverſos clementia complecteretur. Itaque cum Auguſtinus Maynardus Ordinis Heremitarum S. Auguſtini in Aſtenſi Civitate nonnullas propoſitiones veneno Lutherano infectas promulgaſſet, eaſque (facti pœnitens) molliore, & pia interpretatione leniret, clementer in gratiam admiſit, & infamiæ maculam, quam contraxerat, abſterſit. Ita etiam licet Eraſmus Luthero in conflanda hæreſi faviſſet, multoſque errores ſuis ſcriptis inſperſiſſet, quia tamen jam annis provectior reſipuiſſe videbatur, atque in hæreticos, a quibus multa paſſus eſt, pro tuenda Sedis Apoſtolicæ authoritate, ſcriberet, a Paulo pingui ſacerdotio, & honorariis hiſce literis ornatus eſt. *Memores probitatis & innocentiæ tuæ, & in vario diſciplinarum genere eminen-* Eod. lib. pag. 458. Paul. III. lib. brev. an. 1. pag. 363.

Eraſmus ob ſcripta contra hæreticos laudatus a Paulo.

tiæ, nec minus meritorum erga Apoſtolicam Sedem, cum adverſus deſertores Fidei ſumma vi pugnaſti, præpoſituram Daventrienſem Trajectenſis diœceſis per obitum bonæ memoriæ Joannis Vinchel vacantem, quæ 600. florenorum reditum tribuere dicitur, tibi gratè contulimus, ut aliquod jam præmium tuæ virtutis agnoſcas &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum die prima Auguſti MDXXXV. anno 1.

Benigne recipit Paulus hæreſim deponentes. *Paulus l. brev. an. 1. p. 282.*

Rurſus Elziarius Miodanus Auguſtinianus Provincialis, qui Lutherana impietate inquinatas opiniones temere ſuſtinuerat, nimirum, *hominem non habere liberum arbitrium antecedenter, tum peccatorem ſola Fide juſtificari*, vocatuſque in jus coram Senatu Aquenſi provocarat ad Pontificem, licet de impietate dictorum conſtaret, & juſte ſeveritatem judiciariam commeruiſſet: quia tamen eaſdem concluſiones ad ſenſum catholicum reduxit, a Pontifice benigne abſolutus eſt.

XXIX.

In Polonia florebat hoc tempore res catholica. Sigiſmundi enim Regis, & Præſulum vigilantia, Lutheranis obſeptus erat aditus, ne impietatis ſuæ virus Catholicis aſſlarent; de quo pio ſtudio Paulus Petro Epiſcopo Cracovienſi Vicecancellario grates egit.

Paul. III. lib. brev. an. 1. p. 147.

Tuendæ in Polonia Fidei ſtudium commendat om.

Deo gratias agimus, quod talem Regem talibus decoratum Prælatis noſtro ævo conceſſerit, & ut diutiſſime concedat, oramus, illis enim ſalvis, & incolumibus nullam unquam vicinarum hæreſum contagionem in iſtud Regnum pervaſuram eſſe confidimus: quocirca te frater venerabilis omni ſtudio hortamur [etſi laudatione tua pietas eget, non hortatione] ut ſolitum tuæ vigilantiæ ſtudium ad conſervationem Catholicæ Fidei in iſto Regno adhibeas, & ſicut laudem maximam, huc uſque adeptus es, ita pari fine pientiſſima cœpta concludas &c. x. Aprilis MDXXXV. anno 1.

Bloſ.

Eluſit poſtea eorum diligentiam Lutheranorum improbitas, licet enim in Poloniam irrepere, ac virus diffundere non poſſent, tamen nobilis juventus, vel ſtudiorum, vel luſtrandarum Regionum cauſa in Germaniam profecta, ab impiis hæreſeos laqueis irretita eſt, ut ſuo loco lugebimus. Interea cum ad abrumpendos hæreſeos progreſſus, & errorum offuſas mentibus tenebras diſcutiendas nullum præſtantius œcumenica Synodo remedium ab omnibus viris piis exiſtimaretur, Paulus ab ipſo pene Pontificatus exordio in eam curam, cogitationemque totus incubuit, ut ſolemnes Epiſcoporum cœtus ex omnibus Chriſtiani Imperii Regnis congregaret.

Paul. lib. brev. p. 541.

Extant hoc argumento inſignes Pontificis literæ ad Carolum V. Imperatorem Italico ſermone conſcriptæ, quas in Latinum verſas ob rei gravitatem ſubiicimus.

Paul. III. epiſt. ad Card. ext. mſ. Franc. Cardin. Barb. ſig. n. 2677. pag. 1. ex Ital.

Chariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Carolo Romanorum Imperatori.

De Concilio per literas cum imperat. Paulus.

Chariſſime in Chriſto Fili Noſter, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus ex literis Majeſtatis Veſtræ, & ex iis quæ retulit Orator Majus, & ex iis de quibus a Legato certiores facti ſumus, Majeſtatem Tuam, & Septemviros, ac Principes, qui bene de fide Catholica ſentiunt, in eam concurrere ſententiam, neceſſarium eſſe, ut pro evellendis erroribus, qui nationem Germanicam infecere, Concilium poſtulatum congregetur, addita lege, ut hæretici ſuos abiiciant errores, ritu Catholico vitam inſtituant, atque ad Fidem & obſequium Sanctæ Matris Eccleſiæ revertantur. Qua propoſitione in conſilium adducta cum Cardinalibus deputatis in cauſis Fidei, omnes in hanc ſententiam inflammato ſtudio coivimus, obſecundandum poſtulatis, & convocandum Concilium, navandamque omnem operam ad excindendas hæreſes: id enim ad promovendum cultum Divinum, ac ſalutem Chriſtianæ Reipublicæ pertinere, verum multi ex iis, licet eum finem ſummopere expetant, nonnihil ambigunt convocationem Concilii non eſſe certum ac conſentaneum medium ad finem aſſequendum; videri enim rem magni exempli & graviſſimi ponderis in Eccleſia Dei aſſentiri, ut quæ jam aliis temporibus a Conciliis deciſa fuere, ac diuturno annorum flexu ab omnibus Chriſtianis obſervata, in diſceptationem adducantur; ſuſceptum enim olim eum morem fuiſſe, ut Sedes Apoſtolica hæreticis Concilium concedat, quando eorum opiniones [licet erroneæ, ac ritui univerſalis Eccleſiæ adverſæ] nondum tamen repudiatæ, vel damnatæ forent; jam vero in dubium, controverſiamque vocari ea, quæ a conciliis antea ſancita ſunt, videri rem peſſimi exempli, ac publici offendiculi, contrariamque dignitati Sedis Apoſtolicæ; nec ſperant pro tollendis erroribus futuram majorem Concilii celebrandi authoritatem præteritorum Conciliorum authoritate, quæ a tot doctiſſimis, ſanctiſſimiſque Patribus celebrata fuerunt; nec ſibi perſuadere poſſunt, ut hæretici laudabilis alicujus finis gratia Concilium poſcant; quin potius inveterato hæreticorum more peſtiferum aliquod conſilium moliantur, ex quo major rerum perturbatio, ac diſſenſio oboriatur. Ac eo magis in ea opinione confirmantur Cardinales memorati, quod modo idoneum celebrandi Concilii tempus affulſiſſe non

tantum ob bella civilia, quæ inter Chriſtianos formidantur, de quibus magna conſilii maturitate Maieſtas Veſtra diſſeruit, verum etiam ob imminentia belli Turcici diſcrimina: non enim barbari illius, minæ, & maximi apparatus ad invadendum omni virium conatu proximo anno Chriſtianum Imperium latent Maieſtatem Veſtram, in qua temporis difficultate Concilium recte haberi non poſſet; atque mature expendendum eſt, quanta clades accipi poſſet ſi dum habendo Concilio navatur opera, novum bellum ab hoſtibus Fidei conſlaretur; vel enim ad res Concilii promovendas neceſſarii pro tuenda re Chriſtiana apparatus intermittendi eſſent, quod maxime exitiale foret vel eorum inſtruendorum cauſa Concilium imperfectum dimittendum eſſet, quod quidem difficilius facto, quam dicto: nam ſoluto Concilio diſſentiente natione Germanica, facile aliquod conſlari ſchiſma poſſet, aut grave offendiculum in Dei Eccleſia: ut vero univerſæ nationi fiat ſatis, nec Maieſtas Veſtra, nec Nos polliceri poſſumus; id enim præter rationem demonſtrat experientia, difficultatum, quas Maieſtas Veſtra patitur, ut in rebus juſtiſſimis minimam illius nationis partem ad æquum flectat. Quæ difficultates aſperiore tempore ab hæreticis augerentur, atque improbi eu neceſſitate captarent occaſionem obtinendæ alicuius rei exitialis Fidei Catholicæ: ad quam corroborandam nullum eſt remedium authoritate maius, vel ſanctius, vel utilius convocato Concilio, quod cum debitis cauſa, mediis, modo, ac tempore celebratur: ut e contra nulla res majori plena eſt periculo, nulla parit graviora mala, quam cum debitæ circumſtantiæ non concurrunt, aut improviſum quid illius ordinem confundit. Quæ rationes ſimul allatæ a prædictis Cardinalibus, dubium & ancipitem animum noſtrum ſuſpendere potuiſſent, ſi non plus authoritas Maieſtatis Veſtræ apud me potuiſſet, quam cum religionis ſtudio ardentem, vere catholicam, ſedique apoſtolicæ addictiſſimam, & prudentia ſingulari præditam, & in circumſpiciendo acerrimam ſcimus; perpenderimuſque præſentem verſari in ea provincia, pro qua ſananda, hoc remedium propoſitum eſt facilius, quæ neceſſaria ſint animo penetrare poſſe, quam qui longo locorum intervallo diſſiti ſunt, certiſſime perſuaſum habemus, ipſam nec quid poſtulaturam, propoſituramve, quod non ad utilitatem, ſalutem, & commodum univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ conferat. Atque ideo ipſam obſecro, ut recte expendat, quæ ad finem memoratum conſequendum conducant.

XXX. *Certiorem itaque facimus Maieſtatem Veſtram, Nos æqui bonique accipere, ut eo caſu, quo judices magni referre, & neceſſarium eſſe, offerat, ac ſpondeat convocationem Concilii, additis iis legibus, quas majeſtas veſtra ſcripſit; ut abiectis erroribus, mox ad Catholicæ vitæ inſtituta, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ obſequium revertantur, ac ritus, & doctrinam illius colant, donec ſecus, vel alia ratione a Concilio decretum fuerit, cujus ſententiæ in omnibus, ac per omnia ſe ſubiiciant. Quibus non admiſſis legibus, illuſtre & conſpicuum eſt, non ſine maximo offendiculo, ac peſſimo exemplo Concilium conceſſum iri. Atque in hoc rerum cardine neceſſarium eſt, ut Maieſtas veſtra accuratiſſime animadvertat, ut hæ leges præmittantur, ut certiſſime teneamus hæreticos, obtenta convocatione Concilii ad priſtinos errores non redituros: maximum enim ſecus conſlaretur offendiculum, ac pateret omnibus promoto ulterius Concilio, nec errores emendatum iri, quos emendatos cupis, ac fructus tantum peſtiferos, & venenatos inde pullulaturos, quibus Maieſtatem Veſtram conſulturam exploratum habemus; ac mox atque certiores effecti fuerimus, has leges ab iis admiſſas, & ad exitum perductas, indicemus Concilium in id tempus, quod opportunum judicatum fuerit: ac Maieſtas veſtra exploratum habebit, id breviore, quantum potuerit, intervallo futurum: de quo ac iis, de quibus in hoc argumento Bononiæ diſſeruimus, prout ampliſſime cognovit intima mentis Noſtræ conſilia ad publicam ſalutem ſpectantia, nil ambigat, nullius fore a Nobis dilationis moras interiiciendas. Qua in re plura dicere ſuperſedemus; quia in omnibus, quæ publicam rem, vel privatum noſtrum commodum tangunt, maxime in Maieſtate Veſtra, quæ nunquam mihi defutura eſt, non minus, quam in nobis ipſis confidimus: pariter perſuaſum habemus, Maieſtatem Veſtram certiſſime tenere, nos ſemper cum ipſa ſumma libertate, ac puriſſimo ſinceræ voluntatis nitore agere. Ac quia articulos ab iis hæreticis propoſitos inſpeximus, cenſemus neceſſarium, ut Maieſtas Veſtra illos admoneat, ut eos contrahant ad ea capita, in quibus ipſis major controverſiarum cauſa ineſſe videatur; ut longitudo, quæ in infinitum abiret, declinetur, atque incommoda de non retractandis rebus jam conſtitutis in aliis Conciliis, temperentur.*

Tempus etiam, ac locus, in quo celebrandum erit Concilium, definientur; circa quæ libentiſſime audiremus ſententiam Maieſtatis Veſtræ: quod enim ad nos ſpectat, nec proprii commodi gratia, nec alterius privati reſpectus, noſtra pluris re-

fert hic, quam ille locus, maxime cum Maieſtas Veſtra illi interfuſura ſit: quantum vero noſtræ menti modo occurrit, cum maxime ſit neceſſarium, ut conciliam in nullo alio, quam in Italico ſolo celebretur, crederemus, ut Roma placere omnibus deberet; tum ob maximam opportunitatem ad ſuſtentandam maximam hominum multitudinem, quæ confluxura eſt; tum quia, cum hoc Concilium non cogatur ob Schiſma, quod ſcindat Eccleſiam Dei, nec ad diſſentientes Principes inter ſe conciliandos, ex quo ſuſpectorum locorum controverſia oriri poſſit: ſed ad Chriſtianam Rempublicam ab hæreſibus expurgandam, expeditionemque adverſus infideles decernendam, conſentaneum videtur, ut congregetur in ea Urbe, quæ in omnes Chriſtianos imperium obtinet: in qua etiam præteritis ſæculis multa Concilia celebrata fuere: in quam ſententiam etiam nos inclinat ea cogitatio, quod, ſi poſt tantas calamitates, quas Urbs perpeſſa eſt, diuturna curiæ abſentia adiungeretur, ad extremam ruinam, ac miſeriam redigeretur. Si vero grata, & accepta Roma non eſſet, nec perſuaderi poſſet, ut veluti non tuta non reſpueretur, non deſunt aliæ Italicæ Urbes ampliſſimæ, ut novit probe Veſtra Maieſtas, Bononia, Placentia, Mantua, ex quibus, quæ aptior fuerit viſa, ſeligetur.

Circa abuſus, legati reſponſum expectamus; ſuperioribus enim diebus ad eum ſcribi juſſimus, ut moneret, in quibus diſciplinæ reſtitutio expetatur: acceptoque ejus reſponſo, ea dabitur opera, ut cognoſcant omnes Pontificiæ mentis, & conſilii eſſe, ut prava emendentur, atque in omnibus, quantum fieri potuerit, amantiſſimis, ac prudentiſſimis Maieſtatis Veſtræ monitis mos geratur, quam ne tædio ulterius afficiamus, nos referimus ad ea de quibus hoc argumento ſcripſimus ad legatum, & cum Maio Oratore colloquuti ſumus. Deum interea precabimur, ut pia omnia ejus deſideria compleat. Dat. Romæ ultima Julii MDXXXV.

LXXXI. *Ex epiſt. Verg. apud Pallavicinum hiſt. Conc. Trid. to. 1. l. 3. c. 18.*

Paulus, ut de rebus Germanicis certior redderetur, Petrum Paulum Vergerium Juſtinopolitanum Epiſcopum, qui jam inde a Clemente VII. ſuo Prædeceſſore apud Romanorum Regem Nuncii fungebatur officio, ad ſe accerſivit, a quo accepit exulceratorum unicum remedium animorum eſſe, diſpoſitam, ac inflexibilem declarare voluntatem, ut Concilium haberetur; & abſque mora difficultatibus omnibus ſuperatis, illud quoquo modo congregaretur. Igitur Pontifex, Vergerium non ignarum animorum, quibus cum tractandum erat, ac tanquam futuri Concilii Auctorem, in Germaniam remiſit; eique Brevia, apud Catholicos, Proteſtanteſque Principes conceſſit. Juſſit eidem, ut locum ad celebrandum Concilium tantummodo decerneret, cum hoc unum in ſuſpenſo ſtare non poſſet: reliqua vero opportuniori tempore pertractaret. Propoſuit itaque Mantuam, ſed contradicente Germania, Cæſarem averſum habuit (novas ſiquidem hæretici prætendebant difficultates ad ſacrum illum conventum impediendum.) Quæ autem in iſta legatione fuerint mandata Vergerio, ipſemet quadam epiſtolæ particula hoc eodem anno 1535. miſſæ Pontificis a ſecretis Ambroſio Ricalcato declaravit. *Beatiſſimus Pater* (ſic ſcribit) *in Germaniam de congregando Concilio duplici cauſa Legatum me miſit: primum ne ulla, per quam nationale Concilium* ſicut tenebatur *Diæta haberetur: deinde, ut generale Concilium re ipſa celebraretur.* Altera quoque ſub 29. die Auguſti ejuſdem anni epiſtolæ particula: *Non me præterit* inquit *Pauli Optimi, & vere Sancti Pontificis voluntas; me non, ut formidoloſas commotiones tantummodo explorerem, ſed potius, ut eorum animos ad Concilium ſincere, & realiter celebrandum diſponerem, remiſiſſe.* Itaque Pontifex has ſubſequentes literas Germanicis Principibus afferendas Vergerio dedit.

Vergerium Paulus pro Concilio in Germaniam mittit.

Regi Romanorum.

XXXII. *Paul. III. lib. brev. ann. 1. p. 541.*

Chariſſime, &c. Cum Nuntium ad Majeſtatem Tuam mittere ſtatuiſſemus, non ſolum pro ſervando more, verum maxime pro eo ſtudio, ac deſiderio, quod nobis commune cum Majeſtate Tua eſt, per univerſalis Concilii remedium iſtam inclytam Nationem in tranquillum ſtatum reducendi, & in veterem Sanctæ Fidei conſenſum reſtituendi, & aliis incendiis Chriſtianæ Religionis, ut merito timeri poteſt, imminentibus, occurrendi; ſtatim; ut vidimus literas Tuæ Serenitatis, Dilecti filii Petri Pauli Vergerii apud te Nuntii, religionis, probitatis, & dexteritatis notitiam habentis, elegimus, ad eum totam ſuper hoc cogitationem, & deliberationem noſtram; ut eum quem tibi probatum, & acceptum videbamus; ac præterea de illis rebus jam eſſet inſtructus, cunctis in hoc anteferremus eum: itaque cum Dei nomine ad Serenitatem ſuam noſtrum, & hujus Sanctæ Sedis Nuntium mittimus apud te noſtra, & dictæ Sedis cuncta, quæ acciderint negotia, ſed præcipue, & maxime dicti univerſalis Concilii celebrationem, quod præ cæteris omnibus nobis cordi ineſt, continue acturum, & curaturum: ſuper quo cum ipſum Petrum Paulum plene de omnibus ad te, & ad dilectos filios nobiles viros

De Lutheranis ad Eccleſiæ obſequium revocandis actum.

Miſſus ad Regem Roman. & principes internuntius acturus de celebrando Concilio.

viros Electores, ac Principes, & circulos Germaniæ cum noſtris literis, & mandatis mittamus inſtructum, ad ejus explicationem uos referentes, tantum Serenitatem tuam hortabimur, ut eum ſolito amore, atque honore excipere, fidemque ejus verbis indubiam continue præſtare, ac ſolitum ardorem tuæ nunquam ſatis laudatæ pietatis in Catholica fide tuenda, & reſtituenda continuare velis; ſicut non dubitamus te pro tua conſuetudine, officio, & gloria eſſe facturum. Datum Romæ X. Febr. MDXXXV. Anno 1.

XXXIII. Eodem exemplo paucis immutatis tranſmiſſæ ſunt encyclicæ literæ ad Principes Electores, tum ad ſingularum Regionum quibus Imperium diſtinctum, eſt moderatores. Exceptus eſt a Ferdinando Rege, magno honore, & gratulatione Nuntius Pontificius, ut Joannes Eckius ſignificavit Paulo, illique, ut erat doctrina excultiſſimus, & in confutanda hæreſi exercitatiſſimus, operam ſuam detulit in Concilio celebrando; cui Paulus deinde grates egit; ac de ſinceritate animi, quo ſine ullo ſimulationis fuco Concilium celebrare conſtituerat, certiorem reddidit.

XXXIV. Vergerius ad ducem Saxoniæ miſſus. Adiit Petrus Paulus Vergerius Federicum Ducem Saxoniæ, cui ſuſceptam a Pontifice ſententiam de indicendo Concilio, (in quam Carolus Quintus Imperator, & Ferdinandus Rex concurrebant) Mantuamque ad id celebrandum deſignatam expoſuit; cui reſpondit Saxoniæ Dux, ſe de ea re cum Sociis Smalcaldici fœderis deliberaturum: quam impie, & præfracte vero ab hæreticis, qui Smalcaldiæ ad conferenda mutua conſilia pro factione Lutherana confirmanda convenerant, reſponſum ſit, narrat Surius his verbis: *Decembris die XXVI. eu conventu Smalcaldico reſponderunt Proteſtantes inter cætera ſibi Mantuam non placere; neque perpeſſuros ipſos, ut in Concilio Pontifeu ſua authoritate utatur, quod ille ſit ipſorum adverſarius, qui dogmata ipſorum damnarit. Itaque eum Judicem eſſe non poſſe; ſed eu voluntate Cæſaris, Regum, & Principum deligendos idoneos viros, qui juxta verbum Dei, cauſam cognoſcant, atque definiant. Idoneos autem viros vocant, haud dubie, Lutherum, Melancthonem, Bucerum, Pomeranum, & id genus alios Apoſtatas Monachos, quos certum erat hæreſeos nomine damnatos eſſe, & vel maxime reorum perſonam ſuſtinere, atque ideo nulla ratione poſſe ſententiam pronuntiare. Atque ita Proteſtantes Concilium quidem vehementer optare, & expetere dixerunt; ſed a ſuis concionatoribus male perſuaſi, tale Concilium petierunt, quale nulla unquam ætas verum, & legitimum eſſe putarit.*

Surius in comm. hoc anno.

Reſponſum Proteſtantium propoſitioni Concilii.

XXXV. *Mox adjicit. Cum vero verbum Dei aliter Lutherus, aliter Zuinglius, aliter Anabaptiſtæ, aliter Svvencfeldius, aliter Servetus exponant; quis unquam ſanæ mentis ex ſola Dei verbi litera [non adhibita Catholicæ Eccleſiæ interpretatione] aliquid certi ſtatui poſſe credat? Ita his tergiverſationibus novorum Evangeliſtarum, ſive dogmatiſtarum, id apud Proteſtantes magiſtratus effectum eſt, ut Concilium nullum admittere velint, cui Pontifeu ab omni antiquitate recepto more præſideat. [Et mox.] Sed abſit, Eccleſia Dei alium habendorum Conciliorum modum a Sectariis accipiat, quam ipſi traditum eſt ab Apoſtolis, & Apoſtolorum Succeſſoribus.*

XXXVI. Marth. Lutheri temeraria reſponſio de Concilio indicendo. Majore etiam impudentia reſpondit Martinus Lutherus hæreſiarcha, cum a Paulo Vergerio Nuntio Pontificio, qui per Saxoniam iter habens Wittembergam acceſſerat, atque a præfecto arcis honorifice exceptus fuerat, excitus eſſet in arcem, poſtulatuſque, ut ad indictum concilium accederet, hæc ſathanico faſtu, reſpondiſſe fertur. *Quod etſi Concilium cogatur, tamen futurum, ut in eo de rebus quibuſdam externis, iiſque non magni momenti, puta de cucullis Monachorum, de Sacerdotum raſura, de cibo, de potu deliberetur; de fide vero, de pœnitentia, de juſtificatione, aliiſque de rebus neceſſariis, quomodo credentes, vinculo Charitatis, in uno ſpiritu conjungantur, nihil quicquam tractatum iri: quibus de rebus ipſe cum ſuis per Spiritum Sanctum jam edocti ſint, ad certitudinem uſque eo fieri, ut ipſi Concilio non indigeant eorum, quorum, vel nulla, vel dubia ſit, & incerta fides: interim pergant, ſi velint, indicantque Concilium; venturum ſe, volente Deo, tametſi rogum, aut ignem ſibi paratum noverit.*

Ulember. in vit. Luth. cap. 38.

Opinabatur ille impius actum iri de ſancienda monaſtica diſciplina in concilio, atque adeo de cucullis per ironiam actum iri dixit, pariter de ſervandis jejuniis, quæ a Chriſto & Apoſtolis commendata helluo ille Epicureus deriſit, aſſerendo actum iri de cibo & potu: dum vero negavit de fide, de pœnitentia, de juſtificatione in Concilio actum iri, convictus eſt non afflari Spiritu Sancto, ſed ſpiritu mendacii & erroris. Interrogatus iterum Lutherus ab eodem Nuntio, an ipſe, vel ejus ſequaces ſacerdotalem Ordinem conferrent, non perhorruit id fateri, ac Pomeranum Epiſcopali munere fungi, eo quod Pontifex Lutheranos ab Ordinibus Sacris arceret: tradit etiam Ulembergius illum contumelias horridas

in

in Pontificem, & Epiſcopos evomuiſſe, ut eos vulpes & ſerpentes appellaret, Deumque temneret dicentem, *Principem populi tui non maledices*.

Act. 23. verſ. 5.

XXXVII. Dum religionis diſſidia œcumenici Concilii opera componere Pontifex meditatur, in eam quoque curam incubuit, ut labefactatam humana inconſtantia, ac imbecillitate diſciplinam Eccleſiaſticam priſtino ſpleudori reſtitueret: pluraque ab eo cum Cardinalibus collata fuiſſe conſilia indicant Acta Conſiſtorialia, quæ addunt Pontificem præcipue adhortatum fuiſſe Cardinales, ut tunc magis vitæ honeſtati ſtuderent, quæ cæteris vivendi normam exhiberet. Decreta quædam ad hanc reformationem ſpectantia per manus Cardinalium tranſmitti voluit; ut exinde an Bulla iuſtituenda eſſet, nec ne, decernerent. Eximium Pontificis iu hac re promovenda ſtudium Contarenus in vita Cardinalis Poli ita commendat. *Ut medicam lapſæ diſciplinæ manum admoveret, & conviciandi occaſionem hæreticis præcideret Paulus, eligere eu omni eruditorum hominum cenſu, doctrina, longoque rerum uſu, viros longe conſultiſſimos ſtatuit; qui ad reformandæ Eccleſiæ provinciam nervos omnes, ac ſtudia intenderent. Accerſiti igitur Romam e Gallia Jacobus Sadoletus Epiſcopus Carpentoractenſis, Verona Joannes Matthæus Gibertus, Eugubio Federicus Fregoſius Archiepiſcopus Salernitanus, Venetiis Gregorius Corteſius e Congregatione Caſſinenſi S. Georgii in Alga Abbas, Reginaldus Polus, & Joannes Petrus Caraffa Epiſcopus Theatinus. Seu equidem viri, quibus neſcias plane, an alii ea tempeſtate in omni laudum genere præſtantiores extiterint*. At Reginaldum Polum, & Joannem Petrum Caraffam anno ſequenti ad Urbem a Pontifice vocatos, literæ ad eoſdem directæ oſtendunt.

XXXVIII. *Hermann. a Kerſenbroch. mſ. Alex. VII. p. 355.*

Hoc anno Joannes e Bokelſon Pſeudochriſtus, & Anabaptiſtarum Rex, eo prorupit dementiæ, ut omnia, quæ Sacræ Scripturæ de Chriſto maguifice referunt, ea in carnalem ſenſum detorta ſibi attribueret; & quæ de Regno illius cœleſti prædixere, ea de Regno ſuo intelligenda fingeret; ac univerſum orbem ſubacturum, & inter ſeqoaces diviſorum, gloriaretur; quæ facturum antichriſtum ſacræ literæ teſtantur. Pellicere & in ſuas partes annisus eſt Philippum Lantgravium Sacrorum, & Religionis hoſtem, utpote hæreſi contaminatiſſimum, ut obſidionem Monaſterii ſolveret, ad quem haſce literas impias, atque inanes dedit, quibus Regni uſurpati cauſas deſcripſit.

Literæ teſtantur.

Jo. e Bokelſon Anabaptiſtarum Rex ſacras literas de ſuo Regno prophetare aſſeruit.

Leve Lips, *hoc eſt chare Philippe*, (hoc enim erat nomen Lantgravio,) *tu ſine dubio noviſti; quod Chriſtus, & Prophetæ dixerint, ne apicem quidem Propheticarum ſcripturarum fruſtra poſitum fuiſſe. Petrus in Actis Apoſtolorum inquit, quod in tempore reſtitutionis, quæ cœpit poſtquam per claritatem Evangelii Babylonica captivitas manifeſtata eſt, omnia, quæ locutus eſt Deus, per os Prophetarum implebuntur. Revolve eorum ſcripta, & diligenter ſcrutare, quod de captivitate Babylonica, & conſummatione huius mundi ſcribant, ſimiliter, quid parabolæ Chriſti, Apoſtolorum ſcripta, & Apocalypſes teſtentur: quid Babylonicis pro ſua malitia retribuetur, & e diverſo, ad quod Regnum, quamve gloriam populus Dei ex omnibus terræ finibus congregandis exaltabitur. De hoc tempore, quo id futurum ſit, minores Prophetæ potiſſimum agunt: ſi hæc accuratius ſecum expenderis, & Scripturas recte, ut Paulus Timotheum docet, ſequeris, & intellectum a Deo earum conſequutus fueris, facile, & ſine magno negotio intelliges, an propria authoritate Regem deſignaverimus, an a Deo prædeſtinatum habeamus*.

Quibos addidit Libellum quemdam in urbe Monaſterienſi impreſſum (plane impium, & ſatanicum) cui titulus de reſtitutione; unde Lantgravius Anabaptiſtarum furias cognovit: quem librum, ſicut & pleroſque alios Monaſterii per illud tempus editos, præſtat omnino ſupprimere, quam miſeram, & incautam plebeculam eorum editione circumvenire, & in æternam damnationem præcipitare: quomodo autem Monaſterienſes obſeſſi omnia reſtituerint, teſtantur omnium templorum profanationes, teſtantur omnes boni cives io exilium pulſi, teſtantur divina, & humana prorſus everſa. Deus autem Anabaptiſtarum reſtitutionem evertat.

Non ita obcœcari ſe ſivit Lantgravius, quin videret, male ſcripturam diſtorqueri ab Anabaptiſtis; omniaque divina, & humana everti, itaqoe ab iis diſſentienti objecit Bokelſon, vere illum monaſteria evertiſſe, opprimere epiſcopos voluiſſe, ducem Witrembergenſem (renitente Cæſare) in poſſeſſionem induxiſſe. Promolgavit viginti octo leges, & inter alias Sacerdotibus, & Monachis bellum indixit; tum hanc inſeruit Lenone perditiſſimo digniſſimam. *Nulla* [*virginitatis ſpecie, cum virgo non ſit*] *fratrem defraudabit, alioqui ſerio punietur*. (Additum eſt) *Edita ſunt hæc a Deo, & Joanne juſto rege novi templi Altiſſimi, ſanctiſſimoque Dei miniſtro anno ætatis ſuæ 26. Regni* XXXIX.

XXXIX. Anabaptiſtarum deliramenta, & fraudes.

Digitized by Google

gni vero primo, ſecundo die primi menſis poſt nativitatem Jeſu Chriſti Filii Dei MDXXXV. Edidit, & plura vaticinia, id eſt ſomnia impia, ac fidem novam doceri juſſit: Non illam, inquit, quæ vulgo legitur *Credo in Deum Patrem* ſed fidem de novo Regno, de matrimonio plurium uxorum, &c. & ita dæmon, qui per Lutherum articulum *In unam ſanctam* oppugnarat, in Anabaptiſtis integrum ſymbolum abrogare conatus eſt: mentitus etiam eſt urbem liberatum iri obſidione, cum (ſame ingraveſcente) parentes in rabiem efferati filios devorarunt. Plures vero motus ab Anabaptiſtis externis concitati ſunt, ac mox repreſſi: animadverſum gladio in factioſos, qui trium epiſcopatuum ruſticos in ſuos Principes concitabant, pateſactæ etiam Anabaptiſtarum Daventrenſium inſidiæ; omnia enim armorum genera in varias ædes congeſſerant, ut trucidatis concivibus, urbis tyrannidem invaderent, deinde ad Monaſterium liberandum provolarent, cujus conjurationis authores trucidati ſunt; multumque ad edomandos rebelles profuit Henricus Graſſius pſeudoapoſtolus, qui agnito errore, in pſeudochriſtum ſuum conjuravit: dimiſſus enim ab epiſcopo Monaſterienſi e vinculis, quibus conſtrictus erat, ac noctu extra vallum poſitus ad Monaſterii portas irrepſit, ac perſuaſit aſtute ſe ab Angelo fuiſſe liberatum, atque unicum ex omnibus pſeudoapoſtolis ſuperſtitem manſiſſe: itaque magna gratulatione exceptus a tyranno, juſſus eſt prophetam in urbe agere, atque in intima arcana admiſſus eſt; deinde vero emiſſus ex urbe cum literis, ut Batavos Anabaptiſtas ad ferendam obſeſſis opem incitaret, omnia conſilia aperuit epiſcopo: itaque Weſaliam profectus, cum arma varii generis in ædes comportata eſſent ad urbis tyrannidem corripiendam, dux Juliacenſis de re factus certior, aliquot equitum turmis ſuccinctus, conjuratos intercepit quinto aprilis die hujus anni, ac eorum coryphæis cervices abſcidit; reliquam vero multitudinem ingentem gratia donavit ea lege, ut publica pœnitentia expiati in gremium Eccleſiæ Catholicæ redirent. Magni quoque tumultus 11. Maii ab Anabaptiſtis Amſtelodami concitati, cumque ſorum, urbiſque prætorium invaſiſſent, ab aliis civibus exturbati, atque ex iis viginti quinque cervicibus abſciſſis, temeritatis pœnas dederunt, nec ad Monaſterienſem obſidionem ſulvendam contrahere exercitum potuerunt.

Anabaptiſtæ victi, obſidionem Monaſterienſem ſolvere non potuerunt.

XL. Interea arctiſſima obſidione cinctum Monaſterium Ludovicus epiſcopus premebat, omneſque aditus obſepſerat, ne ulli commeatus inſerri in Urbem, vel copiæ ſubſidiariæ permeare poſſent, jamque miſeri cives jejuniorum eccleſiæ irriſores, mures, & glires habebant in delitiis, & pellibus coctis, & contuſis famem pellere nitebantur, dum ipſorum tyrannus, qui communis omnium bonorum uſus illecebra faſcinatos in ſectam pellexerat, una cum præcipuis adminiſtris rerum omnium affluentia ad luxum potiretur, tantaque immanitate ſubditos tractaret, ut deditionis verba a perituris fame inter ſuſpiria laxata, tamquam læſæ majeſtatis crimina plecterentur: extrema morientium inedia calamitatem miſerata una ex reginis cæteris dixerat, ſibi videri tantam cladem Deo gratam non eſſe, quod ubi reſcivit adulterinæ Syonis rex, in ſoro, præſentibus reginis, illi caput præcidit (carnificis functus officio) moxque e carnifice in hiſtrionem verſus cœpit vibrare corpus in ludicros ſaltus, eoſque frangere ad delicias, vocem flectere in cantus, cum reginis ſuis choreas ducere, grates Deo patri agere de exercito tam eximio juſtitiæ facinore, cujus amentiam antichriſtica plebs fame ſquallida imitata eſt: nec deditionis verba pro redimenda vita cum epiſcopo ſuo nuncupare potuit, creaverat enim duodecim duces, qui ita plebem regiis verſabant imperiis, ut ſe commovere non poſſet.

Hermann. e Kerſenbroch. mſ. Alex. VII. Joannes Coclaus. Surius in comm. Meshovius.

Monaſterium Anabaptiſtarum Regia arctiſſime cingitur obſidione.

Sed tandem ſabulæ finis impoſitus. [1] Miſerat Pſeudochriſtus inter alios Pſeudoapoſtolos Henricum Graſſium, qui captus ab epiſcopo Warendorpiæ, cum vaticinia ſibi data eluſa perpendiſſet, ſeipſum accuſarat amentiæ, prodendique proditoris conſilium iniit, ſignificavitque enectam ſame plebem, quæ vix arma tenere poſſet, acceptaſque hoſtium copias tanquam ſœderatas in urbem induxit per portulam; mox conſerto cum vigilibus prælio, reliquo exercitui portas pateſecit: com-

NOTÆ [1] CElebris illa Monaſterienſis Tragœdia ita quidem anno iſto abſoluta eſt, ut aliquid etiam tragicum in exordium anni ſequentis reſervaretur. Rex enim Anabaptiſtarum hoc quidem anno in hoſtium venerat poteſtatem, at ſequentis initio ſupplicium de eo ſumptum eſt. Huic neci diem XXII Januarii 1536. aſſignat Hermannus a Kerſſennebruch, qui belli hujus Anabaptiſtici hiſtoriam ſcripſit ab Annaliſta noſtro in Vaticano codice conſultam, quam tamen paucis ab hinc annis typis vulgavit Menkenius Rer. Germanicar. Tom. III. MANSI

commiſſa ſunt cum pertinaciſſimis hominibus atrocia prælia, maxime in ſoro, quod cadaveribus conſtratum fuit, ſupplicibus arma abiicientibus venia indulta eſt. Bernardus Rotmannus Sacerdos impietatis ſignifer, & Sacrorum hoſtis, ut redimeret cita morte merita corporis ſupplicia, neglecta animæ ſalute, in conſertiſſimos hoſtium globos incurrit, confoſſuſque ab iis occubuit : Rex vero, & ejus Senatores Cniperdolingus, & Crechtingus capti, aliquot menſibus vitæ reſervati ſunt, ut animarum ſaluti conſulerent; ſed licet errores, ac flagitia admiſſa in Principem agnoſcerent, defectionem tamen impiam a fide non planxerunt : immo Pſeudochriſtus ille errores de Anabaptiſmo, & pernegata Verbi incarnatione exuere detrectavit, meritoque tandem ſupplicio affecti, & forcipibus candentibus per horam excarnificati, demum mucrone in pectus adacto confoſſi, eorumque corpora in caveis ferreis illigata in ſummo turris editiſſimæ faſtigio ſuſpenſa, de quibus hæc addit Surius. *Re vera quiddam Gothicum, vel Cimbricum, aut Wandalicum jam meditabantur, niſi Dei providentia, quæ nunquam deeſt rebus humanis, tam furioſa conſilia retardaſſet, & impios conatus perfregiſſet. At nec ſic tamen ea hæreſis extincta eſt, immo hodie multis in locis magno numero id genus hominum verſatur; impune quidem, ſed non ſine magno eorum, apud quos degunt, periculo.*

Capto Monaſterio Regnum Anabaptiſtarum deletur cum ſuo Rege.

XLI. Expertum eſt hoc anno Amſtelodamum, quam infeliciter a Sathana deluderentur Anabaptiſtæ, cum ab eo arrepti turpiſſima, atque ab omni ratione, & humanitatis ſenſu abhorrentia patrarent, nec in ipſa ſuppliciorum acerbitate ad agnoſcendum errorem ſe colligerent. Quæ a Lamberto Hortenſio ſubjectis verbis deſcribuntur.

Lambertus Hortenſius in hiſt. Anabapt.

Tertio idus Februarias MDXXXV. memorabile quiddam Anabaptiſtæ Amſtelodami deſignarunt. In vico Salinario Joannes Sibertus habitabat pannicida; Aberat is per eos dies procul a domo in Orientalibus Urbibus, ubi negotiabatur. Huc ſeptem viri, & quinque fœminæ convenerant, inter quos unus, qui [Theodorito Sartori nomen erat] ſe prophetam dixerat. Mane paulo poſt tertiam horam in ſecretiori ædium parte pronum ſe in terram ad orandum Propheta in conſpectu omnium porrexit. Dum orat, tantus omnibus horror inceſſit, ut locus ipſis moveri, & omnia tremere viderentur. Poſtquam precandi finem fecit, Deum [inquit cuidam] in Majeſtate ſua vidi, & cum eo ſum collocutus; raptus fui in Cælum, inde traductus ad Inferos omnia luſtravi; adeſt magnus extremi Judicii dies, & tu in omne ævum maledictus es, dignus, qui ad inferos deſcendas, in abyſſum barathri demergeris. Tunc Miniſter ille : Pater, qui Cælos inhabitas, mei miſerere, mihi ſis propitius. Tum Propheta : Pater tui miſertus eſt, & in filium jam recepit, atque admiſſa tibi omnia tua condonavit. Paulo poſt eodem rurſum convenere, & ex quinque fœminis aliquot relictis in thoro maritis, huc ſe iterum contulerunt, quatuor horis docendo & precando abſumptis. Propheta galeam capiti deeractam, & thoracem ferreum exutum, enſem, & alia bellica inſtrumenta excuſſa, in ignem congeſſit. His ſpoliatus, totus ſtetit nudus, ut non eſſet, quo ea, quæ ab oculis hominum ſunt removenda, & natura tegi, haberique occulta voluit, conderentur. Mandat ſub hoc imperioſe ſeu cæteris, ut ſuo exemplo ſe totos exuant. Paruerunt juſſui. Inde & fœminæ virorum exemplum ſecutæ, adeo omnem veſtitum poſuerunt, ut non eſſet funiculus reliquus, quo capitis comas ſubſtringerent, nulla naturali verecundia ductæ, [ſic enim cenſuerat Propheta univerſum id, quod e terra natum, factumque in ignem conjici oportere, holocauſtum Deo id futurum arbitratus] gravis, duruſque fœtor veſtium igne correptarum totam jam domum, ita oppleverat, ut mulier domus hoſpita, quæ harum rerum ignara omnino erat, eo experrecta lecto exiliret, focos exploratura, & quod incendium uſquam eſſet. In tabulatum ſurſum progreſſa, nudos undecim promiſcuos ibi offendit. Cui illico pro imperio mandat, ut & ipſa ad præſcriptum ſe oſtenderet. Obtemperavit nulla mora, veſtes in focum ſuper acervum aliarum cumulavit. Ita nudatis duodecim nondum liquebat, quid rerum inceptarent. Ibi omnibus imperat Propheta, ut currendo, clamandoque ſe imitarentur, mox in publicum domo egreſſi horribili clamore, per Urbem ſurſum deorſum dimidiatam pervagantur. Clamor conſentiens omnium hic erat. Væ væ væ; divina vindicta, divina vindicta, divina vindicta.

Lambert. Hortenſ. hiſt. Anabapt. pag. 59.

Afflatus a Spiritu Sancto ſe ſimulant Anabaptiſtæ, & multos decipiunt.

Nunquam in vita Mortalium mugitus horridior fuit auditus, nec exiſtimabant horribiliorem ullo ævo exaudiri poſſe. Cives armati in publicum proſiliunt, & forum invadunt rati ab hoſtibus Urbem captam fuiſſe, capti omnes in vincula ducuntur extra unam mulierem, hæc, quo fueris dilapſa, inter nullos conſtare video. In Curia, dum nudi ſedent nulla verecundia tacti, veſtitum oblatum rejecerunt, tegi pertinaciter recuſantes, ſe nudam veritatem eſſe dictitarunt. Incendii dome- XLII.

ſtici

Anabaptiſtæ morte mulctantur, & obſtinati in errore decedunt.

ſtici jam dirus fœtor ad vicinos pervenerat, & fores ita clauſæ erant, ut eas refringere non valuerint; ſera ad poſtremum bombarda diſcuſſa offendunt incendium ſtramentis paſtum, veſtibus, armis, duabus lancibus carnium plenis ſuperimpoſitis oppreſſum fuiſſe. Coguntur ſagittariorum ſodalitia in forum, ut adſint in armis, explorantur multorum ædes, nonnulli capiuntur. [Et infra.] *Quinto Kal. Maii ſeptem viri quos nudos diſcurriſſe retulimus, percutiuntur. Horum varius in ſupplicio extremo clamor fuit. Hic, Laudate ſemper Dominum, Ille, Vindica ſanguinem tuorum. Alius, Aperire oculos. Quartus, Væ. Pridie nonas Martias ejuſdem generis alii novem percutiuntur, & tot cædibus per totam Hollandiam plebs pertinax, & obſtinata nondum evicta magis, magiſque erroribus induruerunt.* Lapſis paucis menſibus ſecunda Maii ab Anabaptiſtis motus ingentes concitati, cum forum, urbiſque prætorium invaſiſſent. Verum peſtiferæ illius ſectæ defenſores compreſſi mox ſunt.

XLIII. *Paul. Jovius l. 34.*

Dum ita Dæmon novarum hæreſeon monſtra pararet ad dilacerandam Eccleſiam, non minus ad eam opprimendam Turcicum faſtum, atque potentiam efferabat. Complexus vaſta cupiditate totius Orbis Imperium Solimannus, exercitum ad debellandos Perſas in expeditionem duce Ibrahimo Baſſa eduxerat; maritimum vero apparatum ad ſubjiciendam ſibi Africam Præfecto Hariadeno Algerii, rege immiſerat, a quo ſuperiore anno poſt devaſtata Italiæ littora, ſpecie fallaci inducendi Roſcettis, qui ſe fiduciarium Turcici Imperii profeſſus erat, in poſſeſſionem Tunetani regni, Tunetum invaſerat, depulſo Muleaſſe rege, conſurgenteſque in arma Tunetanos, Roſcettis deſidia, cum ſe ſpe ſua deceptos indignarentur, compreſſerat, redegeratque in Turcicam ſervitutem, tribus Tunetanorum millibus cæſis in prælio, & aliis ad triplum vulneratis: compoſitis vero Tunetanis rebus, & creatis magiſtratibus, ac Numidarum principibus, largitione, & muneribus conciliatis, proferre latius victorias, atque ex Africa, Siciliam, Italiamque invadere meditabatur, cujus periculi magnitudine, & precibus Muleaſſis regis Tunetani, permotus Carolus V. antevertere Hariadeni molimina, atque in ipſa Africa illum opprimere, reſtituereque Tunetano regno Muleaſſem conſtituit. Cumque expeditionis Africanæ, generoſa conſilia cum Pontifice contuliſſet, Paulus ea magnis extulit laudibus, atque in ſumptus inſtruendæ claſſis ſacerdotalium vectigalium decimas ex ipſius Regnis colligendas attribuit; tum auro Pontificio nomen triremes in portu Genuenſi comparavit, quibus tres alias, quæ jam inſtructæ in portu centumcellarum erant conjunxit, quibus Virginium Urſinum, navandæ operæ cupidum, præfecit, adjuncto Paulo Juſtiniano Veneto, navali peritia inſigni, cujus conſilio uteretur; tum Rhodiorum equitum Principi dedit imperia ut claſſem omnibus rebus exornatam, muniatamque Cæſareæ claſſi conjungeret.

Paul III. lib. brev. ann. 1. p. 581.

Paulus Jovius l. 33. pag. 532.

Sur. in comm. hoc anno.

Bizar. hiſt. Gen. Hiſt. Turc. in Solimano. Panvin. in Paulo III.

Paulus III. auxilia præſtat Carolo contra Hariadenum. *Paul. Jov. l. 34 p. 175.*

Appellati ſunt etiam Veneti, ut ſacro fœderi in Turcas accederent, ſed illi perſeverandum in Solimanni amicitia rati ex fœdere, quod ante triginta annos cum Bajazethe ejus avo percuſſerant neutri parti ferenda auxilia cenſuerunt.

XLIV. *Paul Jov. ubi ſup.*

At Pontifex a ſuſceptis conſiliis minime deſtitit: præcipuum cum accepee a Perſis Turcicæ cladis fama vulgaretur: quod in actis conſiſtorialibus refertur. Nam octoginta triremibus, & centum viginti navibus partim ex Calabria partim ex Luſitania miſſis, claſſem inſtruxit; ſacraque peracta ſupplicatione in Baſilica Lateranenſi, ad civitatem veterem acceſſit, ubi claſſem ſigno crucis munivit.

XLV.

Quin etiam enixus eſt pellicere in ſocietatem belli pro augenda re Chriſtiana contra Turcas Franciſcum Galliæ regem ſollicitavitque, ut Chriſtianiſſimi regis titulum auguſtum factis ornaret, maxime cum Solimannus in Syria, Armenia, ac Perſide magnas clades accepiſſet: non prætermittendam præclaram occaſionem rei bene gerendæ, contundendæque Turcicæ tyrannidis, cum Turcæ nulli occaſioni nominis Chriſtiani opprimendi deeſſe conſueverint.

XLVI.

Adhibiti ſunt hac de cauſa plures Internuntii a Pontifice, ut mutuo fœdere Franciſcus Rex, ac Cæſar in Turcas conjungerentur. Verum ad ea conſilia nonnullis de cauſis flecti non potuit rex; quamvis Pontifex eidem Sacerdotiorum regni ſui decimas permiſiſſet, ea lege, ut viginti triremes Maſſilienſes, ad tuendas Hetruſci maris, & ditionis Pontificiæ oras inſtructas teneret: atque duas alias decimas pro claſſico apparatu contra Barbaroſſam nonnullis conditionibus conceſſiſſet: videlicet, ut vel nummaria ſtipendia perſolveret militi, vel ſubſidiarias triremes inſtructas ſub pontificiarum triremium præfecti, aut legati apoſtolici ſignis teneret.

XLVII. *Surius in comm. hiſt. hoc anno Franc. Belcar. l. 21.*

Quod ad inſignes clades acceptas a Solimanno in Armenia, & Perſide attinet, referunt Hiſtorici, Solimannum ſuperiori æſtate potitum Tauriſio, & Sultania cum Thammaſus Perſidis Rex, Albanorum, Hiberorumque auxiliarem e-

Solimanni in Perſide, & Armenia clades.

quitatum levioris armaturæ præſtolaturus ſe in montes ſubduxiſſet, ut ii cataphractos Perſas antecederent, ſeſſoſque itinere Turcas, & commeatibus indigentes, adverſaque valetudine in alieno ſolo tentatos aggrederetur, locaſſe caſtra ampliſſima in planitie, quam Nyphates montes præcingunt, quorum juga altiſſimis nivibus obſita vigent: excitata vero ante æquinoctium vernum tempeſtate ſæviſſima, qualem nunquam exortam Perſæ meminerant, impulſam noctu a conglobatis ventis nivium molem, ſtraviſſe Turcica caſtra everſis tabernaculis, tum ex effuſa imbrium vi, fluminiſque eluvione jumenta, & ante alia magnum Camelorum numerum, militumque maxime ægrorum, ingentem multitudinem periiſſe; magnumque diſcrimen Solimannum ex diſiectis circum procellæ vi tentoriis adiiſſe, tum invectam ex concretis glacie nivibus repentinam hyemen, extinctoſque ignes, qui intempeſtæ noctis horrorem mulcebant, adeo ut territi Turcæ extremam internecionem (ſi incurriſſent Perſæ) expectarent: eo adverſo caſu, magorum diro carmine, ut putabant, concitato, attonitus Solimannus, affectuſque incommodis ſiniſtrorſum, in Aſſyriam abſque mora caſtra movit ad Babylonem, Caliphæ ſuperſtitionis Mahumeticæ principis ſedem, atque olim Semiramidis regiam occupandam, cum Provinciæ præfectus, rebus omnibus imparatus eſſet, atque Babyloniorum odiis ob tyrannidem in eos exercitam, arderet.

XLVIII. *Paulus Jov. l. 34.*

Dum eo bello diſtrictus eſſet Solimannus in oriente extremo, præclara arriſit occaſio Cæſari conficiendæ expeditionis Africanæ, quæ tanto apparatu inſtructa
385. fuit, ut claſſis ea ſeptingentis ferme navibus ex Hiſpaniæ, Belgii, Italiæque & Siciliæ portubus eductis conflata ſit; in

Ingens claſſis Caroli V. pro expeditione Africana.

quibus erant duæ & octoginta roſtratæ triremes, ſupra ſexaginta onerariæ naves e Belgico Oceano adductæ, vigintiquinque etiam aliæ majoris alvei indicis navigationibus aſſuetæ, quæ Ludovicum, Luſitaniæ Regis fratrem adduxerant; & quadriremis una prætoria, quæ Cæſarem veheret, ea nitebat laqueari aurato, & cælata, pictaque introrſus puppe, contectaque umbraculo ex auro, purpuraque interteato, cujus remiges, ſerica tunica induti, & epibatæ cultu plurimum exornato ſplendebant: præerat maritimæ rei Andreas Auria Ligur, ad quem Pontifex gladium ſolemnibus cæremuniis conſecratum, vaginæ cælatura, capuloque gemmis ornato conſpicuum dono miſerat, ut eo adverſus Chriſtianæ Religionis hoſtes pugnaret. Indictas a Pontifice ſolemnes ſupplicationes pro hujus expeditionis fœlici ſucceſſu referunt acta conſiſtorialia.

Acta Conſiſtor. mſ. Card. Spada ſig. n. 133. p. 190.

In Africam Imperator trajecit claſſem, & Gulettam appulit.

XLIX. Trajecit ea claſſe in Africam Cæſar; atque Hadriadeno Barbaroſſæ extremum terrorem offudit: dum vero Uticæ portum ingrederetur, periculum incurrit; nam quadriremis prætoria in vado ſabuloſo hæſit; tum Auria dimidiam vectorum, & remigum partem in adverſam ſpondam declinare juſſit, levataque pondere quadriremis, impulſaque dextero remigio tumultum arenæ ſuperavit. Non leviter ex eo commotus eſt Cæſar, memoravitque Philippum patrem ſimile vitæ diſcrimen adiiſſe; cum in Oceano Britannico, tempeſtate actus in arenæ cumulos periturus incidiſſet, niſi ingentis fluctus beneficio elata navis, ultra extantem ſabuli tumulum, magno miraculo tranſportata fuiſſet. At Utica mox diſcedens circumacto Carthaginis promontorio applicuit ad Gulettam arcem Stagni, quod ad Tunetum protenditur, faucibus imminentem. Cum in ſcaphas deſiliiſſent milites, ſclopetorum ſtrepitu perturbati hoſtes, qui littora obſervabant, nullo contracto certamine in fugam ſeſe effuderunt; deſertiſque caſtris, poſt nonnulla tumultuaria prælia, arx tormentis bellicis diverberata eſt, tam immani fragore, ut ferveret mare, ac turris cum antemurali diſrupta ſit, diſiecta propugnacula, & defenſoribus nudata: tum præeunte cucullato ſacerdote, præferenteque Chriſti Servatoris imaginem, ad militum accendendos animos, milites admotis ſcalis aſſilierunt in arcem contempto vitæ diſcrimine; Turcaſque, quibus Sinas imperabat, non ſine ſtrage, in fugam compulerunt: plures in ſtagnum ſe conjecere, qui globis confixi, paludem cadaveribus conſtraverunt. Noſtri tormentis hoſtium, & tota claſſe ſubducta, quæ trecentis, & ſeptuaginta navibus conſtabat, potiti ſunt, cæſa hoſtium tria millia, noſtrorum quinquaginta vix deſiderati, ut Cæſareus orator ſignificavit Pontifici: quo appulſu fœlici audito, Pontifex ſolemnes alias ſupplicationes Chriſtiano clero, populoque indixit pro flagitanda a numine victoria, Cæſaremque datis ad eum literis ad ſtrenue rem gerendam excitavit.

Fab. Vigil.

Primos impetus imprimendos in Guletanam Arcem cenſuit Cæſar, eaque, auxiliante Deo, capta eſt. Nam Auria (ut ſcribit Jovius) ſuo uſus munere, a mari oppugnandi Gulettam uti vocant, negotium ſuſcepit; ita totius claſſis diviſis ordinibus, ut roſtratæ naves ſibi per vices tripartitæ ſuccederent, diſploſiſque tor-

Lib. 34.

Gulettæ Arx fortiſſima expugnatur a Cæſare.

tormentis, cedendo, ſequentibus locum darent: majores vero, onerariæque naves idoneis in locis, ad anchoras conſtitutæ, ex caſtellis, prorarum, & puppium, & ab excelſis ſummi mali carcheſiis jugiter operam navarent; terra autem tribus in locis tripartita, pariter ſingula munera, diviſis inter ſe per nationes copiis, Vaſtius partiebatur, ut ſingulæ acies ex æquo attributi laboris onus, & ſperatæ laudis fructum ſentirent. Nunquam ab ulla hominum memoria, poſtquam tormenta ad excidium humani generis reperta ſunt, vel acriori vi, vel majori apparatu, exactiori diligentia, munitus uſquam locus, & oppugnatus. Tanto enim crepitu, adeoque horribili reboatu fragor, ingentis terremotus inſtar eſt editus, ut non quaſi moveri, & graviſſime concuti, verum tota paſſim terra hiſcere, & jam jam mortales abſorbere videretur. Mare autem, quod tranquillitatem pacati æqooris oſtenderat, modo, & fluctus ſuos concitare in orbes, remotaque etiam pelagi ſpatia repente excitata, flaventi ſpuma conturbari, lateque fervere ſpectaretur; & cœlum ſuperfuſa tot excitatis ignibus fumea caligine omnium oculis eſſet ereptum. Ab aurora ad meridiem majoribus colubrinis nunquam eſt ceſſatum. Itaque turris cum adjectu ſuo antemurali terebrata, undique, & penitus diffracta, ſic concidit, ut tormenta ſuis appoſita feneſtellis, horumque libratores corruentium parietum, & proſciſſæ teſtudinis ruina contegeret; munitioneſque circum omnes nudatæ propugnaculis late paſſim perfoſſæ, atque disjectæ, non omnino difficilem noſtris aſcenſum præberent. His ad accendendos animos cucullatus ſacerdos, Crucifixi Chriſti Servatoris ligneam imaginem præferebat.

LI. Nec mora, cohortes, quibus ſingulis ſenæ ſcalæ erant attributæ, eo ordine, ut tum hoſtilem munitionem invaderent, quum ſignum tubarum cantu eſſet datum, noſtrorumque tormenta ceſſaſſent, cohortante, jubenteque Cæſare præcurrerunt. Neque diu barbari, quamquam in ſubeuntes tela omnis generis, navalique artificio, miſſilem ignem tenaci flamma, armis adhærentem coniicerent, vim noſtrorum, tanquam terrefacti, magnaque introrſus obruti clade ſuſtinere potuerunt, ſed occupatam a ſcandentibus munitionem, amiſſa ſpe defenſionis, deſerere, præcipiteſque ſe in fugam dare conati ſunt. Sinas ipſe cum Ducibus ponte ligneo ſe ejecit in adverſam continentem, lævoque littore, intento curſu Tunetum profugit, quo itinere multo maxima pars ſuorum ſeſe proripiebat. Alii cæſi, pulſique in ſtagnum detrudebantur, quos enatare conantes, & dexteri littoris appetentes marginem Hiſpani equites, & ſclopetarii periti venatoria conſuetudine, paſſim opprimebant, tanta confectandi voluptate, ut tota palus barbarorum cadaveribus conſtrata videretur. Noſtri, paucis amiſſis, omni tormentorum apparatu, totaque jam pridem ſupradicta, (ut diximus,) hoſtium claſſe ſunt potiti, quo nihil jucundius Cæſari, Hariadeno vero acerbius, accidere poterat. Huc uſque de hac re Jovius.

LII. Tam fœlici exitu capta, quam vocant, Guletta, communita eſt arx Cæſaris juſſu, atque ad Tunetum promota ſigna, variiſque eruptionibus prælia tumultuaria nonnulla facta, in quibus Cæſar non modo intrepidi docis, ſed etiam pugnaciſſimi militis munera explicuit: moleſtum pugnæ genus edebant barbari, cum magno impetu primo procurrerent, deinde, cum premerentur, terga darent, mox converſis ſignis in noſtros irruerent: his de cauſis nonnulli graves, & togati viri conſulebant, bello finem imponendum Guletta capta, & occupata, hoſtili claſſe Europæ littoribus prædonum metu liberatis, com profluviis ventris mortiferis milites laborarent, & Numidarum reguli veteres Muleaſſis inimici ad Barbaroſſam confluerent; ſed eos Cæſar anguſtioris eſſe animi increpuit, atque ad Tunetum expugnandum animos obfirmavit, ad quod præclariſſimum conſilium Pontifex, hiſce literis hortabatur.

Imperatori.

Chariſſime, &c. Hodie dilectus filius nobilis vir comes de Siſtuente, orator apud nos tuas nuntiavit nobis nuntium, diu ſperatam, atque exoptatum captæ a te Gulettæ, una cum artellariis trecentis, & ſeptuaginta navibus, ita quidem, ſine magno detrimento tuorum, at tribus millibus hoſtium interfectis, via quinquaginta tuorum deſideraveris; illud quoque adiiciens, quod fuit dignam tua ſingulari virtute, & prudentia te poſtero die, ne quid perterritis hoſtibus laxamenti dares, ad Tunetum ipſam expugnandum cum toto exercitu contendiſſe. Agimus igitur Deo omnipotenti maximas gratias, quamquam propediem majores nos acturos confidimus: ſiquidem ex his initiis poſtrema nobis pollicemur, at ipſo Tuneto, & copiis hoſtilibus actutam potiaris; quæ omnia, nos quidem Dei certiſſima opera agnoſcimus per miniſterium tuæ virtutis, ac pietatis, atque in ſpem certam adducimur, brevi fore, ut illius miſericordia tuis inclytis geſtis, tandem feſſa tot malis Chriſtianitas conquieſcat, fideſque catholica, & Chriſtia-

Paulus III. lib. brev. ann. 1. p. 290.

Gratulatur Cæſari Pont. de capt. Tunetani Regni maritimo Imperio.

Concepta inde ſpes debellandæ Africæ.

Indictæ fidelibus publicæ gratiarum actiones.

ſtianum Imperium, te duce, & intus purgetur, & foris longe propagetur, quodque nobis Divina bonitas, ut Cæſare, & incolumi diutiſſime perfruamur, concedere dignetur. Nos quidem, fili chariſſime, ita perfuſi ſumus gaudio, ut amplitudinem noſtræ lætitiæ verbis noſtris non aſſequamur, maxima enim ſolicitudine liberati, ſecuritateque vallati per te ſumus; cum iſte hoſtis, a quo multo tunc minore, aſſiduas clades perpeſſi fuimus, niſi fractus a te nunc fuiſſet, ferri ultra non potuiſſet, tanta ſua claſſe, atque exercitu incolumi, Tunetique regno, ad veteres ſuas vires adjecto: itaque nos, qui nuper pro ſalute, & fœlicitate tuæ Majeſtatis, & tui exercitus publice in omnibus eccleſiis, Deum ſuppliciter orari fecimus, quod & continue facturi ſumus; nunc pro hac Dei benignitate, & victoria tuæ ſerenitati conceſſa gratias divinæ Majeſtati publice in omnibus Eccleſiis agi mandavimus; ut eodem tempore perſonent in Divinis templis, & actiones gratiarum pro præteritis conceſſis, & preces pro futuris victoriis concedendis. Verum nos propediem lætiores de te expectantes nuntios, interim tuæ Majeſtatis virtuti, ſapientiæ, & fœlicitati intimo affectu, ac paterna charitate gratulamur; Deumque ſupplices deprecamur, ut tuæ ſerenitati incolumitatem corporis, a qua ſalus totius Chriſtianitatis hoc tempore dependet, ulterioremque ac plenum huius ſanctæ expeditionis ſucceſſum largiatur, quod hoc tempore, jam perfectum eſſe confidimus, ſicut hæc plenius noſter apud te Nuntius exequetur. Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXVIII. *Julii* MDXXXV. *anno* I.

Fauſta omnia illi comprecatur.

LIII. Defixis ad Tunetum caſtris, commiſſoque cum Barbaris prælio, illi in fugam compulſi ſunt, quorum numerus ad centum millia aſcendiſſe ferebatur; perculſuſque metu Barbaroſſa, conſilium iniit occidendi mancipia chriſtiana ac circumpoſito, incenſoque pulvere tormentario, quotquot in ergaſtulis erant, ad unum concremandi: cujus atrocis periculi rumor, cum per totam arcem uſque ad ergaſtula permeaſſet, duo Viberti, Tyranni immanitatem execrati, atque ad Chriſti ſacra, quæ inviti ejuraverant, redire meditati, patefacto carceris aditu, chriſtiana mancipia vocarunt ad libertatem, ac inſtrumenta ad rumpendas catenas præbuerunt; atque ita ſex millia chriſtianorum exutis compedibus, catenis, ſaxiſque armati, obvios turcas obruerunt, occuparunt arcem, refractoque armamentario, arma corripuerunt, datoque ab arcis culmine ſigno, & vexillo (quod ſarmentinæ cohorti paulo ante ereptum fuerat) explicato, Cæſareum exercitum in auxilium exciverunt adverſus Barbaroſſam, recuperandæ arci, vi, precibuſque, & ingentibus promiſſis intentum; qui mox concrematis rebus omnibus. cum ſeptem millibus turcarum Hipponam, quam nunc bonam vocant, militari ordine contendit, ut conſcenſis triremibus, quas in ſtatione tutiſſima, nimirum in ſtagno juxta Urbem reliquerat, meliores caſus mari, quam terra experiretur. Tunetani ad excipiendum Muleaſſem Regem, qui ad caſtra cæſaris ante pervenerat, paratos ſe exhibuerunt; rogaruntque cæſarem, ut milites ab urbis ingreſſu contineret, ac Muleaſſes pro ſuis civibus deprecator adſtitit; ſed cum de perſolvendo militi juſto ſtipendio a Tunetanis conſilia non expedirentur, a ſervis, qui ſe in libertatem vindicaverant, arcis porta Cæſareis aperta eſt; ac milites agminatim in urbem irruentes, ad prædam diſcurrerunt Hiſpani maxime, Italique; nam Germani inſitam animi feritatem ſequuti omnis ſexus, & ætatis turbam trucidarunt, donec obteſtante Muleaſſe a Cæſare ſævitiæ modus impoſitus eſt. Dum Muleaſſi in Regnum reſtituendo, & arci communiendæ datur opera, non ea, qua par erat, celeritate, ad perſequendum Barbaroſſam, opprimendumque decurſum eſt: ille enim promptiſſimis ſuorum viribus, triremes quatuordecim demerſas in ſtagno, e profluentis fluminis vado eduxit, inſtruxitque omnibus armamentis, in margine ſtagni munitionem erexit, impoſitis tormentis bellicis ad diverberandam Chriſtianam claſſem; ſi egreſſum impedire moliretur: idque conſilii Cæſar, & Auria iniverant; ſed miſſæ ſunt tantum quatuordecim, roſtratæ triremes Duce Adamo genuenſi, non ita rei navalis perito, qui Biſertam prætervectus cum Hippone appropinquaret, Barbaroſſam claſſem eduxiſſe in mare, & munitionem tormentis inſtruxiſſe didicit; quare perturbatus, cum hoſte feritate, & peritia militari, & numero pollente congredi non auſus, obverſis proris ad majorem claſſis partem accerſendam velis, remiſque contendit, cum Barbaroſſa infrequentiæ, imbecillitatiſque noſtrorum ignarus ab inſequendis noſtris abſtitit, Algeriumque enavigavit, atque ita illius intercipiendi occaſio amiſſa eſt. Porro Auria poſt Barbaroſſæ diſceſſum Hipponam cepit, evertitque. Cæſar Muleaſſem Tunetano regno reſtituit, duodecim Falconum, & ſex Equorum vectigali imperato, & ut pro Guletano mille militum præſidio ſtipendia perſolveret; dein ſumpta conſilia de urbe Africa (quæ

Barbaroſſa fugit Hipponam relicto Tuneto.

Tunetum expugnatur.

leptis

leptis antiquis fuit) in ſinu Adrumentino ſita, expugnanda; ſed adverſæ tempeſtates claſſem, ne in eum Sinum inferretur, prohibuerunt. Itaque in Siciliam curſum intendit Cæſar.

LIV. *Acta Conſiſtor. mſ. Card. Spad. ſig. n. 133. p. 291. Franc. Belcar. l. 21.* De florentiſſima hac victoria expugnatoque Tuneto certiores factos a Pontifice Cardinales de vexo Auguſto memorant acta Conſiſtorialia: in quo ſacro Senatu recitata fuere fœdera pacta a Cæſare cum Tunetano Rege. Præcipua ejus capita hæc fuere, ut Muleaſſes omnes Chriſtianos, qui in Regno Tunetano vincti tunc detinerentur, aut pro ſervis haberentur, liberos dimitteret, ac viatico, ut ad ſuos redirent, donaret: fas eſſet Chriſtianis in Regno Tunetano ſedes ponere, exercere negotia, ſuæ Religionis ritus celebrare, templa, Monachorum cœnobia extruere, nullos chriſtianis ſacris initiatos, & deinde ad Mahometanum ritum deficientes, ex provinciis Cæſari obnoxiis transfugientes in ſuas civitates, aut aliam Regni partem admitterent, ſed potius pellerent: ut omnes Regni Tunetani urbes arceſque, quas adhuc Barbaroſſa ſua tyrannide premebat ut Aphrodiſium, Hippo, Cirtha ab antiquis dicta, nunc Biſerta communiter appellata, nonnullæque aliæ in jus, ac poteſtatem Cæſaris, Hiſpanorumque Regum mox concederent, atque barbaro eriperentur, ac Muleaſſes omni jure in eas parto cederet. Guletta quoque, com agro adjacente ad duo milliaria, una cum aquaria turri Cæſareæ ditionis eſſet; Muleaſſes Regnum Cæſareæ beneficentiæ acceptum referret, atque in perpetuam clientelæ memoriam, ſex equos mauros perniciosiſſimos, atque duodecim Falcones octava kal. auguſti offerret: ſi pacta infringeret, regni jactura mulctaretur. His adjectum eſt, ut ſi Africæ oppidum, quæ Leptis olim fuit, vel armis, vel alio modo e Turcarum manibus avelli contingeret, Hiſpano Imperio adjungeretur. Pontifex vero audita fama Cæſarei adventus, ad eum legatos Oſtienſem ſive Senenſem epiſcopum, & Cæſarinum, diaconum cardinales direxit. Ingreſſus erat jam triumphali pompa Neapolim Cæſar VII. Kalend. Decembris, terreſtri itinere ad eam profectus, quem legati Apoſtolici Pontificio nomine de confecta expeditione Tunetana gratulaturi convenerunt.

Interea Auria Cæſareæ claſſis Præfectus adverſus Barbaroſſam, qoi Magonem minoris Balearis oppidum ceperat, incurrit, cujus adventu territus fugam corripuit barbarus, & Conſtantinopolim appulit. Auria vero Cirtham aggreſſus dejecto turcico præſidio, eam cepit, ac Muleaſſis filio tradidit.

Dum hæc in Africa gerebantur, Solimannus in oriente proferre latius Imperii Turcici terminos nitebatur, ut Perſico bello liber, ac ſolutus, vires omnes in Occidentem converteret; ſed eum conceptæ ſpes feſellerunt, capta Babylone victoque Calypha, qui a cunctis Mahometanis Regibus percolitur, Aſſyrii Regni inſignia ſuſcepit, magnaque propenſione Aſſyriæ, Meſopotamiæque urbes illi deditionem fecere, uſque ad Euphratis in Perſicum ſinum erumpentis oſtia. Sed deinde cum in Perſidem ſigna moviſſet, adjunctis Ægypti, & Syriæ auxiliis, Tauriſiumque eſſet reverſus, eamque populatus, Tammaſus e Coraxanorum montibus juſtis comparatis copiis, erupit, cumque a Luſitanis in Perſico ſinu instructus tormentis bellicis, adverſus Solimannum exercitum eduxiſſet, fugam concitatis itineribus Solimannus iniit, quem cum conſequi non poſſet, cum equitatu cataphracto, Delimenthem Caramanum cum expeditis, & delectis equitibus immiſit, qui ad Bethlim oppidum in finibus Perſidis, ac Meſopotamiæ in Turcas noctu irrupit, eoſque internecione delevit. *Ferunt* (inquit Jovius) *nuſquam Turcis majus incommodum, vel cruentiſſima acie fuiſſe illatum: quandoquidem amiſſis tormentis atque tentoriis, omnibuſque ſpoliatis caſtrenſibus vaſis, & impedimentis, ſupra dimidiam partem equorum amiſerint. Incidit ea clades Turcis ad tertium Idus octobris, qui dies ingenti Perſarum omnium lætitia celebratus eſt.* Aberat tum e castris Solymannus, cum fuga concitatiore Amidam Meſopotamiæ cum parte exercitus perveniſſet; totque adverſis incommodis attritus eſt, ut e quingentis millibus, quæ Euphraten trajecerant, octoginta millia ſalva Conſtantinopolim non attigerint: ob eam cladem vero ita concuſſus eſt animo, ut omnem Perſici belli cogitationem abjecerit, atque in Ibrahymum illius authorem iras converterit. De florentiſſima hac Perſarum contra Solimannum victoria certior factus a Venetis Pontifex, Carolo V. Imperatori eam ſignificavit; hortatuſque eſt, ut ad eximia contra Turcas cœpta novis triumphis cumulanda, Chriſtique nomen amplificandum conſurgeret. LV. *Paul. Jov. l. 33. 563.* Solimannus a Perſis magna clade proſtratus.

Imperatori.

Chariſſime &c. Cum Dei Maximi viam Majeſtati tuæ ad ſancta tua deſideria exequenda aperientis beneficio perfidi Turcæ a Sophianis magna clade nuper affecti, & hoc detrimento ad ſuperioris anni jacturas adjecto maxime fracti, & debilitati *Paul. III. brev. ann. 1. p. 587.* Sophiani Turcas proterunt. Bloſ.

ti fuerint, ſicut ex Oratore Veneto, & recentibus literis Conſtantinopoli allatis nobis, & ut credimus, tuæ quoque Serenitati ſignificatum eſt, nos divinæ miſericordiæ gratias debitas agentes, & tuæ Majeſtati de cœleſti favore gratulantes, tantam occaſionem a nobis in te [etſi minime eges] hortando, non omittendam, nec tantam rem ultra differendam duximus; itaque de pia hac cauſa per pium, & probatum hominem dilectum filium miniſtrum generalem ordinis minorum de obſervantia, tuæ majeſtati deditiſſimum, agenda, eumque ad tuam majeſtatem mittendam, ei mandavimus; ut de hoc, & nonnullis aliis cum majeſtate tua noſtro nomine colloqueretur. Hortamur illam in Deo Domino, ut ejuſdem miniſtri verbis fidem plenam, & indubiam habeas, univerſi Chriſtiani Orbis ſaluti & ſecuritati, quæ nunc maxime vertitur, tuæque perenni gloriæ conſulere velis, ſicut inclyta tua pietas, & ſapientia, & proxime in Africa geſta nobis, & omnibus pollicentur te eſſe facturum. Dat. Rom. XVIII. decemb. 1535. anno 11.

Paul. lib. brev. pag. 595.

LVI. Pervenerat tunc Meſſana Neapolim Cæſar, Romanumque iter ad ineundum cum Pontifice colloquium cogitabat, quem Paulus ad reintegrandum fœdus adverſus Turcas, reſtituendamque Chriſti cultui Africam hortabatur; in illiuſque gloriæ ſocietatem vocavit Luſitaniæ Regem, quem etiam de inſigni clade illata Solimanno a Thammaſo Perſidis Rege, quem tormentis bellicis currulibus contra Turcas munierat Luſitanus, ne eo genere armorum Perſa Turcis inferior foret, certiorem reddidit.

Paul. III. lib. brev. an. 1. pag. 565.

De Turcis a Sophianis profligatis.

Regi Portugalliæ.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem. Hodie dilectus filius Henricus de Meneſes orator tuus, reddidit nobis tuæ ſerenitatis literis, fidem eius verbis facientibus, mandata tuæ ſerenitatis, ſolita fide, & prudentia nobis expoſuit; ſuper quibus, nos ea illi reſpondimus, quæ ex literis tua ſerenitas diffuſius intelliget. Cum vero paulo ante ex oratore Veneto lætiſſimum nuntium accepiſſemus, magnæ cladis per Sophianos die VIII. Octobris præteriti Turcis inflictæ, ex qua ipſi Turcæ maximo detrimento, & jactura ſunt affecti, nos eidem Henrico cuncta libentiſſime communicavimus ad majeſtatem tuam perſcribenda, ut & ipſa quoque aliunde forſitan hoc auditura nobis etiam ſcribentibus, hoc gaudio frueretur; cum præſertim ipſa ut intelligimus, non expers fuerit huius Sophianorum victoriæ, quos ſubminiſtratione tormentorum bellicorum adjuverit. Nos quidem Deo Altiſſimo gratias egimus, & continue agimus, tantum, ac tam manifeſtum eius beneficium agnoſcentes; non ſolum quod proxime Africanæ expeditionis fœliciſſimum exitum nobis, ac sereniſſimo Cæſari, tuæque ſerenitati conceſſeris, verum etiam quod ad futuras victorias, ac ſucceſſus viam maniſeſtiſſime oſtendat, & quaſi vexillum propoſuiſſe ſuis fidelibus videatur, ad hunc communem hoſtem ex toto delendum, quem & ſuperioris anni calamitatibus, & his recentibus detrimentis infirmum, ac debilem reddiderit. Itaque nos, quibus, licet imparibus, primæ partes hortandorum, urgendorumque in hoc Principum ex paſtorali officio ſunt attributæ, cum tantam occaſionem neque noſtra, neque Patrum noſtrorum memoria nobis a Deo tributam videamus, omni ſummus ſtudio, & fervore incenſi ad illam capeſſendam, arripiendamque pro noſtris viribus, & ſuadendam Principibus cæteris, ipſique Cæſari in primis, quem Neapoli jam conſtitutum, propediem in hanc almam urbem venturum expectamus. Quamobrem te chariſſime fili, omni noſtri cordis affectu hortamur, & per communem religionem adſtringimus; ut & ipſe pro tua conſuetudine, & gloria in hanc ſanctam expeditionem incumbere, tantamque occaſionem elabi non ſinas, & ipſi Cæſari, quo cum affinitate, & amore junctus es, idem tua authoritate, & gratia perſuadere velis, ut omnibus aliis privatis rationibus, & humanis affectibus poſthabitis id ſuſcipere, atque exequi non differat. Sicut proxima ejus in Africa geſta nobis, & cæteris firmiter pollicentur, eum eſſe facturum. Sed cum hoc plenius, & particularius cum eodem oratore tuo ſimus proſequuti, & tuam pietatem ſemper in hoc verſatam, ſtimulis non egere certo ſciamus, ad literas eiuſdem tui oratoris nos referentes, tuæ ſerenitati omnem fœlicitatem optamus. Datum Romæ, &c. XVII. Decembris MDXXXV. anno 11.

Et ſecundis in Africa rebus.

Fit certior Luſitanus Cæſarem Neapoli Romam in colloquium venturum.

Incitatus ad jungenda cum eo arma adverſus Aſtros.

LVII. Explicare, atque in exitum perducere non potuit pia conſilia Pontifex, cum in civile bellum vetera inter Gallorum Regem, Cæſaremque odia exarſerint. Deceſſerat per autumnum e vivis Franciſcus Sfortia Dux Inſubriæ nullis relictis liberis, quod nuntiatum Cæſari, cum Neapolim peteret, illumque principatum jure ad ſe devolutum retinere in animum induxerat, tum ob vectigalium, quibus abundat, opulentam amplitudinem, tum, ut e Germania in Italiam liberi aditus pro retinenda alia ditione paterent: at Gallorum Rex hæreditaria vetera jura a Valentina Vicecomite, tum a Maximiliani Cæſaris conceſſione, publicis tabulis, acceptoque munere honorario confir-

Bloſ.

Corius Paul. Jov. l. 34. Bellaius.

Franciſcus Sfortia Inſubriæ Dux abſque liberis moritur: & Imperator ejus Ducatum ſibi retinere cogitavit.

Digitized by Google

firmata obtendens ſpondebat Cæſari, ſi petitis annueret, egregiam operam militarem illi adverſus Turcas navaturum. Veneti ad tuendam Italiæ libertatem expoſcebant, ut alicui regulo conſerretur, ne de finibus cum Cæſare, vel Gallo contendere aliquando cogerentur. At Cæſar adduci non potuit, ut ampliſſimi principatus poſſeſſione cederet; ne Galliæ reges, eo potiti ad Neapolitanum Regnum ſpem adiicerent. Cum itaque Franciſcus averſam a Gallico nomine Cæſaris voluntatem noſſet, Carolum Sabaudiæ ducem, qui Cæſareis partibus ſtudebat, a quo etiam Aſtam obtinuerat, poſtulavit, ut Nicæam provinciæ urbem, recepta pecunia, ob quam oppignerata fuerat, reſtitueret, ex Cæſarei ſanctioris ſenatus conſilio detrectantem bello adortus eſt, ut Sabaudia ſubacta iter ſibi ad Italicam expeditionem panderet: inde conflatum eſt atrox bellum, de quo proximo anno dicendum erit. Quo flagrante, Hæretici impune oppreſſere Catholicos, viruſque ad perdendas animas effuderunt.

Paul. Jov. ubi ſup.

LVIII. *Ex Regiſtro Vatic.*

Diſſidiis ortis in civitate Peruſiæ Paulus Tertius ad eos ſedandos miſit Paulum Capiſuccum epiſcopum Neocaſtrenſem, ſuumque in urbe Vicarium, ſequentibus literis datis.

Paulum Capiſuccum Epiſcopum Neocaſtr. ad ſeditiones Peruſii exortas ſedandas Pontifex mittit.

Venerabili Fratri Paulo Capiſucco Epiſcopo Neocaſtrenſi in alma Urbe in ſpiritualibus Vicario, & Prælato Domeſtico, ac Peruſin. & Umbriæ Gubernatori, & Vicelegato Noſtro.

Venerabilis Frater, ſalutem. Cum ſuperioribus diebus Venerabilis Frater Cæſar Epiſcopus Comen. referendarius, & Prælatus Domeſticus noſter, quem Peruſiæ, & Umbriæ Gubernatorem, & Vicelegatum Noſtrum deputavimus, ob certas novitates Peruſiæ exortas a dicta Civitate ſe abſentaverit; & nos propterea alicui alteri Romano civi inſigni dictam Civitatem committere cogitaremus, tu in primis nobis occurriſti; cujus prudentiam, doctrinam, dexteritatem, & in agendis experientiam magna cum noſtra ſatisfactione, Sedis Apoſtolicæ honore, ac laude ſæpius experti ſumus. Itaque ſperantes, immo confidentes, ac pro certo habentes, te in hac quoque Provincia ſimilem futurum tui, & noſtræ expectationi plene reſponſurum: Te quem etiam dilectus filius noſter Hippolitus S. Laurentii in Damaſo Diaconus Cardinalis de Medicis nuncupatus S. R. E. Vicecancellarius, ac dictæ Civitatis Peruſiæ, & Provinciæ Umbriæ Legatus, ſuum Vicelegatum [ſicut accepimus] inibi per ſuas literas deputavit: Nos pariter earumdem Civitatis, & Provinciæ Vicelegatum, & Gubernatorem, cum omnibus, & ſingulis honoribus, oneribuſque, præeminentiis, facultatibus, juriſdictionibus, ſalariis, emolumentis ſolitis, & conſuetis, ac quibuſvis aliis ante te Vicelegatis inibi, & Gubernatoribus per quoſvis Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac dictarum Civitatis, & Provinciæ Legatos pro tempore exiſtentes conceſſis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium ad Noſtrum beneplacitum conſtituimus, & deputamus; mandantes dilectis filiis Prioribus Artium, & tam Civitatis, ejuſque Comitatus, & Diſtrictus, quam Provinciæ prædictarum Communitatibus, Populis, Officialibus, & particularibus perſonis; ut te in Vicelegatum, & Gubernatorem Civitatis, & Provinciæ earumdem honorifice ſuſcipientes obedientiam, & reverentiam ſolitas, & debitas tibi exhibeant; & toto Magiſtratus tui tempore continuent, ac Theſaurario Peruſiæ, & ſeu aliis, ad quos ſpectat, ut de ſalariis, & emolumentis debitis congruo tempore tibi reſpondeant; contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Dat. &c.

LIX.

Inter hæc divina pietas novos nominis ſui cultores delegit, atque ex altiſſimis idololatriæ tenebris ad Evangelii lumen barbaros eduxit: propagata eſt enim latiſſime in Congitano Regno, & finitimis Principatibus Chriſtiana Religio fungente Apoſtoli munere Alphonſo Rege, cui Pontifex de amplificato magnificentiſſime Chriſti cultu his literis gratulatus eſt.

Paul. III. lib. brev. an. 1. p. 163.

Chariſſimo in Chriſto filio Noſtro Alphonſo Congi Regi Illuſtri.

Propagata ab Alphonſo Rege in Congi Regno Religio.

Chariſſime &c. Summa cum jucunditate animi noſtri intelleximus, quod tua Serenitas inclyta pietate utens, & boni non ſolum Regis, ſed etiam Paſtoris officium exequens, iſtos populos, tam ſuos, quam circumvicinos ad fidem Chriſtianam continuis adhortationibus, prædicationibuſque impellit, propagationemque Sanctæ noſtræ Religionis in iſtis locis inceſſanter procurat, hortando, monendo, & alios Reges infideles, ubi opus fuerit, cogendo. Benedicat te fili Deus omnipotens, & tali religione flagrantem pari proſperitate, & fælicitate tueatur; utque infinita bonitas tale pietatis exemplum noſtris temporibus conceſſit, ita te cum tuis natis diutiſſime conſervet. Te vero fili chariſſime, & ſi non ex neceſſitate, tamen ex charitate in Chriſto Domino hortamur; ut in cœpta probitate perſiſtas, eoſdem tuos natos in eandem pietatis viam dirigas, tuarumque virtutum, haud minus, quam Regni hæredes relinquas, ſicut te facere, & facturum eſſe non dubitamus. Nos vero erga te, & illos [quamvis maiora, & æterna præmia a Deo reportaturi ſitis] tamen eam

Additi illi a Paulo pii ſtimuli.

no-

Digitized by Google

noſtram, & hujus Sanctæ Sedis benignitatem ſemper præſtabimus; ut nulla in parte veſtris piis deſideriis ſimus unquam defuturi, ſicut re ipſa, concedente Domino, & advenientibus occaſionibus, cognoſcetis. Dat. Romæ V. Maii MDXXXV. anno 11.

Bloſ. In America Religio Chriſtiana in dies latius propagata efflorescebat: conſtitutus eſt ea de cauſa hoc anno Antequerenſis Epiſcopatus, ut narrant Acta Conſiſtorialia. Quare ad ſupplicationem Imperatoris Joannes Lopez in Theologia Licentiatus oppido Antequeræ in provincia de Guaxaca in partibus Indiarum in Civitatem erectæ, deſtinatus fuit Epiſcopus a Pontifice XIV. Junii hujus anni: cui Epiſcopatui Cæſar annuos ducentos aureos ex vectigalibus, & redditibus Regiis ex illa Provincia extractis attribuit. *MS. Card. Spad. lib. 133. pag. 291.*

Affal-

I. Affulſere eximiæ ſpes reſtituendæ priſtino ſplendori, & amplitudini Chriſtianæ Reipublicæ anno Servatoris trigeſimo ſexto ſupra milleſimum quingenteſimum indictione nona. Indicto enim concilio œcumenico ſopienda in eo de religione diſſidia, rebellantibus in Henricum Anglis illum ad ſaniorem mentem reverſurum, Turca a Perſis victo latius in Africa, vel in Græcia præteritas victorias proferendas pii omnes anxiis votis colligebant, ſed eæ ſpes nefanda infauſtaque Cæſaris, & Gallorum Regis diſſenſione extinctæ evanuerunt, nec Pauli ſtudia ad eos Reges novis in dies offenſionibus exacerbatos inter ſe conciliandos, excutiendaque e pectoribus odia valuerunt; cum enim ex Caroli V. in urbem adventu demulcendus a Pontifice illius animus crederetur, & conſilia de inſtaurando majori apparatu Turcico bello promovenda viderentur, præter expectationem graviora diſſidia eruperunt.

Petrus Paulus Gualter. Aret. to. 11. p. 2. diar. mſ. Vat. bibl.

Pervenerat Neapolim ſuperiore anno labente vigeſima quintâ Novembris ex Africana expeditione Carolus V. ad quem Pontifex vigeſima nona ejuſdem menſis duos Cardinales legatos Senenſem, & Cæſarinum decreverat, qui de illius fælici ſoſpitate, partiſque victoriis gratularentur, exactaque in ea Urbe hyeme adulto vere Romam venit, cui venienti in limite ditionis Eccleſiaſticæ duo alii Legati Cardinales de Tranis Portuenſis, & de ſancto Severino obvii affuere ad Terracinam, officiiſque humaniſſimis eum ſunt proſequuti; ut referunt acta conſiſtorialia.

Blaſ. Ceſenas tom. 11. p. 164.

Petrus Paulus Gualter. Aretin. in diar. mſ. to. 13. par. 2. Vat. Bibl.

Meritis ornatus officiis ſociatuſque ab iiſdem Cardinalibus Cæſar, ingreſſus eſt urbem quinta die Aprilis, ſtipatus præſidio ſeptingentorum cataphractorum equitum, & veterana legione Hiſpanorum, exceptuſque triumphali pompa ab omnibus Sacerdotum, civiumque ordinibus obviam effuſis, & ante portam S. Sebaſtiani Reverendiſſimus Capiſuccus Epiſcopus Neocaſtrenſis, & ſanctitatis ſuæ Vicarius obtulit Crucem oſculandam Imperatori, qui equo inſidens reverenter illam oſculatus fuit (cum antea idem Epiſcopus Capiſuccus miſſus fuiſſet obviam eidem Imperatori, ſimul cum Sipontino, Senenſi, & Columna) deductuſque ad Pontificis in Solio ſedentis, Cardinaliumque corona cincti conſpectum, illum Chriſtiano more pie veneratus eſt; ut Joannes Blaſius Cæſenas Sacrorum Rituum Magiſter his verbis deſcribit. *Imperator viſo Pontifice prima vice genufleXus, fecit ei reverentiam; ſecunda vice fecit idem ante gradum Solii; & tertia ante Sedem, ubi oſculatus fuit pedem ſuæ Sanctitatis, quem Papa oſtendit aliquantiſper velle retrahere, deinde oſculatus fuit manum ſuæ Sanctitatis, & benigniſſime receptus ad oſculum oris, & Papa in eo actu aliquantiſper ſurrexit, eumque amplexatus fuit, habueruntque verba gratulatoria inter ſe.*

Blaſ. Ceſenas to. 11. pag. 164. Jo. Franc. Firmanus in diario. Excipitur publice a Pontifice Carolus V.

II. Perfectis mutuæ lætitiæ ſignificationibus, & amoris officiis collocatus eſt Cæſar in ea Vaticanæ Aulæ parte, quæ laquearibus aureis & podio marmoreo deſpectat urbem. VI. Aprilis Cæſar cum Pontifice ſeptem fere horarum colloquium habuit tum de ſuis privatim, & communibus rebus. VII. April. de redintegranda inter Franciſcum I. Gallorum Regem, & Carolum V. Cæſarem pace actum eſt, ut mutuo fœdere conjunctis iis Regibus extingui hæreſes, viſque Turcica comprimi poſſent: propter eaque oratores Gallorum Regis in conſpectum Pontificis adducti, ut refert Bellajus his verbis. *Matiſconenſis Epiſcopus Regis apud Papam, & Velius apud Cæſarem oratores ad Papam intromittuntur, loquendi poteſtate facta docent Regem ad hoc uſque tempus pacis componendæ rationem quæſiiſſe; quod cum ſperaret, ipſius Papæ authoritate, & arbitrio tandem conſtitutum iri; hanc unam videri rationem ſupereſſe, ut ſuſpiciones, & omnes diſſidendi utrinque occaſiones tollantur, & plena inter eos fides concilietur; proinde rogare ſe, ut operam ſuam tantæ rei dicare vellet, maxime ut Mediolanenſis Ducatus Aurelianenſi [is erat Henricus Secundus natus Franciſci Regis filius] traderetur.*

Petrus Paulus Gualter. in diar. mſ.

Bellaius l. 5 Franc. Belcar. l. 21. n. 21. Pallavic. hiſt. Conc. Trid. l. 3. c. 19. n. 1.

Bellajus lib. 5. De pace inter Cæſarem, & Galliæ Regem agitur.

III. Diſſidiorum omnium inter Cæſarem, & Franciſcum I. quæ rem Chriſtianam in graviſſimum exitium perduxere fons fluxerat ex Mediolanenſi principatu a Cæſare in Franciſcum Mariam Sfortiam collato, qui cum jam e vivis (nullo relicto hærede) migraſſet, inſtauranda pax videbatur, ſi is Principatus fiduciario jure in unum e Franciſci filiis transferretur: & verbis quidem conveniſſe dicebatur Cæſar cum Velio Gallorum Rege oratore, adeo ut Velius Pontifici aſſerere non ſit veritus, ad eam rem Cæſaris eſſe ſummam voluntatem, ut qui cum eo diu hac de re egiſſet. At Cæſar abhorrebat ab ea re vehementer, eamque mentem (ſi quam habuerat) gravibus de cauſis exuerat, quod nimirum Aurelianenſis dotali jure ad Hetruriæ & Urbini Principatus aſpi-

Mediolanenſis Ducatus diſcordiarum cauſa inter Cæſarem & Regem Galliæ.

rare aliquando poſſet, auctuſque potentia Italicas res turbare valeret; tum qui proxime abeſſet a capeſſenda Gallica Corona, eoque caſu (qui poſtea accidit) Principatum Mediolanenſem cum Galliis conjuncturus videretur: quare ad eam concordiam deflexit, ut polliceretur ſe fiduciarium Imperii Principatum Mediolanenſem in tertium natu Franciſci filium tranſlaturum, in eaque ſententia cunſtantiſſime hæſit, quam fœderis optimam rationem magno rei Chriſtianæ damno, rerumque etiam Gallicarum detrimento, Franciſcus reſpuit; demum octavo poſt anno admiſit, ut ſuo loco dicetur, cum immenſas clades Chriſtiano Imperio ex iniquis cum Turca & Lutheranis fœderibus peperiſſet. Conceperat etiam Cæſar graves iras in Gallorum Regem; quod, immiſſo cum exercitu Philippo Sciabotto, Sabaudiæ Ducem maxima Principatus Tranſalpini, & Ciſalpini parte exuiſſet.

IV. *Franciſcus Belcar l. 21. n. 20.* Pontifex Paulus decrevit celebrare Concilium.

VIII. Aprilis die Pontifex, habito Cardinalium Senatu, Concilium Œcumenicum congregandum decrevit, ad delendas hæreſes, quæ late graſſabantur, imminentiaque alia mala evertenda, de quibus acta conſiſtorialia hæc tradunt. VIII. *Aprilis MDXXXVI. fuit Congregatio Cardinalium, in qua Sanctiſſimus Dominus noſter retulit de Concilio faciendo; quo ab omnibus approbato, fuere deputati Reverendiſſimus Dominus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Senenſis, & Reverendiſſimus de Ghinuciis, Reverendiſſimus Simoneta, & Reverendiſſimus Contarenus Presbyteri Cardinales; item Reverendiſſimus de Cæſiis, & Reverendiſſimus Cæſarinus Diaconi: dum Cæſar aderat, vocatis Archiepiſcopo Brunduſino, Epiſcopo Rhegienſi, & Domino Petro Paulo Vergerio.*

Surius in comm. Romæ Carolus V. pietatis ſingularis ſigna dedit.

Dum Romæ moratur Cæſar, egregia pietatis Chriſtianæ exempla dedit feria V. Sanctioris Hebdomadæ, ut refert Surius his verbis. *In Cœna Domini lavit pedes duodecim pauperum, ſingulari pietatis affectu, & non mediocri admiratione eorum, qui huic ſpectaculo intererant, loros veros egregiis donatos muneribus, nempe omni argenteo abaco menſæ illato, a ſe dimiſit.* Deinde affulgente die Reſurrectionis Dominicæ Pontifici ſacra ſolemni ritu operanti affuit, ut memorat Diariorum Scriptor. *Die* inquit XVI. *Aprilis Pontifex celebravit in Sancto Petro, & interfuit ibi Cæſar indutus Imperiali Pluviali, & Imperiali Corona coronatus, quam geſtabat D. Aſcanius Columna; D. Petrus Aloyſius Farneſius geſtavit Mundum; Marchio Brandeburgenſis Sceptrum; & magnus Scutifer enſem nudum; Marchio autem Piſchariæ, & Princeps Biſſignani fuerunt aſſiſtentes, & Epiſcopus Brixinenſis inſervivit in Divinis magna cum ſolemnitate, & pompa celebratis.*

V. *MS. Cardinal. Spad. ſign. n. 99. p. 43. Diar. to. 10. pag. 471. Paul. Jov. l. 35. Bellaius lib. 5. Franciſcus Belcar. l. 21. n. 22. & ſeq. mſ. Card. Spad.* Cæſaris preces, ut diploma pro congregando Concilio quam citiſſime expediatur.

Feria ſecunda Paſchatis, quæ incidit eo anno in decimum ſeptimum Aprilis, Cæſar in Aulæ Vaticanæ camera (cui Apparatuum nomen eſt) Pontificem expectavit, quem venientem pie veneratus eſt, coactaque Cardinalium a ſiniſtris Corona, & congregatis Oratoribus Regum, ac Principum, cæteriſque utriuſque Aulæ Pontificiæ, ac Cæſareæ Magnatibus, ſtans aperto capite, primum pontifici, & Sacro Cardinalium Senatui grates egit, quod prompte, atque ſublata omni mora concilium congregandum decreviſſet in Cardinalium Senatu, atque infimis precibus ſupplex contendit, ut de ea re quamprimum diploma ederetur, atque concilii indictio mox promulgaretur, atque alia ad congregandum celebrandumque concilium neceſſaria celeritate ſumma inſtruerentur, non modo ad Lutheranam hæreſim extinguendam, pravaſque alias ſectas excindendas, ſed etiam ad lites diſſenſioneſque, quæ inter varios Principes Chriſtianos, maximeque inter ipſum Cæſarem, & Franciſcum Regem interceſſere hactenus, componendas; quæ niſi quantocius extinguantur, ac dirimantur, totius Chriſtianæ Religionis ruinam, everſionemque trahant: qua in re cum nullam hactenus ipſe Cæſar culpam ſuſceperit, vel unquam ſuſcepturus ſit, modo decreviſſe addidit coram Deo, coram Pontificia Sanctitate, coram Sacro Cardinalium collegio, coram Oratoribus Principum, omnibuſque aliis congregatis in eo loco, quem pro centro totius Chriſtianæ reipublicæ æſtimabat, cauſæ ſuæ æquitatem exponere, atque omnem culpæ labem a ſe removere, ut publice in luce, atque omnium oculis Cæſarea juſtitia integritaſque collocetur.

De poſtulato a Paulo Pontifice concilio œcumenico, ſæpius poſtea Carolus V. in Comitiis Imperialibus meminit, dum geſtorum ſuorum Apologiam texuit, atque culpam non congregati mature concilii, vel non abſoluti in Pontificum negligentiam derivavit: ſed qui modo concilium, ut celebraretur citiſſime, urgebat, celebrandi illius poteſtatem omnem ſuſtulit; dum controverſiarum cum Gallo Rege componendarum diſcuſſa, diſturbataque ratione, infœlici ductus conſilio, nimiumque ſecundis rebus elatus, in eumdem acerrimum bellum excitavit: non enim concilium celebrari poterat, niſi in mutuam concordiam cum Gallo Rege deſcenderet, quæ ſubſequuta eius oratione violata eſt, ſpeſque omnis illius redinte-

te-

tegrandæ extincta; ita ut a verbis, ad immenſas populorum cædes ventum ſit.

VI. Prolixam Apologiam texuit Cæſar coram Pontifice; ac re altius repetita ſubjecit, ſe a primævo ætatis flore, conſanguinitatis jura erga Franciſcum Regem coluiſſe, omnique eum amoris & benevolentiæ ſignificatione complexum eſſe; adeoque cum ætate creviſſe illum amorem; ut adultus eum nimium Franciſci Regis commodis ſtuderet, Maximilianum Imperatorem, & Ferdinandum Regem Catholicum, paternum maternumque avos in ſe exaſperarit: Franciſcum vero Galliæ Regem pari amore, paribuſque officiis non reſpondiſſe; ſed invidia & odio percitum ad Auſtriacam familiam deprimendam ſtudia arteſque convertiſſe, omneſque amicitiæ & concordiæ leges violaſſe. Cumque ipſe Hiſpaniarum Regnis eſſet potitus, pacta antea cum Ferdinando avo fœdera fregiſſe, factaque in Regnum Navarræ excurſione, fontem Arabicum, & alia plura Hiſpaniæ oppida invaſiſſe. Sublato e vivis Maximiliano Imperatore, in eo Interregno cum Franciſcus Rex Imperium Germaniæ exambiret, miſſo Oratore, rogatum, ut ſi Principum Germaniæ ſtudiis & amicitiis non ita ſuffultus eſſet, ut potiri Imperio non poſſet, ad Carolum Auſtriacum provehendum ad Imperium operam converteret: ampliſſimis quidem verborum officiis id pollicitum, Franciſcum, ſed dejectum ſpe, omnem operam arteſque adhibuiſſe, ne ipſe Carolus ad Germaniæ Imperium eveheretur. Se vero parto Imperio ſignificaſſe Franciſco Regi, ex auctiore dignitatis apice nihil inſito in eum amori detraxiſſe. At Franciſcum Regem ſibi moviſſe bellum, Ducem Gueldriæ, & plures alios Proceres Germanos in ſuas partes pellexiſſe, civiles tumultus in Hiſpania concitaſſe: adeo ut ad frangendos illius impetus Carolus ſancito cum Leone X. fœdere Gallos Mediolanenſi Principatu depulerit, Parma Placentiaque Sedi Apoſtolicæ reſtitutis, ac Franciſco Maria Sfortia in Mediolanenſis Principatus poſſeſſionem inducto. Tunc Franciſcum Regem nova molitum, ac ſuadere Carolo voluiſſe, ut totius Italiæ Imperium occuparet, modo Inſubriam Gallis permitteret: dejectum, vero ſpe concepta, irrupiſſe cum exercitu in Mediolanenſem Principatum, Ducemque Albaniæ in Regnum Neapolitanum immiſiſſe; ſed ea bella compreſſa, victo captoque Rege Franciſco in prælio Ticinenſi, atque in Hiſpaniam abducto: reſtitutum vero libertati ea lege ut Burgundiæ Ducatu cederet, atque ad confirmandum fœdus Cæſarea ſorore in conjugem data, mox promiſſis defuiſſe; utque Angliæ Regem a Cæſaris amicitia divelleret, ſuaſiſſe illi ut materteram Cæſaris repudiaret: ex quo innumera mala everſa in Anglia Chriſtiana religione, redundarunt; abrupto etiam pacto fœdere, omnes Chriſtianos Principes, atque etiam ipſum Franciſcum Mediolani ducem adverſus Cæſareum nomen contempta filiorum obſidum, quos in Cæſarea poteſtate reliquerat, ſalute, concitaſſe; ex quo facinore maxime calamitates emerſere, tantæque victoriæ a Cæſarianis partæ fuerunt. Se demum in Italiam veniſſe, atque a Clemente VII. Imperiali corona redimitum pro republica Chriſtiana pacanda, libertate Italica aſſerenda Principatum Mediolanenſem Franciſco Sfortiæ tradidiſſe, & Franciſco Regi filios obſides æquis legibus reſtituiſſe; ac pro retundenda tyrannide Turcarum, qui maximam expeditionem adverſus Auſtriam inſtruxerant, in Germaniam traduxiſſe exercitum, ac Turcarum Imperatorem in fugam cum magno Turcicarum rerum damno compuliſſe. Reverſum in Italiam e Germania, trajeciſſe in Hiſpaniam, ut adverſus Turcas terreſtres, maritimoſque apparatus adornaret: mox tamen Franciſcum Regem ad Maſſilienſe colloquium Clementem pellexiſſe, ut cum eo de evertenda Cæſarea potentia conſilia conferret; cumque Barbaroſſa invadendæ Italiæ inhiaret, ſi Regno Tunetano potiretur, illum divina ope propulſaſſe, ac Tunetanum Regiæ dignitati reſtituiſſe. Interea Franciſcum Regem arcana conſilia cum Turcarum Imperatore adverſus Cæſarem contuliſſe, Germanoſque ad defectionem ſolicitaſſe. Quibus peroratis Cæſar converſa oratione ad Pontificem & Cardinales conteſtatus eſt, æquo animo pati non poſſe, quo tempore ipſe expeditionem adverſus Chriſtianæ fidei hoſtes adornabat, Franciſcum Regem intuliſſe bellum Duci Sabaudiæ ſororio Cæſareo, & Regis ipſius avunculo, Pedemontanamque Provinciam inſtructo exercitu invaſiſſe; ex qua in Mediolanenſem Principatum facile irrumpere poſſit; rejectiſque inanibus excuſationum a Rege ſubornatarum fucis, decreviſſe Sabaudiæ Ducem Cæſarea vi priſtinis juribus aſſerere; negante vero id Franciſco Rege, crudele inde bellum accendendum, in quo plurimus ſanguis chriſtianus fundendus ſit, ut etiam victor debilitatis viribus victo ſimilis futurus ſit; atque impar ad tuendam contra Turcarum impetus rempublicam Chriſtianam: videri itaque magis publicæ ſaluti conducere ſingulari certamine tan-

tantas lites dirimere, qnam tot populos in exitium trahere : licet enim Franciſcus Regia, & Carolus Imperiali dignitate fulgeant, non tamen humano faſtigio eſſe auguſtiores, ut ita minore damno graviora damna avertantur : cæterum pacem ſibi futuram acceptiorem, ſi Franciſcus Ducem Sabaudiæ priſtinæ ditiooi reſtituat paceque reſtituta ſe Mediolanenſem principatum, non ſecundo-genito Franciſci filio, ne Florentiæ & Urbini principatus uxorio jure affectaret, ſed tertio-genito traditurum : ac ſi Gallus, vel alii principes a fœdere deſciverint, expetiit Imperator, ut ii pœois in Chriſtianæ Religionis everſores conſtitutis defigantur; pacem enim a ſe ardentiſſimis & continentibus votis efflagitari, ut arma in Turcas verterentur. Præfigi itaque a præſenti die vigeſimum decretorium diem, ut eo labente temporis flexu Franciſcus Rex pacis conſilia amplecteretur; quo elapſo profeſſus eſt, a ſe expeditionem adverſus Galliæ Regem nmnium malorum impendentium futurum authorem, ac reum, qui pacem poſceret, eamque admittere nollet, ſuſceptum iri.

VII. Hæc fuere ſumma capita Cæſareæ orationis Hiſpano idiomate habitæ, atque in Italicum ſermonem verſæ a viro, qui eam ex ore Caroli Imperatoris exceperat, eamque literis eodem die tradidit; de quibus etiam Paulus Jovius, Guillel- *MS. Car. Spad. ubi ſup. tom. 99. 57. Biſiur Caſenat.* mus Bellajus, Franciſcus Belcarius agunt; ſed verba Cæſaris immutaſſe, aſperaſſeque magis Gallum videntur. Cum ita unius horæ ac dimidiæ fluxu peroraſſet Cæſar, ſubjecit Paulus Pontifex, maximum ſe traxiſſe dolorem ex diſſidiis Cæſaris, Regiſque Gallorum, pro quibus inter ſe conciliandis ſtudia ſemper collocarit, collocaturuſque ſit, ut arma ex eorum manibus a Chriſtianorum cæde removeantur, & quotidie numen continentibus precibus a ſe orari; porro Cæſari *Reſponſum Pontificis ad Apologiam Cæſaris.* de optima amplectendæ pacis voluntate, intimiſque arcanis animi ſenſibus libere expanſis grates egit, utque in ea optima mente cnnſtanter perſtaret, rogavit, ſeque obtulit pro Paſtorali munere, & communis parentis officio, ad pacem inter eos flagrantiſſimo ſtudio conſtabiliendam: verum ſingulare illud certamen, quod propoſuerat, minime approbavit : ſi enim alter, aut ut ſæpe fit, uterque morti occumberet; duabus firmiſſimis Reipubiicæ Chriſtianæ columnis poſtratis totam molem ſimul collabi neceſſe eſſet : ac propterea addidit, ſe illius, qui ad honeſtas, & æquas pacis leges ſe accommodaret, partes amplexurum, uſurumque poteſtate Eccleſiaſtica adverſus eum, qui inique pacem reſpueret : prn concilio vero celebrando, nullam operam a ſe prætermiſſum iri.

His dictis Epiſcopus Matiſconenſis Gal- VIII. liæ Regis apud Pontificem Orator, permittente Pontifice, in medium progreſſus, dixit Cæſareæ Majeſtati, quod ad pacem ſpectaret compertum fore, ſemper Regem Galliæ ad eam fuiſſe propenſiſſimum, quod vero ad alia, quæ tangerent eumdem Regem, cum linguam Hiſpanam non calleret, expetere ea melius a Cæſarea Majeſtate ediſcere, ut perſcriberet Regi, atque objecta dilueret. Cui ſubjecit Cæſarea Majeſtas, eam a ſe habitam orationem, ut Pontificiæ ſanctitati, Orbique geſtorum a ſe redderet rationem, cauſæque ſuæ exponeret æquitatem, ut de ea, deque diſſidiis inter ſe, ac Regem exortis rectam, & conſentaneam univerſi proferrent ſententiam, nec propterea reddendam eidem Regi horum rationem, qui ſi de his certior fieri cuperet, facile ab Oratore Regio in Aula Cæſarea agente, Hiſpanæ linguæ perito, omnia excepturum, quo Oratore vocato, ambobus Italico ſermone hæc verba repetivit. Compendio dixi, cootroverſias inter me, ac *Cæſar quomodo dirimendæ eſſent contentiones inter ſe, & Regem Galliæ declarat.* Regem veſtrum dirimi non poſſe, niſi vel cruentiſſimo bello, quod extremam perniciem Reipublicæ Chriſtianæ afferret, aut ſingulari utrorumque certamine, gladio & pugione conferendo, & hoc minus malum futurum, ſi alter ipſorum occumberet, quam ſi Chriſtianorum ſanguis tam profuſe ſpargatur : aut confecta ſalutari pace, quæ non (ut alias) fallax & involuta eſſet, hanc vero publico Orbis Chriſtiani bono vertendam, ideoque viginti dierum flexu certiorem fieri velle de capta a Gallo Rege optione, vel belli vel pacis, ſe reliqua ad ipſorum Regem ſcripturum, cnnſenſurumque ut typis mandentur, ut in luce, & omnium oculis (quod maxime optat) collocentur.

His abſolutis Pontifex, & Cæſar ad Sacrum ſolemne (erat enim ſecunda feria Paſchatis) perrexere, quo peracto, inquit memoratus Scriptor, delecti fuere duo Cardinales a ſua Sanctitate Iporegienſis, & Caraccinlus, qui Cæſarem abeuntem per Eccleſiaſticæ ditionis terras ſociarent.

Interea Pontifex, qnem ſummæ ure- IX. bant curæ, ut pacem inter Cæſarem, *Pauli III. animadverſio, ne inter ſe & Regem Galliæ diffidentia oriretur.* Regemque Galliæ conficeret, veritus, ne Galliæ Rex, perlato ad ſe Cæſaris ſermone, in iras adeo aſperandus eſſet, ut aures penitus ad omnem optatæ concordiæ tractatum obſtrueret; ut omnes occaſionum, quæ pacem diſturbare poſſent, fibras tolleret, opinatuſque Gallum Re-

gem

gem ſuſpicaturum conveniſſe prius cum Pontifice Cæſarem ad ea proferenda, accerſito Regio Oratore affirmavit, ut refert Bellaius *Sibi omnia iſta præter ſpem accidiſſe, cui Cæſar nunquam antea verbum fecerit, alioquin ſe nunquam paſſurum fuiſſe, ut hac loqueretur. Verum quando quæ facta ſunt, culpari potius quam emendari poſſunt, rogare ſe illos, ut paci quantum poſſent, conſulant: quas vellent hiſce de rebus ad Regem literas dare, tanta prudentia ac dexteritate temperent, ut ea prætermittant, quæ prætermitti citra perfidiæ notam poſſint, & quibus illum potius exulceratum iri intelligerent.* Et mox: *Quod vero poteſtate Eccleſiaſtica uſurum denuntiaverat in eum, qui æquitati non acquieſceret, id ſe ad exhortandi, & monendi rationem referre, quemadmodum ſui eſſe muneris intelligebat. Legati gratias illi multis verbis agunt, hoc ſic habeat, rogant, Regem non eum eſſe, qui æquitatem ullam refugiat, tandem ſignificant, ſe magnopere cupere, ut ex Cæſare ipſo audiant [idque Papa præſente] quo ſenſu quædam ſuæ orationis capita velit accipi, ſic quam maxime poterit fieri, ut congrua lenitate omnia ad Regem perſcribantur.*

Bellaius l. 5.

Eodem die, qui fuit decimus octavus Aprilis, cum Cæſar diſceſſurus ex Urbe, ac petiturus Senas ſalutatum veniſſet Pontificem, vocari ſunt Galli Oratores, qui a Cæſare ſupplices flagitarunt, ut declarare dignaretur, an heſterna Oratione intelligeret provocatum ad certamen ſingulare Regem Galliæ, vel non provocatum? Quibus Cæſarea Majeſtas, præſente Pontifice reſpondit, ſe non adeo honoris Pontifici debiti immemorem fuiſſe, ut coram Sua Sanctitate provocationis verba faceret: ſed dixiſſe, iterum iterumque repetere, longe ſatius fore, ut gladio, pugioneque, inſtructi, ambo in pugnam deſcenderent quam ſi publicum bellum, cum extremo Reipublicæ exitio, Turcicæque tyrannidis incremento, gerant: Pontificique omnia heſterna die dicta confirmavit. Juſſitque Oratoribus, ut ſcriberent Regi, quo de illius voluntate, atque optione, aut pacis, aut belli certior fieret: quibus conſentiunt ea, quæ a Blaſio Cæſenate rituum Magiſtro, tunc præſente referuntur.

MS. Bibliotheca Car. Spad. c. 98. pag. 80.

Cæſar ſua declaravit verba, quibus ad ſingulare certamen Galliæ Regem provocaverat.

X. *Die Martis 18. Aprilis, & tertia Paſchatis per mediam horam Imperator cum Papa in camera ſecretiore colloquutus eſt; inde exeuntes in anticameram, vocari fecerunt omnes Cardinales, Prælatos, Principes, Oratores, & alios ſimiles Proceres, coram quibus idem Imperator ea omnia, quæ heri querelando propoſuerat, replicando, & modificando ſermones præteritos, quod non animo injuriandi, neque offendendi Regem Francorum, ſed ut manifeſtaretur ejus intentio, pro fide, & Chriſtiana Republica, & [ſi quæ mala, inde ſequerentur] non poſſet inde calumniari, & inculpari: & minus provocandi illum ad pugnam, vel duellum, quod non ea intentione dixerat, ſed quod melius exiſtimat duos ſimul mori, vel perire, quam tota Chriſtianitas pereat: & deſtructis ad invicem exercitibus Chriſtianorum, impetus Turcarum convaleſceret.* Converſo ad alia ſermone, inquit Bellajus, Orator Regius, ſubdidit. *Cæſarem pollicitum eſſe Ducatum Mediolanenſem, Duci Aureliano (is erat ſecundus genitus Regius) Reſpondit Cæſar, quod Rex eo tempore conditionem non accepiſſet, quod etiam copias in Italiam traduxerit, quod innumerata damna Sabaudo attuliſſet, quod ſi Rex Duci Engoliſmenſi [erat is tertius genitus Regis] hunc Ducatum tradi vellet, ſe ab eo non alienum fore, iis pactis, & conditionibus, quas jam tuliſſet, partim quas adjiceret, cum res conficienda eſſet, neptemque uxorem illi traditum iri. Tum converſus ad Papam, an non bellum eſt [inquit] quod Galliæ Rex mihi oraudus eſt, ut Ducatum Mediolanenſem uni ex ſuis liberis, tradi aſſentiatur?*

Bellajus lib. 15.

Dimiſſis Gallis Oratoribus, Cæſar ſumma comitate ultimum vale dixit Pontifici, a quo ſacra prece luſtratus XVIII. April. hora decima nona, maximiſque muneribus in Pontificios nepotes effuſis, quæ ad triginta ſex millium nummorum vectigal annuum pervenerunt, conſcendit equum, atque a Cardinalibus ultra dimidium milliare extra Urbem equeſtri pompa deductus eſt, cum Romæ tredecim dies moratus eſſet. Ex quibus emendes hiſtoricos, qui quatriduo tantum Romæ hæſiſſe memorant, quos etiam in nonnullis hallucinatos ex relatis a nobis conſtat. Emenſus vero reliquum ditionis Pontificiæ, iter ab Iporegienſi, & Caracciolo Cardinalibus conſociatus, Senas pervenit.

Cives vero Senenſes erectis triumphalibus arcubus eum magnificentiſſime exceperunt: qua in Urbe conventus a Lotharingo Cardinale propoſitas Franciſci nomine pacis leges repudiavit: a Senenſibus ad Florentinos provectum Alexander gener illum tam mirifice percoluit, ut veterem Romanorum magnificentiam æquaſſe cenſeretur; quem Cæſar monuit, ut ſuæ ſalutis ſollicitus eſſet, inſidias enim regnanti in Civitate armis ſubacta eſſe pertimeſcendas. Inde Lucam, Aſtamque profectus ad invadendam Galliam exerci- XI.

Senas ingreditur Imperator triumphaliter exceptus, poſtea Florentiam petit.

ci-

Jov. l. 35.

Bellajus l. 5.

Franciſc. Ferron. in Franc. Paulus Jovius l. 34.

Franciſcus Galliæ Rex Ducatum Sabaudiæ invadit.

citum inſtruxit. Immiſerat adverſus Carolum Sabaudiæ Ducem, Franciſcus Rex ob non reſtitutam Niceam Provinciæ Urbem, Philippum Sciabotum rei maritimæ Præfectum, ingentibus ſuccinctum copiis, qui præcipiti victoria, non modo Tranſalpinam Regionem ſubegerat, verum etiam (pronis ad victorem populis) in Subalpina Regione Taurinum, Foſſanum, Penarolum, & Cherium invaſerat, ac latius victoriam protuliſſet, niſi Joannes Lotharingiæ Cardinalis ad Cæſarem, cum ampliſſimis mandatis pacis Interpres miſſus procurrentis victoriæ curſum inhibuiſſet, juſſiſſetque citra Duriam amnem ſubſiſtere, ne Cæſaris animum magis exacerbaret. Ita Gallus, rei gerendæ occaſioni defuit, nec ad concordiam Cæſaris animum, eo officio flexit: Cardinalis enim Lotharingus cum Senis Cæſarem de pace poſtulaſſet, ab eo repulſus ad Pontificem ſe contulerat. Converſæ vero paulo poſt res fuere, nam Antonius Læva, Mediolano educto exercitu, progreſſus Gallorum abrupit, Vercellas in officio continuit, Foſſanum expugnavit, Salaſſorum Regulum ad defectionem a Gallo pellectum Cæſari adjunxit, ſuaſitque illi, ut in Provinciam ſuperatis Alpibus irrumperet, ac ſimul Mariæ ſorori daret Imperia, ut e Belgio in Galliam Belgarum exercitum effunderet, ut diverſo bello Galli perturbarentur, inanibus vero vaticiniis præfidebat Læva, Carolum Galliæ Regnum, cæteris Regnis adjecturum, nonnulloſque Maſſilienſes cives promiſſis, & auro ſubornarat, ut Urbem Cæſari proderent, ſed ii mutata fide promiſſis defuere.

Paul. Jov. l. 35.

XII. Paulus III. pro pace inter Cæſarem, & Franciſcum Regem laborat.

Dum ferverent bellica conſilia, Pontifex, qui ex eo bello maximum rei Chriſtianæ excidium impendere præfidebat, ac Religionis in Africa amplificandæ ſpes diſſipari, maximum inde dolorem traxit, & a Cardinale Lotharingo conventus multa cum eo de pacis conſiliis expediendis diſſeruit, ac literis Franciſcum Regem ad communem pacem, conſectandaſque publicas rei chriſtianæ utilitates hortatus eſt; cum adverſus fidei hoſtes communia arma inferri poſſent, & propria manu hæc verba addidit.

Verba addita manu Papæ. Monitus Gallus Rex, ut pro erigenda Chriſtiana re ſeipſum vincat.

Regi Chriſtianiſſimo.

Rogamus ex animo, & Paterno affectu Majeſtatem tuam Chriſtianiſſimam, ne tam pulchram occaſionem [hæc verba addita manu Papæ] tempore conſervandæ, & augendæ Chriſtianitatis, deſerat, & ſeipſam vincat, & ſuperet, quod ſolemni ſtudio, facile conſequi poterit ad laudem Dei, & perpetuam tuæ Majeſtatis, & ſucceſſorum tuorum gloriam, in quo nos tantopere tibi devincies, ut re ipſa intelligas, rem nobis gratiſſimam feciſſe. Datum Romæ 11. Maii MDXXXVI. anno 11.

XIII. Franciſcus Galliæ Rex, ut objecta ſibi a Cæſare diluat Pontifici, & Cardinalibus ſcribit.

Audita conteſtationis Cæſareæ, & accuſationis ſerie Franciſcus Rex ad ſibi objecta capita diluenda, literas ad Pontificem, & Cardinales miſit, quibus nitide expoſuit, Cæſarem non Divini honoris tuendi, aut Religionis aſſerendæ ſtudio, vel cura ulla affici, ut qui arma adverſus hæreticos graſſantes in Imperio non expediverit, ſed Gallici nominis opprimendi ardore maximo flagrare, cujus literas coram Pontifice, Cardinalibus lectas, refert Blaſius Cæſenas his verbis.

Blaſius Caſen. in Diario to. 11. p. 172. Vat. ſub. Apolog. ext. Jul. Ext. etiam apud Guillel. Bellajum lib. 5. Apud Ferron. in Franc. 1.

XXII. Maii die Aſcenſionis, Orator Regis Franciæ legit coram Papa, & Cardinalibus literas Regis Galliæ reſponſivas proteſtationi, quæ continebant multas juſtificationes. Præcipua hæc erant illius capita. Sabaudum jure laceſſitum, bello cum juri non ſtaret: ac ſi illius tuendi cauſa, Cæſar arma ſumere debuit, multo, magis adverſus Genevenſes hæreticos, qui Genevam, & alia loca illi eripuere ea vertere debuiſſe, ſed hæc ab ipſo Rege audire præſtabit.

Beatiſſime Pater, voſque ampliſſimi Cardinales, & clariſſimi Legati, eſt omnibus nota patientia, qua mihi factas injurias huc uſque tuli, hæreditaria mea, & meorum filiorum bona tot jam annos me ferente per alios occupata; interdictum, ne quid mei, [quod in re, aut poſſeſſione, Cæſaris eſſet] attingerent, copiarum mearum a Vercellis de medio quaſi deſponſæ ac jam deſtinatæ victoriæ a curſu revocatio, & ſtativis in caſtris, [ne quis tumultus excitaretur] collocatio, conſtituendæ pacis ampliſſima, & libera facultas Cardinali Lotharingio permiſſa, uſusfructus [de quo memini] ceſſio ſatis declarant, pacene, an bello recuperare noſtra maluerim. Neque vero Sanctitati tuæ mirum hoc loco videri debet, ſi quod ſentio liberius profiteor. Nam ſi occupator alieni quiritari audet, interim ac dolere, ego quid facere debeam, qui tam ampla patrimonia videam mihi, ac liberis meis per injuriam auferri, & noſtra cum ignominia retineri. Quod vero ad Sabaudiæ Ducem pertinet non video, qua ille ſe tueri, aut defendere ratione poſſit; a quo toties expoſtulatum ſit, a quo toties flagitatum, ut decidere judicio mecum vellet de eis rebus, & quas a Majoribus ſuis nullo jure occupatas, meo damno poſſidebat, & quas hæreditario jure pertinere ad felicis memoriæ matrem meam ambigere non poterat: quæ ipſa quidem mater mea, [dum viveret] ſæpe ad eum cer-

tos

Digitized by Google

tos viros repertum ſuu, miſerit cum mandatis, [ut ſororem decebat] humaniſſimis: ego quoque ub ipſius morte viros meæ cauſæ peritiſſimos, quique vel diſceptatoribus iis, qui ſunt illi u conſilio, eandem in judicium deducerent, legaverim, neque quidquam in legationibus tandiu profecerimus, neceſſario mihi ud arma veniendum fuit. Qua in re nihil u me peccatum eſt iu ea fœdera, quæ cum Cæſare mihi intercedunt, quibus, etſi prohibeor, ut ne cum ullo Italiæ Principe adverſus illum conſiliu communicem, non video, qua ratione iſtud bellum Allobrogicum, ud ſe ſpectare Cæſar arbitretur, vel ud eam cauſam ullo modo pertinere, cum interim exercitus meus, [ubi nunc dicebam] nihil earum rerum, prorſus attigerit, quas intellectum ſit ab eo, quo jure, quave injuria poſſideri, atque, ut ne id faceret, diligenter omnibus a me fuerit interdictum. Neque enim ſi fœdere Samarobrinenſi, Sabaudiæ Ducis mentio inter Cæſaris fœderatus injecta eſt; continuu tamen earum rerum, quas is, ud me pertinentes, occuparet, jus in eum tranſlatum eſſe intelligo, cum nec eo in fœdere nomen ejus, ut nobiſcum tranſigentis adſcriptum ſit, nec vou de rebus meis, quæ ab illo tenebantur, ulla eo in conventu emiſſa. Itaque fœderis ejus tabulæ me ceſſiſſe jure meo, nulla coarguere ratione poſſunt. At qui ego, & antea ſperavi ſemper, & nunc etiam ſpero fore, ut Carolus pro neceſſitudine, affinitateque noſtru, meam potius jure, ac legibus nitentem, quam iniquam Sabaudienſis cauſam ſibi eſſe ſuſcipiendam ducat. Gibenn. *Quamquam hoc ego [tamen videu, id quod ſatis mirari non poſſum] cæterorum factum, qui & ipſi armis in Sabaudienſis bonu invaſerint a Cæſare non reprehendi, dumtaxat reprehendi meum, qui cum illo ſim maximis vinculis, & propinquitatis, & neceſſitudinis conjunctus, neque vendicare quidquam, in quo perſpicuum jus, & clarius ipſa luce non habeam, voluerim, neque niſi rite repetitis rebus arma ceperem. Atque adeo, Beatiſſime Pater, paratus ſum Sanctitati tuæ, ſi hoc ita libuerit, rationes omnes meas eu tabulis authenticis comprobare, ut quæcumque dixerim, nihil omnino diſcrepare a vero intelligas. Quod ſi ille animum induxerit mea mihi reddere; viciſſim ego, ſi quid mei præterea occuparunt, non gravabor illi reſtituere. Jam quod Cæſar inquit, ſi de pacis inter nos retinendæ conditionibus convenire non poſſit e re, atque commodo fore Chriſtianæ Reipublicæ noſtras ut controverſias ſingulari, certamine dirimamus: Ego cum hactenus [ſi quis vitæ meæ ſplendori notam ullam allinere tentaverit] abunde mihi ſatisfeciſſe videar: Et cum hæc duelli commemoratio, voluntatis tantum declaratio, non etiam provocatio eſſe videatur, aut decoris, atque honeſtatis noſtræ oppugnatio, ego inquam breviores eſſe noſtros enſes, quam ut tantu intervallo disjuncti congrediamur exiſtimo. Quod ſi nos propius occaſio aliqua ſiſteret, [id quod mihi credibile eſt futurum] ſi res ad arma redierit, atque ſi tum Cæſar eandem retineat, quam nunc ſe habere oſtendit decertandi mecum voluntatem, neque tum ipſe ad certamen provocare velit, non recuſo: quin ſi exiſtimationis meæ defenſioni defuero, probi me, atque graves viri inter profligatæ famæ homines repudient, id quod mihi tamen multo acerbius futurum eſſet, quam cum illu certare armis formidoloſius. Quod ſubinde declaravit, neque a ſe quidquam accuſandi, aut ſugillandi mei cauſa dictum, neque dictu ſuu velles a quoquam ita accipi, quaſi ſpe pacis omni ſublata, jam claſſicum veluti cecineris: ego vera non minimam eu eu re voluptatem cepiſſe profiteor. Hæc ſunt porro, Beatiſſime Pater, ampliſſimi Cardinales, & clariſſimi Legati, quæ apud vos commemorare volui non accuſaturie, aut lædendi cujuſpiam animum, ſed purgandi mei cauſa, ut omnes intelligunt, quam ego in publicæ pacis ſtudia, & commoda Reipublicæ propenſa ſim voluntate, perſpiciantque omnes, ad arma cum Cæſare deveniendi culpam, ſicut a me adhuc abfuiſſe, ita ſemper abfuturam, id quod omnes, ſine ulla dubitatione judicaturos ſpero, & confido quicumque ſecum accurate reputaverint, ad quas ego me continuandæ pacis ſtudio dimiſerim conditiones.*

Cæterum univerſos, qui Cæſarem adverſus Gallum Regem perorantem audiverant non ſpectaſſe illum ad pacis, ſed ad belli conſilia, atque malorum imminentium invidiam in Gallum detorquere, meditatum cenſuiſſe narrat veteris MS. Author, qui Cardinalis quiſpiam eruditiſſimus fuiſſe videtur. Pontificiæ vero curæ ad eum placandum collocatæ irritæ evadebant: debellandæ enim Galliæ ſpe umbratili lactabatur Carolus V. nec recogitabat Turcam a Gallo in eum concitatum iri, nec tantis hoſtibus ſuperiorem futurum, adeo magnitudine virium efferebatur, nam præter Germanos, qui ad viginti quinque millia, ſub ejus ſignis confluxerant Hiſpanos veteranos Milites, Italos, Neapolitanos, Burgundos, Belgas, diſtinctis aciebus militariter inſtructos trahebat inter quæ Pontifex redintegrandæ inter diſſentientes Reges concordiæ cupidus Cardinales Legatos ad eos de-

XIV. *MS. Car. Spad. ſig. p. 266.*

Paul. Jov. l. 35.

Pacis tractatum ſprevit Cæſar ſpe potiendi Galliæ.

decrevit, ut narrant acta conſiſtorialia. *Romæ Feria VI. II. Junii, fuit Conſiſtorium, in quo Sanctiſſimus Dominus Noſter ſtatuit decernendos eſſe aliquos Legatos, ſcilicet unum ad Carolum Quintum Imperatorem, alium ad Franciſcum Regem Chriſtianiſſimum, alium ad Ferdinandum Regem Romanorum; qui omni diligentia curarent, ut depoſitis armis, quæ jam ipſi Reges, contra ſe ſumpſerunt, pax Reipublicæ Chriſtianæ, jam pridem ob Turcarum potentiam, neceſſaria componeretur.* Deſignati illi fuere in alio Senatu habitu IX. Junii quorum nomina recenſent eadem acta. *IX. Junii S. D. N. decrevit, Legatos tres, videlicet, ad Regem Romanorum, & Wayvodam Reverendiſſimum Cardinalem S. Crucis, ad Regem Chriſtianiſſimum Cardinalem Trivultium, ad Cæſaream Maieſtatem Reverendiſſimum Cardinalem Caracciolum, cum facultatibus, ut in eorum Brevibus, & Diplomatibus continetur.* De Legatis hiſce Apoſtolicis decretis, Pontifex eoſdem Reges certiores fecit, quo argumento extant ſubjectæ literæ ad Francorum Regem, dum ad Cæſarea arma a Gallia propulſanda, Turcas in Cæſarem vocabat quem rogabat, ut pacis ſtudio publicam rem Chriſtianam privatæ rei, vel privatis ſtudiis anteferret.

Acta Conſiſt. mſ. ſign. n. 133. pag. 302.

Paulus decernit Legatos pro pace inter Cæſarem, & Regem Galliæ.

Ead. 17.

Petr. Paul. Gualter. in Diar. Ang. Maſſarell. in Diar. Conc. Trid. mſ. Arch. Vat.

Ferron. in Franc. l.

Regi Chriſtianiſſimo.

XV. *Chariſſime, &c. Etſi ut Tuæ Serenitati notum eſt per Nuntios, & literas frequentiſſime, ac noviſſime per dilectum filium noſtrum Cardinalem Lotharingiæ, ad Te reverſum, officii noſtri partes interpoſuimus cum Maieſtate Tua & Sereniſſimo Cæſare ad concordiam inter vos conciliandam, armaque contra Turcas convertenda, libenterque ipſi perſonaliter hanc ob cauſam ad vos venturi fuerimus, ſi qua ſpes obtinendæ rei nobis affulſiſſet: tamen ne quid intentatum omitteremus, quod, vel ad officium, vel ad amorem erga Te noſtrum pertineret; habita ſæpius cum Venerabilibus Fratribus noſtris, ſuper hoc deliberatione, recentiores, digniore ſque homines Sanctæ ſedis Legatos ad Tuam & Sereniſſimi Cæſaris Majeſtates mittendos decrevimus.* [Et infra.] *Quamobrem, fili noſter chariſſime, non ſine lachrymis, Tuam Majeſtatem per communem Dominum Jeſum obſecramus, [quod & cum ipſo Cæſare fecimus,] ut periculis miſeræ Chriſtianitatis animadverſis, publicaque ſalute, quæ Tibi, ac tuis Prædeceſſoribus, ſemper chariſſima fuit, perpenſa ad concordiam se facilem dare, multaque Deo condonare velis, quæ alioqui humanis denegarentur affectibus, hoc nihil tibi glorioſius, nihil univerſis Chriſtifidelibus ſalutarius præſtari a te hoc tempore poteſt, &c. Datum Romæ &c. XIV. junii MDXXXVI. anno II.*

Paul. III. lib. brev. an. 2. pag. 547.

Decretus ad Gallum Car. Leg. pro redintegranda pace cum Cæſare.

Rogatus Rex, ut rem Chriſtianam propriæ rei anteferat.

Bloſ.

Moniti etiam ſunt, Cardinales Lotharingus, Turnonius, & Bellaius, qui multa apud Regem authoritate pollebant, ut Cardinalem Trivultium Legatum pro pace conficienda juvarent. *Cum noſtrum [inquit in diſtinctis ad ſingulos literis] deſiderium ſuadendæ concordiæ, inter Sereniſſimum Cæſarem, & Chriſtianiſſimum Regem tuæ circumſpectioni, præcipue notum eo ardentius ſit, quo periculum nunc majus inquit, niſi arma ad mutuam Chriſtianorum perniciem ſuſcepta in Chriſti hoſtes convertantur.*

Paul. l. 2. p. 328.

Cæſarem pariter conſignatis eidem literis madentibus lachrymis, vigilantiſſimus Paſtor, obteſtatus eſt, ut arma Galliæ inferenda in Turcas converteret, lites æquitate dirimeret, condonaret Chriſto injurias, quarum ultionem humanus affectus expetebat: ac de Cardinale Trivultio Legato aliis literis hæc addidit. *Etſi hodie mittentes ad Majeſtatem Tuam communiter Legatos noſtros Trivultium, & Caracciolum S. R. E. Cardinales, communia illis mandata, communeſque literas dedimus ad Majeſtatem Tuam perferenda, tamen cum ipſe Trivultius, poſtquam ad Majeſtatem Tuam, id munus peregerit, ad Regem Chriſtianiſſimum ob eandem cauſam ſit progreſſurus, non alienum putavimus has quoque ſeorſum ei dare ad Majeſtatem Tuam literas, quamvis enim ipſe gentilitio ſtudio Regem Chriſtianiſſimum colat atque ab ipſo Rege ob ſingularem fidem, & virtutem ampliſſime ſit ornatus; tamen & bonum virum, & gravem Senatorem, rectique & æqui ſemper cultorem habitum eſſe teſtamur, nec minus ob id electum fuiſſe a nobis, quia communis utilitatis ſtudioſus ſemper fuit, &c.* Hoſce Cardinales contuliſſe ſe ad Cæſarem, atque Trivultium etiam pertentaſſe Cæſaris animum (remotis arbitris,) num Mediolanenſem Principatum, tertiogenito Franciſci Regis fiduciario jure traditurus eſſet, ſi Franciſcus Rex Sabaudo ditionem captam reſtitueret, nec ad id flectere eum potuiſſe, licet Romæ, coram Pontifice, & Cardinalibus eam pacis legem propoſuiſſet, narrat Guillelmus Bellajus, cujus verba repetenda viſa ſunt.

Id. pag. 339.

Paul. lib. brev. an. 2. p. 339.

*Savilianum venimus Cardinales Trivultius, & Carpius * a Papa hic ad Cæſarem, ille ad Regem miſſi, qui illis concilium denuntiarent, quod Mantuæ ſeptimo, & vigeſimo Maii die anni proximi indicebant, qui annus erat MDXXXVII. qui etiam de pace inter eos ineunda agerent.* XVI.

* Caracciolus.

Guill. Bellaius lib. 6.

Ma-

Digitized by Google

Magno illi ſplendore, & apparatu excipiuntur, atque in multorum Principum, & aliorum magnæ autoritatis corona audiuntur. 238. *Cæſar, quod ad concilium attineret, aſſentitur, ſeque interfuturum recipit, neque alia, quam Divina vi ſe impeditum iri, confirmat. De pace ſcire eos, quid Romæ teſtificatus eſſet, ſe bellum, ſi ſemel illuc venire compelleretur [neque enim niſi invitum valde ſuſcipere conſuliſſe] tam acriter geſturum, ut nulla unquam ratione quacumque extaret, niſi perfectis, quæ cogitabat, a re ſuſcepta deduceretur, a qua quidem ſententia, ſe deceſſurum omnino negat, niſi Rex in primis Sabaudum plane in Dominatum integrum reſtitueret, damnaque illata ſarciret, quibus confectis ſi Nuntios poſtea de pace mitteret, tum ſe ſibi conſilium capturum, & quod res poſcere videretur, reſponſurum.*

Cardinalis Trivultius, qui in Galliam ad Regem progredi jubebatur, non abs re facturum ſe exiſtimavit, ſi remotis arbitris Cæſarem conveniret. Tametſi enim oratione paulo arrogantiore palam uſus fuerat, privato tamen colloquio longe leniorem præbiturum illum arbitratur, & ad quaſdam pacis conditiones magis proclivem futurum. Dicendi poteſtate facta, inter cætera rogat, ſi Rex de redintegrando Sabaudo conditionem acciperet, aut certe quæ bello occupata erant, apud ſequeſtrum deponi aſſentiretur, num gratum ipſi eſſet, ut Regi nuntiaret, Ducatum Mediolanenſem Aureliano datum iri. Cæſar negat placere. Tum Cardinalis obnixe illum rogare cœpit, ne quidquid poſtea accidiſſet controverſiæ, quod facere conſtituerat, commutaret, ſed in eo perſeveraret, quod Romæ in celeberrimo, & graviſſimo cætu Papæ, collegii Cardinalium, & coram tot exterarum gentium Oratoribus pollicitus fuerat. Negat ſe Cæſar, quod conſtituerat, mutare velle, ut qui nunquam in animo habuiſſet, hunc Ducatum tradere, conſilium duntaxat fuiſſe Regem blandis verbis delinire, & omni ratione efficere, ut arma deponeret, dum ipſe exercitum compararet par pari illi referens, qui Sabaudum verbis lactaverat, ſimul etiam adortus ſpoliaverat. Nullum aliud reſponſum Cardinalis elicere potuit. Itaque venia accepta alpibus ſuperatis ad Regem proficiſcitur, Collegam Cardinalem Caracciolum Cæſar aliquot dies apud ſe habuit, deinde Mediolanum miſit, illicque præeſſe juſſit.

XVII. *Ext in mſ. Card. Spad. ſig. num. 99. pag. 297.* Accepta a Pontifice poteſtate, Cardinalem Caracciolum Mediolanenſem Præfecturam ſuſcepiſſe, oſtendunt literæ Guidicioni Epiſcopi, Internuntii Pontificii apud Cæſarem XIII. Auguſti exaratæ.

Suſpecta vero ſunt alicujus Hiſtorici verba, dum ait falſum Cæſarem ſe dolo propoſuiſſe pacis legem coram Pontifice, & Cardinalibus, atque errare putandus eſt, non aliter, eum Carpium (nondum Cardinalem) pro Caracciolo miſſum dixit, maxime, cum in eandem pacis legem octavo poſt anno, cum Gallo Rege Cæſar convenerit. *Ciacc. in vita Paul. III.* Potius itaque opinandum eſt, Cæſarem ſolutum ſe religione promiſſi exiſtimaſſe, cum tempore conſtituto conditionem oblatam, Gallus non admiſiſſet: fuiſſe averſum vero a pace, quia ex virium amplitudine, ſpe, & cupiditate ab aſſentatoribus correptus, Galliæ occupandæ inhiaret, ducique ſe fineret ambitioſis conſiliis Antonii Levæ, de quo hæc refert Paulus Jovius: *Antonius ex proventu victoriarum ſuarum, uſque adeo Gallicæ militiæ elatus, contemptor evaſerat, ut ex vaticinatione quorumdam futura prædicentium Carolum Galliæ Regem evaſurum, & ſe voti compotem, apud Pariſios in ipſa victoria fato conceſſurum profiteretur.* *Paulus Jov. l. 35.*

Cæſar in Galliam irrupit. Refracta eſt contrario exitu ea militaris jactantia, ac Cæſar contemptis monitis Pontificiis, irrupit in Galliam itineribus variis, ſed præcipue per maritimas Alpes, perque Tendanos Provinciæ exercitum florentiſſimum infudit, cujus primo impetu Antipolis ultra Varum flumen capta non ſine ſtrage, direptaque eſt, nec terra modo, ſed etiam mari Galliam invaſit, ſubſequuta enim eſt a Saonæ portu claſſis Duce Andræa Auria, quæ multas Italicarum copiarum cohortes, quibus Ferdinandus Sanſeverinus Salernitanus Princeps imperabat, ſubvexit, Gallia hoſtium multitudine territa, ſine vulnere jugum ſubiit. Forum Julium etiam deditionem fecit, ac tum ad abrumpendos Cæſaris progreſſus, Franciſcus Rex lugubre, ſed neceſſarium conſilium ſumpſit evaſtandæ Provinciæ corrumpendorum commeatuum cauſa, ne hoſtis iis ſuſtentatus interiores Regni Regiones penetraret, nec ſine clade id Cæſarianis contigit; injectus enim ignis Sylvis, facileque pineta corripiens continente flamma ingentem multitudinem calonum mercatorum, ac mulierum ſequentium caſtra exuſſit, ſtultique adulatores canebant Cæſari prælucentes flammas victoriam portendere; ac licet initio in Pagis, affatim commeatus fuerint reperti, tamen poſtea cum ulteriore regione ii, a Gallis corrupti, exuſtique fuiſſent, inedia cœpit laborare exercitus. Auria porro claſſe in Tolonæ Portum invectus, metu tormentorum præſidiarios ad turrem dedendam adegit, Cæſareus etiam

equitatus, commiſſo primum ancipiti, deinde ſecundo cum Gallis ad Brugnolam certamine, miſeram Urbem effuſe diripuit. Vaſtius in Arelatenſem agrum excurſione facta, pleroſque cives, nil hoſtile metuentes, intercepit, necnon Cæſar ad Maſſiliæ conſpectum copiarum partem promovit exploraturus, an tumultus ab iis, qui occulte ipſius rebus ſtudebant, excitaretur; ſed cum inani ſpe paviſſet diu cupiditatis ſamem, caſtra ad Aquas Sextias defixit, & qui Gallias victoriis ſe peragraturum ex ſomnio aſſentatorum exiſtimaverat, ulterius progredi non potuit, cum Franciſcus Rex, fortiſſimo ſuccinctus exercitu Avenionem acceſſiſſet (adductu, ſecum Annæo Memorantio, Equitum Magiſtro, bellicæ artis gloria florentiſſimo) expectaretque in dies viginti Helvetiorum millia auxiliaria. Nam licet Helvetii Cæſari polliciti eſſent, ſe in nullam partem inclinaturos, tamen ubi Cæſarem in Gallias irrupiſſe acceperunt, veriti ne ſubacta Gallia ſervitutem ſubire cogerentur, fœderumque cum Gallis olim initorum memores, ac ſtipendiorum illecebra pellecti, ad defendendam Galliam procurrerunt. Interea aſperiora omnia acciderunt Cæſari; nam a Tolonæ Portu, ob itineris intercapedinem commeatus ægerrime Caſtris Cæſareis inferri potuerunt, cum e ſaltibus incogniti aſſilirent in viatores, ac præſidiarios interficerent, inde ſames in caſtris Cæſareis, & diſſenterica lues ex fugacium fructuum uvarumque immaturarum eſu ingraveſcere cœpit, adeo ut Germanorum corpora paſſim ſternerentur. Cumque adverſi exercitus proximo intervallo diſtarent, immaniſque cædes expectaretur in dies, Pontifex cœpta concordia conſilia majori ſtudio, & contentione urſit, de quibus hæc ad Cæſarem ſcripſit.

Martinus Bellaius.

Imperatori.

XVIII. *Chariſſime. Etſi ſæpiſſime, ac multis animi noſtri ſignificationibus oſtendimus deſiderium, quo maxime tenebamur, prout tenemur conficiendi pacem inter Majeſtatem Tuam, & Regem Chriſtianiſſimum, ſolicitat nos nihilominus officium noſtrum, necnon pietas, & charitas noſtra erga univerſam Chriſtianitatem, cujus tranquillitas ex hac potiſſimum pace pendere videtur; quamobrem, ne huic rei in aliquo, [quod ſe nobis offerat] defuiſſe videamur, præcipue in abſentia Dilecti filii noſtri Cardinalis Caraccioli, quem Legatum, ſuper hoc noſtrum ad Tuam Maieſtatem deſtinaveramus, mittimus ad Tuam Maieſtatem Dilectum filium Ambroſium Recalcatum Prothonotarium Apoſtolicum, Secretarium noſtrum intimum, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum* XXVI. *Auguſti MDXXXVI. Anno* II.

Lib.8 Paul. III. lib. brev. an 2. pag. 430. Ext. etiam in mſ. Cardin. Spad. ſig. n.269 p. 295.

Præmiſſi Cardinalibus Legatis Internuntii.

Internuntium etiam alium ad Franciſcum Regem, concordiæ interpretem miſit: cæterum Franciſcus Rex, paulo ante graviſſimum doloris vulnus acceperat, ex Franciſci Delphini Regni hæredis obitu; cum menſe Auguſto ex ludo pilæ æſtuans, epota intemperanter aqua frigida pleuritidem concepiſſet, ut diarii Author refert. Dum porro Cæſar ad aquas Sextinas hæreret, triſti Nuntio perculſus eſt, Genuam in diſcrimen adductam, cum Galliæ Rex, Guidonis Rangoni opera, prope Mirandulam exercitum confeciſſet, ad quem Fregoſii, & Genuæ exules confluxerant, rerumque novarum ſtudioſos non parum erexerant, quo audito Andreas Auria ſubſidiarias copias triremibus devehendas celerrime ſubmiſit, quibus confirmati Genuenſes, hoſtem admotis ſcalis in mœnia ſubeuntem propulſarunt, inde Guido Carinianum Oppidum provectus deditione recepit, ac Taurino, aliiſque Arcibus præſidiarios ſubmiſit: extracta porro in plures menſes aquarum Sextiarum obſidione, Maſſiliaque fruſtra tentata, & morbis Cæſareum exercitum depaſcentibus Antonius Læva infælicis belli Auctor fractus diuturnis artuum doloribus, atque ira, mœroreque ex adverſis rebus confectus, in caſtris intra dies pauciſſimos interiit.

Franciſcus Galliæ Delphinus moritur.

Petrus Paulus Gualter. Aretin.

Antonius Leva moritur mœſtitia concepta, de infelici exitu belli Gallici.

Extincto belli ſuaſore, ſtudia bellica refrixere, & ſpe victoriæ dejecti Duces Cæſarei, ad receptum inclinarunt, nec Cæſar res ſuas univerſi certaminis aleæ committendas cenſuit; Annæus pariter Memorantius Gallici exercitus Dux, qui ad Cabillonem Caſtra erexerat, eaque munitionibus diſpoſitis in coronam tormentis bellicis vallarat, propendebat ad pacis conſilia, ne ex ancipiti prælio Gallia in diſcrimen conjiceretur, de quo factus certior Pontifex, de optimis conſiliis grates egit, expoſuitque quantum diſcrimen a Turca, ſi Chriſtianorum vires univerſo certamine eliderentur impenderet. XIX.

Magiſtro Franciæ.

Dilecte fili ſalutem &c. Ex compluribus Dilecti filii Cardinalis Trivultii Legati, ac Venerabilis Fratris epiſcopi Faventini Nuntii, iſtic noſtrorum literis, noviſſimeque ex Dilecti filii Latini Juvenalis Secretarii Noſtri, nuper ad nos reverſi, verbis intelleximus, quo ſtudio tua Nobilitas, & quam piis officiis continue animata, & uſa fuerit in pace, & concordia ſuadenda. Qua ex re, fili Dilecte, etſi e-

Paul. III. lib. brev. an.2. p. 642.

Pontifex de conſiliis pacis Memorantio gratias egit.

ra-

ramus antea ſingulari erga nos amore incenſi, ob tua in Sedem Apoſtolicam, quam ſemper coluiſti, egregia merita, tamen tantum lætati fuimus, tantumque ad priorem in te benevolentiam adjecimus, quantum tua pietas, ac rei tam neceſſariæ, & ſalutaris utilitas poſtulat, cum enim hoc duorum Principum tantorum bello univerſæ Chriſtianitatis vires abſumptum iri, nemo ambigat, nemo etiam non videt illis acciſis, ac debilitatis communem hoſtem Turcam in commune noſtrum exitium primo quoque tempore irrupturum; cujus periculi certa indicia nobis idem hoſtis nunc præbet, cum tantam claſſem, tantumque apparatum navalem, in proximum ver moliri dicitur. Erga nos, qui prudentiam tuæ Nobilitatis antea audiveramus in bello, nunc pietatem audientes in ſuaſionibus pacis, agimus Deo gratias, quod apud Chriſtianiſſimum Regem, talem virum tali gratia, & authoritate pollentem, nobis hoc tempore conceſſerit, qui pro bonitate velit, & pro authoritate poſſit nobiſcum in commune bonum, quod ab una tantum concordia dependet conſulere: ſed & poſt Deum, etiam tibi agimus fili gratias, qui tali animo es, te enim adjutore ſperamus reddi compotes hujus voti, quod nobis a natura inſitum, a Paſtorali officio injunctum, minæ, nunc & apparatus communium hoſtium Turcarum, quas tuæ Nobilitati non ignotas eſſe confidimus, augent, & exacuunt, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum &c. XIV. octobris anno MDXXXVI. anno II.

XX. *Paul. Jov. l. 35.*

Submiſſi deinde a Pontifice Cardinalis Trivultius, Rodulphus Pius Carpenſis, Epiſcopus Faventinus, paulo poſt Cardinalis; impetrarunt facile piis precibus, ne ſummo Reipublicæ Chriſtianæ incommodo, armis concurreretur, quamquam tollere ſimultates, & ſuſcepti belli controverſias diſſolvere non potuerint; cujus rei cauſæ hæ afferuntur a Franciſco Belcairo. *Neque Cæſar prior de pace loqui, neque Franciſcus voluit, ille quod ſe a fortuna, non noſtrorum induſtria, aut fortitudine vinci agnoſcebat, Franciſcus, quod illius exercitum ſemivictum putabat, itaque ambæ Legationes irritæ fuerunt, niſi quod Paulum Pontificem ſuo officio non defuiſſe declararunt*; e Legatis Caracciolus, permittente Pontifice Legationem ſuam apud Cæſarem a pace abhorrentem, commutarat cum Mediolanenſi præfectura, ut diximus, Trivultius vero a Gallia reverſus IV. Novembris Legationis ſuæ rationem, ac ſeriem Pontifici retulit. His addit memoratus Belcairus in Caſtris Cæſaris famem, vehementer in dies auctam, adeo ut panis aliquot diebus deſideratus

Quare a Legatis firmata non iverit.

Franc. Belcar. l. 21. lib. 57.

Acta Conſiſtor. ſig. n. 133.

ſit. Cum vero in eo bello Venuſinus Comitatus Pontificiæ ditionis in ſummo diſcrimine verſaretur, atque ab Annæo Memorantio ab hoſtili graſſatione fuiſſet vindicatus, Pontifex illi grates his literis egit.

Caſtra Cæſaris fame laborant.

Magiſtro Franciæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. De tua optima erga nos, Statumque, & res hujus S. Sedis, ac noſtras, mente, ac voluntate certiores quotidie ſumus redditi, ſic enim retulit nobis, idque ſæpius Venerabilis Frater Jacobus Sadoletus Epiſcopus Carpentoratenſis nobilitatis tuæ ſtudioſiſſimus, quem nos modo ipſius meritis, & virtutibus adducti, in ſacrum ordinem Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium retulimus, te in hoc proximo bello, quo regiones iſtæ Provinciæ Galliæ, populique in illis noſtri, & Status Eccleſiaſticus in maximo metu, ac periculo, conſtitutus fuit, tantum ſtudium adhibuiſſe, tantaque vigilantia eſſe uſum, quo res iſtic noſtræ conſervarentur ac quoad fieri poſſet, a detrimentis belli, & licentia militari prohiberentur, ut nihil fieri potuerit, nec amantius erga nos, nec tuo iſti animo, & præſtantiſſima virtutis convenientius; certe enim primarias urbes ditionis iſtic noſtræ Avenionem, & Carpentoratum tua authoritate, & diligentia novimus fuiſſe conſervatas, quæ ut nobis gratiſſima a Nobilitate tua acciderant, noſque quotidie magis te amare, ac magnifacere teneamur, etſi tu tuæ virtutis potiſſimum præmium ipſam habeas virtutem, gratiamque eam, & laudem, quam apud Deum, atque homines, recte ſemper agendo tibi comparas, quæ una quidem merces laborum, & vigiliarum noſtrarum ſempiterna eſt: tamen nos quoque, Nobilitati tuæ, tanto animi ſtudio, tantaque charitate reddimur affecti, ut nequaquam ſatis dignas gratias iſti animo, & amori tuo erga nos agere poſſe videamur: ſed agimus eas tamen, & pro noſtra, ac hujus Sanctæ Sedis facultate, & authoritate, quantum cum Deo licitum erit, occaſioque tulerit, etiam referre ſumus parati, ita noſtra prompta, erga te, ſtatum, honorem, & commodum tuum voluntate, ut in omnibus rebus ſis cogniturus, ad Paternum noſtrum erga Nobilitatem tuam animum, ſingularemque benevolentiam, nihil jam addi ulterius poſſe: quod ſupereſt, etſi ea apud te non eget commendatione, tamen ut teneamus officium noſtrum, cauſam Chriſti & fidei in iſto Regno, quæ a te ſemper fortiſſime defenſa a chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Rege vere Chriſtianiſſimo invicta retenta eſt, populoſque iſtic noſtros, eorumque pacem, & incolumi-

Paul. III. lib. brev. an. 2. pag. 611.

mitatem Nobilitati tuæ, vehementer commendatam eſſe cupimus. Datum Romæ XXIX. *Decembris MDXXXVII. anno* II.

XXI. Pulſis Provinciæ finibus, & Peronæ obſidione Cæſarianis Franciſcus Rex ad rependendas hoſti clades exercitum in Belgium induxit, ac quinquageſimo obſidionis die Hiſdinum munitiſſimam urbem expugnavit, tum in Inſubriam irrumpere proximo anno meditatus (Chriſtiani nominis, animæque ſalutis oblitus) impio fœdere cum Solimanno percuſſo, illum proximo anno ad Regnum Neapolitanum invadendum pellexit, ac Barbaroſſa hoc anno in Minoricam invectus, capta Magonis portus Arce Oppidanos in ſervitutem abduxit, petiitque Conſtantinopolim ad vires adverſus Chriſtianos inſtaurandas: ex graviore enim bello, inter Cæſarem, & Franciſcum Regem accenſo, exultantes Turcæ ad invadendum, ſummo conatu Chriſtianum Imperium procurrerunt, quibus propulſandis vigilantiſſimus Pontifex intentus univerſos Chriſtianos cohortatus eſt, ut Chriſtiana conſtantia Turcica molimina retunderent, atque inter alios Cliſſiæ in Dalmatia munitiſſimæ Arcis, cui occupandæ inhiabant Turcæ, præfectum, populumque Pontificii ſubſidii certiſſima ſpe ad Turcicas graſſationes reprimendas confirmavit.

Hiſdinum capium.

Paul. Jov. lib. 35.

Franciſcus Galliæ Rex cum Solimanno contra Cæſarem fœdus init. Paulus III. hortatur Chriſtifideles ad vires Turcicas reprimendas.

Dilectis filiis, Locumtenenti, & hominibus Cliſſii.

Paul III. lib. brev. ann. 2. *p.* 524.

Intelleximus, quanto in periculo conſtituti ſitis ob ea, quæ Turcæ adverſus vos continue moliuntur, & qua in penuria pulveris, & frumenti reperiamini, quantaque ſit veſtra in vobis, & iſta Arce tuendis fortitudo, & in Deum, ac Sanctam Religionem pietas, & fervor: laudamus vos filii in Domino, veſtramque virtutem, & pietatem plurimum commendamus, hortamurque [*licet non neceſſario*] *ut in hac tolerantia conſtanter perſeveretis, nos enim numquam vos deſeremus, ſicut hactenus non deſeruimus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum* XXI. *Octob. MDXXXVI. anno* II.

XXII. Ornavit verba operibus Pontifex, ac præter ſubmiſſa tormentarii pulveris, & frumenti ſubſidia pro toleranda obſidione Turcica, Venetos ad eos defendendos obſtrinxit, de quibus Ferdinandum Regem, ſub cujus clientela erant, fecit certiorem.

Regi Romanorum.

16. *pag.* 634.

Chariſſime, &c. Quam curam, & ſolicitudinem de tuis Oppido, & hominibus Cliſſiæ, hactenus ſuſceperimus, quodve ſubſidium, nuper ad eos miſerimus, & officium quoque authoritatis noſtræ pro eis, apud Venetos interpoſuerimus, arbitramur Maieſtatem tuam ex Oratore noſtro, quem ad te ſuper hoc miſimus, & ex literis Agentis apud nos tui plenius intellexiſſe, &c. Datum Romæ XII. *Decemb.* MDXXXVI. *anno* III.

Inſeſtantibus etiam ſuperiore anno Poloniam Turcis Pontifex hoc ineunte anno, Regem Poloniæ ad Turcas contundendos ſolicitarat, illumque de parta a Cæſare de Turcis in Africa victoria, deque ingenti clade Turcarum a Sophianis in Syria accepta fecerat certiorem, deque conficienda in communem hoſtem generali expeditione ſpes Polono injecerat. XXIII.

Regi Poloniæ.

Chariſſime. Gratiſſimas recepimus ſuperioribus diebus complures literas tuas. In illis enim omnibus manifeſte repræſentata nobis eſt, ſemper nobis perſpecta, erga nos benevolentia, & in hanc Sanctam Sedem, devotio tua, quibus nos, ut decet grato animo, & paterna, ac peculiari dilectione reſpondemus, & ſemper reſpondebimus. (Et infra:) *Sed etſi, fili chariſſime, tua pietas hortatione non eget, tibique juſte compatimur, quod tali ætate, cui requies potius debeatur, in tam remotis, & aſperis locis bellum reſumere ſtudio Catholicæ fidei decreveris; tamen te hortamur, ut in veteri tua gloria, & pietate perſiſtas, cum pro tuorum Regni, & Dominiorum, fidelium conſervatione, tum zelo ejuſdem Catholicæ fidei, cui ad extremum deeſſe non debes, eo etiam magis, quia clare perſpicimus, aſpirare Dei favorem, ſuis Fidelibus conceſſa hinc Sereniſſimo Cæſari Africana victoria, inde perfidis Turcis magna clade in Syria, recenter afflictis, ſicut certis, nuntiis nuper ex Conſtantinopoli ſignificatum eſt: ex quibus firmam ſpem in Domini miſericordia reponimus, brevi fore ut Chriſtianis Principibus ad concordiam redactis, cui nos rei inceſſanter incumbimus, & incumbemus Sancta Conſtantinopolitana expeditio, communiter ſuſcipiatur, &c. Datum Romæ apud S. Petrum die* XI. *Januarii MDXXXVI. anno* II.

Paul. III. lib. brev. an. 2. *p.* 48.

Pia Regis Poloniæ ſtudia gerendi in Turcas belli.

Additi ſtimuli, ut in tuendæ fidei conſtantia perſtet.

Pag. 49. *in Int. Cardin.* §. 4. *ait per Sophi inflictam cladem.* De Turcis in Syria a Sophianis in Africa a Cæſare victis fit certior.

Bloſ.

Præclara illa convertendorum in Turcas Chriſtianorum armorum conſilia funeſtis Cæſaris, Regiſque Gallorum diſſidiis extincta ſunt quibus etiam præclariſſima evertendi Anglorum Tyranni, reſtituendæque ampliſſimo, Regno Religionis Catholicæ occaſio intercisa. Quam enim honeſtius ad famam, ad Dei gloriam magnificentius, Cæſar arma in Anglum, quam in Gallum convertiſſet, Chriſtique, & materteræ injurias, excutientibus Tyranni jugum pluribus populis vindicare potuiſſet. De converſionibus vero rerum Angliæ dicturi ordine, primum a Catharinæ Angliæ Reginæ morte, quam a Cæ- XXIV.

Digitized by Google

Sander. de Shiſ. l.1.

a Cæſare in ipſius declamatiuncula, adverſus Gallorum Regem, coram Pontifice, & Cardinalibus habita deploratam, audivimus, modo agemus. Traxit illa diu acerbiſſimam vitam ex impiis Henrici Regis facinoribus, tum etiam Annæ Bolenæ pellicis artibus varie afflicta, in primis, vero crociata illa fuit ex inhumana ſævitia, quam Regii Adminiſtri in venerabilem Senem Joannem Foreſtum Ordinis Sancti Franciſci, qui Sacras Reginæ exhomologeſes excipere conſueverat: plurimos jam vir Sanctus cruciatus, & horridum biennii fluxu inter latrones carcerem perpeſſus, ad martyrii palmam pro defenſo Regio conjugio, & fidei Catholicæ veritate conſtantiſſime ſervata incorrupta, anhelabat, cum Regina, pias haſce literas ad eum ſcripſit.

Jo. Foreſtus Franciſcanus Confeſſarius Catharinæ Reginæ cum latronibus detinetur in carcere.

Ext. apud eundem.

Mi Venerande Pater, qui dubiis aliorum caſibus adeſſe conſueviſti, ignorare non potes, quid tibi nunc conveniat ad certamen pro Chriſti cauſa vocato. Si paucas has, breveſque tormentorum pœnas, quæ tibi directæ ſunt, pertuleris, æternam, [ut ſcis] mercedem es recepturus, quam, qui propter ullam vitæ hujus præſentis tribulationem amittere voluerit eum, ego omni ratione deſtitutum arbitrarer. Sed o te fœlicem patrem meum, cui Deus dedit, ut præ multis ipſe mortalibus hoc cognoſcas, & ut ſanctiſſimæ vitæ, ac laborum tuorum curſum, haud aliter, quam his pro Chriſto vinculis, tormentis, ac crudeliſſima morte conſummares; Et o me miſeram filiam tuam, quæ hoc tempore mœroris, & ſolitudinis meæ tali monitore, ac tam adamato in viſceribus Chriſti Patre, ſum privanda. Atque ſane, ſi liceat mihi in hac re, quid ardentiſſime cupiam tuæ charitati [cui arcana cordis, ac conſcientiæ meæ omnia hactenus, ut debui ſemper revelavi] libere confiteri: fateor me ſummo tecum vel ante moriendi deſiderio flagrare, [atque id quidem modo Divinæ voluntati, cui omnia vota, vitamque meam lubens, ſemper ſubjicio] non repugnaret, maximis quibuſque tormentis compararem: ita mihi non libet, hoc infœlici mundo gaudere, iis ſublatis, quibus dignus non eſt Mundus, &c.

Regina Catharina eum literis conſolatur.

Reſpondit Reginæ Catharinæ, in hanc ſententiam confeſſor Chriſti. *Te vehementer rogo, ut continuis precibus inſtantem agonem, & certamen meum ſubleves. Quod ſi feceris, [ſicut certe facies] nec de conſtantia mea velim dubites, nec de gravibus mihi deſignatis pœnis ſis ſollicita: non enim decet, hos canos meos illis terriculamentis puerorum in cauſa Dei moveri, nec virum, qui ſexaginta quatuor annis jam vixit, mortem turpiter effugere, nec Religioſum quadraginta tribus annis in habitu Sancti Franciſci diſcentem, & docentem terrena contemnere, non amare, ſed omni conatu aſpirare ad cæleſtia, &c.*

At viſum eſt aliter Divinæ Providentiæ, nam Joannis Foreſti martyrium ad biennium extractum eſt, Regina vero non ſine ſuſpicione veneni ad octavam Idus Februarii, ætatis anno quinquageſimo, ac trigeſimo tertio, quo in Angliam venerat, e vita exceſſit, cum prius Henricum Regem hiſce literis amantiſſimi officii præmonuiſſet. *Domine mi Rex, & conjux dilectiſſime, adventante jam mortis meæ hora, amor, quo te proſequor, facit, ut admoneam te paucis, æternæ ſalutis animæ tuæ, quam univerſis hujus Mundi bonis, ac rebus mortalibus anteferre debes, neglecta etiam tui corporis cura, propter quam, & me in calamitates multas, & teipſum in plures ſolicitudines conjeciſti: ſed ego tibi ex animo omnia condono; precorque ut eadem condonet tibi Deus, quod reliquum eſt, commendo tibi Mariam, communem noſtram filiam, ut patris officium in illam præſtes.* Pertulit illa adverſa omnia ſumma animi conſtantia, ac ſecundas res, & adverſas experta, hanc ſententiam de iis proferebat: *Fortunam ſe non aſperrimam, nec leviſſimam, ſi daretur optio, electuram, cum utraque ſuas tentationes, ac pericula habeat, ſed mediam potius, ac temperatam; ſi tamen alterutra eligenda eſſet, malle ſe triſtiſſimam, quam blandiſſimam, infelicibus enim raro deeſſe conſolationem, fortunatiſſimis fere ſemper mentem.* Adſcripſit illa infelices matrimonii ſui ſucceſſus, tum peccatis ſuis, tum graviſſimo ſceleri ab Henrico VII. ſocero Rege admiſſo, ut qui ante nuptias Catharinæ, cum Arthuro ad Regni ſucceſſionem aſſerendam, innocentiſſimum juvenem Eduardum Plantagenetam Ducis, Clarentiæ filium, & Eduardi Regis IV. ex fratre nepotem, matriſque Reginaldi Poli poſtea Cardinali fratrem, necari juſſerit, quod confirmat etiam memoratus Reginaldus Polus, qui ſic loquitur.

XXV. Moritur Catharina Regina non ſine ſuſpicione veneni.

Reginald. lib.3.

O ſi nunc Rex Pater tuus reviviſceret, & me videret ſororis filium ejus, quem ipſe, etſi omnium innocentiſſimum, ut omnes norunt, tamen, quod nimium propinquus videbatur, Regio nomini, ex quo poſtea impedimenta ſucceſſioni ſuæ exoriri poſſent, tollendum e vita curavit; ſi ille inquam reviviſceret, & me videret natum ex ea domo, unde ipſe impedimenta verebatur, poſteritatem ſuam defendere, quam tu filius oppugnares? Quale hoc illi monſtrum videretur? quam nunc aperte cognoſceret humanam prudentiam, parum 278.

ipſam

ipſam per ſe valere ad omnia impedimenta tollenda perpetuandæ ſucceſſionis? Nulla enim certe res illum ad cædem Avunculi mei impulit, qui omnium conſenſu, tota vitæ innocentiſſimus, habitus erat, & ut Scriptura ſolet dicere, [tanquam infans unius anni,] niſi, quod cum ille Regis Edoardi fratris filius eſſet, & ſolus in illa ſtirpe mas relictus, proſpiciebat, quam facile ejus cauſa novæ de jure Regni ſeditiones contra ſuam domum exiſtere poſſent, quemadmodum quidem aliquas ipſe, dum viveret, expertus erat, cum populus amoris mei Avunculi cauſa ſemel, atque iterum in armis fuiſſet, & ſæpe tumultuari ſoleret. Hoc ergo ſublato exiſtimabat poſſe ſe, & ſuos hæredes ſecure agere, ac ſine ullo metu regnare, impedimenta omnia eſſe ſublata, perinde quaſi in Regnorum ſucceſſione nullas partes Dei providentia obtineret, prudentia humana omnia faceret.

XXVI. Extincta Catharina Regina, triumphavit gaudio æmula pellex Anna Bolena, cui cum nonnulli de aſſerta Regia dignitate gratularentur, in rabiem efferata reſpondit, *Doleo non quidem, quod ſit mortua, ſed quod tam honeſto mortis genere obierit*. At vindex Numen nequiſſimæ adulteræ ſupplicium, quod illa inſonti Reginæ optaverat, quinto poſt menſe intulit. Pepererat Anna percuſſa anathemate, informem carnis molem pro expetito, adeo filio, Annæque faſtidio affectus Henricus Janæ Semeriæ Regiæ famulæ Amoribus ſerviebat. Cumque prolis maſculæ ſuſcipiendæ eſſet cupidiſſimus, Anna ad prolem illi adulterinam ſupponendam, artes convertit; ac primum (ſummo dedecore Henrici, qui illam perditiſſime amaverat) ſe proſtituit Georgio Boleno Fratri, ut Regni Anglici ſceptra moderaturus ex utraque parte Bolenorum ſanguine proſeminatus eſſet, cumque fraus non ſuccederet, etiam ſe aliis amaſiis, ac demum Marco Muſices Magiſtro turpiter addixit maximo contemptu Henrici, qui pro hoc ſcorto impuriſſimo, Reginam, Famam, Eccleſiam, Animam, Chriſtumque contempſerat. Auxit hæc probra, quod Anna Bolena Henrici ſpuria exiſtimaretur, idque a pueris Pariſienſibus cantillaretur, atque etiam in angiportibus, valvis, & plateis affixum Epigramma hoc proſtaret.

Anna Bolena pro inceſtuoſo, & adulterio cum adulteris pœna capitis punitur.

Juno Jovis ſoror, atque uxor; verum
Anna Bolena
Et ſpuria Henrici filia, & uxor erat.

Demum iniquus meretricis ſpurciſſimæ amor, in juſta odia verſus eſt, atque illam Henricus (una cum amaſiis) in vincula conjecit, ut juſta ſupplicia de iis ſumerentur, quo accepto Paulus Pontifex concepta de Henrico meliori ſpe, hæc ad Joannem Regem Luſitaniæ ſcripſit.

Regi Portugalliæ.

Accidit enim, nuper fili chariſſime, quod Divino judicio factum, nemo dubitare poſſit, quodque quamvis Tuæ Majeſtati aliunde ſignificandum, non putavimus a nobis prætermittendum eſſe, ut ſicut aſperitatem aliarum literarum noſtrarum, ſuper eodem accepiſti, ita nunc lætiores acciperes; Rex enim Angliæ Henricus, qui propter Annam adulteram, tanta ſe immanitate, impietate, & ſacrilegiis fœdaverat, nunc illam, cum ſuis in carcerem conjecit, quæ res initium reſipiſcentiæ ejus fore ſperatur, tamquam cauſæ morbi abſciſſa, & malis conſiliis repudiatis ad gremium & obedientiam S. R. E. redituri; quod nos lætanter accipientes pari lætitia a tua Serenitate, ac Principibus cæteris accipiendum exiſtimamus, non tam noviſſima hujus Regis demerita, quam vetera merita recordantes, egregium enim & pientiſſimum Principem antea ſe præſtitit, ſicut tua Serenitas meminiſſe poteſt, cum in hæreticis ſtylo, tum in Schiſmaticis bello perſequendis, fideque, & devotione ſingulari Romanis Pontificibus, & Apoſtolicæ Sedi ſemper exhibenda. Utinam igitur Paſtor Cæleſtis hanc ovem tam nobilem ad ovile pietatis reducat, & eum finem videamus divinæ juſtitiæ, ac benignitatis, quem hæc initia nobis pollicentur, &c. Dat. Romæ &c. xxvi. *Maii MDXXXVI. Anno* 11.

Anna adultera ab Henrico conjecta in carcerem.

Jam illam Henricus decretoria Judicum ſententia damnatam adulterii, & inceſtus crimine. XIV. kal. Junii ſecuri percuti juſſerat, ac triduo poſt ejus adulteri Georgius Bolenus ejus frater, Henricus Noreſius, Guillelmus Bruertonus, Fraociſcus Veſtonus, & Marcus Smetonus Muſicus ſupplicio publice non tam ſuo ſanguine Henrici opprobria extergere, quam expreſſere: Thomas vero Bolenus, qui Annæ pater cenſebatur, ferendæ in eam ſententiæ intereſſe coactus eſt, atque ex dolore confectus obiit.

Bloſ.

Sander. ubi ſup. Petrus Paulus. Gualter. Aret. in diario. Franciſcus Belcar. l. 21. n. 62.

XXVII. Sublata ita Anna Bolena, cujus cauſa peſſumdata in Anglia fuerat Religio, excitataque in Sanctos Dei perſecutio, ſperabant pii omnes Henricum ad ſaniorem mentem reverſurum: ſed cupiditates indomitæ illum in flagitia impulere, atque a Deo averterunt; licet enim effuſos in Annam Bolenam meretriculam amores damnaret, pœniteretque ipſum Mariam filiam Catharina Regina ſuſceptam Regni hæreditate excluſiſſe, ac multa impie geſſiſſe, faſtu tamen impio elatus,

Sander. l. 1. de Schiſm. Anglic.

acce-

acceptos ſupremi Anglicanæ Eccleſiæ capitis apices abiicere, ac demiſſe ad Vicarii Chriſti obſequium redire aſpernatus eſt: ſectam potius novam Mahometis exemplo condere meditatus, ut in ejus geſtis narrat ſubjectis verbis Sanderus.

Ad ſentum Idus Junias tam comitia publica, quam Synodum Epiſcopalem indixit, in quibus poſteaquam non parum ſibi diſplicere ſignificaſſet, quæ tam ſtudioſe antea pro Eliſabethæ Bolenæ filia in Mariæ Principis detrimentum facta fuiſſent, eaque jam irrita eſſe velle; in utroque Concilio diſceptari, conſultarique juſſit, quænam fides, quænam etiam forma religionis ac Divini cultus, deinceps in Anglia teneri deberet, nam hactenus confuſa omnia, ac perturbata videbantur, & Anna dominante rerum omnium licentia ſubingreſſa univerſa miſcuerat, nec quid quiſque affirmaret, crederet, aut faceret certum, aut conſtitutum habebatur. Primo tamen loco, ne Rex Pontificem timere videretur, aut ad Sedis obedientiam redire velle, præcepit ne quiſquam de Primatu ſuo in hac conſultatione verbum faceret: quem ut magis etiam nunc exerceret, conſtituit Thomam Cromuelum ſupremum ſuum Vicarium Generalem in cauſis Eccleſiaſticis, ac Spiritualibus, eique ſigillum quoddam peculiare aſſignavit ad cauſas ejuſmodi expediendas. Præſidere etiam illum voluit Epiſcopis omnibus in Synodo, ac Prælatorum conventu, quod & ſæpe fecit cum & Laicus tantum eſſet, & omnis bonæ eruditionis expers. Septembri deinde menſe ſequente, authoritate ſuæ Vicariæ Canones quoſdam Eccleſiaſticos, quos Injunctiones vocabat ſigillo Vicariatus ſui munitos Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, reliquoque Clero Cromuelus præſeripſit, in quibus præter cætera jubebantur Parochi ſub graviſſimis pœnis, ut Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica, Symbolum item Fidei, & decem Decalogi præcepta, aliaque ejuſmodi Anglice in poſterum in Eccleſiis docerent.

De qua nova condenda religione in Anglia, Henricus conſilium petit.

His ita conſtitutis, de aliis deinde rebus, fideique articulis in utroque Conſilio diſceptari cœpit: poſt longam difficilemque altercationem tandem libellus quidam editus eſt authoritate publica, qui vulgo, Sex articulorum liber, appellatur, cum hac inſcriptione: Articuli per Regiæ Majeſtatis Serenitatem conſtituti. Horum primus tranſſubſtantiationem in Euchariſtiæ Sacramento credendam eſſe jubebat: Secundus unam ſpeciem Sacramenti Euchariſtiæ ad ſalutem ſufficere: Tertius cœlibatum Sacerdotum omnino retinendum: Quartus votorum caſtitatis, & viduitatis non temere factorum neceſſariam eſſe perſolutionem: Quintus non modo Miſſarum celebrationem juri Divino conſentaneam, verum & Miſſas privatas fieri bonum & neceſſarium eſſe: Sextus denique auricularem confeſſionem in Eccleſia neceſſario conſervandam eſſe aſſerebat. Qui ſecus doceret aut crederet, poſt duodecimum diem Junii proxime ſequentis, in illum tanquam hæreticum ſupplicia graviſſima exercenda eſſe Regis Serenitas cum utrinſque Senatorii ordinis, & plebis in comitiis adunatæ conſenſu decrevit. [1]

Non hæc valuere ad arcendas Lutheri Zuingliique hæreſes, cum Anglia a XXVIII.
ſuo capite vero, ſcilicet Chriſti Vicario, divulſa eſſet, nec palmes, qui in vite non manſerat fructum facere potuit, non enim ut Sanctus Cyprianus aſſerit, aliunde oriuntur hæreſes, quam quod uni in Eccleſia Sacerdoti, & Judici vice Chriſti non obtemperetur. Adde etiam ipſos decreti authores, Regem nimirum, Cromuelium ejus Vicarium, Thomam Cramnerum Archiepiſcopum, & alios Proceres, utriuſque ordinis occulte hæreſi contaminatos fuiſſe: adeo ut Henricus viſus ſit, præ ſe flocci Deum feciſſe, & Religionem non quam teneret, ſed quam ad continendos in Regio obſequio populos aptiorem cenſeret, propoſuiſſe. De illius enim inconſtantia, factorum cum dictis pugna, & diſſenſione, hæc ſubjicit Sanderus: *Henricus cum hæc ipſa in Lutheranos ac Zuinglianos tam ſevere decerneret, hæretica multa tenebat, eaque cum Lutheranis, & Zuinglianis communia; verum etiam cum his ipſis ſuis articulis e diametro pugnantia; primum enim, ut omittamus Primatum Petri, ac vitæ Monaſticæ inſtitutum, quæ utraque cum hæreticis contra Eccleſiæ Catholicæ doctrinam impugnabat, in ipſis ſacramentis immutabat omnia pro ſua libidine; nam primo affirma-*

S. Cyprian. l. 1. ep. 5.

bat

NOTÆ [1] SEx illos articulos, quibus tota Anglicanæ Reformationis religio continetur, nonniſi triennium poſt, anno ſcilicet 1539. in altero principum conventu decretos atque conſtitutos fuiſſe ex teſtimonio tabularum in conventu illo deſcriptarum Burnetus demonſtrat. Qua in re erraſſe Sanderum & ille quidem clamitat & nos ultro convenimus, ſicut & conſentit Spondanus ad A. 1539. 8. Fruſtra vero ille Sanderum reprehendit, ac ſi doceret articulos illos regia authoritate munitos in lucem publicam regio juſſu prodiiſſe; neque enim, ait, regia authoritate in lucem exiiſſe, ſed in edita hunc titulum prætuliſſe: *Articuli per regia majeſtatis ſerenitatem conſtituti*. MANII

Deliramenta Henrici VIII. in conſtituenda nova religione in Anglia.

bat cum Catholicis ſeptem eſſe Eccleſiæ Sacramenta, ſed cum Lutheranis dicebat, tria eſſe tantum a Chriſto inſtituta, Baptiſmum, Euchariſtiam, & Pœnitentiam: cætera quatuor, ut minoris momenti minuſque neceſſaria, ab Eccleſia eſſe poſtea adjuncta. Deinde in Sacrificio Altaris, & in ipſo Canone multa pervertebat; nam expungebat ubique Pontificis nomen, & ſuum loco ejus ſupponebat: omnes etiam orationes in Miſſa pro Summo Paſtore prohibebat. In Sacramento autem Pœnitentiæ, etſi Confeſſionem neceſſariam eſſe diceret; tamen a Chriſto inſtitutam eſſe negabat; ſatisfactionis nomen omnino abolebat. Orare quidem pro Defunctis jubebat, Purgatorii tamen nomen nullo modo permittebat. Ordinis Sacramentum fatebatur, ſed in eo tractando, & tradendo infinita permiſcebat, immo novam formam ordinandi Epiſcopos ipſe præſcripſit. Sacerdotes a conjugio prohibebat, Monachis tamen multis, qui Sacerdotes non eſſent, uxores permittebat. Votorum caſtitatis, & viduitatis neceſſariam eſſe perſolutionem volebat, cum ipſe nihilominus omnes, qui viginti quatuor annis minores eſſent a Monaſteriis exire, & ad ſæculum reverti cogeret, grandævos etiam quoſcumque permitteret. Poſtremo, ut plura hujus generis non percurram, cum ipſe in Sancta, Sanctoſque omnes, & in eorum memoriam benevolus, ac devotus videri vellet, interea tamen Eccleſiarum ornamenta, Sanctorum Reliquias ac donaria, & quidquid erat pretioſum expilabat, & in ſuum fiſcum redigebat: ut vel nullam plane Religionem, aut Fidem coluiſſe eum revera exiſtimes vel ut alterum quemdam Mahometem, profanum quoddam Alchoranum ex diverſarum opinionum, ac Religionum aſſuturis ingenio proprio voluiſſe conſtituere. Atque is quidem Religionis ſtatus in Anglia tunc fuit, tum a Catholica fide, tum a Proteſtantium dogmatibus alieniſſimus, nec quidquam aliud revera ab Henrici adulatoribus colebatur, quam Regis voluntas atque libido.

XXIX. Quod ad rapinas ex Eccleſiis, & Monaſteriis ab eo congeſtas attinet, Turcarum tyranno, qui a Chriſtianorum Templorum Sacra ſuppellectile in Turcico Imperio manus continet, longe nequior evaſit Henricus. Præfecerat ille ſuperiori anno luſtrandis Monaſteriis Leam quemdam Juriſconſultum impium, cujus ſtudium in eo verſabatur, ut Monachos in apoſtaſiam impelleret, Virgineſque ſacras ad ſtupra ſollicitaret. Everſis enim Monaſteriis eorum opes ad Regium fiſcum convertere moliebatur. Cumque is fallaci reſtituendæ religioſæ diſciplinæ ſpecie in Religioſorum crimina inquiſiviſſet, juris prætextu graviſſimum crimen ab Henrico patratum eſt. *Pridie nonas Februarii* (inquit Sanderus) *criminibus Religioſorum partim detectis, partim confictis, obtinuit in publicis Regni comitiis, ut minora quæque Monaſteria, quorum annui cenſus nonniſi ad ſeptingentos fere aureos æſtimabantur, libidini ſuæ dederentur. Initium fecit a minoribus tamquam Reipublica minus neceſſariis, & in quibus* [*ut ajebat*] *propter exiguum Religioſorum numerum, diſciplina minus commode obſervari poterat: re autem vera, ut minori cum invidia, ac difficultate ad majora deinde tranſiret: & ut Abbates Cœnobiorum opulentiorum, quorum ſuffragia in comitiis nonnihil poterant, eo ſegnius voluntati ejus obſtarent, quo minus periculi rebus ſuis imminere exiſtimarent. Oppreſſit hoc primo impetu Henricus Monaſteria trecenta ſeptuaginta ſex, ex quorum ſpoliis ceſſerunt in fiſcum Regium annui cenſus ad centum plus minus, & viginti millia aureorum: in ſuppellectili vero, boniſque mobilibus ad quadringenta fere millia, præter ea quæ Miniſtri Regis ſibi quiſque rapuerant. Religioſorum autem utriuſque ſexus pluſquam decem millia ad ſæculum redierunt, ex quo conjici poteſt, quid triennio poſt acciderit, cum univerſa ſimul Monaſteria totius Regni evertit.*

Sander. l. 1.

Monaſteria everſis & ſpolias Henricus VIII.

XXX. Dum expilaret Monaſteria Henricus, ſimplici populo, ne pro Divina cauſa tuenda arma corriperet, ſuadebat illum vectigalium acerbiore onere a Rege levatum iri. Sed ſacris opibus mox in flagitiorum adminiſtros & luxum, ac lenocinia effuſis graviori egeſtate tyrannus preſſus eſt; ita ut populos imperatis vectigalibus intolerandis magis attriverit, nonnullaſque Provincias ad arma compulerit, de quibus hæc memorat Sanderus. *Lincolnienſis primum Provincia, dein Northumbria Cumbria, Dunelmenſis, & Eboracenſis agri arma ſumpſere: adeo ut quinquaginta virorum millia, & amplius in aciem prodirent. Horum inſignia erant, quinque vulnera Servatoris, Calix cum hoſtia & nomen Jeſu in medio expreſſum, quibus rebus demonſtrabant, ſe ob conſervandam Fidem Chriſti bellum gerere.* Non erat impreſſa omnium pectoribus ea religio & pietas, quæ in vexillis erat expreſſa, ut docuere rerum exitus. Cæterum de eo populari motu meminit Diarii Vaticani Author. *Hoc menſe octobris* (inquit) *nuntiatum eſt Romæ de rebellione populorum a Rege Angliæ.* Quo audito Paulus III. ſpem concepit ferream tyranni mentem molliri tandem his adverſis poſſe. Franciſcum Regem Gallorum

Sander. l. 1. Franciſcus Belcair. l. 21. n. 62.

Ab Henrico VIII. populi rebellant propter gravia tributa.

Petrus Paulus Gualter. hoc anno.

Sperat Paulus III. ob rebellionem Henrici VIII. ad mentem rediturum.

ro-

Digitized by Google

rogavit, ne auxilia illi adverſus Anglicanum populum, qui pietatis aſſerendæ ſtudio, arma adverſus Henricum corripuiſſe præſeferebant, ſubmitteret.

Regi Chriſtianiſſimo.

Paul. III. lib. brev. ann. 2. p. 640.

Chariſſime &c. Cum nuper eodem fere tempore audiviſſemus hunc chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Jacobum Scotorum Regem illuſtrem apud Maieſtatem suam conſtitutum, habere cum ea tractatum jungendæ ſecum affinitatis, inde autem in Anglia populares illius Regni juſto Dei judicio, & tanta impietate ſui Regis motos ivisse ad arma, ut ſanctam Eccleſiam, & Fidem Catholicam ab illo Rege peſſumdatas & conculcatas aſſererent; variis animi noſtri affectibus utrumque nuntium accepimus: nam Regis Angliæ licet omni noſtra miſeratione indigni, ſicut antea ſceleribus, ita nunc periculis en Paſtorali charitate doluimus, eumque maluiſſemus ſeipſum potius corrigere, aut piis monitis tuæ Maieſtatis toties cum illo interpoſitis, cedere, quam Divinam ultionem expectare. Ipſum vero Regem Scotorum qui in tanta impii Regis vicinitate, & contagione, quique ab illo ſæpius ſolicitatus, integrum ſe & omne ſuum Regnum ab illius perfidia conſervaſſet, cum Maieſtate tua, quæ idem in ſuis Regnis pientiſſime feciſſet, & faceret ſanguine copulari, admodum læti audivimus, quandoquidem copulatio illius optimi Regis cum Maieſtate tua re, & nomine Chriſtianiſſima, illum licet, & ſe pientiſſimum cum ſuo Regno fideli in conſtantia veræ pietatis confirmatura, & roboratura, quod eſt nobis pro honore Dei Omnipotentis maxime optandum; putavimus, itaque ad noſtrum pertinere officium non magis ipſius Scotorum Regis amore, cui alioqui Eccleſiam tam pie colenti omnem fœlicitatem tantique Regis protectionem optare deberemus, quam divini honoris [cui deeſſe non poſſumus] cauſa, ut hæc ſcribamus ad te, teque, ſi id jam concluſeris, collaudamus in Domino, ſin autem nondum peregeris, hortamur ad peragendum. Nihil enim hoc magis optare, & conari debemus hoc tempore, quam ut pii Reges in fidei unitate conſpirantes, etiam ſanguinis copula inter ſe conjungantur: itaque, quantum noſtra apud Maieſtatem suam valet authoritas, hanc affinitatem tanquam in Dei ſervitium redundaturam en Paſtorali perſona Majeſtati tuæ ſuademus, & ſi eam tibi placuerit ad effectum deducere, admodum gratum, ob cauſas prædicta recipiemus. Illud omnino per viſcera miſericordiæ Domini Noſtri Jeſu Chriſti a Majeſtate tua petimus, & omni ſtudio contendimus, ne in his Angliæ motibus, quos Dei nutu ortos eſſe, non eſt dubitandum, Tu Rex pientiſſimus illum Regem (impiiſſimum adverſus pietatem aſſerentes, & Eccleſiam vindicantes) contra tuam, & majorum tuorum conſuetudinem juvandum exiſtimes: nihil enim eſſet indignius te, ac tua præſtanti pietate; quod cum Prædeceſſores tui, ac tu ipſe tot, & tanta pro fide Catholica & ſede Apoſtolica egeritis, nunc te in Anglia non modo eas non tueri, ſed etiam tuentibus obſiſtere, præſertim cum idem Angliæ Rex excommunicatus, & omnis fidelium participationis exors factus ſit, ſicut tuæ Maieſtati notum eſſe non dubitamus, &c. Dat. Romæ &c. VII. novemb. MDXXXVI. anno III.

Scriptis eodem argumento literis Pontifex Bellaium Cardinalem Pariſienſem aothoritate apud Regem florentem, monuit, ut illum a ferendis Henrico tyranno auxiliis deterreret, & affinitatem inter Franciſcum Galliæ, ac Jacobum Scotiæ Reges promoveret.

Cardinali Pariſienſi.

Paul. III. lib. brev. an. 2. pag. 291.

Dilecte fili Noſter ſalutem &c. Duo iſthinc perlata ad Nos ſunt hoc tempore, quorum in altero miſericordiam, in altero judicium Dei omnipotentis agnoſcimus, miſericordiam Dei exiſtimavimus, audientes tractari affinitatem inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Chriſtianiſſimum, & Scotorum Reges, quos in Sanctæ Fidei cultu, & Dei honore unanimiter conſpirantes hoc etiam vinculo alligari, ipſumque Regem Scotorum a Vicini Regis toties in ſuam perfidiam trahere conati contagione prorſus liberari optabile nobis eſt. Dei vero judicium in eo apparuit, quod idem Deus tot ſceleribus Regis Angliæ permotus, populos illius nunc ſuſcitavit ad Eccleſiam, & Fidem Catholicam in illo Regno peſſumdatas, & conculcatas vindicandas &c. Dat. Rom. apud Sanctum Petrum die VII. novembris MDXXXVI. anno III.

Suadet ne Gallus impium Regem juvet & eum Scoto affinitatem promoveat.

XXXI.

Terruit Henricum ea populorum defectio, ſed cum eorum pars maxima non vero pietatis ſtudio duceretur ſed pro tuendis opibus ſuis, & commodis, conſurrexiſſet in arma, atque Religionis larvam prætexeret, Chriſti cauſam deſertura mox atque privatis rationibus conſulere poſſet, facile Henricus arma ex eorum manibus in prælii procinctu extorſit, ſallacibuſque promiſſis illuſos domum dimiſit, poſtea in eorum duces carnificinam opportuno tempore exerciturus, quæ nitide narrat Sanderus his verbis. *Cum Duces Norfolciæ ac Suffolciæ, aliique Regis Miniſtri ſe oppoſuiſſent, in ipſo die prælii obtentum eſt, ut ad colloquium utrinque veniretur, in quo Henricus [quod male ſibi timeret] Catholicis populis ſan-*

Sander. l. 1. de Anglic. ſchiſm.

Henricus ſeditionem extinguit.

ctiſſime promiſit, ſe omnia illa, de quibus querebantur, emendaturum, nec cum tumultum cuiquam detrimento poſtea futurum. Quæ omnia cum non edicto ſolum, ſed & publicis tabulis confirmaſſet; tamen per ſpeciem novi tumultus, non quidem ab iiſdem Optimatibus, verum ab aliis nonnullis Nobilibus, eiſdem tamen cauſis poſtea concitatis, etiam illi, quos Rex antea ſecuros fecerat, ultimum pati ſupplicium coacti ſunt exquiſitiſſimis ſuppliciis fuiſſe confectos, & ab Eccleſiaſticis incitatos, refert Belcairus.

Fr. Belcair. l. 21. an. 62.

Defuit huic præclariſſimæ occaſioni, & ultionis ab Henrico repetendæ, & Religionis in Regno ampliſſimo inſtaurandæ Cæſar; dum eum furor adverſus Gallum conceptus, & Galliæ occupandæ cupido impulit, ut poſtea cum ipſo Henrico fœdus impium confecerit (contempto Sacramento, quo ſe devinxerat Romanæ Eccleſiæ numquam cum illo fœdus aliquod initurum ni prius Eccleſiæ conciliatus eſſet) dum vero Chriſti cauſa ab Hiſpano, & Gallo contemnitur, aucta eſt adeo viribus hæreſis in Anglia, ut poſtea in utriuſque ditiones maxime ex Anglia calamitates invectæ fuerint.

XXXII.
Scotiæ Regem ſollicitat Henricus, ut ſecum in ſchiſma ab Eccleſia Romana adducat.

Henricus vero ad omne malum pronus non contentus ſubditos ſibi populos hæreſi & ſchiſmate infeciſſe, etiam ſtudia nefaria convertit, ut Scotiam in impietatis ſuæ ſocietatem pelliceret: itaque Jacobum Regem impiis fraudibus illaqueare, vel incautum opprimere meditatus, ad Eboracenſe colloquium exquiſitis blanditiis illum ſollicitavit, a quo illum Pontifex miſſo ad eum Internuntio abducere eniſus eſt, rogavitque, ut eumdem, antequam adiret colloquium, præſtolaretur.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro
Jacobo Scotorum Regi
Illuſtri.

Paul III. lib. brev. anno 2. p. 355.

Chariſſime &c. Cum nonnullis non ſolum Majeſtatem tuam, ſed totam Chriſtianam Rempublicam concernentibus importantiſſimis negotiis proprium Nuntium noſtrum ad te mittere decreverimus, iſque jam ad iter ſe accinxerit, & nuper ad noſtram notitiam devenerit, eamdem Majeſtatem tuam cum Rege Angliæ in ejus Regno de proximo ad colloquium deventuram. Nos arbitrantes expedire, ut ea quæ dictus Nuntius ad te delaturus eſt, ante tuum ex tuo Regno diſceſſum tibi nota ſint, præfatam Majeſtatem tuam hortandam duximus, & in Domino requirendam, ut dictum Nuntium [brevi Deo dante futurum in tuo Regno] expectare velis, quod quidem tum ob tuum, tum ob publicam cauſam nobis erit gratiſſimum. Datum Romæ apud S. Marcum XXII. *Jun. MDXXXVI. anno* II.

David. Camer. de Scot. fortitud. l. 4. c. 2.

Morem geſſit Pontifici Scotiæ Rex, ſocietatemque cum Henrico reſpuit, ut refert David Camerarius de Henrico ita loquutus. *Specie amicitiæ, & quaſi quæ ad commune bonum facerent, communicare vellet, Eboracum invitavit ad colloquium Jacobum. Revera tamen, ut eum in ſuam defectionem pertraheret, ſed Legatos re infecta remiſit Jacobus cum hoc reſponſo: Se nullatenus cum hæretico, & fidei deſertore communicare velle, qua libertate offenſus Henricus, bellum Jacobo denuntiat.*

Fr. Belcair. l. 22. n. 61.

Jacobus Rex Scotiæ amicitia, & conſanguinitate Regi Galliæ Franciſco conjunctus.

Addixerat ſe Jacobus Rex Gallorum Regis amicitiæ, cumque Cæſaris in Galliam irruptionem audiſſet, comparato exercitu in illius ſubſidium provolare decrevit; coegerat enim ſexdecim, tam equitum, quam peditum millia ex ſuis Scotis, bis vero tempeſtate repulſus, tandem Dieppam appulit; at de Cæſaris diſceſſu admonitus, Scotis ſuis remanere juſſis, curſoribus equis ad Saphorini oppidum, Lugduno propinquum, Gallo Regi occurrit, cujus Magdalenam filiam poſtea Lutetiæ in matrimonium accepit, re aliquantulum dilata, ne Henricum Angliæ Regem in ſe aſperaret. Lutetiam vero Jacobum Scotiæ Regem, ſolemni pompa ingreſſum eſſe Pariſios, pridie kal. Januarii refert Belcairus, atque de his hactenus. Nunc de indictione Concilii, cujus antea mentio non ſemel illata eſt, oratio pertexenda venit.

Idem n. 62.

XXXIII.

Flagrarat jam diu pio ardore Pontifex celebrandi Concilii, ſuperioreque anno illud congregandum erat pollicitus ad extinguendas hæreſes, reſtituendamque priſtinam Chriſtianæ diſciplinæ ſanctitatem. Jamque hoc ipſo anno præſente Imperatore cogendum ſanxerat, rogatuſque decima ſeptima Aprilis, ut diplomate Pontificio indictionem promulgaret (adhibita maturitate) rem in opus perduxit, ut ex Actis Conſiſtorialibus patet. *Romæ* (inquiunt) *Feria VI. II. Junii fuit Conſiſtorium, in quo fuit lecta, & approbata Bulla Sacri Concilii faciendi, ut in ea continetur.* Ad graviora vero pericula, ac diſſidia avertenda, ſi Pontificem aperto Concilio obire contingeret, in alio Senatu hæc decreta ſunt. *Die Lunæ* XXIX. *Maii MDXXXVI. Sua Sanctitate referente decretum fuit, quod ſi Sanctitas ſua tempore concilii, [quod Deus avertat] moreretur, electio Pontificis ſpectet ad Cardinales tantum, & non ad Concilium.* His decretis paucis poſt diebus de promulganda Concilii indictione, & conſtituendo die actum eſt, ut narrant eadem Acta.

Acta Conſiſt. ſign. n. 133. p. 34.

Cardinalium Collegio, & non Concilio electio pertinet Pontificis Summi.

Ro-

Acta Conſiſtor. mſ. Card. Spadæ ſign. n. 133 pag. 38.
Concilium Œcumenicum indicitur.
Petrus Gualt. Aret. in Diar. mſ. Arch. Vat. Surius in comm.
Carolus V. Concilium poſtulabat ore, non corde.

Romæ Feria VI. II. *Junii fuit Conſiſtorium, Sanctiſſimus Dominus Noſter pro extirpatione hæreſum, & errorum, & correptione morum Chriſtiani Populi, & univerſali pace inter fideles componenda, indixit œcumenicum, ſeu univerſale, & generale Concilium in Civitate Mantuæ, inchoandum die* XXIII. *menſis Maii* MDXXXVII. Decretum in Senatu editum, biduo poſt inter Sacra ſolemni pompa promulgatum eſt, ut refert Petrus Gualterius Aretinus. *Die* IV. *Junii* inquit *fuit publicatum Concilium Romæ, dum celebrarentur Divina in S. Petro*. Indictum illud urgente Carolo Imperatore, refert Surius, at ſponte ſua potius incitatum Pontificem fuiſſe oſtendimus; nam Carolus V. licet illud enixe poſtularit, ducta tamen in Galliam expeditione, retardavit, non enim celebrari poterat, ardente inter ipſum, & Gallorum Regem cruentiſſimo bello: quæ vero cauſæ Pontificem ad hanc indictionem Concilii, quod bella civilia diu diſturbarunt, impulerint, nitide eas recenſet Angelus Maſſarellus in Diario Concilii Tridentini.

XXXIV. *MS. Arch. Vat. inſcriptum Diarium in Conc. Trid. Authore Angelo Maſſarello Conc. Secretarium p. 1.*

Quibus de cauſis Paulus III. Concilium indixit.

Sanctiſſimus Dominus noſter Paulus Divina providentia PP. III. cum primum Pontifex maximus declaratus fuit, cernens Chriſtianam Rempublicam multis jam annis, hinc inteſtinis fidelium odiis, & bellis diſſidentibus maxime Principibus iis inter ſe, quibus ſumma pene rerum omnis a Deo permiſſa eſt, valde attritam: illinc Infidelium continuis perſequutionibus, hæreditario fidei noſtræ hoſte Turca Hungariam vexante, contraque Italiam, Auſtriam, cæteraſque Chriſtiani nominis ditiones, terra, marique bellum aggredi meditante, graviter afflictam, innumeris denique hæreſum, errorumque vepribus in miſera [ne dicam aliis Orbis Provinciis] Germania laceratam, & jam pene divulſam, tantiſque malis aliqua opportuna remedia, ſuo paſtorali officio adhibere cupiens, plurimis, variiſque viis per Sanctitatem ſuam examinatis, nullam aliam aptiorem judicavit, aut meliorem ea, quam Majores ſui Sanctiſſ. Pontifices, atque ipſa quidem univerſalis Eccleſia in hujuſmodi caſibus, experta, eſt, ſaluberrimam [generalis videlicet Concilii] celebrationem, quod ſanctiſſimum opus a Sanctitate Sua, etiam tum cum in minoribus eſſet, magno ſtudio, enixeque deſideratum, eo magis ſuo ineunte Pontificatu ab eodem efflagitatum eſt, cum invictiſſimus Dominus Carolus V. Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Hiſpaniarum Rex, qui pro ſua in Deum pietate, ac erga Religionem noſtram affectu, magnoque reſtituendæ Eccleſiæ Catholicæ unionis ſtudio, proque ſanctæ fidei noſtræ, & tam ejus proprio, quam Sereniſſimi Domini Ferdinandi Romanorum, Hungariæ, ac Bohemiæ Regis, fratris ſui, ac Dominorum Electorum, Sacrique Romani Imperii, Germanicæ Nationis, Ordinum nomine pro hujuſmodi œcumenici Concilii celebratione, tum apud Suam Sanctitatem, tum etiam fælicis recordationis Clementem PP. VII. Prædeceſſorem ſuum, ſæpenumero, & maximopere inſtiterit, nec non Franciſcus, Francorum Rex Chriſtianiſſimus, datis ad Suam Sanctitatem, & eundem Clementem, Sacrumque Cardinalium Senatum hac de re literis, nonnunquam idem repetiiſſet. Quapropter Sanctitas Sua in tanta hæreſum, diſſenſionum, bellorumque tempeſtate, tantiſque excitatis fluctibus hac ſola Concilii generalis celebratione Eccleſiam Dei ad priſtinum nitorem reduci, Chriſtianique Populi mores corrigi, univerſalique inter fideles pace facta, contra impiiſſimum Turcarum Tyrannum generalem expeditionem aliquando fieri poſſe ſperabat; itaque ad Dei Omnipotentis laudem, Chriſtianæ Religionis incrementum, hæreſumque extirpationem, morum reformationem, Eccleſiæque Dei unione, & pacem, Oecumenicum Concilium Mantuæ ad X. Kal. Junii MDXXXVII. inchoandum indixit, [edita Bulla, quæ incipit] Ad Dominici gregis curam, & regimen Divina diſponente providentia, aſſumpti, &c. Sub data Romæ IV. nonas Junii MDXXXVI. Pontificatus ſui Anno II.

Conceptum ſuiſmet verbis illud Diploma ex MS. Archivii Vaticani ſubiicimus. XXXV.

Paulus &c. Ad futuram rei memoriam.

Ad Dominici gregis curam, & regimen, Divina diſponente providentia, aſſumpti, nihil magis ex animo deſideramus, & ab Omnipotenti Deo precati ſumus, quam ut Eccleſiam ſuam nobis commiſſam, & tot hæreſum, & errorum vepribus jampridem in ea ſubortis, Spiritus Sancti operante gratia, noſtroque ſtudio repurgatam, ejuſque moribus in melius reformatis, debito nitori, & ſinceritati reſtitutam in ſanctitate, & juſtitia gratum Deo obſequium præſtare videamus: ſed & illa nihilominus cura nos tangit, cum conſideramus, atque adeo oculis ipſis cernimus Chriſtianam Rempublicam inteſtinis fidelium odiis, & infidelium vi, ac dolo afflictam, in dies magis diſſipari, atque diminui. Quibus opportuna remedia adhibere pro paſtorali cura cupientes, cum multis, variiſque viis per nos diligenter examinatis, nullam aliam judicaverimus meliorem, ac promptiorem ea, quam majores noſtri ſan-

ctiſſimi viri, adeoque univerſalis ipſa Eccleſia in hujuſmodi caſibus experta eſt, ſaluberrimam, generalis videlicet Concilii celebrationem. Idcirco eorum ſanctis veſtigiis inſiſtentes, Sacroſanctum Oecumenicum, ſeu univerſale Concilium, [quod etiam, cum in minoribus eſſemus, a nobis maxime deſideratum] ineunte ſtatim Pontificatu noſtro celebrare omnino ſtatuimus, & de hac noſtra conſtanti voluntate, non ſolum palam loquuti ſumus, ſed & chariſſimos in Chriſto filios noſtros, Carolum Romanorum Imperatorem, & alios Chriſtianos Reges, & Principes per literas, & Nuntios noſtros certiores fecimus: & nunc Authore Domino indicere, & exinde in loco, & tempore per nos inferius declarando celebrare, ac demum ad optatum finem perducere, omnino decernimus. Et ſperantes, & cum Dei auxilio nobis promittentes, per hoc tam ſanctum, & tam ſalutare remedium, non ſolum omnes hæreſes, & errores ex agro Domini extirpandos, & Chriſtiani populi mores corrigendos, ſed & univerſalem inter fideles pacem componendam: & facta ſub vexillo ſalutiferæ Crucis, contra infideles generali expeditione, Regna, & terras noſtras ab illis occupatas recuperandas, captivoſque innumerabiles liberandos, & infideles ipſos, ad ſanctam Religionem noſtram, favente Domino, convertendos; & ſic ab univerſo Orbe in unum, idemque ovile Domini coaleſcente in vera fide, ſpe, & charitate ſobrie, & juſte, & pie vivatur, & inde ab Omnipotenti Deo corona juſtitiæ expectetur.

Hoc igitur perpetuum, & conſtans animi noſtri ſuper univerſalis Concilii celebratione propoſitum, & ſententiam, ad Dei laudem, & gloriam, Eccleſiæque ſuæ ſalutem, decus, & incrementum exequi aggredientes, In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, authoritate Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, qua in terris fungimur, de Venerabilium Fratrum noſtrum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu Oecumenicum, ſeu univerſale, ac generale Concilium in Civitate Mantuana loco tuto, commodo, fertili, & domorum, ac bonarum habitationum copia prædito, anno Domini MDXXXVII. die XXIII. menſis Maii, quæ erit feria quarta poſt ſacratiſſimum feſtum Pentecoſtes, inchoandum, & ut ſequitur, continuandum, & authore Domino, finiendum, nuntiamus, convocamus, ſtatuimus, indicimus, & ordinamus, univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Dilectis filiis Abbatibus, & cæteris Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, ubique Terrarum conſtitutis, in virtute præſtiti juramenti, ac ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis de jure, vel conſuetudine, aut alias contra eos, qui ad generale Concilium non accedunt, ſtatutis, mandantes, quatenus perſonaliter, prædictos vero Imperatorem, Reges, Principes, Duces, Marchiones, & alios, qui de jure, vel conſuetudine in univerſali Concilio, intereſſe debent, per viſcera charitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti invitantes, & exhortantes, quatenus pro pace, ſalute, & augmento Eccleſiæ Dei, & ipſi perſonaliter [quod mallemus] vel, ſi perſonaliter non poſſunt, per ſolemnes Oratores ſuos congruo tempore huic Sacro concilio, in dicta Civitate Mantuæ, ut præfertur, celebrando, debent intereſſe: Qui tamen, ſi conſiderent, quam Nobis jucunda, Chriſtianæ vero Reipublicæ maxime neceſſaria futura ſit eorum in dicto concilio, paſtoralis præſentia, non dubitamus, quin tum alii ſupradicti Reges, & Principes, tum Carolus Imperator, tum Franciſcus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, ſint illi perſonaliter interfuturi: Siquidem Carolus pro ſanctæ fidei noſtræ, zelo, & amore, tam ſuo, quam Sereniſſimi Ferdinandi Romanorum Regis fratris ſui, ac Electorum, cæterorumque Sacri Romani Imperii Ordinum nomine, pro univerſalis Concilii celebratione apud fœlicis recordationis Clementem Papam VII. Prædeceſſorem noſtrum ſæpenumero, & maximopere inſtitit, & cum variis rerum perturbationibus, & bellis, ac aliis legitimis de cauſis, & præſertim præfati Clementis ſuperveniente obitu, tam ſancti operis, & optimi animi, quem ad hoc idem Prædeceſſor, habebat, impeditus eſſet effectus, nobis ob hanc noſtram promptam, ultroque ſibi, & omnibus ſupradictis ab initio, uſque noſtri Pontificatus, ut prædictum eſt, a nobis ſignificatam, & oblatam ſuper dicto concilio, per nos indicendo, & celebrando deliberationem, & proxime in prædictorum Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium generali Congregatione decretam, & declaratam concluſionem, qua decuit filiali reverentia eodem nomine maximas gratias egit. A Franciſco vere Rege præfato, qui etiam ad eundem Clementem, & ſacrum ipſorum Cardinalium Collegium plenas pietatis, ac religionis, hac de re, literas ſcripſerat, quale a Principe vere Chriſtianiſſimo ſperabamus conſenſum, & conforme bonæ noſtræ voluntati ſuper hujuſmodi Concilii negotio reſponſum accepimus.

Et nihilominus eoſdem Imperatorem, Reges, Principes, & alios ſupradictos, ſimili-

Digitized by Google

militer rogamus, & hortamur, ut omni adhibita opera, & ſtudio efficiant, & omnes, & ſingulæ perſonæ in eorum Regnis, & Dominiis exiſtentes, quæ de jure, vel conſuetudine generalibus Conciliis intereſſe debent, ad Concilium hujuſmodi, ceſſante legitimo impedimento, de quo legitime docere teneantur, perſonaliter, alias per idoneos, Nuntios Procuratores, vel Oratores legitima mandata habentes, Concilio prædicto intereſſe, & uſque ad ipſius concluſionem, & abſolutionem in dicta Civitate Mantuæ morari debeant, & ſic congregata multitudine Chriſtianorum, copioſa, ea, quæ ad Dei laudem Eccleſiæ in moribus reformationem, & exaltationem; hæreſim vero omnimodam extinctionem, fideliumque prædictorum concordiam, & ſalutem, ac generalem contra infideles expeditionem pertinent, in eodem Concilio, Deo authore, & Adjutore, ſalubriter ordinentur, &c. Adjecta ſunt nonnulla de ejuſdem diplomatis promulgatione, & affixione. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVI. IV. menſ. Junii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

† Ego Paulus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Joannes Epiſcopus Oſtienſis, Card. Senenſis ſubſcripſi.

Ego Jo: Dominicus, Epiſcopus Portuenſis, Card. Tranenſis ſubſcripſi.

Ego Bonifacius Epiſcopus Sabinenſis, Card. Iporegienſis, manu propria ſubſcripſi.

Ego Laurentius Epiſcopus Præneſtinus, Card. Campegius, manu propria ſubſcripſi.

Ego Antonius Presbyter Card. de S. Severino, manu propria ſubſcripſi.

Ego Auguſtinus Card. Peruſinus, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Camerarius, ſubſcripſi.

Ego Vincentius Carafa, Card. Neapolitanus, manu propria ſubſcripſi.

Ego Andreas Card. Parmerius, manu propria ſubſcripſi.

Ego Franciſcus Card. S. Crucis, manu propria ſubſcripſi.

Ego Franciſcus Card. Cornelius, manu propria ſubſcripſi.

Ego Nicolaus Card. Capuanus, manu propria ſubſcripſi.

Ego Hieronymus Card. de Ghinuccis, manu propria ſubſcripſi.

Ego Jacobus Card. Simoneta, manu propria ſubſcripſi.

Ego Gaſpar Card. Contarenus, manu propria ſubſcripſi.

Paulus Sancti Euſtachii Diacon. Card. . . . ſubſcripſi.

Alexander S. Mariæ in via lata Card. Cæſarinus ſubſcripſi.

Joannes Card. de Salviatis manu propria ſubſcripſi.

Nicolaus Card. Rodulphus, manu propria ſubſcripſi.

Ego Auguſtinus S. Adriani Diac. Card. Trivultius, manu propria ſubſcripſi.

Ego Hercules S. Mariæ Novæ, Diacon. Card. . . . . manu propria ſubſcripſi.

Ego Matthæus S. Theodori Diac. Card. de Gaddis, ſubſcripſi.

Ego Hieronymus Card. Grimaldus, ſubſcripſi.

Ego Alexander Card. de Farneſio Vicecancellarius ſubſcripſi.

Ego Guido Aſcanius Sfortia, Card. S. Floræ, manu propria ſubſcripſi.

Ego Marinus S. Mariæ in Aquiro Diac. Card. Caracciolus ſubſcripſi.

Bloſius.

Adjectæ ſunt publicæ tabulæ de eo diplomate, rite promulgato. 16. p. 46. & 47.

Accepta Indictionis Concilii Œcumenici fama, Joannes Faber Epiſcopus Viennenſis, fortiſſimus fidei Catholicæ, adverſus Lutherum, & alios Hæreticos, Athleta, cujus in ſuperiore Annalium tomo frequens mentio facta eſt, ut erat ſacra eruditione excultiſſimus, prudentiaque ornatiſſimus, Commentarium edidit, in quo præſentium temporum calamitates, ac ſtatum expoſuit, & quæ pro celebrando, cum fructu Concilio, apparanda neceſſario, viderentur deſcripſit, quem libellum, Madrutii Tridentini Cardinalis opera ad Paulum Pontificem tranſmiſit, qui deinde grates de piis, & ſalubribus monitis egit, ſtimuloſque addidit, ut eximiis cœptis inſiſteret.

Joanni Fabri Epiſcopo Viennenſi. Paul. III. lib. brev. an. 2. p. 496.

Gratum nobis, & tua pietate, & doctrina dignum feciſti, quod indicto per nos generali Concilio, conſilium, & rationem quamdam ejus celebrandi nobis explicaſti, & ad nos mittendi per Dilectum filium noſtrum Cardinalem Tridentinum curaſti, in quo eruditionem, prudentiam, & pietatem, tuas priſtinas nobis, & Prædeceſſoribus noſtris multis in rebus ſpectatas facile recognovimus. (Laudatum a Paulo III.) Itaque non futuri immemores ſanctorum laborum tuorum te hortamur; ut ſi qua alia ad hoc negotium ſpectantia ſe obtulerint, eodem, quo cœpiſti ſtudio colligas, & nobis mittere cures, ſemper enim hoc a te gratiſſimum recepimus. (Commendati pii ejus labores, contra hæreticos.) Cum autem in præparatoriis ipſis quædam ſint, quæ conferenda tecum diligentius, & clarius dilucidanda nobis videantur, hujus negotii peragendi curam ei Nuntio demandavimus, quem propediem ad Sereniſſimum iſtum Regem Romanorum no-

Tom 13. de Concil. mſ. arch. Vat. ſign. n. 3200. pag. 244. mſ. Franc. Card. Barber. ſig. 2677. pag. 29. Alibi. Act. 14. 15.

noſtrum in Chriſto filium chariſſimum miſſuri ſumus, &c. Datum Romæ x. Septemb. MDXXXVI. anno 11.

Præparatoria futuri univerſalis, nuper indicti Concilii per S. D. N. Paulum hujus nominis PP. III.

Authore Joanne Fabro, Epiſcopo Vienneſi en Œniponte IV. die menſis Julii anno a nato Jeſu MDXXXVI.

XXXVII *I. Poſtquam S. D. N. & Reverendiſſimorum Cardinalium Collegium, generalem Synodum, matura conſideratione decreverunt certis de cauſis, quæ in ejuſdem concilii publicatione continentur: quo ſane, nihil univerſæ Chriſtianitati potuit accidere præſtabilius, conducibiliuſque: ut non ſolum hæreſes, & errores, quæ multis jam annis in Germania prævaluerunt, verum etiam, quod ſatis conſtat, in alias Nationes, ac Regna, Galliam ſcilicet, Angliam, Daniam, & Scotiam, & utinam non in Poloniam, & in Ungariam, cum maximo innumerabilium animarum detrimento, ac irrecuperabili damnatione irruperant, unico medio Concilii ſopiri, ac eradicari poſſent.*

II. Niſi enim multiplices ejuſmodi errores, ac hæreſes per Concilium deponantur, maxima inde totius Chriſtianitatis pernicies ſequetur, adeo ut tandem, niſi Deus ſingulari quadam ſua gratia avertat, ab hac illibata Eccleſiæ Latinæ religione, atque ab obedientia Sedis Apoſtolicæ deficient multæ Nationes.

III. Quamobrem neceſſarium erit, ne hujuſmodi Concilium negligatur, ac omittatur, ſed omni diligentia, ac cura procedere, ut ne diutius differatur curetur.

IV. Præſens autem Concilium, non ea ratione, ac modo, quo cætera priorum temporum, peragi poteſt: nam aliquando Concilium, ſaltem unius, aut duorum articulorum, vel punctorum cauſa celebratum fuit, quemadmodum de primo ſcribitur, quod habitum eſt temporibus Apoſtolorum Jeroſolymis, tantum propter Circumciſionem. Ad hæc treceni ac decem & octo Patres in Nicæa Bithyniæ, de Uſia, ſaltem ac Homouſio convenerunt, ac potiſſimum ſuper ea re concluſerunt, & inde Symbolum Nicæni Concilii principium habet, & deinde eadem re, ac materia in magno illi Ariminenſi Concilio tractatum fuit. In Chalcedonenſi autem Concilio error Neſtorii ſaltem ab Epiſcopis damnatus fuit, aſſerentis Beatam Mariam Virginem non eſſe ΘΕΟΤΟΚΟΝ. In altero vero Nicæno Concilio inſania Iconomachorum fuit oppreſſa, & itidem Francfordiæ ſub Carolo Magno contra Felicianum actum eſt.

In illo autem Concilio, quod hodie imminet, omnes ferme omnium hæreticorum hæreſes, quas Epiphanius, Philaſter, Auguſtinus, ac alii in Hæreticorum Catalogis proſequuti ſunt, diſcutiendæ proponentur: nam ſæpe [proh dolor!] in his Germaniæ locis, ubi Lutheriſmus prævaluit, in eadem domo, ac familia, ubi viri deni ſunt homines, ſingulos ſuas habere de fide opiniones, novaſque hæreſes reperias.

V. Præcipue vero conſiderandum eſt, ne iterum contingat, quod in Conſtantienſi, ac Baſileenſi Conciliis accidiſſe conſtat, ut ſeptem, vel quatuordecim annis Concilium extendatur, ac interim longa deteriores hæreſes, diſſenſiones, ac ſchiſmata oriantur, ac renaſcantur.

VI. Quamobrem neceſſarium eſt, ut S. D. N. & Collegium Cardinalium operam det, quibus modis ejuſmodi negotia, & præcipue ſeſſiones, ac in illis tam graves diſcutiendæ materiæ ordinentur: quod ita, ut ſequitur, commode fieri poteſt, niſi mea me fallit opinio.

VII. Primo ſciendum eſt, & bene conſiderandum, quod Martinus Lutherus, Œcolampadius, Caroloſtadius, & ſequaces, multos conſcripſerunt, ac ediderunt libros, adeo ut his plauſtrum probe onerari poſſit; in quibus hinc inde ſparſæ ſunt innumeræ hæreſes, & errores, quibuſque frequenter multi utuntur in multis Regionibus. Ut autem ejuſmodi hæreſes, ac errores facilius cognoſci poſſint, atque per Concilium damnari, proinde erit quoque neceſſarium, ut Sua Sanctitas cujuſlibet ejuſmodi heretici librorum, [quod commode fieri poteſt] concordia exemplaria ſex, vel ſeptem curari, & comparari ordinet, itaut, ſi ex illis aliquæ hæreſes per decretum Concilii damnandæ fuerint, ut cuilibet Nationi exemplar, originale ad cognoſcendum, ac diſcutiendum præbeatur, & exigente neceſſitate præberi, & oſtendi poſſit.

VIII. Ad hæc neceſſarium erit, ut ſi per decretum ejuſmodi errores damnati fuerint, ſtatim executioni demandentur: quod per ignem fieri debet, ac poteſt. Nam ſi quemadmodum Apoſtolorum Acta narrant ex Epheſinis, qui curioſa ſectati fuerunt, contulere libros, & combuſſerunt eos coram omnibus, quomodo non etiam igni tradentur hi libri, qui tot, ac tam abominabiles hæreſes, errores, & ſeditioſas, cruentaſque tragœdias, immo omnia mala in ſe habent? Neceſſe eſt itaque adverſariorum libros omnes abolere ſemper.

IX. Niſi enim hoc fiat, communis populus ſemper proceſſu temporis ejuſmodi libros retinebit, quemadmodum vidimus, & experti fuimus ſub hoc Lutheriſmo in libris Wicleffi, Joannis Hus, Joannis de Veſalia, & ſimilium hæreticorum: ubi omnes

cre-

crediderant eorum libros intercidiſſe, ac perditos fuiſſe. Lutherus tamen, ac alii illos nacti eu Praga, & aliis locis, eos invulgarunt, ac typis excudi fecerunt; eu qua re, & evulgatione, dici non poteſt, quanta fuerint mala orta; nam in hos libros, cum incidiſſet Lutherus, illico ferocior factus eſt, & prius damnatas hæreſes ab Inferis reſuſcitavit fere omnes.

X. Prædicti autem Lutheri, & Lutheranorum hæreticorum libri commode ad ædificationem Chriſti fidelium non poterunt damnari, niſi errores, ac hæreſes inde extrahantur, atque quaſi in unam maſſam colligantur, & notentur, ac ita Patribus offerantur: alioquin adverſarii dicturi eſſent rem fuiſſe præcipitanter, ac ſummarie diſcuſſam, neque illos plene auditos, neque eorum libros ex ordine reviſos.

XI. Cum autem ſæpedictorum librorum numeroſa ſit multitudo, ſi eorum lectio, primum, cum Mantuam ventum eſſet, fieret, ac deſtinaretur; profecto id multis annis legi, ac ponderari non poſſet: nam tot, ac tot, ac tanta ſunt illic ponderanda, ut ſæpe unus Lutheri liber hominem, etiam non mediocriter doctum, ad aliquot menſes certo intertenebit: & ſi hac via res cœpta non fuerit, nihil certius erit, quam quod Concilium hac una re intertenebitur, ac impedietur ad multa tempora. Nam omnino ſcire neceſſe erit quid damnandum, quid denique reprobandum fuerit, niſi inauditum authorem, & incognitam rem velit damnare Concilium: quod nec utique facere poteſt, neque debebit.

XII. Proinde neceſſe eſt, ut Sua Sanctitas confeſtim, & ſine mora aliquos Catholicos Doctores in Germania ordinet, qui ejuſmodi hæreticos libros evolvant, & errores inde exerabant, colligant, ac abeliſcis, & aſteriſcis notent, eu quolibet libro, ſcilicet in hunc modum. Liber Martini editus ſub hoc titulo, anno N. in hac pagina continetur hic error per hæc verba. Ejuſmodi hæreſibus, & erroribus ſeorſim, ac bono, & claro ordine ſegregatis, & in unum redactis jam utile, ac neceſſe erit hujuſmodi extracta prius Suæ Sanctitati, & ad Concilium deputatis Cardinalibus, ſeu tot Cardinalium Sacro Collegio exhibere.

XIII. Quod ſi negotium, ita tractabitur, fiet, ut abſque omni mora omnia bono, & deliberato ordine procedant; neque alibi, id eſt Mantuæ, oportebit bonas horas, & forſan annos perdere per prædictum modum, ac viam ſimul, & Author, & liber, & hæreſis damnatur. Exempli gratia, Lutherus negat ſeptem Sacramenta; nam non ſolum liber ille iudicandus eſt, aut extractum inde ſumptum, ſed ſunt illi ſua verba oſtendenda. Quo facto decretum immediate ſequi poteſt, & debet, eum quidem errare, & peccare graviter quiſque negare audeat ſeptem Sacramenta.

XIV. Præterea Lutherus affirmat omnia eu abſoluta neceſſitate evenire: id quod in Concilio Conſtantienſi damnatum eſt. Negat quoque rurſus liberum arbitrium; negat & multa alia, quæ tamen vere catholica ſunt. Ea quidem omnia en libris editis, expiſcari, & emulgere, ac trahere oportet: quibus habitis, in promptu erit, & ad manum, quod determinetur, decernat, aut dijudicet Summus Pontifex in conſeſſu Patrum. Simili modo erit procedendum in omnibus aliis articulis perperam, & falſo a Luthero ſcriptis, & prædicatis.

XV. Caroloſtadius, Œcolampadius, Zuinglius, ac alii ejuſdem farinæ, ac fæcis homines negant veritatem, & præſentiam Corporis, & Sanguinis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, quæ hæreſis multas Civitates, immo etiam territoria, nonnullis Principibus, & Civitatibus ſubjecta, latiſſime pervagata eſt, & infecit. Si igitur hæc ſecta eradicanda eſt, nullo alio modo fieri poteſt, quam ut eu eorum libris excerpatur, quod damnabile eſt.

XVI. Ad hæc perinicioſiſſima eſt ſecta Anabaptiſtarum non multo diſſimilis Donatiſtarum erroribus, qui in Africam ſub D. Aurelio Auguſtino irrepſerat. Habet hæc ſecta omnium impiiſſima, & ſeditioſiſſima pluſquam viginti, aut triginta hæreſes, & niſi ex ipſorum libris eorum opiniones, & fundamenta cognoſcantur, facile hæc ſecta non poterit evelli: propterea primo etiam loco neceſſarium erit, eorum libros habere, in quibus reſpuunt Baptiſma parvulorum, & multa id genus alia.

XVII. Eſt itaque expeditiſſima via illa, ut ſua Sanctitas cum ejuſmodi excerptis veniat ad Concilium inſtructa, & parata eo modo, quo dixi, ne cum Mantuam ventum fuerit, primum quærendum ſit, quid agendum, quaque de cauſa Conventus ille a tam longinquis Nationibus Orbis Chriſtiani fiat. Primo itaque libri, de quibus dixi, ſunt requirendi, cum magna etiam difficultate, ſine ulla temporis conſumptione, & mora.

XVIII. Præterea, quia Angelus Sathanæ, ita pulchre ſeſe in Angelum lucis erantfiguravit, formidandum eſt vehementer, quod multi eu aliis Nationibus, ſi totos libros Hæreticorum in Concilio legerint, ut non modo non illos impugnarent, verum potius inde Lutherani, ac Hæretici redderentur: nam in his reperies nonniſi mellita, & [ut eſt in Iſaia,] placentia quæque; totus enim ad hoc intendit Lutherus, ut rejiciat, ac damnet bona opera; conſuat, [ut eſt in Ezechiele] pulvillos ſub omni

cu-

Digitized by Google

cubito manus, & faciat cervicalia ſub capitibus, univerſæ ætatis, ad capiendas animas: proinde tutum non erit omnibus omnium Hæreticorum libros, ſed tantum conſtantiſſimis, & probatiſſimis Viris communicare. Alioqui, ſi inciderit quiſpiam, vel ſciolus, qui prurientes aures habet, facile illicietur, ut malo adhæreat. Proinde ad lucrandum tempus, & animas multorum Chriſtifidelium, ſaltem propoſitiones intolerabiles pugnantes, & quæ prima facie quibuſvis bonis abominabiles, & explodendæ videbuntur, ſunt excerpendæ, ac extrahendæ; quibus oblatis, & ſimul originali, ad verificationis reviſionem procedendum.

XIX. Ad hoc concilium opus eſt, ut ſua ſanctitas, ac Domini deputati, pro exordio, proceſſu, ac ordine, ejuſmodi Hæreticorum exemplaria parata, & in promptu habeant una cum ſuis extractis.

XX. Cum igitur libri illi, neque Romæ, neque alibi uſquam in Italia facile reperiantur, forſan illi libri apud aliquos Catholicos coempti reperientur: neceſſarium erit, ut ſua ſanctitas, ac Domini deputati per Nuntium Apoſtolicum, prædictos libros comparari, ac convehi primo quoque tempore curent.

XXI. Qui autem, qualeſque libri illi ſint, & qui ſint illorum Authores, tituli, ac inſcriptiones, ſi petitum fuerit, non gravabor ea commonſtrare, & in Indicem redigere aliquem.

XXII. Et cum ſit valde neceſſarium, ut extracta, & excerpta ſtatim colligantur, ſua ſanctitas, & Domini deputati ordinent ad hoc doctos, & Catholicos aliquos, illiſque committant, ut nulla mora interpoſita ejuſmodi errorum, ac hæreſum extracta comportent, ut deinde ſanctitati ſuæ, quantocyus offerant, ſeu mittant.

XXIII. Per hunc modum ſua ſanctitas ſatis inſtructa poterit, antequam Roma diſcedat cum Sancto illo cœtu Cardinalium, & cum Doctoribus, quos Italia habet, deliberare; & ita parata venire ad concilium: alioqui facile fieret, ut diceret olim Sua Beatitudo, non putabam.

XXIV. Ubi autem illi libri requirendi, ac inveniendi ſint, & quinam ad ejuſmodi extracta conficienda ſubordinandi ſint, ſi ſua ſanctitas ex me petat, libenter, & humiliter indicabo, & modum oſtendam, quo pacto hæc omnia recte, & commode fieri, confici, & aptari poſſint: nam niſi res ita tractetur, & hoc modo inſtituta fuerit, nullo pacto ſperandus eſt fœlix optabilis exitus, niſi Spiritus Sanctus inauditum aliquod miraculum velit edere.

XXV. Erit etiam valde utile, & commodum, ut juxta Cancellariam ſuæ ſanctitatis ſit quidam Catholicus ex Germania, & qui eodem modo procedat, ut quotieſcumque interrogetur, vel de libro, vel articulo aliquo, ut ille ſit paratus ad omnia expedite reſpondere, immo etiam, qui æque ut Cancellaria Apoſtolica regiſtraturam teneat, & qui, quod neceſſitas poſtulat, de omnibus actis, ac agendis poſſit, & rationem, & relationem dare de omnibus, ſive hoc petierit Sanctiſſimus Dominus Noſter, ſive concilium, ſive quicumque alius Princeps.

XXVI. Et quamquam aliquot Viri docti, pauciſſimi tamen, in viginti illis annis, quibus Lutheriſmus irrepſit, contra novas illas hæreſes libros ſcripſerunt, ac invulgarunt, non inutile fuerit, meo judicio, ejuſmodi Catholicorum editos libros ſuæ ſanctitati, vel ab illa deputatis, aut etiam, quantum fieri poteſt, doctis per Italiam exhibendos, & legendos præbere. Ex qua re duo ſequentur emolumenta, quorum alterum eſt, ut cognoſcatur, in quo ſitus ſit Lutheraniſmus; alterum ut in quolibet puncto ſolida Scriptura noſcatur. Hoc etiam efficier, ut Epiſcopi, ac alii docti Patres, qui ad concilium venturi ſunt, non tunc primum, cum conventum fuerit, Scripturas hinc inde diſquirere, ac diſputare cogantur. Nam ex hiſce libris ad manum habebunt, quid ad quamlibet hæreſim, ac errorem reſpondendum ſit.

XXVII. Ad hæc cum Lutherani Scholaſticam Theologiam penitus contemnant, ac rejiciant; ac loco artis Sophiſticæ habeant, periculum eſt, ne Frater aliquis, aut Religioſus, aut alius in aliqua ſeſſione Sophiſticum aliquod argumentum, quod in Scriptura parum ſit fundatum, proferat, ex quo ſequetur, ut Lutherani ea pro ſuo more irrideant, & per conſequens e ſimili facto Concilium deſpectui habeatur. Exempla ſunt odioſa: alias hoc longius deducere poſſem. Ut igitur illi videant, ſingularem eſſe modum Lutheranam hæreſim convellendi, omni cura efficiendum cenſeo, ut undique libri comparentur eorum, qui contra Lutherum, ac Lutheranos ſolide ſcripſerunt. Ex his poterunt ii, qui ad concilium venturi ſunt Patres, nonnihil juvari, ac per Dei gratiam doctis meliora in mentem venient argumenta; nam Scholaſticæ Theologiæ apud Lutheranos pauca, aut fere nulla eſt authoritas. Reſtat itaque, ut oporteat, eos, qui impugnare voluerint, Biblicos eſſe, ac in Biblicis ſcripturis bene armatos.

XXVIII. Per hunc modum, ac viam ſpero Lutheranorum errores bene vinci, ac confundi poſſe, ſi ita docte, ac ordinate, quemadmodum in conciliis fieri debet, illis obvietur: fiet enim proculdubio, ut ipſimet

met ſuis confoſſi telis, ſponte, ac ultro a multis ſeſe abdicent hæreſibus, & erroribus, victi enim verbo Dei, & Scriptura ſolida, ſpes bona eſt, ut multa impie, ac irreligioſe dicta, ac ſcripta revocent, recantent, ac retractent, ac revocari non ſint negaturi.

XXIX. Quod ſi voluntaria ejuſmodi fieret revocatio, ac retractatio, proculdubio magna apud communem populum, non ſolum in Germania, verum etiam in aliis Nationibus excitaretur inde obedientia. Quamobrem etiam neceſſarium erit, ut ſua Sanctitas, ubi Mantuam deveniatur, aliquot excellentes doctrina, ac moribus Viros deligat, qui cum Lutheranis primum ad partem agant, ac modeſte illos doceant, ac Scriptura convincant, & ſummo ſtudio laborent, ac ad id toti intendant, ut illos omnes, aut ex aliqua parte lucrari poſſint, ac valeant.

XXX. Proinde mihi non ſit dubium, ſi hac via, ac ratione procedatur, cum aliqui eorum opinione ſibi ſint contrarii, ac repugnantes, multique ex illis ultro in viam revocati ſint [ſuis erroribus retractatis,] res in optimum ſtatum poſſit deduci: ſi enim ad revocandum perduci potuerint, iſte modus proculdubio optimus, & utiliſſimus erit, atque adeo dignus, ut per hunc illis gremium Eccleſiæ denuo aperiendum, & minime recludendum eſſe putem, ac judicem. Fiet autem, ſi modeſte, ſi cum ſuavitate ſermonis, & tandem per Scripturas [quantumcumque fieri poterit, Biblicas] cum eis tractatum fuerit, ut expertus præmoneo. Quod proculdubio, ſi ſophiſticis argumentis, cum ineptis, ac indoctis hominibus cauſa, vel inſtituta, vel tentata fuerit, nihil inde boni ſequetur.

XXXI. Ut autem libri, tam Catholicorum, quam Hæreticorum ſuo, & cum bono tempore comparentur, ac ordinentur, ſua Sanctitas ſingulares deputatas quaſdam perſonas ad hoc ſubordinare poſſet; quibus tamen ſcribendum erit ſuper hac re, & mandandum ut quantocyus, & ſumma cum diligentia tales libros emant, ac Romam mittant.

XXXII. Præterea valde erit neceſſarium, ut quibus extrahendorum, & colligendorum errorum, & hæreſum datum eſt negotium, in quo argumenti genere complures, jam ſunt editi libri, prius ſecum conveniant, ac concordent: ne aliquis errorem, ac hæreſim eſſe ſcribat, quæ minime ſit: proinde ut inter ſe conferant, & conveniant, neceſſe erit.

XXXIII. Prædicta autem extracta non debent ſpinoſe, ac nimis ſubtiliter colligi, ne adverſarii inde anſam cavillandi arripiant, cum [proh dolor!] tot tantæque apertæ, & Sole meridiano clariores reperiantur hæreſes, ut in illis intolerabilibus, ac manifeſtis colligendis omnis cura ſit adhibenda: ſi enim unum ejuſmodi opuſculum multis ſcatens erroribus, convictum, ac damnatum erit: minore negotio, alii libri non ita venenati, confundentur, minuſque inde orientur cavillationes. Ea propter non minutula quæque, ſed majora, & quæ damnabiliora ſunt, ſecerni, & extrahi debent: qualia ſunt, quæ Lutherus, ac alii cum prioribus, & damnatis Hæreticis ſentiunt.

XXXIV. Sic etiam fieri poſſet, ut ſua Sanctitas apud extrahentes hoc impetraret, ut cuilibet extracto errori ſubiicerent brevi rationem, cur illa, vel iſta hæreſis damnanda eſſet, ac reprobanda videretur: & hoc revera præclare factum eſſet, & negotium totius Concilii mirabiliter, & breviter, & fœliciſſime promoveret: nam aliqui inter tot hæreſes, & errores, qui prima facie, ſæpe & rationi, & Scripturæ conſoni eſſe videntur, & apparent, ſi quis non fuerit acerrimi, ac plane Chriſtiani judicii, facile ex Catholico fieret, & redderetur Hæreticus. In ſumma, ſi non prius aptentur extracta, quam ad Concilium ventum fuerit, non modo fruſtra diſputando multi abſumentur dies, ſed in annos pertraheretur Concilium.

XXXV. Eſſet etiam plane ridiculum, cum ſua Sanctitas ſit Caput, & Vertex Eccleſiæ, ac Domini de cœtu Cardinalium Concilii cardines, ſi ignorarent, neque notas haberent hæreſes, propter quas Œcumenicum eſſet celebrandum Concilium. Et licet aliqua forſan ex Bulla Leonis, aut aliunde poſſent eſſe cognita: tamen quia hæc nova ſecta hoc commune habet, ut de die in diem in pejus creverit, & inſtar gangrena ſerpſerit, & quotidie latius ſerpat; propterea vix credo, Sanctitati ſuæ difficultates omnes notas eſſe. Abſurdum, itaque foret, hæc præcipua Summum ignorare Pontificem.

XXXVI. Ad hæc longe eſſet abſurdius futurum, ſi in colloquiis, ut ſit, propoſitorum, ac dictorum rationem non poſſent adduci. Et jam ubi Lutherani viderint nationem Italicam, ac alias, eſſe Verbo Dei, & ſolidis Scripturis armatas, & bene munitas, longe facilius ſeſe doceri, ac a male concepta opinione ſeſe avelli patientur.

XXXVII. Cum primis etiam eſt, & neceſſario curandum, ut Biblia Veteris, ac Novi Teſtamenti reformetur ex cauſis ſequentibus, nam per ignorantiam linguarum, & impiiſſimam injuriam, multæ intolerabiles irrepſerunt mendæ. Exempli gratia in Evangelio Matthæi legi debet:

Linum fumigans, *adiecta per ignorantiam litera g. legitur :* Lignum, *hodie tamen ille error valde eſt vulgaris. Ad hæc paſſim legitur :* Sic volo eum manere ; *cum in Græcis exemplaribus legatur* ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν. *Quod eſt :* Si eum volo manere. *Et ejuſmodi multi ſunt errores. Proinde mihi videtur, ut ſua ſanctitas ea prius inſpici, & enucleari curet. Ad quam rem valde commodus, & appoſitus erit Pagninus ille Lucenſis, ac alii complures in Italia, & Romæ, Latine, Græce, & Hebraice doctiſſimi viri : ſed & hoc præparare interea oportet.*

XXXVIII. Præterea ſua ſanctitas, & deputati Cardinales ignorare non debent, quod Lutherus, ac Zuinglius Novum, & Vetus Teſtamentum in linguam Germanicam verterunt, ac illud pluſquam in tribus millibus locis perverterunt, depravarunt, ac adulterarunt : ex ea autem verſione, & translatione in linguam Germanicam orti ſunt innumeri errores, ac hæreſes in legendo, ſcribendo, ac prædicando. Cum autem ejuſmodi translatio in manibus hominum verſetur, nulla mora erit interponenda, ſed omni cura, ac diligentia, innitendum, & elaborandum eſt, ut per Germanos aliquos hujus linguæ peritos ex his male translatis ſaltem intolerabiliores, & majores extrahantur, ac colligantur errores. Quod ſi cum judicio, & quadam gravitate factum fuerit, forte fiet, ut Hæretici ſuos agnoſcant errores : quod mihi non fit dubium, niſi ſint lapides. Ad hoc vero efficiendum ſoli homines Germani Græce, & Hebraice docti, utpote linguæ experti, ſunt deputandi. Et ille articulus eſt valde utilis, & obſervatione digniſſimus. Depravatio enim Bibliarum plurimum in cauſa eſt, quod tanti, ac tam immanes, neque prius auditi oborti ſint errores, ac hæreſes.

XXXIX. Illa autem duo requiſita, non tantum primum, cum ad concilium ventum erit, ſunt diſcutienda [forſan enim vix aliquot annis experiri poſſent] ſed ſtatim ſunt committenda Viris, ut dixi, doctis, ac linguarum expertis, ut e veſtigio rem aggrediantur : ita enim veniemus ad concilium cum expedita armatura Dei parati ad perficiendum negotium fœliciter, & cito.

XL. Huc accedit, quod Lutherus in his libris, quos jam aliquot annis effudit, ſibi ipſi, ac conſequenter ejus quoque diſcipuli, ac ſequaces ſint contrarii : proinde recte laudabiliter, immo utiliter factura eſt ſanctitas ſua, ſi doctis, ac Catholicis hoc quoque committat, ut ejuſmodi antilogiarum, ac contradictionum colligerent extracta : nam ſi deprehenſus fuerit Lutherus ſibi ipſi contrarius, ac contradicens, ad quod ſexcenties inveniri dabitur, profecto ſuis libris nemo fidere poteſt : nam ad invitationem Apoſtoli, Scriptura divinitus inſpirata, ſi tradita fuerit, non oportet, ut ſit, eſt & non, ſed eſt, eſt.

XLI. Non minus etiam utile, ac neceſſarium erit, ut ſua ſanctitas curaret fieri excerpta errorum ab Eccleſia prius in univerſalibus, vel particularibus Conciliis damnatorum ; qui tamen, proh dolor ! prævaleſcente Lutheriſmo denuo ab inferis ſunt a Lutheranis revocati & approbati.

XLII. Ad hæc præſtaret, ut novæ etiam Lutheranorum, ac aliorum Hæreticorum hæreſes ſeorſim colligantur, ac ordinentur : nam etſi Lutherus prodire fecerit multas, aliquas tamen, antea non auditas, etiam in vulgus ſpargere non dubitavit : quale eſt illud, quod in ſermone de divite, & Lazaro docuit, ab Aſcenſione Chriſti in Cœlum, neminem veniſſe in Cœlum, neque venturum illuc uſque ad extremum Judicii diem.

XLIII. Et quamquam multæ ſunt graviſſimæ hæreſes, cum primis tamen ſua ſanctitas conſiderare debet, ea, quæ ſpectant ad officium Miſſæ, ac Sacramentum Euchariſtiæ. Præcipue autem Lutherus nocentiſſimam hæreſim contra Miſſam excogitavit, quæ in cauſa fuit, ut multa templa, ac Monaſteria diruerentur, & in multis locis, civitatibus, ac Regionibus nulla amplius Catholica celebretur Miſſa ; ab hoc enim puncto adverſarii haud facile ſeſe patientur vel avelli, vel abduci, non attenta authoritate Danielis Malachiæ, & aliarum Scripturarum, ſolummodo propter Canonem Miſſæ, Sacramentum, & Sacrificium. Hic neceſſarium eſt, deputatos præſidentes eſſe bene deliberatos, & fundatos, quia, hic hæret maximus ſcopus orthodoxæ Religionis.

XLIV. Et quamquam non dubitem, quin ſua ſanctitas, & Domini Cardinales, ac Epiſcopi ſatis ſint in his rebus verſati, ac docti, nihilominus tamen, cum hæreſis contra Sacrificium Miſſæ prioribus ſæculis, non tam temere, & pertinaciter, quemadmodum temporibus noſtris diſſeminata ſit, neque oblatio Miſſæ a quoquam hæretico fortiter impugnata unquam fuerit, ac pauci Doctores ea de re ſcripſerint, propterea non infrugiferum eſſe puto, ut ſua ſanctitas meos & aliorum in hoc argumento libros ad ſuam ſanctitatem transferri curet ; nam in hoc puncto multum erit laboris, ac diligentiæ ponendum, alioqui apud Zuinglianos, numquam reſtituetur in ſuo ordine Miſſæ Sacrificium.

XLV. Porro cum Lutherus acerrime Primatum S. Petri, ac Romanæ Eccleſiæ impu-

Digitized by Google

pugnaverit, ac damnaverit; quod etiam nuper Rex Angliæ ſequutus eſt, curandum erit, ut huic articulo a Lutheranis propoſito, fortiter, & ſolidis Scripturis, ac argumentis obvietur, ac reſpondeatur.

XLVI. Cum autem ego ante quindecim annos contra Lutherum pro Primatu Petri ſcripſerim, ac illud opus prius Romæ, deinde quater in Germania excuſum, ad hæc Dominus Doctor Echius in eodem argumenti genere ſit cum laude, ac dignitate verſatus; ejuſmodi tamen libri omnes divenditi, ac neſcio quo pacto evanuerint, proinde valde utile & profuturum, & ex aliqua parte neceſſarium eſſe duco, ut ejuſmodi libri de Primatu Petri & Romanæ Eccleſiæ recudantur, ac denuo typis mandentur, ut ſi adverſarii in hoc puncto vellent plus juſto eſſe moleſtiores, id quod maxime formidandum eſt, jam Patres, qui Mantuæ congregati fuerint, poſſent ex ibi collectis videre, quid eſſet de Primatu Petri, & Romanæ Eccleſiæ ſentiendum: nam in hoc opere reſpondeo Lutheri argumentis, & objectionibus omnibus.

XLVII. Ad Primatum autem Petri, ac Romanæ Eccleſiæ duo librorum genera in primis conducent, ac utilia erunt: quæ neceſſario ſunt Suæ Sanctitati, ac DD. Cardinalibus comparanda: primo acta Conciliorum, quæ nuper Baſileæ & Coloniæ ſunt impreſſa, in quibus videre erit, quo pacto ſemper in antiquis Conciliis negotia fuerint diſcuſſa, & præcipue præſidente Romano Pontifice. Quamobrem ſua Sanctitas omni modo curare dignetur, neque negligat, ut ejuſmodi actorum Conciliorum exemplaria quinquaginta, ſexaginta, aut etiam centum comportari, & ad ſe deferri ordinet: illis enim habitis, licebit videre, in prioribus Conciliis non ſediſſe, neque vocem dediſſe Sectores, Sartores, Cæmentarios, & hujus generis homines; id quod maxime fieri, & obſervari volunt adverſarii fere omnes. Secundo, in multis S. Benedicti Monaſteriis habentur veterum Conciliorum originalia ante aliquot centenos annos in membrana exarata & ſcripta, quæ Sua Sanctitas omnino per Ordinarios, aut Abbates accerſiri, & aſportari jubeat, ac committat: nam per hujuſmodi antiqua, ac veneranda volumina adverſarii facile confundentur. Ubi autem, ac in quibus Monaſteriis ac locis Germaniæ hujuſmodi libri reperiantur, ego ſi de hac re interrogatus fuero, me oſtenſurum offero, ac polliceor, ac per hujuſmodi media multa nullo negotio perficientur.

XLVIII. Periculum etiam eſt, ne aliquot difficultates emergant propter ſeſſiones, ac præcedentias; quapropter utile eſſet, ut ſua

Sanctitas ex actis antiquorum Conciliorum peti juberet, quo pacto olim ſeſſiones habitæ fuiſſent, & ut hæc in quendam quaſi indicem colligantur per Dominos Deputatos, ne inanes propter ſeſſiones rixæ oboriantur, & ne forte in unum atque alterum annum ſolius præcedentiæ cauſa protrahatur Concilium. Ad quod etiam valde utile, & commodum erit, ſi ſua Sanctitas acta Concilii Florentini, Piſani, & ultimi Lateranenſis depromi curaverit. Ad hæc ſcire debet ſua Sanctitas Baſileæ eſſe duo volumina in pergameno exarata, in quibus omnia ejus Concilii acta copioſiſſime, etiam nulla ſcheda prætermiſſa, continentur. Ita etiam Conſtantiæ reperiuntur ſimiles libri, in quibus nihil omiſſum eſt, quod ad ſeſſiones, ac alia hujus generis pertinere videtur. Quæ omnia ſua Sanctitas per Sereniſſimum Romanorum, ac Ungariæ, & Bohemiæ Regem Dominum meum Clementiſſimum Ferdinandum ad Concilium ordinari poſſunt, quod ſi, vel propter præcedentiam, aut aliis ex cauſis, controverſia mota fuerit, mox ex his tantæ authoritatis libris emergentes difficultates etiam cum majeſtate decidi, & reſolvi poterunt, multum enim juvabit, & præſtabit retroactis Conciliis ſic, & ſic ſediſſe, & egiſſe.

XLIX. Nam, etſi acta Conciliorum Conſtantienſis ac Baſileenſis ſint typis excuſa, nihilominus non ſunt niſi quædam Summaria. Illa quæ Baſileæ ſunt, in duobus juſtæ magnitudinis voluminibus ſunt integra acta.

L. Debet etiam ſua Sanctitas ſcire, quod jam inde a viginti annis multi præſtantiſſimi, & antiquiſſimi Authores, & eorumdem libri per Typographos ſunt in lucem editi, quos proculdubio adverſarii, ſi ad Concilium venerint, ſecum portabunt. Proinde curandum eſt, cum hi libri forſan Romæ ante hac non fuerint viſi, ut eorum aliquot exemplaria per Dominos Deputatos, quantum fieri poteſt comparari, ac convehi ſua Sanctitas præcipiat, ac ordinet, ne cum forte adverſarii in colloquiis, ac diſputationibus illos allegaverint, eorum copia in continenti fieri, & haberi non poſſit: & forſan aliunde etiam, cum riſu, ejuſmodi Authores oporteret ab adverſariis emendicare. Qui autem & quales ſint ii Authores comparandi, ac Romam convehendi, ac ordinandi ſint, proprio, ac ſingulari continebitur Cathalogo, ſi ita placuerit ſuæ Sanctitati.

LI. Præterea ſua Sanctitas ante omnia, & præcipue conſiderare debet, quod Oecolampadius, Capito, ac alii, multos libros ex Chryſoſtomo, Theophylacto, ac aliis, de Græco in Latinum converterunt,

& ubicumque locum aliquem ſuis hæreſibus adverſari deprehenderunt, illum prætergreſſi ſunt, ac non translatum reliquerunt multiſque in locis adulterarunt. Proinde neceſſarium erit, ut ſua Sanctitas aliquot Italicæ Nationis Græce, & Latinæ eruditos viros, interim dum ad Concilium venitur, ſubordinet, ac deputet, qui ejuſmodi illorum translationem, oblatis Græcis exemplaribus, emendent, ac eorum errores detegant, breviter notatis erroribus quo loco, & quam hallucinati ſint, veluti in quaſdam annotationes redigant: nam optimi quique Authores per ejuſmodi perfidos Interpretes ſunt corrupti, ac depravati. Exempli gratia, Chryſoſtomus paucis paginis compleuus eſt capita Bibliæ: hunc libellum Œcolampadius vertit, ſed ita pervertit, ut pluſquam in centum locis mendæ intolerabiles reperiantur.

LII. Opus autem ſane eſt hoc facere, cum ſupradicti Interpretes, neſcio quam exiſtimationem, ac ſummam eruditionis, ac linguarum cognitionis opinionem apud multos in Germania ſibi comparaverint. Rurſus autem, ſi eorum inſcitia, aut malevolentia, per doctos viros detegetur in Concilio, fiet, ut eorumdem exiſtimatio penitus apud omnes obſcuretur. Hoc autem antea Romæ, vel alibi fieri debebit, ac neceſſe erit, ne cum ad Concilium ventum fuerit, ſolum hujus rei gratia ad longa tempora ſit inhærendum gravioribus pro Chriſtiana Republica negotiis exiſtentibus.

LIII. Summa etiam erit neceſſitas, ut ſua Sanctitas proprios librorum excuſores Mantuæ habeat, qui ſolum ſuæ Sanctitati deſerviant. Adjecta etiam pœna, ne quiſquam aliud excudat, non ſolum prædicto in loco, verum etiam aliis in Regionibus earum rerum, quæ in Concilio tractatæ fuerint: alioqui adverſarii ſuis editionibus magnas parient confuſiones, ac forte tumultus, eritque adeo poſtremus error pejor priore. Expertus dico, ſcio enim, quid in aliquot Germaniæ Principum Dietis, ac conventibus acciderit, ubi Lutherani non, non tantum quæ dicta, ſed & fere quæ non dicta, dumtaxat cogitata fuerunt, imprimi fecerunt.

LIV. Scit rurſus ſua Sanctitas, & Domini Deputati, quod contra Sedem Apoſtolicam centum gravamina Germanicæ Nationis ſunt edita ac vulgata. Et cum in hoc futuro Concilio plures abuſiones, maculæ, rugæ, & nævi, quibus magna ex parte facies Eccleſiæ defœdata, & commaculata apparet, delendi, ac quaſi ſpongia abſtergendi ſint, alioqui abuſionibus non ſublatis e medio, nulla pax, nulla denique unanimitas erit. His autem in unoquoque ſtatu reformatis, fiet ſine dubio, ut is Chriſtus, qui in navicula Petri ventis, & mari ſævientibus, dormire videtur, ſurget, imperabit ventis, & mari, & fiet magna tranquillitas in Eccleſia Dei. Ego autem ſi dignus ac idoneus ad conſulendum eſſe poſſem, ex puro corde ſuæ Sanctitati hoc conſilium darem, certe, meo judicio, abuſiones Romanæ Curiæ [magnum enim eſt diſcrimen inter Curiam Romanam, & Romanam Eccleſiam] prius per ſuam Sanctitatem eſſent moderandæ, non enim committere debet ſua Sanctitas, ut quilibet adverſarius garrulus, & impudens ſibi ejuſmodi abuſionum tollendarum vendicet cenſuram, ac authoritatem. Proinde hæc omnia ſunt ante Concilium per Summum Pontificem deliberanda, & facienda: poterit enim nunc ſua Sanctitas illa centum gravamina Nationis Germanicæ in manus ſumere, ac illa per ſe ſua ſponte moderari, ac mitigare, & quæ occurrerint abuſiones tollere ſine inveſtigatorio: ſunt enim ejuſmodi, ut mitigationem patiantur, & ſunt certa moderamina in promptu, quibus ſua Sanctitas ſeſe gravatam conqueri jure vix poterit. Eſt enim longe latius, multoque conſultius Sacroſanctæ Sedi Romanæ, & Cathedræ Petri, ultro in abuſionibus, quæ irrepſerunt, cedere, quam tandem cadere.

LV. Si igitur ſua Sanctitas Domum ſuam, ac Curiam, ac ejus abuſiones ita reformaverit, magnam apud omnes Nationes conſequetur laudem, ac authoritatem, eritque magna ſpes, ut etiam tota Germania, immo tota Eccleſia, poſſit in tranquillum, ac orthodoxum priorem ſtatum redigi, eritque magnum documentum voluntatis ac modeſtiæ ſuæ Sanctitatis, non ſolum apud Hæreticos, verum etiam Orthodoxos: ita enim fiet, ut facies Eccleſiæ tot cicatricibus deformata poſſit ad ſuum decus reformari.

LVI. Alioqui adverſarii ſemper, & uſque ad raucedinem præſenti Summo Pontifici clamabunt: Medice cura te ipſum; qui alium doces, te ipſum non doces? qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. Et quare aſſumis Teſtamentum meum per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam, & projeciſti ſermones meos retrorſum. *Hæc ſumma neceſſitate adductus dico bono zelo, ac animo. Ita me Deus amet; hac ſola ratione perſuaſus, ut per omnia cultus Dei, & Apoſtolicæ Sedis ſervetur, ut mala in futurum emerſura vitari, & in tempore præcaveri poſſint.*

LVII. Demum maxime & ante omnia conſiderandum eſt, quod in publicatione

Con-

Concilii nullus ſalvus conductus continetur: adverſarii autem nullo pacto poterunt adduci, ut veniant, niſi expreſſo ſalvo conductu, qui etiam a Sacratiſſima Cæſarea Majeſtate debet edi, & publicari. Proinde curandum eſt, ut etiam ſalvus conductus confeſtim abſque omni mora publicetur, alioqui Lutherani nova inibunt conſilia, & inter ſeſe conſuſurrabunt in eorum conventiculis, neque ad Concilium proficiſcentur: Proinde neceſſarium erit, quemadmodum dixi, in primo quoque tempore articulus ille enodetur, ac publicetur: nam, ſi negligatur is ſalvus conductus, proculdubio hæc prima & præcipua erit illis anſa, ne minus veniant etiam centies ad Concilium vocati.

LVIII. Quid autem in prædicto ſalvo conductu narrari debeat, & quid omitti, Sacra Cæſarea Majeſtas mature conſiderabit: Etſi ego quoque interrogatus de hac re, ſuero, pro tenuitate intellectus mei, quæcumque potero, humiliter, & pro mea in Deum, & orthodoxam religionem debita obſervantia, indicabo.

LIX. Quamquam etiam in die Penteceſtes Concilium Romæ ſit denuntiatum, & publicatum, nihilominus tamen neceſſarium videtur, ut Archiepiſcopis ſingulatim in Germania demandetur, ut ſuos Suffraganeos convocent, & ſecum deliberent, quos ad Concilium mittere, & ordinare velint: & deinceps opus eſt etiam, ut Suffraganei ſuum Clerum convocent, & cum illis concludant, qui ad Concilium vel de Prælatis, aut Doctoribus mittendi ſunt, & qui non. Et cum non ſit poſſibile tot Epiſcopos conventuros ad Concilium, quos in primitiva Eccleſia convenire conſueverunt, & convenerunt in Chalcedonenſi, Epheſino, vel alibi: ſed ſaltem eorum Nuntios, & utinam doctos, affuturos, æquum ac neceſſarium eſſet, ut Prælati inter ſeſe contribuerent, quo major Doctorum, & Catholicorum numerus congregetur in Concilio: & niſi hac via & ordine procedatur, paucos credo propter tenuitatem rei familiaris poſſe ad Concilium ex Germania venire. Propterea illis quoque, qui venturi ſunt demandandum eſt, ut habitu honeſto presbyterali, & cum quadam gravitate, morum, & vitæ, veniant. Hoc autem commode per Nuntium Apoſtolicum in partibus Germaniæ, & circumjacentibus Regnis, atque locis poteſt expediri, qui Nuntius poteſt etiam Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac aliis præſcribere, ac mandare, ac ab illis rurſus reſponſum, & relationem accipere, ut ſua Sanctitas mature ſcire poſſit, qui, quot, quales, & a quibus Regionibus ſint venturi, qui ad Concilium vocati ſunt. Et hac cogitatione recte abſoluta, & in effectum deducta videbunt, & ſcient non modo adverſarii, ſed & optimi quique Catholici rem Concilii Sanctiſſimo Domino noſtro cordi eſſe.

LX. Rurſus vero, cum plerumque doctiſſimi quique, & qui commodiſſime in hunc uſum deputari poſſent, ſint omnium pauperrimi, neque poſſint ſeſe per anguſtiam rei familiaris, & quod ſit illis domi curta ſuppellex, ad Concilium præparare, eſſet valde commodum, ut ſua Sanctitas, cum alioqui, & antequam etiam in ſummum hoc dignitatis faſtigium eligeretur, ſemper doctorum & bonorum fuerit patronus & mæcenas, ejuſmodi doctis ac Catholicis aliquod ſubſidium, aut viaticum ordinaret: nam hi, qui tam fortiter in hanc horam Lutheriſmo reſtiterunt, omnes pauperrimi, & quovis codro pauperiores ſunt: ſine illis autem, & eorum præſentia parum proficerent alii. Quare de patrimonio Crucifixi, aut Petri, apprime neceſſarium erit, ut hujuſmodi doctis de viatico, & victu provideatur: qua in re Sanctiſſimus Dominus noſter proculdubio pro innata ſua bonitate, & in doctos liberalitate difficultatem non faciet; ſed hac parte gloriam ſibi immortalem cum apud Deum, tum apud homines pariet: ad hæc eorum Ordinariis ſcriberet, & mandaret, ut ipſis quoque doctis de neceſſariis ad ſanctum hoc opus provideretur; res enim tam ardua non poterit facile abſque illis expediri.

LXI. Qui autem contra Lutherum ac alios Hæreticos ſcripſerint, ac prædicaverint expedite palam eſt, & breviſſima ſcheda poterit oſtendi. Ut igitur eorum opera Sanctitas ſua uti poſſit, efficiendum erit, ut ſubſidio ſuæ Sanctitatis ad Concilium venire poſſint, nam opus erit, ut libros ſecum deferant, in quibus non mediocres ſumptus conſtituunt.

LXII. Quamquam etiam in Regno Bohemiæ etiam noſtri multi boni, ac quomodo ſint Chriſtiani Eccleſiæ Romanæ cum obedientia ſubjecti, nihilominus tamen irruperunt interim, & a tempore Baſileenſis concilii aliquos Heretici, ſcilicet Piccardi, qui male ſe in Sacramentis, ac Miſſæ officio gerunt. Sunt & illic Lutherani; ſunt & Calixtini, qui ſub utraque ſpecie communicant. At ut verum fatear, hi ſunt Lutheranis, & Zuinglianis tolerabiliores, quia in paucis a Chriſtiana Eccleſia diſſentiunt. Alioqui contra Lutheranos propter Eccleſiaſtica Sacramenta acerrime pugnant & bona ſpes eſt, ſi humaniter, ac debite cum illis tractatum fuerit, facile ad Eccleſiam reduci poſſunt. Eſſet igitur bonum, quod ſua ſanctitas, & ſacra Romanorum Regia Majeſtas rem illam procurarent, qui-

bus

bus mediis, ac modis, Bohemi quoque ſuos Nuntios in concilio haberent: ut ita aſſiſtente gratia Spiritus Sancti, hoc quoque inclytum Bohemiæ Regnum iterum gremio Eccleſiæ reſtitueretur, ac ad unitatem fidei reduceretur: nam niſi illi vocarentur, poſſet multum inde incommodi ac diſcordiæ oriri: at e contra cum bona ſint illic judicia, quod Bohemi ſuis abuſionibus de Euchariſtia, quæ parvulis datur, & nonnullis aliis rebus, cederent.

LXIII. Ad materiam autem ſub utraque ſpecie, opus eſt, bene fundatos eſſe eos, qui hac de re vel cum Bohemis, vel etiam cum Lutheranis conferre velint. At quibus Scripturis & modis obviandum ſit, facile reperietur in actis concilii Baſileenſis & Conſtantienſis, ex Joanne Gerſone, ac aliis, qui hæc deſcripſerunt.

LXIV. Qui autem ſint illi docti ac Catholici apud Germanos, qui ad hunc uſum deputari poſſint, & quid unicuique oneris imponi poſſit, ſi hoc Suæ Sanctitati placere videro; offero me libenter, & cum debita obedientia fideliter ad utilitatem, & unitatem orthodoxæ fidei cum longe majoribus demonſtraturum: nihil enim tam grave poterit injungi mihi, quod non ſim pro tenuitate mearum virium libens facturus.

LXV. Et hæc mea indicatio, & quaſi præmonitio eſt meo judicio non minus neceſſaria, quam fructuoſa ac utilis: nam niſi hoc modo in præparatoriis procedatur, periculum eſt, ne futurum concilium in multos annos protrahatur, & forſitan [quod Deus Optimus Maximus avertat] rebus non uſque adeo feliciter expeditis, diſſolvatur, & nihil egregium, & neceſſarium expediatur; atque ita noviſſimus error ſit futurus pejor priori. Si autem, ut ſupra oſtendi, omnia ita præordinabuntur, & præparentur, ſpes eſt maxima, uno anno poſſe totam concilii rationem explicari, & expediri; alioqui ſi illotis, ut ajunt manibus, & quaſi cæcutientes, ac imparati Mantuam venerimus, nonniſi rerum omnium confuſionem, & turbationem videbimus.

LXVI. Quod autem attinebit ad expeditionem contra infideles, ac alios articulos; non me impedio ac immitto: nam cum in Spiritu Sancto fiat Concilii congregatio, par eſt, ut hæc graviter, & conſulte concludatur: Prius tamen opus eſt unitatem in domo & Eccleſia Dei firmare, & ſarcire: quod non fiet, niſi una Fides, & unum Baptiſma conſervetur, ac prædicetur in tota Eccleſia Catholica, & mihi dubium non fuerit quin his, qui habitare facit unanimes in domo, pacem reddat, ut cantemus cum cytharœdo illo Regio: Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.

LXVII. Supereſſent inſuper nonnulla alia forte non uſque adeo contemnenda, vel negligenda, quod vero non poſſint calamo tuto & ſecure credi omnia, ſed potius quædam in aurem dicenda ſint, confidenter proinde in præſentiarum explanare rem latius abſtinui, forte Deus dabit, ut in alio tempore poſſint aperiri, & declarari ſat commode reliqua.

LXVIII. Ad præſens, & quaſi pro colophone adjiciendum puto, quod, ſi non maturetur concilium, erit ſine dubio tanta defectio, & diſceſſio ab Eccleſia, unde juxta verbum Cypriani omnium Eccleſiarum orta eſt unitas, ut facile in multis ſæculis hæc ruina nequeat reparari, neque reſtitui poterit: nam erunt in diverſis locis conciliabula & conventicula multa, quale & hoc fuit maxime de menſe Maii præterito, quod inter Lutheranos, & Zuinglianos habitum eſt Francfordiæ, & Yſſenachi; cujus præſtigioſam concluſionem adjicere placuit, ut videat ſua Beatitudo, adhuc eſſe unum Deum, qui ſuo ſpiritu non ſinit etiam inter ſe in re tam manifeſta conſentire, & convenire hæreticos; cum tamen tota Eccleſia Catholica per totum orbem terrarum diffuſa, circa verba Sacramenti non modo non vacillet, ſed unanimis, & tota concors eſt. Zuingliani vero ſciſſi ſunt in novem ſectas ſuper his brevibus, & apertiſſimis verbis Chriſti; Hoc eſt Corpus meum.

LXIX. Ad officium itaque Summi, & Principis Paſtorum Papæ quidem pertinebit, ut oves ſuo ovili, ſuæ denique curæ creditas, cum viderit errare in montibus, in colle excelſo, in deſerto ad imitationem pii Paſtoris non modo reducere, ſed & ſuis humeris ad gregem ſanctum Domini portare: & erit illi Dominus profecto merces magna nimis.

LXX. Neque hoc prætereundum duco, quod hoc durante Lutheriſmo per proxime viginti actos annos, antiquæ, & veræ Religionis Viri, & mulieres pii mortui ſunt magna ex parte, ut interim in majoribus Civitatibus apud Germanos nulla, vel modica plantatio Catholicorum ſubſequuta eſt; immo quid ſit vera Religio interea qui nati ſunt, prorſus ignorant. Sunt & inter Doctores Theologiæ quam pauci in tam lata ac magna natione Germanica, qui fortiter huic Lutheranæ factioni reſiſtant, aut reſiſtere norint, atque didicerint: ita ut vere jam in hæc inciderimus tempora, ubi juxta prophetiam Salvatoris noſtri, Charitas refrigeſcit, & prævaluit iniquitas.

LXXI. Idcirco modis omnibus feſtinandum

dum eſt, ac erit, ne diutius differatur hoc tandem & fæliciter inſtitutum concilium: alioqui & reliquiæ Catholicorum parvulæ poſtremo non ſupererunt; &, quod timendum eſt, ſeducentur etiam [ſi fieri poteſt] electi: quinimmo, ſi non in bono tempore S. D. N. tanto malo hoc uno concilii & medio, & remedio occurrat, & manum præbeat, reddentur multi non modo irreligioſi, ſed plane impii ac athei, id eſt ſine Deo homines; neque poſthac facile erit modus aliquis, huic & tam graviter inflicto vulneri Eccleſiæ ſalutem dare. Et proinde atque talis res erit, quaſi cum Ethnicis, & ſine Deo hominibus tentes celebrare concilium. Quare ne naufragium in fide & religione periculoſius accidat, feſtinandum & diligenter invigilandum erit, quo ſaltem rebus his bonum, & ſalubre detur principium: Nam quæ inepto, & malo, ſunt inchoata principio, vix ad optatum, & fælicem poterunt perduci finem. Non dubitem autem, ſi ſua ſanctitas inſpirata Spiritu Dei, ut ſancte & fæliciter cœpit, omnes animi ſui cogitatus ad id adjecerit quod priſtino candori, & integritati reſtituatur Eccleſia, & poſiſſimum quod aboleantur hæreſes, & abuſiones tollantur e medio, ſi quæ, ut revera multæ, irrepſerunt, deprehenſæ fuerint, videbit hanc defectionem & turbationem, quæ nunc in foribus eſt, & proh dolor! prævaluit, cum maxima tranquillitate & ſedari, ac finire: id quod largiri ac donare dignetur is, per quem ex quo, & in quo ſunt omnia. Ipſi honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

LXXII. Hæc nulla alia ratione indicare, & de his prædictis præmonere volui, niſi quod zelus domus Dei comedit, & urget me, & ut ſaltem in hoc gazophylacium futuri Concilii etiam duo vere minuta cum paupercula in Evangelio vidua conferrem, & cum illa Moabitide muliere ſpicas colligerem poſt terga metentium: ſcio enim eſſe multos, qui meliora dabunt. At forſan ea quæ dixi, ſi non ſint apprime neceſſaria, forſitan tamen non erunt inutilia.

XXXVIII. Tom. 13. de Concil. mſ. Arch. Vat. ſign. n.3200. p. 286. Ad ſingula vero capita quæ a *Joanne Fabro* in ſuperiore libello propoſita fuerant, ſubjecta verborum formula juſſu Pontificio reſponſum eſt.

Hæc reſponderi juſſit Sanctiſſimus D. N. ad Reverendi Patris Domini Epiſcopi Viennæ ſuper futuro Concilio præparatoria.

In primis Sanctiſſimus Dominus noſter in Univerſum commendat plurimum ſtudium, & pietatem prædicti Domini Epiſcopi, eumque [ſicut hactenus fecit] ut ſtrenue pro Eccleſia Dei pugnare perſeveret, maximopere hortatur.

Nunc capitulatim juxta numeros in margine notatos reſpondendum eſt, prout locus aliquis majore attentione dignus fuerit.

I. II. III. IV. V. VI. Hoc optime novit Sanctitas ſua, & propterea univerſale Concilium, tam alacriter indixit, & ſummo ſtudio celebrare, & authore Domino ad fælicem finem ducere enitetur.

VII. Dominus Nuntius communicato conſilio cum prædicto Epiſcopo procurabit quamprimum mitti hunc Indicem librorum tam Hæreticorum, quam Catholicorum, qui contra eos ſcripſerunt, & ſignificabit pretium, cætera Sanctitas ſua libenter exequenda curabit.

VIII. IX. Hoc in Concilio diſcutietur, & decidetur, & debitæ executioni demandabitur cum Dei auxilio.

X. uſque ad XX. Sanctitas ſua optat, & hortatur dictum Dominum Epiſcopum Viennenſem, ut una cum Doctore Eckio, Coclæo, Nauſea, *& aliis, quos ipſi idoneos judicaverint, id laboris aſſumant, & communicato conſilio cum Domino Nuntio Apoſtolico, ea mature fiant, quæ neceſſaria videbuntur, & de iis, quæ fient, in diem Dominus Nuntius ad Sanctitatem ſuam ſcribat, ab ea debitum reſponſum quamprimum recepturus una cum remediis opportunis.*

XX. fiat ut in VII.

XXI. Rem gratam Sanctitati ſuæ faciet Dominus Epiſcopus Viennenſis.

XXII. Aptiſſimi videntur ad hanc rem ii, qui in reſponſione ad X. & deinceps articulos ſunt nominati.

XXIII. Jam ad hoc aliquos Sanctitas ſua peritos Italos vocavit, vocaturus & ex aliis Nationibus doctos, loco, & tempore.

XXIV. Et hoc erit Sanctitati ſuæ gratiſſimum.

XXV. Sunt aliqui hic Itali ſatis bene inſtructi; ſed ſi tempore Concilii aliquis erit in Germania, qui in hac re excellat, illi non abſque debito præmio hoc onus injungetur.

XXVI. ut ſupra n. VII.

XXVII. XXVIII. Hoc optime jam animadvertit Sanctitas ſua, & remedium quotidie præparat.

XXIX. XXX. Placet & hoc Sanctitati ſuæ, & optat, ut fiat auxilio Dei.

XXXI. ut in VII.

XXXII. Et de hoc Dominus Nuntius referet, & reſcribet.

XXXIII. Hoc remittit Sanctitas ſua dexteritati, & prudentiæ eorum, quos in X. ſupra nominavit, & ut hic ſimiliter fiat negotium, dabit quibuſdam doctis Epiſcopis, & aliis doctis Viris, quos apud ſe habet.

XXXIV.

XXXIV. Hoc gratiſſimum erit Sanctitati ſuæ, ut aliquis coram faciat, qui in X. ſupra ſunt nominati; quis autem potiſſimum id muneris aſſamat, optat Sanctitas ſua, ut capta cum Domino Nuntio inter eos concluſione, ab eo certior quamprimum fiat.

XXXV. Expectat Sanctitas ſua libentiſſime a Domino Nuntio Epiſcopo Viennæ, vel a Domino Eckio.

XXXVI. Non deerit Propheta in Iſrael: *nec tamen ceſſat Sanctitas ſua hortari, tam ſupra in X. nominatos, quam alios Germanos Catholicos, ut ad hoc inſtructi in Concilio compareant, ſicut Sanctitas ſua de eis ſperat, atque adeo pro comperto habet.*

XXXVII. Sunt aliqui hujuſmodi libri ſatis caſtigate excaſi, & in Italia, & in Gallia, ſed & adhuc majorem curam Sanctitas ſua adhibebit.

XXXVIII. XXXIX. Hoc quia non niſi a linguæ Germanicæ excellenter peritis fieri poteſt, Dominus Nuntias conſilio prædicti Domini Epiſcopi Viennæ, & in hac re ſtatuat, & ſcribat.

XL. Multum ſatiſfaciunt Sanctitati ſuæ, Antilutherana, *quæ Dominus Epiſcopus Viennæ compoſuit, nec non & ea, quæ notavit Dominus Eckias, ac etiam Domini Coclæi* Lutherus Septiceps. *Quod ſi adhuc, vel ipſi, vel aliquis alias alia addere vult, non poteſt, nonniſi curæ pretium eſſe: & ut id fiat, Domino Nuntio in mandatis dedit.*

XLI. Jam factum eſt ab aliquibus hic doctis viris, optatque Sanctitas ſua, ut in Germania itidem fiat.

XLII. Supranominati in X. ad hoc aptiſſimi ſunt.

XLIII. XLIV. Et hoc optime novit, & dolet Sanctitas ſua, deditque Domino Nuntio negotium, ut in VII.

XLV. Multi egregie ſcripſerunt in hac re; ſed neque alii deerunt, qui pleraque alia, nondum edita, ad Concilium adferent ad hoc propoſitum mirum in modum facientia.

XLVI. Sanctitas ſua laudat plurimum utriuſque ſcripta, deditque in mandatis Domino Nuntio, ut procuret, & ſcribat.

XLVII. Verſantur hujuſmodi libri hic in manibus fere omnium: ſed & alii quamplurimi Conciliorum libri ampliſſimi tam Græce, quam Latine compoſiti, & vetuſtiſſima manuſcripta non deſunt, uſque adeo, ut non ſint Catholici inermes ad Concilium acceſſuri.

XLVIII. Ad hoc Sanctitas ſua eſt intenta, quantum ex antiquis Conciliis elici potuit: quantum vero ad Conſtantienſe, & Baſileenſe, attinet; non poſſant niſi conducere ad hoc eorum acta, modo ne aliquid in illis, præſertim in Baſileenſi, detegatur magis adhuc præiudiciale authoritati Summi Pontificis, in cujus dignitate [*ut inquit Hieronymus*] Eccleſiæ ſalus pendet; *quod quamvis de quolibet Epiſcopo dicat in ſua cujuſque Eccleſia, tamen hoc multo melius accommodari poteſt ad Summum Pontificem, qui eſt Epiſcopus Epiſcoporum, & in quo recumbit univerſalis Eccleſiæ cura. Eapropter bene compenſanda ſunt commoda, & incommoda, quæ e duorum illorum ſupradictorum Conciliorum integra lectione, & in publicum productione proficiſcerentur, & communicata re cum Sanctitate ſua, quod utilius videbitur eligetur.* Porro Baſileenſe Concilium poſt translationem fuiſſe conventiculum Schiſmaticorum, & Synagogam Sathanæ a nobis ſuo loco demonſtratum eſt, quamvis nonnulli imperitiſſimi homines, ea acta Concilii œcumenici titulo exornent.

XLIX. Sanctitas Sua dixit Nuntio, quid agendum.

L. ut in VII. Optat autem a Domino Viennæ Epiſcopo Catalogum habere, quem offert, ut ſciat potiſſimum, qui in Italiam non ſint allati.

LI. LII. Dabit ſua Sanctitas negotium hoc peritis in Linguarum exterarum cognitione viris aliis, præſertim quia Pagninus obiit, ſed eo peritiores in lingua Græca vivant ad laudem Dei.

LIII. Et hoc fiet favente Domino.

LIV. LV. LVI. Hanc ob cauſam Sanctitas ſua aliquos & doctrina, & ſanctitate vitæ inſignes Prælatos ad ſe vocavit.

LVII. LVIII. Fuerat facta mentio in Bullæ typo pro terris ſubditis Papæ, quatenus ſe extendit ejus temporalis juriſdictio: verum quia hoc nihil ad Germanos, & pro iis, qui per terras Eccleſiæ ſunt tranſituri, non erit opus: ideirco fuit e Bulla Concilii ſublata mentio ſalvi conductus, & reſervatum hoc Cæſareæ Majeſtati, quæ in bello occupata, non potuit huic rei vacare. Cæterum datum eſt negotium Domino Nuntio, ut de hac re cum Sereniſſimo Romanorum Rege loquatur, & hoc itidem tractabitur hic cum Oratoribus Cæſaris: neque dubium eſt, quin ſua Majeſtas id libentiſſime faciat, cum tantopere Concilium deſideraverit.

LIX. LX. Factum jam eſt de more priſco; reliqua vero, quæ Dominus Epiſcopus Viennæ in hoc capitulo commemerat, poterunt ipſi Epiſcopi inter ſe ſtatuere, dummodo circa conditionem perſonarum, quæ Synodo intereſſe debent, a ſemita ſanctorum Conciliorum non deerrent. De hoc etiam Dominus Nuntius plura referet, qui cum

ad

ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum reſcripſerit de iis, quæ in X. notata ſunt, Sanctitas ſua non deerit honori, commodo, & dignitati Eccleſiæ Dei ſibi commiſſæ.

LXI. De hoc ſcribat Dominus Nuntius ex conſilio Domini Epiſcopi Viennæ, & Sanctitas Sua non deerit.

LXII. Dedit Sanctitas ſua in mandatis Domino Nuntio, ut cum Regia Majeſtate tractet.

LXIII. Non deerunt ad hoc, & alii docti, & Catholici Viri tam Itali, quam Tranſalpini, præter eos Germanos, quos Sanctiſſimus Dominus noſter intellexit eſſe in hac re egregie paratos.

LXIV. LXV. Libenter Sanctitas ſua intelliget conſilium Domini Epiſcopi.

LXVI. Pro prima parte Concilium diſponet authore Domino. Pro ſecunda Sanctitas ſua quotidie precatur Deum, & non male ſperat.

LXVII. Dicat audacter quæ vult Domino Nuntio, & ipſe ſcribet caute & tuto ad Sanctitatem ſuam.

LXVIII. LXIX. LXX. LXXI. Sanctitas ſua ſicuti libere, & lubenter indixit Concilium, quod etiam ſtatim ineunte Pontificatu ſignificaverat; ita nihil ad hoc tam ſanctum opus peragendum ſibi faciet reliqui: & niſi Orbis ardeat bellis, aut alius [quod abominatur] ſiniſter eventus pluſquam legitime impediat, Sanctitas ſua quaſi pro comperto habet rem, & fauſte & feliciter perficiendam. Et hanc ob cauſam conciliare Principum Chriſtianorum animos ſumma ope hactenus nixa eſt, & ſemper in hoc perſeverabit.

LXXII. Agnoſcit Sanctitas ſua jam multis exemplis optimam mentem, ſtudium, & præclara opera Domini Epiſcopi Viennæ, cujus Sanctitatis Sua loco, & tempore nequaquam immemor erit.

XXXIX. Accepto Pontificis reſponſo cujus ſupra meminimus *Joannes Faber* Viennenſis Epiſcopus, ut flagrantiſſimo ſtudio amplificationem fidei Catholicæ proſequebatur, excindendæque, ac reprimendæ hæreſi piiſſimo ardore incumbebat, ſcriptis ad Joannem Moronum Epiſcopum Mutinenſem Pontificium in Germania Internuntium, expoſuit extremam celebrandi quantocyus Concilii neceſſitatem: quaſve Urbes, quos Principatus, quæ Regna invaſiſſet hæreſis, ejuſque progreſſus, modos, fraudeſque Hæreticorum ob oculos propoſuit: nec non quæ ad confirmandam Religionem Catholicam conducerent in luce collocavit.

MS. Franc. Cardin. Barberin. ſign 2677. pag. 46.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino D. Joanni Epiſcopo Mutinenſi, Sanctiſſimi D. N. Pauli hujus nominis Papæ III. ac Sacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ cum poteſtate Legati de Latere Nuntio, Domino ſuo per omnia obſervando.

Reverendiſſime in Chriſto Pater ac Domine. Quamquam in primis præparatoriis nonnihil attigerim quam neceſſarium ſit univerſale celebrare Concilium: tamen ut Sanctiſſimus D. N. alioquin ſponte ad hoc diviniſſimum opus feſtinans promptior, & ad hoc inclinatior reddatur, putavi, ut is, qui ſedet in altiſſima Sede, veluti ſpeculator aliquis, & ſupremus Vicarius Chriſti, convertat oculos ſuos, & circumſpiciat univerſum Orbem Chriſtianum. Quod ſi ſua Sanctitas pientiſſimos oculos ſuos converterit ad Germaniam, illic inveniet inclytam hanc Nationem undequaque infinitis prope hæreſibus & erroribus, ne dicam impietatibus, plenam, ac refertam. Inveniet ſcilicet non ſolum a via Catholicæ Eccleſiæ ſimplices & rudes, ſed & potentiſſimos Principes, & multos, qui doctiſſimi volunt haberi, defeciſſe. Neque ſatis eſt Laicos deprehendere, ſed & a via veritatis aberrare Eccleſiaſticos: & utinam inter illos non eſſent Epiſcopi, & Archiepiſcopi. Moriuntur quotidie boni, & qui perſtiterunt huc uſque in fide & religione Catholica, ſed interim ſuccreſcunt, & quaſi in teneris educantur, qui venenum hoc peſtiferum hauriunt tum a parentibus domi, tum a prædicatoribus in Eccleſiis. Contingit enim, ut quotidie res illa more andrabuli creſcat in pejus; & fere eſt, quemadmodum in Paulo legitur, quod quorumdam ſermo ſerpit, *ut cancri, aut ſi malueris, ut gangræna.* Jo. Faber. Ep. Vien.

Prævaluerat hoc malum in parvo Germaniæ angulo, & in Aquilone, unde venit omne malum, locus obſcurus erat Wittemberga, & ſine nomine. Illic autem cum erigerentur, quaſi ſub Jeroboam duo aurei vituli in Dan, & in Bethel, id eſt Luthero, & Caroloſtadio, cœpta eſt negligi Jeruſalem, cœpitque populus dicere Catholicis, & antiquis Prædicatoribus: Nolite nobis videre viſiones has: Nolite dicere, hæc dicit Dominus: Prædicate nobis placentia. *Factum eſt inde, ut tota Saxonia, quæ ſub Electore eſt, a Sede Romana defecerit, & Haſſia, ac magna Weſtphaliæ pars: defecit Ducatus Wittembergenſis, Principes denique de Luneburg, ac alii permulti, & Principes, & Comites mordicus has hæreſes fovent, ac ſuſtinent. Nolo hic commemorare, quot, quanti Principes, etiam magni, nutent, vacillent, & altero pede claudicare incipiant. Et formidandum eſt, ut aliquis inter Germanos Catilino inſurgat, & totum Statum Eccleſiaſticum hianti ore devoret, deglutiat, & perdat.*

Sunt præcipue Germaniæ Civitates huic, & tan-

& tanto malo fere omnes addictæ, ut jurejurando ſeſe obſtrinxerint; Inter has ſunt Argentina, Ulmæ, Franckfordia, Conſtantia, Lindavia, Eſſelingen, utinam non Auguſta Vindelicia, Nuremberga, & aliæ Civitates quamplurimæ, quæ omnium ſunt potentiſſimæ. [1] *Jam [quod periculoſius eſt] fere omnes corrupti ſunt, & abominabiles facti*, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum; *nam, etſi Sereniſſimus Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque Rex Ferdinandus, Princeps, & Dominus meus Clementiſſimus, in hanc horam ſuis edictis, mandatis, & ordinationibus [quantus quantus eſt] conſtantiſſime defenderit, quidquid uſpiam fuit, quod ad Religionem pertineret orthodoxam: nihilominus tamen vulpes & vulpeculas hæreticorum, ſtrophas, nugas, nænias, tendiculas, & conventicula prohibere, & præcavere non potuit: quia in Hungaria ſunt loca plurima, in quibus Lutheraniſmus arridet, & maxime placet. De Moravia & Sileſia certiſſimum eſt, ut Anabaptiſtis, Piccardis, Lutheranis, & Zuinglianis non careant. Bohemiæ Regnum, proh dolor! in multas, & diverſiſſimas ſectas ſciſſum eſt.*

Redeo ad Aquilonem. Quid, aliud Regnum Suediæ, quid aliud Regnum Norvegiæ, quam ipſiſſimus Lutheraniſmus, & Zuinglianiſmus? Quam inconſtantes autem in fide, & religione ſint, aut fuerint, etiam contra edicta, & ſeveriſſimas executiones Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis inferiores Germani, nonnullæ ſeditiones, & multæ rebelliones docuerunt. Quod ſi quis Regnum Angliæ ſpectet, ecce quam inſperata mutatio facta, ut illic ex defenſore Chriſtianæ fidei, qualis, me præſente, & meis temporibus, declaratus eſt, Rex factus ſit maximus apoſtata Fidei. Ad Meridiem ſpectantes ex Germania. Ecce populus Helvetiorum, alioquin potentiſſimus, & numeroſiſſimus, Zuinglianæ & Œcolampadicæ ſectæ fere totus, demptis quibuſdam Cantonibus admodum paucis, ſeductus eſt. Quod ſi illi pro more ſuo veteri eruperint, quemadmodum anno præterito irruerunt in Ducem Sabaudiæ, pervertent, & evertent quidquid uſpiam in finitimis Catholicorum eſt veſtigiorum. De Gallia quid dicam? Dedit illa nobis plures Apoſtatas, & Hæreticos, quam peperit etiam ipſa Germania, inde natum erat hoc monſtrum Lamperti, inde venit nobis magnus Hæreticus Arianus, qui contra Trinitatem juſtæ magnitudinis librum ſcripſit. At hæc notoria ſunt Sanctiſſimo Domino noſtro quam ut multis enumerare neceſſe ſit. Faxit Deus ut in Italia non ſint, qui muſſitent, & dicant Lutheraniſmum rem eſſe ſanctam, & valde religioſam.

Huic & tanto malo, principio obſtandum erat: quod ſi ſero nimis medicina parabitur, nihil certius expectari oportet, quam ruina Chriſtianitatis. Hujus vulneris unicum emplaſtrum, unum malagma, unaque reſina, eſt univerſale Concilium; in hoc convocentur Hæretici: mitigabuntur feroces animi, reintegrabitur Eccleſia, præſervabuntur a vaſtatione Templa, Monaſteria, & Sacræ Ædes: erigentur capita juſtorum, & Catholicorum; tollentur zizaniæ, ſumat confidenter pro ſe Sanctiſſ. D. N. quod Chriſtus, cujus Vicariam agit, in terris, docuit, & prædicavit; Matth. 13. Aperuit enim ille os ſuum in parabolis; *& inter cætera docuit*: Simile eſſe Regnum Cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo: cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuper ſeminavit zizania in medio tritici, & abiit. *Ut mox: Ecce quam apte iſte ſermo cadit in hæc tempora; num oporteat, vel celebrare, vel differre Concilium, meo judicio, nihil in toto Evangelio eſt, quod expreſſius dirigat Pontificis maximi animum, quam parabola hæc de ſemine, & zizaniis. Ante Lutherum creditus eſt unus Deus, erat omnium una Fides, in omnibus Regnis, & per omnes Provincias erat unum Baptiſma, erant lætæ ſegetes, copioſaque meſſis: ſeminatum erat bonum ſemen in toto Orbe, ſed dormientibus nonnullis, ad quos vigiliæ pertinebant, ſupervenit ille inimicus, diabolicus Lutherus, ſuperſeminavit zizania, ſupercreverunt, & ſupra modum multiplicata ſunt.*

NOTÆ [1] HOc anno Colonienſis Provinciæ Patres in Synodum convenientes Coloniæ ſub Hermanno archiepiſcopo multa ſanxerunt ad cleri præſertim reformationem apprime utilia, quæ dein Concilii Tridentini Patres in commodum eccleſiæ univerſalis transferenda cenſuerunt. Totum illud Concilium in partes diſtinguitur XIV. quibus ea primum, quæ in aſſumendis in ſortem Dei clericis ſervanda ſunt, dein ipſorum clericorum munia ſtatuuntur. Tum gradus fit ad Parochos, & munus illis demandatum. Succedunt canones de legibus in Eccleſia condendis, & conditis. De Monachis parte ſtatutorum X. agitur; parte XI. de Hoſpitalibus, aliiſque piis locis; reliqua de cæteris ad eccleſiam utcumque pertinentibus diſponunt. Breviarii & Miſſalium reformationem refectis iis quæ ſolidæ pietati abſona religioſa quorumdam inſcitia invexerat, neceſſariam Patres illi agnoſcunt. Qui huic Synodo præfuit Hermannus Archiepiſcopus non ita poſt multos annos fidem cum hæreſi commutavit. MANSI

ſunt. Reſtat ergo ut colligantur, & alligentur in faſciculos ad comburendum, ideſt ut damnentur anathemate in Concilio.

Jam forte repetet Reverenda Dominatio Veſtra, diſſidia Chriſtianorum Principum in cauſa eſſe, & forte ne minus poſſit celebrari concilium. Reſpondeo ad hoc, oportere celebrari concilium, ut reintegrentur, & ut reconcilientur Principes: cujus exemplum eſt, primum, quod Jeroſolymis celebratum extat concilium. Numquam, vel difficillime ſeditio, quæ propter Circumciſionem in Antiochia facta, vel ſedari, vel compeſci potuit, niſi Paulus, & Barnabas accepiſſent a concilio Apoſtolorum, & Seniorum, qui Jeroſolymis erant decretum. Patres itaque, ſi Mantuæ in Spiritu Sancto congregati fuerint, id faciant, id teneant, ac aggrediantur: quod Patres inter diſſidentes Reges, & Principes multos in Baſileenſi, & Conſtantienſi conciliis, feciſſe leguntur, & ſtudeant componere lites.

Ad difficultatem autem, quæ de Turcis, & Barbaroſſa proponitur, itidem reſpondeo, non eſſe modum magis idoneum, quam per concilium tractari, ut Pontifex, Cæſar Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque Rex, deinde Galliæ, Portugalliæ, aliique Reges, ſemel inter ſe conveniant, ac confirment, ut de cætero junctis animis, manibus, armis, viribus, tam aqua, quam terra aggrediantur, hoſtes adverſarios crucis, & nominis Chriſti, & ſupprimant ſpurcam, fœdam, & turpem Machumeti ſectam. Nec eſt, quod Sanctiſs. D. N. a celebratione concilii movere, aut abſterrere debeat, quod Lutherani venturi non ſint. Faciat ſua ſanctitas quemdmodum in Iſaia legitur, & exclamet dicens. Omnes ſitientes venite ad aquas, expandat tota die manus cum Chriſto. [Et infra.] Neque tantopere curandum eſt, etiamſi perſonæ Prædicantium, & ſeductorum præſentes non fuerint, ſatis ſit Sanctiſſimo D. N. & nobis Catholicis omnibus habere libros illorum, ſcire hæreſes, & non ignorare errores, ac malefacta illorum, quæ ſi condemnata fuerint unanimi conſenſu Patrum, adhuc Dominus Deus ſervabit ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ſua ante Baal, & cedet ſine dubio illorum abſentia his ipſis in maximam confuſionem, ignominiam, & ruinam: creſcet autem ſupra modum authoritas, & reputatio Sanctiſſimi D. N. & Cathedræ Divi Simonis Petri, ac Romanæ Eccleſiæ. (Et paulo poſt:) Quod ſi non celebretur, & mature, concilium jam indictum, deſperata res erit reliquorum Catholicorum, quorum [proh dolor!] re-

liquiæ paucæ ſunt: ſubmurmurabunt perpetuo Lutherani, ficta, & figmenta eſſe; quæ de concilio publicavit, & intimavit Apoſtolica Sedes; dicent, Pontificem metuere ſibi ob malam cauſam: Et ecce, quid fiet, velint, nolint optimi quique pertrahentur in nationale concilium, de quo toties in comitiis Imperialibus ſermo eſt habitus, & concluſio facta. Subſequentur, & Provinciales Synodi, excutient cervices ab obedientia Sedis Romanæ: [nam id totum adverſarii cogitant,] & diruentur Eccleſiæ, & Monaſteria, prohibebuntur omnes, ne Romam eant, ne quam obedientiam poſt hac, & de cætero faciant. Hæc tam certa ſunt, & formidanda, ut nihil certius, vel cogitari, vel dici poſſit. Et videat ſua ſanctitas ab exemplo Regni Bohemiæ, illic enim ſemel extincto Archiepiſcopo Pragenſi, & dirutis Monaſteriis per Thaboritas, & Ziſcam, nulli Oratores, nulli [etiam, utcumque Catholici Reges] potuerunt obedientiam Romanæ Sedi debitam en toto recuperare, aut reſtituere. Utile itaque fuerit iratos, & incenſos Germanorum animos placare, & inſolentes gladio verbi Dei, & authoritate Eccleſiæ convincere. Et infra.

Omnino conſultum erit, immo conſultiſſimum, ut quantocyus Sanctiſſimus Dominus Noſter ſcribat catholicis Doctoribus, & unicuique ſingulariter, ut excerpta, ſeu extracta hæreſum, ſeu errorum comportent. Erunt autem diſtribuendi labores hoc modo, ut ſcribatur Doctori Joanni Echio quatenus triplicem ſubeat laborem: Primo, ut comportet Lutheri, Zuinglii, Œcolampadii, & eorum ſequacium hæreſes, errores, diſſidentias, & contradictiones, noteque, in quo libro, ſub quo titulo vel capite, & quibus verbis, unaquæque hæreſis ſcripta ſit: quodque adiiciat brevi compendio, quare putet, & ſentiat hunc, vel illam hæreſim reprobandam eſſe: & quod lucide declaret, num ſit, vel antiqua, vel nova hæreſis, & ubi, atque in quo concilio damnata. Secundo, ut lapſus, & errores, quos Hæretici in vertendo, & pervertendo, utrumque Teſtamentum admiſerunt, in unum, & breve compendium colligat. Tertio, ut ſuos, & aliorum Catholicorum, etiam Lutheranorum libros comportet, & ſecum in Italiam tempore concilii ferat.

Doctori Frederico Nauſeæ injungendum eſſe puto, ut Dominationi veſtræ Reverendæ offerre non gravetur ea, quæ centum gravaminibus nationis Germanicæ, contra Sedem Apoſtolicam conceperit, tradat, & quæ contra Sacramentarios, & Anabaptiſtas, & ſeditioſos Apoſtatas faciant, e Scripturis colligat, & in unum comportet.

Doctor Joannes Coclæus decem octo libros nondum editos habet, in quibus ex ordine deſcribit totam Lutheri, & Lutheranorum tragœdiam quaſi Annales. Hos libros conducibiles eſſe puto, ut habeat S. D. N. & hi, qui ad Concilium deputati ſunt: nam valde conducet ex illis videre tot Sectas, ſciſſuras, & rebelliones, & ſeditiones omnes ex hoc uno malo ortas, & pullulatas. Sanctiſſimus D. N. in principio Concilii deteſtari debebit hujuſmodi inauditas cruentas tragœdias: nam ex hoc uno Evangelio Lutheri depravato perierunt ruſticorum pluſquam centum millia anno MDXXV. Num hoc ſit vere prædicare, & illuſtrare Evangelium, dicet Pontifex, optimi quique cogitent, & judicent, quando omnino ſoli hi ſpecioſi pedes evangelizantium ſunt, qui pacem evangelizant, & bonum annuntiant. Scripſit & idem Coclæus Philippicas contra Philippum Melancthonem: ſcripſit & quædam alia, quæ ſi habita fuerint, multum proderunt. Illi injungendum eſt, ut ipſe colligas hæreſes, & errores præcipuos. Scripſit tres alios libros, nondum editos, contra diverſas hæreſes Lutheri: cui puto injungendum, ut & hos libros edi, & publicari faciat: ſed & in hoc genere feliciſſimus eſt, ut contradictiones in unum colligas. Propterea illi injungendum eſſe puto, ut cogitet, & labores in unum exportare, ubi, & quomodo diſſideat a ſe Lutherus. Secundo, in quibus, & quantis diſſideat Lutherus a ſuis Lutheranis, hoc eſt a Carluſtadio, Zuinglio, & Oecolampadio, Anabaptiſtis, & hujus farinæ hominibus. Tertio ut in unum colligat, quomodo, & ubi Lutherani, qui jurarunt in verba Lutheri, inter ſe diſcrepent.

Sed & hoc attendere debet Sanctiſſimus Dominus noſter, quod quam primum tunica illa inconſutilis Chriſti apud Germanos ſciſſuram habere cœpit, non modo Principes, & Civitates, ſed & paſſim viliſſima Oppida cœperunt novam religionis formam, & normam formare conſtituerunt. Itaque ſuper Baptiſmo, Miſſa, de cæremoniis, ac de rebus hujuſmodi multis, & quaſi jurejurando firmarunt ſeſe hæc in perpetuum ſervare velle: ſed infidelium, & impoſtorum eſt mos, ut nunquam ſibi ex æquo conſtent, ut omni vento doctrinæ agitentur, neque ſint, aut permanere poſſint ſtabiles: propterea mox, & pauco poſt tempore mutaverunt ſtatuta, conſtitutiones, & ordinationes. Et ridenda res eſt, quid Lutherani non ſolum in una Provincia, ſed & in una Civitate, in una domo, immo in una menſa nunquam conveniant.

Ut itaque S. D. N. & cœtus Concilii ſacer videre, & expendere poſſint, quo ſpiritu ſchiſmatis, & vertiginis agitati ſint Lutherani, conducibile erit, ut doctor Eckius, & Doctor Cochlæus diverſas diverſarum Provinciarum, & Civitatum ordinationes, normamque antiquæ religionis novatricem in manus ſumant, & extra hanc, ubi, quibus in locis, quam varie, & quam contradictorie ordinationes in ſe, a ſe, & inter ſe diſcrepent. Hoc habito, lucrabimur populum communem, ut ſint intellecturi omnes, Lutherum, & Lutheranos non habere Spiritum Dei, cujus proprium hoc eſt, ut per omnia ſibi conveniat, & ſibi ſimilis ſit. Et hic videbunt omnes tale monſtrum, ut etiam Poetæ priorum ſæculorum nunquam tale finxerint: & planum fiet, Regnum Diaboli tot habere capita, tot habere monſtra. Et revera miranda res eſt, quod ii, qui nec unius ſententiæ, vel opinionis ſunt, adhuc novis fœderibus, & colligationibus in rebus, & negotiis, contra Deum, & Cæſarem velint eſſe juncti. Oportebit itaque hoc modo diſſolvere colligationes, & faſciculos impietatis: Ad hæc excerpenda meliores non erunt, quam Doctor Eckius, & Cochlæus.

Pro Sacrificio Miſſæ, ibi enim cardo rerum vertitur, & pro veritate Sacramenti valebit Nauſea, Eckius, Cochlæus, Vicelius, Doctor Meſingerus Ordinis Prædicatorum, Ut hic fortiter pugnandum erit.

Tranſmiſit eodem tempore Joannes Eckius ſtrenuiſſimus fidei Catholicæ pugil ad Pontificem libros, quos ad diſcutiendas offuſas Germaniæ Lutheranæ hæreſeos tenebras ſcripſerat, quem Paulus amantiſſimo hoc reſponſo cohoneſtavit.

Dilecto filio Joanni Eckio, familiari Noſtro.

Dilecte fili, Literas, ac libros tuos Nobis ſuperioribus Menſibus oblatos recepimus, & infra. *Nos, fili, te valde diligimus, optimeque de nobis meritum judicamus, proinde omnem occaſionem cupide amplexuri ſumus, qua erga te, & omnes iſthic tui ſimiles nos memores, gratoſque reddamus. Datum Romæ, &c.* XXVI. *Junii MDXXXVI.*

Advocavit ad ſe Paulus III. Pontifex Præſules virtute claros, ut illi auxilio eſſent in tam gravi negotio celebrationis Œcumenici concilii, ut ſubjectæ literæ ad Jo: Petrum Caraffam epiſcopum Theatinum, & Reginaldum, Polum oſtendunt. XL. Ad Urbem vocat Epiſcopos magni nominis pro Concilio Paulus III.

Joanni Petro Caraffæ Epiſcopo Theatino.

Venerabilis frater. Credimus eſſe perlatum ad Fraternitatem tuam, nos de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E.

Car-

Mantuæ concilium indictum.

Cardinalium conſilio, & aſſenſu Sacrum Œcumenicum, univerſale, & generale concilium Mantuæ celebrandum, & in die XXIII. Maji proximo futuri inchoandum indixiſſe. Quod tibi, & ſimilibus tui Prælatis, pietate, ac doctrina ſingulari præſtantibus, & honorem Dei, nitoremque Sanctæ Eccleſiæ zelantibus non dubitamus pergratum, & iucundum accidiſſe, Nobis vero non minus accidit gratum habere Fraternitatem tuam inter cæteros Eccleſiarum Prælatos, inſignes, qui hoc tempore Deo, & Nobis piam, & fructuoſam operam præſtare poſſint ad ſinceritatem fidei, & puritatem Eccleſiæ reſtituendam, cunctaque interim ſalutariter, & pie dirigenda, & ordinanda. Quamobrem eandem Fraternitatem tuam hortamur, eique mandamus, ut mitigatis his æſtivis caloribus, & cum ſuo alioqui commodo ad Nos veniat, ut eius conſilio, pietate, & doctrina in cunctis præparandis, & diſponendis, ſicut cupimus, uti poſſimus. Datum Romæ apud S. Marcum die XXIII. julii MDXXXVI. anno II.

Bloſ.

Evocavit pariter ad ſe Reginaldum Polum Regia Anglorum ſtirpe proſeminatum, qui pro aſſerenda orthodoxa religione, contra Novatorum ſabulas eruditiſſimos Commentarios ediderat, ad quem ſic literæ exaratæ fuere.

Dilecto filio Reginaldo Polo nobili Anglico.

Paul. III. lib. brev. an. 2. p. 353.

Dilecte fili ſalutem, &c. Quoniam generale concilium ad Reipublicæ Chriſtianæ beneficium nuper indiximus, & in animo nobis eſt, ex omni fidelium Natione doctos congregare, qui in tam laudabili opere nobis aſſiſtant: te, de cuius nobilitate, doctrina, ac probitate, ſinceraque in religionem, & Dei Eccleſiam mente, cum ex ipſis operibus tuis, tum fide dignorum teſtimonio plura accepimus, pro Natione Anglica deputandum cenſuimus, & benemeritum, in quem hoc conferatur judicii arbitrati ſumus; utere igitur hac honoris prærogativa, & benemerendi de Catholica fide occaſione, &c. Datum Romæ apud S. Marcum XIX. julii MDXXXVI. anno II.

De accerſendis ad ſe viris doctrina, & pietate ſpectatiſſimis, qui concilio intereſſe poſſent, deliberaſſe Pontificem in Cardinalium ſenatu, necnon de Internuntiis in varia Regna mittendis pro indictione concilii Regibus, Principibuſque, atque Epiſcopis denuntianda, referunt Acta conſiſtorialia his verbis. *XXI. Julii fuit Conſiſtorium, Sanctiſſimus Dominus noſter decrevit intimare concilium per ultimos Nuntios, decrevit quoque congregare optimos viros, qui intereſſe poſſent concilio faciendo.*

Acta Conſiſt. mſ. Cardin. Spada fig. 133. p. 302.

Decreta hæc in opus provocata oſtendunt plures literæ, atque in primis datæ ad Sigiſmundum Regem Poloniæ, cui indictum concilium his de cauſis expoſuit Paulus. Pro delendis hæreſibus, morum vitiis tollendis, conciliandis Principum diffidiis, ut generalis expeditio in Turcas conficeretur. Singulari vero pietate, cum fortitudine conjuncta excelluit Sigiſmundus, ut qui non modo Poloniam a Turcarum tyrannide, ſed etiam ab Hæreticorum ingreſſu, & graſſatione vindicarit, cui etiam Paulus ſignificavit, miſſum Internuntium, ut Præſules Polonos ad concilium vocaret. XLI.

Sigiſmundo Regi Poloniæ.

Paul. III. lib. brev. an 2. pag. 481.

Cum ipſa celebratio concilii ad hoc intendatur a nobis, ut hæreſes tollantur, diſſenſiones componantur, Eccleſia in moribus reformetur, fiatque demum generalis expeditio adverſus perfidiſſimos Turcas, cui juſtius hanc celebrationem concilii ſignificabimus, quam tibi, qui ſemper fortiſſimus Chriſti Athleta, pia arma adverſus impios exercuiſti, & omnes hæreſes a tuo Regno, & Dominiis [quamquam vicinas, & validas] ita propulſaſti, ut nemo hæreticus te ſciente in tua ditione diem unum vivere potuerit, pro quo tibi Deus Omnipotens præter hoc terreſtre, quo frueris, etiam cæleſte Regnum nunquam deſiturum adiiciet, itaque pro certo habemus, te optimum, ac pientiſſimum Principem ipſam celebrationem concilii tanquam ſingulare præſentibus turbationibus remedium lætanter, & pie accepturam eſſe: mittimus ad te [dedita opera] dilectum filium Pamphilum a Straſoldo Sedis Apoſtolicæ Prothonotarium, & intimum Camerarium, ac Nuntium noſtrum præſentium latorem, ut Maieſtati tuæ hoc ſanctum, & ſalutare opus particulariter ſignificet, deindeque cum Metropolitanis, & Epiſcopis tuorum Regni, & Dominiorum idem agat, & exequatur, &c. Datum Romæ apud S. Petrum X. ſeptembris MDXXXVI. anno. II.

Ob quas cauſas celebrandum ſit Concilium. Poloni Regis ſollicitudo in excludendis Regno hæreticis commendata a Pontifice. Miſſus in Poloniam Internuntius pro Concilii promovenda cauſa.

Bloſ.

Daniæ etiam Regem, qui Lutheranæ hæreſi ſe addixerat, de indicto a ſe concilio Pontifex certiorem fecit, ut in eo incorruptæ veritatis puritatem hauriret, maleque ſuſceptos errores abjiceret, rogavitque, ut ſi ad illud accedere non poſſet, Regni ſui præſules ad id venire permitteret. XLII.

Regi Daniæ.

Paul. III. lib. brev. p. 517.

Chariſſime, &c. Licet, quemadmodum Serenitati tuæ jam innotuiſſe arbitramur, Œcumenicum univerſale, & generale concilium de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu indixerimus, &

pu-

publicaverimus in Civitate Mantuæ celebrandum, & in die XXIII. Maii proxime futuri inchoandum; ipſamque indictionem, & publicationem Romæ factam ſufficere ſciamus; tamen cum illa non contenti, per omnia Chriſtianitatis, Regna, & Provincias, & præſertim per totam Germaniam prædicari ter faceremus, id ipſum etiam particulariter tuæ Majeſtati, ac Prælatis tui Regni ſignificandum, & exempla Bullarum ipſius Indictionis mittenda duximus, quibus certiorem, & pleniorem rei notitiam tua Majeſtas, una cum ipſis Prælatis habere poſſit; hortamur igitur Serenitatem tuam in Domino, ut tu ipſe pro tua bonitate, [quod mallemus] aut ſaltem per ſolemnes Oratores tuos congruo tempore eidem Concilio in dicta Civitate Mantuæ intereſſe, utque Prælati tui Regni perſonaliter interſint efficere velis juxta ipſius Bullæ indictionis continentiam, ſicut pro certo habemus tuam Serenitatem pro boni Principis officio eſſe facturam. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die x. Septembris MDXXXVI. anno II.

Simile Regi Sueciæ. *Regeſt. poſt eand. ep.*

Conceptæ ſunt eadem verborum forma literæ ad Sueciæ Regem, ut ad celebrandum Concilium pari conſenſu conſpiraret. Paternis monitis Pontificis non aſſenſere Lutherani Reges, ac Principes, ſed ab improbis Impoſtoribus ſubornari ſe paſſi ſunt, ut indictum Mantuæ Concilium reiicerent. *Is locus* inquit Surius *non placuit Germaniæ Proteſtantibus, allegabant multa pericula, quæ tamen longe juſtius allegaret Pontifici, imminebant nempe ſi in Germania, ut Hæretici contendebant, indiceretur, edere nolebant, incitati a verſutis concionatoribus, qui Pontificem in ſummum odium, & contemptum abducere non ceſſabant.* Habiti ſunt proximo anno menſe Februario Smalcaldiæ conventus ea de cauſa a Lutheranis, qui infecta re ſoluti fuere.

Surius in comm.

XLIII. Lutherani timent indictum Concilium.

Sed hæc nitidius illuſtranda videntur ex aliis inſignibus documentis. Cum per Germaniam Concilii Indictio opera maxime Joannis Moroni, Epiſcopi Mutinenſis Internuntii late promulgata eſſet, Lutherani primum expavere, illud, poſtulante Cæſare, fuiſſe indictum a Pontifice; nam ſi Cæſarea mens Cæſareis verbis conſentiret, religionis cauſa ſibi bellum a Cæſare inferendum putarunt, cum decretis Conciliorum obtemperare nollent: quare gravi terrore concepto ſpectabant ad arma. At Cæſar veritus, ne Gallo forte ſe conjungerent, illos literis VII. Julii ſcriptis confirmavit, ne falſis rumoribus crederent, ipſis religionis cauſa bellum illatum iri, atque adeo tuti pacem colerent; quibus acceptis recreati e metu, atque in perfidia magis confirmati, menſe Septembri literis queſti ſunt apud Cæſarem; publicata fuiſſe programmata de Concilio indicto, quod ſibi ſuſpectum dixere, utpote celebrandum ab Epiſcopis, qui contrarias ipſis partes foverent, atque adeo hujuſmodi Judices ſibi inſenſos. Eo etiam progreſſa eſt eorum impietas, quod cum plures eorum hæreſes a veteribus Conciliis damnatæ ſint, aſpernari, concilia Œcumenica non perhorruerint, eoque inſolentia elati ſunt, ut profiterentur Concilia vetere inſtituto a principio naſcentis Eccleſiæ celebrata ab Epiſcopis, non eſſe Chriſtiana, & libera, ſi quod vero ab Hæreticis congregetur, hoc futurum Chriſtianum, & liberum; nec adverterunt, quod ſi ſubditi, qui a ſuo Principe defecere, ſtare Principis decretis teneantur, multo magis, qui novarunt in Dei Eccleſia, Eccleſiæ, quæ ex Apoſtolo columna eſt, & firmamentum veritatis, decretis debere obtemperare: & quaſi fidei controverſiæ ſimiles eſſent aliarum litium nugis, inter Catholicos, & Lutheranos quoſdam infideles neutri parti addictos Judices eſſe a Cæſare expetiverunt, ac ne quis falſa nos ipſis affingere putet, eorumdem hæretica deliramenta repetemus ex impiiſſimis Principum Lutheranorum ad Cæſarem datis literis.

Ext. apud Dolgaſt. to. 1. pag. 179.

Jo. Frid. & aliis Princ. *Ext. apud Goldaſt. to. 1. pag. 179.* 7. Jul. Hiſpali, ne credant falſis rumoribus, ſe religionis cauſa iis bella illaturum pacem ſervent.

Licet, & multorum relationibus, & item ex quibuſdam chartis excuſis typis in Germania accipiamus, quod flagitante Majeſtate Veſtra, Paulus Pontifex III. Concilium generale Mantuam indixerit, noſque ex iis intelligere non poſſumus, qua ratione pro dirimendis ſummis in Religione Chriſtiana controverſiis id Concilium videri poſſit liberum, & Chriſtianum, & non magis ſuſpectum, ex paritate, quam multa priora Concilia Pontificum extiterunt. Tamen hanc habemus ſpem de Cæſarea Majeſtate Veſtra, ut Imperatore Chriſtianiſſimo, quod eam cogitationem, & rationem ſuſcipiet, ut illa controverſia religionis ad veram, & ſtabilem concordiam Divino verbo conſentaneam redigatur, neque ſuſpectis, aut partialibus hominibus maximarum iſtarum cauſarum judicium permittatur. Nam nos quidem nihil magis publicæ concordiæ profuturum arbitramur, quam ſi generale Chriſtianum, & liberum Concilium, cujus Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis pacificatio, & item multa Majeſtatis Veſtræ, & Imperii decreta mentionem faciunt, in Germania inſtituatur, cuiuſque celebrandæ ſpe, nos jam antea voluntatem, & ſententiam noſtram Veſtræ Cæſareæ Majeſtati declaravimus,

præ-

præſertim in illo reſponſo, quod ante triennium Maieſtatis Veſtræ Oratori, qui una cum Clementis Pontificis Septimi Nuntio quoſdam noſtrum convenit, dedimus, & ad Veſtram Cæſaream Maieſtatem, haud dubie perlatum fuit. Ac faxit Deus Optimus Maximus, ut ſolum honor, & gloria nominis ipſius quæratur, & illuſtretur, & ſaluti Eccleſiæ Chriſtianæ conſulatur, quemadmodum, nos fore ſperamus, &c. Datæ nona die Menſis Septembris Anno Domini MDXXXVI. Veſtræ Cæſareæ Maieſtatis fideles, & ſubditi Princeps Elector Saxoniæ, & alii Principes, ac Status Imperii, in cauſa Religionis conjuncti.

XLIV. Fulminandum erat armis. *Ext. apud Goldaſt. 180.*

Quæ porro pax a Lutheranis obſervata ſit, ipſi exponunt, nempe, ut Catholicos Religionis odio impune poſſent opprimere, nec ipſi ob everſa Sacra, & oppreſſos Catholicos in jus vocari poſſent; quæ conſtant ex eorumdem impiorum monumentis.

Impiæ Lutheranorum opiniones.

Ut clare intelligi poſſit, nos aliud nihil quam quod honeſtum, & æquum eſſet, pro tranquillitate communi expoſuiſſe, (& infra) *duobus Electoribus Moguntino, & Palatino, Norimbergæ, & præterea ipſi Cæſareæ, & Regiæ Maieſtati ſæpius per literas, & coram ſignificavimus, quod nos negotia illa, propter quæ a ſacrificulis, hypocritis in judicium Cameræ Imperalis pertracti ſumus, vere ſentiamus eſſe cauſas Religionis, cum eu Religione oriantur, neque poſſe ulla legitima, aut juſta ratione diſcuti, niſi prius controverſia Religionis, [ut quæſtio præiudicialis] per generale liberum, & Chriſtianum Concilium definiatur: & ut hæc rectius, ac clarius intelligantur, ſubiiciemus quædam exempla. Vocantur quidam noſtrorum conjunctorum in jus hac de cauſa, quod impiam, ac Dei verbo adverſantem Miſſam Pontificiam [ita loquuntur Sathanæ infœliciſſima mancipia,] ac cæremonias in ſuis Territoriis abrogari curaverint. Ibi noſtri pro ſui defenſione opponunt, quod talis Miſſa pugnet cum vera Religione, ſitque plena impietatis, & idololatriæ, ut ex literis clare oſtendi poteſt, eaque de cauſa ſe juſte hanc abolevisse adſerunt. [Quis non lugeat in tantam impietatem prolapſos? De ea impune gloriari potuiſſe non ſubdunt.] Hic arrogat ſibi Camera Imperialis judicii cognitionem. Obiiciunt noſtri contra iſtorum uſurpatam juriſdictionem; hanc eſſe cauſam Religionis, ac comprehenſam in pace Norimbergæ promiſſa, & conſtituta; cujus cognitio uſque ad generale liberum, ac Chriſtianum Concilium ſuſpenſa ſit hæc diſceptatio partium, an iſta ſit cauſa Religionis, necne, & non poteſt in Cameræ Imperialis judicio [etiamſi illud æquius, & minus partialiter ſe gereret] diſcuti, niſi prius articulus præjudicialis videlicet, an Miſſa Papiſtica ſit impia, necne, definiatur. Nam abſque eo non poteſt ſtatui, an negotium illud abrogationis Miſſæ Papiſticæ ad Religionem pertineat, vel non pertineat.*

Item aliud, ſi Monaſterium aliquod intra noſtrum, vel noſtrorum conjunctorum ditionem, aut Territorium ſitum ſit, in quo perſonæ quædam eius ordinis, ſive profeſſionis eruditæ verbo Dei, [ita vocant verbi Divini corruptores Apoſtatæ] id vitæ genus, ut puta, plenum ſcandalis, & pugnans cum ſincera Evangelii doctrina [ita Sathanæ adminiſtri calumniantur] relinquant, aut ſaltem inter ſeſe aliis cærimoniis ſacris literis conſentaneis, [ut impudenter ſcilicet mentiuntur] utuntur, cæteræ vero perſonæ nolint veritati cedere, ſed in ſuis priſtinis erroribus idololatria, ac impietate pertinaciter perdurare, & interim tamen redditibus, ac bonis Monaſterii, pro ſua libidine frui, & abuti. Hic nos, & noſtri, ut ſcandalum, idololatria, & diſcordia Religionis in ditionibus noſtris probibeantur, non immerito partes noſtras interponimus quemadmodum etiam illi ipſi, qui doctrinam Papiſticam amplectentur, diverſas ſuorum in Religione opiniones, & cultus non ferunt. Accidit ut unus, aut plures iſtorum pertinacium, & indoctorum Monachorum, ac Hypocritarum, qui odio ſincerioris doctrinæ Evangelicæ a nobis aufugerunt, ſpem concipiant ad ſuam priſtinam ſaginam, & idololatriam redeundi, ac propterea litem movent adſerentes ſuum vitæ inſtitutum pium, & ſacris literis conſentaneum eſſe. Jam ſumit ſibi cognitionem Cameræ Imperialis judicium, cui nos nullo modo ſtare poſſemus. Nam de ea præcipue quæſtione agitur, an illud ipſum Monaſticum vitæ genus, doctrina, ac profeſſio veræ pietati conformis ſit, quod iſti confirmant, noſtri vero ſacrarum literarum teſtimoniis, & authoritate freti, pernegant.

Lugenda prorſus eſt horum Novatorum ſtulta cœcitas, qui ubi Catholicam fidem tot Divinis miraculis ſatam, tot Martyrum vulneribus confirmatam, tot Sanctorum Patrum doctrina illuſtratam, tot Œcumenicorum Conciliorum decretis conſtabilitam, tot Doctorum teſtimoniis, tot ſæculorum flexu, tot gentium conſenſu comprobatam, appellaverint fidem Papiſticam. Sathanica vero ſua deliramenta improba, ac diſtorta, Sacræ Scripturæ interpretatione fucata, doctrinam Evangelicam impuden-

Digitized by Google

dentiſſime vocitaverint, dixerintque tenebras lucem, & lucem tenebras veterum impoſtorum more, ſeque jactarint Evangelicos, tum de Eccleſia Romana, adverſus quam portæ, id eſt poteſtates inferorum non ſunt prævalituræ, glorioſiſſime triumphaſſe opinentur. In horum numero eſt Paulus ille Suavis mendaciorum inſuaviſſimus concinnator, qui detrahendi de Pontifice, & Concilio, libidine percitus, inter alias calumnias, quibus hiſtoriam Concilii Tridentini fœdavit, impudenter finxit adactum Pontificem, ut Concilium indiceret, vehementer lætatum, ut quo tempore Italia arderet bello (occupatis a Gallo Rege, Sabaudia, ac Pedemontio,) ea occaſione Concilium armatis cingerent, cuſtodiæ, & protectionis adverſus hoſtiles inſultus ſpecie: quantum vero hæc maligna commenta a vero aberrarint, nitide ex publicis documentis, atque ex Cardinalis Sadoleti, ad Cardinalem Salviatum literis proximo anno afferendis illuſtrabitur, ex quibus conſtat Pontificem pati noluiſſe, ut præſidiarii Milites in ea Urbe tenerentur, in qua Concilium, celebrandum eſſet, ne vis aliqua Patribus illata videretur; atque adeo Concilium Mantuæ non fuiſſe congregatum, cum illius Princeps urbem militari præſidio muniendam contenderet, ſumptuſque militares ea de causa a Pontifice poſtularet, Pontifex vero libertatem Concilii conſtantiſſime aſſereret, at dimiſſo mendacii tenebrione, reliqua Pauli geſta ex Actis Conſiſtorialibus proſequamur.

XLV. *Acta Conſiſt. ſig. n. 133.*

Narrant illa, liberos Italiæ populos hujus anni principio, miſſis Oratoribus, demiſſa obſequia Pontifici detuliſſe. *X. Januarii Oratores Senenſium, præſtiterunt obedientiam Sanctiſſimo Domino noſtro, longa oratione, quam habuit D. Hieronymus Bandinus. Ultima Januarii Oratores Reipublicæ Venetæ præſtiterunt obedientiam, longa oratione habita a D. Nicolao Teupolo Doctore.*

Bullar. in Paul. III. conſt. 11. Boverius in hiſtor. Capuc. to. 1. Veder.

Hoc eodem anno religioſa Capuccinorum Familia, quæ uberrimos pietatis fructus Eccleſiæ attulit novo decreto Pontificio a Paulo III. confirmata eſt. Prætermittendum ſilentio hoc loco non eſt viſum, Pontificem vindicandi ab hæreſi Italiam ſacro ſtudio accenſum, dediſſe imperia Morono Epiſcopo Mutinenſi, ut in Novatores animadverteret, qui Mediolani impuras veterum Hæreticorum Sectas diſſeminare moliebantur.

Venerabili Fratri Joanni, Epiſcopo Mutinenſi, Mediolan. ad præſens commoranti, & Dilecto filio Thomæ Mariæ de Beccadellis Provinciali utriuſque Lombardiæ Ordinis Prædicatorum.

Venerabilis Frater, & perdilecte fili. Pervenit ad aures noſtras, quod nuper Mediolani in tam pia, & inſigni Civitate nonnulla conventicula quorumdam Nobilium utriuſque ſexus inventa ſunt, quandam Sectam, quondam fratris Baptiſtæ de Crema, nuncupatam tenentes, & actualiter obſervantes, in qua multæ hæreſes ab Eccleſia damnatæ, præſertim Beghinarum, & Pauperum de Lugduno nuncupatæ, continentur. Itaque volentes hanc pravitatem a Sathana ſeminatam, quamprimum extingui, antequam pullulet, aut roboretur, vobis, de quorum doctrina, pietate, ac prudentia plenam in Domino fiduciam obtinemus, Apoſtolica authoritate mandamus, ut conjunctim, prædicantes ſuper hujuſmodi Secta conventiculis, & hæreſibus, diligenter inquirere, & repertos culpabiles punire curetis, prout de jure fueris faciendum, &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum die XXVI. *Junii MDXXXVI. anno* II.

Paul. III. lib. brev. an. 2. pag. 349. Is erat Moronus.

Bloſ.

XLVI. *Jo. Coel.*

Porro in Germania Heretici, cum ob pugnantes inter ſe de fide ſententias, populorum odia contraherent, ac concilium a Pontifice indictum, a quo damnandi erant, accepiſſent, ut inter ſe de dogmatibus fidei conſentirent, Synodum Wittembergæ in Lutheri ædibus, quas depulſis Auguſtinianis latrocinio hoc anno invaſerat, habuerunt; de qua hæc refert Coclæus. *Cum hactenus propter diuturnam contentionem, quæ erat inter Lutheranos, & Zuinglianos male audirent concionatores utriuſque partis, cœperunt rurſus inter ſe de concordia agere, ſicut antea fecerant Marpurgi, quando Zuinglius vivebat. Miſſi ſunt itaque ex civitatibus Imperii Zuinglianorum, utpote ex Argentina Capito, & Bucerus; ex Auguſta Bonifacius, & Muſculus; ex Ulma Frechus, &c. Wittembergam ad Lutheranos, ut cum eis concordarent. Egerunt autem præcipue de Baptiſmo, de Euchariſtia, & de Pœnitentia; & poſt multas exprobrationes, & querelas invicem dictas, conſcripſerunt formulam concordiæ, ſed inefficacem; quia propter aliorum abſentiam, & ſine ſuorum Magiſtratuum conſenſu concludere non audebant. In reditu igitur ſuo ſcripſerunt Acta illius tractatus, dum Franckfordiæ ſubſiſterent, ſed ea in lucem edere timuerunt.* In eo ſacrilego Apoſtatarum conventu, Bucerus Apoſtata omni contentione involutam, ac fallacem concordiæ rationem comminiſci, atque obtrudere niſus eſt: ſed illius artes irritas concidiſſe memorat quoque ac narrat Surius. *Mirabiliter laboravit verſipellis Bucerus, ut qualiſcumque poſſet in ſpeciem conflari concordia: ſed quibus non aderat Spi-*

Lutherani & Zuingliani conveniunt, ut inter ſe concordiam ineant, ſed fruſtra.

Surius in comm. *Spiritus Chriſti, qui unius Catholicæ Eccleſiæ, & Doctor, & Moderator eſt, a ſe ſeparant Sectarii omnes; non mirum eſt, certam inter illos concordiam iniri non potuiſſe. Atque utinam ſoli Concionatores, inter ſe mutuis arſiſſent diſſidiis, & non etiam miſerrimam plebem in tam varias, eaſque pugnantiſſimas opiniones, & ſectas diſtraxiſſent. Nullis Buceri quamtumvis verſutis declamationibus, & machinationibus, Helvetii Zuingliani eo permoveri potuerunt, ut Lutheri ſententiæ, aut Buceranis figmentis ſubſcriberent. Nitebatur enim Bucetus illis perſuadere, nullam in rebus ipſis, ſed tantum in verbis ineſſe diſcordiam, quaſi non e diametro pugnent inter ſe. Chriſtus eſt ſubſtantialiter præſens in Euchariſtia, & Chriſtus non eſt illic præſens ſubſtantialiter. Ita inanes fuere Buceriani conatus, qui vix, ut ante dixi, non magnopere curaſſe videtur, utrum huic an illi ſententiæ accederet, licet miram præſeferret in verbis, & ſcriptis, religionem, qua re permultis, impoſuit, qui hominis vafritiem non adverterunt.*

Surius in comm. Zuingliani etiam plura alia conventicula Aroviæ, & Baſileæ, & Tiguri, ac demum apud Bernates coegerunt, quorum poſtremum dixere deridicule generalem Synodum, cum in ea ferme trecenti Parochi maxima ex parte Apoſtatæ excucullari confluxiſſent: ac ſtultorum homuncionum Synagogæ Sathanicæ, magis quam ſacroſanctis conciliis infelices Hæretici crediderunt.

XLVII. *Diarium Petri Pauli Gualterii Aretini p. 329. Surius hoc anno.* Cæterum eodem anno Eraſmus Roterodamus Baſileæ extinctus eſt, qui poſtremis vitæ annis hæreſim, cui antea nimium faverat damnavit, ſcripſiſque oppugnavit, adeo ut, qui antea impiis libellis vitam monaſticam exagitarat Carthuſianum quemdam defectionem a pio inſtituto meditantem, his monitis in priore vitæ monaſticæ conſilio confirmare niſus ſit, ſeque ad vitæ monaſticæ felicitatem anhelaſſe teſtatus fuerit. *Vereor,* (inquiebat,) *ne imponant tibi quorundam præſtigiæ, qui jactant hodie ſplendidis verbis libertatem Evangelicam. Crede mihi, ſi rem propius noſſes, minus te tæderet iſtius vitæ. Video genus hominum exoriri, a quo meus animus vehementer abhorret. Neminem video meliorem, deteriores omnes quosquot ego ſane noverim, ut vehementer doleam, me quondam in libris meis prædicaſſe libertatem ſpiritus.* (Et poſt pauca.) *Quænam hæc eſt libertas? ubi non licet dicere Preces, non licet ſacrificare, non licet jejunare, non licet abſtinere a carnibus? cogita quid talibus poſſit eſſe miſerius etiam in hoc ſæculo.* (Et rurſum) *Emoriar, ſi vel tantillum roboris haberet hoc corpuſculum, ut ſaltem vivere poſſet, ni malim iſthic tecum agere, quam in palatio Cæſaris eſſe primus Epiſcopus. Proinde mi Chariſſime in Domino, & per veterem, immo perpetuam amicitiam noſtram, & per Chriſtum, oro, obſecro, obteſtor, ut iſtud tædium penitus excutias ex animo, nec aurem præbeas exitialibus hominum fabulis, qui nihil opitulaturi ſunt tibi, ſed irriſuri potius, ubi te in foveam pellexerint, &c.* Eraſmus Roterodamus monitar Catholicus.

Sæpius admonitus Eraſmus fuerat, tum a Pio Carpenſi Principe, tum a Thoma Moro, ut male ſcripta retractaret, emendaretque, alioquin ea ab Eccleſia rejectum iri; nec falſi vates illi extitere, cum enim excuſaret ſe, ipſa ab impiis fuiſſe depravata, juſta deinde cenſura caſtigata fuerunt. [1]

Deficientibus in Europa a vera religione pluribus populis, quos ſcelerum licentia corruperat, jejuniorumque, & Sacræ Exhomologeſeos acerbitas abalienarat, plures in America barbari a Dæmonis cultu, & humana ſagina ad catholi- XLVIII. Fides propagatur in Indiis Orientalibus, & Occidentalibus.

NOTÆ [1] ERaſmus Roterodamus ſeptuagenarius ſenex hoc anno, ut optime Annaliſta, vitam abſolvit Baſileæ die IV. id. julii. Cum ingenio multum, eloquentia plurimum præſtiterit, famam ubique viri literati apud omnes obtinuit; ſed eum illum, quem in profanis literis ambiebat principatum, in ſacris etiam & Theologicis affectaret, faſtu illo ſuo offendit omnes. Nam Lutheranis improbatus eſt, quos ſcriptis ſuis non ſemel, nec raro impugnavit. Catholicis vero non placuit, eo quod liberior non ſemel eorum vel dogmata, vel explicandorum dogmatum rationem carpere, vel denique catholicæ eccleſiæ diſciplinam vitii interdum arguere viſus eſt. Re tamen ipſa quamvis profanas vocum novitates non ſatis caute evitavit, catholicorum partes numquam deſeruit; nec Lutherum, ſtatim ac deſertorem eccleſiæ agnovit, unquam deinceps probavit. Primo quidem tatum reformatorem illum nihil tentaſſe aliud, quam ut abuſus quoſdam clericorum, Indulgentiarum, & ſi quid hujuſmodi tolleret, cœptis ejus, plane quidem audacibus, applauſit; qua in re naſcentis hæreſis igniculo fomentum ingens præbuit; dein vero comperto viri ingenio, quod diſciplinæ reformatione neglecta, ad innovandam doctrinam tranſiſſet, acerrimum ſe illi conſtituit adverſarium. Hæc de viro erudito, & eloquenti dicenda ſuccurrebant, nec ſatis congrua iis catholicis Doctoribus, qui craſſos errores ex ſiniſtra verborum ejus interpretatione viro appingunt, nec ſatis conſona iis viri laudatoribus, qui omnia paſſim ejus commendant, & approbant. Opera ejus ſimul omnia novem comprehenſa voluminibus in fol. Baſileæ primum apud Frobenium excuſa ſunt. MANSI

cam fidem opera Evangelicorum præconum ſe contulerunt; hoc enim proprium eſt Hæreticorum ſectarum, qui a ſathana reguntur, ut corrumpant Chriſtianos; veræ autem eccleſiæ, quæ regitur a Chriſto, & Gentiles ad Dei cognitionem perducat. Aucto itaque fidelium in Peruvia numero, ad preces Cæſaris conditus eſt Epiſcopatus in Urbe, qui Cuzco nomen eſt, cujus primus Epiſcopus creatus eſt Vincentius Valuerda Ordinis Prædicatorum, ut narrant acta conſiſtorialia. *III. Decembris referente Reverendiſſimo Cardinale Mantuano, Sanctiſſimus Dominus noſter erexit ad ſupplicationem Cæſaris Eccleſiam Sanctæ Mariæ oppidi del Peru in India in Cathedralem Eccleſiam, cum aſſignatione dotis ducentorum ducatorum auri, quæ ex Provincia dicta percipi poſſit. Cui Eccleſiæ ſic erectæ providit ad nominationem ejuſdem Cæſaris de perſona Vincentii de Valuerda Ordinis Fratrum Prædicatorum, & conceſſit, quod Epiſcopus poſſit erigere in ea Eccleſia Dignitates, Canonicatus & præbendas, cum reſervatione ad Eccleſiam quidem juris patronatus pro ſua Majeſtate, & Succeſſoribus ſuis.*

Sur. in comm.

Hiſt. Per. Oſor.

In India quoque Orientali propagata eſt Chriſtiana Religio prolato latius Luſitano Imperio: *Cæleſte enim Regnum,* (ut ait Iſidorus) *interdum proficit per terrenum*, expugnata vero eſt hoc anno a Luſitanis ſub auſpiciis Joannis Regis, Regia urbs Cambajæ, io qua munitiſſima Arx Dienſis.

Maffejus hiſt. Ind. Sur. in comm. 292.

XLIX. Auctum eſt extremo anni Cardinalium Collegium, in quo cooptati ſuot, doctrina, pietateque ac rerum peritia, nonnulli ſpectatiſſimi viri, quorum nomina Petrus Paulus Gualterius Aretinus percenſet his verbis. *XXII. Decembris fuit Conſiſtorium, Sanctiſſimus Dominus noſter cooptavit in ordinem S. R. E. Cardinalium Joannem Petrum Caraffam Epiſcopum Theatinum* [*is Pontificatum poſtea tenuit accepto Pauli IV. nomine*] *Joannem Mariam de Monte Epiſcopum Sypontinum.* (Hic fuit primus Concilii Tridentini præſes ac Paulo III. in Pontificatu ſucceſſit indito ſibi Julii III. nomine.) *Ennium Epiſcopum Verulanum Arcis Sancti Angeli Præfectum; Jacobum Sadoletum Epiſcopum Carpentoratenſem, Chriſtophorum Jacobatium Epiſcopum Caſſanenſem Sanctitatis ſuæ Datarium, Epiſcopum Matiſconenſem, Pium Epiſcopum Faventinum in presbyteros. In Diaconos vero Reginaldum Polum Britannum Prothonotarium Apoſtolicum, & Ludovicum Borgiam Alexandri VI. nepotem. Præterea duos, alterum voluntate Imperatoris accipiendum, alterum a Sanctitate ſua publicandum, quos ambos acceptis ſuffragiis reſervavit in pectore.* (Subdit Gualterius in Diario.) *Item Archiepiſcopus Salernitanus licet Cardinalatus fuerit ei liberaliter oblatus, tamen conſtanter renuit pileum, quod mirum eſt.* Proximo ineunte anno donati ſunt memorati Cardinales variis Eccleſiarum titulis, quos enumerat Actorum Conſiſtorialium ſcriptor, quem fuiſſe Cardinalem ſæpius verba ipſius docent. *XV. Januarii MDXXXVII. S. D. N. aſſignavit titulos, videlicet Cardinali Theatino tit. S. Pancratii, Cardinali de Monte tit. S. Vitalis, Cardinali Verulano tit. S. Angeli per reſignationem meam, Cardinali Sadoleto tit S. Calliſti, Cardinali Jacobatio titul. S. Anaſtaſiæ, Cardinali Carpenſi tit. S. Potentianæ, Cardinali Matiſconenſi tit. S. Matthæi, Cardinali Anglo tit SS. Nerei, & Achillei, Cardinali Borgiæ tit. Sancti Nicolai.*

Acta Con ſiſt. Petr. Paul. Gualt. Aretin. to. 1 1. Diar. part. 2. mſ. Arch. Vat.

Cardinalium creatio.

Cardinales reſervantur in pectore.

Acta Conſiſtor.

Anno

Digitized by Google

I. ANno a Virgineo partu milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo Indictione decima, cum indicti Concilii Mantuani tempus appeteret, atque in dies illius celebrandi impedimenta, difficultateſque (ob civile inter Cæſarem, Regemque Gallorum bellum) ingraveſcerent, itineraque armato milite obſeſſa eſſent, atque ex eorum diſſidio inſoleſcens Turca ſubiiciendæ Italiæ, evertendoque Chriſtiano Imperio inhiaret; Paulus Pontifex, licet ſæpius inter diſſentientes Reges fœdus conciliare niſus eſſet, ejuſque pios labores inveterata odiorum pertinacia eluſiſſet, iterum tamen ſacris monitis eorum iras emollivit, ac in primis Carolum V. qui toties congregari Concilium flagitarat, eoque indicto perperam ad Galliam invadendam, ſuperiore anno arma converterat, præmonuit, ex bello, quod in Ciſalpina Gallia gerebatur, Concilium, ex quo publica ſalus pendebat, diſcuſſum iri, nec Turcas ampliſſimæ Chriſtiani nominis opprimendi occaſioni defuturos.

Imperatori.

Paul. III. lib. brev. an. 2. p. 7.

Chariſſime, &c. Dum quo in ſtatu res miſeræ Chriſtianitatis hodie ſint, futuræque propemodum formidentur, reputamus, unicumque his remedium in concluſione pacis inter te, & Chriſtianiſſimum Regem fore videmus, [ſic cum rubore, & dolore noſtro, fruſtra, id tam ſæpe tentavimus,] tamen obliti pudoris, memores officii, idem cum tua Majeſtate, quod & cum ipſo Rege Chriſtianiſſimo facimus, repetere, noſtraſque preces renovare nunc voluimus. Inſtat enim, fili chariſſime, ſeu adeſt potius vernum tempus, in quo cum univerſale Concilium ad ſanandas hæreſes, Eccleſiam reformandam, & aſſervandam, cæteraque ſalutaria, & neceſſaria providenda, per nos indictum, inchoari oporteret, nos veremur ne, & arma veſtra in Ciſalpina Gallia loco ipſius Concilii finitima, acrius invaleſcant, Conciliumque perturbent, inde autem ne apparatus Turcarum maritimi, quos nemo ignorat, contra nos eſſe factos, in nos erumpant, noſque bello inteſtino occupati, occaſionem illis demus, & facultatem nominis Chriſtiani, prorſus delendi. Hac cura, & anxietate ſolliciti, ne noſtrum officium ulla in parte laboris, ſolertiæ, ac vigilantiæ noſtræ intermittamus, ſed abundemus, operatione, qua poſſemus, non contenti noſtris apud te Nuntiis recentiorem hominem a nobis ſuper hoc, ad Majeſtatem tuam duximus deſtinandum. Elegimus autem Venerabilem Fratrem Marium Epiſcopum Reatinum Prælatum noſtrum domeſticum, nobiſque dilectum, & probatum, cujus opera in multis rebus noſtris uſi ſumus;

Paulus Carolo V. ſcribit, ut pacem cum Gallo ineat.

eum itaque ad Majeſtatem tuam, Nuntium noſtrum, & hujus Sanctæ Sedis pro hac pacis tractatione mittentes, te per communem Dominum Jeſum, cujus ſancta religio agitur, saluſque populorum ejus fidelium in ſummo diſcrimine verſatur, obteſtamur, & rogamus, ut perturbationibus, & affectibus tuis, Deo ipſi, cui tantum debes, Eccleſiæ cujus Advocatus, & Chriſtiano populo, cujus Imperator ſummus es, condonatis, aut in aliud tempus dilatis, pace inita, communi ſaluti conſulere velis, ad hoc te preces noſtræ, & lacrymæ tuum optimi Imperatoris officium, ſanctaque ſemper mens tua te impellunt, &c. Datum Romæ xv. Febr. MDXXXVII. anno III.

Miſſo etiam ad Franciſcum Regem Internuntio illi propoſuit immanes a Solimanno Turcarum tyranno apparatus bellicos inſtrui ad debellandam Italiam, nec flagrante inter eum Cæſaremque inteſtino bello Concilium celebrari poſſe, in quo hæreſis extingui, diſciplina Eccleſiaſtica reſtitui, expeditio in communem hoſtem decerni debebat, perque Chriſtiana ſacra eum flens, lugenſque obteſtatus eſt, ut publicæ ſaluti conſuleret. II.

Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quamvis hoc ſæpius cum Majeſtate Tua egimus, ut cum Sereniſſimo Cæſare pacem inire velles, a qua Concilii generalis celebratio, Turcarum repulſio, demumque univerſalis Chriſtianorum ſalus, & tranquillitas hoc tempore dependent tamen admonente nos veris adventu, in quo nemo dubitat Turcarum tantos apparatus in miſeram Italiam erupturos, idem officium per nos toties fruſtra tentatum, repetere vobiſcum ſtatuimus. Itaque elegimus Dilectum filium Cæſarem de Nobilibus nobilem Lucanum, Almæque Urbis noſtræ nuper Senatorem, virum prudentia, & doctrina inſignem, multiſque pro ſua Patria Legationibus etiam apud Majeſtatem Tuam functum, quem ſicut alias ad Cæſarem, miſimus ad te Nuntium, & Oratorem noſtrum mitteremus, qui cum de noſtro hoc flagrantiſſimo deſiderio veniat plene ad Majeſtatem Tuam inſtructus, noſtraſque preces, & lacrymas in hoc Majeſtati Tuæ ſit oblaturus, hortamur, & per communem Dominum Jeſum Majeſtatem Tuam ro-

Paul. III. lib. brev. an. 3. p. 95.

Pro pace cum Cæſare ſtabilienda Paulus III. Regi Galliæ ſcribit.

rogamus, ut tuis offenſionibus Deo, & Chriſtiano populo condonatis, aut in aliud tempus dilatis, conſulere publicæ ſaluti in præſentia velis, ſicut tui Majores, quorum nemini in quavis laude cedis, ſæpe ante te fecerunt, quod Tuæ Majeſtati honorificum, & glorioſum Deoque Omnipotenti in conſervato eius populo maxime gratum, & acceptum, eſt futurum, ſicut idem Cæſar hæc plenius Tuæ Majeſtati explicabit, cui illa fidem præſtare velis indubiam. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XV. *Februarii MDXXXVII. Anno* III.

III. *Paul. Jov. l. 37.* Non hæc latebant Franciſcum Regem, qui nimirum indulgens concepto in Carolum V. furori, miſſo Joanne Foreſtio fœderis interprete, Solimannum concitabat ad Neapolitanum Regnum invadendum, dum ipſe in Inſubriam irrumperet. Sed Belgarum in Galliam irruptio illum ab eo conſilio retardavit: ad hæc vero avertenda mala incumbens toto pectore Pontifex, indictum Concilium promovere nitebatur, cujus authoritate conjuncta Reges ad officium flecti poſſe ſperabat. Delegerat ſuperiore anno ea de cauſa Mantuam, quam Cæſar inter alias celebrando Concilio idoneas deſignarat, nec aptior Civitas pro congregandis totius Imperii Chriſtiani Conventibus videbatur, ut ex hoc diſcurſu effloreſcit.

Franciſcus Galliæ Rex Solimannum ſollicitat, ut Regnum Neapolitanum aggrediatur.

To. 3. de concil. mſ Arch. Vat. ſign. n. 3200. p. 290. *In Germania nullus fere Catholicus putat locum idoneum futurum, tum ob potentiam Proteſtantium, tum quoniam eo aliæ Nationes non convenirent: item periculum eſſet ne Natio Germanica ob diſſidia, quæ in ea gliſcunt, ad arma deveniret ob diverſa ſtudia partium; Pontifex etiam, qui cupit intereſſe Concilio ob ſenectutem, & Cœlum frigidum non poſſet ire in Germaniam, niſi exponeret ſe certo vitæ diſcrimini. His adde, quod cum in receſſu Ratisbonenſi omnia remiſſa fuerint ad Concilium generale celebrandum in Germania, videri poſſet, Concilium potius celebrari ejus receſſus authoritate, quam authoritate Pontificis. In Gallia locus commodus minime poteſt inveniri, quoniam eo Germani nunquam concederent, quorum præcipua ratio eſt habenda. De Hiſpania ne cogitandum quidem. Relinquitur Italia: occurrunt, [præter Dominium Venetorum, de quo nihil ſperandum ob res Turcicas,] Mediolanum, Ferraria, Bononia, Mantua, Mediolanum quoniam eſt ſub ditione Imperatoris immediate, fortaſſe Galli ægre adduci poſſent. Ferraria, & Bononia longius diſtant a Germania, & immediate ſunt ſub ditione Pontificis, idcirco ægrius eo conferrent ſe multi Germanorum. Relinquitur Mantua, quæ propinqua eſt Germaniæ. Eſt Civitas Imperialis non tamen immediate ſubjecta Imperatori, agrum habet fertiliſſimum, habitationes domorum, & cætera fere omnia accommoda.*

Cur Mantua electa pro Concilio.

Ut ann. 1532.

Medio itaque Februario Paulus ſollicitavit Ducem Mantuæ ſubjectis literis, ut quæ neceſſaria erant pro excipiendis Præſulibus Mantuam conventuris, commeatuque ſuppeditando appararet. IV.

Duci Mantuæ ſcribit Paulus ut paret, quæ ſunt concilio neceſſaria.

Duci Mantuæ.

Paul. III. lib. brev. an. 3. p. 60. *Dilecte fili ſalutem. Superiore anno, ſicut tuæ nobilitati notum eſſe non ambigimus, ad tollendas hæreſes, mores reformandos, diſcordias componendas, armaque Chriſtianorum in communem hoſtem convertenda generale Concilium in hunc annum; indiximus cumque de loco, in quo celebrandum eſſe, deliberaremus, flexit ſtatim cogitatio noſtra ad tuam Civitatem Mantuæ, quam non ſolum aptam, & commodam tanto conventui futuram videbamus, verum etiam ex noſtra erga te, tuumque fratrem Cardinalem Mantuanum benevolentia florentiorem, ac celebriorem ex hoc hominum concurſu reddi, voſque ac veſtram illuſtrem familiam ex hac celebrati Concilii memoria amplius illuſtrari cupiebamus. Ea etiam nos ratio, ac ſpes, impulit, in tui animi magnitudine collocata, te pro tuo honore ac gloria effecturum, ut loci ſecuritas, hoſpitiorum commoditas, annonæ ubertas, ipſis convenientibus præſtetur, ac dicta Civitas tantis decorata hoſpitibus opportunam ſe omnium uſui præbeat, quæ cæteris poſthabitis una electa eſt, ad quam omnes convenirent. Nunc igitur fili, appropinquante jam celebrationis tempore, cujus initium* XXIII. *Maii proxime venturi futurum eſt, etſi certa fiducia tenemur, te pro tui ratione honoris, etiam nobis nihil ſcribentibus, fuiſſe omnia diligenter proviſurum, tamen tuam prudentiam, & ſolertiam excitandam his noſtris literis duximus, te ſtudioſe hortantes, ut ex nunc omni cura, & ſtudio præparare cures, & ſatagas cuncta, quæ ad noſtram, fratrumque noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, cæterorumque Prælatorum, totque, ac tantorum, vel Principum, vel Oratorum, denique omnium ad ipſum Concilium venturorum, tutam, & commodam receptionem pertineant. Sed, ut diximus, tua prudentia non monenda nobis, verum hortanda tantum eſt. Expectabimus itaque firmiter id, quod tua virtus nobis pollicetur, nos, & alios omnia in dicto tempore per providentiam diligentiæ tuæ præparata, ac diſpoſita reperturos, duranteque ipſo Concilio continue habituros eſſe. Sicut hoc etiam ipſi Cardinali fratri tuo, ut ad Te*

no-

Digitized by Google

noſtro nomine uberius ſcriberet, injunximus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die XV. *Februarii MDXXXVII. anno* III.

Paul. III. lib. brev. ann. 3. p. 144.

Proximo menſe Pontificiæ benevolentiæ in eumdem Ducem explicandæ ergo, dono ad eum tranſmiſit roſam auream ſacra luſtratam prece, munerisque myſterium his verbis expreſſit.

Duci Mantuæ, &c.

Roſam auream Duci Mantuano Paulus III. mittit.

Cum nos prædeceſſorum noſtrorum exemplum ſequuti, Roſam ex auro in quarta Dominica præſentis Quadrageſimæ ſolitis cærimoniis benedixiſſemus, volventes animo, quem potiſſime eo munere ornaremus, neminem habuimus, quem tibi, vel in amore, vel in judicio noſtro anteferremus [& infra]: *Eo hilari, atque odorato flore gaudium utriuſque Jeruſalem triumphantis ſcilicet, ac militantis Eccleſiæ repræſentatur, per quam Chriſtus Dominus omnibus fidelibus manifeſtatur, qui flos ſpecioſiſſimus eſt, & corona Sanctorum omnium, &c. Datum Romæ* XXI. *Martii*
V. *MDXXXVII. anno* III.

Dum celebrandi propediem Concilii Mantuani fama increbreſceret, Lutherus, & ejus ſequaces Concilii authoritatem fœdiſſimis mendaciis, calumniiſque obterere non deſtiterunt; de quorum nequitia, & impietate hæc narrat Jo. Coclæus. *Lutherus, & complices ejus variis machinationibus, & ſcriptis Concilii authoritatem impugnare cæperunt. Etenim Vittembergæ evulgarunt triginta propoſitiones contra Concilium publice diſputandas, inter quas duodecima ſic habet: Ideo Concilium, aut Epiſcopi errare poſſunt æque bene ac alii homines. Et ſequens ita ait: Si autem non errat, hoc fit a caſu, aut ex merito alicujus Sancti, ac boni viri, qui inter eos eſt, aut etiam generalis Eccleſiæ &c. His autem triginta propoſitionibus oppoſuit Cochlæus triginta teſtimonia ex Scripturis, ex Legibus, & Canonibus, & Sanctis Patribus pro Conciliorum authoritate, quibus & ſeptuaginta propoſitiones adjunxit eandem confirmantes.*

Coclaus hoc anno. Lutherani Concilium calumniis proſequuntur.

Pallavicin. hiſt. Concil. to.1. l. 4. c.1. n. 1.

Paulus jam præterito anno multos Nuntios Principibus miſerat, ut certiores illos de Concilii intimatione redderet, auxiliumque, & favorem pro re tam ſancta, & optata poſceret. Regi Romanorum, & præcipue aliis Germaniæ Principibus Petrus Veſtrius Epiſcopus Aquenſis deſtinatus fuit. Jo: Morono Mutinenſi Epiſcopo Nuntio apud Regem Romanorum reſidenti mandatum etiam fuit, intimationem Concilii promulgare, & maxime Pannoniæ Epiſcopis; In Poloniam Panfilus Straſoldus jam Raguſinus Archiepiſcopus acceſſit. Ad Jacobum Scotiæ Regem Frater Dionyſius Laurerius Beneventanus Servorum Mariæ Præpoſitus Generalis, vir bonitate, & doctrina inſignis, miſſus fuit; In Luſitaniam Hieronymum Capoſerrum Recinetenſem demandarunt; Joannes Poggius Collector Apoſtolicus in Regnis Hiſpaniarum de hoc Concilio illa Regna, & alia Imperatori ſubjecta certa reddidit; Rodulphus Pius Epiſcopus Faventinus Nuntius apud Chriſtianiſſimum ibi Concilium indixit, & per minores Miniſtros Epiſcopis Italiæ idem Concilium intimatum fuit, & omnes inſtructionibus propriis fuerunt muniri; Morono vero ſatis longam inſtructionem dederunt, & maximopere, quia Joanni Vaivodæ Ungariæ Domini Concilium indicere debebat, qui tunc excommunicationis vinculo innodatus erat, Turcis fœdere conjunctus, & cum Rege Romanorum diffidebat, Epiſcopiſque illius Regni Sedes occupantibus authoritate ipſius Vaivodæ. Et quamvis inſtructio valde prolixa ſit, viſum eſt tamen optimum, Annalibus inſerere, quia & pia eſt, & admonitiones continet ſingulares, & ita loquitur.

Pro Concilii celebratione Paulus III. multos Nuntios mittit.

Inſtructio pro cauſa Fidei, & Concilii data D. Epiſcopo Mutinæ S. D. N. Pauli Papæ III. ad Sereniſſimum Romanorum Regem Nuntio deſtinato, die XXIV. *Octobris MDXXXVI.*

Quia Regnum Ungariæ fuit ſemper validum propugnaculum, & veluti antemurale Chriſtianitatis; ideo judicavit Sanctiſſimus D. N. non eſſe prædictum Regnum ob diſcordiam Principum, ſuper temporalibus rebus ortam, a Sanctitate ſua in ſpiritualibus deſerendum, ſed ejus Prælatos quantumlibet alias contumaces, eſſe, quemadmodum & cæteri, ad univerſale Concilium vocandos, ne dictum Regnum, & ob commercia, & ob confœderationes, quas proximis annis cum infidelibus habuit, & nunc, ſi ob ullam Sanctitatis ſuæ negligentiam, vel contemptum, in univerſali Synodo ejus Prælati non comparerent, cum evidenti detrimento fidei in defectione ab obedientia, & unione S. R. E. nimis diu inſordeſceret. Ea propter Sanctitas ſua ad Archiepiſcopos ejus Regni literas in forma Brevis ſcribit [*ſuppreſſo tamen Epiſcoporum proprio nomine & una copias authenticas Bullæ Concilii tam ad Epiſcopos, quam ad Suffraganeos, & Abbates in eorum Provinciis conſiſtentes mittit, per eos præſentibus Suffraganeis, & Abbatibus diſtribuendas. Quæ Brevia una cum prædictis copiis, Dominus Nuntius curabit quanto maturius poterit, ad prædictos Archiepiſcopos mittere, etſi vi-*

VI. Inſtructio Morono data pro ſua Nuntiatura.

de-

Digitized by Google

debitur, etiam ad eos ſcribere, ut prædictas copias per omnes Suffraganeos, & Abbates ſuarum Provinciarum, diſtribuantur, ut ad omnium notitiam quorum intereſt, in eo Regno prædicta Concilii intimatio, & publicatio perveniat.

Ne autem hoc mirum videatur Sereniſſimo Romanorum Regi declarabit Dominus Nuntius Majeſtati Suæ, Sanctiſs. D. N. pro honore Dei ſalute univerſalis Eccleſiæ, ac concilii celebrandi majore perfectione hoc feciſſe. Unde Majeſtas ſua [cujus, ut pote Germaniæ Regis, hoc concilium potiſſimum intereſt] etiam majus commodum conſequitur, & præſertim quia Sanctitas ſua non nominanda prædictos Archiepiſcopos, nequaquam propterea eos confirmat, aut recognoſcit, vel admittit: quinimo etiam ſi eorum nomen exprimeretur, nihil propterea magis, quam antea illis accederet; non enim Summus Pontifex, aliquem titulum alicui in ſuperſcriptionibus tribuendo, eum talem facit, qualem in titulo nominavit, niſi ille aliunde ſit talis, ſicut etiam in ſacris Canonibus cautum eſt: tanto igitur minus non exprimendo eorum nomen. Quare ſua ſanctitas non ad illos contumaces, ſed ad illarum Eccleſias, vel legitimos dictarum Eccleſiarum Prælatos. Si qui ſunt, vel eſſe deberent, ſcribere videtur; ſi igitur vigore hujus vocationis ad concilium accedent antequam in gratiam Sedis Apoſtolicæ redierint, petetur illic ab eis, Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? nec prius habebunt votum, aut alias admittentur, quam Sanctæ Matri Eccleſiæ fuerint reconciliati: ſin autem concilium aliquo legitimo impedimento retardaretur, & illi ex hac inſcriptione putarent ſe eſſe a Sede Apoſtolica confirmatos, tunc ſanctitas ſua declarabit mentem ſuam, & contra eos per debita juris remedia, ſicuti antea procedet. Hæ ſunt rationes, & argumenta, quibus D. Nuntius erga Sereniſſimum Regem uti poterit, ſi quam difficultatem Majeſtas ſua in hoc facere videretur, neque eſt opus, ut dictus D. Nuntius alias hanc inſtructionem Majeſtati ſuæ, vel aliis oſtendat, præſertim niſi neceſſitas cogat, ſed rationibus ſupradictis ex ea depromptis viva voce utatur.

Sed nec Bohemiæ Regnum ita perdite infectum eſt, ut de ejus reductione, & ſalute ſit omnino deſperandum, cujus Hæretici cum in multo paucioribus a nobis diſſentiant, quam Lutherani, aut Zuingliani, & iis pejores Anabaptiſtæ, aut aliæ quæcumque portenta Hæreticorum Germaniæ, ſic etiam optima ſpes eſt ſi benigne, & humane vocentur ad concilium, dato illis ſufficienti ſalvo conductu fore, ut aliquibus bonis perſuaſionibus in concilio inducti cum reliqua Catholica Eccleſia coaleſcant. Igitur D. Nuntius communicato conſilia cum Sereniſſimo Romanorum Rege, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Tridentino, procuret, ut medio, & authoritate ſuæ Majeſtatis aliquot authenticæ copiæ Bullæ ad D. Erneſtum Præpoſitum Pragenſem nobilem, & Catholicum virum mittat, detque in mandatis per ſuas literas D. Nuntius prædicto D. Erneſto, vel alii, quem idoneum Majeſtas ſua indicabit, ut prædictas Bullæ copias, quo meliori modo judicaverit, per univerſum Bohemiæ Regnum, & præſertim per eos, qui ſe pro Prælatis gerunt, diſtribuat, & una addat, tutiſſimum ſalvum conductum illis eſſe dandum, non ſolum a Sacroſancta Synodo, ſed etiam interventu Cæſareæ, & Regiæ Majeſtatis.

Praterea, quia ſalvus conductus eſt maxime neceſſarius ad perfectam celebrationem univerſalis concilii, ſicut etiam D. Epiſcopus Viennen. prudenter in ſuis Præparatoriis adnotavit, & antea Sanctiſſimus D. N. jam tum ab initio, cum Bulla concilii formabatur animadverterat, licet ex cauſis in reſponſione ſuæ ſanctitatis ad Præparatoria prædicta expreſſis, hæc res fuerit ad Cæſaream Majeſtatem remiſſa. Idcirco D. Nuntius habito prius colloquio de hac re cum Reverendiſſimo Domino Cardinale Tridentino, & D. Viennæ Epiſcopo, tractet cum Regia Majeſtate, ut dictum ſalvum conductum pro Terris Imperio ſubditis, ac etiam ſuis Patrimonialibus in optima forma expediat, & ſi putaret, id non ſatis eſſe ob Lutheranorum Principum cavillationes, & ſubterfugia, procuret, ut Imperator in forma debita prædictum ſalvum conductum relaxet. Quod ſi adhuc vellent Lutherani tergiverſari, ſignificare poterit Dominus Nuntius eis, cum primum Tridentum pervenerint, ad locum Civitati Mantuæ duorum tantum dierum itinere vicinum, priuſquam ulterius progrediantur, a Sacra etiam Synodo ſalvi conductus patentes literas habituros.

Neque illud eſt omittendum, cum Illuſtriſſimus Mantuæ Dux Sacri Romani Imperii ſit Vaſſallus, ut tollatur omnis cauſa, etiam aliis Nationibus illuc hac de cauſa accedere recuſandi, oportere Cæſaream Majeſtatem, liberare ad tempus prædictum ab homagio, & juramento ſibi præſtito, ita ut tam ipſe, quam Civitas Mantuæ, donec in ea concilium univerſale hujuſmodi commorari contigerit, omnino libere remaneant, & unuſquiſque illuc ire, ibi commorari, & inde redire pro ſuo arbi- VII.

bitratu libere, & tuto poſſit: & hujuſce temporariæ liberationis in publicis literis ſalvi canductus Cæſareæ Majeſtatis facienda mentia erit, prout Majeſtas ſua cum ſuo Germaniæ conſilio optime ſciet diſponere. Id autem quanto maturius fieri poterit eſt expediendum; tempus enim prope eſt, & Lutheranis, ac etiam aliis omnibus obtrectandi eſt occaſio.

Quo vero ad locum concilii, ſi forte Princeps aliquis quicquam contradiceret, aut obloqueretur, reſpondebit D. Nuntius, Sanctiſſimum D. N. non ſolum ex ſua, & Reverendiſſimorum Cardinalium prudentia [habita omnium Nationum, & præſertim Germaniæ, ratione] hunc locum præ cæteris elegiſſe, verum etiam communicato conſilio prius per literas cum Cæſarea, & Regia Majeſtate, ac aliis Principibus Germaniæ [quorum maxime id concilium intereſt] inveniſſe eos cum Sanctitate ſua conformes, & poſtremo præſente in Urbe Imperatore Sanctitatem Suam ſuper indictione, & celebratione concilii ita decreviſſe. Quare Majeſtas ſua non ſolum contenta fuit, ſed etiam ſanctiſſimo Domino Noſtro maximas gratias egit; ſi quis vero adhuc contradicere, & altercari hac de re pergat, reſpondeat, hanc materiam eſſe cum Sanctitate ſua, & Cæſarea, ac Regia Majeſtate, reliquiſque Germaniæ Principibus, qui hujuſmodi loci electione contenti fuere, diſcutiendam.

De omnibus autem ſupradictis D. Nuntius ad Sanctiſſimum D. N. ſcribat, ſicuti & de omnibus aliis quotidie occurrentibus, tam apud Regiam Majeſtatem, quam in univerſa Germania, præſertim de quibus judicaverit Sanctitatem ſuam merito certiorem eſſe faciendam. Sigillum ſub Annulo Piſcatoris.

Bloſius

VIII. *Poſt inſtructionem datam D. Epiſcopo Mutinæ, Nuntio apud Sereniſſimum Romanorum Regem Apoſtolico deſtinato, hæc videntur animadvertenda, quæ ipſe penes ſe in arcanis habeat. Quamvis enim Sanctiſſ. D. N. in ejus ingenio, & prudentia plurimum acquieſcat, ut merito de eo dicere poſſit,* mitte ſapientem & nihil ei dicas, *quia tamen in omni negotio prius eſt ſpei rudimentum, quam rei experimentum, & D. Nuntius ad has res pertractandas novus accedit, ea propter Sanctitas Sua voluit eum etiam de iis, quæ ſequuntur, commonefacere.*

Quum propter duriſſimam horum temporum conditionem, omnia ubique ſunt, ſolito, & æquo, cariora, & hac in parte longe deterius tractentur Catholici, & hi præſertim, qui ſedis Apoſtolicæ nomine in Germania hac tempeſtate agunt; idcirco D. Nuntius omnia iſta prudenter perpendens, ita Sedis Apoſtolicæ onera, & ſuas ipſius vires in expendendo metiatur, ut ne grave aliquod alienum æs contrahat, aut aliquid perpetret per ſe, vel per ſuos, unde non ſolum in ſe, ſed & in Sedem Apoſtolicam [majus quam eſt] odium concitet; quod nonnullis proximo tempore accidit.

Apud Caupones publicos, ſi non omnino multum liberalis, ſaltem non avari nomen poſt ſe relinquat.

Cum hoſpitibus vero, quos Regiam Aulam in ſequendo Epidemetici, ſeu forarii Regis ei aſſignaverint, præter modeſtiam, quam hoſpitalia requirunt jura, eo ſemper temperamento, & prudentia utatur, ut neque facultates ſuas temere profundat, nec hoſpitis penſione nimis parce, vel fortaſſe etiam nequaquam ſoluta diſcedat. Id quod ab aliquibus Nuntiis alias factum, poſtea ſcitum, animos eorum populorum in nos irritavit, & Nuntiis Apoſtolicis, qui ſequuti ſunt, multorum incommodorum cauſa fuit.

Ne ſpernat illorum populorum Urbes, domos, munera, quæ ei in aliquibus Civitatibus publico nomine offerentur, ſimiliter & cibaria, vina, habitus, & varios mores, ſed omnia cum charitate admittat, & ſi quid diſplicet, ab eo potius abſtinendo errorem non probare videatur, quam acriter increpando, vel obloquendo, non abſque aliquo damno ſuo offendiculum illorum animis exhibeat.

Habitu utatur, quo in Romana Curia Epiſcopi conſueverunt, & in acceſſu ad Regem, aut ad aliquos magnas Principes, ac in ſolemnibus Sacris, & publicis actibus, & conventibus indictis, etiam Rochero induatur, evitet autem, in inceſſu faſtum, in victu, & veſtitu luxum, & ubique ac in omni re intemperamentum, ita tamen ut ne in ſordidi, aut omnino abjecti notam incurrat; Unde præclare dicit Divus Hieronymus: Nec affectatæ ſordes, nec exquiſita munditia conveniunt homini Chriſtiano.

Jam vero in vultu, & colloquiis omnem timorem, aut cauſæ noſtræ diffidentiem diſſimulet, præſeferat autem erga omnes permixtam quadam temperata hilaritate gravitatem, ne alterutrum excedens alteri officiat, nimia enim gravitas odium, nimia hilaritas contemptum pareret, cum apud omnes, tum apud illas Nationes, apud quas, ſi unquam alias, nunc maxime oportet uti prudentia, & dexteritate.

Facultatibus, & indultis a Sanctiſſimo D. N. ſibi conceſſis prudenter, & modeſte utatur, & ne nimis avidus, & rapax e- IX.

ni-

Digitized by Google

niſtimetur, interdum aliquid remittat de ſumma ſibi debita, nonnunquam totum elargiatur, ſive in gratiam Principum, ſive etiam gratificaturus pauperibus, aut doctis viris, his præcipue, qui Eccleſiam Dei ſtrenue propugnant, ejuſmodi ſunt D. Epiſcopus Viennen. D. Eckius, Cochlæus, Nauſea, Georgius Vetrellius, Joannes Haner, Leonardus Marſtaller, Nicolaus Appel, & alii, quorum ab iis notitiam capiet, neque obliviſcatur nominis Joannis Burchardi Ordinis Prædicatorum; qui etſi nihil librorum ediderit contra Lutheranos, magno tamen vitæ periculo ab initio, uſque ad hujus tumultus tempora pro defenſione Eccleſiæ laboravit, etſi forte acciderit, ut D. Ludovicus Ber Doctor Theologus Pariſien. qui pro cauſa fidei a Baſilea exul Friburgi Briſgoviæ habitat, ad favorem dicti Nuntii recurreret, habeat eum commendatum tum propter famam, & excellentem hominis doctrinam, & morum probitatem, tum quia ſua gravitate, & authoritate optimam operam navare poterit in cauſa fidei.

Caveat ne moveat riſum, & ſtomachum id quod ſuper aliis quibuſdam Nuntiis accidiſſe vidi; publicato autem & affixo Templorum valvis facultatum ſuarum exemplo [quas abſque aliqua publicatione facile in ædibus ipſius Nuntii invenient, qui eis indigebunt] quamquam plerique ſunt, qui deridendi cauſa fingunt hujuſmodi facultatibus indigere, ut habita earum notitia certius, & acrius de nobis obloquantur, faciat eleemoſynas, quotidie interſit Sacris vel domi, vel foris, interdum ipſemet celebret, Templa frequentet, & viſitet, præſertim feſtis, & ſolemnibus diebus; omnia tamen hæc ſincere, & ſimpliciter faciat, ne in hypocriſis ſuſpicionem incurrat; jejunia, & a carnibus abſtinentiam, prout Romana Eccleſia inſtituit, aut Catholicus uſus illarum partium obtinuit, quantum natura patitur, & ipſe, & ejus familia obſervet, aut ubi neceſſitas cogit, cautiſſime frangat, ſed aliquo pio opere hunc defectum recompenſare cognoſcatur.

X. *Caveat item Dominus Nuntius, & ſui, aliquas ingredi diſputationes ſuper articulis Fidei, aut materia Lutherana; quod ſi ab aliis de hujuſmodi rebus, aut etiam prætenſis Germaniæ gravaminibus hujuſmodi quæſtiones moverentur, paucis verbis prudenter reſpondeat. Jam tempus prope eſſe, in quo de omnibus iis in Concilio univerſali diſcutiatur, & decidatur. Quantum vero ad objecta nobis gravamina attinet, cum pleraque eorum ſint, aut manifeſte falſa, aut inania, & etiam a Summis Pontificibus jam caſtigata, poterit facile pro ſua prudentia ea refellere, & diluere: ita tamen, ut ne ad contentiones & rixas deveniat: quamvis enim cauſa noſtra juſtiſſima ſit, experimento tamen didicimus, huic rei plurimum obfuiſſe in hac materia, & præſertim apud Germanos,* quæſtiones pugnaſque verborum utpote e quibus (*ut inquit Apoſtolus*) invidiæ, contentiones, blaſphemiæ oriuntur: *qui & alibi,* noli (*inquit*) verbis contendere, ad nihil utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium. *Ea propter magno loquendi, & tacendi temperamento utatur; ita tamen, ut ad ſilentii potius partem inclinet; ſic enim facile obſtruet ora malignantium; uſque adeo ut ex prudentia ipſum de iis rebus tacere ſint judicaturi, & non quia cauſæ noſtræ aliquo pacto diffidat, aut ad ea, quæ obiicientur, neſciat reſpondere.*

Hoc ſi in omni re, & actione ſua Dominus Nuntius, una cum ſuis, perpetuo meminerit, & juxta Divi Apoſtoli Jacobi verba; Velox ſit ad audiendum, & tardus ad loquendum, *præſertim apud eas Nationes, nequaquam ab aliis in ſermone capietur: & quo animo erga Sanctiſſimum D. N. & hanc Sanctam Sedem illi populi ſint affecti, & quid de nobis dicant, aut in nos adſtruant, facile cognoſcet. De quibus omnibus Sanctitatem ſuam per fidos Nuntios caute reddet certiorem.*

Superfluum eſt Nuntium de iis, quæ ſequuntur commonefacere, de cujus prudentia, & morum probitate Sanctiſſimus D. N. eſt optime gnarus; tamen & id advertendum eſt, ſaltem propter ejus familiares, quos alioqui Sanctiſſimus D. N. confidit fore honeſtos, & probos, ut in ſermone, & factis bonum de ſe illis Nationibus exemplum præbeant. Alternis compotationibus pro more illius Nationis, inter ſe non certent, hilari quidem vultu acceptare ſe fingant invitationem, ſed in reſpondendo modum non excedant, ne id forte malum illis accidat, quod de quodam nobili Saxone Camerario ſecreto Leonis X. fel. recordationis refertur, qui ab eo ad Lutheranam cauſam componendam in Saxoniam miſſus, id tantum fructus reportavit, quod ſæpe perturbatus vino, ea effutire de Pontifice, & Romana Curia a Saxonibus inducebatur, non modo quæ facta erant, ſed quæ ipſi e malo in nos mentis affectu imaginabantur, & optabant; & ea omnia ſcriptis excipientes, poſtea in Conventu Vormatienſi nobis publice coram tota Germania exprobrabant.

Sed omnibus his malis, & inconvenientibus Dominus Nuntius facile obviam ibit exemplo bonorum morum ſuorum, ſolitaque ſua prudentia, & dexteritate, quam ſi præſtabit in hac tam ardua fidei cauſa,

ſicuti

ſicuti Sanctiſſimus D. N. de ea ſperat, præter meritum apud Deum, & apud homines honorem, quæ ſperare habet, poterit etiam jure meritò de Sanctitatis ſuæ gratitudine, & benignitate ſibi majores honores, ac majora præmia polliceri.

XI. Adiicitur Catalogus Principum, quos Internuntius conventurus eſt, additis nonnullis elogiis (& infra) *D. Nuntius ita humane habeat tractare Catholicos, ut cum Hæreticos maxime ſuſpectos habere debeat, non tamen ſit aſper, aut inimicitiam ullam contra eos præſeferat. Quinimmo, ſi fieri poteſt, quadam vultus jucunditate, & bonis verbis præſertim abſque Catholicorum ſcandalo omnes lucrifaciat. Caveat tamen ab eorum diſputationibus, & dolis, ſed tali temperamento utatur, ut vel eos, ſi fieri poteſt, ad gremium Eccleſiæ Catholicæ reducat, vel ſaltem in nos non aſperet.* Adjectus eſt Præſulum Germanorum index, atque aliorum Principum, quos ad Concilium vocaturus eſt.

XII. Data etiam ſuere imperia Veſtrio Aquenſi Epiſcopo, ut inferioris Germaniæ Præſulibus, non tamen Reginæ Mariæ viduæ Ludovici Regis Hungariæ vita functi, ac Cæſaris ſorori, earum Provinciarum nomine Cæſareo moderatrici, indictionem Concilii denuntiaret; cum illud jam Cæſari totius Belgii ſupremo Principi denuntiatum fuiſſet; Mariam vero ardentiore ſtudio exoraret, ut memoratos Præſules ad profectionem ornandam ineundamque urgeret. At quia Aquenſis Epiſcopus varios Principes aditurus erat, quorum alii fidei catholicæ ſtuderent, ab ea diſſiderent alii, varia verborum ſormula conceptas literas, ac mandata accepit: atque ut in primis ad flectendos ad officium Principes Electores Saxoniæ omnia conſilia conſerret cum Georgio Duce Saxoniæ, qui flagrantiſſimo pietatis ſtudio Catholicam Religionem tuebatur (verum otinam diu ſuperſtes ſuiſſet: paulo enim poſtea magno Orthodoxorum luctu deceſſit.) Hic penes ſe duos inſignes Theologos, Julium Flugium Cardinalis Scombergi conſanguineum, & Joannem Coclæum, acerrimum Lutheri hoſtem, propugnatoremque Religionis Orthodoxæ detinebat, ex cujus Principis prudenti aſſenſu omnia conficere deberet. Acturus vero cum Marehione Brandeburgenſi, Electore prius adire ejuſdem Principis patruum Cardinalem Moguntinom, atque ex ejus conſilio nutuque pendere juſſus eſt.

Aquenſi Nuntio data Inſtructio.

His mandatis inſtructus Internuntius, ineunte autumno iter ingreſſus, maxima lætitiæ ſignificatione Viennæ exceptus eſt a Ferdinando Rege Romanorum, atque ab omnibus Principibus Catholicis, tum ſuperioris, tum inferioris Germaniæ; qui Pontificium aſſerendæ Catholicæ fidei ardorem ſummis laudibus extulerunt, atque omni obſequiorum genere pia ejus conſilia promovere ſpoponderunt. Inter quos Moguntious Cardinalis, cum Internuntium humaniſſime accepiſſet, hoc conſilium ſuggeſſit: comparandum bellicum apparatum ad ſrangendam armis Lutheranorum pervicaciam, ac fruſtra in Concilio decreta ſancienda, niſi ad illa in opus provocanda prius conſultum eſſet, de quibus omnibus, ingraveſcente Lutherana hæreſi Aquenſis Pontificem his literis certiorem fecit.

Nuntius Pontificis gratanter in Germania receptus.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri.

XIII. *Beatiſſime Pater poſt humillima pedum ſacrorum oſcula. Fui cum Reverendiſſimo, ac Illuſtriſſimo Cardinali Moguntino, cui intimato Concilio, ea eidem ſignificavi, quæ mihi fuere data in mandatis a Beatitudine Veſtra. Qui, ut honorabile membrum S. R. E. decuit, reverenter omnia accepit, & ſeſe adfuturum concilio pollicitus eſt, ut ex copia recognitionis copioſius cognoſces. Dixit mihi inter cætera, quod iſtud concilium eſt tam neceſſarium, quam neceſſariſſimum, ſi Eccleſiæ univerſali, & Reipublicæ Chriſtianæ conſultum iri velimus: nam iſti Evangelici [ut ſeſe honeſtiori vocabulo nominari volunt] quotidie magis, magiſque creſcunt, & variis artibus, aliquando minis inducunt vulgus, quod facile ſeduci poteſt, ad eorum ſectam: & quod pejus eſt, minantur aliquando etiam vi, & armis velle agere contra veros Chriſtianos, qui ipſis non adhærent, & omnem occaſionem quærunt, qua id facere poſſint. Nunc orta eſt quædam differentia inter præfatum Reverendiſſimum D. Cardinalem, & Ducem Saxoniæ Electorem [qui Princeps, & caput Lutheranorum eſt] ſuper juriſdictione, in cujus quaſi poſſeſſione ab immemorabili tempore ipſe Cardinalis, & ſui prædeceſſores [uti intelligo] ſemper fuerunt oppidi Badenſis quod ratione Eccleſiæ Magdeburgenſis ſpectat ad Dominationem ſuam Reverendiſſimam. Quæ controverſia niſi concordetur in dieta Zictenſi, ubi plurimi Principes ea de re conveniunt, timeo, quod erit initium belli inter Catholicos, & Lutheranos [quod Deus avertat] nam ſub dubio pugnandum eſſet, cum Lutherani, ut vera ſcribam, videantur cum eorum confœderatis potentiſſimi, ut ex liſta confœderatorum videre Beatitudo Veſtra poterit. Monuit me idem Reverendiſſimus D. Cardinalis, ut Beatitudini Veſtræ ſcriberem, quod aliquando cogitare dignaretur, qualiter executio fieri poterit eorum,*

Epiſcopi Aquen. lit. ad Paulum III. Ext. in mſ. Cardin. Spad. ſign. 136. pag. 242. & in alio mſ. ſign. n. 128. p. 87.

quæ decernentur in concilio : nam parum eſſet, latam eſſe ſeutentiam, niſi mandaretur executioni, & fortaſſis eſſet ignem igni addere ; & idem eveniret quod cum Bohemis, qui tametſi alias condemnati per concilium, tamen permanent in eadem hæreſi : quod, quantum ego conjicere, & intelligere potui, etiam facturi ſunt Lutherani : nam aperto ore dicunt ſeſe nolle obedire futuro concilio, ſed armis velle reſiſtere : vellent enim Concilium hic in Germania, ubi [ut arbitror] cuperent Martinum præeſſe. Quare, Beatiſſime Pater, neceſſarium videbitur, mea quidem ſententia, habere executionem paratam, antequam decreta concilii publicentur.

XIV. *Non deerant viri Principes, qui ingentium malorum eu novata, everſaque religione emergentium pertæſi, in ſententiam celebrandi Concilii, reſtituendæque Fidei Orthodoxæ propenderent, inter quos Georgium Marchionem Braudeburgenſem bene comparatum invenit Aquenſis Epiſcopus, ac Norimbergenſem Senatum. Sed iis obſtringere ſe noluere decernendi fœderis Smalcaldici expectatione ſuſpenſi : obdurnere vero maxime Princeps Elector Saxoniæ, & Lantgravius Haſſiæ in ſuſceptæ hæreſeos defendendæ pertinacia; hortatu vero Cardinalis Moguntini Aquenſis Epiſcopus Smalcaldiam ſe contulit, maxime cum Heldus pro Cæſarei ſcrinii magiſtro vices gerens, quem Vicecancellarium vocant, ad Smalcaldenſes conventus pergeret, ut Principes factionis Lutheranæ nomine Cæſareo ad dirimendas in Synodo œcumenica omnes controverſias religionis hortaretur. Confluxere vero ad eos cœtus præcipui novæ impietatis ſigniferi, Lutherus hæreſiarcha, Melancton, Pomeranus, Bucerus, Urbanus Regis, & alia minoris nominis monſtra, ut ſubornatos ab ipſis Principes, & Sathanæ laqueis irretitos in flagitio Lutheranæ hæreſeos confirmarent : adeoque profecere impiæ eorum artes, ut, cum Epiſcopus Aquenſis literas Pontificias Saxoniæ Principi porrexiſſet, ille adeo a Sathana faſcinatus fuit, ut ne quidem monita ſalutis ſuæ audire voluerit ; ſuſceptoque cum ſuis Senatoribus conſilio reſponſum dari juſſerit, ſe gravioribus Smalcaldenſium comitiorum negotiis diſtineri. Lantgravius vero adeo in ſcelere ſuſcepto ſe obfirmatum oſtendit, ut ne quidem Pontificium Internuntium in ſuum conſpectum admittere dignatus ſit, prætexens inanes negotium cauſas; cum tamen ad inviſendum hæreſiarcham Lutherum, infame organum Sathanæ atque mancipium ſe conferre non erubeſceret, nec perhorreſceret. Tam turpe facinus Sleidanus tanquam laude dignum his verbis commendat. Aquenſem in Germaniam miſit [ſcilicet Paulus Pontifex] ut novus videlicet Legatus aliquid impetraret; ſed & eſt illuſus in opere, neque magna fuit ejus habita ratio, & certo die, cum Lantgravii colloquium expetiviſſet, ille non ſibi vacare dixit, & eodem fere momento Lutherum inviſit, graviter ex calculo tunc ibi decumbentem, quod quidem ex ſuo diverſorio Legatus videre poterat.* L. 11. Sur. in comm. hoc anno. Pertimuit nimirum impius ille Lutheranorum conventus Imperatorem magis, quam Pontificem vices Chriſti in terris gerentem : nam Heldum Cæſaris Oratorem audire non detrectavit. Is vero maximo pietatis ardore, impios hortatus eſt, ut religionis controverſias ad Concilium Œcumenicum communi animorum conſenſione referrent componendas, pro divina amplificanda gloria, & publicata pace in Germania aſſerenda; contenditque ab iis vehementiore ſtudio, ut nitide in ea re Cæſari reſponderent : adhibuit etiam authoritatem, ut Pontificium Internuntium perorantem audirent, illique reſponſum darent, de quo accepto hæc Pontifici reſcripſit Aquenſis Epiſcopus.

Reperi hic Oratorem Cæſareæ Majeſtatis Doctorem Matthiam Held, qui etiam a ſua Majeſtate inter cætera negotia habuit in mandatis [ut mihi dixit] ut aperte intelligeret, an vellent venire ad Concilium, quem detinuerunt per ſendecim dies, antequam abſolutum reſponſum dederint, finaliter poſt multas allegationes hinc inde factas, reſponderunt nolle venire ad Concilium Mantuanum, quod idem etiam mihi hodie ante prandium reſponſum dederunt, ut latius poterit videre Beatitudo Veſtra, ex copia reſponſionis eorum in ſcriptis mihi data : opportune accidit, quod repererim hic præfatum Oratorem, nam ſtrenue ſe geſſit, & libere cum ipſis de omnibus loquutus fuit, quod mihi non licuiſſet ; tum etiam cognoverunt mentem, & voluntatem Cæſareæ Majeſtatis concurrere in iis, quæ ad Concilii univerſalis convocationem pertinebant. Sanctitas Veſtra cætera, quæ hic geſta ſunt, a Reverendo Prothonotario percipiet. Hinc proficiſcar ad Illuſtriſſimum Principem Electorem Marchionem Brandeburgenſem bonum Catholicum, & Ducem Saxoniæ Georgium Chriſtianiſſimum Principem : quos fortaſſis cogam convenire in dieta Zictenſi. Illinc, quam diligentiſſime potero, proſequar alios præfatos Principes inviſere. Non eſt facile dictu, Beatiſſime Pater, quam difficile ſit negotium habere cum iſtis Principibus; & præſertim Lutheranis, qui certe ſunt aſtutiſſimi, & nihil boni penſitant. Quæ Auguſtenſes fecerint, & innovarint, non

ob-

obſtantibus promiſſionibus, quas Cæſareæ Majeſtati fecerunt, credo Beatitudinem Veſtram intellexiſſe; quæ non repetam. Et mox: *Me ſemper bonæ gratiæ Beatitudinis Veſtræ, quam humillime poſſum, commendo, Deum Optimum Maximum rogando, ut eandem Reipublicæ Chriſtianæ ad Neſtoreos annos conſervet. Ex Smalcaldia 11. Martii MDXXXVII. Beatitudinis Veſtræ humillimus Capellanus P. Veſtrius Epiſcopus Aquenſis, & Nuntius.*

XV. Reſponſum ab hæreticis conventus Smalcaldici datum primum Heldo Oratori Cæſareo, ac poſtea Pontificio Nuntio indigniſſimum fuit in quo impietatis, odiorum, & calumniarum virus, & peſtilentiſſima hæreſeon venena effuderunt: provocatique ſumma benignitate a Pontifice, ut animæ ſuæ ſaluti conſulturi potius crederent Œcumenico concilio repræſentanti Eccleſiam univerſalem, quæ ex Apoſtolo eſt columna, ac firmamentum veritatis, quam Luthero, qui doctrinam ſuam propriis ſcriptis a Sathana hauſiſſe profeſſus eſt, in reprobum ſenſum efferati teterrimas calumnias in Pontificem, & Epiſcopos, atque univerſam Eccleſiam confinxerunt. Ac primum decretum fuiſſe in Norimbergenſibus comitiis, ut concilium in Germania celebraretur, oppoſuere. Quod tamen a vero plurimum aberrat: nam Nuntius Chiericatus in prima Norimbergenſi Dieta non decretum, ſed conſilium congregandi concilium approbavit: hujuſmodi enim decreta, maxime in rebus religionis, Pontifici legem imponere nequaquam poſſe perſpicuum eſt. Decretum vero ſecundum Dietæ Norimbergenſis, quo ſancitum fuit, exorandum eſſe Pontificem, ut quamprimum liberum concilium in Germania coadunaret, Cæſar ipſe irritum eſſe declaravit. Et in decreto Auguſtanæ Dietæ firmatum fuerat, ut concilium peteretur, *abſque loci aſſignatione*, & conditione *liberum*.

Subdidere Lutherani. *Ideo liberum ac Chriſtianum concilium appellari, ut tale intelligeretur, in quo ex verbo Dei corrigerentur errores, & abuſus in capitibus ac membris, qui in Eccleſia excreverunt; nec anteferretur verbo Dei authoritas Pontificis, aut traditionum humanarum.* Atqui in primis Joannes Cochlæus, cui fraudulenta Novatorum illorum machinamenta optime nota erant, nec liberum fore in Germania Concilium diſertis verbis profitetur. *At illi efflagitant* [inquiens] *ut in Germania celebretur, ubi Patres forent captivi; ut niſi decernerent ea, quæ Lutheranis placeant, mox armis nobilium, & Lutheranæ plebis objicerentur interficiendi.* Præterea illa in concilio libertatis voce abutebantur; quia non futurum liberum concilium, in quo Pontificis Legati juxta morem præſiderent, temerario ſane auſu dictitabant: ipſis enim licere contendebant, quoſcumque ſuæ impiæ factionis aſſeclas, quamvis laicos, pro libitu in Synodum admittere, neminemque ipſis præſidentem, impiaque dogmata refellentem ei intereſſe optabant.

Ad calumnias vero de erroribus, & impiis abuſibus affictas ab Hæreticis Pontifici, & parti Catholicæ, ita reſpondet Hoſius. *Cum ipſi nimirum Lutherani in Eccleſia non ſint, illud omni ope contendunt, & elaborant, ut ne ulla ſit Eccleſia: cum enim niſi una ſit, ulla eſſe non poſſit, una autem eſſe nequeat, niſi ex uno pendeat, qui præſit omnibus, ad unum hunc expugnandum ſuas omnes machinas convertunt; quod ideo per membra ſua facit Sathanas, ſicut a Cypriano ſcriptum eſt, ideo præpoſitum Eccleſiæ ſua infeſtatione perſequitur, ut gubernatore ſublato atrocius atque violentius circa Eccleſiæ naufragia graſſetur: itaque Sathaniſtarum non eſt majus aliud ſtudium, quam ut Chriſti Vicarium, quem Petri ſucceſſorem eſſe vident, cujus miniſterio fieri perſpiciunt, ut in Eccleſia ſpiritus unitas in vinculo pacis retineatur, ejus authoritati detrahentes, exoſum & inviſum reddant omnibus:* & nonnullis interjectis oſtendit Hoſius, quatuor prima concilia, quæ haud aliter quam quatuor Evangelia ab omnibus recipiuntur, & quæ deinde ſequuta ſunt, Pontificis Romani authoritate celebrata; atque etiam ipſos hæreſiarchas initio Romani Pontificis ſententiæ ſuas hæreſes ſubjeciſſe; licet deinde ab eo defecerint, quos imitatus eſt Lutherus, ſcriptis hiſce verbis ad Leonem X. *Beatiſſime Papa proſtratum me pedibus tuæ Beatitudinis offero, cum omnibus, quæ ſum, & habeo: Vivifica me, occide, voca, revoca; approba, reproba, ut placueris. Vocem tuam vocem Chriſti in te præſidentis, & loquentis agnoſcam.* Verum ſi interroges, qui ſint errores iſti, atque abuſus tam impii, qui ſpecioſam Eccleſiæ faciem perditorum Proteſtantium iſtorum teſtimonio deturparunt? Sacramenta, ac præcipue venerandum Miſſæ ſacrificium, ſacrum Imaginum cultum, Indulgentias, omneſque alios ſacros ritus, reſpondent. Hæc autem non modo non adverſantur verbo Dei, Sanctis conciliis, ac Patribus, quinimmo deſumpta ſunt ex Scripturis, traditionibus, quas tam vetus, quam novum Teſtamentum approbat.

XVI.
Hoſius c. 28.
Cyprianus l.1. ep.3.

Auſi etiam ſunt traditiones Eccleſiæ XVII.

Digitized by Google

appellare impias : cum Scripturæ Sacræ authoritas a traditionis Eccleſiaſticæ authoritate pendeat : atque etiam doctrina Apoſtolorum non tantum ſcripto, ſed etiam traditione conſtet, de qua Apoſtolus in ſecunda ad Theſſalonicenſes ſcribit : *State & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram*. Et 1. ad Corinthios : *Laudo vos fratres, quod per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis* : quare Irenæus lib. 3. cap. 4. docet de multis rebus, quæ literis mandata non ſunt, edoctam ab Apoſtolis veterem Eccleſiam fuiſſe, quæ ſucceſſores Apoſtolorum epiſcopi ſibi per manus ab illis tradita, ſuis viciſſim ipſi ſucceſſoribus, Eccleſiæque tradiderunt : confirmat hæc Auguſtinus in epiſt. 118. cap. 6. Hilarius in lib. ad Conſtantium Auguſtum, Athanaſius in libr. de decretis Nicænæ Synodi contra Euſebium, Chryſoſtomus in homilia 3. in Epiſt. ad Philippenſes, cujus ſunt hæc verba : *Credimus, non quia ſcriptum eſt, ſed quia ſic ab Apoſtolis, legitima Epiſcoporum & Sacerdotum ſucceſſione, nobis traditum eſt*.

Queſti etiam ſunt, Pontificem in Bulla hæreticos eos appellaſſe, antequam a Synodo eorumdem dogmatum ratio dignoſceretur. *Sed etiam* (inquiunt) *ante ipſum Concilium pronuntiat de noſtra doctrina, & damnat confeſſionem & doctrinam noſtram traditam in Apoſtolicis ſcripturis*. Hoc autem ex Bulla prædicta nullatenus inferre poterant, qua de nuper natis hæreſibus in genere Pontifex tantummodo verba facit, quibus eo Concilio ſuccurrendum erat : cum ea tempeſtate non ſolum Lutherani, ſed Zuingliani, Anabaptiſtæ, & jam ex inferni latebris Calviniſtæ erupiſſent, qui omnes inter ſe haud minus, quam cum Catholicis diſſidebant. At Lutherani Smalcaldenſes, prava ipſorum conſcientia convicti, damnabilem fore doctrinam, quam ipſi tuebantur, ex Pontificis literis interpretabantur, cum a Gallis potiſſimum, atque a Dieta Wormatienſi, & Auguſtana exploſa, & a Leone X. poſt accuratam Virorum doctorum examinationem rejecta fuiſſet. Porro, quod doctrina ſit Apoſtolica, Sathanicus, & alienus Scripturæ ſenſus a veritate abhorret : nam Scriptura etiam Sathanas abuſus eſt, cum tentaret Chriſtum de præcipitio, dum ajebat : *Scriptum eſt*, ut ajunt Lutherani, *Scriptum eſt*, ſed in ſenſu hæretico : ac D. Petrus prædixit de epiſtolis D. Pauli depravandis ab hæreticis, *ſicut & cæteras Scripturas ad ſuam ipſorum perditionem depravant*, & addidit, falli eos, qui putant Scripturæ verba in humanæ phantaſiæ figmentum diſtorta, eſſe Scripturam Sacram, ſed Spiritus Sancti revelationem, quæ in Concilio rite congregato inſinuari conſuevit. *Non enim* (inquit) *voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines* : & ut Cardinalis Hoſius Epiſcopus Warmienſis Lutheranos confutans ait. *Suus quemque privatus ſpiritus fallere poteſt, cum ſcriptum ſit*, Væ Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident : *Eccleſiæ autem ſpiritus nunquam fallere poteſt*, & paulo poſt [*de intelligentia hæreſis eſt, non de Scriptura.*] *Senſus* (inquit Hilarius) *non ſermo fit crimen*. Quod autem Spiritus Sanctus non aſſideat privatis hominibus in Scripturarum explanatione, intelligentiaque ſed Eccleſiæ, ac potiſſimum Pontifici ſupremo ejuſdem Capiti, atque Epiſcopis in Synodo collectis, ceu membris capiti adhærentibus, ab Orthodoxis inficiari minime poteſt, juxta promiſſionem a Chriſto Eccleſiæ factam. *Alium Paraclitum dabis vobis, ut maneat vobiſcum in æternum ſpiritum veritatis*. Quod præcipue in œcumenica Synodo Pontificis juſſu collecta adimpletur, admonente Cœleſtino Papa : *Spiritus Sancti teſtatur præſentiam congregatio Sacerdotum*. Quare & Chriſtianum, & liberum utique erat Concilium Mantuæ modo indictum : ubi enim *Spiritus Domini, ibi libertas*.

XVIII. Graviſſimam aliam querelam, quam mens eorum impietatis tenebris immerſa, juſtam putabat, ſubjunxere adverſus Pontificem Concilium cogere meditantem. *Quamquam* (inquiunt) *Papa præcipuus adverſarius eſt, tamen vult eſſe Judex, & retinere authoritatem condemnandi contrariam partem*. An non nequiores Judæis Lutheranos iſtos diveris ? nam cum divina lege vetere ſancitum eſſet, ut ſi circa cæremonias, & Sacra exorta eſſet aliqua controverſia, ſtaretur ſententiæ Pontificis, at iſti in pertinacia obfirmati, licet præſtantior ſit Pontificatus dignitas in lege Evangelica, quam in Moſaica, inanibus argutiis Pontificis judicium in controverſiis ab ipſis motis reſpuere non erubeſcunt.

Recolare debuiſſent præclarum illud S. Cypriani monitum : *Unus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Judex vice Chriſti non cogitatur, cui ſi ſecundum magiſteria divina obtemperaret fraternitas univerſa, nemo adverſum Sacerdotum collegium quidquam moveret* : atque illud D. Maximi ad Thalaſſium, *Eccleſia Romana nullis omnino, propter Pontificatus*

Ep. 2. c. 3. 16.

Confeſſ. Cat. Cap. 3.

Joann. c. 14. 16.

2. Cor. 3. 17.

Ep. 25.

Ad Thalaſſium.

Digitized by Google

proveſtionem, ſcriptis, aut Synodicarum editionibus chartarum ſubjecta, ſicut etiam in his omnes ex æquo ei ſecundum jus Sacerdotale ſubjecti conſiſtunt. Quin etiam non de propria, privataque ſui ipſius, ſed de Fidei, Eccleſiæque cauſa acturus erat Pontifex in Concilio. Cum itaque ipſe ſit cuſtos traditionis Eccleſiæ, quæ nec fallere, nec falli poteſt, ſupremi Judicis munus in quoſcunque traditionum Eccleſiaſticarum everſores exercere jure merito poterat. Quod autem in propria cauſa ſe ipſum judicare poſſit, conſtat ex cap. *Cum veniſſent de judiciis*, &c. *Cum ſuper privilegiis Sedis Apoſtolicæ cauſa verſetur, nolumus per alios de ipſis judicari.* Immo hujuſmodi privilegium ſupremis etiam ſæculi Principibus traditum eſt; Judices ſiquidem & partes in ſuis ipſorum cauſis nemine reluctante agnoſcuntur; cur ergo ſummo Eccleſiæ Hierarchæ hoc ipſum Lutherani temere denegare contendebant; Nonne tot hæreſes prioribus ætatibus damnatæ ſunt in Conciliis, quibus ipſimet Pontifices, vel per ſuos Legatos præfuere; nec objectum unquam eſt, Pontificem non potuiſſe partis & Judicis munera obire, cum natura, & ratio Principatus hanc gerat prærogativam, ut adverſus rebelles partis, & Judicis officium exerceat? Quis itaque jus iſtud a Chriſto collatum Petro, atque per mille, & quingentos annos ab ejus Succeſſoribus in fidei cauſis decidendis aſſidue ſervatum, ab iis tandem auferre poterit, ac audebit? Lutherus forte cum ſuis ſectatoribus? Verum qua authoritate? Illa dumtaxat, quæ ex officina Sathanæ prodiit, quæ novam turrim Babel ad Cælum Eccleſiæ expugnandum per iſtos Novatores, qui Judicis, & partis munera ſibi ipſis temerario auſu arrogabant, attollere moliebatur? Verum portæ Inferi non prævalebunt adverſus Eccleſiam ſupra firmiſſimam petram, ideſt ſupra Petrum ædificatam, quamvis per tot ſæcula a ventis, turbinibus, ac fluviis plurimum concuſſa fuerit.

Addidere aliud ſophiſma Satanicum Smalcaldenſes Lutherani, non modo Pontificem præſidere in Concilio non poſſe, cum ipſi eum idololatriæ, & hæreſeos reum eſſe aſſerant, verum etiam nec ipſos Epiſcopos ferre poſſe in Concilio ſententiam; quod Pontificiis obſequiis nuncupato ſacramento ſint obſtricti. Attamen certum eſt, eoſdem Præſules orthodoxam Pontificis fidem, ſupremamque in Eccleſia authoritatem a Chriſto Petro, ſucceſſoribuſque traditam, non autem pravos ipſorum mores, falſaque dogmata (ſi, quæ eſſent) in Concilio defenſuros. His addendum, non omnes Præſules in Concilio collectos, Pontificiæ ſententiæ per Legatos declaratæ ſtatim acquieſcere; verum data libera ejus loquendi facultate, difficultates proponendi, ac cauſæ diſcuſſionem accuratius per Patrum ſuffragia exagitandi; ſolutis hinc inde argumentis, tandem eos unanimi fere conſenſu decreta inſtituere conſueviſſe.

Denique plures alias calumnias, horrendaſque blaſphemias in Pontificem, ac Epiſcopos coacervare non erubuerunt, quibus ſigillatim reſpondere haud opus eſt: nam ad tam efferatas, ſacrilegaſque perditorum hominum locutiones, objectaque refellenda ſatis eſt dicere, *Loquela tua manifeſtum te facit*; ſcilicet eos ex Patre Diabolo eſſe. Quod ſane gratis non aſſeritur. Narrat enim Ulembergius Lutherum in eo conventu iſchuria laboraſſe; cumque ſe moriturum timeret, non flexiſſe mentem ad reſipiſcentiam, ſed rabie efferatum, condito teſtamento, hæreſeos ſuæ concionatoribus odium in Papam pro legato reliquiſſe: illud vere erat evangelium juxta Lutherum acceptum a Sathana, qui in conventiculis Magorum & Sagarum, odium inimicorum, & vindictam imperat; cum e contra Chriſtus inimicos diligi in ſuo Evangelio juſſerit.

Math. 26. 73.

In vita Luth.

XIX. Hic tamen prætermittendum non eſt, quod cum in hoc conventu Matthias Heldus Orator Cæſareus XV. Februarii Proteſtantes hortatus eſſet, ut Eccleſiaſticis, & Monachis erepta vectigalia, ac jura reſtituerent, eos in ſcelere obfirmatos flectere ad æquitatem non potuit: immo ſi qua vis pro repetendis juribus ſacris inferretur, fœderatis, arma pro iis tuendia ſe conjuncturos profeſſi ſunt: tum Cæſarem rogarunt, ut ad impiam Lutheri ſectam, quam veram doctrinam appellabant, amplectendam omnibus libertatem permitteret. Cum vero Hæretici in opprimendis Catholicis eſſent conjunctiſſimi, legumque vocem audire reſpuerent, cum rapta Eccleſiaſticis, & Monachis reſtituere juberentur (authoribus Carolo, & Ferdinando) ſancitum eſt fœdus inter Catholicos Principes, & orthodoxæ fidei profeſſores ab impetu, & tyrannide hæreticorum vindicandos. Principum enim, & Civitatum nova in dies acceſſione confirmati hæretici adverſus imperialem Majeſtatem conſurrecturi videbantur. Appellatum autem eſt hoc fœdus ſanctum, quod ſi in ipſo Lutheranæ hæreſis exordio, vel ante aliquot annos percuſſum fuiſſet, non adeo late virus ſuum impietas effudiſſet.

XX. At Pontifex ſpretis Lutheranorum ca-

iu-

Mantuam ad Concilium accedere ſtatuit Paulus.

lumniis, & maledictis, ſuſceptæ celebrandi Mantuæ Concilii voluntati inſtitit, decrevitque una cum Cardinalium Senatu Mantuam ſe conferre. Quod ſignificavit ſubjectis literis Cardinali Rodulpho Pio Carpenſi, juſſitque, ut Mantuam ex Aula Gallica proficiſceretur.

Cardinali Carpii.

Paul. III. lib. brev. ann. 3. p. 162.

Dilecte fili, &c. Licet prudentiæ, probitatis, & ſingularis fidei tuæ uſum, quem hactenus apud iſtum Chriſtianiſſimum Regem, noſtrum in Chriſto filium chariſſimum, magna cum noſtra ſatisfactione, & tua laude cepimus, deinceps capere, tuaque opera iſtic uti libenter vellemus; quia tamen propediem Mantuam ad generale Concilium proficiſci intendimus, eoque omnes Cardinales, & Epiſcopos pro ſuo officio convenire cupimus, tuamque inter cæteros doctrinam, & pietatem ibi plurimum opportunam nobis fore ſperamus: tibi propterea injungimus, ut licentia ad nos redeundi ab eodem Chriſtianiſſimo Rege prius petita, cum tuo deinde commodo in Italiam te recipias, & ad nos, ubicumque fuerimus, venire matures, venturus nobis pro tua virtute, tuiſque erga nos meritis valde gratus, & acceptus. Datum Romæ III. *Aprilis MDXXXVII. anno* III.

XXI. *Dux Mantuæ petens militare præſidium Concilio impedimenta ponit.*

Dum ita Pontifex, Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi ad inchoandum Mantuæ Concilium Œcumenicum die Pentecoſtes proxime recurſuro, frementе Sathana, & ringente hæreſi accincti eſſent, inopinus caſus omnia repente confudit; nam Ducem Mantuæ invaſit ſuſpicio, ne forte a Cæſare, vel ob variarum gentium concurſum, conflata aliqua conjuratione, Mantuano Principatu depelleretur; ideoque a Pontifice ſtipendia flagitavit, quibus præſidiarias copias ſuſtentaret, negavitque ſe Mantuam, niſi munitam milite ſe conceſſurum, prætexuitque ſe Pontificiæ tutelæ cauſa maxime eas expetere. Quo argumento extant literæ Ducis Mantuæ Italicæ ad Herculem Cardinalem Mantuanum fratrem optimum, quibus ſignificat, neceſſarium fore, ut provideator ſaluti, & tutelæ Sanctiſſimi, & aliorum Dominorum; tum, ut commeatus tuto inſerantur, & viæ a latronibus ſint liberæ, & ut ſi quæ turbæ in Provincia oriantur, mox ad eas ſedandas mittantur cohortes. Pro Urbe etiam a vi exterorum vindicanda, & tumultibus oriundis compeſcendis præſidio opus. Obſtrictum vero maxime ſe ſentire ob locatam in eo fiduciam, qua Sanctiſſimus ſe ipſius fidei velit credere.

XXII. Ex alio etiam capite, cum Principes Germani & Galli acceſſuri ſint, cum pluribus militibus eoſdem comitantibus, & ex diverſis Nationibus tot ſint confluxuri, pacato animo eſſe ſe non poſſe ſubjecit, niſi militari præſidio fuerit ſuccinctus, maxime, cum Mantuani bello non ſint aſſueti, ſed paci: neque nobilibus civibus onus iſtud ſe imponere velle, ut in continuo prælio verſentur: denique arcem parum munitam eſſe ad ſuimet defenſionem, ac propterea Pontificiæ voluntati ſeſe aſſentiri nullatenus poſſe. Cæterum ſe nunquam ab honeſto, opportuno, ac neceſſario diſceſſurum. Ad id autem, quod obiicitur, hæc a veteri more Conſtantiæ obſervato abhorrere, reſponderi, variata eſſe tempora, quæ nunc turbidiſſima ſunt, ſeque imparem tantorum Principum potentiæ, Mantuam non Rempublicam eſſe, ſed in una ſua anima conſtare: denique Paulo maximo ſe honore affectum ex munere Roſæ Aureæ ad ſe tranſmiſſo 24. Martii 1537. concludit.

Acta Conſiſt. mſ. Cardinal. Spad. ſig. n. 133. pag. 312.

De his certior factus Pontifex ab ipſo Friderico Duce Mantuæ, indoluit, peti ab eo præſidiarias copias, cum ex armatorum præſentia Concilii libertas infringenda videretur, maximaque ab adverſariis Pontifici invidia conflanda eſſet: conſuluit itaque in eo caſu ancipiti Viros prudentia, rerumque gerendarum peritia florentiſſimos, quorum unus hoc conſilium ſuggeſſit, nempe cum Lutherani in conventu Smalcaldenſi Concilium Mantuæ indictum omnino reſpuerint, atque ſpem omnem revocandi eos ab errore ſuſcepto abſciderint, convertenda eſſe omnia ſtudia ad Œcumenicum Concilium pro confirmandis in fide Catholica Orthodoxis convocandum: inauditis enim legibus a Lutheranis Concilium peti, & quodcumque vetere inſtituto ſanctiſſime celebratum ab iis recuſari, Cæſarem vero ac Regem Chriſtianiſſimum, cæteroſque Principes ſollicitandos, ut Præſules, atque Oratores ad Concilium legarent. XXIII.

Lib. brev. p. 157. 26.

Diſcuſſa re diligentiſſime, ac ſumma maturitate conſilii librata, viſum eſt Paulo Pontifici, cum fruſtra Ducem Mantuæ Pontificiorum hoſtium proponentem inſidias, & conjurationes formidantem a petitis præſidiis abducere conatus eſſet, Concilium prorogandum eſſe ad kal. Novembris proximas, eamque prorogationem in publico Senatu XX. Aprilis habito promulgavit, ut referunt Acta Conſiſtorialia, ac Petrus Paulus Aretinus Diarii Romani author, & Angelus Maſſarellus, qui in Concilio Tridentino a ſecretis fuit: pro qua re ſequentem edidit Bullam. XXIV.

Concilium prorogat Paulus ad kal. Novemb.

Ang. Maſſarel. in Diar.

Pau-

Paulus &c. Ad futuram rei memoriam.

XXV. Prorogatio ad kal. Novemb. *Superiore anno deſiderantes malis, & calamitatibus, quibus Chriſtiana multipliciter laborat Eccleſia, pro officio noſtro ſuccurrere, veſtigiis Majorum noſtrorum, qui ſalutere remedium in ſimilibus cauſis univerſalis concilii celebrationem experti fuerunt, inhærendo, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, Œcumenicum, ſeu Univerſale concilium in Civitate Mantuæ præſenti anno die XXIII. menſis Maii proxime futuri inchoandum, indiximus univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, & cæteris Eccleſiarum, & monaſteriorum Prælatis, ubique Terrarum conſtitutis mandantes, quatenus perſonaliter, Chriſtianos vero Principes, & alios, qui de jure, aut conſuetudine in hujuſmodi concilio intereſſe debent, exhortantes, ut pro pace, ſalute, & augmento Eccleſiæ Dei, & ipſi perſonaliter [ſi poſſent] ſin minus, per ſolemnes Oratores ſuos congruo tempore dicto ſacro concilio in Civitate Mantuæ, ut præfertur, celebrando deberent intereſſe, prout in aliis noſtris literis, quas tum Romæ in locis ſolitis, tum per literas, & Nuntios noſtros ad hoc deſtinatos in omnibus Chriſtianitatis partibus publicari fecimus, plenius continetur.*

XXVI. *Cum autem dicti concilii inchoandi tempore appropinquante, dilectum filium nobilem virum Fridericum Ducem Mantuæ, quem promptiſſimum in hoc futurum ſperabamus, ut Civitatem prædictam in hoſpitiis, victualiis, & aliis rebus neceſſariis pararet, & diſponeret, requiſiviſſemus, ipſe Dux, nobis ſuper hoc reſpondens, non parvam huic negotio intulit difficultatem, aſſerens militare præſidium, & pro eo nutriendo ſtipendium pro noſtra, & aliorum ad concilium venientium, ſuæque Civitatis [ut dicebat] ſecuritate ſibi neceſſarium eſſe: quam quidem objectam tam ſancto operi difficultatem, licet difficillimum, & fere impoſſibile nobis fuiſſet hoc tempore, quo præter alias noſtras, & Apoſtolicæ Sedis longe ſolito graviores impenſas, nunc, cum perfidiſſimus Fidei noſtræ hoſtis univerſum Chriſtianum Imperium occupare molitur, etiam littora, & Urbes Status noſtri ab utroque Italiæ mari defendere cogimur, pecunias alio divertere; tamen omnino ſuperare conati fuiſſemus, niſi rem incongruam, & mali exempli judicaſſemus, armatum concilium celebrare. Eidem itaque Duci ſtatim reſcripſimus, ad tam ſanctum opus peragendum nec nobis, nec aliis illic conventuris aliquid timendum eſſe, minimeque æquum fore ibi arma conſpici, ubi libera omnium ſuffragia eſſe deberent; ideoque nil aliud eſſe id petere, quod petebat, quam Civitatem prædictam manifeſte denegare.*

XXVII. *Cum autem nos multis etiam aliis rationibus ſuſpicionem hujuſmodi ab ejus animo tollere conati fuerimus, idque non ſemel tantum, ſed pluries fruſtra contenderimus, coacti fuimus de loci mutatione & [ut id maturius facere poſſimus] de concilii celebratione ad aliquod tempus proroganda cogitare: quod quidem, tum ex eo, quod rem tam ſalutarem, & tam Chriſtianitati neceſſariam accelerare potius, quam differre voluiſſemus: tum etiam quod verebamur [prout veremur] aliquos ex conventuris, noſtræ indictioni confiſos, iter aggredi cœpiſſe, & cum ſuo incommodo, & noſtra moleſtia, vel progreſſuros unde jam excluſi ſunt, vel tanto itinere fruſtra ſuſcepto in ſuam patriam redituros, certe moleſtiſſimum nobis fuit: quando autem aliena, non noſtra culpa ad hoc deventum eſt, æquiore animo id ferimus. Ut igitur quam citius eam, quæ ex inopinato hujus rei eventu in ipſorum conventurorum mentibus forſan oriri poſſet, perturbationem tollamus, & eorum incommodis, ut fieri poteſt, occurramus, de præfatorum Cardinalium conſilio, & aſſenſu tempus celebrandi concilii hujuſmodi ad kalend. Novemb. proxime futuri prorogandum duximus, prout prorogamus, alterius non minus commodi, & idonei loci electionem interim per nos faciendam, ad eorum, ad quos ſpectat, notitiam, quam citius fieri poterit deducturi. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVII. XII. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno III.*

XXVIII. Jacob. Sadoletus ad Joann. Salviat. Card. ep. l. 10. 421. De prorogato Concilio, prorogationiſque cauſa, utque nullus adhuc locus deſignatus eſſet, ſcripſit has literas Jacobus Sadoletus Cardinalis ad Joannem Salviatum Cardinalem.

Ita prorogatum eſt Concilii tempus, ut certus locus nullus ad conveniendum conſtitutus ſit. Id accidit ex ea cauſa, quod Dux Mantuæ concurſum tot advenarum in Urbem ſuam reformidans, hoc [ut ſcribit ipſe] turbulento, & ſuſpicioſiſſimo tempore, Mantuam ſe conventui ſine firmo militum præſidio commiſſurum negavit. De hoc præſidio actum bis in Senatu, omniumque ſententiis decretum, nullum omnino militare præſidium eſſe dandum, ne Lutherani, qui nos ſuſpectos ſibi eſſe non ſimulant, ſi intra arma & præſidia noſtra venturi eſſent, vere atque ob rem id facere viderentur. Ejus igitur loci ſpe adempta alius nimirum conſtituendus locus, quod fieri commode inconſultis Chriſtianis

Prin-

Digitized by Google

Principibus non poterat. Porro cum adeſſet jam Concilii dies, neque ad eam diem de voluntate Principum conſtare nobis poſſet, viſum eſt neceſſario Concilium eſſe prorogandum. In hanc ſententiam deſcendere fere omnes. Una dumtaxat Campani ſententia, & mea, prorogationem diſſuaſit; cum videretur nobis plus multo utilitatis in Concilio habendo, quam detrimenti in loci mutatione exiſtere: eligebamus autem ego Placentiam, Campanus Bononiam, ille commodiorem nobis locum ſequutus, ego Germanis opportuniorem: ita enim Placentia Cæſarianis eſt propinqua, qui armis atque exercitu in præſentia valent, ut abſtergere omnem metum eo advenientibus Lutheranis poſſit; etſi illi quidem diſerte conventu Smalcaldæ habito negaverunt ſe venturos. Et infra: *Sed nobis fruſtra diſſuadentibus decreta nihilominus eſt prorogatio.*

XXIX. *Acta Conſil. mſ. Cardin. Spad. ſig. n.133. p. 417.* Nondum deſignari potuerat Concilii locus, quia de eo Pontifex cum Cæſare, ac Regibus prius convenire decreverat. Tertia vero die a promulgata Concili prorogatione ſignificavit Paulus Carolo V. Imperatori cauſas totius rei geſtæ; utque repetitis literis Fridericum Ducem Mantuæ hortatus eſſet, ut conceptum metum poneret, nec illum a priore ſententia dimovere potuiſſet.

Imperatori.

Paul. III. lib. brev. ann. 3. p. 257. & 301. *Chariſſime &c. Non dubitamus, quin ſicut tua Majeſtas pari ſemper nobiſcum ſtudio celebrationem generalis Concilii deſideravit, ita nunc non minori, quam nos moleſtia acceptura ſit omne impedimentum, quod dicto Concilio afferatur; præſertim ab his, a quibus minime debuiſſet. Dux enim Mantuæ [id quod tuæ Majeſtati abunde jam innotuiſſe credimus] qui, cum eſſemus, eum per literas nuper hortati, ut appropinquante Concilii inchoandi tempore Civitatem ordinatam, & præparatam hoſpitiis, & victualiis haberet, ad tantos hoſpites excipiendos, noſque cum noſtra Curia jam ad iter accingeremur, ecce ſubito [quod nunquam antea ſignificarat] ſubſidium militare, & pro eo ſtipendio a nobis petiit ad noſtram maxime [ut dicebat] ſecuritatem, cumque Nos, non tam pecuniæ parcentes [cui tamen parcere cogimur] cum præter alias impenſas noſtras, & Apoſtolicæ Sedi ſolito graviores tantum exercitum contra Turcas in utroque Italiæ mari tutando ſecum alere cogamur, quam malum exemplum habendi armatum Concilium vitantes, ſtatim ipſi Duci reſcripſiſſemus, nihil nos timere, & cæteros etiam omnes ſitu loci, ac diligentia ipſius Ducis ſatis tutos eſſe poſſe. Ipſe ſecundo reſcripſit, non tantum nobis, verum etiam ſibi, & ſuæ Civitati metuere: proptereaque ſe, & illam Civitatem tot Nationibus ſimul conventuris ſine opportuno præſidio committere non audere. Replicavimus ei tertio, rem quam peteret, non ſolum fore ſuſpicioſam multis, ſed etiam actioni tam piæ eſſe incongruam, cum ad concordiam homines non armati, ſed pacati, ſereque omnes Eccleſiaſtici, conveniant, nec æquum eſſe, arma ibi conſpici, ubi libera omnium ſuffragia eſſe debeant; neminemque eſſe auſurum, perturbare ipſum Concilium, quod ex omni Chriſtianitatis corpore congregatum eſſet, cum præſertim te perſonaliter illi interfuturum ſperaremus. His rationibus cum eum acquieturum putaremus, præſertim cum non ignoraret illam Civitatem, ut aliis non incommodam, ita maxime Germanis commodam, &, quia tui Imperialis ſeudi eſt, etiam fidam, te maxime laudante, a nobis fuiſſe electam, nihil tamen proficere tot ſuaſionibus, ac toties iteratis potuimus, nam tertio ſuum hominem cum eiſdem mandatis de præſidio, & ſtipendio ad nos miſit: qua rei novitate, Fili chariſſime, & tanta abſtinatione ipſius Ducis ita perturbati fuimus, ut nulla perturbatione gravius affici hoc tempore potuerimus: cum enim jam in procinctu nos, & noſtra omnia haberemus, propediemque nulla ætatis noſtræ, vel alia ratione habita, nos ad iter daturi eſſemus, hoc inopinato caſu in maximam anxietatem conjecti ſumus: non ſolum quod rem tam ſalutarem quamprimum aggredi cupiebamus, verum etiam quod verebamur multos ex Prælatis conventuros noſtræ inditioni confiſos, iter ingredi cœpiſſe, & magno cum ſuo incommodo, & noſtro pudore, vel progreſſuros, unde excluſi jam ſunt, vel tanto itinere fruſtra ſuſcepto in ſuam patriam rediturros. In hac igitur ſollicitudine poſiti, ut quamcitius incommodis conventurorum Prælatorum occurreremus, die Veneris proxima in Conſiſtorio noſtro ſecreta, id quod neceſſitas ipſa nobis præſcribebat, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu locum mutandum eſſe decrevimus, cum Mantuæ non reciperemur ſine armato præſidio, & cum præſidio, ſine malo exemplo, & ſuſpicionis materia, recipi non poſſemus. Convocatis ſtatim ad ipſum Conſiſtorium tuis, ac cæterorum Principum Oratoribus, ipſiſque aſtantibus, de eorumdem fratrum noſtrorum conſilio, tempus inchoandi Concilii ad Kal. Novembris proximis prorogavimus, ut interea de alio loco per nos eligendo deliberare, & de electo tempeſtive ſignificare omnibus poſſemus, ipſamque loci mutandi deliberationem, & temporis prorogationem tuis, & aliorum Principum, & Potentatuum Oratoribus,*

quos

quot ad Conſiſtorium vocari feceramus, ſtatim ſignificavimus, eoſque hortati ſumus, ut tui hæc Tuæ Majeſtati, & alii ſuis Principibus noſtro nomine perſcriberent. Licet igitur credamus, eoſdem tuos ſuo officio cum tua Majeſtate jam functos eſſe, attamen noſtris etiam literis tuæ Majeſtati innoteſcere voluimus, cui ſicut nunc de tempore prorogato, ita de alio loco, quem elegerimus, qua quidem in electione omnem, quæ haberi debeat, & poſſit, rationem habere conabimur, propediem ſignificabimus, & literis etiam ſub plumbo noſtris ad omnium notitiam deducemus. Dat. Romæ XXIII. *April. MDXXXVII. anno III.*

Hier. Card. Ghinuccius.
Jacobus Card. Symoneta.

XXX. Conceptæ ſunt eadem verborum formula literæ ad Ferdinandum Regem Romanorum, iis tantum additis, quibus ait Mantuam Ferdinando ipſo, & Cæſare maxime laudantibus delectam fuiſſe, quod etiam Cardinali Tridentino ſignificavit.

XXXI. *MS. Car. Spad. ſig. n.136. ibid. pag. 245.* Cæſar e Nobilibus Internuntius in Gallia literis exaratis X. Junii ſignificavit, Regem Chriſtianiſſimum de loco concilii poſtulatum, reſpondiſſe, Lutheranos flagitare a Cæſare concilium non in Italia, ſed in Germania, aut Baſileæ, aut Conſtantiæ, aot Lugdoni in Gallia eelebtandum, nec in Italiam venturos: cumque concilii finis ſit Lutheranorum conciliatio cum Romana Eccleſia, errorumque exciſio, iis abſentibus finem non obtentum iri: nec Regem Angliæ, vel Daniæ eo acceſſuros, nec pariter ſibi ardente bello cum Cæſare patere acceſſum ad concilium in Italia, ſi in ditione Veneta, aut Eccleſiaſtica celebretur: non enim decere, ut Syngrapham liberi commeatus acciperent a Cæſare, per cujus terras ingrediendum eſſet; pacatiora itaque videri expectanda tempora: commendare ſe Pontificis ſtudium, mentemque celebrandi concilii, atque illud omnino neceſſarium pro excindendis errotibus, ſed perturbationem temporum illi congregando obſiſtere.

XXXII. *Belcair. l. 21. n. 16. 17.18. 19.* Obtulerat Franciſcus Gallorum Rex Cæſari (Vellii Oratoris opera) ſe arma cum illo ad Lutheranos obterendos, Turcaſque contundendos conjuncturum, amicitiamque arctiſſimis affinitatibus adſtricturum, ſi Ducatum Mediolanenſem, ipſi ereptum a Cæſare, transfunderet in Henricum filium Ducem Aureliæ: & cum verbis fallacibus ſe illuſum putaret, Turcam in Cæſarem concitarat ad vaſtandam Italiam. Cum itaque Pontifex, Cæſare, & Gallo implicitis civili bello concilium vocari non poſſe doleret, ad Divinam iram placandam converſus, ſolemnes ſupplicationes, Julio ineunte, indixit.

Inter has difficultates, dum Pontifex explorat, quæ loca celebrando concilio forent idonea, ac pene omnes Italiæ Urbes variis partium ſtudiis, ac ſuſpicionibus laborarent, Venetos, qui nec Cæſareæ, nec Gallicæ factioni ſe addixerant, rogavit, ut e multis ampliſſimis Urbibus, quas ſua ditione tenebant, aliquam pro futuro concilio celebrandn commodarent: eaque re gratiam ſingularem, tum a Sede Apoſtolica, tum ab univerſa Chriſtiana Republica inituros, ut ſubjectæ oſtendunt literæ ad eos tranſmiſſæ. XXXIII. Venetos rogat Paulus, ut Urbem ſuæ ditionis pro Concilio celebrando concedant.

Dilectis filiis Nobili viro Duci,
& Dominio Venetorum.

Dilecti filii ſalutem. Appropinquante concilii univerſalis celebratione, quam a die XXIII. Maii præteriti in kalendas novembris futuri [aliena culpa coacti] prorogavimus, anxii eramus de electione loci, in quo ad ipſum concilium venturi, tum libenter, tum ſecure, ac ſine ſuſpicione convenire poſſent; eoque magis etiam angebamur, quod ob Chriſtianorum Principum diſcordias vix angulus in tota Italia, in qua dictum concilium celebrandum erat, a nobis eligi poterat, quem partium ſemina aliquibus ſuſpectum non facerent; verum in hac anxietate poſiti conſolabamur nos ipſos, quod ſicut celebrandi concilii deſiderio tenebamur, ita Deus omnipotens vos hoc tempore a factionibus intactos conſervaverat, ut eſſent in ipſa Italia, qui pro ſua auctoritate poſſent, & propria pietate vellent, in concilio conventuros in locis ſuis excipere, ſicut a vobis pro veſtra religione, ac pietate factum iri non ambigimus. Cum igitur vos ſoli in Italia neutrarum partium ſitis, qui magnas, & opulentas civitates ad id opportunas habeatis, & quos hac eximia gloria dignos exiſtimemus, ut dictum concilium in locis veſtris celebretur, vos ex animo hortamur, & quanto poſſumus ſtudio requirimus, & charitate urgemus, ut nos in tam pio opere coadiuvantes, aliquam ex veſtris Civitatibus pro hac concilii celebratione nobis, at non nobis ſolum, ſed univerſæ etiam Chriſtianitati accommodare velitis. Scriberemus plura, niſi veſtra pietas ſpem nobis rei impetrandæ, & paucis quidem impetrandæ faceret. Expectabimus ac magno cum deſiderio a vobis reſponſum huic noſtræ ſpei conveniens, hoc tantum addentes, ut non parvi faciatis Deo in hoc gratificari, nobis, & toti Chriſtiano Orbi complacere, veſtrumque inclytum Dominium hac laude, & gloria decorare, prout dicet etiam Nuntius apud vos noſter, cui fidem ſolitam habebitis. Datum Romæ apud Sanctum Paul. III. lib. breu. anno 3. p. 383.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 294.

miæ, Hungariæque maxima florebat authoritate, ac pro Bohemis hæreticis in concordiam cum Catholicis adducendis operam navabat, quem, ut cœpta perficeret, Pontifex hortatus eſt.

Epiſcopo Viennenſi.

Jo. Faber. Epiſcopus Viennenſis pro conciliandis hæreticis Bohemis laborat.

Venerabilis frater, Salutem. Nihil aliud expectavimus unquam a te, niſi ut ſemper eſſes qui fuiſti, noſque in noſtro officio, gravi illo quidem, at his temporibus graviori, ſublevares. Scribit enim nobis nuntius noſter, Fraternitatem tuam, cum qua de Conventu pro Bohemis ſuper his, quæ Religionem noſtram concernunt, diſſidentibus Hæreticis cum Catholicis concordandis iſtic celebrando, plura colloquia habuit, operam ſuam in eo obtuliſſe, & illum dicturam ac adjuturam fore, qua quidem in re etſi tuæ dignitati non dees, ob id tamen lætamur, quod quotidie ob nova tua erga nos merita, gratias tibi afferre debeamus, proinde petimus a te Frater Venerabilis, ut iſtum Regem hujus tam piæ actionis Authorem, qui tua monita ſemper plurimi fecit, in faciendo tam pio opere inflammes, & communi cauſæ, Deoque in primis, cui omnia debes, pro tua virili non deſis, ſicut in te ſperamus, quam vero id nobis gratum a te futurum ſit, dicet tibi Nuntius noſter, cui fidem habebis. Datum Romæ XVII. *Maii MDXXXVII. Anno* III.

XXXVII. Contra Cæſarem bellum movere meditantur Lutherani.

Cum habiti eſſent hoc anno Smalcaldiæ Lutheranorum conventus, ut mutuo fœdere arma conjungerent adverſus Cæſarem, ſi ille Monachos, & Sacerdotes paſſim ab Hæreticis expilatos, ſpoliatoſque, qui apud Cæſarea ſubſellia legum jura implorabant, tuendos, priſtiniſque juribus reſtituendos ſuſciperet, eo confluxere præcipui Hæreſiarchæ Lutherus, Melancthon, Bucerus Oſiander, & alii perditiſſimi prædones animarum, qui licet placitis inter ſe diſſentirent, mutuis amicitiæ ſignis externis ſe coluere, cum omnes Sathanam communem patrem, ac ducem haberent, de quorum concionibus inter ſe pugnantibus, tunc habitis hæc memorat Surius. *Lutherus juſtificationis ſuæ fundamentum eſſe voluit relationem, quæ eſt minimum entitatis, hoc eſt nihilum, ut ipſius habet diſputatio typis excuſa: Oſiander vero prorſus e diametro cum illo pugnans, fundamenti loco poſuit ipſam Divinam Eſſentiam, quæ eſt ſimul omnia: vult enim eadem juſtitia, qua Deus eſſentialiter juſtus eſt, nos quoque juſtos eſſe oportere; Lutherus autem non revera, ſed tantum imputative coram Deo juſtos nos haberi.* Et mox. *Et licet hæc inter ſe maxime ſint diverſa, tamen Principibus, & reliquis Ordinibus illis, verſuti homines niſi ſunt purum Evangelium, & ipſiſſimum Dei verbum prædicare, nec animadvertebant, quibus dolis, & fraudibus ab iſtis Evangeliſtis circumſcriberentur. Interim mire execrabantur Pontificem, & Doctores Catholicos tanquam Antichriſti [ſic enim vocant Pontificem] adminiſtros, & ſatellites, & non videbant, qui iſtud ipſis perſuadebant, revera ipſiſſimos Antichriſti præcurſores, & prænuntios eſſe. Sed quid hoc magnopere mirandum in Principibus, cum etiam pleriſque doctiſſimis viris ſatis interdum negotii faceſſant importuni, & verſipelles homines, dum omnia ubique rimantur, & excutiunt, & ſi quid uſpiam occurrat, quod vel in ſpeciem pro ipſis facere videatur, id mire exaggerent, id mirifice jactitent adeo ut ſæpe non pudeat ipſos impudentiſſima vanitate ad ſuum ſenſum detorquere, quæ tamen ſciunt nihil pro ipſis facere, ſcilicet ut indoctis, & imperitis aliquid dixiſſe videantur. Has fraudes ſi perſentiſcere potuiſſent Principes, puto equidem ſuis dentibus infidos homines diſcerpſiſſent potius, quam ulla in re ſibi ſequendos ſtatuiſſent.*

Surius in comm. hoc anno.

Lutherani in ſententiis non conveniunt.

XXXVIII. *Surius in comm.*

Eodem ferme tempore Henricus Angliæ Rex neſaria ſcripta edidit adverſus Pontificis authoritatem, neque ad indictum ab eo Concilium Oratores miſſurum promulgavit, tum diræ acerbitatis virus in Chriſti Vicarium effudit, quem Surius recte monet, eo majori obſervantia proſequendum, percolendumque, quo atrocius oppugnatur ab iis, qui Lutheri, potius quam Chriſti Evangelium ſequi malunt; propterea omnes Hæreticos de tyrannide Romanorum Pontificum querelas fundere, cum extinctam vellent eam ſummam authoritatem, qua omnes hæreſes oppreſſæ ſunt. Redigendi quidem Henrici ad officium præclara affulſerat occaſio, cum populi ejus tyrannide feſſi, impietatemque execrati, in ipſum fortiſſimum exercitum conflaſſent, ad quos in fidei Orthodoxæ conſtantia confirmandos Paulus Pontifex Reginaldum Cardinalem Polum Legatum in Angliam decrevit VII. Februarii die, ut referunt Acta Conſiſtorialia.

Angli contra Henricum VIII. rebellant.

Reginaldus Polus Legatus in Angliam deſtinatur.

Romæ die Mercur. 7. Februar. MDXXXVII. *fuit conſiſtorium, in quo Sanctiſſimus creavit Legatum de latere Reverendiſſimum D. Reginaldum Polum SS. Nerei, & Achillei Diaconum Cardinalem Anglum, cum facultate, prout in literis, & eum deſtinavit ad res Angliæ componendas.*

Acta Conſiſt. mſ. Card. Spad. ſig. n. 133. p. 341.

De miſſo Legato certiores fecit Paulus epiſcopos Anglos, ac Proceres Catholicos, eoſque hortatus eſt, ut illi opem operamque ſuam commodarent.

Dilectiſſimi filii Angliæ Populi, qui ſemper nobilis portio Chriſtianitatis in cultu

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 341. *veræ fidei, & præcipua S. R. E. obedientia fuerunt, quique his paucis annis non volentes, ſed ut exitus declaravit* [*coacti*] *a fide, & obedientia prædictis deſciverunt, nuper pœnitentiam facto, & ſuam voluntatem pariter oſtenderunt armis pro ſancta religione, & veteri ejus obſervantia ſumptis, quorum nos, ſicut aberratione dolueramus, ita reverſione maxime lætati, non cunctandum nobis exiſtimavimus in eis benigne recipiendis.* (Et infra:)

Hortamur igitur Fraternitates, Nobilitates, & devotiones veſtras in Domino, & omnium ſtudio charitatis requirimus, ut eundem Cardinalem Legatum pro veſtra in Deum, & hanc Sanctam Sedem reverentia, proque ipſius Card. Legati eximia Nobilitate, ſingulari doctrina, excellentique probitate, honorifice ſuſcipientes. (Et infra) *In exequendis mandatis noſtris, quæ a pietate profecta ad Dei laudem, & publicam utilitatem diriguntur, opem, operam, conſilium, & auxilium veſtrum benigne præſtare velitis, &c.* [1]

CXIX. Dedit etiam ampliſſima Legato mandata, ut cum per Galliam iter haberet, concordiam inter Gallorum Regem, ac Cæſarem, inter quos cruentum bellum gerebatur, promoveret, qua in Turcam verti arma, conciliumque ad extinguendam hæreſim cogi poſſent, de quibus ad Regem Scotiæ, qui Magdalenam Galliæ Regis filiam ſibi thoro junxerat, ſubjectas literas dedit, rogavitque ut pro reſtituenda Angliæ pietate Legatum juvaret, ac Franciſcum Regem ad tuendam Religionis cauſam incitaret:

Regi Scotiæ.

ul. III. brev. 3. pag. 7. *Chariſſime &c. Cum dilecti filii Angliæ Populi, qui Deo obedire magis quam hominibus, & in vero fidei cultu tot ſæculis ab univerſali Eccleſia, & cuncta Chriſtianitate obſervato, manere cupiunt, noſtram ſollicitudinem, & curam merito provocent, cum noſtro, & omnium bonorum favore digni ſint; mittimus eo Dilectum filium Reginaldum Polum S. R. E. Cardinalem ex ipſa Anglia ſummo genere, ſicut te ſcire credimus, ortum, omnique laude præſtantem, qui noſter, & Apoſtolicæ Sedis Legatus in propinquo, agens omnia curet, atque agat, quæ ad eorum pietatem confovendam, retinendam, tranquillandamque pertineant, in tranſitu autem ejus per Galliam volumus eum adire Majeſtatem Chriſtianiſſimi Regis Soceri tui, eique cum ſalutem Populorum eorumdem commendare, tum etiam pacem cum Cæſarea Majeſtate ſuadere, ut generale concilium celebrari, hæreſes tolli, Eccleſia reformari, Turcæ Nobis jamjam imminentes repelli, multaque ad commune totius Chriſtianitatis bonum pertinentia conſtitui poſſint. Quod autem in his omnibus, præcipueque in juvandis illis Populis, tibi propinquis, magnam poſt eumdem Chriſtianiſſimum Regem in Tua Majeſtate ſpem collocamus, quippe quam egregia pietate animatam, omneque commercium, cum aberrantibus a vera fide ſemper averſatum novimus, ipſi Cardinali Legato mandavimus, ut Majeſtate Tua prius noſtro nomine officioſe, ac paterne ſalutata cuncta noſtra conſilia cum ea communicaret, quæ nihil aliud reſpiciunt, quam ut ſpecialiter eorumdem Populorum ſaluti, & quieti, generali vero omnium Chriſtianorum ſecuritati conſulamus, quæ nobis cum Majeſtate Tua ut cum præſtantiſſimo Rege, & omnibus Chriſtianis Principibus communis eſt. Itaque quod idem Cardinalis Legatus cum tua Majeſtate noſtro nomine uberius acturus eſt, nos etiam a te cum præſentibus omni ſtudio, & amore per Jeſum Dominum petimus, ut Nobis, & Romanæ Eccleſiæ in pietate dictorum Populorum fovenda, ac retinenda auxilio eſſe, Deique cauſam juvare tu in primis velis, cui occaſio id faciendi propinquior, & commodior, voluntas autem Deo obſequendi eadem eſt, quæ noſtra: & ut cumulum obſe-*

NOTÆ [1] ANglorum motus in Henricum regem ſuum præcedenti anno cœperunt. Burnetus enim in ſua hiſtoria lib. II. teſtatur die XX. octobris anni 1536. regis exercitum in rebelles jam profectum novarum copiarum acceſſione crevisse, nec tamen ſic manus conſerere auſum cum hoſte viribus fortiori. Hoc vero anno julio menſe oblatam ab Henrico Rege veniam rebelles acceptarunt, omniſque reſtituendæ in Anglia fidei ſpes evanuit.

Cæterum quæ de Polo Cardinali habet Burnetus ibi, animadverſione digna ſunt. Virum magnanimum, & in eloquentia omnium ſui temporis oratorum principem appellat, eumdemque aſſerit aſſediſſe cœtui illi eccleſiaſtico, in quo Henricus Anglicanæ Eccleſiæ caput declaratus aſſertuſque fuit; ſuffragium vero ea de re ſuum cæterorum ſuffragiis ab eo conformatum ex eo arguit Burnetus, quod nec tunc e ſuo gradu amotus, nec deinceps per aliquot annos dejectus fuerit. At ſi vera commentatur Burnetus, cum numquam deinceps Henricus hanc inſtabilitatem Polo exprobravit, cur eidem Cardinali pro Eccleſiæ ſententia pugnanti priſtinam ejus ſententiam non oppoſuerunt illi, qui pro Henrico ſcripſerunt? Cur idem Polus priſtinum illum errorem ſuum numquam deinceps ſive agnovit, ſive excuſavit? Multo igitur probabilius exiſtimo Polum numquam a recta fide receſſiſſe, ſed Henricus factum ejus aliquandiu diſſimulandum ſorte cenſuit, ratus ſe tandem blanditiis, & largitionibus id impetraturum, ut virum in ſuam ſententiam pertraheret. Mansi

obſequii tui apud Deum Omnipotentem magis augeas, velis etiam idipſum, ac præterea ſanctiſſimam pacem, a qua omnis ſalus Chriſtianorum hoc tempore dependet, nobiſcum apud eumdem tuum Socerum curare, qua actione nullam Deo acceptiorem hoc tempore præſtare potes. Sed cum hæc plenius, & particularius idem Cardinalis Legatus tuæ Majeſtati ſit explicaturus, ad eius ſermonem nos referentes, eum a tua Majeſtate honorifice, atque humane ſuſcipi, cum fide audiri, Tuamque Majeſtatem a Deo Omnipotente omni fœlicitate cumulari optamus. Datum Romæ xv. *Februar. MDXXXVII. anno III.*

XL. Maximam in Scoto Rege ſpem collocabat Pontifex, cum ex Scotia facile Catholicos Anglos ſubſidiariis copiis fulcire poſſet, ad quem myſtica munera, quibus Eccleſiæ defenſores ornari conſueverunt, ſacra prece Natalitio Domini die luſtrata tranſmiſit.

Regi Scotorum.

Paul. III. lib. brev. ann. 3. p. 14.

Chariſſime, &c. Conſueverunt Romani Pontifices in Sacratiſſima Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti nocte quotannis enſem cum pileo ſolemni cæremonia benedicere, & alicui Chriſtianorum Principum dono mittere, quem hoc ſacro munere ornent, & ſpirituali virtute adverſus ſanctæ Eccleſiæ, & Catholicæ fidei hoſtes muniant, quod ſi quando antea, fili chariſſime, nunc maxime, cum tot hæreſes ſanctam Eccleſiam lacerant, perneceſſarium eſt; cum vero nos exemplum noſtrorum Prædeceſſorum ſequuti, ipſum enſem cum pileo in proxima Natalis Dominici nocte benedixiſſemus, & ad quem potiſſimum mitteremus eos animo volveremus, tua in primis Majeſtas nobis occurrit, quæ digniſſima eo munere nobis videretur: id enim ætati, & virtuti congruit tuæ, tum religioni animi tui debitum eſt, & hoc tempore aptiſſimum, cum [multum gaudentibus nobis] Chriſtianiſſimi Regis pietati tua pietas etiam affinitate conjuncta eſt, & vicini tibi Regis impietas divina ultione concutitur. Ad te igitur, quem Catholicum Principem, & huius Sanctæ Sedis devotiſſimum filium habemus, hunc enſem cum pileo, per dilectum filium Joannem Antonium Comitem de Campegio Camerarium noſtrum præſentium latorem mittimus, Deum ſuppliciter deprecantes, ut tibi, qui tuum Regnum venenis vicinarum hæreſum, quamvis ſæpius ſollicitatus, nunquam inquinari paſſus es, fœlicitatem concedat, dextram enſe firmet, caputque tuum hoc pileo vi Spiritus Sancti per Columbam figurati protegat ad tutelam Sanctæ Eccleſiæ, & Catholicæ fidei adverſus eos, in quos Dei juſtitia, atque judicium, nunc præparantur. Tu igitur pro tua pietate hoc munus noſtrum Chriſtiano affectu, & devota veneratione ſuſcipies, nec tam muneris qualitatem, quam myſterium, & vim ſpiritualem ejus perpendes, ob quæ maximi quique Principes, ſemper ſe hoc munere a Sede Apoſtolica valde honeſtatos putaverunt, ſicuti & te pro noſtra in te benevolentia, tuaque in nos obſervantia, nunc exiſtimaturum ſperamus; ut autem ipſum debita cum cæremonia, ſicut a nobis benedictum eſt, etiam tuæ Serenitati tradatur, mandamus Venerabili Fratri Archiepiſcopo Glaſguenſi, vel cuivis alteri Catholico Antiſtiti per te eligendo, ut ſolemni Miſſa in aliqua Eccleſia per te pariter eligenda, ab eo in tua præſentia celebrata, poſt ejus ſolemnia dictum enſem cum pileo tuæ Majeſtati, & ex parte noſtra aſſignet. Datum Romæ XIX. *Januarii MDXXXVII. anno* III.

Solicitatus pariter eſt Franciſcus Galliæ Rex, ut Religionis, Chriſtique cauſam ſuis commodis anteferret, pacemque adeo neceſſariam cum Cæſare conficeret, ex qua Turca comprimi, hæreſis extingui, Concilium celebrari, Anglia ad Eccleſiæ obſequium revocari poſſent, ac Polum Cardinalem hiſce literis commendavit. XLI.

Regi Chriſtianiſſimo.

Paul. III. lib. brev. ann. 3. p. 118.

Chariſſime. Etſi officium ſuadendæ inter te, & Sereniſſimum Cæſarem pacis toties fruſtra tentavimus, tamen, ut illud nunc novis Legatis, & Nunciis cum Majeſtate tua repetamus facit maxime appropinquatio verni temporis, in quo multa veremur, ne accidant, ne veſtra arma intus, Turcarum foris, Chriſtianitatem conficiant, neve celebratio generalis Concilii, eodem tempore inchoanda, per hæc impediatur, hæreſeſque interim confirmentur, & alia Eccleſiæ vulnera incurata putreſcant. Cum igitur reputaremus hæc, & eu Apoſtoli ſententia opportune, importuneque inſtandum in tanta præſertim periculi magnitudine, & propinquitate, nec unquam a munere nobis injuncto ceſſandum nobis eſſe videremur, iterare, ac renovare ſuaſiones noſtras cum tua Majeſtate voluimus, ſpe in Deo primum Omnipotente, quod nobis, id quod poſſumus ſedulo agentibus ſua miſericordia non deerit, deinde in Majeſtatis tuæ pietate, animique magnitudine collocata, quod ipſa, re & nomine Chriſtianiſſima, ſalutem publicam ſuis privatis affectibus, & rationibus anteponet, ſicut ea dignum eſt; his itaque curis merito anxii, cum mitteremus Dilectum filium Reginaldum Polum S. R. E. Cardinalem Angliæ nuncupatum Legatum noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis ad confirmandam

dam illorum Angliæ populorum pictatem, qui in veræ, & Catholicæ Fidei cultu manere cupiunt, proptereaque juvandi a nobis, & omnibus Bonis ſunt, eum voluimus ad Maieſtasem tuan primum pervenire, ut & benignum tuæ Maieſtatis favorem illis populis, immo ipſi Deo, ſanctæque Religioni, & Eccleſiæ noſtro nomine peteret, & noſtras ſimul preces, & lacrymas, ſuper pace ineunda, Concilio celebrando, hæreſibus extirpandis, Chriſtianis defendendis, quæ omnia ad Chriſtianiſſimum Regem pertinent, Majeſtati tuæ offerret. Te igitur fili per communem Dominum Jeſum, cujus ſancta Religio agitur, cujuſve Populus ſacro Baptiſmate ejus perfuſus in ſummum diſcrimen adductus eſt, rogamus, & obteſtamur, ut te, & ſavorabilem ad juvandos veræ Religionis zelatores, & placabilem ad conſilia pacis præbere velis, a qua hoc tempore cætera boua dependent. Sed cum hæc ipſa plenius, & particularius idem noſter Legatus tuæ Majeſtati ſit explicaturus, erit ſolitæ erga omnes nos humanitatis tuæ ipſum CardinalemLegatum eximia pietate, doctrina, nobilitate præſtantem, atque ob id nuper a nobis in Cardinalium numerum relatum, valdeque dilectum, & probatum, benigne ſuſcipere, eiuſque verbis in his, & aliis tibi noſtro nomine referendis fidem haud aliam ſemper habere, quam ſi nos ipſi tecum præſentes colloqueremur. Datum Romæ XV. *Februarii MDXXXVII. anno* III.

XLII. Favebant etiam eidem cauſæ Carolus Imperator, & Ferdinandus Romanorum, Bohemiæque, & Hungariæ Rex, necnon Maria Regina Belgii Moderatrix, ut de Henrico, qui eorum Amitam indigniſſimis injuriis, Scorti impuriſſimi amoribus faſcinatus, affecerat, ultio repeteretur, atque adeo Pontifex Mariam Reginam oravit, ut Legatum officiis Regiis complecteretur.

Reginæ Mariæ Gubernatrici Flandriæ.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 116.

Chariſſima, &c. Ut Populis Angliæ, quo favore poſſumus, non deſimus, cauſamque Religionis Catholicæ dignitatis Apoſtolicæ, veritatiſque & juſtitiæ non ſolum hic ſcriptis, ſed iſtic etiam opere juvemus, & ut poſt Deum Omnipotentem Sereniſſimis Cæſari, & Regi Romanorum tuis Fratribus, Tuæque Majeſtati gratum faciamus, mittimus iſtuc Dilectum filium, & Legatum noſtrum Reginaldum Polum Card. Angliæ nuncupatum, cum ampliſſimis mandatis, & facultatibus, ſicut ex eo Tua Majeſtas, & ex literis, etiam Cæſarei apud nos Oratoris diffuſius intelliget. Et nunc filia in Chriſto chariſſima, nihil opus eſſe credimus te hortari, ut Legatum ipſum pro tali præſertim cauſa, quæ honorem fratrum tuorum, ac tuum nobiſcum ita conjunctum habes, venientem honorifice, & benigne ſuſcipias, juveſque efficaciter omni tua ope, & auxilio eum, quod etiam ſine tali cauſa te facturam in favorem fidei, & juſtitiæ ex optimæ Reginæ officio ſperaremus, & juſtiſſime confidimus, accedente hac communi ratione juris, & dignitatis, te omni ſtudio eſſe exequuturam. Cum itaque nos omnia egerimus, & agamus, juſtitia quidem primum, & noſtro paſtorali officio, verum deinde etiam noſtri honoris cauſa adducti, reliqua eſſe debent poſita in veſtra opera, exequutione, atque auxilio, ut Deo primum in ſalute tot animarum, receptioneque talis populi ad Eccleſiæ gremium, deinde juſtitiæ, & communi veſtræ, noſtræque dignitati piam operam dedicetis, &c. Datum Romæ XV. *Februarii MDXXXVII. Anno* III.

Paul. III. lib. brev. p. 375. Cardinali Leodien.

Inſtructus eſt Legatus Cardinalis a Pontifice ingenti auri vi, tum ut ſumptus itineris toleraret, tum etiam ut Catholicis ſtipendia ſuppeditaret, cumque majore copia auri in re graviſſima egere poſſet, cum Cardinale Leodienſi egit, ut quam vim auri depoſceret, eam ipſi ſubminiſtraret, quam ſine ullo damno eſſet ex Pontificio Ærario recepturus.

Paulus Polo Legato pecuniam largitur ad belli proſecutionem contra Henricum VIII.

Licet autem nos eidem Cardinali Legato [ſcilicet Polo] de pecunia ad ejus uſum, & pro hac expeditione neceſſaria abunde providerimus, quia tamen ad illos Populos confovendos [nempe Anglos] & conficiendam rem, ob diuturnitatem temporis, & locorum diſtantiam accidere poſſet, ut majori etiam pecunia indigeret, petimus a te, ut ſi eo caſu ab eodem Cardinale requireris, ei illam pecuniæ ſummam ſubminiſtres, quam a te petierit, nos enim hic tuo Procuratori Benedicto Gentili Scriptori Apoſtolico, vel cui ordinaveris, cum bona fide quamprimum reſtitui faciemus, noſque ad id & bona omnia noſtra, Sedisque & Cameræ Apoſtolicæ ubique exiſtentia præſentia, & futura obligamus, idque tibi in verbo, & fide Romani Pontificis pollicemur, &c. Datum Romæ XV. *Februarii MDXXXVII. Anno* III.

Tot Regum ſtudiis ſuffultus, ac Populorum ad Orthodoxæ Religionis colendæ libertatem aſpirantium converſione animatus Legatus ſperabat priſtino ſplendori Catholicæ rei dignitatem reſtituere, Regemque ad rectum ſalutis tramitem revocare. Verum pia Pontificis conſilia contrarii rerum exitus confuderunt, ut narrat Sanderus. *Venit* (inquit) *Lutetiam ampliſſimis mandatis, & facultatibus inſtructus, quem viri nonnulli præſtantes bo-* XLIII.

Sander. lib. 1. de Schiſm. Angl.

no-

Spes Pauli III. redituturum eſſe Henricum VIII. ad Eccleſiam evanuerunt.

noris cauſa comitabantur, & in iis Joannes Matthæus Veronenſis Epiſcopus ſingulari rerum uſu, & prudentia præditus, ibi, & a Civitate ipſa, Regis juſſu, & a cunctis Eccleſiaſtici Ordinis hominibus honorificentiſſime eſt exceptus. Quod cum Henricus audiviſſet, miſit in Galliam citato curſu Franciſcum Brianum, qui omnibus modis a Rege contenderet, ut in ſuam poteſtatem Polum traderet: ni faceret, actum eſſe de amicitia. Rex, officio, & Religione prohibitus, quod fidem Papæ de Poli incolumitate dederat, Anglum autem infenſum habere nolens, cujus opera eo tempore ei erat utilis, exardeſcente inter ipſum, & Cæſarem bello, Polo ſuo nomine denuntiandum curavit, ut poſtridie abiret, ſi ſalvus eſſe vellet. Extimuit nimirum Franciſcus Rex, ne, ſi Polo faveret, Henricus Anglus ira ob ſuſceptam Eccleſiæ cauſam efferatus, Cæſari ad ſubjiciendam Galliam ſe conjungeret, nec inanis erat is metus, cum Cæſar, qui importunis poſtulatis Clementem ad ferendam in Henricum ſententiam adegerat, poſtea Henrico ad Galliam obruendam ſe conjunxerit, ut viſuri ſumus. Pergit Sanderus. *Inexpectato rei Nuntio perculſi omnes, cum quid conſilii caperent, non haberent, Polus, ne longiori mora majores difficultates incurreret poſtera luce Deum pie precatus, illiuſque patrocinio ſe totum committens, quam potuit breviſſimo itinere Cameracenſium, quod eſt Cameracenſis Epiſcopi ditionis Oppidum in ipſis Galliæ, Belgiique finibus poſitum, contendit, quo tamen non ſine ſummo vitæ diſcrimine pervenit, eo quod univerſum illud iter non ſolum Cæſarianorum, Gallorumque Militum, verum etiam Anglorum, qui Gallis adhærebant, excurſionibus perpetuis infeſtaretur, quo periculo territis Poli comitibus, ac famulis, cum crucem, quæ Legatis Apoſtolicis anteferri ſolet, geſtari amplius nemo auderet, Polus ipſe invicto animo Inſigne illud Salvatoris in manus aſſumpſit, magnaque conſtantia erectum geſtavit, quouſque famuli, verecundia perfuſi, illud ipſum ex ejus manibus repeterent.*

Polus ipſe intrepidus ſuæ legationis crucem geſſit.

XLIV. Concuſſerat omnes ejus comites eo major terror, quod in Anglia mutata erat rerum facies, ex quo Romæ illi Legatio fuerat demandata; nam cum maximæ res ab exiguis temporum momentis pendeant, tardior ejus profectio fuit, cum Anglorum exercitus, qui pro tuenda fide Catholica in arma proſilierat, Henrici fraude fuiſſet diſſolutus, ex quo ampliſſimis verbis in publicas tabulas redactis erat pollicitus, ſe omnia, de quibus ii querebantur, emendaturum, ſed mox inſigni perjurio præcipuos illius exercitus Duces calumniis circumventos perdere cœperat, ut refert idem Sanderus. *Menſibus*, inquit, *Martio, Majo, & Junio capite pleni ſunt Barones duo, Darſius, & Huſſius: Equites vero aurati, aliique Nobiles multi, Robertus Conteſtabilis, Thomas Percius, Franciſcus Bigottus, Stephanus Hameltonus, Thomas Gilbius, Nicolaus Muſgravius, Guilielmus Lomleius, Nicolaus Tempeſtius, & Joannes Bulmarus ſimul cum uxore lectiſſima fœmina; Abbates ſeu, Fontanenſis, Gervienſis, Riverius, Barlinghenſis, Saulienſis, Whalienſis, & Prior Birlingtonus, quique omnium Caput extiterat Robertus Aſchius; quinque etiam Sacerdotes Lincolnienſes, & ſeptem laici*; Accidit eodem tempore, Henrici filium nothum ex Elizabetha Blunta Richmundiæ, & Somerſeti Ducem, quem maxime diligebat, extinctum fuiſſe, ut Catholicorum mors præſenti ultione vindicata videretur, necdum tanto cruore ſcelerate fuſo, ſatiata ejus rabies viſa eſt, ſitiens enim Reginaldi Cardinalis Poli ſanguinem, ex inſidiis illum perimere conatus eſt, ac quinquaginta millium aureorum premium illius interfectoribus conſtituit; at Divina Providentia Polum Legatum Cameraci periclitantem texit: Everardus enim a Marchia Cardinalis, idemque Epiſcopus Leodienſis ad ſe eum Leodium excivit, venientem ſummo honore, ac benevolentia complexus eſt, cum Henricus Senatum Belgicum miſſo Oratore ſollicitabat, ut eum traderet, pollicebaturque ſe a Gallicis partibus ad Cæſarcas deſectutum, necnon quatuor militum millia ſuo ſumptu adverſus Gallos ſuſtentaturum, atque ſtipendia actutum in decem menſes depoſiturum.

Henricus Catholicos occidit.

Polus ut occidatur curat Henricus & occiſori quinquaginta millia aureorum promiſit.

Quod cum Everardus Polo renuntiaſſet, miratus Regis amentiam, dixit, jam dudum ſe vitæ hujus tædio affectum mortem cupiviſſe, corporiſque depoſitionem: & proinde cum Henricus tanto ſtudio, & incommodo ſuo illud ipſum efficere conetur, nil aliud facere, quam ſi quis dormitum ire cupienti veſtem ipſam velit detrahere: ſe tamen ſua in poteſtate non eſſe, ſed Pontificis. Edoctus de converſione rerum in Anglia, & periculis, in quibus Legatus verſabatur, Pontifex, Polum ad ſe mox revocavit, atque Everardo, qui illum humaniſſime hoſpitio exceperat, texeratque adverſus inſidiatores, univerſi Belgii Legationem demandavit, extant eo argumento ad Cardinalem Polum literæ ſubjectis verbis conceptæ.

Paulus revocat Romam Cardinalem Polum.

Cardinali Polo.

Dilecte fili noſter. Ad dolorem, quem ca-

Paul. III. lib. brev. an.3. p. 384. *capimus ob non ſequutos eos, ad quos remiſeramus pios effectus, illud accedit, quod circumſpectionem tuam fruſtra tot laboribus, & periculis objecimus: verum ſicut illuminat conſcientia recte actorum, & laudanda etiam ſine effectu pia voluntas, ita hoc tua pietas, & virtus nobis innuit, quod publica tantum cauſa dolens, nihil privatis periculis commotus es, ſicut tuæ, ac Venerabilis Fratris Epiſcopi Verouenſis literæ nobis teſtantur; quo etiam animo nos hic fili ſumus, ut debemus, Deoque gratias agentes, omnia ejus judicio, & voluntati permittimus, itaque cum te, & periculis eximere atque tua opera, & conſilio apud nos uti cupiamus, multaque ſint hoc difficili tempore, in quibus tua prudentia plurimum nobis ſit opportuna, te hortamur, tibique injungimus, ut receptis præſentibus, cum primo commode poteris, ad nos redeas, venturus nobis gratiſſimus. Datum Romæ ultima Junii MDXXXVII. Anno* III.

Quo vero per Germaniam incolumis redire poſſet, Pontifex Regem Romanorum exoravit, ut Leodio reverſum ſua authoritate ab inſidiis, & vi hoſtium vindicaret.

Regi Romanorum.

Paul. III. lib. brev. an.3. pag. 479. *Revocamus ad nos Dilectum filium Reginaldum Card. Polum Legatum noſtrum, Leodii, ſicut tua Majeſtas ſcit, nunc commorantem, ne is diutius in illis locis, ſine fructu aliquo, & cum ſuæ ſalutis, quæ inimicorum inſidiis continue appetita eſt, periculo verſetur; cumque nos, ut debemus, anxii valde, & ſolliciti ſimus, ne quid eidem Cardinali in Germania noceatur, Majeſtatem tuam rogamus, ut pro communi honore ad Venerabilem Fratrem Archiepiſcopum Colonienſem, ad quem nos etiam ſcribimus, omneſque alios, quorum per loca idem Cardinalis tranſiturus eſt, ſcribere, & mittere velis, efficacemque cum illis operam dare, ut idem Cardinalis ſecure per Germaniam ad nos redire poſſit, &c. Datum Romæ apud S. Marcum* XXI. *Julii MDXXXVII. Anno* III.

Acta Conſiſt. mſ. Car.Spad. ſign. n. 133. pag. 322. Pervenit Romam incolumis Cardinalis Polus, atque in Senatu habito XIX. Octobr. Legationis ſuæ ſucceſſum expoſuit, ut narrant Acta Conſiſtorialia, cui Pontifex militarem cuſtodiam contra Regias inſidias attribuit. At Henricus furens in matrem Poli, neptem Eduardi IV. olim Regis ex Georgio Duce Clarentiæ, poſtea carnificinam exercuit, ut ſuo loco dicetur, addimus modo hoc anno menſe Octobri, Henricum ex Jana Semera, quam tertiis nuptiis duxerat, Eduardum filium concitatæ in Catholicos perſequutionis futurum propagatorem ſuſcepiſſe; is vero naſcens, matri mortem attulit: nam cum ob difficultatem partus Medici ſignificaſſent Henrico, an ſalvum vellet filium, an matrem, cum ille maſculæ prolis habendæ eſſet cupidiſſimus, nec aliæ uxores illi eſſent defuturæ, ſaluti filii matris damno conſuli juſſit, itaque cum parturienti medica arte uterus nimium laxatus fuiſſet, illa dolorum ſævitia extincta eſt.

Adducta eſt hoc anno in grave diſcrimen Polonia, cum nonnulli impii in ea hæreſeos ſemina ſpargerent, ſed Poloni Præſules coacta Piortkoviæ Synodo communi conſenſu, ſanctiſſima conſtantia impiis reſtiterunt, ac Poloniæ Rex gravioribus Edictis Novatores compreſſit, cui etiam ab hoſtibus appetito Pontifex nummarium ſubſidium tranſmiſit, ut ſubjectæ literæ oſtendunt. XLV.

Venerabilibus Fratribus, Epiſcopis, ac Dilectis filiis Abbatibus, & Capitulis Eccleſiarum Regni Poloniæ.

Paul. III. lib. brev. an.3. p. 531. *In Poloniam Hæretici invadunt, ab Epiſcopis reprimuntur.*

Venerabiles fratres, & Dilecti filii ſalutem, &c. Literæ veſtræ Piortkoviæ datæ cum maximam nobis moleſtiam attulerint; multo ſane majorem attuliſſent, niſi hoc ſemen a Sathana jactum per ſapientiam iſtius Optimi Regis extinctum jam eſſe conſideremus, ut eædem veſtræ literæ nobis confirmaſſent, vos, utcumque futurum eſſet, nunquam tamen ab officio, & dignitate veſtra diſceſſuros eſſe. Qua veſtra pietate, ac ea cura, & protectione, quam vobis debemus, necnon periculo dicti Regis, ac iſtius Regni adducti, licet nos in multo majore eſſemus, non defuimus eidem Regi de præſenti ſubſidio [quantumcumque ex periculis, & neceſſitatibus noſtris, quibus ob Turcam jam in Italia conſtitutum, maxime premimur] quod convellere potuimus providere. Sicut igitur firmiter confidimus Majeſtatem D. Regis pro ſua inclyta in Eccleſiam probitate curaturam eſſe, ne talia ulterius audiantur, ita vos Venerabiles Fratres, & dilecti filii hortamur, ut veſtri officii, ac jurisjurandi memores, ac pro veſtra prudentia perpendentes, quid vobis in poſterum hæc principia afferre poſſint, virtutem, & conſtantiam veſtram in tuendis Eccleſiæ juribus, & libertate Eccleſiaſtica conſervanda ſemper exhibeatis, ſicut vos eſſe facturos promiſiſtis, & nos ſperamus. Datum Romæ apud Sanctum Marcum die XVIII. *Auguſti MDXXXVII. anno* III. *Bloſ.*

Quoad Turcicam irruptionem attinet, ob aſſidua Caroli V. & Franciſci Gallorum Regis diſſidia, ac bella, Chriſtianum Imperium in maximum diſcrimen adductum eſt, cum illis in mutua viſce- XLVI.

ra

ra vertentibus arma, ac parum, vel nihil proficientibus in bellicis ſuis conſiliis, Solymannus Turcarum Tyrannus prædæ Chriſtianorum inhians, ſimul Neapolitanos, Dalmatas, Venetos, Hungaros invaſerit. Ineunte quidem anno reformidans illius tyrannidem Cliſſiæ Arcis munitiſſimæ Regulus, ſed tenujorum opum, Pontificis, ac Ferdinandi Regis auxilia imploravit, nec illi defuit Pontifex, ut docent hæ literæ.

Paulus Clypſiæ Regulo auxilia mittit, ut ſe a Turcis defendat.

Communitati Cliſſii.

Paul. III. lib brev. an. 3. p. 68.

Dilecti filii ſalutem, &c. Vidimus literas veſtras libenter, & earum latorem Preſbyterum Andream grate accepimus, quoniam ex iis conſtantia veſtra, & fortitudo, atque optimus ad repugnandum animus nobis clare innotuit, ne dubitate filii, atque optimo animo eſtote, nos enim nullatenus vobis defuturi ſumus auxilio. Anconæ, eſt, & jam apud vos eſſet ſubſidium, ſi per hyemem, & maris turbines licuiſſet, ſperamus tamen propediem iſthic futurum, & forte antequam hic veſter Nuntius ad vos revertatur, ita ſiquidem omni conatu, atque adhortatione inſtamus, ut primo quoque tempore navem ſolvant, interea filii viriliter in Domino agite, & omnia dura, omnes anguſtias ſuſtinete, ut nefariæ gentis jugum effugiatis, Chriſtus quippe Deus noſter tutabitur gregem ſuum, & nos, quod profuturum vobis eſſe viderimus, nihil omittemus. Datum Romæ die xx. *Februarii MDXXXVII. anno* III.

Petrus Paulus Gualter. in Diario Jovius hiſt. ſui temp. l. 36.

XLVII. Proximo menſe acceptam ad Cliſſiam inſignem cladem refert Petrus Paulus Gualterius Aretinus, *Die* (inquit). *XI. Martii conflictus apud Clyſſiam inter Chriſtianos, & Turcas, Chriſtianis in fugam verſis*, erat autem Cliſſia Oppidum ſupra Salonam Urbem clariſſimam, natura, & arte præmunitum, maximeque ad arcendas Barbarorum incurſiones opportunum, ac jam diutius Croſiccius Toparcha inſultantium Turcarum vim ſuſtinuerat, fueratque a Paulo Pontifice conſcriptis Anconæ cohortibus, tormentorumque idoneo apparatu inſtructus, parique ſtudio Ferdinandus Romanorum, Hungariæque Rex duo millia Germanorum auxiliaria Duce Nicolao Turriano ſubmiſerat. At Turcæ, ut arctius Cliſſiam premerent, duas munitiones excitarant, quas Croſiccius, antequam perficerentur, diruendas cenſuit, dumque in eo opere diſtractus eſſet, Amuratus Turca ab Illyrici Præfecto miſſus, tanto impetu in noſtros imparatos irrupit, ut Germanos, Italoſque terga vertere coegerit, Croſicciumque Regulum fugientem interceperit, obtruncaritque cujus capite Cliſſianis oſtentato tanto illi terrore perculſi ſunt, ut deſperatis rebus vacuum Oppidum victori reliquerint, prout Spalatenſes etiam qui ad expugnandum Caſtellum Malevicinum copias eduxerant prope Salonam, Veneto Præfecto tormenta in Turcas dirigere detrectante, ne fœdus infringere videretur, quod jam Turcæ violarant: cumulata eſt ea jactura alio gravi incommodo, cum Amurates Nadinam Arcem in Jaderenſi agro (corrupto auro cuſtode) occupaſſet, ex quo multæ deinde in Venetos excurſiones factæ, quamquam ex alio Veneti Duce Camillo Urſino paria damna in Dalmatia Turcis rependerunt Oſtrovizza, & Obroatio expugnatis, ac deletis. Cæterum Veneti evoluto poſt ſæculo Cliſſiam noſtro ævo receperunt.

Cliſſia expugnatur a Turcis.

Turca Illyricum maximis cladibus vexat.

Cum vero Solymannus maximos terra, marique apparatus bellicos inſtrue- XLVIII.
ret, de iis certior factus Pontifex Piceni Legato dedit imperia, ut muniendis Portubus operam daret, copiaſque ad ſuſtinendas incurſiones expeditas teneret.

Legato Marchiæ, ſeu ejus Vicelegato.

Cum [inquit] immaniſſimus, idemque potentiſſimus Turcarum Tyrannus, multis jam menſibus, nihil aliud egerit, atque agat, quam adverſus nos numeroſiſſimam claſſem, validiſſimum exercitum, mari, terraque inſtruere, apparatuſque ejus maritimi, ita Italiæ, & præcipue iſti noſtræ Provinciæ ſint proximi, ut paucarum horarum velificatione littoribus noſtris claſſem exponere poſſint, proptereaque apparatum noſtræ defenſionis multo prius requiſiviſſent, quam primum requirerent, nos tamen, qui noſtros populos præteritis afflictos calamitatibus reſpirare, & recreari noſtris temporibus maxime cupimus, id facere, hucuſque diſtulimus, vicit poſtremo charitatem noſtram gravitas appropinquantis periculi. Dat. Romæ IV. *Martii MDXXXVII. anno* III.

Paul. III. lib. brev. an. 3. p. 62.

Decretos hac de cauſa, cum ampliſſimis mandatis tres Cardinales ad neceſſaria pro hoſte propulſando comparanda, referunt Acta Conſiſtorialia.

Romæ apud Sanctum Marcum XXIII. *Julii MDXXXVII. Deputavit tres Reverendiſſ. Cardinales, videlicet Capita Ordinum ſuper rebus Turcarum, ut ea quæ parare opus erat ad propulſandum bellum, quod infertur Italiæ, & Chriſtiano nomini ab ipſis Turcis, provideant, & curent deferenda toti Collegio.*

Acta Conſiſt. mſ. Car. Spad. ſig. n. 133. pag. 131.

Defixit etiam omnes curas, ut ad propulſandos Turcicos impetus, Cæſarem, Gallorumque Regem mutuo fœdere conjungeret, miſitque ad Cæſarem Marium Epiſcopum Reatinum, ut Chriſtianæ Reipublicæ pericula illi exponeret, de

Paulus laborat, ut pacem inter Imperatorem, & Regem Galliæ conciliet.

quo hæc ad Covoſium Cæſareum Senatorem arcanorum conſiliorum participem ſcripſit.

Covos.

Paul. III. lib brev. an. 3. p. 99.

Moti Chriſtianitatis periculis, quæ tibi, & omnibus nota ſunt, & populo Chriſtiano maxime imminere cernuntur, etſi hoc idem toties fruſtra egimus, tamen ut ad extremum partes noſtri muneris exequamur, mittimus ad Cæſaream Majeſtatem Venerabilem Fratrem Marium Epiſcopum Reatinum. Et infra. *Vides res miſeræ Chriſtianitatis in ſummo nunc verſari diſcrimine, quam bellum inteſtinum exedit intus, externum Turcarum oppugnabit foris, hiſque illud etiam malum accedet, quod per hæc Concilii univerſalis celebratio res tam opportuna, & ſalutaris perturbabitur, omnibus autem his cladibus una pacis conciliatio medebitur, &c. Datum Romæ die* XV. *Februarii MDXXXVII. Anno* III.

16. pag. 261.

Exaratis eodem die literis ad Gallici Regii Scrinii Magiſtrum eum rogavit, ut Franciſco Regi pacem ſuaderet, ne Italiam Turcarum furori, vaſtitatique obiiceret. *Veremur* inquit, *ne hoc vere maximi apparatus Turcarum in miſeram Italiam [quod nemini dubium eſt] irrupturi, ſi eam bello inteſtino quaſſatam invenerint, facile ad extremam ruinam deducant.*

XLIX. *Martin. Bellaius comment. libr 8. Jovius lib.*

Inter armorum fragores non ſunt auditæ Pontificiæ preces, atque in Belgio, utrinque exercitus ad mutuas Populorum cædes excurrerunt, Hiſdinum a Gallo Rege extremo Martio expugnatum eſt, verum Belgæ magno terrore, furoreque in Galliam irruperunt, ac Fanum Sancti Pauli cæperunt impetu, ac civium horrida ſtrages ad quatuor millia facta, Montrolium etiam (cum Cives metu aufugiſſent) iis vacuum relictum. At dum ea parte crudeliter, & impie Chriſtianus ſanguis funditur, Solymannus ducentis Turcarum millibus, conſcriptis comparataque validiſſima claſſe Italiam ſibi ſubiicere meditabatur, cujus periculi magnitudine afflictus Pontifex medio Junio monuit Cæſarem, ut ab imminenti diſcrimine pacta cum Gallo Rege concordia vindicaret, mitteretque ad Sedem Apoſtolicam Oratorem cum ampliſſimis mandatis ad Pontificis ſententiam in ſuis controverſiis admittendam.

Solymannus Italiam invadere cogitat.

Paulus III. pericula timens Cæſari pro pace ſcribit.

Imperatori.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 318.

Chariſſime, quod ſemper timuimus, & futurum denuntiavimus, ut una cum Chriſtianiſſimo Rege diſſenſio in perniciem totius Chriſtianitatis eſſet redundatura, id maximo cum dolore noſtro videmus hodie ita propinquum eſſe, ut fere in foribus hoſtem habeamus: non enim dubitamus Majeſtatem tuam audiviſſe, quod ad nos hic, & ad tuos in Regno Neapolitano, ut propinquiores, crebris Nuntiis in dies affertur, Turcarum claſſem; quam ſcis eſſe numeroſiſſimam, contra Apuliæ littora ſtare in anchoris paratam, atque inſtructam, utinamque eo tempore, quo Majeſtas tua has literas leget, non etiam vela dediſſe, & in Italiam deſcendiſſe audiamus, quid enim illam prohibet, aut quid potius non incitat ad veniendum? cum Tua, & ejuſdem Chriſtianiſſimi Regis arma, quæ illam avertere poſſent, in mutuum acuantur exitium, aditum communi illi Dei, & Chriſtianitatis hoſti amplum præbeant. Nos igitur, qui horum metu ne acciderent ſemper anxii fuimus, nunc advenientibus his dolorem animo maximum capimus, non tam quod primi fere hanc cladem ob propinquitatem paſſuri videmur, quam quod noſtra authoritas, quæ ex Deo tota eſt, noſtræque preces, & literis, & Nuntiis quampluribus toties apud vos interpoſitæ, nullum hactenus locum invenerunt veſtris diſcordiis componendis, cumque Prædeceſſores noſtri majora ſæpe odia Regum Chriſtianorum ſolo nutu extinxerint, nos ſoli, qui neminem veſtrum læſimus; indigni ſimus, qui a vobis in re tam neceſſaria, & ſalutari audiamur. Sed etſi toties repulſi a vobis ſumus, non tamen ceſſabit ad extremum uſque ſpiritum vox noſtra, clamabimus cum Propheta quoad licebit, nec ultra unquam in nobis hujus communis exitii culpa reſidebit. Quamobrem, fili chariſſime, quemadmodum, & cum ipſo Rege, Chriſtianiſſimo aliis noſtris literis facimus, & quem id ipſum facturum ſperamus, te per verum Dominum Jeſum denuo rogamus, ejuſque authoritate nobis in Beato Petro tradita urgemus, velit ſtatim aliquem ex tuis, cum omni celeritate ad nos mittere de tuis cum eodem Rege Chriſtianiſſimo diſcordiis plene inſtructum, & cum pleno mandato ad acceptandum id quod communis parentis officio, benevolentia inter vos componere annitemur, ut eiſdem veſtris diſſenſionibus, vel compoſitis, vel in aliud tempus dilatis, in præſentia graviſſimo huic periculo occurrere, illudque a cervicibus miſeræ Chriſtianitatis vobiſcum propulſare poſſimus, quemadmodum hæc diffuſius ſuis, & particularius Nuntius Noſter tuæ Majeſtati explicabit, cui ſolitam fidem habere velit. Datum Romæ apud S. Marcum XVI. Junii MDXXXVII. Anno III.

Conceptis eodem argumeno literis Pontifex Gallorum Regem urſit, ut Oratorem pro componendis cum Cæſare controverſiis, mitteret.

Regi

Regi Chriſtianiſſimo.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 379.

Chariſſime, &c. In hoc graviſſimo periculo, quod nunc Italiam, & poſt illam univerſæ Chriſtianitati a Turcis imminet, illud præter communis exitii metum nos maxime angit, quod Sereniſſimus Cæſar, & Majeſtas tua, quorum inſignis eſt pietas, & in quibus tanquam in ſupremis Chriſtianorum Principum luminibus omnis ſpes Chriſtianitatis nititur, armis diſſidentes, occaſionem eiſdem Turcis præbuerunt ad Chriſtianitatem invadendam; quid enim aliud dicamus, quam quod eſt veriſſimum, & omnibus manifeſtum, illos non tam ſuis viribus, quam noſtris diſcordiis fretos, Italiam nunc occupare ſtatuiſſe, quandoquidem vobis concordibus nunquam tentare auderent, accedituque ad dolorem noſtrum, quod licet ſæpe Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri majora etiam Regum Chriſtianorum diſſidia ſolo nutu compoſuerint, etiam nullo tunc a Turcis metu cogente, nos tamen, qui neminem veſtrum læſimus, tot literis, & Nuntiis tam ſæpe vobiſcum repetitis, & in tanto Chriſtianitatis diſcrimine nihil proficere ad veſtram concordiam potuimus; ſumus igitur in maximo dolore, perinde ac periculi gravitas poſtulat, nec tam en eo angimur, quod primi fere omnium nos cum noſtro Statu Eccleſiaſtico hanc cladem ſubituri videmur quam quod noſtra authoritas, quæ ex Deo eſt, apud ipſum Cæſarem, & Majeſtatem tuam re, & nomine Chriſtianiſſimam pro Chriſtianitatis ſalute hactenus valere non potuit. Quamvis autem in hoc pio opere, tam ſæpe repulſi, & fruſtra defatigati, non tamen ceſſandum nobis exiſtimamus, quin idem ſæpius repetamus, & cum Propheta clamemus, noſtrum officium ad extremum, uſque ſpiritum, Deo, & Chriſtianitati præſtemus. Itaque quod cum ipſo Cæſare aliis noſtris literis nuper egimus, cum Majeſtate tua nunc agimus, illam per communem Dominum Jeſum rogantes, ejuſque authoritate nobis in B. Petro tradita urgentes, & cum lacrymis adſtringentes, ut offenſionibus tuis Deo condonatis, vel in aliud tempus dilatis, communi Chriſtianitatis, præcipueque Italiæ, & Statui S. R. E. quam tui majores ſemper defenderunt, conſulere velit & mittat inſtructum mandatis, ut cum Cæſare de omnibus controverſiis componat, aliquemve ex tuis intimis iſtinc recentiorem cum neceſſaria celeritate ad nos mittere de tuis cum ipſo Cæſare differentiis plene inſtructum, & cum pleno mandato ad acquieſcendum ei, quod nos communis parentis officio, & benevolentia inter vos componere annitemur. &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum die XVII. *junii MDXXXVII. anno* III.

L.

Incitarat Franciſcus Gallorum Rex Joannis Foreſtii Legati opera Solymannum ad invadendum Regnum Neapolitanum, dum ipſe in Inſubriam irrumperet, ſuaſeratque, Cæſarem non iis valere præſidiis, ut utrique reſiſtere poſſet obcœcarat nimirum illum furor impius, ut non adverteret impendentem Divinam ultionem, quæ ejus ſtirpem penitus extinxit, Galliamque poſtea innumeris malis oppreſſit. Cæterum ejus conſilia ſperato exitu caruere, quippe Belgarum armis, ita exercitatus eſt, ut in Inſubriam expeditionem condicto tempore educere non potuerit, eoque cunctante Solymannus in Regnum Neapolitanum trajicere non auſus eſt, tantus vero terror univerſis erat offuſus ex Turcico belli apparatu, ut Italiæ ſalus ex unica Cæſaris, Gallique Regis concordia pendere crederetur ad quam iterum, iterumque medio Julio Paulus Cæſarem flectere pertentavit.

Paul. Jov. hiſt. ſui temp. l. 36.

Franciſcus Rex Galliæ Solymannum ad invadendam Italiam invitat.

Paulus III. pro pace iterum Cæſari ſcribit.

Imperatori, &c.

Hoc tempore, fili chariſſime, nihil habemus urgentius, quod cum Majeſtate tua agamus, quam quod ſalus communis, & commune officium nobis imponit, quodque jam ſæpius cum Majeſtate Tua, recenterque cum proximis noſtris literis egimus, ut quoniam Turcæ tanto apparatu terreſtri, & maritimo nos invaſuri propediem ſunt, velis pro univerſæ Chriſtianitatis ſalute animum deflectere, vel ad pacem, vel ad concordiam aliquam, qua media imminens omnibus periculum propulſare poſſimus, de quo quidem periculo, & quo in ſtatu res miſeræ Italiæ nunc ſitæ ſint, etſi tui perſcribent ad te idem, tamen Joannes Poggius certus, & recens Author, tuæ Majeſtati particularius referet; tota quidem Italia, præcipueque tuæ, ac noſtræ ditiones in ancipiti diſcrimine verſantur, unicumque remedium in concordia inter te, & Regem Chriſtianiſſimum, & agnoſcunt, & implorant, quapropter Majeſtatem tuam per eum, cujus nomen profitemur, Chriſtum Dominum cum lacrymis rogamus, ut privatis tuis rationibus, vel affectibus eidem Domino condonatis, vel in aliud tempus dilatis concordiam ſalutarem, & neceſſariam inire, atque ad nos, qui communis parentis, officium, & affectum ſemper geſſimus, & geremus, aliquem ex tuis intimis, cum plenis ad ineundam concordiam mandatis mittere velis; &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XV. *julii MDXXXVII. anno* III.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 394. pag. 456. repetitur ſub 15. Jul.

LI.

Confectas, affecto jam anno, inter eos Principes inducias Pontificio ſtudio inferius viſuri ſumus, nunc geſta a Turcis cum Chriſtianis prælia recenſeamus. Accenſum ad bellum in Chriſtianos Soly-

Solymannus contra Italiam arma movet & rejicitur.

mannum, atque a Perſico bello averſum ferunt, cum ipſi perſuaſum eſſet, nefas eſſe inſectari bello Perſarum gentem, Mahometis cultui addictam, fingebantque Sacerdotes Mahometani, illum apud Sultaniam ſævos ventorum turbines, niveſque ab irato Mahomete pertuliſſe, glorioſiſſimaſque palmas ab eo de profligatis Chriſtianis more Majorum colligendas. *His perſuaſionibus* inqoit Jovius *adductus Solymannus terra, marique uno tempore Italiæ arma inferre conſtituit, tanta celeritate expediti conſilii parata claſſe, & terreſtribus copiis e Thracia ſiniſtrorſum per Theſſaliam proficiſci juſſit, ut pene prius improviſus in Epirum pervenerit, & cum ducentis armatorum millibus circa Macedoniæ oram ad Aulenem conſtiterit, quam profectus a noſtris crederetur.* Habebat vero in exercitu Joannem Foreſtium Galli Regis Oratorem, & Troilum Pignattellum Neapoliranum exulem, qui illum de ratione in Italia belli gerendi docebant, ſed Gallus Orator, qui defectionis ad Tureas Interpres Neapolitanis futurus erat, lærhali morbo in Apolloniæ Porto oppreſſus, ad Tribunal Chriſti abreptus eſt, præmiſſa vero pars claſſis, extremis Julii diebus Brunduſium, Hydruntumque inſignes Urbes egregiis præſidiis permuniras, prætergreſſa, in Caſtrenſes vertit imperus, quorum Regulus Mercurinus Cattinaria militiæ non aſſuetus, atque ad reſiſtendum imparatus, necnon blandis Trnili verbis delinitus, dedirionis verba nuncupavit ea pactione, ut Barbari ab omni maleficin temperarenr, ſed ii mox Oppidum diripuere, captivoſque lectiſſimos ad claſſem deduxere, arque excurſionibus ſubitis Salentinum tractum evaſtarunt: extremæ cladis terror jam Regnum Neapolitanum concuſſerat, ſi Solymannus cum exercitu toto trajeciſſet; iſqoe Italiam ex Apolloniæ Portu proſpectabar, ſi cœpta proſpera ſuccederent, in eam irrupturus: cum Divinum Numen tantam peſtem ab Italia avertit inexpectato caſu; nam Alexander Contarenus Trierarchus, privatis de cauſis infenſus Turcis, cum Turcicis triremibus occurriſſet, nec Turcæ illum debita honoris ſignificarione proſequerentur, roſtra direxit in Turcas inciratis remigibus, hoſtileſque duas triremes perforaras demerſir, tum etiam, cum Janusbejus Solymanni Legatus Corcyram adveheretur duabus triremibus, nec arroganter militarem ſalutationem Trierarchis Venetis præſtaret, illi in Turcicas triremes facto impetu Tureas in Acroceraunium littus ſe ejicere coegerunt, qui poſtea a latronibus Acrocerauniis capti ſuere, quas triremes deſertas Andreas Auria Cæſarianæ Claſſis Præfectus, quod graviter eliſæ eſſent, incendit, tum minoris alvæi navium claſſem Mauræam commeatu onuſtam intercepit, tum ſulcando ſollicite maria, Portuſque explorando, duodecim Turcarum triremes acertimo prælio cæpit, demerſitve; vehebantur his Prætoriani ordinis Janizzeri, & lectiſſimi Equites, quos Spaches appellanr, qui pugnando occumbere, quam ſe dedere maluerunt: inſigni hac clade affectus ab Auria Solymannus, geminataque injuria laceſſitus a Venetis, Barbaruſſam cum octoginta triremibus adverſus Auriam navigare juſſit, cumque omnia in Neapolitano Regno ſuis aſperiora in dies fieri audiret, Urbes maritimas augeri præſidiis, equeſtres copias, quas in Salenrinum agrum tranſmiſerat a Provinciæ Præfecto fortirer impugnari, arque in excurſionibus interimi, tum Petrum Toletanum Proregem, Neapoli egreſſum cum validiſſimo exercitu ad prælium comparari: Regem vero Galliæ, nec tranſiſſe Alpes, necdum ad invadendam ex adverſa parte Italiam copias inſtruxiſſe, e Procerum ſententia, Neapolitanæ trajectionis, ſpe concepta difficilioris, conſilia abjecit, Claſſemque revocavit ex Italia, de quo Auria Pontificem mox certiorem fecit literis ſuis, quæ in Cardinalium Senatu lectæ fuere, ut narrant Acta Conſiſtorialia.

Jovius hiſt. ſui temp. l. 36.

Petrus Paulus Aretin.

Romæ VII. Sepeembris MDXXXVII. literæ Illuſtris Principis Andreæ Auriæ lectæ ſunt ad Oratorem Imperatoris de diſceſſu exercitus Turcarum ex Italia, quam ingenti Claſſe invaſerat.

Acta Conſiſt. MS. Cardin. Spada ſign. n. 133. pag. 3246.

LII. Solymannus contra Venetos arma movet.

A Neapolitano Regno avertit arma in Venetos Turca. Quo tempore Ponrifex ſumpta (ex rixa inter Venetos, & Turcas enata) occaſione, Venetum Ducem, miſſo Internuntio, ſollicitavit, ut pro Chriſtiana re defendenda cum Cæſare arma in Turcas conjungere vellet.

Duci Venetorum.

Paul. III. lib. brev. ann. 3. p. 517.

Dilecte fili, cum metus communis a Turcis imminens, Nos valde anxios, & ſollicitos pro publica ſalute habuerit, multo plus nunc habet, poſtquam de trajectione hoſtium in Apuliam, & occupare Caſtro, cæteriſque inter vos, & illos ſubſequutis audivimus, itaque ſtatim mittendum duximus Dilectum filium Fabium Mignanellum noſtræ Aulæ Lateranenſis Advocatum, præſentium exhibitorem, Virum nobis ſua virtute, ac ſua, & ſuorum continua nobiſcum familiaritate valde gratum, ſuper nonnullis ad communem ſalutem ſpectantibus, quæ tuæ Nobilitati ex parte noſtra referet. Hortamur igitur Nobilitatem

tem tuam in Domino, ut pro ſua, tum pietate, tum prudentia præſentem rerum ſtatum, & occaſionem perpendens, univerſalis periculi, in quo etiam ſuum includitur, defenſionem pro Chriſti nomine, totiuſque Chriſtianitatis, præſertimque Italiæ communis Patriæ ſuſcipere, ipſumque Fabium, & cum fide audire, & votive expeditum ad nos remittere velit, prout ab ea ſperamus. Datum Romæ apud Sanctum Marcum v. auguſti MDXXXVII. an. III.

LIII. Solymannus cum Venetis pacem tractare renuit.

Tentarunt quidem Veneti cunctis humanitatis officiis illatam Turcis a Trierarchis injuriam expiare, ac diſciplinam navalem primum a Turcis Violatam demonſtrarunt, ſed mulcere Solymannum non potuere, cum odia in eos, ut imbecilliores effundere ſtatuiſſet, quod Auriam Portu recepiſſent. Porro Auria, dum illum inſectaretur Barbaroſſa, in Meſſanæ Portum ſe receperat, quem acceptis militum ſupplementis duodecima Auguſti iterum in Græciam, cum triginta ſex triremibus vela intendiſſe narrat Diarii Romani Author, additque decimaoctava Auguſti die Turcas ex Apulia verſus Apolloniam diſceſſiſſe: revocati nimirum fuerant a Solymanno ad Corcyræ expeditionem adverſum Venetos, quibus capitalis odii clades denuntiabat. Liberata vero a Turcico terrore Italia, Pontifex Numini grates egit, ac Cæſari de verſis in irritum Solymanni conatibus gratulatus, illum hortatus eſt, ut veteres cum Gallo ſimultates abjiceret, pacemque pro redintegranda re Chriſtiana, cum eo componeret, ut Turcarum retundi tyrannis, hæreſeoſque impietas comprimi poſſent.

Petr. Paulus Gualter. in Diar.

Cæſari.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Poſtquam Dei providentia effectum eſt, ut iterum impiiſſimus Turcarum Tyrannus, Regna tuo, ac Fratris, ad Pannoniam olim, nunc od Apuliam irrito conatu invaſerit: ac tot ſimul Claſſes, tanti terrores, tot minæ, tot belli apparatus, diſpendioſi, & graves, nobis, Deo protegente, innoxii in vanum ceciderint, Serenitati tuæ, & Univerſis Chriſtianis, ac nobis ipſis gratulamur hanc victoriam, & incredibili ex ea gaudio affecti ſumus; nunc vero, fili noſter chariſſime, primum Divinæ Bonitati gratiæ ſunt agendæ, eaque ſolemnibus votis, ſacriſque propitianda eſt, quæ tortuoſum colubrum excidia noſtra meditantem a cervicibus noſtris avertit, atque ut ſciremus hoc divinitus factum non expectata contraria ullo vi, ſponte a tanto furore, & rabie in fugam eſt verſus. Deinde id agendum, & cogitandum omni ope, & ſtudio onnitendum eſt, ne [ut Apoſtolus ait] in vacuum gratiam Dei recipiamus, ſed grati tanto muneri, ac benignitati, quo nobis viam oſtendit, quo ducit ſequamur, ac ne quid tale in poſterum evenire queat caventes tutelæ, ac victoriæ ipſius perpetuæ fundamentum, concordiam tandiu exulantem reſtituamus, in quo Maieſtatem tuam, per viſcera miſericordiæ Dei rogamus, & obteſtamur, ut omni affectus, compendiique ratione poſthabito [ut pium Principem decet] quidquid iratum eſt, quidquid diſſidii etiam, aliquid propriæ utilitatis, & privati commodi, injurias, lites, odia, ſimultates, & Chriſtiani pietati, & fidelium, ſimul omnium utilitati condonet, receptura pro terrenis cœleſtia, pro fragilibus ſolida, pro caducis æterna, ac cum primum licebit iter in Italiam paret, cum ut defenſioni, rerum ſuorum, ac totius ſimul Italiæ, & Chriſtianæ Reipublicæ, ſi quid communis hoſtis poſthac audere perrexerit, præſens incumbat, & maiora acceptis incommoda inimicis rependat, tum ut ad huiuſmodi ineundam concordiam habiliorem nobis ex proximo præſtet affatum, tum vero, ut univerſali concilio ad hæreticorum extirpationem, & fidelium ſtabilimentum proxime celebrando, operam ſimul navet, & operam ſimul, & præſentiam ſuam opportune exhibeat, quo juſtius, glorioſius, ſalubrius, Divinitati acceptius opus fieri vix poteſt. Non dubitamus felici adventu tuo, & Mahometanorum audaciam, & hæreſum venena, & omnia fideles vexantia contuſum iri, pacem, concordiam, quietem in foribus fore, atque ea rem denique exitus deſideratos habituram, ut qui diſcordiæ ſpe immaniter graſſati ſunt, noſtrique ita opprimendi audaciam cœperant, [licet Tigridis in morem in littore nuper ſævierit irrita feritas] concordia, ut ſperamus, Principum conciliata, non modo fortunis noſtris imminere deſiſtant, ac perniciei Dominici gregis ultra non inhient, ſed ſuis etiam rebus timere cogantur, ac forſitan propriis ſedibus ejiciantur, itaut tam diuturno nefariæ tyrannidis ſtatui tandem finis fiat juſto Dei judicio, & fidelium virtute: quod Omnipotens ipſe, & Miſericors pro ſolita pietate concedat, qui fideles ſuos caſtigat interdum, ſed morti non tradit. Datum Romæ apud S. Marcum VII. ſeptembris MDXXXVII. an. III.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 491.

Medio Septembri Pontifex ad Venetos contra Turcarum tyrannidem confirmandos ſacrum fœdus cum Cæſare, & Venetis adverſus communem hoſtem pepigit, quo repreſſo concilium quantocyus celebrare ad comprimendas hæreſes magis magiſque in dies debacchantes meditabatur. Quare de conſenſu Cardinalium LIV.

um edidit Bullam, qua concilium ipſum ad Kalendas Maii proxime futuras prorogavit.

Paulus, &c. Ad futuram rei memoriam.

LV. *Benedictus Deus, & Pater Domini Noſtri Jeſu Chriſti &c. qui ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum jugum, quod cervicibus Chriſtianorum perfidiſſimus Turcarum Tyrannus imponere moliebatur, ſola virtute mirabilium ſuorum confregit, atque diſſipavit: unde nos cum univerſa Dei Eccleſia meritas ipſi gratias agimus, quod tantam nobiſcum miſericordiam fecit, ut ſine timore de manu inimicorum liberati, in ſanctitate, & juſtitia ſerviamus illi; quodque de univerſali inter Chriſtianos pace, tanto ſtudio a nobis hactenus procurata, melius jam ſperare, & ſacroſanctum Œcumenicum concilium, quod anno proxime præterito indiximus, tranquillato, nunc omnium animo, & frequentiore Chriſtianorum conventu poterimus celebrare.*

Sane ſuperioribus menſibus, cum appropinquante tunc termino, prædictum univerſale concilium celebrandi Civitas Mantuana, quam ad id in ea celebrandum elegeramus, nobis [nihil tale expectantibus] impedita fuiſſet, tempus celebrationis hujuſmodi ad kal. Novembris proxime futuri, ut interim de alio loco cogitare poſſemus, prorogavimus, hancque prorogationem Chriſtianis Principibus, & Prælatis notam fecimus. Cum autem de loco prædicto ad hunc maxime opportuno aſſidue cogitaremus, interim ſupradictus impiiſſimus Turcarum Tyrannus ingentiſſimis, ſi unquam antea, copiis, terra, marique comparatis, velut Chriſtianum Orbem devoraturus, jam Italiæ partem, igne, ferroque devaſtare cœpit, magno, & manifeſto univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ periculo; niſi repente miſericors Deus nobis affuiſſet, qui ſancti nominis ſui hoſtes, non humanis auxiliis, ſed mirabili dexteræ ſuæ potentia, e finibus Chriſtianorum ita avertit, ut non diſcedere, ſed fugere potius nullis perſequentibus, viderentur.

Nos vero, licet durante periculo ſupradicto, eſſemus pro parte noſtra circa remedia, contra tantam tunc imminentem calamitatem procuranda, & pacem inter Chriſtianos Principes conciliandam, eorumque animos contra communem fidei hoſtem excitandos, continuo intenti, non tamen propterea deſtitimus, etiam de loco ipſo celebrationi hujuſmodi accommodo eſſe ſolicitis, ſed requiſita non ſemel per literas, & Nuntios noſtros Chriſtianorum Principum opinione, ſi quid haberent, quod ſuper loco prædicto ad nos referendum exiſtimarent, unde in certam, & determinatam ejus electionem devenire poſſemus, cum ab eis nihil certi, aut quod inter ſe ſuper hoc convenirent, acciperemus, & tempus majore in dies Eccleſiæ detrimento præterflueret, nequaquam etiam hac in parte officio noſtro deeſſe voluimus: ſed omnibus diligenter perpenſis, cognoſcentes nullum uſquam alium locum huic celebrationi magis idoneum, quam in Dominio Venetorum haberi poſſe, cum prædictis Venetis paterne tunc egimus, ut aliquam e ſuis Civitatibus huic tam ſancto operi peragendo nobis accommodarent. Qui tametſi jam tum ab initio Turcici motus, quando a nobis de hoc ſunt requiſiti, vicinorum periculis, deinde etiam ſuis ipſorum non parum impediti eſſent, cum Turcarum Tyrannus Corcyram ipſorum ditionis Inſulam, unum e præcipuis Chriſtiani Orbis propugnaculis, validiſſima obſidione infeſtaret, tamen pro veteri ſua in Deum pietate, erga univerſam Chriſtianam Rempublicam amore, ſuam Civitatem Vicentiæ, aeris ſalubritate, ubertate ſoli, ſitus, & locorum amœnitate, aliiſque ad id requiſitis commoditatibus præſtantem, & nemini jure ſuſpectam, ad dicti Concilii celebrationem nobis benigne, & libenter conceſſerunt. Verum cum, impedimentis obſiſtentibus ſupradictis, vix poſt conceſſionem hujuſmodi nobis ſignificatam, tantum temporis, ut præfertur, antea prorogati ſupereſſet, ut de hac loci accommodatione Principes, & Prælatos ad hujuſmodi Concilium conventuros poſſemus reddere certiores, nedum ipſi intra terminum kal. Novembris antea præſtitutum ad Civitatem ipſam Vicentiæ ſe conferre valerent, celebrationem hujuſmodi in aliud magis opportunum tempus differre coacti ſumus. Re itaque cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus mature diſcuſſa, & examinata, habita etiam jam ingruentis hyemis ratione, initium celebrationis hujuſmodi ad vernum tempus multo mitius, & kal. Maii proxime futuri anno Domini MDXXXVIII. de eorumdem Fratrum noſtrorum conſilio prorogavimus, prorogamus, prout per præſentes hortantes, ut, juxta formam, & tenorem literarum indictionis Concilii prædicti alias per nos factæ, & in Domino requirentes omnes, & ſingulos Chriſtianos Principes, & Prælatos, circa terminum kal. Maii ſupraſcriptum ad antedictam civitatem Vicentiæ ſe conferant: in qua ad Dei laudem, & gloriam, Eccleſiæque ſanctæ ſuæ pacem, ſalutem, & incrementum, hanc ſanctam univerſalem Synodum, favente Domino, dicta die inchoare, & ſucceſſive ad optatum finem perducere omnino

nino

nino decrevimus; Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVII. VIII. *Idus Octobris Pontificatus noſtri anno* III.

LVI. Cæſarem deinde, ut præſentia ſua Concilium cohoneſtaret, vel Oratores ad illud mitteret, ſuis literis ſolicitavit, aliosque Reges per Internuntios certiores fecit; quare Ferdinandus Romanorum Rex ſe interfuturum Concilio, ſi gerendarum in Regnis ſuis graviſſimarum rerum moles permitteret, vel Oratores ampliſſimis inſtructos mandatis, Præſuleſque Regnorum ſuorum ad illud miſſurum, Pontifici ſubjectis iſtis literis pollicitus eſt.

Ext. in To. 13. de Conc. mſ. Arch. Vat. ſig. n. 3202. p. 291. Ferdinandi Reg. Romanorum literæ.

Sanctiſſimo.

Beatiſſime, &c. Reddidit nobis Sanctitatis Veſtræ breves literas ſuus apud nos Nuntius Reverendiſſimus Epiſcopus Mutinenſis, ſincere nobis dilectus, in quibus tum cauſas commemorat prorogati hactenus univerſalis Concilii, & cur celebrationem in Kal. Maii proxime futuri de Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium conſilio diſtulerit, tum vero nos impenſe hortatur, ut quia ſibi ab Illuſtri Duce, Senatuque Venetorum Vicentia Civitas ad celebrandam Synodum ob loci ſitum, hoſpitiorumque commoditatem, annonæ copiam, ſalubremque aeris temperiem, omnibus conventuris apta, idoneaque conceſſa eſſet, ad eandem Synodum, cum dies ceſſerit, vel nos ipſi, ſi poſſimus, proficiſcamur, vel Oratores noſtros Regnorumque noſtrorum Prælatos ejuſdem Synodi celebrationi intereſſe curemus. Equidem facere non poſſumus, quin Beatitudinis Veſtræ tam paternam curam de Chriſti Religione, functaque fide noſtra ſuſceptam meritis laudibus proſequamur; quippe quem omnes cogitationes, omnia ſtudia, omnes denique conatus ſuos ad Catholicæ fidei defenſionem, ac Chriſtianæ Religionis incrementum deſtinaſſe videamus. Qua de re, etſi nunquam dubitavimus, magnam tamen lætitiam accepimus, Sanctitati Veſtræ ſummæ curæ eſſe, ut perturbatis Chriſtianitatis rebus, afflictæque Religioni per Concilii celebrationem exoptatum remedium afferat. Nam quod ad nos attinet, ſupervacaneum arbitramur noſtrum in eo negotio animum toties Beatitudini Veſtræ oſtenſum, & declaratum identidem teſtari: etenim quemadmodum ſemper ſtudio habuimus, ut pietatem noſtram, quam Deo, ejuſque Sanctæ Eccleſiæ debemus, ne quiſquam jure deſiderare, aut reprehendere poſſet, ita ſane in Concilii illius ſacroſancti negotio, id quod partium, & officii noſtri erit, haud negligemus præſtare; ſic plane, ut omnes homines intelligant nos in iis, quæ vere Catholicum Principem, atque Regem decent, quanto maximam poſſumus curam, atque operam libenter ſolvere.

Ferdinandus Romanorum Rex Paul. III. commendat pro ſtudio Concilii celebrandi.

Quamobrem cum id Sanctitati Veſtræ de nobis perſuaſiſſimum eſſe debeat, eamque pariter de Sacræ Cæſareæ, & Catholicæ Regiæ Maieſtatis animo ad hanc rem propenſo, quæque optima polliceri ſibi poſſe non ignoremus, Beatitudini Veſtræ reſpondendum duximus, nos ſcilicet pro eo, utque convenit, dictæ Synodo præſentia noſtra intereſſe cupere, atque velle, ſi ullo modo rerum noſtrarum ſtatus, & conditio permiſerit, vel ſi fieri non queat, ſedulo tamen curaturos fore, ut Oratores noſtri omnino nomine noſtro interveniant, & ex omnibus Regnis, Provinciiſque noſtris, quamplurimi Prælati Eccleſiaſtici Ordinis ad eandem celebrandam accedant. Quod reliqui eſt precamur a Deo Optimo Maximo, ut Sanctitatis Veſtræ pios cogitatus, atque ſtudia ad nominis ſui gloriam, ſanctæque ejus Eccleſiæ defenſionem proſperet, atque augeat, cui nos reverenter commendamus. Datum in Oppido noſtro Cremſis XV. *Decembris MDXXXVII.*

Affulſit per hos dies ſpes concordiæ inter Carolum V. & Franciſcum, nam medio Auguſto induciæ trimeſtres inter Gallos, & Belgas percuſſæ fuerant, ut refert Diarii author: quod confirmat Martinus Bellajus, additque eodem tempore ſuppetias a Gallo Rege Taurinenſibus obſeſſis ab exercitu Cæſareo ſubmiſſas fuiſſe: medio vero Octobri Gallorum Regem fortiſſimo ſuccinctum exercitu Alpes tranſcendiſſe; ex cujus irruptione cum novi motus in Italia formidarentur ob varia partium ſtudia, Pontifex, qui concordiæ interpretem, & communem parentem agere decreverat, clientibus Romanæ Eccleſiæ edixit, propoſita bonorum proſcriptione, ne quis alterius Principis adverſus alterum ſtipendia acciperet. LVII.

Martinus Bellaius comment. lib. 8.

Paul. III. ſub graviſſimis pœnis prohibuit, ne ſui ſubditi alienis Principibus in militia deſerviant.

Univerſis, & ſingulis ſubditis noſtris mediate, vel immediate ſubjectis, etiam Baronibus, Domicellis ac feudatariis præſertim Provinciæ noſtræ Ciſpadanæ, Salutem, &c.

Paul. III. lib. brev. an. 3. p. 659.

Intelligentes augeri in dies ardorem belli, hinc a Cæſarianis, inde a Chriſtianiſſimi Regis militibus, & exercitibus in locis Pedemontanis Provinciæ noſtræ Ciſpadanæ proximis; nos, qui officium noſtrum inſequendo, ſemper neutrarum partium fuimus, pacem ac concordiam inter ipſos Principes totis noſtris viribus procuravimus, prout continuo procurare non deſinimus; ne quid noſtræ profeſſioni hujuſmodi contrarium a noſtris ſubditis ema-

nec

net, ſaltem quod non debite vigilaverimus, nobis imputari poſſit, opportune providere volentes, vobis omnibus & ſingulis in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, necnon rebellionis, ac confiſcationis omnium bonorum (& infra) *incurrendis pœnis præcipimus, ne aliquos aut Capitaneos, aut milites alicujus ex dictis partibus* (& infra) *aut pro his vel illis arma capere audeatis &c. Ultima Octobris MDXXXVII. anno* III.

LVIII. *Martinus Bellajus comm. l.8. Petr. Paul. Gualt. in Diar.* Operam conciliandis tum hiſce Principibus dabant Maria Hungariæ Regis vidua, atque Eleonora Regina Galliæ Sorores, & Margareta Regina Navarræ Franciſci Regis ſoror ampliſſimis ab utroque Rege fultæ mandatis, atque inducias pepigere, cum Franciſcus Rex Inſubriæ immineret, de quibus hæc Martinus Bellajus narrat. *Die Novembris* XXVIII. *anni MDXXXVII. Carmaniolæ, ubi Rex erat, induciæ publicantur, necnon Aſtæ apud Vaſtium, quæ ad ſecundum, & vigeſimum Februarii inſequentis diem conſtarent. Triduo poſt Vaſtius Carmaniolam Regem ſalutatum venit, a quo ſumma humanitate excipitur; & quoniam in ipſo induciarum pacto convenerat, ut utrinque delecti Leucatæ coirent, ut de integra & firma pace inter potentiſſimos Principes conſtituenda inter ſe agerent, Rex ob eam cauſam in Galliam redire decrevit* proximo a promulgatis induciis die dimiſſæ ſunt utrinque copiæ. Reverſus vero Lugdunum Gallorum Rex, Joannem Cardinalem Lotharingum, & Monmorantium Ducem Leucatam miſit, ut de pace cum Cæſarianis agerent. Pontifex vero optatiſſimæ illius pacis inter eos Principes adſtringendæ cupidus, pro ea promovenda Legatos decrevit, ut ea confecta, bellum ſacrum in Turcas geri, ac Concilium œcumenicum jam indictum celebrari poſſent; ad Galliæ vero Regem proficiſci juſſus eſt Rodulphus Pius Carpenſis tituli S. Priſcæ Cardinalis, de quo ſubjectæ extant literæ.

Pro pace Legatos mittit Paulus.

Regi Chriſtianiſſimo.

Paul. III. lib. brev. an.3. pag. 736. *Chariſſime &c. Magna nuper lætitia affecti ex nuntio induciarum inter te, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Romanorum Imperatorem, ſemper Auguſtum, affinem tuum factarum, ſpeque inde ſubſequuturæ pacis, & egimus Deo Omnipotenti maximas gratias, quod tantum beneficium univerſæ Chriſtianitati præſtiteris, & Majeſtatem tuam in Domino ſumme collaudavimus, quod ad pacem tandem pium animum deflexerit, qua in re nos præter communem ſalutem* [*quæ ab hac concordia certiſſime dependet*] *illud quoque noſtram auget lætitiam, quod quemadmodum Paſtorali noſtro Officio conveniebat, per Legatos, Nuntios, & literas, pluribuſque cum ea officiis id ita curavimus, ut nunquam ab ea cogitatione, & actione deſtiterimus, ſicut Majeſtas tua non ignorat. Nunc quoque eadem cupiditate anxii, & ſi optatiſſimæ pacis deſiderio flagrantes, ut ea ſubſequuta, ſancta expeditio, te etiam, ut, ſperamus, coadjuvante, ſuſcipi, & generale concilium per nos indictum melius celebrari poſſit; veterem etiam morem ſequuti Apoſtolicæ Sedis, quæ & curandis, & ſuo interventu roborandis Principum concordiis adeſſe conſuevit, non contenti noſtro apud te Nuntio, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, dilectum filium noſtrum Rodulphum tit. S. Priſcæ Presbyterum Cardinalem de Carpis nuncupatum, noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatum ad Majeſtatem tuam miſimus, quod etiam cum dicto Carolo Imperatore, ad quem etiam alium Cardinalem Legatum mittimus, pariter agimus, tuæ Majeſtati de hac tanta ſua gloria, & bonitate gratuletur, & eam noſtris verbis, ac precibus ad pacem ipſam concludendam hortetur, tum ſi qua in re tua Majeſtas, ac præcipue in roboratione ipſius pacis interventum Sedis Apoſtolicæ more Majorum deſideraverit, habeat præſentem Legati noſtri operam. Oramus igitur Deum Omnipotentem, ut nos, & Chriſtianitatem univerſam, medio bonitatis tuæ, compotem hujus fœliciſſimi voti reddere, tuamque Majeſtatem ſoſpitem ad Chriſti fidelium tutelam, & Chriſtianæ Reipublicæ propagationem quam diutiſſime conſervare dignetur: ſed cum hæc omnia plenius idem Cardinalis Legatus tuæ Majeſtati explicaturus ſit, nos conſulto in his breviores, ſolum Majeſtatem tuam hortabimur, ut eundem Cardinalem Legatum virum* [*ut noſti*] *doctrina, & virtute conſpicuum, tuæque Majeſtati deditum, benigne ſuſcipere ejuſque verbis fidem haud minorem præſtare velit, quam ſi nos ipſi præſentes colloqueremur, quod recipiemus a Majeſtate tua gratiſſimum. Datum Romæ* XII. *Decembr. MDXXXVII. anno* IV.

Miſſus pariter eſt Chriſtophorus Jacobarius ad Cæſarem, quem Pontifex horratus eſt, ut pro communibus piis conſiliis ad exitum perducendis animum ad pacem flecteret. LIX.

Imperatori.

Magna nuper lætitia affecti ex nuntio induciarum inter te & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, affinem tuum, factarum, ſpeque inde ſubſequuturæ pacis. Et infra: *ut ea ſubſequuta, ſanctam* *Paulus III. lib. brev. an. 3. p. 505.*

ctam expeditionem adverſus Turcas, ad quam nos tecum colligavimus, tecum ſumamus, & generale concilium per nos indictum proſequamur [*Repetitis nonnullis, ut in literis ad Galliæ Regem datis ſubditur,*] *de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, dilectum Filium noſtrum Chriſtophorum tituli S. Euſtachii S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Jacobatiis nuncupatum, noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatum ad Maieſtatem tuam miſimus &c. Dat.* XXII. *Decemb.* MDXXXVII. *anno* IV.

LX. *Paul. Iov. hiſt. ſui temp. l. 36.* Quod autem ad Turcicam expeditionem attinet, illata eſt a Solymanno Corcyræ tam funeſta vaſtitas, ut ſupra ſexdecim Corcyreorum millia omnis ætatis, & ſexus capta in ſervitutem adduxerit, Vicos omnes, & Pagos, & oppidula incenderit; tamen Angelocaſtrum, & Corcyream Urbem, (cui duo Patritii Veneti Aloyſius Ripa, & Simon Leonius præerant) maximis moliminibus obſeſſam, capere non potuit. Extractæ itaque obſidionis tædio, cum ipſi renuntiatum eſſet, eam Arcem, opere, & milite permunitam, videri inexpugnabilem, ac veritus, ne Veneta & Cæſarea claſſes conjunctæ in ipſum irruerent, Conſtantinopolim reverti conſtituit. Cum utrobique & Corcyræ, & in Salentinis ambitioſa & iniqua conſilia fracta doleret: id tamen juſtitiæ ſpecimen præbuit, ut Caſtrenſes, qui deditione facta abrepti in ſervitutem inſigni perfidia fuerant, diligenter perquiſitos, & navigiis impoſitos, reduci in patriam juſſerit, authoreſque maleficii ſupplicio affici: humanitatis enim illecebra Chriſtianos ad defectionem pellicere cupiebat. De hac Solymanni expeditione diſſoluta hæc memorat Diarii Vaticani author. *XXIII. Septembris habitæ ſunt ſupplicationes in S. Petro, & relatum Turcas diſceſſiſſe a Corcyra.* Cæterum Solymannus reverſus Conſtantinopolim dedit mandata Caſſano Baſſæ, ut Nauplio, & Epidauro Veneti Imperii Urbibus exceptis reliquis in Peloponeſo bellum inferret, Præfectiſque Illyrici imperavit, ut Veneti nominis Oppida finitimo bello vexarent. Barbaroſſa etiam adverſa tempeſtate actus, cum Buthrotum appuliſſet, eductis copiis, Oppidum adortus diripuit, atque delevit, Veneti vero Scardonam in Dalmatia Urbem Turcici Imperii captam funditus everterunt, ad Obroatium tamen cæſi profligatique ſunt.

Solymannus ſævo bello Venetos vexat.

Petr. Paul. Gualt. in diario.

Paul. Iov. ubi ſupra.

LXI. At longe gravior clades Ferdinandi Regis exercitui in Hungaria a Turcis illata eſt, de qua antequam agamus, præmittendum viſum eſt, Pontificem Hungariæ ex Turcico jugo liberandæ cupiditate ardentem ſtudia omnia defixiſſe, ut inter Ferdinandum, ac Joannem Reges pacem componeret; illiuſque interpretem adhibuiſſe Sigiſmundum Regem Poloniæ, quem ſummis precibus rogavit, ut Chriſtianam Rempublicam tanto beneficio afficeret.

Regi Poloniæ.

Chariſſime &c. Inter cæteras curas, quas nobis præſentium temporum calamitas, & noſtri ratio officii imponit, illa in primis affixa nobis hæret, ut diſſidia Principum Chriſtianorum communis exitii cauſam præbentia conemur tollere, & convertere ad pacem, a qua ſalus communis dependet, ac nos quidem in his nobis propinquioribus Regionibus inter Sereniſſimos, Cæſarem, & Francorum Regem, non ceſſavimus hactenus, neque ceſſamus quotidiana inſtantia id curare, cujus laboris noſtri effectum utinam aliquando a Deo omnipotente mereamur. Nos certe nihil, quod ad nos pertineat, unquam prætermittemus, illinc autem, Fili chariſſime, ubi Rex Romanorum, & Joannes Wayvoda de Regno Hungariæ diſſident, qua diſſenſione via communi hoſti Turcæ ad noſtrum exitium patefacta eſt, non habemus quemquam Principum, in quo magis niti debeant ſpes noſtræ, quam in te, quem ob ſingularem pietatem, & in rem Chriſtianam ſtudium, ſcimus velle, & ob authoritatem cum utroque illorum ſperamus poſſe id perficere, quod cupimus; eo ſiquidem magis, quod hanc ipſam rem optaſti ſemper, & alias ſtudioſe curaſti; ita ut nihil officii, & ardoris tui in eo omiſeris: ſed etſi tunc Sathanæ artibus effectum eſt, ut illud ſanctum opus, a te inchoatum impediretur, non tamen debes, optime, & pientiſſime Rex, in eorum præſertim te amantium, & ſanguine, vel benevolentia tibi conjunctiorum reconciliatione, & in communi ſalute conſtituenda, quæ ab hac concordia maxime dependet, atque in Religione noſtra, ut ſemper es ſolitus, defendenda defatigari, immo ſemper putare tibi glorioſum, pro Divino honore, & publica ſalute laborare, etiamſi tua ſalutaria, & pia monita non audiantur. Tuam igitur Maieſtatem de veteri in hac re navata opera maxime collaudantes, Deumque illi retributorem, & orantes, & futurum confidentes, hortamur, & per ipſum communem Dominum rogamus, velis eandem piam actionem te digniſſimam reſumere, & in eiſdem Principibus ad concordiam reducendis, in quo ſcimus tuæ Maieſtati, pro ſingulari ejus prudentia, modos, & vias ſuadendi, & id efficiendi non defuturas.

Paul. III. lib. brev. an. I. 1535. p. 286.

Pro pace inter Ferdinandum, & Regem Hungariæ Joannem Paulus III. Regem Poloniæ interponit.

turas. Nos quidem tantum in ſapientia, & probitate tuæ Serenitatis reponimus, & authoritati ejus apud utrumque eorum tribuimus, ut vel tua, vel nullius alterius opera, hoc maximum beneficium Chriſtianitati poſſe præſtari confidamus, in quo rogamus Deum Omnipotentem, ut Majeſtatem tuam proſperare dignetur ad gloriam ſanctiſſimi nominis ſui, omniumque ejus fidelium ſecuritatem, ac tuæ Majeſtatis in cœlis præmium, & in terris perpetuam celebrationem. Datum Romæ die XXII. *Maii MDXXXVII. anno* III.

LXII. *Acta Conſiſtor. mſ. Card. Spad. ſig. n. 133. p. 317.* Florebat pietatis laude Rex Poloniæ, atque ſingulari in Sedem Apoſtolicam obſervantia, hæreſeſque a Regni ſui finibus ſtrenue arcebat, quem hoc anno Oratoris ampliſſimi opera, vetere inſtituto, rituque ſolemni, Regia obſequia addixiſſe Pontifici in publico Cardinalium Senatu referunt acta Conſiſtorialia. At Turca in eum Tartaros concitavit, ut domeſtico implicitus bello periclitanti Hungariæ ſubſidiarias copias ſubmittere non poſſet, ad quos depellendos, cum exercitum inſtrueret, Pontifex decem millium aureorum munus contulit.

LXIII. Ex duorum Regum, qui Hungariam ferro flammaque partiebantur, diſſidio, inſoleſcentes Turcæ Hungaros contrariis ſtudiis diſciſſos continuis cladibus atterebant, de quibus conquerenti Epiſcopo Zagrabienſi Pontifex præſentem Chriſtianæ rei ſtatum miſerum expoſuit; addiditque quanto ſtudio eos Reges, necnon Gallum, ac Cæſarem conciliare inter ſe niteretur, ut omnium arma in Turcas verterentur.

Venerabili Fratri Simoni Epiſcopo Zagrabienſi.

Paul. III. lib. brev. ann. 3. p. 300. *Venerabilis frater, Salutem. Ex tuis ad Venerabilem fratrem noſtrum Laurentium Epiſcopum Præneſtinum Card. Campegium literis, magno cum dolore cognovimus iſtius Regionis clades, & tantam tuorum Oppidorum, ac proventuum diminutionem; quæ etſi audita ante a nobis, nunc particularius cognita, moleſtiam nobis renovarunt, eo etiam magis, quod ira Domini adhuc vigente, fruſtra in remediis adhibendis laboramus: nam nec noſtræ preces a Chriſtianis Principibus audiuntur, & a Concilio celebrando per Ducem loci, in quo illud indixeramus, excluſi ſumus, coactique & mutare locum, & tempus prorogare. Acceſſit etiam novus metus a Turca, qui claſſem numeroſiſſimam contra Italiam habet inſtructam, noſque cum populis noſtris, & ipſa Italia in maximo periculo verſamur, & in componendis præſidiis noſtras vires omnes abſumimus; quamobrem Venerabilis frater in communi calamitate & mœrore, communis ſit conſolatio, ſiua in Deo Patre miſericordiarum, cumque jugiter deprecemur, ut leviore, quam meruimus, pœna contentus, pacem ſuis fidelibus largiatur, nec tamen interea, quantum fieri poterit, a nobis ceſſabimus repetere, & continuare ſuaſiones concordiæ, hinc inter Sereniſſimos Cæſarem, & Francorum Regem, iſtinc inter Regem Romanorum, & Joannem Wayvodam, qua in re etiam nunc quotidiana inſtantia laboramus; quo in opere, ſi Deus noſtris actionibus favere dignabitur, non diffidimus fore, ut damna, & clades, quas paſſi ſumus in eos, qui nobis intulerunt, convertantur, tandemque miſeræ Chriſtianitati reddatur a Domino optata tranquillitas. Datum Romæ* XIX. *Maii MDXXXVII. anno* III.

Continuis Turcarum, qui e præſidiis in Chriſtianorum damna erumpebant, excurſionibus laceſſitus Ferdinandus Rex, fallacium induciarum ſpecie deludi ſe a Turcis amplius non ferendum cenſuit; nam Mahometes, qui Solymanni nomine Tauruno præerat, multo aſtu, validiſque armis ſupra triginta Caſtella Regiæ ditionis in ſuam poteſtatem redacta, Boſnenſi præfecturæ adjecerat, inter quæ unum, cui Exechii nomen indictum erat, Templo, & Monaſterio profanatis, inſtar Arcis fortiſſimæ permunierat; atque ex ea in Chriſtiani Imperii terras excurrens, rapinis omnia fœdabat. Ad hunc edomandum Ferdinandus exercitum florentiſſimum ex Bohemis, Hungaris, Germanis, Italiſque eximio bellico apparatu inſtructum conflavit, eo majori alacritate, quod induciis inter Cæſarem, Gallumque confectis, nova præſidia ſibi a fratre ſubmittenda ſperabat: potitutuſque Exechio, Taurunum expugnare moliebatur; ſed conceptæ rei bene gerendæ ſpes contrario eventu eluſæ conciderunt, etenim Simon Zagrabienſis Epiſcopus, qui commeatuum affluentiam in caſtris erat pollicitus, tardius, & male eos ſubminiſtrabat, deſidia curatorum rei frumentariæ, itinerumque difficultate. Cumque ad Exechium extremo Autumno promota eſſent caſtra, in primo hoſtium concurſu, Paulus Bachitius Hungarus, militari laude conſpicuus, globo ictus interfectus eſt, cujus Ducis mors maximum terrorem noſtris incuſſit, ut fame afflicti, ad receſſum ſpectarint. Cumque noſtros urgerent Turcæ Cazzianeri Ducis ignavia, effuſa fuga exercitus Chriſtiani conſequuta eſt, cum nulla certa ad pugnam conſilia explicarent Duces; adeo ut in perturbatos irruentes Turcæ, maximam ſtragem Chriſtianorum ediderint, ac ſpolia LXIV. *Paul. Jov. l. 36. Surius in comment. Martin. Bellajus comment. l. 8.* Ferdinandi Regis exercitum Turcæ delent.

lia

lia ampliſſima retulerint. Ea clades inter alias funeſtiſſimas illatas Chriſtiano nomini luctuoſiſſima exiſtimata eſt, tum quia lectiſſimus equitum, peditumque flos (Ducis culpa) non virtute deletus interiit, tum ob gentium, quæ eo luctu funeſtatæ ſunt, varietatem, tum ob bellici inſtrumenti, ac tormentorum jacturam, tum quia in cæteris præliis victoria Turcis ipſis multo cruore ſemper conſtiterat, in hoc vero unus tantum cædendi labor ſuit. Porro Cazzianer caſtrorum, ſignorumque deſertor, proditionis accuſatus, cum in carcerem eſſet conjectus, ex eo profugit, deſectionemque ad Turcas meditatus, cum Sdrinium ad ſcelus pellicere pertentaret, ab eo Religionis nomen, Regemque offendere verito, obtruncatus eſt. Nondum illius cladis fama ad Pontificem pervenerat, cum pro redintegranda inter Joannem, & Ferdinandum Reges concordia, ut Hungari mutuo conſtricti fœdere in Turcas vires conjungerent, Internuntium ſuum inſtruxit hiſce ampliſſimis mandatis.

Epiſcopo Mutinenſi Nuntio Hungariæ.

Paul. III. lib. brev. ann. 4. p. 699.

Venerabilis frater, Salutem. Novit tua fraternitas inter cæteros, quanto ſemper ſtudio pacem, ac concordiam inter Chriſtianos Principes conciliare ſategerimus, & quæ noſtræ actiones ab initio uſque Pontificatus noſtri in ſedandis diſcordiis fuerint, in quo non omiſimus Regnum etiam iſtud Hungariæ, quod ſemper Chriſtianitatis antemurale adverſus Turcas habitum eſt, ab inteſtinis diſſidiis tranquillare, nunc vero, ſi unquam antea in id incubuimus, nobis maxime incumbendum eſſe hoc tempore exiſtimantibus, non ab re viſum eſt, noſtram iſthic authoritatem denuo ad pacandum ipſum Regnum interponere. Quamobrem volumus, ac tibi injungimus, ut pacem hanc, & concordiam, his, apud quos opus eſt, noſtra ex parte, ac noſtro nomine ſuadere, noſtramque & hujus Sanctæ Sedis authoritatem in eo interponere, ipſamque pacem concludere, omni ſtudio, & conatu procures, ſuper quo pleniſſimam tibi [de cujus fide, & prudentia plurimum confidimus] facultatem concedimus. Hortantes, ac rogantes in Deo Domino, omnes & ſingulos præſertim, Reges, Duces, Marchiones, ac Barones, cæteroſque Dominos temporales, & omnes, quibus ea ſuper hoc ex parte noſtra referes, plenam & indubiam fidem habentes, monita noſtra pro Dei ſervitio, & Reipublicæ Chriſtianæ quiete, & ſecuritate ſuſcipere, & piæ intentioni noſtræ ſatisfacere velint. Datum Romæ XXII. Novembris MDXXXVII. Anno IV.

Adductum Joannem ad concordiam proximo anno viſuri ſumus, paucis vero poſt annis extinctum eſſe, relicto puero, cujus tuendi ſpecie Hungariam maxima ex parte ſuæ ſervituti Turcæ ſubjecerunt.

Chriſtiernus Rex Daniæ hæreſim Lutheranam diffundit.

Hoc pariter anno Chriſtiernus ejus nominis III. Rex Daniæ, poſt expugnatas Regni civitates, ei hæreſim amplectenti, ſubiici detrectantes, inauguratus primus omnium ab hæretico prædicante Joanne Bugenhagio Pomerano, quem Lutherus ad ipſum direxerat, abdicata prorſus omni Religione Catholica, atque Lutheraniſmo in ejus locum intruſo, cunctos Regni Epiſcopos, qui eidem, pro orthodoxa fide tuenda, ſtrenue ſeſe oppoſuerant, in carcerem detruſit: & tanquam rebellionis, aliorumque criminum reos ſubdole convictos, Senatus conſilio, in remotum perpetuumque amandavit exilium; ac redditus, prædiaque Eccleſiarum in Regium fiſcum redegit: ita tamen, ut collegiis Canonicorum conſervatis Sacerdotia, ac Canonicatus ipſemet Rex aulicis ſuo arbitratu conferret. Pro ſeptem autem Epiſcopis, qui tum Chriſtiano Daniæ populo præerant, totidem Lutherani ab ipſo Bugenhagio, Summi Pontificatus ibi exercendi munus ſibi temere arrogante, ſuffecti fuere. Quæ autem exhinc mala fuerint oborta in Norvegia, quam ſibi Chriſtiernus ſubegit, Joannes Magnus Upſalenſis Archiepiſcopus, ac Sedis Apoſtolicæ Legatus, qui pro ſuo exercendo munere plurimum laboravit, nec non ejus frater, ſucceſſorque Olaus in vitis Pontificum Upſalenſium plenius deſcripſere.

Metrop. Upſal.

LXV. Contigit hoc anno ineunte ſeptima Januarii funeſtiſſima cædes Alexandri Medices Ducis Florentiæ, [1] patrata a Lau-

NOTÆ [1] Hoc anno e vivis ereptus fuit Alexander Medices, qui primus e gente ſua urbis Florentiæ ſupremum & diſpoticum imperium obtinuit, illamque juſto regimine gubernavit. Sublatus fuit nocte inter ſextam & ſeptimam Januarii intermedia, proditione Laurentii Medicei, incertum amore patriæ e ſervitute liberandæ, an potius ultionis privatæ explendæ cupiditate facinus illud molitus. Illud conſtat, Laurentium poſt necem principi illatam proripuiſſe ſeſe primum Venetias, dein Mirandulam, inde Conſtantinopolim ad Solimanum, quem ad invadenda Etruriæ littora ſollicitare meditabatur. Sed cum eventus ſperantem feſelliſſet, aufugit Lutetiam, ubi fugitabundus & pavidus (metuebat enim capiti ſuo, cui Florentini, & Carolus Imperator inſidiabantur) aliquan-

Laurentio Medice ipſius conſanguineo viro levioris ac maligni ingenii, qui antea quatuor ſtatuarum marmurearum Romæ in arcu triumphali Conſtantini magni arte expolitiſſima ſculptarum capita præfecta, nocte intempeſta Florentiam aufugiens pertulerat. *Debebat* (ſic de eo inquit Laurentius Surius) *ille Princeps fidem ſervare conjugi, debebat vereri tremenda Dei judicia, qui non reſpicit perſonam Principum, ſed indiſcriminatim plerumque ſeveriſſime in hominum flagitia animadvertit: quod quia non fecit in id genus horrendæ mortis incidit, ut ſuo ſummo malo doceat ſapere mortales, ne ipſis ſimilia eveniant: nam ut ſint permulti qui diu impune vitam vivunt impuram & ſceleratam; tamen etiam innumeri inopinatis caſibus in ipſis ſceleribus opprimuntur & ruunt præcipites in ſulphureas gehennæ æſtuantis carnificinas nunquam inde emerſuri.* Patrati ſceleris conſcientia ardens Laurentius Medices non vocavit ad libertatem Florentinos, ſed eadem ipſa nocte inſtar Caini fugiens Florentia ſe proripuit Bononiam, nec tutum ſe in Chriſtiano Imperio opinatus, perſugit ad Turcas: cumque Solimannus intellecto facinore illum execraretur, metu percitus Venetias ſe contulit, atque a duobus Volaterrannis militibus, qui Alexandri Ducis extincti memoriam colebant, contrucidatus eſt. Porro Alexandri Medices mors tribus diebus celata eſt a Proceribus Florentinis, ne qua ſeditio oriretur: atque præteritorum bellorum pertæſi, ne in ſe iras Cæſaris aſperarent, conſentientibus votis, Coſmum Medicem octodecim annorum juvenem, magna Cardinalis e Cybo ſolertia, Principem delegerunt, qui ingenti virtute, & laude Principatum adminiſtravit.

In Comm. hoc anno.

LXVI. Claudimus hunc annum fœliciſſimo Hieronymi Æmiliani Patritii Veneti clericorum Regularium Congregationis Somaſchæ Inſtitutoris obitu, cujus præclara geſta plurimis approbata miraculis Auguſtinus Turtura conſcripſit: Inter quæ admirabilis ille odor ab ejus oſſibus promanans præcipue memoratu dignus eſt; cujus præclarus teſtis extitit Divus Carolus Borromæus; cum aliquando in templum ingreſſus in ipſo limine ob ſuaviſſimum odorem in tantam raptus eſt admirationem, ut adſtantibus dixerit, ibi alicujus inſignis ſancti corpus requieſcere; mox petiit ſancti Viri ſepulchrum ſibi oſtendi, ad quod perductus, juſſit inde accipi aliquot illius corporis oſſa, quæ manu ſua ſacri thuris honore venerari voluit ſummo pietatis ſenſu delibutus.

An-

NOTÆ aliquandiu ignotus & obſcurus delituit; tandem rediit Venetias, ubi anno 1547. a duobus Volaterranis quos Florentinorum apud Venetos legatus incitavit, per inſidias abreptus, trucidatuſque fuit. Hæc Segni Hiſt. Florent. lib. XII. pag. 31t. Cæterum Alexander politicis artibus plurimum, moralibus etiam virtutibus nonnullis, æquitate maxime valuit. Sed pulchras virtutes turpiſſimis etiam vitiis fœdavit; ne quid enim de ſævitia dixerim, per quam ſubditorum ſuorum odium incurrit, effuſus erat in omnem libidinem, qui nihil habuit ſanctum, nihil inviolatum, cum vel ipſa ſacrarum Virginum clauſtra penetrarit, & qua nocte interceptus fuit morte, Laurentius Medices incautum principem in domum ſuam pertraxit, oblata ſpe potiundæ fœminæ, quam inſano amore deperibat. Alexandro vero ſublato principatus ad Coſmum Medicem Joannis Medices filium delatus eſt opera potiſſimum, non quidem Cardinalis Cibo, ut Annaliſta ſcribit, ſed Franciſci Guicciardini, qui in ea rerum perturbatione uni potius credere imperium, quam multis civibus adminiſtrandam rempublicam tradere opportunius cenſuit. Hæc omnia Segni Hiſtor. Florent. lib. VIII. In hunc modum princeps renunciatus Coſmus die IX. januarii, teſte Nerlio comment. lib. 12. imperium accepit. MANSI

I. *Plures Synodi in Germania contra hæreticos collectæ.*

I. ANno Chriſti milleſimo quingenteſimo octavo, Indictione undecima, Pauli Pontificis monitis, ac juſſu plures in Germania Antiſtites varias collegerunt Synodos ; ut ſerpentis hæreſeos virus in tantam animarum perniciem ubique ſe late diffundens eorum ſolertia reprimeretur ; ac ipſi ad œcumenicum concilium validioribus fulti rationibus ac argumentis quantocius accederent. Primum Proteſtantium conatibus maxime ſemper obſtitit Albertus e domo Brandeburgica Princeps Cardinalis Archiepiſcopus Moguntinus, cujus præclara geſta, acerrimumque in Lutherum, ejuſque prava dogmata ſtudium, in præcedenti Annalium noſtrorum Tomo fuſius recenſuimus. Deinde Oſnaburgenſis, Monaſterienſis, Trajectenſis, Mindenſis Epiſcopi hoc pariter anno Diœceſanas coegerunt Synodos, ut tanto vitiorum hæreſumque morbo ſuccurrerent. Hoc idem pertentavit Erardus Cardinalis, Epiſcopus Leodienſis, Sedis Apoſtolicæ a latere Legatus, indicta ad diem octavam Januarii Cleri convocatione ; verum, reluctante Clero inferioris Ordinis, & relicto Leodio Lovanium tranſmigrante, ubi multa contra conatus pii Præſulis pro reſtituenda diſciplina Eccleſiaſtica deſudantis molitus eſt, ita ejus labor irritus evaſit ; maxime quod paulo poſt prematura morte affectus eſt. In cujus laudem hæc ſcribit Surius, Sleidanum coarguens, *Circa hæc tempora mortuus eſt Erardus Cardinalis, & Epiſcopus Leodienſis, qui multos Lutheranæ ſectæ addictos male acceperat ; quod Sleidanum male habet, ideoque ſcribit illum ſibi ſepulchrum, & exequias anniverſarias longe ante obitum fieri curaviſſe non tam pietatis, quam oſtentationis cauſa, quod eſſet gloriæ cupidiſſimus. Ita Sleidanus magna fiducia profert ſententiam etiam in arcana pectorum conſilia, quæ ſolus Deus novit. Sed hoc licet Evangelium Lutheri complectentibus, verum Chriſti ſectatoribus non licet. Certe Miſſæ ſacrificium, & vivis, & vita functis prodeſſe, tam eſt certum ex ſanctiſſimorum Patrum irrefragabilibus teſtimoniis, ut merito pudere debeat omnes, qui id negare audent.*

Surius in comm. hoc anno.

Erardus Card. Leod. epiſc. obiit, qui Miſſarum ſuffragia adhuc vivens ſibi fieri juſſit.

Nec deſtitere ipſimet Proteſtantes ſua conventicula, ad conſtabilienda prava ipſorum dogmata peragere. Brunſvvici primum in Saxonia menſe Majo hujus anni, ac deinde Julio ſequenti Iſennaci in Thuringia convenerunt ; ut quæ in fœdere Smalcaldico, ad extirpandam Catholicam fidem, atque ad opprimendos Eccleſiaſticos, eorumdemque bona, decreta fuerant, totis viribus executioni mandarent.

II. *Laingæus in vit. Cal. Florem. Remund. l. 7. c. 7.*

Calvini audacia ac pertinacia in abolendis Genevæ Eccleſiæ ritibus.

II. Ad Calvinum modo paululum deflectamus, cujus potiſſimum ſtudio factum eſt, ut Genevæ populus diem Paſchæ abſque ulla communione, uti fidelibus mos eſt, pertranſierit. Hic ubi Genevæ ad miniſtri munus admiſſus fuit, Farello adhærens (ut ſupra vidimus) Cauraldum, alioſque ſui ſceleris conſiliique participes, blandis partim verbis, auri partim montibus promiſſis facile in ſuam impiam ſententiam pellexit. Inter alia Apoſtolicam Catholicamque Eccleſiam execratus, diem Dominicum in diem Veneris permutari, atque in eo ab omnibus corporis operibus abſtinendum eſſe docuit. Præterea, id quam vocant hæretici cœnam, in pane fermentato, non autem in azymo juxta communem Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem fieri dictitabat. At conatibus ejus (ut a Floremundo Remundo refertur) Magiſtratus urbanus, & Syndici ſeſe oppoſuerunt, nihil antiquius habentes, quam cum viciniſ ſuis, ac confœderatis & præſertim cum Bernenſibus eamdem religionem, maximeque in cœna adminiſtranda formam retinerent. Verum Calvinus natura ferox nemini omnino cedere voluit ; hoc ad ſui augendam exiſtimationem pertinere arbitratus, ſi a nemine quidquam ſibi præſcribi pateretur : immo audaciſſime privatim ac publice, nec a conviciis aliquando ſe abſtinens ſuam conſtabilire ſententiam conatus eſt : quamvis a Theodoro Beza mendaciſſimo ejus aſſentatore vir placidiſſimo ornatus ingenio prædicetur. Quem tamen merito ſic irridens Laingæus. *Nam miniſtri*, inquit, *nihil fecerunt verba, & preces tanti viri, & tamen nihilominus, ſi Theodoro Bezæ credimus, hic Calvinus eſt vir leniſſimo ſuaviſſimo ingenio immo potius diviniſſimo natus. Ecce iſtos miſerrimos hæreticos quam impudenter mentiuntur. Hæc bella, & venuſta videntur eſſe argumenta urgentia, & efficacia, quibus Beza vult ſuum patrem, & amicum Calvinum, æqualem Divo Paulo, qui de ſe ipſo ſcribit*, Quis ſcandalizatur, & ego non uror ? *Sed quis niſi expers omnis rationis facile videt, quam hic miſerrimus hæreticus ſit diſſimilis noſtro divino ter maximo Paulo. Calvinus videbat totam Urbem turbari propter mutationem cæremoniarum, quam fieri volebat, & periculum, quod inde accidere poſſet inter*

ter

Digitized by Google

ter nobiles Bernenſes, & Genevenſes; & tamen nihilominus pertinax & implacabilis nebulo ſuæ damnoſæ & pernicioſæ inhærebat ſententiæ. Quare quemdam magiſtrum, cui a Senatu concinnandi, cœnamque adminiſtrandi munus commiſſum fuerat, maledictis, injuriiſque innumeris oneravit, ac anathemate percutere, Deique iram, æternamque damnationem ei minitari ſatanico concitus furore auſus eſt; adeo ut miſer ille minis exterritus clanculum ſe ſubduxerit. Sic itaque non ſine graviſſima offenſione Paſchatis feſtum abſque Paſchali celebritate, ac Communione hoc anno Genevæ abiit: ac propterea Calvinus cum ſociis unanimi Procerum illorum conſenſu ab Urbe ejuſque ditione abſque mora recedere coactus fuit. Argentoratum igitur conceſſit, a Bucero amice ac humaniter exceptus; ubi ſuas uterque opiniones cum Lutheri deliriis permiſcendo, rurſus novam Religionis formam commenti ſunt. Quamvis autem Bucerus non in omnibus cum ipſo teneret liberam tamen ei, quæ vellet, dicendi, docendique poteſtatem permittebat. Inſtituta etiam hoc anno Argentorati ſchola juventutis, authore potiſſimum Joanne Sturmio Juriſconſulto, & primario Senatore: cumque hæreſis cauſa plures e regno Galliæ, & Belgii Provinciis fugientes, in eam Urbem ſe recepiſſent, Senatus Argentinenſis Templum illis conceſſit, ut Synagogam conſtituerent; cujus curam Calvinus tunc ſuſcepit adminiſtrandam. Qui etiam viduam cujuſdam Anabaptiſtæ Idelettam Buriam matrimonio ſibi junxit, ne a Bucero, qui abjecto cucullo juvenculam ſibi adſciverat, eaque mortua, duas deinde, unam poſt alteram, ſuperinduxit, diſcreparet. Quorum incontinentiam ſic execratur Floremundus. *Videmus iſtos Reformatores ad nullam aliam rem tanta cupiditate, atque ardore convolaſſe, quam ad inceſtas hujuſmodi nuptias: quæ ſane Reformatio longe diſcrepat ab ea, quam S. Joannes virginitate ſua inſtituit, & conſilio ſuo approbavit.*

III.
Fœdus initum contra Turcas a Principibus Chriſtianis, & apparatus ad bellum.

Inſtauratum eſt etiam hoc anno ſolemne armorum fœdus inter Pontificem, Carolum Imperatorem, Ferdinandum Romanorum Bohemiæ, Hungariæque Regem, ac Venetos ad frangendos impetus Solymanni Turcarum Imperatoris, qui ex noſtris diſſenſionibus inſoleſcens Italiæ inhiabat; ac tantos terra, marique apparatus bellicos inſtruebat, ut fama increbreſceret, Claſſem quingentarum triremium ab eo adornari: propter eaque ſumpta ſunt conſilia de tanta Claſſe imponenda mari, quanta numquam antea apparata fuiſſet; nempe ducentarum triremium, & centum navium majoris alvei, non comprehenſis eo numero, iis quas Luſitaniæ Rex, ac Melitenſes Equites conjuncturi forent. Ferdinandus vero Romanorum Rex ſe obſtrinxit ad educenda e Germania in Turcas quinquaginta peditum millia, equitum vero quatuor millia & quingentos. Tum Pontifex etiam ſibi id munus aſcivit, ut omnem operam ad alios Chriſtianos Reges ad ſacram hanc ſocialem pro tuenda Chriſti fide, evertendaque Turcica tyrannide expeditionem pelliciendos collocaret, de quo fœdere Petrus Paulus Gualterius Aretinus in ſuis Diariis ita tradit. *Octava Februarii lecta ſunt in Conſiſtorio capitula fœderis inter Papam, Cæſarem, & Venetos contra Turcam.* Deſcripta ſunt ea a Blaſio Cæſenate Magiſtro Ceremoniarum ſubjectis verbis.

IV.
Diar. Blaſ. de Caſena p. 576.
Capitula fœderis Pauli III. cum Cæſare, & aliis Principibus Chriſtianis contra Turcas.

1538. 8. *Febr. Hæc ſunt capitula fœderis & ligæ per Sanctiſſ. in Chriſto Patrem & D. N. D. Paulum Divina Providentia PP. III. ac Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem D. Carolum V. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hiſpaniarum, & utriuſque Siciliæ Regem Catholicum, tam ſuo, quam Sereniſſimi etiam Regis Romanorum ejus fratris nomine, nec non Illuſtriſſimum Ducem, Senatum, & Dominium Venetorum contra Turcas initorum. Ad obſervantiam hujus confœderationis convenerunt, & capitula fecerunt, quod S. D. N. ſuo & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ cum conſilio Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium offert, & promittit dare, ſolvere, & contribuere in hac ſancta expeditione, tam defenſiva, quam offenſiva contra Turcas, ſextam partem totius impenſæ, quæ fit tam mari, quam terræ quomodocumque. Illuſtris autem Marchio de Anguilar Cæſareus Orator in nomine Sereniſſimi Cæſaris, ut ſupra, promittit, & offert, quod Cæſarea Majeſtas contribuet tres ſextas partes, ideſt medietatem totius impenſæ.*

Item D. Marcus Antonius Contarenus nomine Illuſtriſſimi Venetorum Dominii promittit, & offert, quod Dominium Venetorum contribuet duas ſextas partes, videlicet tertiam partem totius impenſæ.

Quæ expeditio debeat fieri præſenti anno cum triremibus ducentis, & navibus centum, peditibus quinquaginta millibus, Alemannis equitibus quatuor mille & quingentis, adjuncta idonea quantitate tormentorum cum ſuis munitionibus, & aliis rebus neceſſariis, & durante hac ſancta confœderatione debeat continuari expeditio contra Turcas, & id in futurum cum viribus ſupradictis ad conſervationem communi-

Digitized by Google

munium Statuum, & offenſionem hoſtium prædictorum.

Item quod S. D. N. debeat armare triremes triginta ſex, quarum corpora, quatenus Sanctitas ſua uſque ad dictum numerum non habeat, dentur Sanctitati ſuæ ad dictum numerum a prædicto Dominio Venetorum.

Item, quod Cæſarea Majeſtas debet habere in Claſſe triremes octuaginta duas, & alias totidem Dominium Venetorum, quæ faciunt omnes, cum ſupradictis triginta ſex, numerum triremium ducentarum: declarando, quod impenſa, quam faciet Dominium Venetum præfatum, ultra triremes ſexaginta ſeptem, quæ facerent ſuam tertiam partem uſque ad numerum, quem armabit in commodum ſuæ Majeſtatis, ſuppleatur, & reficiatur ipſi Dominio in navibus, quas armabit ſua Majeſtas, prout æquum eſt, & convenit.

Item, quod dictæ centum naves armentur per Cæſaream Majeſtatem ultra illas, quæ poſſent ſperari a Sereniſſimo Rege Portugalliæ, in quibus centum navibus impenſa, quam Majeſtas ſua faciet, excedens ſuam medietatem, reficiatur illi a S. D. N. & Dominio prædicto pro rata portione impenſæ, quæ ad quemlibet ipſorum pertinet, & pro navibus armatis & galionibus, quos prædictum Dominium habebit, impenſa ipſis admittatur pro portione debita, prout æquum eſt, & convenit.

Item, quod pedites quinquaginta mille ejus qualitatis, quæ ſupradicta eſt, conducantur a confœderatis eo numero per eorum quemlibet, quem requirit portio impenſæ cujuslibet ipſorum, ad quam rationem etiam ſimili modo conducantur equites quatuor mille & quingenti, & quantitas tormentorum cum ſuis munitionibus neceſſariis.

Item, quod Principibus, & Potentatibus Italiæ aſſignetur portio illa impenſæ, quæ videbitur S. D. N. quæ portio veniet in commune beneficium hoc fœdus contrahentium, & Religio Rhodiorum debeat concurrere ad hanc ſanctam expeditionem omnibus ſuis viribus.

Item, quod comprehendatur Sereniſſimus Rex Romanorum, pro quo dictus Marchio nomine Cæſareæ Majeſtatis de rato promittit, obligando ſuam Regiam Majeſtatem, quod habebit exercitum validum in partibus Hungariæ contra Turcas, in quem exercitum contrahentes prædicti non habeant quidquam impendere; & e converſo ſua Regia Majeſtas nihil habebit impendere in eas vires, cum quibus fiet expeditio ab iſtis partibus, prout æquum eſt, & convenit.

Item, quod S. D. N. paternis exhortationibus debeat requirere Sereniſſimos Reges Poloniæ, & Pruſſiæ, & cæteros fideles Chriſtianos, qui auxilio eſſe poſſunt huic ſanctæ expeditioni, ut totis eorum viribus communi Chriſtianorum ſaluti, & ſanctæ huic expeditioni ſint auxilio.

Item, quod reſervetur locus honoratiſſimus Regi Chriſtianiſſimo, tamquam uni ex principalibus, qui ſi intraverit in hoc fœdus, portio illa impenſæ, quæ pertinebit ad ſuam Chriſtianiſſimam Majeſtatem, ſit in augumentum virium expeditionis ultra illas vires, quæ promptæ eſſe debent vigore præſentium capitulorum, & eodem modo reſervetur locus honoratiſſimus cæteris Regibus, & Principibus Chriſtianis.

Item, quod confœderati ſupradicti teneantur & obligati ſint quilibet eorum paratas habere vires ſuas per menſem Martium proximum, aut celerius ſi fieri poterit.

Item, quod Capitanei generales expeditionis ſint, Illuſtris Dux Urbini Terræ, & Illuſtris D. Andreas Doria Princeps Malphitanus Mari.

Item, quod victualia, quæ quotidie conſumuntur, ſi ea defecerint in aliquo loco aliquibus ex confœderatis, poſſint capi ex terris, & locis illorum, ad quos fuerint, honeſto tamen pretio, & quod teneantur extractiones apertæ ad beneficium expeditionis, præſertim cum debeat quilibet confœderatorum facere ſtatim proviſionem victualium, quam majorem poterit.

Item, quod differentiæ, controverſiæ omnes, quæ poſſent oriri quacumque de cauſa in hac expeditione, arbitrio S. D. N. decidantur. Oremus igitur Deum Omnipotentem, ut Sanctitas ſua, cum Majeſtatibus, & Illuſtriſſimis Duce, & Dominio prædictis, in tam ſancta, & ſalutari expeditione proſperare, & optatos ſucceſſus populo Chriſtiano concedere dignetur, quod & futurum in ejuſdem Dei benignitate, & cauſæ pietate confidere debemus. His addit Angelus Maſſarellus Pontificis ſolertiam commendans.

Nec propterea fœderis inter Cæſarem & Venetos initi executionem prætermiſit: die enim VIII. Februarii in eodem Senatu dictæ confœderationis capitula confirmavit, quæ tamen IV. Idus ejuſdem menſis, Sacris in Baſilica Principis Apoſtolorum peractis, iterum repetita, & publicata fuerunt, nec non Dominus Marcus Grimanus Patriarcha Aquilegienſis Claſſis Pontificiæ Præfectus deſignatus fuit, qui die III. Martii ex Urbe recedens Corcyram verſus cum triremibus Pontificiis iter arripuit.

Diarium Concil. Trid. Auctore Ang. Maſſar. Secret mſ. Arch. Vat. p. 6.

His

V. His conſentiunt, quæ Pontifex ad Poloniæ Regem ſcripſit, a quo ſummis precibus contendit, ut vires ſuas cum Ferdinando Rege conjungeret adverſus Turcas, qui Calabriæ litora, Corcyramque, & plurimas Ægei maris Inſulas vaſtaverant, ac ingentes Chriſtianorum multitudines in ſervitutem adduxerant, cum eximiæ occaſiones repetendæ de iis vindictæ deeſſent.

Regi Poloniæ.

Paulus III. lib. brev. ann. 4. p. 85. Poloniæ Regem hortatur Paulus, ut ſuas vires conjungat cum Ferdinando adverſus Turcas.

Chariſſime &c. Credimus Serenitatem tuam nou ignorare, quemadmodum commuuis hoſtis Turca ſuperiore anno in Italiam Claſſe numeroſiſſima tranſgreſſus, Calabriæ littora miſerabiliter vaſtaverit, ac diripuerit, indeque Corcyram, & plurimas Ægei atque Jonii maris Inſulas Chriſtianas late depopulatus, multa Chriſtianorum millia in ſervitutem adduxerit, partem eorum remo adhibuerit, Claſſemque ita auxerit, & continue augeat, ut quingentas triremes hoc vere inſtructas habiturus, terraque, & mari bellum atrociſſimum contra Italiam geſturus, haud dubie ſit; quo metu, ac totius Chriſtianitatis periculo impulſi, Nos, ac Cæſarea Majeſtas, cum Republica Veneta, huic etiam periculo propinquiores, fœdus, quod proximo Autumno adverſus eundem Turcam iniveramus, his proximis diebus confirmavimus. Numerum peditum quinquaginta millia, equitum quatuor millia, & quingentos, triremes ducentas, naves centum cum tormentis bellicis, & aliis neceſſariis in bellum deſcripſimus [ratis hujus impenſæ partibus cuique noſtrum diſtributis.] Nos præterea ipſi, quibus primas hujus officii partes Paſtoralis perſonæ imponit, omnes Chriſtianos Principes ad hoc bellum accendendi curam nobis ſumpſimus; jamque Sereniſſimos Romanorum Regem a ſua parte bellum geſturum fœderi incluſimus, & Regem Portugalliæ cum numero navium non contemnendo affuturum ſperamus; nec diffidimus etiam Regem Chriſtianiſſimum, pro ſua, & majorum ſuorum pietate, & gloria, converſurum pia arma ad tutelam communis ſalutis, & Religionis. Quam ob cauſam [præter eam generalis Concilii celebrandi] nos propediem iter arrepturi ſumus, ut ſi fieri poſſit, colloquium cum eodem Rege, & Cæſarea Majeſtate habeamus, & boni aliquid [adjutore Domino] conficiamus. Tuæ vero Serenitatis etiam ſpecialis mentio in capitulis fœderis eſt habita, propterea quod neminem Chriſtianorum Regum habemus, cui tuæ pietas in bellis adverſus infideles, & ſchiſmaticos gerendis cedat, aut in hoc genere laudis exercitatior ſit, vel glorioſior. Licet igitur non ignoremus, te Tartarico bello occupatum hoc tempore eſſe, tamen Majeſtatem tuam in Chriſto Jeſu, cujus ſancta Religio, & fidelis populus in diſcrimen maximum adductus eſt, hortamur, rogamus, & adſtringimus, ut omni humana ratione [ſicut & Veneti pientiſſime fecerunt] Divino honori poſthabita, tam pio fœderi te quoque adſcribens, opem, & contributionem aliquam, quæ te digna, & tibi viſa ſit, ad communem Chriſtianitatis defenſionem deſtinare, una cum ipſo Rege Romanorum affine tuo in partem hujus ſanctiſſimi belli coire velis, quod cum pietatis tuæ cauſa facturus ſis, etiam nonnihil redundare poterit ad tuorum Regnorum ſecuritatem. Fallitur enim, Fili chariſſime, ſi quis ſe ab hoc periculo remotum, & longinquum putat, cum viſceribus, & quaſi corde Chriſtianitatis concuſſis, extrema tuta eſſe non poſſint. Nos autem, ac noſtri confœderati ita magnas & graves impenſas in tantum exercitum, & claſſem ſubituri, ita ex præterito exhauſti ſumus, ut non publicis, non privatis facultatibus, aut noſtris, aut noſtrorum populorum, nedum Clericorum, & Religioſorum pepercerimus, ſed piorum omnium auxilio egeamus, & a te, pientiſſimo Rege, in tam pia cauſa expectemus. Quod ſi tempus advenerit, ſicut ex Dei miſericordia ſperandum eſt, ut hac expeditione fœliciter peracta, tuæ Majeſtati cum fœderatis noſtris viciſſim opitulari poſſimus, non deerit Majeſtati tuæ voluntas, ac potius deſiderium noſtrum, tum a nobis ipſis id faciendi, tum eoſdem fœderatos inducendi, ut de optimo, ac benemerito de Chriſtiana Republica Rege, communibus, opibus, ac ſtudiis benemereantur, quemadmodum hæc plenius & particularius dilectus filius noſter Cardinalis SS. Quatuor Protector apud Nos tuus tuæ Majeſtati perſcribet. Datum Romæ apud S. Petrum die XXIX. Februarii MDXXXVIII. an. IV.

VI. Non inſtructæ quidem fuere ducentæ triremes, & naves centum, ſed tanta tamen Claſſis conflata eſt, ut ad ducentas partim triremes, partim naves aſcenderit, cujus ſupremum imperium Andreæ de Auria maritimæ rei peritia florentiſſimo delatum; de qua dignitate illi Pontifex gratulatus eſt, addiditque, ut ipſe, qua apud Cæſarem polleret gratia, illum ad colloquium cum Pontifice, & Gallo Rege hortaretur, ac Nepotem cum eximio triremium numero ad ferenda Venetis ſubſidia contra Turcas, qui Inſulæ Cretæ inſidiabantur, ſubmitteret.

Maritimæ claſſis contra Turcas paratæ ſupremum Imperium Andreæ Auriæ confertur.

Non ſuſtinuiſſe Andream in hoc bello expectationem, ac ſpem virtutis, quam de ſe concitarat, immo aliorum Ducum, qui ad hoſtem delendum promptiſſimi erant

rant

rant, ardorem extinxiſſe, ac fœdus violaſſe viſuri ſumus.

VII. Pontificiæ Claſſi contra Turcas præeſt Patriarcha Aquilegienſis. *Petrus Paulus Gualter. Aretin. in Diar. Vat. Blaſius Ceſenas.*

Inter hos eminebat Ferdinandus Gonzaga Prorex Siciliæ, de quo inferius. Præerat vero Venetæ Claſſi Vincentius Capellius. Pontificiæ vero Claſſi præfectus eſt Grimanus Patriarcha Aquilegienſis, ut cum Venetis conjunctiſſimis conſiliis ſentiret; cui a Pontifice decima Februarii vexillum Romanæ Eccleſiæ, ſacra prece ſolemni ritu luſtratum, fuiſſe traditum, ſcribit Petrus Paulus Gualterius Aretinus in Diario, confirmatque Blaſius Cæſenas: cumque ex fœdere triginta ſex triremes ſumptu Eccleſiaſtico inſtruendæ, ſuſtentandæque eſſent, Pontifex Sacerdotibus in nonnullis Provinciis decimas indixit, de quibus hæc menſe præcedenti Paulus ad Luſitaniæ Regem ſcripſerat.

VIII. Paulus III. cum Imperatore, & Rege Galliæ Niciam convenire decrevit, ut pax inter illos firmaretur. *Petrus Paulus Gualter. in Diario, Martinus Bellaius comment. lib. 8.*

Ut hæc ſacra expeditio felicius confici poſſet, atque etiam augeri, Francorum Rege illi adjuncto, cujus exemplum alii etiam Reges ſequuturi viderentur, Pontifex, licet ætate affecta, ad confinia Italiæ proficiſci conſtituit, ad colloquium cum Cæſare, & Franciſco Rege celebrandum, in quo vetera eorum diſſidia extinguere, eorumque arma, Chriſtiano ſanguine madentia, in Turcas convertere ſperabat; ad quos ad id comparandos, Senatu habito decimo nono die Decembris ſuperioris anni, duos Cardinales, Jacobatium ad Cæſarem, Carpium ad Regem Legatos decreviſſe vidimus. Habiti quidem fuere Leucatæ conventus inter Cæſaris, Regiſque Oratores pro conficienda pace, ſed poſt diuturnam moram, diſceptationemque nil effici potuerant, atque ad extremum inducias in ſemeſtre tempus a vigeſima ſecunda Februarii prorogarant: itaque antequam eæ effluerent, Pontifex utrumque Principem ad colloquium, pro re Chriſtiana a præſenti exitio vindicanda, pellicere ſtatuit. Cumque Niciam Provinciæ utrique accommodam delegiſſet, Carolum Ducem Sabaudiæ rogavit, ut Niciam, ejuſque Arcem, pro celebrando eo Conventu, Pontificiæ poteſtati ad tollendas iniquas ſuſpiciones permitteret.

Duci Sabaudiæ.

Paul. III. lib. brev. an. 4. pag. 86.

Dilecte fili &c. Nobiſcum, qui hoc tempore ad fulcienda miſeræ Chriſtianitatis pericula toti incumbimus, pie conſentias, ſicut te dignum eſt. Cum enim initio Pontificatus noſtri ipſam Chriſtianitatem acceperimus tot concuſſam calamitatibus, intus hæreſibus, & noſtrorum Principum diſcordiis eam atterentibus, foris autem maximis Turcarum apparatibus ei imminentibus, nos unicum remedium a concordia eorumdem Principum dependere videntes, eaque per tot Legatos, ac Nuntios, & literas noſtras fruſtra tentata, omnem eius perficiendæ ſpem in congreſſu, & colloquio noſtro cum eiſdem Principibus collocavimus: locum autem ipſius colloquii [omnibus perpenſis] in Civitate tua Niciæ elegimus, tum quia nobis, & utrique partium commoda eſt; ita ut alia reperiri non poſſit commodior, tum ob alios etiam reſpectus, qui conſideratione in hoc digni ſunt. Quapropter Nobilitatem tuam omni ſtudio rogamus, ut nobis hoc iter longinquum pro rebus univerſæ Chriſtianitatis publicis, in quibus tuæ privatæ noſtræ quoque procuratione includentur, ſuſcepturis, ipſam Civitatem, etiam cum Arce, ob anguſtiam ipſius Civitatis, accommodare, & in poteſtatem noſtram [ut omnis prorſus ſuſpicio tollatur] pro hoc brevi tempore tradi facere, nobiſque ſuper hoc quamprimum reſcribere velis. Nos enim hac ſpe freti, iter propediem verſus ipſam Civitatem Niciæ, ne quid temporis, vel occaſionis omittamus, arripiemus. Dat. Romæ ultima Februarii MDXXXVIII. anno IV.

Gravi tum dolore Sabaudus afficiebatur ex morte Catharinæ Conjugis Luſitanæ affinis Cæſaris, ex cujus conſiliis cum totum Cæſari ſe addixiſſet, a Nepote Franciſco Rege Principatus parte maxima fuerat ſpoliatus, quam cum pacis inter Cæſarem, Regemque, beneficio recuperare ſperaret, Pontificiis votis morem geſſit: itaque rei Chriſtianæ reſtituendæ cupidiſſimus Paulus Cardinalium Senatum coegit vigeſima Martii, in quo Vincentium Cardinalem Neapolitanum declaravit Legatum in Urbe, in ſuo ab ea receſſu: ac Cardinales Campegium Epiſcopum Sabinenſem, Simonetam Presbyterum, & Brunduſinum nuper ad purpuram aſſumptum creavit Legatos, ut inchoando Vicentiæ Concilio præſiderent. IX.

Alex. Car. Farneſ. in Act. Conſiſt.

Tres legati pro Concilio Vicentiæ inchoando eliguntur.

Suſceptam hanc a Paulo profectionem, tum ut Reges inter ſe conciliaret, tum ut Concilium, eorum ope fretus, celebrare poſſet, commemorat Angelus Maſſarellus.

Angel. Maſſarel. in Diario Concil. Trid. mſ. Arch. Vat. p. 8.

Paulus III. Roma diſcedit Niciam verſus.

Quoniam (inquit) *ad Concilii celebrationem, Chriſtianorum Principum pace, & unione maxime opus eſt, paxque ipſa licet diu, & toties efflagitata ſequuta adhuc non fuerat: ipſemet Pontifex, poſt multorum hactenus fruſtra miſſionem Legatorum, literarum, Nuntiorumque, ſæpe dictas Cæſaream, & Chriſtianiſſimam Majeſtates perſonaliter adire decrevit, dieque XXIII. eiuſdem Menſis ex Urbe diſcedens, Niciam verſus iter aggreſſus eſt.*

X. *Hiſt. Lucenſis manuſc. Tucci.* Paulus III. Lucenſes ab interdicto abſolvit, & ad eos accedit invitatus.

Cum vero Cives Lucenſes de Pontificis itinere certum recepiſſent nuntium, ſtatim per duos Oratores ad pedes ſuæ Sanctitatis provoluti magnis, & humillimis precibus poſtularunt, ut eos ſolveret a vinculo Interdicti Eccleſiaſtici, quo irretiti detinebantur, quia Clerum injuſtis tributis, non requiſito Apoſtolico beneplacito, vexaverant; & inſuper, ut eorum Civitatem ſua præſentia illuſtrare dignaretur. Benigne Pontifex petitis annuit. Quare VII. die Aprilis maxima, & ſolemni pompa, Pontificiis indutus veſtibus ingreſſus in Urbem, ubi uſque ad diem VIII. ejuſdem Menſis (brevi quidem tempore, peroptans quamprimum Niciam pervenire) moram traxit. Hinc primo Parmam, deinde Placentiam venit, ubi ſubſtitit per aliquot dies; nam XXV. ejuſdem menſis, habito Senatu Cardinalium de prorogando Concilio, quod Vicentiæ indictum erat, promulgaſſe decretum, narrant acta Conſiſtorialia [1].

Acta Conſiſt. mſ. Car. Spad. ſig. n. 133. p. 341.

Placentiæ die Jovis XXV. Aprilis MDXXXVIII. fuit Conſiſtorium Cardinalium, licet S. D. N. ideo tres ſuos, & Apoſtol. Sedis Legatos ad Concilium præmiſerit, videlicet Reverendiſſimos Cardinales Campegium, Simonetam, & Brunduſinum, quod ſe in conciliandis Chriſtianis Principibus occupatum videbat, in die Kal. Maii proxime futura, quo tempore Oecumenicum univerſale Concilium per Sanctitatem ſuam indictum inchoari debebat in Civitate Vicentia ad id deputata, perſonaliter eſſe non poſſe. Tamen cum neminem ex iis, qui ad dictum Concilium conventuri ſunt, ad ipſam Civitatem Vicentiæ, adhuc perveniſſe intelligeret, & non ſine eorum præſentia Concilium ipſum inchoandum foret, hæſitaret, ab ipſo Concilio in præſentia inchoando de Fratrum conſilio ſuperſedendum eſſe decrevit, diemque ipſam Kal. Maii diſtulit in aliam diem per Sanctitatem ſuam declarandam, decernens, quod ante declarationem hujuſmodi, etiamſi poſt dictam diem Kal. Maii fieri contigerit, ipſum Concilium nullo modo cœptum, nec apertum ſit, nec eſſe cenſeatur, nec per adventum dictæ diei Kal. Maii incipiat, aut aperiatur. Non obſtantibus, &c. At de his paulo inferius.

Concilii prorogatio.

Proximo die ex ea Urbe Paulus ſollicitavit Alphonſum Cardinalem Luſitanum, ut pro re Chriſtiana provehenda ad Curiam accederet.

Alphonſo tit. SS. Jo. & Pauli
Cardinali Portugalliæ
nuncupato, &c.

Paul. III. lib. brev. 3. pag. 161.

Vides tu ipſe Fili noſter, Nos non ætati noſtræ, non viarum difficultatibus, non laboribus, aut periculis ullis peperciſſe, ut afflictam Chriſtianitatem, per Chriſtianorum Principum concordiam, & concilii celebrationem, quantum in nobis eſt, conſolemur, & ad illos nos ipſos proficiſci, & interim tres ad hanc Legatos miſiſſe, quamobrem non debes, & tu in his publicis vigiliis obdormire, &c. XXIV. *April. MDXXXVIII. anno* IV.

Dum ageret Placentiæ Pontifex, antequam Genuenſium ditionem ingrederetur, Genuenſes miſſis quatuor Oratoribus, nempe Conrado Rivaldo Juriconſulto, Jacobo Grimaldo, Jacobo de Auria, Hectore de Fliſco, habita per Conradum Rivaldum prudenti, elegantique oratione, pia obſequia illi in Cardinalium Senatu addixere. Interea Cardinales Legati ad Cæſarem, & Gallorum Regem decreti redierunt, atque in Senatu legationis ſuæ geſta expoſuere, ut eadem acta referunt.

Acta Conſiſt. ubi ſup.

Ineunte Majo Placentia digreſſus Paulus: dum Alexandriæ VI. Maii verſaretur, cum Veneti decretum, quo ducenta ducatorum millia ſubſidiaria pro ſuſtentandis Turcici belli ſumptibus imperarant, abrogaſſent, Pontifex, qui libera-

NOTÆ [1] NOn unus tantummodo, ſed duplex in urbem noſtram Lucenſem Pontificis adventus hoc anno conſignandus eſt, ſemel enim venit die VII. Aprilis, quo tempore interdicti cenſuram ſolviſſe monet Annaliſta. Verum Lucenſium rerum ſcriptores eorum temporum æquales Civitalius, aliique, quorum hiſtoriæ nondum in lucem prodierunt, de hoc interdicto ne verbum quidem faciunt, quamquam omnes Pauli ingreſſum in urbem fuſe deſcribunt. Omnes pariter conveniunt venienti Pontifici miſſos a Lucenſibus legatos obviam procurriſſe, ſed honoris præſtandi, non veniam & abſolutionem poſcendi gratia. Nec a reliquis diſſentit Tuccius, cujus manu ſcriptam hiſtoriam Annaliſta dicti ſui vadem exhibet. Interdictum ergo illud Lucenſe hujus anni ex Annalibus eccleſiaſticis expungendum eſt. Redux demum ex colloquio Nicienſi Pontifex Lucenſem Urbem iterum inviſit, ibidemque agens die IV. Julii literas ſignavit, quibus Hieronymum Aleandrum cardinalem legatum in Hungariam deſignavit, quas literas recitat Annaliſta hoc anno num. 40. Secundum hunc adventum ſilent ſcriptores omnes Lucenſes, ſed indubium reddere videntur literæ Pontificis, de quibus in Annalibus. Ea hoc tamen ſcriptorum Lucenſium ſilentio ſuſpicio mihi aliqua ingereretur de vitiata literarum illarum inſcriptione, cum vix queam in animum inducere ſcriptores illos in percenſendo priore adventu Pontificis adeo accuratos, de ſecundo ne verbum quidem faciendum cenſuiſſe. Verum dubium hoc depellunt literæ aliæ Pontificis apud Annaliſtam num. 38. recitatæ, quæ Lucæ die eadem IV. non. julii ſignantur. MANSI

Lib. brev. diverſ. ſig. num. 2903. p. 67.

tatem Eccleſiaſticam eo decreto violatam queſtus erat, ut Venetis aſperrimo implicitis bello ſuccurreret, decimas Clero Veneto impoſuit ad centum octuaginta ducatorum millia conficienda, quæ in belli Turcici ſumptus converterentur, a Pontificio Internuntio exigenda. Alexandria Saonam ſe contulit Pontifex, ac decimaſeptima Maii cum octodecim triremibus Cæſaris Niciam applicuit, & hoſpitatus eſt in Eccleſia Sancti Franciſci Fratrum Minorum.

Paulus III. Niciam applicuit.

XI. Promiſerat quidem Pontifici Dux Sabaudiæ, illum Niciæ arce exceptum iri; ſed adverſis deinde ſuſpicionibus ſuffuſus, ne a Cæſareis, vel Gallis arx illa munitiſſima interciperetur, promiſſis non ſtetit; ut narrat Nicolaus Theupulus, unus ex Oratoribus a Republica Veneta miſſis, ut Pontificem comitarentur, atque ineundo congreſſui pro pace redintegranda intereſſent, in relatione poſt reditum in patriam facta. Commendat vero maxime Pauli III. pium ardorem pro inſtauranda publica pace inter Cæſarem, Regemque Gallorum; ut eorum arma, tum in hæreticos, tum in Turcas converteret, magnamque ſui in eo urgendo opere admirationem concitaſſe, ut nullis parceret laboribus, non ætatis ſenio affectæ, non itineris difficultatibus, non corporis incommodis, non ſumptibus profundendis, non animi moleſtiis, non vitæ periculis. At ſubjicit ardentiori potius, quam maturo conſilio ſuſceptum ab eo fuiſſe opus hoc difficillimum, ſola ſpe concepta ex relatione Legatorum Cardinalium, nimirum Jacobatii ad Cæſarem, & Carpenſis ad Franciſcum Regem.

Theupulus in narratione Italica.

Agente Niciæ Pontifice Gallorum Rex ſollicitatus ab eo nuntiorum concitatiſſimis equis excurrentium opera, vigeſima prima Maii Villamnovam pervenit, miſſiſque Oratoribus tarditatem acceſſus ob adverſam valetudinem excuſavit. Prius vero acceſſerat Cæſar decima octava Maii triremibus invectus, atque a Cardinalibus exceptus. Pontificem itaque Chriſtiano more veneratus, cum eo colloquium integra hora iniit, relictiſque cum Pontifice præcipuis adminiſtris ſanctioris ſui conſilii, Villam-francam rediit, atque die vigeſima prima Maii ad radices montis a Villafranca ad Niciam porrecti, defixis in amœno prato tentoriis ab hora vigeſima prima ad vigeſimam tertiam Cæſar cum Pontifice ſermones contulit.

Paul. Jov. Bellajus comment. l. 8.

XII. Interea Dux Sabaudiæ pretioſiſſimum paſſi Chriſti monumentum ſcilicet ſacram Syndonem afferri Niciam juſſerat, ut Pontifici, Cæſari, & Regibus, & Cardinalibus oſtenderetur. Duobus interjectis diebus Galliæ Rex filiis ſuis ſtipatus Pontificem adiit, atque in publico Cardinalium Senatu obſequium illi detulit, ut narrat Diarii Author.

MS. Arch. Vat. to. 11.

Rex Galliæ Pontifici obedientiam præſtat.

Die ſecunda Junii Rex Franciæ venit in S. Laurentium ad locum paratum pro colloquio inter eum, & Papam, diſtantem a Nicia per unum milliare. Comitati ſunt Regem, Cardinalis Ghinuccius, & Cardinalis Contarenus. Cum Rege fuerunt Rex Navarræ, Delphinus, Dux Aurelianenſis, & Comeſtabilis. Rex oſculatus eſt pedes Papæ, & dedit ei obedientiam. Poſtea fuerunt ſimul Papa, & Rex uſque ad occaſum Solis. Pertentavit Paulus, ut ipſi Reges, ſe præſente, hortanteque in mutuum complexum, & colloquium adducerentur, ſed nunquam id ab ipſis eblandiri potuit, itaque utriuſque Regis præcipuos adminiſtros Regiorum arcanorum participes in colloquium de pace adduxit. Non deſtitiſſe tamen Pontificem, quamvis pacis ſpes cecidiſſet, ab ipſius tractatu, oſtendunt acta Conſiſtorialia, quæ aſſerunt, Paulum deputaſſe pro hac re tres Cardinales, videlicet Reverendiſſimum Oſtienſem, Ghinuccium, & Cæſarinum, qui ituri eſſent nomine Collegii legati ad Imperatorem, & ad Regem Chriſtianiſſimum, ut ipſæ Pontificis literæ proximo die ad Garſiam tit. S. Suſannæ Presbyterum Cardinalem datæ indicant. *Nos profecto in rebus arduis, & totius Chriſtiani nominis ſalutem ſpectantibus tractandis, concludendiſque toti incumbimus, nihilque omnino omittimus, quod pacem Principibus, & reditum in gratiam priſtinam, Chriſtianaque in communes hoſtes arma transferre ſuadeat, huic operi diu noctuque invigilamus, &c. Datum in Domo Sancti Franciſci extra muros Nicienſes* VI. *Junii MDXXXVII. Anno* IV.

Paul. Jov. hiſt. ſui temp. lib. 37.

Detegit Paulus Jovius cauſam, cur Reges parum pio, & ſubagreſti conſilio in mutuum colloquium arbitro Pontifice deſcendere detrectarint. *Mutua* [inquit] *ambitione correpti, cum hic parta armis, poſſeſſaque retinenda omnino, defendendaque ſtatueret, ille vero Galliam Ciſalpinam, quam nuper non obſcuro jure poſſediſſet, pro dignitate ſui nominis repetendam arbitraretur, nullo concordiæ arbitrio ſibi opus eſſe exiſtimabant, quod utrique aliud detrahendum concordiæ cauſa indicaret.*

Paul. Jov. l. 37.

Expetebatur ea pax continentibus omnium piorum votis, ad quam Cardinales utrumque Regem hortabantur, e quibus Jacobus Sadoletus, quid cum iis egiſſet, datis ad Georgium Ducem Saxoniæ literis, ita expoſuit. XIII.

Jac. Sadolet. lib. 11. epiſt. ad Georg. Ducem Saxoniæ 441.

Niciam veni, ut potui (& infra) *egi*

Digitized by Google

privato officio, ut cum utroque Principum colloquerer, deque eiſdem rebus, cum illis agerem, ſuaderemque, ut civilibus extinctis diſcordiis Chriſtiano nomini, ob eorum diſſenſiones præcipue laboranti, & ab hoſtibus Turcicis in extremum pene jam diſcrimen adducto, conjunctis animis ferrent opem, hoſteſque comprimerent. Relinquerent hanc tanti nominis, tantæque gloriæ hæreditatem liberis ſuis, quæ quidem hæreditas, neque iis, qui illam reliquiſſent, neque iis, qui accepiſſent, unquam eſſet interitura; nam cætera, opes, divitias, honores, imperia, omnia fluxa, & caduca exiſtere, neque quemquam ea ſcire, quandiu ſibi, aut ſuis manſura ſint: hoc pietatis erga Deum ſpecimen, hoc officium vere Chriſtianorum Principum, ſine ulla controverſia fore ſempiternum. In his ſermonibus, cum uterque Princeps apte admodum mihi, atque humane reſponderet, perſpexi optimum animum Chriſtianiſſimi Regis, Cæſaris autem virtutem, & animi magnitudinem vehementer probavi.

Petrus Paulus Gualt. Diar. l. 11.

Die octava Junii (inquit Author Diarii) *Regina Franciæ, & Delphina, & Regina Navarræ & filiæ Regiæ, cum plurimis aliis venerunt ad oſculandum pedes Sanctiſſimi Domini Noſtri in primis veſperis*. Addit die duodecima ſpem pacis revixiſſe, teſtaturque Paulus Jovius, famam fuiſſe, Cæſarem Mediolanenſis Principatus poſſeſſionem Aureliæ Duci Franciſci filio jure fiduciario collaturum, ut parta pace Gallorum armis & opibus adverſus Turcas uteretur.

Paul. Jov. l. 37.

Martin. Bellajus l. 10.

Decennales induciæ inter Cæſarem & Gallum ſtatutæ ſunt.

Miſcuit nova colloquia Pontifex cum Gallo Rege die decima tertia, ac decima quinta Reginam Navarræ Franciſci ſororem prandio excepit, cumque de pacis ratione conſtare non poſſet, decennales Inducias inter Cæſarem, Gallorumque Regem conciliavit, ut refert Author Diarii. *Die*, (inquit) *decimaoctava Junii factæ ſunt Induciæ decennales inter Cæſarem, & Gallum*. Confirmat id Jacobus Sadoletus in literis ad Georgium Ducem Saxoniæ, ac Martinus Bellajus, cujus poſtremi hæc ſunt verba. *Tandem cum nulla ratio pacis ineundæ poſſet inveniri, Inducias decennales proponere cœpit* [*Summus Pontifex*] *ſperans fore, ut tanto ſpatio, quæ penitus animis inſediſſe videbantur, evelli poſſent: ita inducias in decem annos paciſcuntur, & mox ambo ſe ſervaturos jurejurando Papa ſequeſtro confirmant, domum quiſque revertitur.*

Jacobus Sadoletus l. 11. Comment. l. 8.

XIV. Adhibitam a Paulo Pontifice ſummam diligentiam pro componenda pace inter Cæſarem, & Regem, ac nullas paſtoralis officii partes prætermiſiſſe refert memoratus Theupulus Orator Venetus, qui non modo præſens interfuit, ſed etiam Regiorum arcanorum fuit particeps: ſed contrarias obfirmataſque diſſentientium eorumdem Principum voluntates flecti non potuiſſe refert, ac non obſcura etiam multæ diffidentiæ ſigna fuiſſe, quoniam Rex Galliæ Niciam nunquam accedere voluit, ac propterea Pontifex loco quatuor milliaribus diſſito cum illo colloquia tenuit. Interceſſere etiam graviſſimæ difficultates circa capita pacis jam ante inter eos Matriti, & Cameraci confectæ. Subdit idem Theupulus ſe a Pontifice, & Cæſare factum certiorem, magna actum contentione, ut Gallorum Rex armorum fœdus cum ipſo contra Turcas, & Lutheranos percuteret, Concilium Œcumenicum etiam promoveret, atque ab amicitia & ſocietate Regis Angliæ diſcederet, quo fœdere inito certis legibus ſe Mediolanenſem Ducatum fiduciario jure ſecundo Franciſci filio Duci Aurelianenſi traditurum pollicebatur.

Difficultates pacem impedientes.

Circa eas Leges graviores ortæ diſſenſiones: nam Gallus flagitabat, ut actutum fiduciaria ea collatio fieret a Cæſare, ac ſe mox illo fœdere obſtricturum. At Cæſar expetebat, ut Galliæ Rex mox urbes arceſque Sabaudiæ Duci ereptas reſtitueret; ac lapſo triennio Mediolanenſem Principatum Duci Aurelianenſi cum Cæſarea nepte ſecundogenita Ferdinandi Regis Romanorum matrimonio conjuncto collaturum pollicebatur: quæ omnia ipſemet Theupulus Venetus Orator in patrio Senatu ſeſe a Rege accepiſſe profeſſus eſt. XV.

Conditiones pacis a Cæſare propoſitæ.

Prætermittendum non eſt, quod Paulus Jovius tradit nempe Cæſarem Pontificis amicitiam prænſaſſe, eamque affinitate aſtrinxiſſe, collata in matrimonium Margarita Auſtriaca filia vidua Octavio Pontificis Nepoti adoleſcenti, cui antea Novariam dono contulerat, ejuſque conjugium expetenti Coſmo Florentiæ Principi repulſam objeciſſe, ne ſi Induciæ infringerentur, Pontifex in Gallorum partes inclinaret, ex cujus acceſſione Cæſareæ vires debilitandæ forent. XVI.

Narrat Paulus Gualterius Pontificem die vigeſima Maii Nicia diſceſſiſſe, quem Cæſar comitatus eſt uſque Genuam, ac die vigeſima quarta Julii Romam fœliciter appuliſſe, magnoque Senatus Populique Romani plauſu exceptum fuiſſe. Mox lætitiam auxerant Nuntiorum Apoſtolicorum apud Imperatorem, & Regem Gallorum epiſtolæ, quibus ipſos Reges colloquutos ſimul fuiſſe, & amanter ſe mutuo amplexos in portu ad Aquas Marianas in Provincia referebatur. De hoc colloquio ait Martinus Bellajus. *Poſt-* XVII.

quam

quam Avenionem perveniſſet [ſcilicet Franciſcus Reu] a Cæſare nuntium accepit, cupere ſe amplius cum eo colloqui, ſi ad foſſas Marianas proficiſci non recuſaret, ſe libenter eo venturum. Paret Reu, & Cæſar cum eo incontinente prandium ſumit, cum maxima benevolentiæ, & amicitiæ ſignificatione, poſtea Ren Cæſaris triremem ingreditur, ibi de rebus maximis colloquuntur, quos inter ſe ſermones habuerint, neſcio, unum illud ſcio, nihil re ipſa perſpectum fuiſſe, quod colloquium illud in commune bonum aliquid attulerit.

Cæſar, & Rex Galliæ ſimul colloquuntur.

XVIII. Paul. Jov. l. 57. Viſum eſt Cæſarem iis officiis delinire Franciſcum Regem voluiſſe, cum Cæſareæ copiæ ex Africa in Siciliam translatæ, deſraudatæ meritis ſtipendiis, rebellaſſent, & pariter in Inſubria tumultus, ob graſſationes effuſas in Inſubres concitarent, adeo ut nil proprius abeſſet, quam ut Inſubres correptis armis conſcinderent Hiſpanos, ut Mediolanenſis Orator Cæſari expoſuit, ni militarem licentiam caſtigaret. Cæterum ille Principum congreſſus, effuſis amoris ſignificationibus ornatiſſimus, ſpes pacis ingentes omnibus attulit, adeo ut Cardinalis Sadoletus Georgio Duci Saxoniæ ſcripſerit, eorum Principum colloquia, non ſolum optatæ pacis ſigna & indicia, ſed etiam certiſſima pignora haberi: qua de re reverſus Romam Pontifex ſolemnes ſupplicationes quatuor diebus habendas indixit, ut Deus mutuam animorum conjunctionem inter Principes conſervaret. *Eo quod* (inquit Blaſius Cæſenas) *jam ad invicem ſe conjunxerant ut Fratres, in bona unione, cujus rei Author Pontifex fuerat*. Extant vero Pauli literæ ad Margaretam Reginam Navarræ, Franciſci Regis ſororem, quæ literis refertis omnibus obſervantiæ, & ſtudii ſignis, obſequia Pontifici devoverat, quibus hortatur, ut ſancitam inter Franciſcum, & Cæſarem concordiam alere niteretur.

Jac. Card. Sadolet. l. 9.

Blaſius Cæſenas tom. 11. Vat.

Reginæ Navarræ.

XIX. *Paul. III. lib. brev. ann. 4. p. 390.* *Chariſſima, &c. Summe gratum a tua Serenitate recipimus, & gratias quoque ei agimus, quod hanc fiduciam & ſpem ſuarum rerum, quas noſtras eſſe ducimus, in nobis collocet, ſicut certe poteſt, & ſemper poterit merito collocare. Sumus ſiquidem tuæ Serenitati paterna, & ſingulari charitate affecti, non ſolum, ut Reginæ, & tanti Regis ſorori, verum etiam, ut omni virtute inſigni, & conſpicuæ, quodque in proximo congreſſu noſtro cum Cæſare, & Fratre tuo Rege Chriſtianiſſimo, in te univerſalis boni curam, ſtudiumque pietatis perſpeximus, ut nihil a nobis, & hac ſancta Sede, quam tantopere veneraris, & colis, non ſibi debitum eſſe cognoſcamus; proinde cum eu ea reconciliatione animorum, quæ Dei munere tunc ſequuta eſt, tantum univerſæ Chriſtianitati commodum, & beneficium ſit collatum, quantum pro tua ſapientia perſpicis. Te in Chriſto filia, omni noſtri cordis affectu hortamur, ut ipſum Chriſtianiſſimum Fratrem tuum, & ſua bonitate, & tuis piis conſiliis in his concordiæ, & pacis ſtudiis conſervare, & augere ſatagas, quæ immortalem ei laudem, cum communi omnium Chriſtianorum ſalute pepererunt, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum* VII. *Auguſti MDXXXVIII. Anno* IV.

Nec modo redintegrata eſt inter Cæſarem, & Gallorum Regem ſequeſtra pax, ſed etiam compoſita fuere vetera inter Ferdinandum Bohemiæ, Joannemque Hungariæ Reges diffidia: quare meliorum rerum ſpe recreatus Pontifex, Hieronymum Aleandrum Cardinalem in Hungariam proficiſci juſſit, ut pactionum inter Ferdinandum, & Joannem Hungariæ Reges initarum fœdera, Apoſtolica authoritate confirmaret, tum ob præterita bella collapſam diſciplinam Eccleſiaſticam in priſtinum decus, dignitatemque vindicaret, ut ſubjectæ teſtantur literæ. XX.

Dilecto filio Hieronymo tit. Sancti Chryſogoni Presbytero Cardinali Brunduſino nuncupato ad Regnum Hungariæ noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato, &c.

Cum in principio Pontificatus Noſtri Chriſtianos Principes inter ſe diſſidentes, & ob id Chriſtianitatem armis, & bellis oppreſſam, & pene vaſtatam viderimus, noſtri muneris eſſe judicavimus, pro illorum concordia ad ea remedia recurrere, ad quæ Prædeceſſores noſtri confugere conſueverunt. Denique in primis publicis votis, ac rogationibus precati ſumus, ut pro ſua pietate pacem fidelibus ſuis noſtro tempore reſtituere dignaretur, & deinde ad ipſos Principes converſi, eos, per literas, Nuntios, & Legatos pluries hortati ſumus, ut odia deponerent, animos ad invicem conciliarent, ſubditos ſuos, & quaſſatam Italiam, aliquando per concordiam conſolarentur: quod cum difficilius ſuccederet, illud facere non omiſimus, ut poſthabita ætatis noſtræ jam decrepitæ ratione, poſtpoſitis terreſtrium, & maritimorum itinerum incommodis, chariſſimos in Chriſto filios noſtros, Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum Niciæ conveniremus, pacemque eis ſuaderemus, quam etſi in totum concludere non potuimus, illud tamen Dei clementia, & Sancti Spiritus gratia nos coadiuvantibus effecimus,

Paul. III. lib. brev. an. 4. pag. 369. Hieronymum Cardinalem Aleandrum in Hungariam mittit, ut pacem auctoritate Apoſtolica confirmet.

mus, ut ab ipſis Carolo Imperatore, & Francorum Rege per Inducias decennales ab armis ceſſatum ſit, non intermiſſo pacis tractatu, pro quo uterque eorum particulares ad nos Nuntios brevi miſſurus eſt. Ut autem eiuſdem Dei miſericordia uberior, & plenior nobis appareres, eodem fere tempore in Regno Hungariæ, in quo diutiſſime certatum fueras, odiis, ac diſcordiis depoſitis, ad pacem, & concordiam deventum eſt. Nos vero duplici hac lætitia affecti, gratias Deo Omnipotenti, pro duplici hoc munere agere non deſinimus, & quoniam ipſi paci noſtram, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ authoritatem, pro eius roboratione interponere per nos ipſos non poſſumus, ſicut vellemus, id per aliquem alium omnino exequi decernimus. Quamobrem Prædeceſſorum noſtrum etiam in hoc morem ſequuti, circumſpectionem tuam, ſingulari doctrina, præcipuaque probitate, & integritate inſignem, noſtrum, & eiuſdem Sedis ad ipſum Regnum Hungariæ Legatum de latere de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio ereantes, & deputantes, teque eo deſtinantes, tibi naſtram, & dictæ Sedis authoritatem in dicta pace interponendi, & tam in ipſo Regno, quam in aliis locis, ad quæ deveneris, ſeu per quæ tranſieris, alia omnia, ſtatum Eccleſiaſticum, ob publicas calamitates turbatum, concernentia, cæteraque faciendi, & exequendi, quæ ad præmiſſa neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, plenam facultatem, & authoritatem concedimus per præſentes: Age igitur fili noſter dilecte, cum Dei, & naſtra benedictione, tuiſque inſtitutis, noſtræque de te expectationi reſpondeas, ſicut in Dei gratia, & tua bonitate ſperamus. Datum Lucæ die IV. Julii MDXXXVIII. Anno IV.

XXI. Cum porro Joannes Hungariæ Rex, miſſis ad Pontificem literis, Hungariam a Tureis einctam periculis, ut illi periclitanti opitularetur, commendaſſet, ſignificaſſetque Turcas Hungariæ proculcandæ, ſibique ſubiiciendæ inhiare, ut everſo eo Regno, Chriſtiani Imperii propugnaculo, iter ſibi ad Italiam expugnandam (more veterum gentium barbararum) ſibi ſternerent: Paulus Joanni Regi de pace confecta gratulatus, eumdem certiorem ſecit de miſſo a ſe Hieronymo Cardinale pro eadem confirmanda, ac reſtituendo in Hungaria Religionis ſplendore, preceſque addidit, ut pietati aſſerendæ, retundendæque Turcicæ tyrannidi ſtuderet; ſpemque injecit, poſt hac eum tuto, & ſœliciter Regno potiturum, tantoſque bellicos apparatus inſtrui adverſum barbaros, ut qui terrebant antea, modo timere diſcerent.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Joanni Hungariæ Regi Illuſtri.

Chariſſime. Venerabilis Frater Noſter Eiſcopus Agrienſis, & Tuæ Maieſtatis ad Sereniſſimum Cæſarem miſſus eu Padua, in itinere literas tuas fidem ſibi facientes ad nos miſit, mandataque Tuæ Serenitatis ea fuiſſe nobis ſcripſit, ut ipſe præſens ſi non longe a recta ſuo itinere nos convenire poſſet, nomine Suæ Serenitatis nos adiret, officioſeque veneraretur, nobiſque deinde iſtius Regni ſalutem ſtudiaſe commendaret, tum ob multa millia animarum quæ in eo ſunt, tum ob periculum univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ imminens: ſiquidem Hungariam ad invadendam Italiam maxime apportunam eſſe, ac ſemper fuiſſe, ſicut multarum olim barbararum Nationum irruptiones teſtantur, neque nunc Turcarum tyrannum aliam ob cauſam id ipſum moliri, quam ut per Hungariam commodius Italiam occupet, ac diripiat, ſicut hæc plenius a Dilecto filio Franciſco Marſupino etiam accepimus. Gratias igitur agimus tuæ Serenitati, & pro viſitatione noſtra tuo Oratori iniuncta, & pro monitione, excitatianeque noſtri officii, quod circa animarum ſalutem, & publicam omnium Chriſtifidelium curam præcipue verſatur. Tum vero Deo Omnipotenti agimus longe manimas, & immortales gratias, quod ejus benignitate, pacem inter te, & Sereniſſimum Regem Romanorum, vidimus conſtitutam, qua iſtud Regnum [diſcordia afflictum] recreatum iri confidimus. Tuam etiam Maieſtatem iuſtiſſimis laudibus proſequimur in Domino, quod illa prudenter, & pie, tum ſui, tum aliorum Chriſtifidelium Regnorum ſaluti proſpexerit, paceque inita, ſuæ, cæterorumque ſecuritati conſuluerit. Nos quidem, fili, exuberamus gaudio, & lætitia euultationis, pro tot, & tantis ſimul beneficiis a Divina clementia nobis conceſſis, ut inde Cæſare, & Chriſtianiſſimo, hinc te, & Romanorum Regibus, ex tanta diſſenſione ad concordiam verſis, metum in ſpem, mœrorem in gaudium verterimus, ac non modo, iam non timeamus metum, verum etiam de ſalute ſecuri noſtrum in ipſos hoſtes translatum, iam eſſe confidamus: in quo quidem perficiendo, nihil noſtris laboribus, aut facultatibus, aut periculis parſuri ſumus, ſanguinem etiam noſtrum libenter profuſuri, ut tam cæterorum Chriſtifidelium Regnorum, tum præcipui tui, quod in ſpeciali protectione Apoſtolicæ Sedis, & antemurale totius Chriſtianitatis, præcipueque Italiæ, ſicut tua Maieſtas veriſſime commemorat, ſemper fuit, ſecurita-

Paul.III. lib. brev. ann.4. p. 420.

tatem noſtro tempore ſtabiliamus. Itaque cum perveniſſet nuper ad nos Letiſſimus de veſtra concordia Nuntius, ſtatim Dilecto filio noſtro Hieronymo Aleandro tit. S. Chryſogoni presbytero Cardinali, quem antea ad partes vobis vicinas pro aliis etiam negotiis Rempublicam Chriſtianam, fidemque Catholicam concernentibus, Legatum noſtrum mittere decrevimus, injunximus, ut etiam ad vos veniret, & noſtro, ac hujus Sanctæ Sedis nomine, vobis gratularetur, & in ipſa concordia ad illius majus robur, ac perpetuitatem, Apoſtolicam authoritatem de Prædeceſſorum noſtrorum more interponendi, aliaque faciendi, quæ ad ipſius Regni ſalutem, ac veſtram, & veſtrorum conſolationem pertinerent, ei conceſſimus facultatem, ſicut ex eo, quem propediem ad vos perventurum, ſperamus, tua Majeſtas uberius intelliget, quam confidere in Domino, & in futurum optime ſperare volumus: his enim duabus conſtitutis concordiis, fœdereque antea per nos cum Cæſare, ac Venetis inito Dei miſericordia, ſuos fideles benigne reſpexiſſe videtur, ut a Turca, deinceps ſit ſecuritas, tuaque Majeſtas in ſuo Regno tuto, ac fœliciter degere, Sanctam Religionem ſolito fervore percolere, ac Deo Omnipotenti gratias aſſiduas quiete agere poſſit: ad quod, atque ad obſervantiam perpetuam hujus ſanctiſſimæ pacis, cultumque ſolitum Apoſtolicæ Sedis, nomine licet non neceſſario, tamen ex abundantia charitatis noſtræ Majeſtatem tuam plurimum hortamur, eique omnem proſperitatem exoptamus. Datum Romæ apud S. Marcum VIII. *Aug. MDXXXVIII. anno* IV.

XXII. Turcicum bellum contra Venetos. *Paul. Jovius hiſt. ſui temp. l. 37.*

Dum Viterbii verſaretur Pontifex, relatum illi eſt, Turcas bello maritimo vexare Venetos, atque ad Cretam invadendam Claſſem miſiſſe: nec ſæva Barbarorum conſilia latuerant. Venetos, qui præter cæteros Legatos ad Pontificem, Cæſaremque Nicienſi colloquio diſtrictos, miſerunt Nicolaum Theupulum, & Marcum Antonium Cornelium, qui poſtularent, ut Claſſis Cæſarea, Pontificiaque, quantocyus apparatæ ad navigandum eſſent, ne rei gerendæ tempus inane efflueret: cum autem inter Pontificem, Cæſarem, ac Venetos Oratores conventum eſſet, ut Andrea Auria in revehendo in Hiſpaniam Cæſare impedito, Ferdinandus Gonzaga Prorex Siciliæ ſupremum in expeditione Imperium haberet, eum Pontifex monuit, ut Claſſem, quam inſtructam habebat, Venetæ conjungeret, ad Turcas Creta propulſandos; talibus datis epiſtolis.

Ferdinando de Gonzaga Pro-Regi Siciliæ.

Paul. III. lib. brev. ann. 4. p. 327.

Dilecte fili Nobilis vir ſalutem, &c. Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Imperator, Andrea Auria Duce, ac triremibus ejus [ad expeditionem contra Turcas deſtinatis] ob ſuum in Hiſpaniam reditum indigeret, ne res interea Chriſtiana detrimentum pateretur, Niciæ prius, deinde Genuæ, inter nos, & Majeſtatem ejus, Dominiumque Venetorum convenit, ut totius expeditionis onus Nobilitatis Tuæ humeris imponeretur, atque uti in Inſula opportuniſſime, & quaſi in rem præſentem promptiſſimus eras, collecta undique Navium, & triremium Claſſe, quotquot in Regno Neapolitano, aut Sicilia, aut alibi Cæſareæ ditionis forent, Claſſi noſtræ, & Venetorum, te ſine mora adjungeres, quod noſtris, & Majeſtatis ſuæ literis tibi illico ſignificatum eſt. Poſt autem illius diſceſſum in Hiſpaniam, & noſtram verſus Urbem regreſſionem, recentibus Nuntiis nobis allatum eſt, Turcas, opportunitate temporis uſos, Cretæ imminere, eo quo magis nobis, & pro amore, quo nos ſemper eximio proſecutus es, & pro rei neceſſitate, quæ moram non admittit, viſum eſt denuo ardentiore ſtudio inſtare, ut collecta quanta maxima potes Navium, triremiumque multitudine, Claſſi noſtræ, & Venetorum, te conjungere properes, quo tantum periculum noſtris cervicibus depellatur, & ſi quid illuſtrioris operis perfici interea non poterit, quod ſumme cuperemus, ſaltem res integra in ſequentem annum ſervetur, quo, Deo favente, expeditio, ut ſperamus, omnibus numeris ſuis conſtabit. Tuæ prudentiæ, & fortitudinis, in præſentia erit, ut ad paratum gloriæ locum omni conatu nitaris, & opinione, ac ſpei de te conceptæ, non deſis. Datum Viterbii XVIII. *Julii* 1538. *anno* IV.

XXIII.

Narrat Paulus Jovius Barbaroſſam Turcicæ Claſſis Præfectum, cum centum, ac triginta triremibus Helleſponto, & Gallipoli provectum, primos impetus impreſſiſſe ad Canæam, quæ olim Cydonia dicta eſt; ſed Grittum Patritium, qui Urbi præerat, & majoribus, minoribuſque tormentis magnam Turcarum ſtragem fecerat, facta eruptione, ad carnendum receſſui Barbaroſſam adegiſſe, itaut multos, qui ad prædandum excurrerant, deſeruerit, qui a Cretenſibus interfecti ſunt. Inde ad Rethimum Urbem nobilem verſus eſt belli Turcici furor; ſed Rethimenſes appropinquantes Turcicas triremes majoribus tormentis concuſſas, magno illato damno, averterunt. Mox Barbaroſſa Candiam, Cytheam olim

Lib. 37.

Barbaroſſa Creta repellitur.

di-

dictam, quæ toti Inſulæ nomeo dedit, procedens, eamque contemplatus, quod munitiſſimam omnium putaret, eam adoriri non eſt auſus. Cumque ab exploratoribus didiciſſet, Chriſtianam Claſſem milite, tormentiſque ornatiſſimam, Cretæ opem allaturam Creticis littoribus abſceſſit, atque is Cretenſis belli fœlix exitus fuit. Ut vero poſtea Chriſtiani (ob diſſidia) rem male geſſerint, dicetur inferius.

XXIV. Paulus Cæſarem hortatur, ut Conſtantinopolim invadat, & auxilia promiſit.

Reſloreſcere Chriſtiana res, ex mutuo tantorum Regum fœdere, ac nova lux oboriri viſa eſt, adeo ut Paulus piiſſimis hortatibus Cæſarem inflammare niſus ſit, ut ad Conſtantinopolim expugnandam, expeditionem florentiſſimam duceret, cui ſe comitem adjuncturum obtulit, operamque ad ſubſidia tum nummaria, tum bellica illi comparanda collocaturum ſpopondit.

Imperatori.

Paul. III. lib. brev. anno 4. p. 549.

Chariſſime, etſi nobis cum Majeſtate tua laudatione, potius quam adhortatione opus eſſe videmus; ad te in ſanctiſſimam expeditionem contra Turcas accendendum, propterea quod in dies, cum magna noſtra lætitia audimus, te in hoc omnes cogitationes, actioneſque tuas conſumere cominus agere, omniaque præparare, quæ ad tanti molem belli pertineant, tamen pro noſtro officio, quod eſt nobis, principaliter in hac re promovenda a Deo injunctum, ſponte currentem pietatem, & virtutem tuam in his noſtris incitandam duximus, ne quid in tanta re, tantum celeritatis requirente, etiam ſupervacui officii noſtri prætermittamus. Vides enim, fili chariſſime, ac pro tua ſapientia facile proſpicis, quem in locum res Chriſtiana deducta ſit, vel ſummi periculi, ſi cunctatiores fuerimus, vel ſalutis victoriæ, ſi in apparando ſtudium, & in exequendo celeritatem adhibeamus: nunquam quidem major temporis opportunitas, reique bene gerendæ facultas oblata eſt. Ac ſi velimus Dei Omnipotentis beneficia commemorare, quæ nobis hoc tempore indulgentiſſimus Pater exhibet, ſupervacuam rem agamus, cuivis enim facile apparent, nemoque non videt Divinam bonitatem his manifeſtis ſignis, quaſi vocibus, ad hoc bellum nos excitare. Primum quidem nobis Majeſtatem tuam ea virtute, ſapientia, ac pietate Principem, eaque Regnorum opulentia, & fortiſſimorum militum copia, Cæſarem dedit, qui pietate velles, & potentia poſſes Rempublicam Chriſtianam a metu ſæviſſimorum hoſtium liberare: cujus pia mens ad hoc bellum, tam peranimata, inſtructaque fuit. Deinde vero, ut nil nos a ſanctiſſimi hujus belli ſuſceptione remorari poſſet, pacem, & concordiam, hinc inter Sereniſſimos Ferdinandum Romanorum Regem Fratrem Tuum de Chriſtiana Republica optime meritum, & Joannem Hungariæ Regem, hinc inter te, & omni laude dignum Chriſtianiſſimum Regem Affinem tuum conciliavit: in quo Nobis magno Dei beneficio affecti videmur, ipſique Deo gratias maximas agimus, quod eam reconciliationem tuam, cum Rege Chriſtianiſſimo quæ Univerſæ Chriſtianitati maxime opportuna, ac ſalutaris fuit, veſtra quidem utriuſque pietate, ſed nonnulla etiam noſtra opera, & labore perfecta eſt, quem nos quidem Regem Chriſtianiſſimum, ut optimum, & præſtantiſſimum Principem pro ſua, Majorumque ſuorum conſuetudine, & gloria, tam ſanctiſſimo bello non defuturum ſperamus. Accedit his etiam Nobilium Venetorum, multum terra, plurimum mari, potentium, pia nobiſcum, & cum tua Majeſtate antea inita, & nuper renovata confœderatio: quæ omnia, cum Divini favoris certiſſima ſint indicia, opportunitatemque rei gerendæ præbeant maximam hoſtes: etiam non minorem nobis imponit neceſſitatem. Is enim noſtro nomini infenſiſſimus, noſtrorumque Majorum diſcordiis potentiſſimus factus, non contentus tot Regnis, tantaque Orbis parte, Chriſtiano ſimul Imperio, & Religioni ademptis, tuæ permaxime Majeſtati, quam, & odit, & reformidat, infeſtus Viennam tui Fratris bis invaſit, Claſſe in Africam miſſa Tunetum bis occupavit, ut eu ea quaſi Arce Italiam, atque Hiſpaniam teneret obſeſſas. Utrinque autem, cum perſonaliter illuc advolaſſes, tua virtute repulſus. Aucta poſtea in immenſum Claſſe, ſuperiore anno Regni Neapolitani littora diripuit: nec aliud, nunc cogitat, quam quomodo reliquam cunctam Chriſtianitatem, ac præſertim tua noſtraque & confœderatorum Venetorum occupet, & abſorbeat: eoque deducta res eſt, ut vel vincendum nobis, vel pereundum, aut ſæviſſimo hoſti ſerviendum ſit. Licet igitur, noſter fili chariſſime, maxima præſtiteris, ac præſtes, majora tamen a te expectantur: illa enim priora ad nihilum reciderent, niſi, quæ reſtant adjicias, hoſtis ſiquidem irritatus, potius quam fractus, acrior poſtea conſurgere poſſet in noſtram perniciem. Itaque non hortamur modo Majeſtatem Tuam, ſed etiam oramus, ut ſicut facere eam audimus, omni ſtudio, omnique inſtantia rem urgeat, ac ſe in hanc ſanctiſſimam expeditionem, primo Vere ineundam, accingat, nullumque temporis punctum a præparatione, inſtructioneque ejus vacuum elabi ſinat. Et quoniam de honore Dei Omnipotentis, de univerſali peri-

periculo, de communi ſalute, agitur, cui ad Dei maximum honorem tutandum, vel ſi vitam profundere oporteat deeſſe non debemus, velis ſicut antea in Gemaniam, deindeque in Africam, ita nunc haud minore in re, immo etiam majore, ad caput hoſtium ipſe proficiſci, ut tua præſentia, & tuis animos augeat, & hoſtibus minuat. Nec nos quidem, fili, quamquam admodum ſenes, & viribus invalidi, pium hunc laborem refugimus, ut noſtræ etiam perſonæ miniſterio, nedum contributione pecuniæ, communi proſimus. Quod ſi vitam quoque Deo reddere in tam pio opere nobis liceat, fœlicitatem reputabimus. Tolle igitur nobiſcum ſanctæ Crucis vexillum, in quo Conſtantinus Prædeceſſor tuus vicit, vindica honorem Dei Omnipotentis fœdatum, Jus Romani Imperii concerptum: ſicut etiam nuper in Africa, ita nunc in Europa tot millia Chriſtianorum, qui hoſti ſæviſſimo indigna, ac miſera ſerviunt ſervitute exime, denique ſecuritatem Chriſtianitatis, quam hoſtis tamdiu impune vexavit, pro tuo officio, virtute, ac dignitate, conſtitue. Nos quidem ipſi quantum undique præſtare poterimus, vel officio noſtro in adhortando, vel auxilio in contribuendo, tibi non deerimus; pacta ex fœdere pecuniam in promptu habituri ſumus: hincque ad prædictos, & alios Reges, inde ad Principes Germaniæ, & iſtuc quoque ad Prælatos tui Regni, quos tua opera convocatos audimus, literas dedimus, ut omnes communem cauſam, communi contributione coadiuvare velint, ſicut eos pro officio, & pietate ſua eſſe facturos ſperamus. Datum Romæ XV. *Octob.* MDXXXVIII. *anno* IV.

XXV. Extant eæ in Libro Brevium, quibus Hiſpano Clero ſignificat ſuſceptum in Turcas bellum ad ſervitutem impiorum avertendam, tuendamque Religionem, ac longe ſatius eſſe, partem opum in communem opem conferre, quam inſoleſcenti hoſti omnia reſervare, maxime cum in ea cauſa ad fundendum etiam ſanguinem debeant eſſe paratiſſimi.

Decumas Hiſpano Clero imponit Paulus pro bello Turcico.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Capitulis Eccleſiarum Regnorum Hiſpaniæ.

Paul. III. lib. brev. an. 4. p. 495.

In eo nunc, ſicut noſtis, omnes ſimul Laici, Eccleſiaſticique periculo verſamur, quod a perfidis Turcis, in noſtram perniciem armatis, imminet; propter quod nos, cum Cæſarea Majeſtate, ac Venetis ſanctiſſimam contra eos expeditionem ſuſcepimus, ut niſi ad commune incendium reſtinguendum communi ope accurratur, communiter omnibus ſit pereundum, multoque magis expediat partem aliquam ob ſalutem conferre, quam cum certo exitio cuncta amittere, id vero cum conveniat omnibus ad prudentiam, Eccleſiaſticis etiam convenit ad pietatem, ut ſcilicet ſanctam Religionem, communemque Populorum nobis commiſſorum ſalutem in tempore neceſſario, non ſolum parte facultatum, quas pia illorum liberalitate conſequuti ſumus, verum etiam proprio [ſi neceſſe fuerit] ſanguine tueamur. Quamobrem Fratres Venerabiles, & dilecti filii, cum in communi periculo, & veſtrum quilibet includatur, noſque ipſi, licet Eccleſiaſticæ facultates, ob calamitates proximorum temporum, valde imminutas acceperimus, gravi tamen contributione nos oneravimus, ut non ſolum noſtra, noſtrorumque Subditorum, ſed omnium, ubique Chriſtianorum defendantur. Vos quoque decet, noſtro exemplo, coadiuvare ſanctiſſimam hanc expeditionem. Nullo enim tempore, nullaque in re magis pium Deo obſequium præſtare poteritis, brevique tempore, ſicut in ejuſdem Dei miſericordia ſperandum eſt, hoſtibus victis, ſalutem quietam, & ſecuritatem vobis perpetuam acquiretis. Itaque cum Cæſaream Majeſtatem literis noſtris adhortemur ad expeditionem accelerandam, & eo perſonaliter, prout rei magnitudo poſtulat, proficiſcendum, vos hortamur in Deo Domino, ut nobiſcum, & cum dicta Majeſtate, quæ Regnis, uxore, ac liberis ſuis relictis, tot impenſas, labores, & pericula pro publica ſalute ſubitura eſt, commune totius Chriſtianitatis, & totius quoque Regni hoſtem pia contributione propulſetis, &c. Datum Romæ XV. *Octobris MDXXXVIII. anno* IV.

Pontifex, ut a Deo pro Chriſtifidelibus opem impetraret hæc ſtatuit: XVII. *Octobris MDXXXVIII. fuit Conſiſtorium, S. D. N. decrevit ſupplicationem in terris confœderatorum, cum Indulgentia Plenaria pro orantibus contra Infideles, propter bellum, quod cum Turcis hoc anno, Terra, Marique geritur.*

Quid porro a ſociali Claſſe geſtum ſit hoc anno, pudet referre. Propulſato fœliciter (ut diximus) a Cretæ inſula Barbaroſſa, Andreas Auria, Præfectus Claſſis Cæſareæ, poſtquam revexiſſet in Hiſpaniam Cæſarem, collectis paſſim militibus, ſuperato Meſſanæ freto, ad Corcyram Inſulam curſum intendit, & cum Vincentio Capellio Venetæ Claſſis Præfecto, Autumno appetente ſe conjunxit. Grimanus vero Patriarcha Aquilegienſis, qui Pontificiæ Claſſi præerat, Prævesam Oppidum in Actiaco Promontorio ſitum, adortus, a Turcis ex Ætolia accitis, repulſus eſt, nonnullis in receſſu interfectis, non tamen pertæſus audacis conſilii, cum anguſtias Ambracii ſinus exploraſſet, & XXVI.

Paul. Jov. l. 37.

hoſtium Claſſem in toto ſinu ſtantem in anchoris perſpexiſſet. Florentiſſima porro erat Claſſis Chriſtiana, in qua ſeptuaginta duæ naves onerariæ erant, ac centum & triginta quatuor triremes, præter alias naves Claſſem comitantes, adeo ut numero, & viribus ſuperaret Turcicam: ad quam opprimendam ſumpta ſunt bellica conſilia, ſed ea in ancipites, contrariaſque ſententias diſtracta ſunt, ut ſine ullo impedimento Barbaroſſa Claſſem centum, & quinquaginta navigiorum ex anguſtiis Ambracii Sinus in apertum Pelagus eduxerit. Defuit etiam tum pugnandi occaſioni Andreas Auria, licet vincendi præclara ſpes affulgeret, atque a Vincentio Capellio, & a Patriarcha ad pugnam urgeretur, ductiſque mari variis gyris, ex navalis petitiæ inani oſtentatione, demum turpem fugam, ridente Barbaro capeſſivit, cum hoſtis, ſeptem, qua naves, qua triremes noſtras, ſibi propinquiores, cœpiſſet, incendiſſetve. Porro Barbaroſſa fugientes noſtros ad Corcyram inſequutus, eos ad pugnam provocare inſolentiſſime eſt auſus, Auria tamen, frementibus cæteris Ducibus, nec ferentibus ad tantum dedecus abiici Chriſtianam virtutem, Portu ſe continuit. Cumque (pudore victus) pugnæ tandem aſſentiretur, tandiu prolata eſt conſultatio, ut Barbaroſſa parta contentus gloria in Ambracium Sinum ſe receperit. Vertit tum Chriſtiana Claſſis impetus ſuos in Caſtrum novum Turcicæ ditionis in Rizonico Sinu, quod prima impreſſione expugnatum eſt, magnaque multitudo in ſervitutem abducta. Cum vero id Oppidum ex fœderis legibus deberetur Venetis, tamen Auria veteranas cohortes Hiſpanas præſidiarias ad quatuor millia Oppido impoſuit, quod ægerrime tulit Venetus Senatus, ut damnare ſacrum fœdus cæperit.

Infelix exitus Chriſtianæ Claſſis contra Turcas paratæ.

Caſtrum novum a Chriſtianis expugnatur.

XXVII. Nauplium, & Epiduarum in Peloppoueſo, quæ Venetæ erant ditionis, obſideri, acerrimeque oppugnari juſſit, at Barbaroſſa, ob fugatam Chriſtianam Claſſem, animis elatior, ad Neapolitanam expeditionem vires convertit, ut Caſtrenſibus præſidiariis opem ferret, ſed Divina virtus eum delevit, atque a Regno Neapolitano avertit exitium: pars enim ejus Claſſis Africo, & Auſtro jactata illiſa eſt ſcopulis Acroceraunis, de quo hæc Petrus Paulus Gualterius in Diario refert. XXIV. *Novembris nuntiatum eſt Romæ, periiſſe naufragio undecim triremes Claſſis Turcarum prope Valonam, & poſtea res confirmata eſt*. Majorem numerum alii recenſent, ut apparebat ex armamentis, & naufragii fragmentis, quæ toto fere Dalmatico littore natantia, atque ejecta videbantur: ea clade debilitatum, perturbatumque Barbaroſſam, eductis Claſſibus perſequendum Capellius aliis Ducibus ſuadebat, cum quo Ferdinandus Gonzaga ſentiebat, ſed reſtitit Auria cauſatus, ſibi in Italiam redeundum eſſe, ac continuo ventis vela expandit, Capellio in eum, ut in Veneti nominis veterem hoſtem, contumelioſam rationem effundente, ut qui exploratæ victoriæ defuiſſet, & Chriſtiani nominis gloriam inertia importuna dehoneſtaſſet. Cumque adverſi rumores de eo ſpargerentur, ferunt, Auriam eos contempſiſſe, cum omnia revocaret ad commodum Cæſaris, qui Turcico bello implicitos Venetos, atque a præpotente hoſte viribus, & opibus exhauriendos, terreſtris Imperii Urbibus ſpoliare poſſet.

Pars Claſſis Barbaroſſæ naufragio periit.

Paulus Jovius l. 37.

MS. Vat. to. 11.

Surius in comm.

Nec fœlicius ſucceſſere Turcarum res terra, quam mari; cum enim terreſtris eorum exercitus in Valachiam, & Moldaviam irrupiſſet, Valachi fœdus armorum cum Rege Poloniæ percuſſere, cumque ob ingruentis adverſæ tempeſtatis incommoda, reditum pararet e Moldavia, a Valachis, & Moldavis irruentibus ex parte conciſus eſt, extremaque ejus agmina deleta, quorum cladem Rex Poloniæ, qui cum Valachis pacem ſanxerat, Pontifici ſignificavit, & lectæ fuerunt in Conſiſtorio ſub die VII. Octobris MDXXXVIII. ejus literæ, quæ annunciabant talem pacem. Et in Conſiſtorio xxv. Octobris ejuſdem anni Sanctiſſimus retulit diſceſſum exercitus Turcarum ex Moldavia [1]. XXVIII.

Alex. Farn. in Act. Conſiſt.

Act. Conſiſt. mſ. Cardin. Spad. ſig. n. 133. p. 351.

Eodem anno Solymannus Turcarum Imperator, cum primum Badurii Cambaiæ Regis Nuntiis, deinde eo cæſo, a Mamudio Rege ad Luſitanos Dienſi Arce XXIX.

cc

NOTÆ [1] Hanc tamen Moldavorum de Turcis victoriam vel fictam, vel ambiguam fuiſſe oportet, cum Turcarum Annales tum illi, quos Leunclavius vulgavit deſinentes in annum 1550. tum recentiores illi, quos Carolus Italice ex Turcico & Arabico vertit, victoriam Turcarum de Moldavis hoc anno referant. Porro Annaliſta Leunclavianus addit Moldavos irrumpenti in regionem ſuam Solimano deditionem feciſſe, a quo Moldavorum Vaivodam conſtitutum fuiſſe Principem quemdam e familia veterum Vaivodarum Moldaviæ, qui Turcarum caſtra ſequebatur, cum legitimus Moldavorum Princeps fuga ſe proripuiſſet. Hæc ſcriptor ille, qui anno 1550. opus ſuum claudens his geſtis coævus non inaniter cenſeretur. Chroniſta vero alter recentior expeditionem quamdam Solimani in Moldaviam cum felici in urbem regiam regreſſu hoc anno commemorat. MANSI

Joannes Petr. Maffejus hiſt. Indic. lib. 11.

Solymannus cogitat expellere ex India Luſitanos.

ce pellendos, Mogoremque ſibi infeſtiſſimum bello laceſſendum provocaret, de Luſitanis ex India depellendis, atque Orientis Regnis ad ſuum Imperium adjungendis conſilia, conatuſque omnes adhibuit; Claſſem ad Suezium maris rubri Portum inſtruxit opera Abrahemi purpurati florentiſſimam, in qua majores naves erant ſexaginta quatuor quarum pleræque remis agebantur, ad quas etiam Cambaicæ ſeptem, & Malabaricæ tres acceſſere, huic præfectus eſt Solymannus Ægypti Præſes bello exercitatiſſimus. Is Adenum profectus, quingentos milites ægritudinem ſimulantes, ac in Urbem a validis militibus tranſvectos, in Urbem Rege hoſpitium comiter præſtante, induxit, in quorum lectulis arma ſub veſte contecta fuere: dein in naves Regem venire juſſit: periculoſa imperia reſpuentem, ficti illi ægroti, accincti armis, ad Claſſem invitum perduxere: quem Solymannus, ob liberiores voces, ex prætoriæ navis antenna, ſuſpendit, Urbeque direpta, præſidium illi impoſuit. Ex eo Portu, ut ab Imperatore juſſus erat, Goam curſum intendit, ad eam Turcico Imperio ſubjiciendam. Verum in itinere mutato conſilio, Dium flexit, ac cum Sofare viro Principe, de Cambajæ Regno occupando conſilia contulit, Diumque obſidione cinxit. Ejus conſilia ſuſpecta Rex Proceresque Cambaiæ habuere, commeatumque, ejus caſtris, magno Luſitanorum commodo, inſerri vetuere. Porro ille graviores impetus in Rumæum Caſtellum, cui præerat Patieeus, impreſſit, adeo, ut magna murorum parte diruta, cum obſiſti amplius, non poſſet, Luſitani præſidiarii (ſalvis, præter arma, rebus & corporibus) deditionem fecerint. Res autem mira tum accidit, nam cum ſignifer Turca Vexillum Chriſti Domini quod in ſummis mœnibus de more defixum erat dejeciſſet, ejuſque loco illud impuri Mahometis erexiſſet, Joannes Petrejus, pio ardore accenſus, ſocios ad vindicandum contumeliam invitavit, quem ſex ſunt ſequuti. Ille, ſe victum dedititiumque negans, evulſo Mahometis, ſigno, Chriſti Signum reſtituit. Mox accurrere victores, minaſque talia auſuris, intentarunt, nil valuere minæ, nam vix digreſſi erant, cum Petrejus, & ſocii pio ſtudio perciti, afflicta Mahometis effigie, Crucis Signum extulere: eos id Divino impulſu egiſſe eventus edocuit, nam cum perciti rabie Turcæ obtruncaſſent Chriſtianæ dignitatis aſſertores, atque in mare dejeciſſent, hæc ſubſequuta refert Maffejus: *Hinc mira viſu dictuque res, militum Chriſti cadavera, Divino ſcilicet nutu, ne honore ſepulchri carerent, obliquo Euripo, contra vim aſtus rapidiſſimi, ſponte ad ipſam Luſitanæ Arcis portam evaſere. Haud obſcuro ſane documento, cum tanta ſit corporum divinitus habita ratio in terris, quam glorioſa fuerint eorum animis in Cœlo præmia perſoluta.* Rumæo autem Caſtello potiti Turcæ vires omnes in Dienſem Arcem, terra marique effudere: ſed Turcicos conatus conſtantia Luſitana fregit: aſperrima omnium poſtrema dimicatio fuit triplici acie ſtructa, barbaris in mœnia aſſilientibus, in qua tormentorum librandorum Magiſter exhauſtis pilis ferreis, dentem ſibi ex ira excuſſit, excuſſumque, ac inditum tormento in hoſtem contorſit. Demum duobus menſibus in obſidione conſumptis, Solymannus tribus ſuorum millibus amiſſis, commeatuum difficultate fatigatus, ac Nonii Proregis Indiæ adventu territus, Dienſi Urbe incenſa, noctu tanta trepidatione copias in naves recepit, ut quingentos ſaucios, magnamque tormentorum partem reliquerit, & qui Indiæ Regna ſubacturus venerat, in Arabiam trepidus auſugit. Feſto omnium Sanctorum die, parta ea victoria eſt, atque Luſitani Inſulam totam ſine certamine recepere; quorum nominis gloria per Aſiam, Africam, & Europam celebrata eſt, ac Præfecti Sylveriæ effigiem Franciſcus Galliæ Rex inter præſtantiſſimorum virorum Icones repoſuit.

XXX.

Petr. Paul. Gualt. Blaſius Caſ. Diar. mſ. Vat. tom. 11.

Opus fuit Pontifici arma ſumere in Guidobaldum de Ruvere. Defixus enim ille fuerat cenſuris Eccleſiaſticis ob Camerinum, Piſaurum, ac nonnulla alia loca Eccleſiaſticæ ditionis occupata, a quibus ſimul cum Franciſco Maria Urbini Duce Patre ſuo ſolutus fuerat, ea lege ut ad ſacram militiam adverſus Turcas eſſet profecturus. At voti reus priora abjecerat conſilia, quare in eum Paulus arma convertit; curaque hujus belli commiſſa fuit Cardinali de Sancto Angelo, ſic ſe habent acta conſiſtorialia.

MS. Car. Spad. to. 133. pag. 346.

Romæ die XXIX. *Novemb. MDXXXVIII. fuit Conſiſtorium, S. D. N. deputavit Legatum de Latere ſuum, ac Sedis Apoſtolicæ Reverendiſſimum D. Ennium Cardinalem Sancti Angeli ad bellum Camertinum, & Urbinatem, contra Guidobaldum de Ruvere inobedientem, & contumacem.* At brevi ſedatum hoc bellum concordia proximo anno viſuri ſumus. Nunc de concilio Vicentiæ indicto agendum eſt.

XXXI.

Non defuiſſe Paulum Pontificem muneri ſuo pro celebrando concilio, ſed calamitatem temporum illi obſuiſſe memorat Petrus Paulus Gualterius. Quod demonſtrant etiam ipſa acta Conſiſtorialia

Act. Conſiſt. ubi ſup.

ſcripta ab Alexandro Cardinali Farneſio. *VIII. Januarii MDXXXVIII. fuit Conſiſtorium, Sanctiſſimus deputavit, pro rebus ad concilium pertinentibus, novem Cardinales: videlicet, ex ordine Epiſcoporum Reverendiſſimos DD. Hoſtienſem, & Sabinenſem; ex ordine Presbyterorum Reverendiſſimos DD. Ghinuccium, Simonettam, Contarenum, Theatinum, & Sadoletum; ex ordine Diaconorum, Reverendiſſimos DD. Cæſarinum, & Polum; Et in Conſiſtorio XII. Januarii lectæ fuerunt literæ Regis Romanorum de rebus concilii.* Et maxima animi contentione ad illud celebrandum incubuiſſe, licet omnia ſuis votis adverſarentur, refert Jacobus Sadoletus Cardinalis in literis ad Fridericum Nauſeam eximium in Germania Concionatorem, propugnatoremque Fidei Catholicæ. *De concilio quod queritur, Pontifex ſtat in ſententia, & quamquam permulta ſunt, quæ nos hic retineant, in primiſque diſcordiæ noſtrorum Principum, atque ejus periculi ſuſpicio, quod a Turcis graviter impendat, quodque omnia itinera omnibus pene in locis infeſta ſunt, ut qui conveniant ad Concilii diem futuri non ſint, preter admodum paucos ſicut & vobis Germanis patere, ac perſpicuum eſſe non dubitamus, tamen & de profectione. Pontifex loquitur, & jam ad iter aliqua parare incipit, noſque ſumus moniti, ut expediti ad tempus eſſe debeamus. Itaque puto fore ut eodem tempore jejunii hinc proficiſcamur.* Addidit, exitu rerum timendum magis, quam ſperandum videri hac de cauſa: *Etenim partim mores hominum, partim etiam majorum opiniones, ita corruptæ ſunt, ut medicinam nullam ſalutarem inveniam, præſertim exaſperatis animis, & adverſus verum contumacibus. VIII. Kal. Martii MDXXXVIII.*

Jacobus Sadoletus l. 10.

Studia Pauli pro Concilii celebratione.

De iiſdem Pontificiis ſtudiis pro celebrando concilio, hæc narrat Angelus Maſſarellus.

Angel. Maſſarell. in Act. Conc. Trid. mſ. Arch. Vat. ſig. num. 3188. p. 51.

Ad Concilii celebrationem Sanctitas ſua omne ſtudium convertens, Die XIII. *kalend. Aprilis tres de latere Legatos, Reverendiſſimos videlicet Laurentium Epiſcopum Sabinenſem Campegium, Jacobum tit. S. Apollinaris Simonettam, ac Hieronymum tit. S. Chryſogoni Brundiſinum S. R. E. Cardinales Vicentiam Concilii præſidentes deſtinavit, conceſſa eis facultate ea omnia faciendi, quæ in hujuſmodi negotio quomodolibet neceſſaria, & opportuna judicarint, datis ſuper his literis Romæ* XX. *Martii MDXXXVIII. ab Incarnatione, Pontificatus ſui anno* IV. *infraſcripti tenoris.*

MS. Cardin. Pii ſig. n. 64. p. 333.

XXXII. *Paulus &c. Venerabili fratri Laurentio Epiſcopo Sabinenſi, & dilectis filiis Jacobo S. Apollinaris, & Hieronymo S. Chryſogoni tit. Presbyteris Cardinalibus noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Legatis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Pro celebrando Vicentiæ Concil. decreti Legati 20. Martii 1538.

Ad prudentis patris familias officium ſpectat, ea, quæ legitima cauſa obſiſtente, per ſe, ipſum efficere non poteſt, præſertim quando talia ſunt quæ moram non patiuntur, utque per alios idoneos fiant, diligenter curare. Cum itaque nos duobus fere ab hinc annis, ſperantes Chriſtianam Rempublicam, quæ inteſtinis fidelium odiis, & bellis, ac infidelium perſequutionibus graviter afflicta, & debilitata erat, in priſtinam reſtitui dignitatem, pacemque inter Chriſtianos Principes inter ſe diſſidentes reintegrari, & fieri contra infideles generalem expeditionem, atque per eos occupata a nobis recuperari, ac vineam Domini, quam aper de ſylva depopulatus eſt, ejectis inde vulpeculis, quæ eam demoliri ſatagunt, ad debitam redigi culturam, ſacrum œcumenicum, & univerſale Concilium [certo tunc declarato tempore] celebrandum de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium indixerimus Mantuam, & deinde dicto tempore ex juſtiſſimis cauſis prorogato, immutato conſilio Vicentiam, tamquam locum idoneum, & opportunum ad ipſum Concilium celebrandum, civitatem elegerimus, & deputaverimus, prout in diverſis noſtris literis continetur. Et interim conſiderantes, fruſtra præmiſſa ſperari poſſe, videlicet Chriſtianis Principibus, ut præfertur, inter ſe diſſidentibus, & mutuis offenſionibus ſe invicem perturbantibus, pacem inter eos præſertimque inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, a quibus totius fere Chriſtianitatis ſtatus pendet, ſummo deſiderio procurare non ceſſavimus, licet fruſtra hactenus per literas, Nuntios, & Apoſtolicæ Sedis Legatos non ſemel miſſos tentavimus; & conſtitutum celebrandi Concilii hujuſmodi tempus inſtet, dieſque inchoandi cum prope adſit. Nos, qui nihil aliud, dies, noctéſque cogitamus, quam ea omnia facere, per quæ præmiſſa ad effectum perduci poſſint, decrevimus tandem, nulla ætatis noſtræ [jam valde ingraveſcentis] ratione, ad civitatem Niciæ, ad quam, ut præfertur, Imperator, & Rex conciliandæ inter ſe concordiæ ſpe nobiſcum convenient, ſummo ſtudio procuravimus perſonaliter nos conferre; ſperantes, ita Deum cauſæ ſuæ adfuturum; ut & vires nobis ſubminiſtret, quibus longi hujus itineris, & laboris pericula ſuperemus, & quam tantopere optavimus, & procuravimus, inter præfatos Prin-

cipes

cipes pacem, a qua univerſalem etiam Chriſtianitatis unionem ſperamus, Divino aſpirante auxilio, conſequamur.

Ne autem ſanctum celebrandi Concilii initium impediatur, quod forte nobis contingeret, ſi nobis circa iter prædictum impeditis, & propterea perſonaliter eo accedere non valentibus, nullus noſtro illuc nomine mitteretur, vos doctrina, probitate, prudentia, & rerum experientia claros, & probatos cum plena, & libera, ac omnimoda Legatorum de latere poteſtate, ac ſpeciali, & expreſſo mandato, cum ratihabitionis, & aliis clauſulis in ſimilibus apponi ſolitis, de ſimili fratrum noſtrorum eorumdem conſilio, authoritate noſtra, præſentium tenore conſtituimus, & deputamus; Voſque ad dictam Civitatem Vicentinam pro generali Concilio celebrando, ut præfertur, electam, & deputatam, tanquam pacis Angelos deſtinamus; vobiſque, aut uni ex vobis, nomine, & authoritate noſtris ipſi Concilio præſidendi, & in illo pro veſtra pietate, & ſapientia, omnia proponendi, ordinandi, & de ipſius Concilii conſilio decernendi, & ſtatuendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria eſſe, ſeu opportuna, & alia ad honorem, & laudem Dei pertinere noveritis, etiamſi magis ſpeciale mandatum exigant, plenam, & liberam authoritate prædicta, tenore præſentium, concedimus poteſtatem, & facultatem &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. XIII. kal. April. Pontificatus noſtri anno IV.

M. Card. Creſcentius. F. Vigil.

His addit Angelus Maſſarellus *Antequam autem dicti Legati Vicentiam perveniſſent, cum nullus Prælatus ibi comparuiſſet, Pontifex, ne Concilium fruſtra, & abſque dignitate inchoaretur, mandavit ipſis Legatis Vicentiam deſtinatis, ne illud Kalendis Maii, ſicut decretum fuerat, aperirent, ſcriptis ad eos literis in forma Brevis, tenoris infraſcripti.*

XXXIII. *Venerabili fratri Laurentio Epiſcopo Sabinenſi Campegio, & dilectis filiis Jacobo tit. Sancti Apollinaris Simonettæ, & Hieronymo tit. S. Chryſogoni Brunduſino, Presbyteris Cardinalibus nuncupatis in Civitate Vicentiæ noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Legatis.*

Venerabilis frater, & dilecti filii noſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet nos cum in conciliandis inter ſe Chriſtianis Principibus occupati, in die kal. Maii proxime futuro tempore, quo œcumenicum univerſale Concilium per nos indictum inchoari debeat in Civitate Vicentiæ ad id deputata, perſonaliter eſſe non poſſe videremus, vos noſtros, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatos deputaverimus; tamen cum neminem ex iis, qui ad dictum Concilium conventuri ſunt, ad ipſam Civitatem Vicentiæ adhuc perveniſſe intelligeremus, & an ſine eorum præſentia Concilium ipſum inchoandum eſſe hæſitaremus, habita ſuper hoc cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ab ipſo Concilio in præſentia inchoando de ipſorum Cardinalium conſilio ſuperſedendum eſſe decrevimus: quamobrem volumus, & vobis injungimus, ut donec aliud a nobis ordinatum fuerit, ab ipſius Concilii inchoatione ſperſedeatis, contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Placentiæ ſub Annulo Piſcatoris die XXV. aprilis MDXXXVIII. Pontificatus noſtri anno IV.

Paucos Præſules Vicentiam conveniſſe referunt plures authores, confirmatque eorum dicta Pius IV. in diplomate indictionis Concilii Tridentini, de quo factus certior Paulus III. exiguas, & tenues ſpes adfore, ut ſolemnes epiſcoporum cœtus cogi poſſent, antequam Kalendæ Maii appeterent, diem inchoandæ Synodi extraxit ad incertam diem ab ipſo deſignandam, de quo hæc memorat Angelus Maſſarellus, qui etiam Pontificium Diploma ſubiicit.

Pontifex inquit *reſervat ſibi declarationem diei, quo Concilium poſt kal. Maii aperiri debeat.* XXXIV.

Ang. Maſſarell. in act. Concil. Trid. mſ. Vat. ſig. n.3189. p. 536.

Differtur dies inchoationis Concilii ad arbitrium Pontificis.

Paulus &c. Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex, ſupra gregem Dominicum Paſtor Divina conſtitutus diſpoſitione, ad ea ſuæ vigilantiæ curam adhibere conſuevit, per quæ ſcandalis, & diſſidiis, quæ inter ipſius gregis oves, præſertim ex variis interpretationibus oriri poſſent, obvietur. Hodie ſiquidem, cum ad notitiam noſtram deveniſſet, quod nullus ex iis, qui ad Concilium conventuri ſunt ad Civitatem Vicentiæ pro celebrando Concilio, in die kalendarum Maii proxime præteriti inchoando deputatam, pervenerit, habita ſuper hoc cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ab ipſo Concilio in præſentia inchoando, de ipſorum fratrum conſilio ſuperſedendum eſſe decrevimus, dilectis filiis noſtris, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatis ad dictam Civitatem occaſione dicti Concilii deſtinatis injungentes, ut donec aliud a nobis ordinatum fuiſſet, ab ipſius Concilii inchoatione ſuperſederent, prout in noſtris in forma Brevis literis deſuper confectis plenius continetur. Cupientes autem ante omnia occaſionem dubitationis aut difficultatis, quæ circa inchoationem, aut apertionem dicti Con-

Concilii, aut alias circa ipſum Concilium, modo aliquo, oriri poſſet, tollere, & amputare, de eorumdem fratrum conſilio, & aſſenſu, ſtatuimus & ordinamus, non ſolem dictum Concilium, etiam poſtquam dicta dies kalendarum Maii veneris, inchoandum, aut aperiendum non eſſe, verum etiam generaliter diem ipſius Concilii inchoandi in aliam diem, per nos de dictorum fratrum conſilio declarandam, differendum fore, proot differimus. Declarantes, quod ante declarationem hujuſmodi per nos, ut præfertur, faciendam, etiamſi eam poſt diem dictam kal. Maii fieri contigerit, ipſum Concilium nullo modo cœptum, nec apertum ſit, nec eſſe cenſeatur, nec per adventum dictæ diei kal. Maii incipiat, aut aperiatur, aut incipi, ſeu aperiri valeret: immo dies ipſa inchoandi, aut aperiendi Concilii ante declarationem prædictam, nullo modo cadat, aut veniat, nec venire, aut veniſſe quoquo modo dici poſſie, aut debeat, neque ab omnibus, quavis authoritate fungentibus, ſoblata eis quavis alia judicandi, ac interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & interpretari debere decernimus; non obſtantibus indictionis, & prorogationem dicti Concilii literis, in quibuſvis conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. Datum Placentiæ anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. VII. kal. Maii Pontificatus noſtri anno IV.

M. Card. Creſcentius. Bloſius electus Fulginatenſis.

XXXV. Viſum eſt Pontifici, conſulendos eſſe Cæſarem, & Franciſcum Regem Francorum de celebrando Concilio, ut mutua animorum conſenſione ad Præſules ad illud e ſuis Regnis mittendos conſpirarent. Eos vero prorogandum cenſuiſſe Concilium ob Turcici belli apparatum narrat Jacobus Sadoletus Cardinalis in literis ad Joannem Cochlæum datis, nullam vero retardandi illius datam a Pontifice occaſionem ſcribit Angelus Maſſarellus his verbis. *Qui quidem Legati, & Præſidentes applicuerunt Vicentiam kal. Maii, quæ dies conſtituta fuerat ad ipſum Concilium inchoandum; ingreſſique ſunt Civitatem ſolemni Legatorum de latere more.* Cum deeſſet Præſulum numerus idoneus ad inchoandam Synodum, Legati gerendis rebus ſuperſedere, deque tertia prorogatione actum eſt.

Jac. Sadolet. l. 11.

Ang. Maſſar. ubi ſup.

Ea maxime de cauſa, quod Carolus V. Imperator, & Franciſcus I. Gallorum Rex in ſua Regna reverſuri flagitarent a Paulo Pontifice, ut Præſulibus Regnorum ſuorum moram aliquam veniendi ad concilium indulgeret, quod in Senatu Cardinalium decretum Genuæ narrant acta Conſiſtorialia.

Alex. Farneſ. Card. in act. Conſiſtorial. mſ. Card. Spad. ſig. n.133. p. 350.

Genuæ XXVIII. Junii MDXXXVIII. præſenti, ſuis cogregatio Cardinalium, & in ea S. D. N. precibus Sereniſſimi Imperatoris, & Chriſtianiſſimi Regis, aſſerentium, ſe deſiderare reverti ad Regna, & Dominia eorum, a quibus per plures menſes abfuerant, darique aliquam dilationem Prælatis ſuorum Regnorum, & Dominiorum ad veniendum ad concilium, præmiſſis attentis, & quod etiam per literas Legatorum ſuorum exiſtentium in Civitate Vicentiæ certior factus eſt, quod nemo ex conventuris ad concilium adhuc illuc perveneris, prævia declaratione mentis ſuæ, quod per hoc non intendit præjudicare, aut aliquo modo derogare literis in Civitate Placentina ſub plumbo VII. kal. Maii proxime præteriti ſuper materia concilii emanatis, & contentis in eis, conventuros hujuſmodi uſque ad feſtum Paſchatis Reſurrectionis D. N. Jeſu Chriſti proxime futuri voluit expectari mandans dictis Legatis, ut quibuſcumque aliis quacumque dignitate &c. ne interim circa celebrationem concilii hujuſmodi procedant, aut ſe circa id intromittant, volenſque, quod ſuper voluntate, mandato, & declaratione ſuis hujuſmodi, bina, vel plures etiam ſuper ſingulis literæ expediri poſſint. Referuntur eadem ab Angelo Maſſarello in Diario Concilii Tridentini.

Tertia prorogatio Concilii, & ejus cauſa.

Cæterum cum Legati Apoſtolici præfati per nonnullos menſes expectando, Vicentiæ permanſiſſent, & id Pontifici literis notum feciſſent; & eodem tempore Sereniſſimus Imperator, & Chriſtianiſſimus Rex necnon Ferdinandus Rex Romanorum Prælatos Regnorum ſuorum ad ipſum concilium veniendum per aliquod tempus expectari, & ut aliam habendi concilii, rurſus temporis prorogationem decerneret, a Sua Sanctitate petiiſſent, Pontifex, ne tantorum Principum voluntati deeſſet, concilii celebrationem hujuſmodi uſque ad feſtum Paſchatis Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti anno MDXXXIX. differendam declaravit, ipſiſque Legatis, & omnibus aliis, ſi qui jam Vicentiæ conveniſſent, ne interim circa dictam celebrationem ſe intromitterent, mandavit, publicata Bulla tenoris infraſcripti.

Tertia prorogatio Concilii.

Acta Concil. Trid. Auct. Ang. Maſſ. mſ. Arch. Vat. ſig. num. 3188. p. 54. & in alio mſ. Vatic. inſcripto Diar. Concil. Trid. p. 9. mſ. Card. Pii ſig. n. 64. p. 334. Ext. in Actis Angel. Maſſarelli p. 55.

Ad futuram rei memoriam.

Univerſi populi Chriſtiani curam licet Nobis immeritis, Divinitus conceſſam, ſuſtinentes in terris, officii Noſtri partes eſſe putamus, ut ſi quid idem populus ob temporum conditiones facere omiſerit, quod ad pietatem erga Deum pertineat, per nos,

ut

ut id commode exequi valeat opportune, providentes, præcipue Principum votis, & precibus nos ad id impellentibus. At cum ſtatum Chriſtianitatis, hinc diverſis hæreſibus turbatum, inde diſſidentibus inter ſe Chriſtianis Principibus, Turcarum minis, ac violentiæ expoſitum viderimus, œcumenicum univerſale, ac generale concilium Mantuæ primo, & deinde [Mantua nobis denegata] in Civitate Vicentiæ indiximus, ſpem certam in ipſo Deo reponentes, poſſe nos per illud ipſas hæreſes extinguere, & facile Turcarum impetus retundere. Præteritis autem menſibus, cum tempus ipſius concilii celebrationis inſtaret, noſque propterea quod ad Civitatem Niciæ proficiſcebamur, ut pacem, & concordiam inter Chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Francorum Regem Chriſtianiſſimum, toties per literas, Nuntios, & Legatos noſtros fruſtra tentatam, per nos ipſos, ſi qua via fieri poſſet, conciliaremus, ipſi concilio perſonaliter intereſſe ſtatuto tempore nequiremus, tres Legatos noſtros, & Apoſtolicæ Sedis, videlicet Venerabilem fratrem Laurentium Epiſcopum Sabinenſem, & dilectos filios Jacobum S. Apollinaris, ac Hieronymum S. Chryſogoni Presbyteros S. R. E. Cardinales Vicentiam miſimus, noſque ad Civitatem Niciæ profecti, ibi utriuſque Principis colloquium, quod antea magna cum inſtantia procuraveramus, habuimus, & a Dei miſericordia tandem impetravimus, ut ſi non plenam pacem, in quam omnes nervos noſtrarum actionum, tum intendimus, & reconciliationem animorum, induciaſque decennales ante noſtrum inde diſceſſum viderimus conſtitutas.

Cum autem antea, & nuperrime noſtri Legati ad nos ſcripſerint, neminem ex conventuris Vicentiam ad concilium veniſſe, & uterque Princeps, facta per nos in ipſo colloquio de celebratione concilii mentione, ſua quiſque Regna, a quibus diu abfuerat, reviſere cupiens ipſos conventuros, quorum magna pars cum ipſis Principibus erat, ad propria, ad tempus aliquod, redire cupiebat, ad veniendum ad ipſum concilium expectari; idemque chariſſimus quoque in Chriſto filius noſter Ferdinandus Romanorum, atque Hungariæ, & Bohemiæ Rex Illuſtris pro Prælatis Regnorum ſuorum per ſuas literas petierit. Nos conſiderantes præſentem ſtatum Chriſtianitatis generali omnium Nationum, ac frequentia perſonarum conventurarum ad concilium, ſi unquam antea, in præſenti indigere; exiſtimanteſque cæteros conventuros, ut ipſius colloquii finem viderent, adventum ſuum ad dictam Civitatem Vicentiæ diſtuliſſe [magno Dei beneficio] jactis inter ipſos Principes pacis fundamentis, illamque interim pleniſſime confectum iri, ſicque concilium ipſum felicius ac ſanctius celebrari, & optatos fructus inde colligi poſſe, ſperantes, ipſos conventuros ad veniendum ad ipſum concilium, uſque ad feſtum Paſchatis Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti proxime venturi, expectandos duximus, & expectari volumus, ipſis Legatis omnibuſque, & ſingulis aliis quacumque dignitate fulgentibus, ad quos quomodolibet ſpectare poſſit, ne interim circa ipſam celebrationem procedant, aut modo aliquo ſe intromittant, in virtute ſanctæ obedientiæ mandantes. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Genuæ anno Incarnationis Domini MDXXXVIII. IV. Kal. julii Pontificatus noſtri anno IV.

Confirmant id de prorogato ad proximi anni ſacrum Reſurrectionis Domini diem Concilio literæ Pauli ad Internuntium in Gallia agentem, quibus encyclicas eo argumento ſcriptas literas promulgare atque ad Præſules tranſmittere juſſus eſt.

Nuntio Franciæ.

Paul. III. lib. brev. an 4. p. 401. Literæ encyclicæ de prorogatione Concilii ad diem Reſurrectionis Dominicæ.

Venerabilis frater, ſalutem &c. Quod nuper Niciæ cum conſilio, & voluntate Sereniſſimi Cæſaris, & illius Chriſtianiſſimi Regis concluſimus, noſque facturos eis polliciti ſumus, ut Prælatos ſuorum, & aliorum Regnorum, qui ad Concilium per nos Vicentiæ indictum intra terminum ultimo prorogatum venire ob qualitates temporum non potuerant, ad aliud commodum tempus expectaremus, id quam primum Genuæ fuimus, cum Dei nomine, & de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio elegimus, tempus expectationis in feſtum Reſurrectionis Dominicæ proxime futurum diſtulimus, literaſque Apoſtolicas id continentes expediri, & Vicentiæ primum publicari, indeque ad Regna Chriſtiana tranſmitti juſſimus, ut omnibus conventuris innoteſcant. Tuæ quoque fraternitati exemplum authenticum ipſarum literarum mittentes, tibi mandamus, ut ipſi Regi Chriſtianiſſimo, rem per nos ita, ut conſtitueramus, factam eſſe ſignifices, & deinde iſtic publices, quod ut facilius facere poſſis, tibi alia complura exempla literarum earumdem iſtic imprimi faciendi poteſtatem concedimus, eiſque ſic impreſſis, ac ſigillo tuo, & tui Secretarii ſubſcriptione munitis, plenam fidem præſtari debere decernimus. Datum Velitris XXVII. Aug. MDXXXVIII. anno IV.

Exor-

XXXVI. Exortam porro temporum calamitatibus, ac neceſſitate eam ptorogationem ſcripſit Jacobus Cardinalis Sadoletus ad Georgium Ducem Saxoniæ his verbis. *Cum tui deſiderii eventum jam bona eu parte videamur nacti, duobus Principibus amicitia junctis, bello tetro, atque exitioſo per inducias dilato, aut* [*quod ego malim*] *penitus ſublato, ſpe pacis injecta quam avidiſſime cuncti, & ardentiſſime expectamus, reliqua eſt cura, & cogitatio conventus publici, qui in Urbe Vicentia loco opportuno, & libero, omnes, qui Chriſtiana Religione cenſentur, eſt indictus: poſt aliquas temporum prorogationes, quas neceſſitate fuiſſe expreſſas, qui ſine cupiditate judicant, poſſunt facile cognoſcere. Eo in conventu, ſi concurſus fuerit is, qui ad rem tantam requiritur, non diffido fore, quia ad injuſtam cujuſque potentiam, ſed ad bonum commune Concilia conferantur. Præſertim ſi Tu, & qui virtutum, ac religionis tuæ imitatores ſunt, Concilio intereſſe ſtuduerint.* [Et paulo poſt] *Non igitur quæro, quo pacto in Concilio me geram, ſed quemadmodum erga adverſarios Lutheranos mihi agendum ſit, qui primum dubito interſuturi ſint Concilio, nec ne; Quamquam ſi pax vobis divino beneficio donata fuerit, Imperatore Carolo ſoluto a bellicis curis, facile* [*ut arbitror*] *cogi poterunt, ut interſint.*

Pauli perſpicui labores, & vigilantiſſima cuta pro celeri Concilii celebratione, talem vim non habuerunt, ut ſubtrahere eum poſſent a morſibus viperinorum dentium Soavii: qui calumnioſe in ſua ſatytica mendaciorum coacervatione, ita audacter dixit. *Quando Imperator, & Chriſtianiſſimus Rex, Paulo obſecundare noluerunt, conſentiendo, ut ſuorum Regnorum Præſules Vicentiam peterent, cum tanta animi quiete repulſam audivit, ut omnes pene in dubium verterent, an affirmitivam, vel ſuæ petitionis negativam exoptaret.* Sic Soavius carpens (ut ſolet) Paulum quaſi a Concilio abhorrentem. Sed quam manifeſte calumnietur, luce clarius oſtendit Cardinalis Sadoletus, qui tunc temporis ſequebatur Pontificem, & præſens fuit, quando iſti duo Principes Concilii dilationem petierunt; & ita loquitur in epiſtola ad Jo-
Lib. 11. ep. annem Cochlæum; *Hæc certe postrema ejus prorogatio, rogantibus, & contendentibus ambobus Principibus facta eſt.* Et de
Ibid. eadem re in alia epiſtola, ſic cum Epiſcopo Upſalenſi loquitur. *Et Pontifex Maximus* [*quod ego ſcire tunc potui*] *ad omittendum Concilium, non ſua ſponte, ſed duorum ſummorum Principum conſilio, fuit adductus, qui, & negabant, tempus idoneum eſſe tantæ agendæ rei, quæ, & tranquilliorem Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum, & otium a Turcis, ac Fidei hoſtibus requirat.* Ita Sadoletus. Dilationis Concilii cauſas, ſequenti anno videbimus. Modo ex ipſis cauſis pro præſenti dilatione ab ipſo Impetatore adductis, ſcilicet non tutam pacem, & non quieta tempora, tum fuiſſe clare patet, ut in antecedentibus annis, diximus Clementem VII. optimo conſilio nunquam acquieviſſe convocationi Concilii, quamvis Imperator maximo affectu coadunari peteret, quia ſumma prudentia tunc temporis cognoſcebat, quod nunc Imperatot ipſe fatetur, temporum tranquillitatem maximam, quæ tunc deſiderabatur, talem coadunationem Concilii requirere. Modo ad hiſtoriam redeamus.

Perturbati Concilii Vicentiæ indicti xxxvii.
fama vulgata, Lutherus, ut Lutheranos maligno odio in Eccleſiam excitaret, abalienaretque ab adeundo Concilio, vel ab ejus decretis ſuſcipiendis, deterrimum librum edidit, in quo articulos impietate contaminatiſſimos, cum Auguſtana Proteſtantium confeſſione pugnantes, atque infames, partimque a Magiſtro Cacodæmone, ut ipſemet antea promulgarat, acceptos, deſcripſit, quos a ſuis Concilio proponi volebat: hos vero erudite confutavit Joannes Cochlæus, atque inconſtantiam Lutheranæ doctrinæ in luce collocavit, ut ipſe in ſuis Commentariis enarrat his verbis. *Cum*, inquit, *Conci-* *Cochlæus in act. & ſcriptis Lutheri hoc anno.*
lium generale eſſet indictum Vicentiæ celebrandum, Lutherus Theutonice evulgavit articulos, quos a ſuis vellet Concilio ſuo nomine proponi. Contra quos Cochlæus pro honore, & ſalute Germanicæ Nationis reſpondens, rogavit, ne articuli uſque Coclæus Lutheri articulos de Concilio confutavit.
adeo abſurdi, & impii proponantur Concilio, eo quod pudori, ac riſui forent apud reliquas Nationes. Nam plerique eu iis articulis ſunt confeſſioni Lutheranorum, quæ Auguſtæ fuerat Cæſari, & toti Imperio exhibita, contrarii: ver. grat. In confeſſione aiunt, falſo accuſantur Eccleſiæ noſtræ, quod Miſſam aboleant, retinetur enim Miſſa apud nos, & ſumma reverentia celebratur. At ſecundus Lutheri articulus, quem Concilio proponi velit, ſic habet: Oportet Miſſam in Papatu, maximam, & horrendiſſimam eſſe abominationem, eo quod directe, & violenter pugnat contra hunc principalem articulum. Sola fides in Chriſtum nos iuſtificat. Ait autem Cochlæus, graviorem inde fore ruborem proponentium in Concilio, quia ſecundus fundatur ſuper primum, qui multipliciter *Surius in comm.*
de falſo convictus, & in nulla ſcriptura *hoc ann.*
fundatus eſt. De hac Lutheranorum levita-

vitate, fideique inconſtantia, hæc graviter Surius commemorat. *Etſi turpiſſimum eſt in Religionis negotio diverſa, & quod hodie affirmas, cras negare, hodie aſſerere, quod heri negabat, tamen hoc apud Lutherum, & ejus præclaram ſobolem non valde turpe putatur, immo vero frequent, & ſolemne eſt, ut eorum ſcripta teſtantur.*

Jac. Sadol. l. 11. Jo. Cocl.

Porro de Cochlæi in Lutherum libro, deque Hæreſiarchæ impudentia, hæc eidem Cochlæo Jacobus Sadoletus Cardinalis ſcripſit.

Librum tuum in illas veſanas Lutheri declamationes legi ſumma cum voluptate, vehementerque probavi. Arbitror poſſe me affirmare, raro adhuc vidiſſe quidquam in eo genere editum, quod diſtinctius mihi, & accommodatius ſcriptum videretur: atque ex ea quidem doctrina, quam ego maxime probo, non ſpinoſa, & cavilloſa, ſed plana atque illuſtris, e puris ſacrarum literarum fontibus deprompta: quamobrem miror, illum hominem impuriſſimum, ita ferreum os ad contentionem ſtudia afferre, ut eum neque vitæ, neque impietatis ſuæ pœniteat. Sed illum ulciſcetur improbitas ſua. Ego quodam alio in Opere, quod nunc cudo, habeoque in manibus, nonnulla inſector Lutherana dogmata, quæ maxime ad revellendam Chriſti Religionem intenta ſunt. Additque eidem Sadoletus in eadem epiſtola. *Decet* inquit *iſtorum* (nempe Lutheranorum) *inſolentiam non exaſperare conviciis, quo in genere maxime exultant ipſi, ſed manſuetudine retundere, quod proprium officium Chriſtiani hominis eſt. De Concilio ſpem non amiſi, bene enim ſentio de Pontifice Maximo. Hæc certe poſtrema ejus prorogatio rogantibus, & contendentibus ambobus Principibus facta eſt: majoribus curis diſtricti mihi videntur, præſertim tanto conflato adverſus Turcas bello.*

Jac. Sadol. l. 11. Jo. Cocl.

XXXVIII. Agitur de concordia cum Lutheranis.

Actum eſt de concordia inter Lutheranos, & Catholicos, interprete Joachimo Marchione Brandeburgenſi, qui licet, a paternis exemplis, atque a fide Catholica, ad carnis licentiam Lutheranam deſciviſſet, in Cæſaris tamen fide perſtiterat, nec Smalcaldico fœdere ſe irretierat: tum Ferdinandus Rex Romanorum ſignificarat Pontifici concordiam cum Principibus Lutheranis promoveri poſſe, ſi Virum peritia rerum gerendarum inſignem, in Germaniam mitteret. Itaque ad id munus delectus eſt Hieronymus Aleander Cardinalis, multiplici ſcientia, linguarum cognitione ornatiſſimus, longoque etiam cum Germanis, atque hæreticis, uſu exercitus, inſtructus eſt ampliſſimis mandatis Legatus, ut Germanos ad priſtinam de fide cum Romana Eccleſia conſenſionem revocaret, ut ſubjectum Diploma docet.

Dilecto filio Hieronymo tit. S. Chryſogoni Presbytero Cardinali Brunduſino nuncupato ad partes Germaniæ, noſtro Apoſtolicæ Sedis de latere Legato, Salutem, &c.

Paul. III. lib. brev. anno 4. p. 395.

Chriſtiani Orbis, & fidelium omnium cuſtodiam, & curam, ab unigenito Dei Filio Salvatore noſtro, nobis divinitus commiſſam, licet non æquis meritis habentes in terris, ad officium noſtrum pertinere exiſtimamus, diviſam ipſius Eccleſiam ad unionem, & unum corpus reducere, cum præſertim piis Principibus Chriſtianis nos coadjuvantibus facilius id ſucceſſurum ſperemus. Inſuper ex literis venerabilis fratris Joannis Epiſcopi Mutinenſis, apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Romanorum, & Hungariæ, & Bohemiæ Regem Illuſtrem, Nuntii noſtri, intelleximus, ipſum Regem ejus eſſe ſententiæ, ut illi Germani, qui a S. R. E. corpore ſe ſubtraxerunt, ad ipſius Eccleſiæ unionem aliqua ratione reducantur, petiiſſeque ad hoc aliquem probum, & idoneum virum per nos mitti, ipſius enim unionis concluſionem haud difficilem futuram retulit eidem Regi dilectus filius Nobilis vir Joachimus Marchio Brandeburgenſis Sacri Romani Imperii Elector, qui, ſicut accepimus, in eorumdem Germanorum reductione, ac pace, & concordia ineunda ſe libenter interpoſuit, veſtigiis bonæ memoriæ Joachimi genitoris ſui inhærendo, qui ſimilium bonorum, & ſanctorum operum ſtudioſiſſimus ſemper fuit, & claræ memoriæ Fridericum olim Marchionem Brandeburgenſem gentilem ſuum in hoc imitando, qui in Bohemis ad unionem ipſius Romanæ Eccleſiæ, a qua etiam ſe ſubtraxerant, reducendis, egregiam, & laudabilem operam navavit. Nos vero, qui ſimul ipſorum Germanorum ſalutem exoptamus, ſimulque ſperamus ex eorum unione majora auxilia ab univerſa Germania contra Turcas Chriſtianitatem invadere parantes haberi poſſe, ejuſdem Regis judicium prudentiſſimum, ac ſapientiſſimum judicantes, ſicut ſemper fecimus, ab ejus voto non diſſentimus, præſertim chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, cum quo de hoc in Civitate Januæ egimus, in eamdem ſententiam veniente: quamobrem cum circumſpectionem tuam pro nonnullis aliis negotiis, univerſam Chriſtianitatem concernentibus, ad partes Germaniæ mitteremus, tibi curam hanc demandare voluimus. De tua itaque doctrina, prudentia probitate, religione, ac veteri

in ſimilibus euperientia confiſi, tibi noſtro, & eiuſdem Sedis nomine ipſorum Germanorum unionem his mediis, quæ a religione Chriſtiana, & orthodoxa fide non diſcrepent, procurandi facnltatem concedimus per præſentes. Dat. Lucæ anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. IV. Non. Jnl. anno IV.

XXXIX. Demandata eidem Legato Provincia eſt, ut cum ad Regnum Bohemiæ eſſet acceſſurus, Huſſitarum, Piccardorum, Calixtinorumque reliquias, ab Eccleſiæ conjunctione divulſas, Ferdinandi Regis authoritate ſuffultus, adjutuſque, ad gremium Romanæ Eccleſiæ traduceret.

Paulus &c. Dilecto Hieronymo tit. S. Chryſogoni Presbytero Cardinali Brunduſino nuncupato ad Regnum Hungariæ, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Legato, Salutem &c.

Paul. III. lib. brev. an. 4. p. 396. *Admonet nos exemplum Evangelici Paſtoris, qui relictis nonaginta novem ovibus, ad euquirendam unam deperditam properavit, ut oves ab ovili Apoſtolico deviantes ad orthodoua paſcua omni ſtudio, ac ſolicitudine reducere ſatagamus. Cum itaque nos hodie te ad Regnum Hnngariæ pro interponenda noſtra, & Apoſtolicæ Sedis authoritate in pace, quæ in dicto Regno ſuperioribus diebus facta eſt, a nonnullis aliis peragendis, noſtrum, & eiuſdem Sedis Legatum de latere deſtinaverimus, tuque in tuo ad dictum Regnnm itinere, Regno Bohemiæ propinquaturus ſis; nos cupientes, ut ea pars dicti Regni Bohemiæ, quæ hnmani generis hoſte, zizaniæ ſatore procurante, ab unione S. R. E. per plures annos ſe ſnbtranit, ad ipſins Eccleſiæ gremium noſtris temporibus revertatur, maximam ſpem hujus noſtri deſiderii conſequendi in tua doctrina, probitate, religione, ac dexteritate repoſuimus; & hanc curam demandare tibi decrevimus; quamobrem tibi committimus, ut provinciam hanc alacri animo ſuſcipiens, hoc negotinm, quod maxime nobis curæ eſt, ad effectum perducere procures, quod quidem interveniente, præcipne chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Hungariæ ad dicti Regni Bohemiæ Regis Illuſtris, anthoritate, quam nobis pro re certa pollicemur, tibi ſncceſſurum eſſe non dubitamus. Dat. Lucæ die IV. Jul. MDXXXVIII. anno IV.*

XL. *Surius in comm.* Quæ vero a Joachimo Marchione Brandeburgico geſta ſint pro reſtituenda Germaniæ priſtina concordia refert Surius, illum a Joanne Hungariæ Rege præmnnitum, quod Solymannus in Germaniam expeditionem meditaretur, illumque impendens diſcrimen ſignificaſſe Saxoniæ Duci, eumque rogaſſe, ut certam ineundæ concordiæ rationem perſcriberet, ſe enim acturum cum Ferdinando Rege, ut Cæſarem ad eam proclinaret. Rem Saxo cum Haſſiæ Lantgravio contulit, demum ad æquas concordiæ leges flecti non potuere, nec ad veritatis lucem, merſi errorum caligine oculos attollere dignati ſunt: immo in pervicacia obfirmati, negarunt adverſus Turcam Cæſari ſe conjuncturos niſi Cæſareus Senatus, ipſos in jus cauſa religionis vocare inhiberetur, bonorumque Eccleſiaſticorum direptionem ipſis impune permitteret. Subornati nimirum fuere Lutherani Proceres a nequiſſimis concionatoribus, *qui Principibus ſuis* (inquit Surius) *ſub verbi Dei ſpecioſo titulo multa perſuaſere, quæ a verbo Dei penitus abhorrerent.* *Saxoniæ Dux, & Lantgravius concordiam reſpuere.*

Nulla itaque re geſta, Cardinalem Brunduſinum proximo anno e Germania reverſum, narrat Angelus Maſſarellus in Diario.

Cum Ferdinandus Romanorum Rex Suæ Sanctitati ſignificaſſet, ſibi videri non adeo difficile inter Catholicos, & Proteſtantes concordiæ tractationem futuram, ſi Sanctitas Sua in Germaniam aliquem probatæ exiſtimationis, & vitæ, ſacrarumque literarum peritia præſtantem Virum tranſmitteret: Sanctitas Sua Reverendiſſimum Dominum Cardinalem Brunduſinum de Latere Legatum, tum ad ipſam Germaniæ Provinciam, tum Regiam Romanorum Majeſtatem deſtinavit, ut ſi qua medi forent, quibus aliquis amicabilis concordiæ tractatus haberi poſſet, enquirerent, qui Cardinalis ex Vicentia, ubi adhuc concilii Legatus agebat, XIII. Auguſti 1538. recedens, Germaniam verſus iter aggreſſus eſt, qua in Provincia per annum, & ultra immoratus, cum nihil certi, aut Reipublicæ Chriſtianæ utile fieri potuiſſet, Romam, quam XV. Decembr. MDXXXIX. intravit, a ſua ſanctitate accerſitus eſt. *Ang. Maſſarellus in Diar. mſ. Arch. Vat. p. 96.*

XLI. *Diſſident inter ſe Lutherani.* Hoc anno Wittembergenſes Lutherani, inter ſe graviter diſſenſere, nam cum Joannes Islebius ex primis Lutheri deliris dogmatibus deliram quoque concluſionem recte duceret, fideles ad bona opera Divinæ legis non obſtringi, atque effrænatam juventutem ad ſectam, quæ Antinomorum dicta eſt trahi, Lutherus in Proteum verſus, eum damnavit, atque ad Palinodiam adegit, licet eodem ſe, cum eo telo confoderet, de quo hæc Joannes Cochlæus memorat. *Cocl. in Actis, & ſcriptis Luth. Surius in comm.*

Wittembergæ multa fuit contentio contra quoſdam Lutheranos, qui legem operum reiiciebant, ſicut antea docuerat ipſemet Lutherus. Multis igitur diſputationibus adverſus eos contendit, quas probroſe

An-

Antinomos vocabant. Cochlæus autem ut oſtenderet ipſum magis reprehenſibilem, quam illos: adverſus quintam eius diſputationem, quæ ſeptuaginta propoſitiones continebat, edidit CLIII. propoſitiones, quarum initium ſic habet. Conſiderate quæſo Lutherani quicumque docti eſtis, atque diſerti, qualis ſit novi Evangelii Architectus, Dux, & Princeps veſter Lutherus, qui reprehenſionis, contentioniſque inceſſabili ſtudio, paciſque, & veritatis odio perpetuo nihil penſi habet, quod ſibi ipſi ſit contrarius, dummodo aliis quacumque occaſione contradicere queat. Miratur jure Surius ſtoliditatem hominum, qui garrulo illi veteratori crediderint, cum unam, atque eandem rem modo aſſereret, modo conſutaret. *Nec quidquam* (inquit) *tam abſurdum ab illo fieri potuit, quod non putarent homines, perperam ab eo inſtitui purum purum eſſe Evangelion.* Obſervat idem Author, inter Lutheranos Parœcias invaſiſſe plures, qui Sacerdotio non erant initiati, ex quo id dignum accidit, ut qui Sanguinis Dominici ſub ſpeciebus vini hauriendi cupiditate a ritu catholico deſciverant, nudum panem, & vinum pro Chriſti Corpore mire illuſi caperent. *Nullis* (inquit) *initiati Sacris parœcias adminiſtrandas ſuſcipere non dubitarunt, qua in re obſervandum eſt arcanum Dei judicium, quod illi, qui contra Eccleſiæ ſanctionem Calicem ſibi uſurpare voluerunt, Catholicoſque Sacrificos criminabantur, quod ipſis alteram ſpeciem maligne ſuffurati eſſent, tales accepere Paſtores, qui cum nullam haberent conficiendæ Euchariſtiæ poteſtatem, ac nihilominus Sacramenta ipſis porrigerent, non aliud ſane, quam merum panem, & vinum præberent, utraque illis ſpecie penitus ſubtracta, & ſic quidem par fuit puniri obſtreperos, & refractarios, qui deſertoribus, ac ſeditioſis Monachis potiuſquam totius Eccleſiæ judicio obtemperare voluerunt.*

XLII. *Surius in comm.*

Hoc tempore Calvinus Hæreſiarcha flagitio cœpit nomen una cum ſecta late diffundere. Hic licet cum Zuinglio præſentiam Corporis, & Sanguinis Chriſti negaverit, finxit tamen, horum energiam in Sacramento ſuo fictitio contineri, de cujus inanibus deliramentis hæc ſcribit Surius. *Quia mendacium nunquam diu conſtare ſibi poteſt, mira quadam verſutia, ita ſuum de Euchariſtia dogma vaniſſimum tractat, ut neque Lutheranis penitus accedat, neque Zuinglianis, ſed utriſque quibuſdam præſtigiis illudat, dum ait Carnem Chriſti naturalem, & eſſe, & non eſſe in Euchariſtia, quorum illud Lutherani, illud vero Zuingliani docent, ad extremum tamen in Zuinglii partes propenſior eſt, dum affirmat in Cœna Domini per fidem excipi efficaciam quandam, & vim de Carne Chriſti in cœlo ſita defluentem, ſed nihilominus de re tanta [quod neceſſe eſt a vero aberranti accidere] fere ſemper pugnantia loquitur, quam ob cauſam Lutherani eum præſtigiatorem, & ſophiſtam vocant, quibus ſic reſpondet, impoſtorem eum & eſſe, & agere, verba illius facile declarent.*

Calvinus nec cum Luthero, nec cum Zuinglio convenit in dogmate Sacratiſſimæ Euchariſtiæ.

Hunc errorem horrendis aliis blaſphemiis cumulavit infeliciſſimus homuncio. *Ut, quod ſcelera, & flagitia omnia Deus in homine operetur. Quod lex, & voluntas Dei ſæpe inter ſe contrariæ ſint. Quod Diabolus jubente, & volente Deo mentiatur in cordibus hominum, & multa alia non verbis, ſed flammis tartareis vindicanda.* Subdit Author, inſigni prodigio, ipſius doctrinam damnatam a Divino Numine, cum ille eam mendacio confirmare affectaret, & verbo vivum, ac ſanum hominem occidiſſe, cum ad vitam eum revocaſſe inſtar Pauli videri exambiret. *Perſuaſit* (inquit Surius) *miſero cuidam, ut ſe pateretur tanquam mortuum in Templum deportari: fecit ille, conſentiente etiam ejus conjuge. Porro Calvini conſilium erat, ut hominem coram populo juberet redire ad ſuperos, ſeu reviviſcere, homineque mox ſeſe erigente, tam inaudito miraculo certam omnino, & ſacroſanctam in Orbe terrarum doctrinam inveniſſe videretur. Sed, o Dei clementiam! quæ perfidioſi hominis aſtum incredibilem noluit latere mortales, ut ſic mature ab ejus conſortio ſe removerent. Miſer ille, qui in Templum illatus fuit vivus, mortuus inde elatus eſt. Cum enim Calvinus propius acceſſiſſet, & ſi ſua doctrina vera eſſet, cum juberet, reſumpto ſpiritu ſurgere, ut homo callidus laqueo, quem aliis tetenderat, ipſe ſtrangularetur, & omnes intelligerent falſiſſima eſſe, quæ miſeris pro verbo Dei venditaret. Nihil prorſus ſe commovit homo, quippe omni hujus lucis uſura repente privatus. Porro conjux illius ea re comperta, ejulatu, & clamore animi omnia replere cæpit ob inopinatum dolorem. Sed Calvinus eam egregiis pollicitationibus delinivit, ne rem latius promulgaret.* Ex his improbitatem, & hypocriſim eorum, qui omnibus fraudibus, fallaciiſque ſacroſanctam Romanæ Eccleſiæ authoritatem, fidemque ab Apoſtolis acceptam convellere aggreſſi ſunt, cernere libet; hic vero impoſtor ſectæ ſuæ homines religionis reformatæ dixit, forma plane Diabolica reformatæ, & concinnatæ. Irrepſit ea peſtis in Galliam, quam poſtea cædibus, incendiiſque deformavit, nec Venuſinus Comitatus illius *Sadolet. l. 12.*

Alex. Farneſ. 475.

contagii immunis extitit, ad quem ab hac lue vindicandum Jacobus Sadoletus Cardinalis eximiam operam navavit, ut ipſe teſtatur his literis.

Cum me in hæc loca en Nicia eſſem recepturus, ut curam, & vigilantiam adhiberem, quod ad hoſce populos in recta religione continendos pertinet; quod audiebatur Lutheranos in hiſce regionibus valde increbreſcere, quod ego idem quoque multorum literis cognoveram. Itaque hac poſtquam veni, quid egerim, & Carpentorati, & Avenione quomodo inſidias omnes ejuſmodi rerum, ſuſpicioneſque compreſſerim, quam nunc omnia compoſita ſint, & ſedata malo enm [nempe Pontificem] eu literis aliorum cognoſcere, quam en meis. Certe eam, & voluntatem, & obedientiam, quam illius Sanctitati debeo, perpetuam præſtabo, &c. Carpentorati IV. *kal. Octob. MDXXXVIII.*

XLIII. *Auguſtinus Tarviſinus ſuas propoſitiones ab hæretica purgat ſuſpicione.*

Hoc anno Auguſtinus Tarviſinus Concionator Ord. Auguſtiniani, cum Lutheranæ impietatis argutiis, conciones ſuas fœdaſſet, delatus eſſet, atque Senenſem Populum in Religione orthodoxa conſtantem valde offendiſſet, in jus vocatus, propoſitiones ſuas ſaniore ſenſu mollivit, ac clementer a Pontifice habitus, apud Senenſes, adhibita ſubjecta interpretatione, purgare ſe juſſus eſt in publica concione.

Formula prædicationis data Magiſtro Auguſtino Tarviſino Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Paul. III. lib. brev. an.4. pag. 90.

Sanctitas ſua judicans juſtum fore, ut unde Populus ille [nempe Senenſis] ſcandalum paſſus eſt in perniciem, inde erigatur in ſalutem, voluit, & ſibi mandavit, ut in dicta Civitate Senarum in publica prædicatione, eam doctrinam, quam nobis explicaſti, & te tenere dixiſti, ita clare, & diſtincte dicas [prout infra.]

I. Deus miſit Filium ſuum in Mundum, ut per ſuam paſſionem, & mortem, homines ſalvos faceret, non tamen paſſio Chriſti omnes ſalvos fecit, ſed quoſdam ſic, quoſdam non, propter ipſorum culpam, & hoc eſt, quod Theologi dicunt, Chriſtus ſatisfecit pro omnibus ſufficienter, non tamen pro omnibus efficienter.

Nec trahendo neceſſitatem inducit.

II. Prædeſtinatio a D. Paulo toties prædicata neminem cogit ad operandum bene, nec ad ſalutem æternam, ſed quicumque obſervant mandata Dei, & recte operantur, ſponte, & libere, [cum auxilio tamen divinæ gratiæ] bene operantur, & ſic perſeverantes uſque ad mortem, vitam conſequuntur æternam, & omnes tales, ſic facientes Deus infallibiliter videt, cognoſcit, & diligit.

III. Multi Sancti, quando erant in hac vita fecerunt aliqua mala opera, ſicut David, qui commiſit adulterium, & homicidium, & talia opera erant vitia, & peccata, & Deo diſplicebant, & ſi in talibus perſeveraſſent, vel in aticulo mortis in peccato mortali inventi fuiſſent, Deus non dediſſet eis vitam æternam, ſed damnaſſet eos in Infernum.

IV. Deus aliquos homines punit, & damnat ad Infernum, non quia ſimpliciter ſic vult, ſed propter illorum peccata, quæ non coacti, ſed libere perpetrarunt, & in quibus obſtinato animo perſeverant uſque ad mortem, vel in tali articulo in peccato mortali inventi ſunt, a quibus peccatis ſi converſi fuiſſent, non illos damnaſſet.

V. Multi, nunc exiſtentes in Inferno; dum eſſent in iſta vita fuerunt aliquando in gratia Dei, & fecerunt aliqua opera bona, & grata Deo, & meritoria vitæ æternæ, in quibus ſi perſeveraſſent eam conſequuti fuiſſent, ſed quia non coacte, ſed libere talia bona opera reliquerunt, & ad crimina converſi ſunt, perierunt.

VI. Omnes rite baptizati purgantur a peccato originali, ac reconciliantur Deo, eu quibus tamen aliqui damnantur, quia non perſeverant in gratia, ſed libere convertuntur ad peccata, in quibus perſeverant, uſque ad mortem, vel in ejus articulo inventi ſunt.

VII. Cum Sancti dicunt liberum arbitrium poſt peccatum Adæ in nobis claudicare, non intelligunt, quod non poſſumus eligere, & refutare quæcumque volumus: ſumus enim liberi ad volendum, & nolendum, ad eligendum, & refutandum, ſed per talem claudicationem intelligunt pronitatem, qua inclinamur magis ad malum quam ad bonum, & ideo oportet multum advertere, ne talem ſequamur inclinationem: ſimiliter intelligunt, quod non habemus merum imperium ſuper appetitum ſenſitivum; multi enim motus partis ſenſitivæ inſurgunt contra noſtrum velle, ſicut dicit Paulus: Invenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, *&c.*

VIII. Communis opinio Theologorum eſt, quod pueri decedentes ſine baptiſmate, tantum privantur vita beata, & nullam aliam patiuntur pœnam; aliqui tamen tenent ex verbis Beati Auguſtini, inter quos præcipue eſt Gregorius de Arimino, quod etiam cruciantur igne Inferni, nec ab Eccleſia aliqua iſtarum eſt determinata; ideo abſque peccato hæreſis poteſt hæc ſecunda opinio probabiliter teneri, utpote, quæ veritati Catholicæ non repugnat: conſultius tamen eſſet majorem partem ſequi.

Hie-

Hieronymus Archiepiſcopus Brunduſinus manu propria ſubſcripſi.

Frat. Thomas Badiæ Mag. Sac. Palatii manu propria ſubſcripſi.

XLIV. *Sander. l. 1. de Schiſm.* In Anglia Henricus Rex in graviora prolabens flagitia a Cromuelo ſcelerum adminiſtro incitatus, hoc anno triginta ſex Franciſcanos morte affecit, ut narrat Nicolaus Sanderus. *Tenebantur* (inquit) *in cuſtodiis ab aliquot jam annis Religioſi multi Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, quorum vitam eo uſque produxerat Thomæ Vrislæi favor qui Regi erat a conſiliis; nunc autem cum eorum nullus adduci poſſet, ut voluntati Regiæ ſubſcriberet, nec dubitaretur, quin eorum exemplo nonnulli alii conſtantiores fierent: propoſitum fuit Regi, ut aliquid tandem de eis ſtatueret, ille quamquam omnes perdere cuperet, veritus infamiam, quod eſſent multi, aliquid tamen Vrislæi gratiæ tribuere volens, ex eis, qui remanſerunt* [*nam in carcere nonnulli ſuum diem obierant*] *delegit quoſdam ad varia ſupplicia, ex quibus Antonium Brorbeum venerandum Sacerdotem, tam Græce, quam Hebraice excellenter doctum ad decimumſextum Kal. Auguſti funiculo, quo cingebatur ſtrangulandum curavit: Thomam vero Belchiamum Virum etiam doctiſſimum, licet adhuc juvenem, fame enecavit in carcere Londinenſi, qui Noveporta dicitur, tertio nonas Auguſti. Reverendus autem Pater Thomas Cortus, generis etiam nobilitate conſpicuus, ſqualore carceris extinctus eſt ſexto kal. Auguſti. Triginta vero, & duo alii ejuſdem Ordinis Religioſi bini, & bini emittebantur ferreis catenis invicem colligati, ut in aliis Regni carceribus minori populi querela, & murmuratione morerentur, atque hæc erat illa gratia, quam Henricus de Franciſcanis amico ſuo Vrislæo faciebat.*

Triginta ſex Franciſcani ab Henrico VIII. Angliæ neci traduntur.

Inſignem autem Chriſti Confeſſorem Joannem Forcſtium ejuſdem inſtituti Monachum, cujus antea non ſemel meminimus, voluerunt Rex, & Cromuelus majoribus in Cœlum cruciatibus emittere, eo quod, & Reginæ Catharinæ dilectus fuiſſet, & reliquis confidentius reſtitiſſe Regis Primatui dicebatur, unde ad decimum kal. Junias in Campum Fabrum Londini eductus, ad furcas duas duabus cathenis ad brachia colligatis attollebatur, ſuppoſitoque lento ad pedes igne, miſerabili ſpectaculo, ad mortem uſque, crudeliſſime torrebatur. In cujus etiam inſigniorem contumeliam, Imaginem quandam, ſeu Statuam ligneam magnæ molis ex Walia allatam, eo quod nimio populi concurſu celebrari dicebatur, una cum illo comburendam curarunt. Et infra.

Ac ne in illos tantum, qui in terris agerent jus habere Rex Henricus videretur, nonnihil etiam in cœlites audendum putavit. Itaque cum videret Cromuelus Imagines quaſdam Sanctorum, itemque monumenta Martyrum in honore apud plebem Chriſtianam eſſe, plurimaque donaria quotidie offerri, Henrico Author fuit, ut omnes Angliæ Sanctorum Imagines celebriores, ad quas præcipua erat hominum frequentia, atque devotio, quaſque Deus velut diu piſcinam Bethſaidæ, quæ ab Angelo Dei commota, eum qui prior in illam diſcendiſſet, a quacumque infirmitate ſanabat, præcipuis quibuſdam miraculis populo ſuo commendaverat, una cum memoriis Martyrum auro, & argento refertis, e medio tollerentur, atque hoc artificio, dum ſe Idola abominari fingerent, manifeſtum ſacrilegium perpetrabant. [Et paulo poſt.] *Erant autem in univerſa Anglia tres Martyrum Anglorum præcipuæ, maximæque celebrationis, ac venerationis memoriæ; Prima Sancti Albani, qui primum* [*quod ſcitur*] *in illa Inſula ſub Diocletiano Imperatore anno Domini trecenteſimo ſanguinem pro Chriſtianæ fidei confeſſione effudit, adeo ut merito Anglorum Protomartyr appelletur. Secunda, erat Edmundi Regis, qui propter eandem fidem a Paganis extinctus fuit anno Chriſti octingenteſimo ſeptuageſimo primo. Tertia, D. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis fuit, qui pro juſtitia, & Eccleſiaſticæ libertatis defenſione plurima paſſus ſub Henrico Rege ſecundo, martyrii palmam aſſequutus eſt anno a partu Virginis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo. Horum trium Martyrum* [*præter cæteros*] *inſignia erant monumenta catholici populi, & piiſſimorum Principum liberalitate, tum inſtituta, tum aucta, & ornata, plurimiſque donariis pretioſiſſimis cumulata, quæ omnia Henricus invaſit, ac diripuit, ac indignitate polluit, ut vir quidam doctus, ac pius, qui ſacrilegio interfuerat, his verbis de eo queratur. O ſi in vitam rediiſſet hujus impii Tyranni pius parens Henricus VII.. qui tot, & tantis monumentis Eccleſiam Angliæ decoravit, vidiſſetque a filio, quem ille tanta cura educandum curaverat, ea omnia diruta, quæ non ſolum ipſe ejus Pater, verum etiam omnes ante eum Chriſtiani Angliæ Principes Deo dedicaſſent, maledixiſſet* [*ſcio*] *hora, in qua illum genuerat, & diei, quo in lucem prodiit, tam infauſtum, piiſſimæ Familiæ, monſtrum!*

XLV. Henricus Divum Thomam Cantuarienſem ſacrilege in judicium vocat.

Subdit author. Etſi Henricus adverſum omnes Sanctos bellum ſuſcepiſſet, tamen capitaliore odio Divum Thomam inſectatus, quod is, pro defenſa Eccleſiæ di-

Digitized by Google

dignitate, ac libertate martyrii palmam retuliſſet, ac tantis honoribus cultus eſſet, ut maximis opibus illius monumentum auro, argento, gemmiſque radiaret, impietate, iraque, & avaritia æſtuans, viginti ſex plauſtra Boum, ut Regius Quæſtor faſſus eſt, auro argento, & ſacra veſte, inde raptis, onerata avexit, ut ex aliis Templis, & Sacellis theſauros ingentes corraſiſſe credatur. Quod vero Gentilitium, & Turcicum furorem ſuperat, erecta impietatis, vel Atheiſmi ſcena, Sanctum innumeris a Deo miraculis illuſtratum in judicium vocavit, damnavitque. Quare impius Tyrannus juſta ſententia damnari meruit a Pontifice, qui ſervato judiciorum ordine, primum rem neſandiſſimam, atque inauditam in Cardinalium Senatu expoſuit, ut referunt Acta Conſiſtorialia.

Angl. 182. Acta Conſiſt. MS. Car. Spad. ſig. n.350. *Romæ die* xxv. *Octobris MDXXXVIII. fuit Conſiſtorium. S. D. N. ſignificavit novam ſævitiam, & impietatem Regis Angli, qui corpus Beati Thomæ Cantuarienſis comburi juſſerat, & cineres ſpargi, & dari vento, expilata Arca, & vaſis aureis, & lapidibus pretioſis, quorum magnus numerus in ea Arca inerat. Quapropter Sanctitas ſuo deputavit Reverendiſſimos DD. Cardinales Campegium, Ghinuccium, Contarenum, & Sancti Sixti, qui de his rebus, inter ſe conſultarent, & ſuæ Sanctitati referrent.* Re diligenter diſcuſſa, viſum eſt medio Decembri hanc decretoriam ſententiam in eum ferendam, in qua poſt recenſita impia illius geſta, judiciariumque ordinem ſervatum, hæc ſubduntur.

XLVI. *Paul. III. in Bull. conſt. 8.* *Dum ad dictarum literarum executionem deveniendum eſſe ſtatuiſſemus, cum nobis per nonnullos Principes, & alias inſignes perſonas perſuaderetur, ut ab executione hujuſmodi per aliquantum tempus ſuperſederemus, ſpe nobis data, quod interim ipſe Henricus Rex ad cor rediret, & reſipiſceret, Nos qui ut hominum natura fert, facile credebamus, quod deſiderabamus, dictam executionem ſuſpendimus: ſperantes, ut nobis ſpes data erat, ex ipſa ſuſpenſione correctionem, & reſipiſcentiam, non autem pertinaciam, & obſtinationem, ac majorem delirationem, ut rei effectus edocuit, perventuram. Cum itaque reſipiſcentia, & correctio hujuſmodi, non ſolum poſtea ſequuta non ſit, ſed ipſe Henricus Rex quotidie magis ſe in ſua feritate, ac temeritate confirmans, in nova etiam ſcelera proruperit, quippe, qui non contentus vivorum Prælatorum, & Sacerdotum crudeliſſima trucidatione, etiam in mortuos, & eos quidem, quos in Sanctorum numerum relatos univerſalis Eccleſia, pluribus ſæculis venerata eſt, feritatem exercere non expavit. Divi enim Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, cujus oſſa, quæ in dicto Regno Angliæ potiſſimum ob innumera ab Omnipotenti Deo illic perpetrata miracula in Civitate Cantuarienſi ſervabantur, poſtquam ipſum Divum Thomam, ad majorem Religionis contemptum, in judicium vocari, & tanquam contumacem damnari, ac proditorem declarari, fecerat exhumari, & comburi, ac cineres in ventum ſpargi juſſit, omnem plane cunctarum gentium crudelitatem ſuperans, cum ne in bello quidem hoſtes victores ſævire in mortuorum cadavera ſoliti ſint. Ad hæc omnia ex diverſorum Regum, etiam Anglorum, & aliorum Principum liberalitate donaria ipſi Arcæ appenſa, quæ multa, & maximi pretii erant, ſibi uſurpavit, nec putans ex hoc ſatis injuriæ Religioni intuliſſe, Monaſterium Divo illi Auguſtino, a quo Chriſtianam fidem Angli acceperunt, in dicta Civitate dicatum, omnibus theſauris, qui etiam multi, & magni erant, ſpoliavit, & ſicut ſe in belluam tranſmutavit, ita etiam belluas, quaſi ſocias ſuas, honorare voluit, feras videlicet in dicto Monaſterio [expulſis Monachis] intromittendo, genus quidem ſceleris non modo Chriſtifidelibus, ſed etiam Turcis inauditum, & abominandum.*

Paulus Henricum iterum damnat. *Cum itaque iſte morbus a nullo, quantumvis periti ſſimo Medico alia cura ſanari poſſit, quam putridi membri abſciſſione, nec valeret cura hujuſmodi abſque eo quod nos apud Deum hanc cauſam noſtram efficiamus, ulterius recordati, ad dictarum literarum, quas ad hoc, ut Henricus Rex, ejuſque complices, fautores, adhærentes, conſultores, & ſequaces, etiam ſuper exceſſibus, per eum noviſſime, ut præfertur, perpetratis, intra terminum eis, quoad alia per alias noſtras literas prædictas reſpective præfixas ſe excuſare, alias pœnas ipſis literis contentas incurrant, extendimus, & ampliamus publicationem, & deinde, Deo duce, ad executionem procedere omnino ſtatuimus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII.* xvi. *kalen. Januarii Pontificatus noſtri anno* iv.

Celebrata eſt hoc anno trina Cardinalium creatio, de prima hæc referunt Acta Conſiſtorialia. XLVII. *Acta Conſiſt. p. 345.*

XIII. Martii MDXXXVIII. fuit Conſiſtorium, in quo S. D. N. creavit in S. R. E. Cardinales Reverendiſſimum D. Archiepiſcopum Brunduſinum, & Nicolaum Cajetanum Prothonotarium Apoſtolicum. Eadem repetuntur a Blaſio Cæſenate Rituum Sacrorum Magiſtro. *Blaſius Caſen. to. 10.*

Ale-

Aleandri virtutes inſignes commendarat apud Paulum, Jacobus Sadoletus extremo ſuperiore anno his literis.

Hieronymus Aleander laudatur a Sadoleto.

Incredibile eſt Pater Sancte, quantum dolorem acceperim, quod ſummus, & doctiſſimus vir Hieronymus Aleander Brunduſinus Archiepiſcopus ab eo honore exciderit, ad quem ego vocatus ſum. [Et mox] *Multa enim collecta ſunt in eo homine magna, atque præſtantia, quæ in cæteris ſingenda vix inſunt, eaque omnia, maxime & huic tempori, & huic cauſæ neceſſaria. Linguarum ſumma cognitio, Conciliorum, rerumque, quæ ad eam rationem pertineant, omnique memoria, ſcientiaque admirabilis, uſus, & conſuetudo, cum exteris Nationibus, ac cum Germanica Natione præſertim, in qua diu, & acriter, addo etiam fœliciter, negotia Catholicæ fidei tractavit.*

Blaſius Caſenat in Diar.

Ob eximiam peritiam in rebus gerendis ex Nicienſi itinere illi demandatam Legationem in Hungaria, Bohemia, atque Germania vidimus.

Petrus Paulus Gualterius in Diar.

Promotus eſt ſecunda creatione XIX. Octobris Petrus Compoſtellanus Archiepiſcopus ad Cardinalitiam dignitatem, & Titulo Presbyterali inſignitus, atque id datum gratiæ, & precibus Margaretæ Auſtriacæ, cui regendæ præerat, ut docet Petrus Paulus Gualterius.

Demum XXII. Decembris auctus eſt Cardinalium Senatus ex variarum gentium Præſulibus præſtantiſſimis, quorum nomina ita recenſentur in Actis Conſiſtorialibus.

Alex. Card. Farneſ. in act. Conſiſt. ſig. n. 133. p. 360.

Romæ die XX. *Decembr. fuit Conſiſtorium Secretum S. D. N. abſolvit Reverendos Joannem de Toledo Ordinis Prædicatorum Epiſcopum Burgenſem, Petrum de Manriquez Epiſcopum Cordubenſem, ac Robertum de Lenoncourt Epiſcopum Catalaunenſem, necnon Davidem N. Scotum Epiſcopum Mirapicenſem a vinculo, quo illis Eccleſiis tenebantur, & eos aſſumpſit ad honorem Cardinalatus. Præterea Sanctitas ſua reſervavit in pectore Cardinalem Italum ad inſtantiam Chriſtianiſſimi Regis, & alterum ad inſtantiam Venetorum.* Quinam vero hi fuerint, deſcribunt Acta ſequentis anni XXIV. Martii anni ſequentis in Conſiſtorio. *Pronuntiavit Petrum Bembum Civem Venetum, & Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani, virum doctrina, & eloquentia noſtræ ætatis facile Principem in S. R. E. Cardinalem.* Alter fuit Hyppolitus Ferrarienſis, de quo in Actis Conſiſtorialibus ad XXVII. Octobr. anni ſequentis. *S. D. N. recepit ad pedes, manus, & oſculum Reverendiſſimum D. Hippolitum Cardinalem Ferrarienſem, deditque ei pileum rubeum in ſignum Cardinalatus cum ſolitis cæremoniis.*

Blaſius Caſenas in Diar.

Acta Conſiſt. pag. 363.

Acta Conſiſt. mſ. Car. Spad. ſig. n. 133. p. 356.

Hoc anno etiam Octavius Farneſius promotus fuit ad Præfecturam Urbis, ut Acta narrant Conſiſtorialia ſub nomine Alex. Card. Farneſii conſcripta, & ſic dicunt: *Penultima Octobris fuit Conſiſtorium ſecretum. S. D. N. deputavit, & conſtituit Præfectum Almæ Urbis Illuſtriſſimum D. Octavium Farneſium Fratrem meum germanum in quintodecimo, vel circa anno conſtitutum, cum diſpenſatione ſuper ætate, quod officium vacavit per obitum Franciſci Mariæ de Ruvere.*

Octavius Farneſius Urbis Præfectus creatur.

Non prætermittimus Paulum extremo hoc anno exciviſſe ad ſe Alphonſum Cardinalem Regiæ Luſitaniæ Principem, ut ejus conſilio in rebus arduis uteretur.

Cardinali Portugalliæ, &c.

Paul. III. lib. brev. n. 4. pag. 625.

Omnino, fili noſter, moleſtiſſima eſt nobis hæc cunctatio tua, dedecetque te, & florentem annis, corpore validum, non eſſe hoc tempore nobiſcum, nec fuiſſe nuper Niciæ in illo congreſſu Summorum Principum, cum tot ſenes, & valetudinarii S. R. E. Cardinales, nos, & ipſos annis graves eo ſequuti eſſent, nullique labori, aut periculo ſuo pepercissent, tuæ vero præſentiæ neceſſitas etſi tunc magna, tunc non minor eſt: expeditio contra Turcas urgenda, extirpandæ hæreſes, reformandi mores, Concilium univerſale celebrandum, multaque ad illius præparationem neceſſaria, ac ſalutaria præmittenda, quæ nobis ex conſilio Fratrum noſtrorum agenda ſunt, ab his autem tantis, & tam arduis conſultationibus, te abeſſe, qui tanta authoritate, & gratia ex tuo genere, tantaque virtute ex tua natura præditus es, indecorum tibi, & nobis, fili, eſt, tibi etiam prope impium, nobis te toties vocantibus non obtemperare, cum, & Cardinalatus, & aliarum tantarum dignitatum ratione nobis omnino obedire tenearis, &c. Datum Romæ XXI. Decembr. MDXXXVIII. anno v.

Extremo anni Florentiæ funeſtiſſimus caſus obtigit, quo docentur Chriſtiani, quanto periculo nimia Librorum Gentilium lectio uſurpetur a nonnullis, qui contemptis Chriſti, Sanctorumque exemplis, Ethnicorum exempla ſibi imitanda proponunt, ac inanis eloquentiæ gentilitiæ philtro ineſcati, improvide latentia venena ſorbent, hæc enim Petrus Paulus Gualterius narrat in Diario. *Die* XX. *Decembris nuntiatum eſt Romæ Philippum Strozzium [is a Coſmo Duce ca-*

ptus tenebatur] *ſeipſum jugulaſſe, & reliqueque ſcriptum, ſe ſciviſſe mori, ubi vivere neſciviſſet, & paulo ante mortem legiſſe vitam Catonis ex Plutarcho* [1].

An-

NOTÆ [1] DE obitu Philippi Strotii fama eſt varia; quamquam enim ſtatim ab ejus nece per ora hominum deferebatur miſeram illum civem carcere detentum & accuſatum, quod proditionis in Alexandrum Medicem conſcius fuiſſet, ſibi mortem conſciviſſe; dein tamen affirmatum eſt a multis, vulneribus confectum illum fuiſſe juſſu ſive Marchionis Valli, ſive Præfecti arcis, qui fidem oppigneraverat ſuam, numquam ſe permiſſurum ut in poteſtatem Coſmi Medicei traderetur; quam fidem cum liberare ſe non poſſe intelligeret, ſi Philippus vitam prorogaret, ideo neci tradendum cenſuerit. Poſteriorem hanc famam certiorem fuiſſe affirmat Segnius hiſt. lib. IX. pag. 245. Impiam vero illam ſententiam, quam Philippo fama adſcripſerat, hanc illi affinxiſſe Petrum Franciſcum Pratenſem Coſmi Ducis, dum in ephebis eſſet, pedagogum idem Segnius tamquam vulgari fama notum ſcribit. MANSI

I. *Sequentes narrationes ex literis Cardin. Alex. Farneſ. excerptæ ſunt, & ex aliis ſcriptis apud Palavic. to. 1. l. 4. c. 9. 10.* Lutheranorum audacia, & timor ab illis.

ANnum a partu Virginis trigeſimum nonum ſupra milleſimum quingenteſimum, indictione duodecima, lacrymis veri doloris repletum videbimus propter auctam in Germania, maximo cum detrimento Catholicæ Religionis, hæreticam luem, ex Lutheranorum Principum ſuperba audacia, cum ſicut ipſis placebat, moderari omnia vellent. Quinimmo timor non modicus invaſit, ne in apertum bellum contra Cæſarem, Catholicoſque omnes prorumperent, & timendi occaſio ex fœdere Catholico proceſſit. Opera namque indeſeſſi Matthæi Helt Religionis Catholicæ zelantiſſimi Propugnatoris fœdus initum fuerat inter Cæſarem, Regem Ferdinandum ejus fratrem, duos Duces Bavariæ, Georgium Ducem Saxoniæ, alioſque Catholicos Germaniæ Proceres, ut ſeditioſæ Smalcaldicæ Lutheranorum conjunctioni ſe opponerent, cui fœderi Pontifex ſe etiam adjunxit, ut ſubjectæ literæ ad Duces Bavariæ, qui eundem Pontificem de Lutheranorum maligna mente certiorem fecerant, oſtendunt.

Surius in comm.

Dilectis filiis Nobilibus viris Wilelmo, & Ludovico Bavariæ Ducibus.

Paul. III. lib. brev. anno 5. pag. 169.

Paulus fœderi catholico ſe adiungit.

Dilecti filii ſalutem. Eximia, & ſingularis Nobilitatum Veſtrarum pietas, omni commendatione, & laude, apud nos, & omnes digna eſt, quod illa, pro tuenda Fide Catholica nulli, neque labori, neque impenſæ parcendum umquam duxerint, ſicut & ſæpe alias, & nunc maxime ſecerunt, cum ad nos dilectum filium Georgium Stokamer, familiarem ſuum, virum prudentem miſerunt, ac de Lutheranorum motibus exoriri, iſtic incipientibus, nos edocuerunt; quæ veſtra vigilantia [merito] nobis fuit ſumme accepta, & grata, hæc eſt enim cura omnium, maxime noſtro pectori inſita, noſque tam premit, quam debet, itaut quamvis bello Turcico toti intenti, atque occupati ſimus, graviſſimiſque impenſis prope obruamur, non tamen ſimus iſtam quoque partem, quantum uſque præſtare poterimus, unquam negaturi: ſed omnes rationes, & neceſſitates noſtras ſuperaturi: quamobrem, & hæc ſtatim Cæſareæ Majeſtati ſignificavimus, ſumuſque eam ad hoc nobiſcum ſuſcipiendum, adhortati, & iſtuc ad dilectum filium Cardinalem Brunduſinum Legatum noſtrum ſcripſimus, ut ſuper his cum Sereniſſimo Rege Romanorum, & Nobilitatibus Veſtris agat quam diligentiſſime, ut in commune conſuli, & opportune provideri poſſit. Nos quidem, vel noſtra ſponte, atque officio adducti, vel veſtra probitate, ac ſtudio incitati, omnino decrevimus, quantum quidem nobis licuerit, huic rei non deeſſe, omneſque in eo difficultates noſtras pervincere, ſicut hæc etiam plenius ex literis dicti Georgii, quocum ſumus diffuſius collocuti, Nobilitates Veſtræ intelligent. Dat. Romæ XIX. Januarii MDXXXIX. anno V.

II. De concordia cum Lutheranis agitur.

Dum igitur de hoc firmando fœdere agebatur, aliquæ literæ Ducis Henrici de Brunſvich Catholici fœderis Principis, in manibus Lantgravii Haſſiæ, qui ex præcipuis Smalcaldicæ confœderationis unus erat, pervenerunt, quas cum legiſſet, ſuſpicari cæpit, ne armorum impetus adverſus Lutheranos verteretur. Qua de re irritatus, & a communi Proteſtantium diſcrimine, & ab illata ſibi contumelia, qua epiſtolæ illæ eum pene dementem declarabant, omni ſtudio elaboravit, ut ſocii conventus Smalcaldici, ad agendum de tanto periculo Francfordiam convenirent. Hoc interim ſpatio Pontifex, Imperator, cæterique Catholici Principes, recte conſiderantes, plenam difficultatibus, periculiſque rem eſſe Lutheranorum depreſſionem armis pertentare, eo quod Proteſtantes adeo aucti eſſent, qui ni ſuperarent, pares ſaltem Catholicis numero eſſent; idcirco de concordia agendum cum Proteſtantibus ſatius eſſe decreverunt. Præſertim, quod jam Pontifex Marchionis Brandeburgenſis rogatu, ut anno ſuperiori diximus, Cardinalem Aleandrum ſuum a Latere Legatum, in Germaniam miſerat, ut de concordia inter Catholicos, & Lutheranos ageret; & inſuper quia multi Lutherani Concionatores, maximeque duo quaſi aliorum Coryphei Philippus Melancthon ſcilicet & Martinus Bucerus concordiam cum Catholicis optare videbantur. Sed Jo. Cochlæus, cui verſutia iſtorum verſipellium bene cognita erat, fraudem, ut magis incautos deciperent, & non pacem tale iſtorum deſiderium judicabat, de qua re ita Gaſparo Contareno Cardinali ſcripſit.

Reverendiſſimo Domino, Illuſtriſſ. Principi Contareno S. R. E. Cardinali Tit. Sanctæ Mariæ in Aquirio Domino ſuo colendiſſimo.

Jo. Cocl. in mſ. Arch. Vat. ſign. n. 3224. in fine.

Reverendiſſime Domine, clariſſime, ac nobiliſſime Princeps. Philippus Melancthon ſimulat quidem in pleriſque ſcriptis ſuis deſiderium pacis, & concordiæ, ubi autem ſerio de pace cum ipſo agitur, nihil eſt eo in-

intractabilius, nihil vafrius, nihil protervius. (Et paulo poſt.) *Dolet mihi, ſpargi nunc famam, quod Papa miſerit ad eum, neſcio quem Italum, qui ei promittat quingentos quotannis ducatos, ut in Italiam ſe recipiat, immo ex Urbe ſcriptum eſſe audio, ſi non ſit ſatis promittere quingentos, ut promittant mille.* (Et infra.) *Nollem ab eo illudi falſis blanditiis Papam, & Cardinales. Scio enim neminem hoſtilius contra eos viginti jam annis egiſſe, neque adhuc video ullum benevolentiæ erga vos ſignum, nec credo, eum ullis pollicitationibus a Vittemberga, aut a falſa doctrina diſtractum iri, & ſi vellet ipſe, non permitteret ipſi Princeps Elector Saxonius, in cuius terra degit, eum, & fide data obſtrinxit eum, ne diſcedat. Sed nec Bucero ullam puto habendam eſſe fidem, quamvis blande ſcribat, aut pacem offerat, Apoſtata enim eſt, nunc Zuinglii, nunc Lutheri partium, qui modo Auguſtæ, modo Argentorati, modo in aliis Imperii magnis Civitatibus plebes adverſum Papam, & contra Clerum in odium concitat; ſemper vagus, verſipellis, & malignus, qui nuper a Lantgravio Haſſiæ Lipſiam miſſus eſt, in tractatu multa contra ſectæ dogmata largitus eſt, quæ poſtea ſcripto comprehendit, noſtriſque tradidit, paulo tamen poſt aliud tranſmiſit ſcriptum, quo nihil ſævius, aut malignius hactenus in omnem Clerum unquam prodiit. Non eſt igitur credendum fraudulentis hujuſmodi hominum blanditiis, & ſimulationibus. Miſnæ X. Kalend. Martii MDXXXIX. Devotus Sacellanus Jo. Cochlaus.*

Simulati & verſipelles Lutherani Theologi fingunt pacem optare.

Attamen ſperantes maximum ex concordia bonum oriturum, cum Francfordiæ Proteſtantes conveniſſent, illuc ſuos Legatos, ut cum Proteſtantibus de concordia agerent, miſerunt Imperator Jo. Veſſalium Archiepiſcopum Lundunenſem, Ferdinandus vero cum ſumma poteſtate Electores Palatinum, & Brandeburgenſem, qui omnes ad conventum, cum ſequenti Inſtructione acceſſerunt.

Proteſtantes Francfordiæ conveniunt, & ibi de concordia agitur.

Summarium Inſtructionis Regis Romanorum data Oratoribus ſuis deſtinatis ad Dietam Lutheranorum Francfordienſ. una cum Archiepiſcopo Lundonenſi Oratore Cæſareo.

III. *Oratores miſſi ad Dietam Francfordienſ. die 5. Februarii 1539. Viennæ, fuerunt tres, Archiepiſcopus Lundunenſ. pro Cæſarea majeſtate, & Melchior a Lambeg, & Doctor Jacobus Francfurter pro Majeſtate Regis Romanorum habuerunt in mandatis, ut cum primum Francfordiam veniſſent, redderent Illuſtriſſimis DD. Ludovico Palatino Rheni, ac Joachimo Marchioni Brandeburgenſi Electoribus Principibus literas credentiales Suæ Majeſtatis.*

MS. Car. Spad. to. 15. p. 398.

Deinde narrent, Legationem eorum ideo a ſuis Regibus decretam, quod ſuperioribus Menſibus ipſe Elector Brandeburgenſis, dum Rex Romanorum Budiſſinæ Luſatiæ eſſet, reddiderit Majeſtatem ſuam per literas certiorem ſe valde cupere cauſam litigioſæ Religionis, inter Cæſaream Majeſtatem, & Proteſtantes [ſic enim Lutheranos appellant] concordatam eſſe. Majeſtatem Suam, tum in ſe recepiſſe dare operam apud Cæſarem Fratrem, ut id tanquam Religioni Chriſtianæ utiliſſimum, executioni mandaretur. Itaque præſtitiſſe, quod promiſerat, eos vero Palatinum, & Brandeburgenſem fuiſſe ſubditis, ut ſciunt mediatores.

His tanquam per prooemium dictis, narrarent a principio, quod anno 1532. tranſactum fuiſſet Norimbergæ inter Cæſaream majeſtatem & Lutheranos, ne ſcilicet aliquid innovaretur in cauſa fidei, uſque ad futurum concilium, quæ Induciæ etiam Ratisbonæ, ac demum Cadani confirmatæ, & renovatæ fuerunt, quamobrem expoſtularent, eas Inducias non fuiſſe a Lutheranis obſervatas, ſed contra multis modis violatas, nam cerimoniæ veteres abrogatæ, Clerus bonis ſuis ſpoliatus, & multa alia ab ipſis Lutheranis, contra fas, & jus commiſſa fuerunt.

Cumque ipſi Lutherani in judicium Cameræ Imperialis ab ipſis ſpoliatis vocarentur, & condemnarentur ad reſtitutionem bonorum occupatorum, ſemper contumaces fuiſſe, cauſantes hujuſmodi ſpolia pertinere ad cauſam fidei, de qua cognitio in Norimbergenſi Dieta rejecta eſſet ad futurum concilium quam quidem rem, quoniam jure tueri non poſſent, deſciviſſe a Camera Imperiali, & libellos etiam in eam edidiſſe, non ſine læſione Cæſareæ Majeſtatis, & Regiæ. Quod etſi merito Majeſtatem Suam impellere potuiſſet ad expoſcendas pœnas pro tali injuria, tamen ea cauſa toleraſſe, quo ſemper ab omni motu, & ſeditione in Imperio Majeſtas Sua aliena fuiſſet: ſed vereri tandem, niſi deinceps dicto audientes fuerint, irreſuperabiles exitus Lutheranis ipſis imminere. Ad hæc adduceretur metus Turcarum, qui jam ſibi viam aperuerunt, ad invadendam Germaniam, proinde niſi mature rebus Germaniæ conſulatur, omnia in maximo periculo eſſe, quaſi neceſſarium foret, tollere diſcordias, quæ defenſionem Germaniæ impediunt: cui rei Majeſtatem Cæſaream egregium principium dediſſe in faciendo ligam, & confœderationem contra Turcas.

Ad concordiam autem faciendam nulla

via

via brevior videtur, quam ſi exceſſus commiſſi reciderentur, & abuſus tollerentur; præterea debent orare prædictos Palatinum, & Brandeburgenſem, ut quoad poſſint, Lutheranos a malo propoſito ſuo demoveant, ac repellant, vel ſi id non poſſit impetrari, efficiant ſaltem, ne eorum veneno alios infectent, immo volentes ad ſe accedere, excludantur, ex debito obligationis Norimbergenſis, quam concordiam ad ſanum intellectum reducere debent: id ſi fiat, ſe non deſperare, quin poſtea in Articulis Religionis facilior concordia ſequatur, ubi iſta opportune præcederent.

IV. *Quod ſi Proteſtantes contenderent permanere in ſua excuſatione, & afferant, nihil contra concordata tentaſſe, ſed omnia obſervaſſe, tunc Oratores prædicti, debent ad confutandam hanc exceptionem, producere declarationem ad inſtantiam ipſorummet Proteſtantium emanatam, ut appareat executionem eorum nullo fundamento niti, & in ſumma id obſervandum eſſe, quod in hoc negotio omnia in eo dirigantur, & nova hæc concordia, nihil novi afferat, ſed per eam priora concordata corroborentur, illæſaque maneant.*

Si itaque ſperent negotium hoc modo componi poſſe, debent ante concluſionem Dietæ petere auxilium contra Turcas, demonſtrando, ob expugnatam, nuper Moldaviam, quanto in periculo res Germaniæ verſentur: nam manifeſtum eſſe ex fide dignorum relationibus, Turcam id animi habere, ut primo Vere in Hungariam, vel in alias Provincias finitimas impetum faciat, & hac de cauſa ſe nunc Audrinopoli continere, & magnum annonæ apparatum facere.

Quare nullum tempus dandum eſſe, ne propter anguſtiam temporis Comitia Imperialia indicenda, cum iſta temporis conſumatio deſtructionem Germaniæ pariat, ſed potius ſtatim ſubſidium pro petitione uniuſcujuſque, quemadmodum in Comitiis Ratiſbonæ concluſum fuit, cum effectu parandum.

Præterea oſtendant Comitia Imperialia ſi cogerentur, damnoſa fore, ante initam concordiam litigioſæ Religionis.

Si vero Lutherani noluerint prædictam concordiam inire, ſed petierint, negotium ſopiri ſecundum articulos ab Electore Brandeburgenſi tranſmiſſos, tunc Oratores replicent, tales, vel ſimiles articulos, neque a Cæſarea, neque a Regia Majeſtatibus acceptandos, ſeu approbandos eſſe, nam in eis conſentiendo, viderentur facere contra decreta orthodoxæ Eccleſiæ, quod facere nolunt, quapropter debent adhortari ipſos Electores, ut ita dirigant Lutheranos, ut a tam enormibus articulis abſtineant, & juſtis mediis, & Chriſtianis articulis contenti maneant.

Si vero poſt omnem adhibitam diligentiam ſtatus rerum ad priorem concordiam non poſſit reduci, quod tamen ſua Majeſtas non poteſt credere, tunc Oratores curabunt, ſaltem in hanc formam concordiam ipſam redigere, ſcilicet; Quod omnes Juris proceſſus Religionem concernentes, qui in judicio Cameræ Imperialis pendent, ad unum annum proxime futurum ſuſpendantur, ita tamen, quod e converſo ipſi Proteſtantes, etiam in omnibus cauſis, nullis exceptis, pacifice ſuperſedeant.

Quod Eccleſiaſtici amplius bonis ſuis, non ſpolientur.

Quod cæremoniæ Eccleſiæ, perinde, atque nunc ſunt, inviolatæ ſerventur.

Quod Lutherani neminem ad ligam eorum provocent.

Quod ſi quis ultro, immo eorum ſocietatem ambiret, non recipiatur, ſed omnia in eo ſtatu, quo nunc ſunt, perſeverent.

Quod ſi hujus anni tempus brevius videatur, proponatur annus cum dimidio, ac demum concedantur anni duo integri, dummodo interim neceſſarium auxilium contra Turcas non ſuſpendatur ad futura Imperialia Comitia, ſed illud nunc paretur, & deducatur.

Poſtremo Oratores caveant, a minimo ipſa hujus Inſtructionis recedere, nec in aliquod conſentire, quod Cæſarea, & Regia Majeſtas non poſſint coram Deo, & hominibus defendere.

Quod ſi hujuſmodi concordia uniri non poſſit, Oratores debeant tantiſper prorogare, donec Cæſarea Majeſtas de his omnibus certior reddatur, & ab eo reſponſum habeant; ita tamen, quod interim nihil innovetur, ſed præſens pacis ſtatus illæſus maneat. Hucuſque Inſtructio.

De concordia in conventu actum fuit, & tandem ex multis tractatibus, ſequens valde pernicioſum decretum Religioni Catholicæ prodiit in lucem. V.

Dei gratia Nos Ludovicus Palatinus apud Rhenum, Dux Bavariæ; & nos Dei gratia Joachimus Marchio Brandeburgenſis, Pomeraniæ, Caſſuborum, Vandalorum, in Sileſia Croſnæ Dux, Burggravius Norimbergenſis, Princeps in Rugen, Sac. Romani Imperii Archidapifer, & Archicamerarius, ambo Electores. *Ext. in mſ. Franciſci Cardin. Barb. tom. 2678. p. 20.*

Fatemur, & præſentibus notum palam facimus, quoniam ex Norimbergenſibus Induciis anno MDXXXII. inſtitutis, & erectis, diſſenſio quædam accidit, & Sacratiſſimus, Invictiſſimuſque Princeps, & Dom. Dom. Carolus Romanorum Imperator, Receſſus Francofordienſis conventus pernicioſus Catholicis.

tor, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniæ, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ Comes, in Habaſpurg, Flaudriæ, & Tyrolis, Dominus noſter clementiſſimus ex ſpeciali Imperiali miti animo, & bonitate, ad amicam, ſubditamque interceſſionem Romanorum Regiæ Majeſtatis Domini noſtri gratioſi, & noſtrum jam nominatorum Electorum, tanquam mediatorem, atque ex ſingulari propenſione, graviſſimorum ſollicitudinis, & curarum plenorum temporum, & extremæ neceſſitatis, ac periculorum Sacro Imperio Germanicæ Nationis, univerſæque Chriſtianitati imminentium, ut tandem noxia Religionis Chriſtianæ controverſia, & diſcordia in univerſum tollatur, & in Chriſtianam concordiam, & unitatem componatur, periculoſaque inter Sacri Imperii Ordines diffidentia, & diſſimulatio exterminetur, amor, pax, quies, unitaſque plantetur, crudeliſſimo Chriſtiani nominis hoſti Turcæ, eo perſeverantius, fortius, magiſque ſerio reſiſtatur, atque ita, vel ſemel utraque, & conſcientia, & infelix Chriſtianus ſanguis, in quem Tyrannicus ille hoſtis longo tempore, ſine ulla utili, & frugifera reſiſtentia immaniſſime ſævit, liberentur, ſerventur, & protegantur. Et præcipue, ut ad Chriſtianum, amicumque de Religionis negotiis colloquium, eo commodius perveniri poſſit, conſenſit, & admiſit, ut hæc Dieta in hunc locum indiceretur, & per nos ad decentia, & tolerabilia media, ac via tractaretur. Inſuper propter eandem cauſam Reverendum D. Jo. Electum Archiepiſcopum Lundenſem, Poſtulatum Conſtantienſem, Epiſcopum, Rocchildenſem Cæſareæ Suæ Majeſtatis ad Germaniam Oratorem generalem, cum plenaria poteſtate miſit, & Romanorum Regia Majeſtas ſubſcriptos Regiæ ſuæ Majeſtatis ordinatos, & conſtitutos, & Commiſſarios quoque deſtinavit, adeo quod nos per diligentem noſtram, & ſeriam tractationem negotium deciderimus, concluſerimus, & in receſſu redegerimus, eo quod ſequitur modo.

VI. *Principio Romanorum Imperator, ut ejuſmodi inter ordines diffidentia e medio tolli, & extingui, & ut ad præfatum Chriſtianiſſimum colloquium eo commodius perveniri poſſit, tum etiam ex Imperiali clementia, & benignitate, eis, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, ejuſdem Religionis, nunc confœderati pacem, & inducias ad menſes quindecim a data præſentium incipienda prima Maii proxime futura, vult concedere, & per literas aſſicurare, ita quod præfatos Auguſtenſis confeſſionis, ejuſdemque Religionis confœderatos harum tempore induciarum, nemo propter Religionem armis invadere, violenter opprimere, debellare, aut aliqua qualicumque inſidioſa practica contra eos uti audeat.* [Et infra :] *Item, omnes contra Proteſtantes in his jam dictis cauſis incepti Proceſſus per Imperialem Majeſtatem ex ſpeciali gratia, & propter bonum pacis, & Imperialis Cameræ, & aliis judiciis, pari ratione contra Mindenſes Bannum Imperiale, & præſentium, & Norimbergenſium induciarum tempore, cum effectu ſuſpendi, & in cauſis conſimilibus contra eos procedi minime debet. Etſi præterea aliquis, qui Auguſtenſis ſit confeſſionis, & ejuſdem Religionis, nunc confœderatus præſentium, atque etiam Norimbergenſium induciarum tempore ob præfatas cauſas judicialibus Proceſſibus ulterius peteretur, & gravaretur, proceſſus tales, clauſula decreti irritantis in Norimbergenſis Imperialis pacis aſſicuratione incorporatæ, tenore nunc, ut tunc, & tunc, ut nunc caſſati, & annullati ſint, & per Cæſaream Majeſtatem ad partium gravatarum petitionem ſpecialiter caſſentur, & annihilentur.*

Præterea contra eos, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, ejuſdemque Religionis nunc confœderati conjunctione diviſim præfatarum induciarum, & pacis Norimbergenſis, ut ſupradictum eſt, tempore, exceptio inhabilitatis ratione religionis eorum, & fidei, quod in judicio ſubſiſtere, aut jure agere, aut reſpondere non poſſint, in jure contra eos non practicetur, nec admittatur, ſed eis ſine hujuſmodi exceptionis reſpectu jura adminiſtrentur, & admittantur.

Contra ſæpedicti, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, ejuſdemque Religionis ſunt confœderati, harum tempore induciarum, propter Religionem, neminem, cujuſcumque ſtatus, aut conditionis fuerit, armis invadere, vi opprimere, debellare, aut qualicumque doloſa practica circumvenire audeant, neque etiam harum Induciarum, & quindecim menſium tempore, quemquam a novo in ſuam confœderationem pelliciant, invitent, aut recipiant, ita tamen, quod etiam harum Induciarum tempore, propter Auguſtenſem confeſſionem, & ejuſdem Religionem, nemo oppugnetur, aut gravetur, & ipſa Cæſarea Majeſtas ex ſpeciali gratia, & propter bonum pacis, apud partem alteram cavere vult, ut quoque harum Induciarum tempore nemo in eorum confœderationem recipiatur.

VII. *Præfati, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, & ejuſdem nunc Religionis confœderati, tempore Induciarum quindecim menſium, Eccleſiaſticos ubicumque habitaverint,*

Digitized by Google

rint, ſive in Provinciis ſuis, ſive extra, redditibus, cenſibus, immobilibus bonis, quæ hactenus poſſederunt, & adhuc poſſident, minime ſpoliare, & privare præſumatur.

Tertio, cum ſperandum non ſit, ut conſtans, & firma pau, conſcientiarum quies, charitas, amicitia, & recta, veraque in Imperio confidentia conſequi poſſit, niſi in Religione, tanquam cauſa principali, bona Chriſtiana, conſtans concordia fiat, præfatus Imperatoris Orator conſenſit, ut Romanorum Cæſarea Majeſtas Dietam fore prima Auguſti proxime ventura, Norimbergæ celebrandam indicat; ibi Ordines Romanæ Eccleſiæ adhærentes, & Status Auguſtenſis confeſſionis, cum ejuſdem Religionis, nunc confœderatis, utrinque per ſeipſos, aut ſi magis placet, per ſuos Oratores comparere debent. Sic tamen, ut miſſi ab utraque parte, boni, tractabiles, docti, ſapientes, Deum timentes, pacis, & honeſtatis amatores ſint Viri, non cerebroſi, non contentioſi, non duri, & cervicoſi, atque etiam, a quibus mittitur Ordinibus, ſua ſecum afferant teſtimonia. Hi ſtatus, aut eorum Oratores de numero perſonarum doctorum Theologorum, & gravium, ſapientiumque laicorum, pro jam dicta conditione, de duplici concordabunt ordine, ſine exceptione, videlicet majori, & minori, quos fidei cauſa, primum quidem per majorem electorum Virorum ordinem, poſt per minorem proponatur, de ea Chriſtiane, pacifice, & benigne ultro citroque conferatur, & ad Chriſtianam concordiam elaboretur, & poſt id, de quo tractatum, & definitum eſt, omnibus Statibus, & Ordinibus comparentibus indicetur.

Et quamvis nos prædicti Principes Electores, tanquam mediatores ad cauſæ utilitatem, ex noſtris perſonis, & in Imperatoris eſſet arbitrio, ad Pontificiæ Sanctitatis ſignificandum, ſi forte eandem Dietam ſua Sanctitas per ſuos Nuntios inviſere velit, tamen hi, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, & ejuſdem Religionis confœderati, eu cauſa, quod Papam pro Chriſtianæ Religionis Capite non teneant, neque agnoſcant, & proinde proteſtationi eorum prius factæ adverſetur, conſentire noluerunt, ut in hanc concordiam vocaretur, putant etiam ſupervacaneum eſſe, ipſum ſuos Oratores, in prædicta Congregatione, & colloquio, ut præfertur, habere. [Nonnullis aliis interjectis ſubditur.] Extra has Inducias omnes Anabaptiſtæ, & aliæ impiæ, non Chriſtianæ ſectæ, & ſanctiones, quæ Auguſtenſis confeſſionis, & confœderatorum doctrinæ conſentanea non docent, neque ſub Romana fuerint Eccleſia, excludantur. Hæc namque a noſtra parte non tolerantur.

Auguſtenſis confeſſionis Ordines, ejuſdemque Religionis confœderati ad auxilium contra Turcam pertinentes debent, & volunt una cum aliis Ordinibus in ea re ſe parare, & firmare. Porro ſeu Electores, & alii Principes præcipui, & Ordines Imperii Romani, Cæſareæque Majeſtatis nomine conſeribantur, & inducantur, ut Oratores ſuos, & Conſiliarios, cum plenaria poteſtate proxima Dominica Exaudi *Wormatiam ordinent, quo qui ſunt Auguſtenſis confeſſionis, & ejuſdem Religionis confœderati, ſuos Oratores quoque mittent, exhibituros contra Turcas auxilium, ut de eo quemadmodum, & antea in Dieta Ratisbonenſi propoſitum eſt, & promiſſum, ulterius ad id præſtandum, & perficiendum conſultari, & concludi poſſit, & quicquid per Electores Principes, & Generales Imperii Ordines, per potiorem, ſive majorem partem in hac re bonum, ac neceſſarium viſum, & concluſum fuerit, id ab eis, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, ejuſdemque Religionis confœderati, una cum aliis Imperii Ordinibus amplectatur, & obſervatur.* (Et nonnullis interjectis, additur.) VIII.

Proinde nos mediatores Cæſareæ Majeſtatis Oratori conſuluimus, ipſumque eo induximus, ut propter pacem, & auxilium contra Turcas, per id non impediretur, conſenſerit, quod hic Receſſus ad Imperatorem mittatur, ut poſſit ſuper eo ſua Majeſtas deliberare, & quod clementiſſimæ ſuæ voluntati, ac animo placuerit, concludere. [Poſt nonnulla alia in calce decreti, hæc adjecta ſunt] Atque in veritatis robur, nos Romanorum Cæſareæ, & Regiæ Majeſtatum, Orator, & Commiſſarius, & nos ambo Electores, nempe Palatinus, & Brandeburgenſis mediatores, & nos Jo: Federicus Dux Saxoniæ, quod his Regiæ Majeſtatis Romanorum Regis titulo non conſenſerimus, ſed circa Cadanenſem, & Viennenſem concordiam permanere volumus. Et nos Philippus Lantgravius Haſſiæ comes in Catzenellenbogen, & poſtea nos Conſul, & Magiſtratus civitatis Francfordiæ ſigilla noſtra his appendi fecimus. Datum, & actum Francfordiæ ad Mœnum. Sabbato XIX. *Aprilis a Nativitate Chriſti Domini noſtri MDXXXIX.*

Hujuſmodi concordia, ſic firmata, Catholicis omnibus, non modo propter Religionis detrimentum, verum etiam propter politica Imperatoris, & Regis Romanorum damna, maximopere diſplicuit. Archiepiſcopus vero Lundenſis propriæ conſcientiæ, pro præſtito conſenſu, ſtimulis agitatus, ut ſuam cauſam defenderet,

Litera Aleandri apud Palavic. to.1. l 4. c.8. n.11.

Agit de reſcindendo decreto concordiæ conventus Francofordienſis.

deret, ſtatim Pontifici literas dedit, & veloci curſu Hiſpaniam ad Imperatorem petiit, ſperans, ſe poſſe iis ſuadere, hujuſmodi concordiam neceſſatiam fuiſſe, & utilem etiam ſummopere futuram. Sed Cardinalis Aleander Legatus Pontificis, quem præ cæteris hoc concordiæ decretum offenderat, & Ferdinando voce, & Pontifici opera ſui a ſecretis familiaris Romam ad hoc miſſi, perſuaſit, omne adhibendum eſſe ſtudium, ut Imperatori tale decretum non eſſe ab eo approbandum, demonſtrarent. Qua de re, cum Joannem Riccium Montepolitianum in Hiſpaniam Paulus decreviſſet tranſmittere, ut ab Imperatore extrahendi ex Sicilia frumenti, quo caritatis tempore ſuis populis ſubveniret, facultatem obtineret: dedit etiam illi in mandatis, agendi cum Cæſare, de hac iniqua concordia reſcindenda, eique ſequentem tradidit inſtructionem.

IX. *MS. Franciſci Card. Barberini m. n. 267.*

Cum eo neſario decreto Francofordienſi niterentur Lutherani Germanos omnino ab obſequio Sedis Apoſtolicæ divellere, Pontifex, Internuntii opera, Cæſarem monuit, ut illud decretum Cæſarea authoritate reſcinderet: conceptum enim id fuiſſe contra mentem Cæſaris, ac contra mandata Oratori data, nec confirmari poſſe, niſi Cæſar a fide, & obſequio Sedis Apoſtolicæ, cujus ſe primogenitum appellat, deficere videretur; nec ſine etiam maximo damno Cameræ Imperialis judicia diſſolvi: male obſtringi Cæſarem, ne quindecim menſium fluxu jus ſuum in Gueldriam contra Ducem Juliacenſem perſequi poſſet. Saxoniæ Electorem aperte Regis Romanorum creationem oppugnare, nec Religionis tantum cauſa, ſed aliis de cauſis Cæſareæ prudentiæ non incognitis permoveri: non enim Cæſarem latere, ut Fratri Regi, Viennæ illuſerit, cum poſt promiſſum pro illius creatione conſenſum, acceptis juribus beneficiariis a Rege, re infecta diſceſſerit. Verti etiam maximo damno rei Catholicæ, quod nullus Catholico fœderi accedere poſſit, ſequeſtræ illius pacis flexu, cum multi acceſſuri illi forent, ex quorum conjunctione Lutheranorum vires debilitandæ erant. Principes omnes Catholicos decretum illud Francfordienſe damnare, nec a Cæſare confirmandum opinari, ita ut a magno Principe Germano hæc concepta verba ſcripta ſint. *Nihil umquam nebuloſius eſſe actum, quam quod actum eſt per Lundenſem, & Regios Commiſſarios in illa Dieta.*

Quam pernicioſum fuerit Religioni Catholicæ decretum Francfordienſe.

X. Queſtus porro eſt graviſſime apud Cæſarem de Lundenſi Archiepiſcopo ob Sacramenti, quo ſe obſtrinxerat Pontifici, Religionem violatam; acceptorumque a Sede Apoſtolica beneficiorum immemorem extitiſſe, necnon contra Cæſarea mandata iniquis Lutheranorum poſtulatis, cum maximo Sedis Apoſtolicæ dignitatis damno, nec minore Cæſareæ Majeſtatis injuria aſſenſiſſe: certiſſime conſtare venalem Lundenſis animum a Lutheranis corruptum fuiſſe, ab Auguſtenſibus duo millia aureorum ſupra quingentos accepiſſe, promiſſaque illi annua quatuor millia aureorum a Rege Daniæ Lutherano ex vectigalibus Lundenſis Archiepiſcopatus: illum in rebus Hungaricis perfide ſe geſſiſſe, ac nefaria meditatum, callere fraudibus, & dolis, ſeque in Hiſpaniam non vocatum contuliſſe, ut mendaciis Cæſaream Majeſtatem ſubornaret: egregie enim in caput ſuum mentitum, cum finxit adactum neceſſitate, ſe pactæ cum Lutheranis concordiæ aſſenſiſſe, quod tunc duodecim millia peditum in auxilium Lutheranorum arma ſumpſiſſent, collectas enim tantum fuiſſe copias ad quatuor, vel quinque millia, quæ non Lutheranis, ſed Henrico Duci Wittembergenſi ſtudebant, quibus territi Lutherani impulere Lundenſem, ut Henricum Ducem Wittembergenſem Cæſareo nomine deterreret, ne cogeret novum exercitum, dum de pace cum Lutheranis colloquia conſerret. Cum vero idem Lundenſis perſuadere niteretur Cæſareæ Majeſtati, ut Lutheranos in ſuſceptis erroribus toleraret, ac propterea ſponderet Germaniam univerſam ad ipſius nutum flectendam, circumagendamque, monuit Cæſarem Pontifex Lundenſem a vero admodum aberrare.

Archiepiſcopus Lundenſis pecunia a Lutheranis corrumpitur.

In primis omnino alienum eſſe a Cæſareæ Majeſtatis dignitate, talia ipſi referri, cum ipſa ſit firmiſſima Catholicorum columna, fidei Chriſtianæ, & Sacroſanctæ Eccleſiæ propugnaculum, cum ſemper Religionem, & publicæ rei Chriſtianæ commoda privato commodo prætulerit: non deeſſe alias rationes juſtas, & honeſtas, quibus Germania pacari poſſit: non defutura Cæſari Pontificia auxilia pro Hæreticis frangendis; ac cœcis ipſis manifeſtum eſſe decretum Francfordienſe mandari operi non poſſe, niſi univerſa Germania ad Lutheraniſmum deficeret, quod ſane contingere facile poterat. Cæſaream authoritatem defecturam, cum Lutherana ſecta omne Rectorum jugum excutiat, & libertatem unam prædicet: parum videre Lundenſem, qui perdita Religione, aut diſcrepante inducta, Imperium ſervari poſſe arbitretur: triſte ejus rei exemplum eſſe Imperium XI.

Digitized by Google

Orientale, quod ubi a vera Religione, & obſequio Romani Pontificis, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ deſcivit, acciſis paulatim viribus cecidit in ſervitutem Turcarum, qui de occupato ſingulis annis tyrannidis ſuæ terminos proferunt; parum notas videri Lundenſi Lutheranorum fraudes, qui ſemper maligno, & improbiſſimo animo egerint cum Cæſarea Majeſtate, ac diſſidiorum de Religione componendorum ſpecie, Religionem delete ſemper moliti ſint.

XII. Dietæ Germanicæ ſemper Religioni Catholicæ obſuerunt.

Triſtia eſſe illius rei exempla, Dietam Spirenſem anno hujus ſæculi XXVI. Norimbergenſem anno XXXII. Cadanenſem anno XXXIV. quando Dux Uldericus Witembergenſem Ducatum recuperavit, conſtitiſque eos motus a Lantgravio, ſociiſque Lutheranis concitatos fuiſſe, non Religionis cauſa, ſed ut ille Ducatus Regi Romanorum adimeretur: ejus rei etiam exemplum eſſe colloquium Vienneuſe, quando Elector Saxoniæ acceptis regalibus, electioni Regis Romanorum celebratæ aſſentiri noluit, id etiam conſtare ex poſtrema exceranda Dieta Francofordienſi, in qua plura capita non ſpectantia ad Religionem jus Cæſareum lædunt. Non deerant eo argumento plures aliæ rationes, quas ſilentio premi ſignificavit Pontifex, quod de optima Cæſaris voluntate præfideret. His expoſitis de reſcindendo decreto Francofordienſi, cum Cæſarea Majeſtas, atque alii Principes Chriſtiani optime agnoſcerent, ob difficultates temporum, celebrari tunc non poſſe Concilium œcumenicum, quod jamdiu indixit Pontifex, ab eodem conſultum eſt Cæſari, ut de Comitiis Imperialibus celebrandis cogitaret, ad eos motus compeſcendos, diſturbandumque Nationale Concilium, in quo innumeri errores Cæſareorum Adminiſtrorum culpa admitti poſſent, nec minora damna in Cæſaream, & Regiam Majeſtatem ex hujuſmodi Concilio redundarent, cum ex eo manifeſta Schiſmata, tam in ſacro, quam in prophano ſtatu emerſura eſſent.

XIII. Conſuluit etiam, ut indicendo Conventui Ordinum Imperii Cæſar intereſſet, ac ſi non poſſet, eos conſtitueret Procuratores, ut admiſſi (eo abſente) errores non patrarentur: interea omni ſtudio, & contentione Catholicorum fœdus augere, atque ad ſe nonnullos ex adverſariis pellicere niteretur; mitteret etiam aurum militare, ut fœderatis adderet animos, fluctuanteſque ad ſe petraheret. Certiorem etiam reddidit Cæſarem, a ſe Internuntium decretum iri ad Principes Catholicos, ad eos in ſacro fœdere confirmandos, qui etiam aurum ſubſidiatium ſpondeat, pendatque, ſi bello decernendum ſit, pro tuenda Religione, aſſerendaque Sedis Apoſtolicæ, Cæſareæque Majeſtatis authoritate. Optimum etiam fore, Hiſpanas copias, vel Italicas ſpecie belli Turcici mittere in Germaniam, eaſque in ditione Regis Romanorum ſuſtentare, ut ingruente neceſſitate in hoſtem ſint comparatæ, accinctæque. Videri etiam propalanda in Germania, quæ Rex Angliæ recenter pro emendandis ſuis erroribus geſſerit, utque illius ad veram Religionem revocandi ſpes affulgeat, cumque maledicta ſecta Lutherana in Poloniam irrepere affectet, Oratoris opera Poloniæ Regem hortetur, ut tantum malum arceat: mitti quoque ea de cauſa Internuntium, qui filio Poloniæ Regis luſtratum ſacra Pontificia prece enſem deferat, præſtarique etiam in ea re poſſe optima officia a Romanorum Rege.

XIV. Maria Regina Cæſaris ſoror Lutheranis favet.

Significavit etiam Pontifex Cæſari, ſe ea Religione, qua de gerendo optime Pontificatu Deo obſtrictus ſit, permotum paterne queri de Maria Regina Cæſaris Sorore, quæ clandeſtine factioni Lutheranæ faveat, eamque efferat; ſubmiſſiſque hominibus, cauſam Catholicorum deprimat, atque optime ab Adminiſtris Cæſareis conſtituta impediat. Certiſſime conſtare Pontifici, ipſam, quo tempore Smalcaldiæ initum eſt Lutheranorum fœdus, Oratorem in eo conventu tenuiſſe; cumque Adminiſtri Cæſarei Catholicorum Principum fœdus promoverent, atque Electores Rheni conſtituiſſent, illi nomina ſua adſcribere, Reginam Mariam, accepta ea fama, Treverenſi Archiepiſcopo literas dediſſe, quibus vetuit id fœdus amplecti, a quo Cæſaris voluntas abhorreret: atque ita id ſanctum opus diſcuſſum, eademque ſtropha alios Electores ab eo fœdere revocaſſe: quæ Mariæ Reginæ literæ ab Archiepiſcopo Treverenſi miſſæ fuere ad eum Cæſareum Adminiſtrum, qui eam ſubſcriptionem urgebat, de quibus Cæſar ipſe certior fieri potuerit. Significatum etiam eſt Cæſari, eamdem Reginam, quo tempore Galliæ Rex mittebat ad Regem Romanorum Oratorem Epiſcopum Laſcurenſem, ut cum Regia Majeſtate, & Legato Apoſtolico de Religionis aſſerendæ rationibus conſilia conferret, ſcripſiſſe Abbati Vincentio Cæſareo apud Gallum Regem Oratori, ne Epiſcopum Laſcurenſem ſine novis Cæſareæ Majeſtatis mandatis proficiſci fineret. Quibus cauſis permotus Pontifex cum in animum inducere non poſſet Reginam Mariam a tot Catholicis Principibus trahentem

ori-

Digitized by Google

originem, cum Cæſare, Regeque Romanorum acerrimis Eccleſiæ Catholicæ, ac fidei propugnatoribus educatam, ea crimina ſponte ſua labi potuiſſe, ſed potius ab improbis Adminiſtris ad conſilia improbiſſima inclinatam, impulſamque, propterea Cæſarem hortatus eſt, ut ſalutis animæ procurandæ, honoriſque Cæſarei tuendi ergo, ſedulam operam ad præſocanda in ſuo ſomite graviſſima ea mala navaret: interea omni ſtudio Pontificem incubiturum, ut Electores Principes fœderi Catholico ſe coniungant, viresque omnes ad conflanda auxilia adhibiturum.

Ex Ital.

XV. Hæc ubi Cæſar ab Internuntio Pontificio accepit, ac ſimul deſerri pro aſſerendo Religionis ſplendore auxiliaria arma, atque ultimum Francſordienſe decretum perpendiſſet, Pontificia circa id monita ſummæ prudentiæ laude commendavit; & quia Pontiſex referebat ad Cæſarem, quid in ea re conſilii ſuſcipiendum eſſet, ac temporis urgebat neceſſitas, nec id decretum ratum habendum, nec prolixiores circa illud nectendas moras, reſpondit Cæſar Pontifici, ſe decretum Francſordienſe juſta lance libraſſe, comperiſſeque contra dignitatem, aothoritatemque Sedis Apoſtolicæ conflatum, atque adeo ratum non habuiſſe, nec quidquam circa id decretum, ſine aſſenſu Pontificio acturum: porro animadvertendum, ne aberrantes a Fide Catholica eſſerantur in extremam deſperationem, ex denegata illius fœderis confirmatione, atque in extrema flagitia prorumpant, temporumque difficultate, acerbitateque, ac Turcici belli terrore, & diſcrimine in rem ſuam utantur, & inſoleſcant, ſeque etiam ex arcano fœdere Regi Angliæ conjungant, eorumque gratia ſulti terrorem incutiant nonnullis, qui in Fidei Catholicæ conſtantia hactenus perſtiterunt.

MS. Franciſci Barberini ſign. n. 2678. p. 33. Ex Ital.

XVI. Quod ad Comitia Ordinom Imperii celebranda in cauſa Religionis attinetet, poſt conventum Ratisbonenſem ſuiſſe animadverſum, rem eſſe periculi plenam alia indicere Comitia, perpenſa maxime ſanctione Ordinum Imperii, ſine Cæſareæ Majeſtatis aſſenſu edita, nimirum, ut Papa Clemens de convocando Concilio rogaretur, quo non convocato, Cæſar Imperiali authoritate illud certo temporis flexu convocaret, ac ſi huic muneri is deeſſet, ut ipſi Ordines Concilium Nationale cogerent, pro componendis Religionis diſſidiis, pacandaque Germania, aliiſque circa Divina conſtituendis. Ex eo vero tempore res ſemper in pejorem ſtatum prolapſas, ac Lutheranos magnam Germanorum partem in ſuam opinionem pellexiſſe: atque adeo apud omnes conſpicuum, & exploratum exiſtimatum eſſe, ſi novi Ordinum conventus fierent, non compoſitis prius fidei, ac Religionis diſſidiis, decreta ex iis eruptura Fidei Catholicæ adverſantia, exitialiaque Sedis Apoſtolicæ auctoritati; ac licet Cæſar certi quid de ſe ſtatuere non poſſit, antequam cognoverit, qui ſequuturi ſint rerum exitus poſt expugnatum Caſtrum novum, quæve ſint Turcarum conſilia; tamen æqua lance libratum eſſe ac judicatum, non debere Cæſaream Majeſtatem conventui omnium Ordinum Imperii intereſſe, ne quid ipſa præſente contra authoritatem Pontificis, Sediſque Apoſtolicæ decernatur: tunc enim non futurum in Cæſaris poteſtate, ut huic malo remedium adhiberet, ac niſi Cæſar eum Sedis Apoſtolicæ reſpectum ob oculos propoſitum haberet, Cæſareæ Majeſtatis, Regiſque Romanorum commodis verſum iri, ut comitiis, intereſſent, in quibus Imperatoriam Regiamque authoritatem confirmaturi eſſent.

XVII. Interim viſum eſt Cæſareæ Majeſtati, ſi Pontificia Sanctitas rem approbaret, indicere alium conventum in Germania, reformandi decreti Francſordienſis gratia; eaque occaſione, eoque tempore Viros ſapientes, ac pacis cupidos pro Religionis diſſidiis componendis in colloquium vocare, cui Pontificii Internuntii, Cæſariſque, & Regis Romanorum, aliorumque Principum Catholicorum Germanorum Oratores cum aberrantium Principum Oratoribus intereſſent, ad quod etiam Rex Chriſtianiſſimus nomine Regio virum inſignem mitteret, uti ſe miſſurum poſtremis literis ad Cæſarem datis ſpoponderat.

Cæſar novum conventum, novumque colloquium in Germania proponit.

Præterea cum . . . . optime ad hæc, & alia pro fide aſſerenda, & pro hæreſum extinctione propenſa ſit, huic operi ſummopere conſerre, ut ipſa Catholico fœderi deſendendi ſui cauſa, inito inter Cæſarem, Regem Romanorum, ac Principes Catholicos adhæreat (rem enim ipſios Sanctitate dignam, atque exemplum aliis egregium præbituram, maxime cum fœdus illud non ſit offenſionis cauſa; exinde enim Catholicorum animi confirmandi, aberranteſque facilius ab errore revocandi ſint) proptereaque apud Germanos Trapezitas vim auri inſignem deponat ad minus quinqoaginta aureorum millia, cum Cæſar nomine ſuo centum quinquaginta millia aureorum in ſtipendia militum in eo ſociali bello numerarit: ac quia tempus rati habendi decreti Francſordienſis in menſem Octobris proxime futuri deſiturum

erat

erat, ne res in apertum bellum cum aberrantibus erumperet, ſcripſit Regi Romanorum, ut novum conventum indicat.

XVIII. Verum hujuſmodi concordia parum profuit, nam non ſolum, uti ſperabatur, hæreſis Lutherana coercita non fuit, ſed magis in dies velut cancer ubique ſerpebat, ſicuti Joannes Cochlæus Cardinali Gaſparo Contareno nunciavit. *Ridicula enim ſunt, quæ iſti homines attentant, nihilo ſerius tamen per ea dementunt, ac rapiunt totum tractum Aquilonis, non modo Saxoniam univerſam, cum ora tota maris Baltici, ſed & ampla Daniæ, Sueciæque, & Norvegiæ Regna, in quibus innumeros ordinavit Sacerdotes tales Promeranus novus ille Epiſcopus Wittembergenſis, & nunc ex terris noſtris ad eum, atque Lutherum viritim accurrunt ſartores, ſutoreſque depauperati, & novarum rerum cupidi, qui tales Sacerdotes fieri cupiunt.* (Et paulo poſt:) *Procraſtinatur de anno in annum generale Concilium, interim vero ſecta hæc ita creſcit, & invaleſcit, ut totam occupet Terram. Kal. julii MDXXXIX.* Et Cochlæum non aberraſſe luce clarius patuit, cum hoc anno, poſt mortem maximopere lugendam Georgii Ducis Saxoniæ vere Catholici, tota illa Provincia Lutherum receperit. Qui, cum viveret, in omnibus locis, quæ in Luſatia, Miſnia, Saxonia obtinebat, incorruptam Catholicæ fidei puritatem aſſeruerat, cujus mortem planxit Jacobus Sadoletus Cardinalis literis ad Joannem Cochlæum datis.

Jo. Cocl. ext. in mſ. Vat. ſig. num. 3224. prope medium. Lutherana hæreſis ſemper creſcit.

Sadolet. l. 11. epiſt.

Tanto dolore ſum affectus, ut moderari mihi ipſi non queam; quid enim eſt, quod me amantiſſimum talium Virorum, & rei Chriſtianæ publicæ, majori dolore conficere potuerit, quam tanti Principis mors, quæ, ut ipſi forſitan matura, rei quidem publicæ extitit peracerba, mihi vero tantum mœroris, tantumque luctus attulit, ut pene mihi ſolus in hac calamitoſa conditione temporum videar eſſe relictus, qui cum die, noctuque de Republica cogitans, in hoc curas conſumerem omnes meas, ut aliquando reconciliata Eccleſiæ unitate, in pace, & otio debitum cultum Deo tribueremus, maximam cujus rei ſpem in illo ſapientiſſimo Principe repoſitam habebam, qua nunc ſublato, quid eſt, quod ſperare amplius, aut quod noſtris conatibus, & conſiliis confidere debeamus? Quamquam ſolet Deus, cum ad deſperationem pene res ipſa nos deduxerit, ſubitas interdum ſpes, & improviſa auxilia fidelibus ſuis oſtendere: etenim video pericula, quæ impendent, tuque ſatis plane omnia perſeribis. Datum Carpentorati VII. Idus Julii MDXXXIX. [1]

Sublatum illum veneno una cum filio, qui paulo ante præcipiti morte obierat, graviſſima ſuſpicio fuit, ejuſque flagitii Lutheranos authores fuiſſe indicant literæ Joannis Cochlæi ad Gaſparem Cardinalem Contarenum datæ.

Dolorem nobis auget ferme in immenſum horrenda de toxico ſuſpicio, per quam Populus Dreſdenſis vehementer furebat in Medicum, quando inopinata morte præripiebatur filius, ſuppreſſus autem Patris authoritate aliquantiſper popularis fremitus, nunc ex patris ipſius obitu vehementer recrudeſcit, atque invaleſcit ſuſpicio, ſuſpicantibus pluribus ambos Principes noſtros veneno periiſſe, moventur autem ad ſuſpicandum ex ſcelerato utriuſque obitu. [nonnullis de pietate ejus interjectis addit] *Paſtor Dreſdenſis, celebrata coram eo Miſſa, Communionem ſacram, & extremam Unctionem ei impertiit, cum dixiſſet orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum, atque crebro gratias Deo agens, dixiſſet: Benedictus Dominus Deus in omnibus operibus ſuis, expiravit xx. aprilis MDXXXIX.*

Jo. Cocl. in lit. ad Cardin. Contar. 1539. ext. in mſ. Arch. Vat. ſign. n. 3224. poſt med. Georgius una cum filio veneno extinctus.

Nullos itaque Georgius Dux Saxoniæ reliquit liberos, atque ut Henricum fratrem, ejuſque filios Mauritium, & Auguſtum ad Religionem Catholicam revocaret, hæredes ſcripſit ea lege, ne formam Religionis immutarent, niſi parerent, Ditiones ſuas in Cæſarem, ac Ferdinandum transfudit, donec vel frater, vel ejus liberi, vel ex ea familia proximior conditionem impleret. XIX.

Franciſc. Belcar. l. 22. n. 35.

At dum miſſi Oratores ad Henricum Ducem ſe conferunt, ut ei legem eam pro-

NOTÆ [1] Georgius dux Saxoniæ catholicæ religionis propugnator inclitus hoc anno vitam abſolvit. Annus apud omnes idem conſtituitur, nec de menſe aprili diſſidium eſt; dies emortualis non item conſtat. Nam dies illa XX. Aprilis, quæ in literis Cochlæi apud Annaliſtam ſignatur, dies ſcriptæ epiſtolæ, non vero obitus Georgii cenſendus eſt. Igitur Sagittarius in vita Joannis Friderici diem XIV. aprilis indicat, ſed Budæus in Thanatologia diem XVII. prefert, quem cum alii pariter Hiſtorici admittant, ideo hæc nobis emortualis Georgii definienda eſt. Ætatem agebat annorum LXV. teſte Budæo. Prolem reliquit nullam, cum geminos quos genuerat liberos, mors acerba ſuſtulerit; nam Joannes natu major ante biennium, teſte Budæo, anno ſcilicet 1537. die XI. Januarii fato obierat. Alter qui ſupererat Fridericus eodem quo Pater mortis genere, veneno ſcilicet uti communis fama ferebat, hoc anno die XXVI. februarii, eodem Budæo adnotante, ſublatus eſt. Hæreditas ad Henricum fratrem Lutheranorum fautorem præcipuum devoluta. Mansi

Henricus recipit Ducatum Georgii poſt ejus mortem.

proponerent, Dux Georgius diſceſſit e vivis, atque Henricus Dux continuo Ditionem omnem occupavit, eamque Lutherana hæreſi infecit, Lutherumque Wittemberga impiorum Concionatorum turma ſuccinctum, Lipſiam accerſivit; ac deliria Hæretici mendacia pro Evangelio ſuis clientibus obtruſit. Abolitus tunc eſt pius mos in Miſnæ Urbis Eccleſia principe, divinarum laudum nocturnis, diurniſque horis, ſine ulla intermiſſione celebrandarum ab iis, qui raro eximiæ in Deum pietatis exemplo, ſtatis horis, in eo ſacro concinendi munere ſibi invicem ſuccedebant, cœleſtes Angelorum ſine interrupto labore Deum laudantium choros imitaturi. Ita antiquæ Religionis facies in iis locis mutata, ac deformata eſt. His ſubiicit Surius. *Hæc faciebant Principes perſuaſi a Luthero, alioqui præ inſita Germaniæ Principibus ſpectata generoſitate, numquam talia facile attentaturi, quanquam in ejuſmodi graviſſimis rebus, nihil privata authoritate, ſed totius Chriſtiani Orbis conſenſu, omnia cum ſumma deliberatione & exacta maturitate tranſigi oportebat. Non enim ſatis erat Lutherum dicere hæc, & pleraque alia recte, & ex verbi Dei præſcripto fieri, cum Hæreticorum omnium ea perpetua fuerit conſuetudo, ut quævis abſurda, & impia in Orbem commenta inveherent, ea tamen verbo Dei conſentanea, & ex verbo Dei profecta aſſererent; ſed oportebat Chriſtiani Orbis ſuſtinere ſententiam. Id quidem generoſos Principes, & reliquos Germaniæ Magiſtratus magis decuiſſet.*

Jo. Cocl. hoc anno.

Sur. in comm.

XX. Pontifex vero cum ingraveſcentis hæreſeos graſſationes plurimum lugeret, aſſerendæ fidei ardore æſtuans animum applicuit, ut Catholicos, & præcipue Principes a familiari Hæreticorum conſuetudine abſtraheret, quare cum Hieronymum Rorarium Nuntium ad Regem Poloniæ Sigiſmundum ſeniorem deſtinaſſet, illi dedit in mandatis, ut Regi perſuaderet, eiicere e domo Regia impios impoſtores, ne filio ſuo hæreſis venenum propinarent. Quod ex ſequenti inſtructione, quam Pontifex Rorario dedit, innoteſcit.

Paul. III. lib. brev. anno 5. p. 346.

Inſtructio de his, quæ dilectus filius Hieronymus Rorarius Camer. & Nuntius noſter agere debet, noſtro, & Apoſt. Sedis nomine apud Chariſſimum in Chriſto filium Sigiſmundum Poloniæ Regem.

Gratulabitur Maieſtati ſuæ idem Nuntius noſter de matrimonio inito inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Joannem Hungariæ Regem, & Eliſabeth filiam ſuam, noſque illis omnem fœlicitatem optare.

Referet inde prout ſupra ad Romanorum Regem paucis quibuſdam mutatis.

Declarabit inſuper nos ægerrime tuliſſe intelligere, quoſdam eſſe non Dei filios apud ſummæ ſpei adoleſcentem filium ſuum, qui bonam, puramque mentem ejus labefactare nituntur, & in pernicioſiſſimas hæreſes inducere, quæ miſeræ illi Germaniæ exitio fuere, & egregio documento eſſe poſſunt, quam aptæ ſint ad quodcunque etiam firmiſſimum Regnum ſubvertendum, nos certo certius habere Majeſtatem ſuam latere hæc, nec enim hujuſmodi homines auſuros talia perferre ad aures illas, quæ ſemper bonis piiſque operibus patuere, & his, quæ in Omnipotentis Dei cultum, & Sanctæ ſuæ Sedis Apoſtolicæ dignitatem redundant; non temere Majeſtati ſuæ longam vitam elargiri miſericordem Deum, nempe, ut poſſit, dulciſſimi filii ſui vitam inſtituere, & juvenilem ætatem, quæ ad malum citius, quam ad bonum lubrica eſſe ſolet, divinis præceptis, veluti quibuſdam frænis cohibere, & paternam ſemitam ingredi docere. Hoc, ut tanto alacrius facere poſſit, noſtramque erga ſe paternam charitatem agnoſcat, & adoleſcens ad bene de Chriſtiana Religione, & Sanctæ ſedis Apoſtolicæ dignitate promerendum animetur, prout ipſe Pater fecit, facitque, mittere nos pileum, & enſem in ſacratiſſima Natalis Domini nocte benedictos &c.

De Sacro, ac myſtico hoc munere ad Sigiſmundum juniorem tranſmiſſo extant Pontificis ad eum literæ, quibus hortatus eſt, ut Regnum Poloniæ ab hæreſeos lue vindicaret, nec a circumjectis finitimis Hæreticis contaminari ſineret, tum amantiſſimis verbis dilectionem paternam, qua illum complecteretur, explicuit; divinum illi patrocinium comprecatus eſt, tum in defendenda Eccleſiæ dignitate, tum in bello adverſus barbaros, alioſque fidei hoſtes gerendo, ſolemni denique ritu enſem, & pileum luſtratos ſacra prece in Natalitio Domini a Gneſnenſi Archiepiſcopo illi inter ſacra myſteria tradendos ſignificavit. XXI.

Sigiſmundo Secundo Poloniæ Regi Illuſtri.

Chariſſime &c. Conſueverunt Romani Pontifices in ſacratiſſima Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti nocte, quotannis enſem cum pileo ſolemni cæremonia benedicere, & alicui Chriſtianorum Principum dono mittere, quem & hoc ſacro munere ornent, & ſpirituali virtute adverſus Sanctæ Eccleſiæ, & Catholicæ fidei hoſtes muniant, quod ſi quando antea, Fili chariſſime, nunc maxime, cum & Turcæ contra nos bellum gerunt, & hæreſes San-

Paul. III. lib. brev. anno 5. p. 380.

Roſam auream Paulus III. Sigiſmundo filio Sigiſmundi Regis Poloniæ mittit.

ctam Eccleſiam lacerent, perneceſſarium eſt, cum vero nos exemplum noſtrorum Prædeceſſorum ſequuti ipſum enſem cum pileo in proxima Natalis Dominici nocte ſolemniter benedixiſſemus, & ad quem potiſſimum mitteremus eos, animo volveremus, Tua in prima Majeſtas nobis occurrit, quæ digniſſima eo munere nobis videretur; id enim cum ætati, & virtuti congruit tuæ, tuique clariſſimi genitoris, tum etiam utriuſque veſtrum præſtantiſſimæ Religioni, & in Deum, & Sanctam Eccleſiam devotioni aptiſſimum eſt. Ad te igitur, quem Catholicum Principem, & hujus Sanctæ Sedis devotiſſimum filium habemus, & peculiari charitate, atque affectu proſequimur, hunc enſem cum pileo per dilectum filium Hieronymum Rotarium Nuntium noſtrum præſentium latorem mittimus, Deum ſuppliciter deprecantes, ut tibi, qui una cum præſtantiſſimo Rege Patre tuo veſtrum Regnum venenis hæreſum vicinarum numquam inquinari paſſus es, omnem fœlicitatem concedat, dexteram ejus firmet, caputque tuum hoc pileo, vi Spiritus Sancti per columbam figurati, protegat ad tutelam Sanctæ Eccleſiæ, & Catholicæ Fidei, adverſus tum communes noſtræ Religionis, tum particulares Catholicæ fidei hoſtes, tuamque Juventam, indole maximæ virtutis ſplendentem, veſtigiiſque paternæ fortitudinis gradientem, ad ſummum gloriæ, & laudis culmen perducat. Tu igitur pro tua pietate hoc munus noſtrum Chriſtiano affectu, & devota veneratione ſuſcipies, nec tam muneris qualitatem, quam myſterium, & vim ſpiritualem ejus perpendes, ob quæ maximi quique Principes, ſemper ſe hoc munere valde a Sede Apoſtolica honeſtatos putaverunt, ſicut & Te pro noſtra in te benevolentia, tuaque pietate exiſtimaturum ſperamus. Ut autem donum ipſum debita cum cæremonia, ſicut a nobis benedictum eſt, tuæ Serenitati tradatur, mandamus Venerabili fratri Archiepiſcopo Gneſnenſi, vel cuivis alteri Catholico Antiſtiti per te eligendo, ut ſolemni Miſſa in aliqua Eccleſia per te pariter eligenda, ab eo in tua præſentia celebrata, poſt ejus ſolemnia dictum enſem cum pileo Tuæ Mejeſtati ex parte noſtra Bloſ. *aſſignet &c. Datum Romæ apud S. Petrum* XXIX. *Junii MDXXXIX. anno* V.

Jo. Cocl. ad Epiſc. Veronenſem ext. in mſ. Arch. Vat. ſig. 3224. circa fin.

Conſervatam hactenus in Polonia incorruptam fidei puritatem, ſcripſit Joannes Cochlæus proxime ineunte anno ad Epiſcopum Veronenſem: at Brandeburgenſem Ditionem ad Lutheraniſmum hoc anno deſciviſſe. *In Regno Poloniæ omnia adhuc ſervantur, quæ ſunt Catholicæ Religionis. Cæterum Marchio Brandeburgenſis Elector, nuper inſtinctu Philippi Melancthonis, Luthericam fecit ordinationem in Terris ſuis, vocatis ad eam Dietam Provincialem tribus Epiſcopis, e quibus unus Brandeburgenſis conſenſiſſe dicitur, & Miſſam Theutonice celebraſſe, in qua ſub utraque ſpecie communicaverat Principem, & Aulicos ejus. Audio & Vicelium, qui apud ipſum Berlini eſt, ad eam rem cooperari, nondum tamen certum habeo, quid faciat.*

Interim Pontifex cum in Eccleſia priſtinum Sanctitatis nitorem reſtituere, ac Romanæ Curiæ corruptelas, quæ temporum pravitate inoleverant, delere percuperet, jam ſuperiore anno, doctrina & probitate conſpicuos Viros huic operi præfecerat, a quibus ex arcano conſilium piiſſimis refertum ſententiis Paulo datum fuerat. Quod cum apud Lutheranos pervulgatum fuiſſet, mox Lutherus hoſtis ſanctitatis, morum corruptor, & diſciplinæ oſor, nefarium libellum edidit, quo contendebat ſtulte, & impie ea ſanctioris diſciplinæ inſtituta cum ſuo figmento impio pugnare; cum ipſe eo ſtatuiſſet fide ſola juſtitiam comparari, adverſante contra Apoſtolo: *Non auditores verbi, ſed factores Legis juſtificabuntur.* Adverſus Lutherum autem, & Sturmium, qui non adeo procaci impudentia calamum ſtrinxerat, ſcripſit Joannes Cochlæus, ut ipſe narrat. XXII.

Cocleus in Actis & ſcriptis Lutheri. Surius in comm. hoc anno.

Evulgatum fuerat egregium quoddam conſilium de reformanda Eccleſia, & emendandis Romanæ Curiæ abuſibus a ſeptem doctiſſimis, ac integerrimis Viris, ipſi Pontifici in ſecreto datum, nempe a Cardinale Contareno, Cardinale Theatino, Cardinale Sadoleto, Cardinale Polo Anglico, Archiepiſcopis Salernitano, & Brunduſino, Epiſcopo Veronenſi, Abbate S. Georgii Veneto, & a Fratre Thoma Magiſtro Sacri Palatii. Hi igitur circa finem ſui conſilii ita ſubjunxerunt: Hæc ſunt, Beatiſſime Pater, quæ pro tenuitate ingenii noſtri colligenda eſſe duximus, & quæ nobis corrigenda viderentur. Tu vero pro tua bonitate, & ſapientia moderabere: nos certe ſi non rei magnitudini, quæ noſtras vires longe ſuperat conſcientiæ noſtræ ſatisfecimus, non ſine maxima ſpe, ut ſub te Principe videamus Eccleſiam Dei purgatam, formoſam ut columbam, ſibi concordem in unum corpus, conſentientem cum æterna tui nominis memoria. Sumpſiſti tibi nomen Pauli, imitaberis, ſperamus, charitatem Pauli, electus fuit ille, ut vas, quo deferret nomen Chriſti per Gentes, te vero ſperamus electum, ut nomen Chriſti jam oblitum a Gentibus, & nobis Clericis reſtituas in cordibus, & in operibus, noſtras

ægritudines ſanes, oves Chriſti in unum ovile reducas, amoveaſque a nobis iram Dei, & ultionem eam, quam meremur, jam paratam, jam cervicibus noſtris imminentem.

Contra hoc pium, ac ſalutare optimorum Virorum conſilium duo prodierunt libelli, unus a Joanne Sturmio editus Latino ſermone, alter in Germanicum idioma translatus a Luthero, appoſitiſque in margine annotationibus impiis contaminatus: Sturmius vero Rhetoricam Argentinæ profitebatur, ad quem & ſcripſit Cochlæus brevem libellum, qoi inſcriptus eſt, Æquitatis diſcuſſio ſuper conſilio delectorum Cardinalium &c. in quo inter cætera ſic ad Sturmium: *Attamen nihil dubito epiſtolam tuam longe æquiori animo n doctis, & gravibus Viris legi quam Theutonicam ndverſus Viros illos Lutheri interpretationem. Tu enim a convitiis nonnihil temperas: Lutherus autem non veretur, tantos Viros, quorum eruditionem, vitæque integritatem [quam & tu fateris] novit, ac laudat univerſa Italia, dicere perditos, ac deploratos nebulones. Tu Latine ſcribis, ut queant intelligere, quid reprobes, & quid reprehendas, atque quid amplius ab eis deſideres: Lutherus autem Theutonice ad rudes Germaniæ plebes, illos nequiter traducit, ſicut fecit olim adverſus Ezechiam Regem improbus Rapſaces. Tu eos in quibuſdam laudas, ac probas: Lutherus abſque diſcrimine cuncta refutat, etiamſi tam manifeſte bona ſunt, quæ illi dicunt, ut a nemine niſi ab impiis, & inſanis, ſenſuque communi carentibus, reprehendi queant: ipſe per calumniam in contrarium retorquet ſenſum, tamquam ficte, ac doloſe, aut per ironiam mentiſque perverſitatem dicta ſint. Tu hortaris illos ad cœpta perficienda, ille vero dira eis imprecatur pro ejuſmodi pacis, & reformationis conſilio. Tu Synodum generalem non omnino renuis, aut reſpuis, ille compluribus libellis, variiſque figmentis, & picturis, atque Theutonicis rhythmis omnem Synodum œcumenicam calumniatur, ac recuſat. Tu ſpem aliquam ad concordiam nobis relinquis, ille jampridem nobis minatur bellum perpetuum, ut nec vivus, nec mortuus, ullam nobis pacem, aut quietem ſit permiſſurus &c.*

Surius in comm. hoc ann.

Quamquam autem Lutheri impietas adeo conſpicua eſſet, tamen Sectarii immenſis eum laudibus efferre, & conferre cum B. Paulo Apoſtolo non perhorruerunt, atque Eliam illum appellarunt, qoorum impudentiam refregit Calvinus Hæreſiarcha, qui in immanem draconem excreſcens, Luthero inferior videri nolebat: ac vere objecit Lutheranis Scripturam ab iis turpiter, ac podendum in modum corruptam, ut D. Joannis Baptiſtæ ſpoliis Lutherum exornarent: quamvis enim non negarent in Joanne Baptiſta factum, quod de venturo Elia prædixerat Malachias, volebant tamen de Luthero intelligi hoc vaticinium, quod ſit Elias ille, per qoem reſtituenda fuerint omnia; atque hiſce mendaciis populos faſcinarunt, quibus quadrat illud Eſaiæ: *Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Quam præclare enim omnia ab eo reſtituta ſint, corruptæ Scripturæ, ſcelerum omnium inducta licentia, conflatæ hæreſes, everſa Templa, belliſque civilibus fœdata Germania, teſtantur.

Hoc anno prima die Maii Iſabella Imperatoris uxor e mortali vita deceſſit, cujus pulchritudinem, cum in horribilem, fœtidamque deformitatem a morte non poſt multos dies converſam conſideraſſet Franciſcus Borgia Dux Gandiæ, decrevit alii Domino, qui corruptioni non ſubjaceret, totis viribus deſervire, qoare poſt mortem ſuæ uxoris, relicto ſæculo, in naſcente Orbi, maximo ſpirituali bono Religione Soc. Jeſu, ei adſcribi voluit, ibique cum ad perfectionis culmen perveniſſet, meruit, poſt nonaginta & novem, a ſua morte, annos, inter Sanctos referri a Clemente X. Summo Pontifice, anno a Nativitate Domini MDCLXXI. Defuncta igitur Imperatrice, Paulus Pontiſex Cardinalem Alexandrum Farneſiom Nepotem ſuum Legatum a latere Imperatori deſtinavit, ut conſolatoriis verbis ejus dolorem deliniret, hiſque ampliſſimis mandatis eum inſtruxit. XXIII.

Franciſci Borgiæ converſio & canonizatio.

Primum, ut de pace cum Rege Galliæ ageret, pro qua firmanda Ducatum Mediolanenſem Regi Galliæ tradere neceſſe erat; quare dum Pontiſex Cæſarem, ut eo decederet, hortabatur, publico magis bono, quam temporalis ſtatus Eccleſiæ ſecuritati, propter Urbes Parmæ, & Placentiæ, atque ſuæ Domus utilitati providebat: Octavius enim Nepos, cum gener eſſet Imperatoris, hujuſmodi Mediolanenſis Ducatus ceſſionem minime approbaſſet: ideoque duo ad majorem pacis conſtabiliendæ firmitatem matrimonia Imperatori proponebat, videlicet, ut Duci Aurelianenſi Regis Galliæ filio propriam traderet filiam ipſeque in conjugem filiam Franciſci Regis duceret: at Imperator pacis tractatui, non autem matrimoniis benignas porrexit aures.

Secundo, Legato demandatum fuit, ut de re Anglica ageret, ſcilicet, ut Imperatorem ſedulo excitaret, ut una cum Galliæ Rege Oratores ad Henricum An- XXIV.

gliæ

gliæ Regem mitteret; ei conteſtando, ni pareret Eccleſiæ, ab eo ſe abalienaturos, ac adverſus ipſum arma ſimul ſuſcepturos. Cæſar ſe excuſavit potiſſimum, quia cum Lutherani in Germania plures ſint, ac inopes, ad primum belli rumorem contra Angliam, turmatim illuc, ubi Henricus pecunia abundabat, & militibus egebat, advolaturos: jamque quatuor mille pedites Germani in oris Oceani morarentur ad ſuppetias Anglo adminiſtrandas: Ideo Cæſaris ſententia fuit, ut Lutherani prius deprimerentur, in quorum ſubſidium Henricus in pace vivens, nec quadrantem commodabit. Legatus autem iis rationibus non acquieſcens, afferebat Sedis Apoſtolicæ dignitatem requirere, ut ſaltem Oratores, qui conteſtarentur contra Anglos, decernerentur. Imperator autem, expectandum eſſe, quid Cardinalis Polus (qui poſtquam cum Cæſare collocutus fuerat, iter ſuum in Galliam direxerat, & Carpentorati morabatur, timens Regis Angliæ inſidias) cum Galliæ Rege egerit, reſpondit.

Tertium negotium de Concilio erat; de quo nihil certi Legatus diſcedens a Pontifice in mandatis habuit, ſed quid in primo Conſiſtorio a Cardinalibus decerneretur, antequam ad Cæſarem perveniret, Pontifex ſe ſignificaturum promiſit.

XXV. Paulus optat Concilium convocare. *MS. Car. Bernard. Spada to. 133. pag. 346.*

Pontifex Concilium cogere maxime percupiens novos elegit Legatos, ut illud quantocyus aperirent; ſcilicet Cardinales Præneſtinum de Campegio, Simonettam, & Brunduſinum, cum facultatibus in literis latius expreſſis, uti aſſerunt Petrus Paulus Gualterius in Diario, confirmatque Angelus Maſſarellus qui addit, Pontificem die 21. Maii extraxiſſe Concilium ad tempus incertum ex cauſis in literis latius exponendis, quas ſubiicimus.

Cauſæ, propter quas S. D. N. ad præſens prorogat celebrationem Concilii.

XXVI. *MS. Franciſci Card. Barberini ſig. 2677. p. 9.*

Poſt indictionem Vicentini Concilii.

In primis quia Sereniſſimus Imperator & Chriſtianiſſimus Rex Franciæ, ob conventum tam primum, quam ſecundum, diu abfuerunt a locis eorum ſolitæ reſidentiæ, & unus ex eis venit extra Regna ſua, alius de uno extremo venit ad aliud extremum Regnorum ſuorum. Volunt ad dicta loca eorum reſidentiæ redire, ne eorum Regna, & Dominia, ex eorum abſentia ulterius patiantur, & ipſi deſiderent perſonaliter intereſſe Concilio, & ſtatus temporum requirit, ut ipſi, vel ſaltem unus eorum ſit præſens in Concilio; ad hoc, ut ipſum Concilium fructum, qui ſperatur, & neceſſarius eſt, pariat.

Item, cum cœptus ſit tractatus pacis, & in fœdere nunc inter iſtos duos Principes inito ſit concluſum, quod ipſe tractatus continuetur, & adhuc uterque Princeps Miniſtros ad S. D. N. mittat, adeo quod ſpes veriſimiliter haberi poſſit, quod brevi pax hæc concludetur: videtur expediens, quod reſervetur celebratio Concilii in tempus concluſionis dictæ pacis, quia tunc erit plena reconciliatio, non ſolum inter dictos duos Principes, ſed etiam inter alios diſſidentes, cum omnes fere ab iſtis duobus pendere videantur, & ſi Concilium celebretur facta vera reconciliatione, multo plus boni poterit inde ſperari, cum ſine reconciliatione non ſit amor, & ſine amore nulla charitas, & ſine charitate, ut Apoſtolus teſtatur, nihil boni.

Item, cum inter Chriſtianas Nationes, Germanica una ex principalibus habeatur, & ſit, & in ipſa diverſæ ſunt inter Magnates, & Eccleſiaſticos diſcordiæ, adeo quod ipſis ſtantibus, cum quiſque propria domo relicta, magis rebus ſuis timeat, nulla videatur haberi poſſe ſpes, quod ad ipſum Concilium veniant; expedit celebrationem Concilii differri adhuc, ut interim poſſint dictæ diſcordiæ ſedari, & facta inter eos reconciliatione, & unione, ac animo in tranquillitate poſito, poſſit eorum adventus ad Concilium ſperari, & quod ad hunc finem expediat Concilium prorogari, ſentit Cæſarea Majeſtas, & Sereniſſimus Rex Romanorum, qui etiam aſſerunt, ſe inter ipſos Magnates reconciliationem, & unionem ſperare, quod non eſt credendum ab eis ſine fundamento fieri, tum ob eorum prudentiam, tum ob experientiam rerum Germanicarum.

Item, cum dubitetur, quod Turcarum tyrannus cum validiſſimo exercitu ſit afflictam Hungariam aggreſſurus, ut eam in totum ſuæ tyrannidi ſubiiciat, quo facto ſatis videri poteſt, quod cum evidenti periculo totum Chriſtianitatis reſiduum remaneret: & cum ad reſiſtendum infidelium furori videatur decens eſſe [prout etiam ſervatur] quod perſonæ Eccleſiaſticæ interveniant, illæ præſertim, quæ ſtatum Epiſcopalem habent, prout multi Prælati tam in Germania, quam in Hungaria habent, & ſi eodem tempore neceſſe eſſet, illos Prælatos vacare Concilio, & defenſioni adverſus infideles, cogerentur alterum dimittere, ideo videtur expedire, ut tutior pars eligatur. Eſt autem tutius, quod celebratio Concilii, quæ tanto tempore dilata eſt, etiam ad aliquod modicum tempus differatur: quam quod vacando Concilio permittatur Turcarum tyrannus fieri dominus Regionum Chriſtianarum. Tunc enim fruſtra celebraretur Concilium.

Et

Digitized by Google

Et certe nulli dubium eſt, quod imminente Germaniæ, & Hungariæ periculo, quod nunc imminet, nullus ex illis Prælatis inde diſcederet, ut ad Concilium veniret, & ſic omnes iſti deficerent in Concilio, quod ſi unquam generale, ſeu univerſale fiat, expedit, ut nunc ſit generaliſſimum, & univerſaliſſimum.

Nullus Vicentiæ compa- ret.

Item, licet S. D. N. jam ſunt duo menſes, miſerit tres Cardinales Legatos Vicentiam, cauſa celebrandi Concilii, nullus tamen adhuc ibi ad hunc finem comparuit, nec auditur, neque videtur aliquod ſignum, quod de proximo aliquis ſit illuc venturus. Quare non ſolum videtur expedire, ſed neceſſarium eſſe, quod fiat hujuſmodi prorogatio.

Angel. Maſſarell. ubi ſup. to. 13. de Concilio mſ. Arch. Vat. ſig. n. 320. p. 294.

Scribit Angelus Maſſarellus earum literarum exemplum tranſmiſſum fuiſſe ad Imperatorem, atque ad Reges, & Principes X. Junii, ad quas Ferdinandus Rex, qui eandem prorogationem etiam expetiverat, ſubjectis verbis reddito reſponſo, Pontificium illud decretum commendavit.

Ferdinandi Regis Romanorum literæ.

Beatiſſime, &c. Redditæ ſunt nobis Beatitudinis Veſtræ literæ a Reverendo ſincere nobis dilecto Joanne Epiſcopo Mutinenſi, illius, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Nuntio ad nos remiſſo: ex quibus Concilii celebrationem Sanctitati Veſtræ in magis idoneum tempus ſuſpenſam eſſe intelleximus; id quod noſtro quidem judicio a ſe tum ſapienter, tum prudenter factum fuiſſe videtur, ob præſentis nimirum temporis ſtatum, rerumque publicarum conditionem. Neque dubium nobis eſt, quin eadem Beatitudo Veſtra conſilium ſuum deinceps quoque, cum Sacræ Cæſareæ, & Catholicæ Regiæ Majeſtatis voluntate conjungat, ita ut quamprimum expediens fuerit, Concilii inchoandi, celebrandique curam non ſit abjectura. Commendamus nos pro ea, qua decet, obſervantia, Sanctitati Veſtræ obſequenter humiliterque. Datum Viennæ XVIII. *Julii MDXXXIX.*

XXVII. Interim vigilantiſſimus Pontifex magnum, & ſævum bellum Turcicum illis diebus Chriſtianitati toti imminere prævidens, ut eam ab impiorum armis defenderet, totas vires collocavit, qua de re Sigiſmundo Regi Poloniæ reſcribens, eum vehementer hortatur, ut toto conatu Turcicis armis ſe opponat.

Sigiſmundo Regi Poloniæ.

Paul. III. lib. brev. an. 5. p. 42.

Chariſſime &c. Literas Serenitatis tuæ recepimus, in quibus pio affectu nobis gratularis de concordia per nos inter Cæſaream, & Chriſtianiſſimam Majeſtates conciliata, noſque ob eam rem multis, atque humaniſſimis verbis laudas, quod officium exequuti noſtræ perſonæ convenians, gravibuſque periculis eo facto Chriſtianitatem univerſam liberaverimus, quæ tuæ Serenitatis erga Deum, & Rempublicam Chriſtianam pietas te digniſſima, nobiſque gratiſſima fuit, ut debuit. Noſtræ vero laudes a te ob amorem largius congeſtæ, ſi humanos reſpicimus affectus, gratæ nobis admodum eſſe poſſunt, tamquam a clariſſimo, & laudatiſſimo Principe profectæ, gratiaſque pro illis tuæ Serenitati agimus, ſed eſt hæc omnis, fili chariſſime, laus, & gratulatio ad Deum Omnipotentem referenda, qui ſicut antea noſtris provocatus offenſis, eorum Principum corda tam indurari permiſerat, mox inenarrabili ſua clementia, repentinoque ſui Numinis inſtinctu duritiem eorum Principum mollivit, animos flexit, ſuiſque fidelibus in tempore opportuno ſubvenit, ne attriti inter ſe diutius, mox præda hoſti potentiſſimo fierent, qui ſane jamdudum mutuo noſtrorum concurſu gaudens, ita in occaſionem noſtri exitii intentus, inſtructuſque eſt, ut ei nullo pacto obſiſti potuiſſet, niſi hoc ſubito Dei beneficio arma, atque iræ a noſtris depoſita fuiſſent. Non igitur nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Tuum hoc munus fuit, tua benignitas, nihil enim antea nos, neque literis, neque Nuntiis, neque Legatis noſtris proficere unquam potuimus, donec ſplendor tuæ miſericordiæ ſubitus erupit. Tibi igitur gratias agimus, quas poſſumus, neque enim poſſumus, quantas debemus, eo etiam juſtius, quod nos, licet indignos, & meritis impares, hujus tui Cœleſtis beneficii operatores, & miniſtros eſſe voluiſti. Laudamus igitur, fili chariſſime, pro hoc munere largitorem ipſius muneris Deum, ac Dominum noſtrum, agamus ei gratias pro tanta ejus clementia, oremuſque ſuppliciter, ut hoc ejus beneficium, ſicut præſtitit maximum, ita velit eſſe perpetuum, quo Chriſtianorum ſalus, ac ſecuritas ſtabiliri, & certius confirmari poſſit, non ſolum hoſtili foris metu, verum etiam hæreſibus domi ſublatis. Ad quorum etiam medelam, & belli Turcici proſecutionem; ad quod nos hortaris, agnoſcimus pietatem tuam, quod vero opem, & operam tuam in id offers, etiam gratias agimus, rogamuſque, ut nobiſcum una, qui, Deo teſte, in hoc omni cura incumbimus, hanc te digniſſimam actionem ſuſcipias, neque enim dubitamus, quin tua, tamque præſtantiſſimi Regis authoritas, virtus ac fœlicitas, nobis maximo adjumento in his eſſe poſſit, &c. Datum Romæ III. *Februarii MDXXXIX. anno* V.

Dum his indefeſſo ſtudio incumberet XXVIII.
Pontifex, excepit nuntium ex Hungaria

a Jo-

a Joanne Rege, Turcas, initæ inter ipſum, ac Ferdinandum concordiæ odio, vires ad Hungariam occupandam conflare, atque ex eo Regno, ſi Turcicæ ſubiiceretur ſervituti, tyrannidem ad reliqua Chriſtiani Imperii Regna invadenda prolaturos, qua nova accepta fama permotus, Hieronymum Rorarium ad Ferdinandum Romanorum, Bohemiæ, Hungariæque Regem miſit pro neceſſario bellico apparatu ad Turcas retundendos inſtruendo.

Ferdinando Romanorum Regi.

Paul. III. lib. brev. an 5. p. 181. *Chariſſime, &c. Fuit apud nos Joannes Statileus electus Tranſylvanienſis, qui Regis ſui nomine expoſuit nobis quantum, & quam certum periculum illi ſuæ parti Regni Hungariæ immineat, niſi ei mature provideatur: Nos autem ſcientes, non poſſe partem illam Hungariæ incendi ut non eadem flamma pars tua, & reliqua Regna ardeant, & ſi cantingat [quod Deus avertat] Regnum illud in impias Turcarum manus incidere, patentem portam recludi ad reliqua Chriſtianitatis Regna invadenda: idcirco celerius, quam opinabamur, mittere decrevimus ad te primum, & deinde ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Poloniæ Regem, ipſumque Joannem Regem Hungariæ, dilectum filium Hieronymum Rorarium Camerarium, & Nuntium noſtrum, quem Majeſtati tuæ devotiſſimum eſſe novimus. Is multa tecum ſuper hac re noſtro nomine aget, mentem noſtram explicabit, tuam requiret, & ne cui occaſioni illi opitulandi deſimus, conſilio, auxilioque tuo ſingula aget, quæ in rem facere videbuntur, huic Majeſtas tua plenariam in omnibus fidem adhibebit, ſibique perſuadebit, ſalutem, decus, incrementum ſuum, ſuorumque Liberorum non ſibi magis quam nobis curæ eſſe, Datum Romæ apud S. Petrum* XXIX. *Junii MDXXXIX. anno V.*

XXIX. Inſtructus eſt Pontificius Internuntius ad hæc promovenda ampliſſimis mandatis, juſſuſque eſt ſignificare Ferdinando Regi, ſe continentibus precibus urſiſſe Franciſcum Galliæ Regem, ut pacem firmiſſimam cum Cæſare conſtabiliret, armaque in Turcas verteret, eaque etiam de cauſa deſignatum epiſcopum Tranſylvaniæ proficiſci ad eum juſſiſſe, ut eum ad capeſſendam turcicam expeditionem inflammaret, atque Alexandrum Farneſium Cardinalem Cæſarem Legatum decretum, tum cauſas, ob quas Internuntius in Hungariam ac Poloniam decretus eſſet, expoſuit, denique certior fieri flagitavit, quis copiarum numerus ex Germania, ex Bohemia, ex Polonia, atque ex Hungaria adverſus Turcas educi poſſet.

Inſtructio de his, quæ dilectus filius Hieronymus Rorarius Camerarius Noſter agere debet, Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ nomine, apud Sereniſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Romanorum Regem. Paul. III. lib. brev. an. 5. p. 347.

Poſt ſalutationem Noſtram &c. Referet paternam noſtram erga Majeſtatem Suam charitatem, & quam grata mente acceperimus, Majeſtatem ſuam depoſitis & armis, & omni odio, pace conveniſſe cum Joanne Rege, quando ex eorum diſſidio nil niſi Reipublicæ Chriſtianæ pernicioſum expectari poterat: hoc nos prævidentes miſiſſe ab initio ſtatim pontificatus Noſtri eundem Hieranymum Nuntium, qui noſtra authoritate, atque conſilio, ſemina diſcordiarum evelleret, ſopiret ſimultates, animoſque paterno amore junctos, ad concordiam, & veram pacem reduceret, qui ſi tunc auditi, & paterna monita noſtra, quibus debebant auribus, excepta fuiſſent, ceſſaſſent clades, & vulnera utrinque illata, nec Chriſtianæ fidei perpetuus hoſtis tyrannus, eos in nos ſpiritus concepiſſet. Cæterum, quoniam præterita, ut infecta ſint, corrigi nequeunt, hortabitur nomine noſtro, ut quod Majeſtate Sua in primis dignum eſt, & facturam minime diffidimus, initam ſemel pacem, & concordiam inviolatam ſervet, & in hoc fugiat illorum conſilium, quos aut ſperatum lucrum, aut privata odia agitant. Non poterat Majeſtas Sua ſe meliorem conſultorem adhibere, prudentia, probitate, virtute ſua duce, & comite, cuncta fœliciter auſpicabitur, & fœlicius perficiet: neque hoc loco tacebit, quantum concordia inter omnes Chriſtianos Principes, hoc potiſſimum tempore, ſit neceſſaria quod niſi omni cura provideatur, quomodo rebus Chriſtianis ſuccurrendum ſit, brevi eſt timendum, ne imminentibus hinc Turcis perpetuis noſtræ fidei hoſtibus, & hinc Hæreticis, plus etiam, quam nunc putemus, premamur: hoc jampridem nos animo reputantes, & prævidentes, longum illud & difficile iter Niciam uſque ſuſcepiſſe, parvam, aut nullam ingraveſcentis ætatis noſtræ rationem habentes, dummodo ſaluti Chriſtianitatis conſuleremus, duorumque maximorum, & potentiſſimorum Principum, Imperatoris ſcilicet, & Francorum Regis animos, qui plus nimio accenſi fervebant, molliremus; itaque cum Dei auxilio decem annorum inducias inter eos pepigiſſe, quæ pacis initia & fundamenta forent, & nunc non ceſſare, ut ad perfectionem ſolidæ, & veræ pacis perveniatur, ad quam quidem pacis perfectionem, cum ab Epiſcopo Tranſylvano, qui præteritis menſibus a Rege

ſuo

ſuo ad nos miſſus fuit, valde hortaremur, tamquam ad rem multis de cauſis Reipublicæ Chriſtianæ utiliſſimam, impuliſſe etiam ipſum Tranſylvanum iter cum omni feſtinatione illuc arripere quo præterquam quod Hungariæ neceſſitates, & quibus prematur periculis, exponeret, & induceret eos ad veram pacem, & ad ſanctam, atque neceſſariam expeditionem in Turcas capeſſendam; neque hoc contentos, allato ad nos nuntio de obitu chariſſimæ in Chriſto filiæ olim noſtræ Imperatricis, cupientes Cæſareæ Majeſtati relinquere teſtatum, pro eo ac debueramus, ægre caſum illum tuliſſe, non ſatis nobis ſatisfacere viſi, ſi per conſuetos Nuntios tantum Majeſtatem Suam conſolaremur, niſi dilectum filium noſtrum, ac ſecundum carnem nepotem Alexandrum S. R. E. Vicecancellarium mitteremus, qui inter cætera huic rei omni ſtudio incumberet: qua in re cum tot labores noſtros ſperemus non incaſſum caſuros, hortabitur tamen magis idem Camerarius noſter Majeſtatem Suam, ut pacem cum Joanne Rege initam ratam, ac ſanctam habeat: rationes vero quibus id maxime perſuadere poteſt, quod a nobis longo ſermone intellexerit, memoriæ, & prudentiæ ſuæ fidentes non repetemus, quamvis multæ ſint & efficaciſſimæ. Demum exponet Majeſtati Suæ cauſam profectionis ſuæ in Hungariam, & Poloniam, quam a nobis habuit in mandatis. In Poloniam quidem, ut pileum, & enſem in ſacratiſſima Natalis Domini noſtri nocte benedictos, quo munere clariſſimi Reges, ob aliquod inſigne erga Sedis Apoſtolicæ meritum decorari ſolent, Sigiſmundo juniori Regi genero ſuo donet; ut tanto alacrius Eccleſiæ defenſionem meminerit ſe ſuſcipere debere, & noſtram paternam charitatem agnoſcat. In Hugariam vero, ut literas Apoſtolicas de proviſione Epiſcopatuum Epiſcopis ipſis conſignet, exigatque ab eis, quod pro hujuſmodi expeditionibus jure debetur, quæ pecunia exponi debet pro muniendis his locis contra Turcas, quæ opportuniora videbuntur. [Et paulo infra.] *Itemque declarabit idem Camerarius noſter Majeſtati Suæ, nos cum a Tranſylvano perquireremus de generali expeditione ſumenda, & modum, & numerum, & qualitatem gentium percunctaremur, quibus opus eſſet, & quid Majeſtas Sua, quid Poloniæ Rex, qui huic incendio proxima, atque juncta Regna habent, collaturi eſſent, reſpondiſſe nullum ad id mandatum habere, itaque cupere nos ab ipſis intelligere modum expeditionis generalis futuræ, numerum, & qualitatem gentium, & quantum ipſi pro ſua, ſuorumque Regnorum, & reliquæ Chriſtianitatis ſalute conferre velint, ut cæteri Chriſtiani Principes tanto facilius, & alacrius inducantur &c.*

XXX.

De his omnibus certiorem etiam fecit Paulus Joannem Hungariæ Regem, cui ad propulſandum Turcam ſtudio, & opera non defuturum eſt pollicitus, tum optimas ſpes illi injecit ob concordiam, quam Cæſar, & Francorum Rex pepigerant, denique ob Chriſtiani nominis dignitatem juſta a Deo præmia collecturum perſuaſit.

Joanni Hungariæ Regi.

Paul. III. lib. brev. an. 5. p. 182.

Chariſſime, &c. Orator tuus dilectus filius Joannes Statileus electus Tranſylvanienſis ob ſingularem prudentiam, probitatem, rerum experientiam, maxime nobis gratus, induxit nos una cum dilectis filiis noſtris Ghinuccio Cardinale Sancti Angeli, & Alexandro Farneſio S. R. E. Vice-cancellario noſtro, ſecundum carnem nepote tui ſtudioſiſſimis, ut quod antea in animo conceperamus, citius abſolveremus, dilectum filium Hieronymum Rorarium Camerarium, ac Nuntium noſtrum ad chariſſimos in Chriſto filios noſtros Ferdinandum Romanorum, Sigiſmundum Poloniæ Reges, & ad te mittendi communi conſilio, auxilioque Regni tui incolumitati conſulturi, prout etiam nunc juxta vires, non deſinimus, quod ut certius contingat, non ceſſamus chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Imperatorem, & Francorum Regem Chriſtianiſſimum hortari, monereque aſſiduis Nuntiis. Quam rem, & antea præſentia noſtra feceramus longo itineri, & labori intolerabili ingraveſcentem ætatem noſtram ſubiicientes, ſperanteſque propediem agniturum, te non vanam operam noſtram cecidiſſe. Audire potuiſti Nos, cum adhuc in minoribus eſſemus, nomini dignitatique tuæ non defuiſſe: recordari potes, cum primum divino Numine ad hunc Apoſtolatus apicem aſciti ſumus, ad te priuſquam ullum alium Chriſtianum Principem eundem Rorarium Nuntium noſtrum direxiſſe. Confide nos nullo tempore, quantum nobis licuerit, tibi defuturos, quia pro Regni tui ſalute perſonam etiam noſtram, ſi ea uſui eſſe videbitur, alacres offeremus. [Et infra.] *Hortamur te, ut adhibeat illi fidem, talem te erga Religionem Chriſtianam, noſque, & Sedem Apoſtolicam præſtes, qualem hactenus præſtitiſti, confidaſque miſericordem, & juſtum Deum cumulate tibi, ſeminique tuo omnia relaturum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum* XIX. *Junii MDXXXIX. anno* V.

XXXI. Fœdus Chriſtianorum contra Turcas diſſolvitur.

Inceptum erat anno ſuperiore a confœderatis Chriſtianis bellum contra Turcas; ſed pudet dicere, quam male a

Chri-

Paulus Jovius l. 37.

Chriſtianis id geſtum ſit; diſſolutum enim eſt ſacrum fœdus, quod ſuperiore anno, tanto animorum ardore ſancitum fuerat; Veneti enim, cum Andreas Grittus Dux extremum diem vigeſima octava Decembris obiiſſet, indignati quod Auria, violato fœdere ſuperiore anno, hoſtis delendi ſpreviſſet occaſionem, Solymannum de pace poſtulaverunt: Andreas vero Auria, qui Veneta, & Pontificia Claſſibus conjunctis pugnam detrectarat ſuperiore anno, multo minus cum ſola Claſſe Cæſarea irrumpere in hoſtes auſus eſt, cum numero longarum Navium impar eſſet, mariſque liberam poſſeſſionem hoſti concedere cogeretur; hinc Solymannus ad Caſtrum novum recuperandum, terreſtres, ac maritimos exercitus conflavit, Præfecitque terreſtri exercitui triginta millibus equitum, peditumque Ulamanem, maritimo vero Barbaroſſam, qui florentiſſima Claſſe nonaginta triremium, biremium triginta, ac trium Mahonum invectus Caſtri novi incolas invaſit, qui licet initio Turcarum ſtragem non modicam edidiſſent, tamen hoſtes variis impreſſionibus factis, Turrim primum occuparunt, & mœnium partem proſtraverunt, perque ruinas irrupere, adeo ut Hiſpani in medio foro, ad extremum militaris virtutis, edendum exemplum, ſe conglomerarint; triſtique caſu obvenit, ut imbre decidente, pulvis ſulphureus flammam non conciperet, catapultas diſplodere non poſſent, ſagittiſque configerentur, atque ita ad unum omnes interfecti ſunt, licet aliqui labore feſſi, abjectis armis, pacem, precariamque vitam flagitarent: perculſi ea clade, qui in Arce inferiore verſabantur, cum omnis ſubſidii ſpes adempta eſſet, deditionis verba nuncuparunt, ſalutemque pacti a Barbaroſſa, circiter numero octingenti in fidem recepti ſunt, ac Byzantium aſportati, excepto Macinio Mongaia, qui cum ob virtutis militaris famam a Barbaroſſa ſollicitaretur impenſius, ut ad impietatem Mahumeticam deficeret, illeque conſtantiſſime fidem profiteretur, cervice abſciſſa, dignam cœlo vitam explevit. Ea vero inflatus victoria Barbaroſſa, Rizzanum Oppidum adortus, Venetos præſidiarios ſolo terrore expugnavit, inde cum Cattaro Urbi inhiaret, a Matthæo Bembo Præfecto, effuſa globorum procella, repulſus eſt, nec poſtea quidquam in Venetos tentavir, cum Induciæ inter eos, ac Turcam promulgatæ eſſent. Contigit Caſtri novi clades ad ſeptimum Idus Auguſti [*inquit Jovius*] de qua Petrus Paulus Gualterius in Diario memorat. *Decimo ſeptimo Auguſti nuntiatum eſt Romæ, Turcas die ſeptima hujus expugnaſſe Caſtrum novum occiſo præſidio, quod ibi a Cæſare tenebatur.* Ad ſarciendam cladem, vel graviores avertendas, cogendis nummariis ſubſidiis dedit operam Pontifex, atque hæc Cardinali Toletano imperavit.

Barbaroſſa Caſtrum novum recuperat.

Petr. Paul. Gualt. Aret.

Cardinali Toletano.

Paul. III. lib. brev. an. 5. p. 182.

Dilecte fili noſter, ut opitulemur Sereniſſimo Cæſari Hiſpaniarum Regi Catholico, qui licet exhauſtus proximis contra Turcas bellis, nunc cum Claſſe, & multis armatorum millibus in eos miſſis furorique eorum, Italiam, & Hiſpaniam invadere cupientium, acrius ſe oppoſuit, graviſſimaſque tam pro Eccleſiaſticis, quam pro cæteris tuendis impenſas ſuſtinet, majoreſque vires, & copias in annum ſequentem pro communi ſalute fortius tuenda, paraturus eſt, impoſuimus, ejuſque Majeſtati conceſſimus duas quartas fructuum Eccleſiaſticorum Hiſpaniæ pro præſenti, & futuro annis. [Et infra:] *Nullum enim tempus, fili noſter dilecte magis opportunum, vel neceſſarium offerri poterit cunctis Eccleſiaſticis, quam hoc, in quo vel communi, vel propriæ ſaluti defendendæ opes Eccleſiaſticæ ad pia opera deſtinatæ profundi debeant, ut illas retinere ſalvas ab hoſtibus poſſimus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum* XIX. *Auguſti MDXXXIX. anno* V.

Data fuere eadem imperia Cardinali Burgenſi, atque Cordubenſi, & Hiſpalenſi Archiepiſcopis. Ex Luſitania pariter præſidia Pontifex, comparaturus pro ſuſtinenda belli Turcici mole, Cardinali Ulyſſipponenſi ſcripſit.

Cardinali Ulyſſiponenſi.

Paul. III. lib. brev. an. 5. p. 339.

Quo in periculo univerſa Chriſtianitas, & præcipue Italia noſtra verſetur, hoſtibus Turcis validiſſima cum Claſſe illi imminentibus, & quam neceſſariis de cauſis Decimas, cum in ipſa Italia, atque Hiſpania, tum in iſto etiam Portugalliæ Regno impoſuerimus, non attinet, tuæ prudentiæ commemorare. Et infra: *Caſtronovo, quod præſidio Sereniſſimi Cæſaris tenebatur, nunc expugnato, neminem Cardinalium voluimus, nec ipſos etiam Nepotes noſtros a tam neceſſaria contributione eſſe immunes, &c. Dat. Anconæ I. Octobr. MDXXXIX. anno* V.

XXXII.

Martinus Bellaius comment. l. 8. Surius in comment. hoc anno. Guicciar. in comm. Paulus Jovius l. 29. Franciſcus Belcarius l. 22. n. 33.

Dum ſubſidia undique Cæſar pro ſuſtinendis Turcici belli ſumptibus comparat, ac Populos acerbioribus indictis vectigalibus atterit, Gandavenſes in eum rebellionem movent, ac reliquas Belgii Urbes pellicere ad defectionem pertentant, prætuliſſe tum fidem commodo Gallorum Regem memorat Martinus Bellajus. *Gandavenſes tributis obtriti cedunt Ma-*

Magiſtratus Cæſarianos, Regiæ fidei, ac poteſtatis ſe permiſſuros ſignificant, maximas alias Urbes conjurationis futuras participes pollicentur. Rex conditionem repudiat ſacramenti memor, monetque Cæſarem, Belgium ſpectare ad defectionem. His difficultatibus implicitus Cæſar, cum præſentia ſua tantum motos tumultus poſſet compeſcere, anceps conſilium init, ut ſe Gallorum Regis fidei, & integritati committeret, ac tum fama increbuit eos pacem inter ſe ſanxiſſe, adeo ut Petrus Paulus Gualterius hæc referat in Diario. *Die* XXIV. *Novembris Cardinalis Farneſius creatus fuit Legatus ad Cæſarem, & Regem Franciæ, ut nomine Domini noſtri gratularetur eis de pace inter eos facta, & hortaretur eos ad agendum ea, quæ pacem ſequerentur, & de Concilio.* Confirmaſſe Cæſarem, ſe Gallo Regi, vel alteri ex Liberis Ducatum Mediolanenſem traditurum, refert Martinus Bellajus, atque magnificentiſſime exceptum, deductumque a Regis Liberis addit, quod confirmat Surius, ac de illius pietate hæc memorat. *Eo ipſo tempore deprehenſus eſt a Legatis ſororis ejus Mariæ, quæ Belgio præerat, iſque non ſemel per noctem duabus, aut tribus horis, utroque flexo poplite in cubiculo, nigris undequaque pannis tecto, orare. Porro ea precandi ratione eum quotidie uſum fuiſſe conſtat. Orabat mane duabus plus minus horis, totidem nocte vel veſperi, inde poſtquam ſe induiſſet, accedebat etiam mane ad auſcultandum Sacrum.* De eadem Cardinalis Farneſii Legatione Angelus Maſſarellus etiam hæc tradit.

Diar. Vat. mſ. Bibl. to. 11. Blaſius Cæſen. in Diario. Cardinalis Farneſius Legatus ad Cæſarem & Regem Galliæ. *Martinus Bellajus comm. l. 8.*

Angelus Maſſarell. in Diar. Concil. Trid. mſ. Arch. Vat. p. 11.

Non prætermiſit Sanctitas Sua omnem operam, & laborem, ut interim pax Reipublicæ Chriſtianæ redderetur, itaque cum Cæſar Belgis ad defectionem ab eo incitatis, defectionis hujuſmodi comprimendæ gratia per Galliam amiciſſime, & cum Gallorum Rege magno benevolentiæ, concordiæque indicio tranſiens, in Belgas profectus fuiſſet, Sanctitas Sua ut dictarum Majeſtatum animos majoris affectionis vinculo paterno affectu reconciliaret, atque propterea concilium commodius celebrari poſſet, Reverendiſſimum Dominum Alexandrum Sancti Laurentii in Damaſo Diaconum Cardinalem Vicecancellarium ſuum ſecundum carnem nepotem ad ſæpe fatos Cæſarem, & Chriſtianiſſimum Regem Legatum VIII. Kal. Decembr. MDXXXIX. conſtituit, qui XXIV. Novembris ex Urbe diſcedens iter Galliam verſus arripuit. Addit Blaſius Cæſenas, miſſum Legatum, ut cum ex redintegratæ amicitiæ legibus Cæſar Franciſci Regis filiam uxorem ducturus diceretur, in tanta lætitia, Regumque conjunctione, nomine Pontificis, & Sacri Senatus, utrique gratularetur.

Blaſius Cæſenas Mag. Cærem.

Porro Imperator Galliam ferme totam emenſus, a Franciſco Rege obviam progreſſo, in Oppido, cui Lochiæ nomen eſt, ſalutatus, cum eo conſilia de rebus graviſſimis contulit die duodecima Decembris, de quibus hæc refert Martinus Bellaius. *Suadet Regi, ut Venetos, miſſis Oratoribus a meditato fœdere Turcico, ob crebra, & gravia accepta damna, ad id inclinatos, revocet, ac terra, & mari ſumma conjunctione in Turcam expeditionem ſuſciperent.* At de ea legatione, deque Cæſaris profectione in Belgium proximo anno agemus.

Cæſar per Galliam tranſiens Belgium petit. *Petrus Paulus Gualter. Aret. in Diario Martin. Bellajus comm. l. 8.*

Sed cum hæreſes in dies ubique incrementum ſumerent, & finitimas Provincias pervaſuræ clam ſerperent, ad eas reprimendas Pontifex Jacobo Cardinali Sadoleto Cenſoris fidei munus demandavit, ut Avenionem, & Comitatum Veneſinum ab ea peſte vindicaret. XXXIII.

Cardinali Sadoleto.

Dilecte fili noſter. Gravi animi noſtri perturbatione venena Lutheranæ hæreſis in noſtris Civitate Avenionis, & Comitatu Venaiſino in dies diſſeminari audivimus, ſatoreſque eorum eo confidentius agere, quod ætatem, invalitudinemque Legati noſtri forſan credant minus aptam, ac deſpiciant, quamobrem cupientes ea ſemina, antequam convaleſcant, extingui, habenteſque opportunam in iſtis locis tuæ circumſpectionis præſentiam, quæ etiam ſuam Eccleſiam, & Diœceſim Carpentoratenſem in dicto Comitatu ſitam, pro ſuo officio, ac pietate ab his labibus tueri debet, & celebribus ſuis ſcriptis Religionem Catholicam, adverſus hujuſmodi hæreſes non ſemel defendit: eidem tuæ circumſpectioni, de cujus virtute, prudentia ſingularique pietate, & doctrina, plenam in Domino fiduciam obtinemus, hanc curam, dictas hæreſes in Civitate Avenionenſi, & Comitatu Venaiſino prædictis, extinguendi, & ab illis totam noſtram ditionem purgandi, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium demandamus, dantes tibi pleniſſimam poteſtatem, & facultatem, per te, vel alium, ſeu alios, omnes dictam hæreſim ſeminantes, eiſque conſilium, auxilium, vel favorem quomodolibet præſtantes inquirendi, repertos culpabiles puniendi, ſeu puniri faciendi, &c. Datum Romæ v. Junii MDXXXIX. *anno v.*

Paul. III. lib. brev. 5. p. 217.

Non defuit officio Jacobus Cardinalis, atque authoritate ſua, & doctrina, Novatorum inſolentiam coercuit, clementia tamen magis, quam vi ingenia vinci ratus, eam primum explicuit, quam ſeveri-

ri-

ritatem adhiberet, deque ſuis piis ſtudiis, & laboribus hæc ad Alexandrum Cardinalem Farneſium reſcripſit.

XXXIV. *Jacob. Sadol. l. 12.* *Multa quotidie ex me commoda, atque adjumenta his populis proveniunt, quod diurnis, nocturniſque meis cogitationibus hoc conſequar, ut & pace, & concordia eos contineam, & propulſem hinc impios, qui veritatem Catholicæ Religionis conantur evertere, quorum niſi ego huc veniſſem, magna jam copia in his locis exiſteret: nunc meis vigiliis, atque curis fit, ut illi non modo ad nos, ſed ne ad vicinos quidem noſtros ſe audeant conferre. Contingit enim peropportune, ut cum apud Populos etiam remotiores fides mihi non parva ſit, tum vero Senatoria conſilia, quæ Gallicanis præſunt Provinciis, ut Aquenſe, ut Tholoſanum, ut Gratianopolitanum, meo non minimum teſtimonio moveantur. Itaque cum his paucis diebus Diploma ad me Pontificium eſſet allatum, quo datur mihi in Lutheranos inquirendi, atque animadvertendi poteſtas, accepi equidem illud venerabundus, & gratulans, gratiaſque de eo Summo Pontifici egi. Sed quod ad uſum illius poteſtatis pertinet, equidem ſi neceſſe erit utar, dabo operam tamen ne ſit neceſſe. Nam quibus ego armis libentius utor, ea, ut leviora ſunt ad opinionem, atque ad aſpectum, ita ad convincendos improborum animos longe ſunt validiora, cum non terror ab illis, neque ſupplicium, ſed veritas ipſa, ſed & Chriſtiana in primis manſuetudo confeſſionem erroris corde magis quam ore prolatam exprimit. Datum Carpentorati IV. Kal. Auguſti MDXXXIX.*

Haud impari ſtudio Sadoletus compeſcendæ Judæorum audaciæ incubuit: qua de re extat præclara ejuſdem ad Cardinalem Farneſium hoc anno conſcripta epiſtola, cujus ſaltem partem, ut in Annalibus Eccleſiaſticis inſeratur, dignam duximus. Poſt plura. *Agam fortiter, utarque libertate, quam tribuit mihi Deus: neque eum Principem, cui omnia debeo, cujus eximiam laudem virtutis, probitatis, ſapientiæ ullis hominum ſermonibus infringi, aut imminui iniquiſſimo animo patior, falſis aſſentationibus in errorem inducam, ſed dicam aperte, ut ſe res habet. Qui poteſt videri amore Religionis in ſuis Provinciis Lutheranos perſequi, qui in eiſdem Provinciis tantopere ſuſtinet Judæos? Nulli enim unquam ullo a Pontifice Chriſtiano tot gratiis, privilegiis, conceſſionibus donati ſunt, quot per hoſce annos honoribus, prærogativis, beneficiis, non aucti ſolum, ſed armati ſunt Judæi. Ac cæteris quidem fidelibus, & optime meritis, nova juris beneficia, ad propulſandam, ſi qua illata ſit, injuriam conceduntur; Judæis ſolum ad inferendam. Quamquam non eſt iſta Pontificis optimi culpa, ſed eorum qui ad ſuum ex Judæis quæſtum Pontificis nomine abutuntur, de quibus honeſtius eſt vos exiſtimare, quam me ſcribere. Judæi quidem opibus referti fautoribus inſolentes, inter has plebes, tamquam inter pecudes lupi graſſantur.* [Et infra]: *Et in his nuper duo, quæ maxime valentia ſunt ad avertendos Chriſtianos, ſcilicet nutu ibi, quod volunt, conſequuntur, nec eſt quicquam jam ſanctius, & ad reconciliandam Eccleſiaſticam dignitatem, quæ prope omnis jampridem amiſſa eſt, utilius quam fovere Judæos: quibus [quod omnibus ſæculis inauditum eſt] licitum ſit, ſolis tanta frui apud Magiſtratus authoritate, & gratia, ut ad impetrandum omnia, quæ poſcunt, eorum accuſatio audiatur ſine reo, cauſa cognoſcatur ſine teſte, ſententia feratur ſine judicio. Et hæc vos tandem quomodo ab his trans Alpes nationibus accipi exiſtimatis, quarum in oculis, & in conſpectu poſita ſunt? Quæ nationes carent omnes hac Judæorum peſte, nec abominantur pejus quicquam, quam Judæorum nomen, quos tantopere vident iſtic in deliciis eſſe. In tantane defectione animorum omnium jam a nobis gentium [plane enim dico omnium, quod ego ita eſſe intelligo: vos haud ita ſentitis, propterea quod auribus veſtris vulgo homines blandiuntur] in tantane inquam defectione omnium, & prope execratione authoritatis Eccleſiaſticæ, magno Reipublicæ præſidio futurum putatis, ſi ſic alueritis, ſi ſic extuleritis Judæos? Fideles autem, & pauperes populos veſtros ſic lacerari ab illis, & diripi neglexeritis? Porro in hæc loca, quod tu tranſiens noſſe potuiſti, Provinciæ maxime concurrunt Italia, Hiſpania, Gallia, atque Anglia: e quibus, qui hac iter faciunt homines, conſcios eos eſſe hujuſmodi querelarum, eaſque domum ad ſuos referre, ſane exiſtimationi veſtræ, & communi ſaluti non expediet, &c.*

Hoc anno Henricus Angliæ Rex ſcri- XXXV. *Surius in comment. hoc anno.*
ptum nefarium edidit adverſus Pontificem, qui Concilium Vicentiæ tum indixerat, ex qua contumelia Pontifici illata exultarunt Lutherani; verum quantum ab iis alienus eſſet Henricus demonſtratum eſt, nam cum Lutheranæ Sectæ Magiſtri ſeditiones (quales ſpirat Lutheranum dogma) excitarent in Anglia, Henricus ad eas compeſcendas in publicis Ordinum Comitiis, veterem Religionis formam ſervandam ſanxit in propoſitis ſex Quæſtionibus, de quibus publica acta hæc habent.

Tandem poſt longam ſuper his articulis deliberationem, poſt conſultationes plurimas, poſt argumenta inſtituta, ultro, citroque conuenta, omnium, tam Regiæ Majeſtatis, quam utriuſque Senatorii Ordinis, & Plebis in hunc Senatum coactæ, ſummo conſenſu fuit, & eſt reſolutum, decisum, ac ſtatutum eo modo, ac forma, qui ſequitur. In primis in beatiſſimo Altaris Sacramento per virtutem, & efficaciam potentiſſimi verbi Chriſti, ſimul atque illud Sacerdos ore locutus fuerit ſub forma panis, & vini naturale Corpus, & Sanguinem Dominicum conceptum en Maria Virgine realiter adeſſe, & poſt conſecrationem, nullam panis, aut vini, aut aliam, quam Chriſti Dei, & hominis remanere ſubſtantiam.

Henricus VIII. contra Lutheri Sectam leges edit.

Secundo, communicare ſub utraque ſpecio non eſt omnibus hominibus jure divino neceſſe ad ſalutem, credendumque eſt, & non dubitandum, quoniam in carne ſub ſpecie panis ſit verus Sanguis, & cum Sanguine ſub ſpecie vini ſit Divina Caro, tam diviſim, quam conjunctim.

Tertio, Sacerdotes, poſtquam initiati ſunt Jure Divino non poſſunt uxores ducere.

Quarto, Vota caſtitatis, ſive viduitatis a viro fœminave non temere facta, Jure Divino ſunt obſervanda.

Quinto, Miſſas privatas in hac Regis Anglicana Eccleſia, ac Congregatione admitti, ac celebrari, ſimul & bonum, & neceſſarium eſt, per quas probi Chriſtiani, quorum vita reſpondet, pariter & bona, & divina ſolatia, & beneficia inde recipiunt, Miſſaſque celebrari Juri Divino quadrat.

Sexto, Expedit, neceſſeque eſt auricularem confeſſionem retineri in Eccleſia Dei. Quocirca Regiæ Majeſtatis authoritate, ac ſummo, utriuſque Ordinis Senatorii, plebiſque in hunc Senatum coactæ conſenſu, in hunc modum, qui ſequitur, latum eſt Senatuſconſultum. Qui vel in hoc Regno Angliæ, vel alio quovis Regiæ Majeſtatis dominio poſt duodecimum diem Junii, qui proxime ſequetur, verbo, ſcripto, prælo, fictitiis characteribus, aut alio quovis modo publice concionantur, docent, dicunt, affirmant, declarant, diſputant, aut ratiocinantur ſecus quam jam dictum eſt, in illos tanquam hæreticos, graviſſima conſtituit Rex ſupplicia, aut etiam in eos, qui conſilio, aut re, tales juverint.

XXXVI. In Hibernia, cum Georgius Archiepiſcopus Armachanus defeciſſet ad Hæreticos, Pontificia ſententia exauthoratus eſt, atque in ejus locum Robertus Wancop doctrina, & pietate celeberrimus ſuffectus eſt, ut tradit Alexander Farneſius in actis Conſiſtorialibus.

Navatam a Roberto in confutandis hæreticis inſignem operam inferius viſuri ſumus. Pluribus vero a Religione Catholica deficientibus in Europa, plures in America Barbari ad eam ſe conferebant, referunt enim acta Conſiſtorialia, hoc anno in Civitate Regali novum Epiſcopatum fuiſſe inſtitutum, ita ut ſacra jura peteret ab Archiepiſcopo Hiſpalenſi.

Auctus eſt exeunte anno Sacer Senatus novo Cardinalium ſupplemento, inter quos adlectus eſt Marcellus Cervinus Neocaſtrenſis Epiſcopus, magnarum virtutum laude florentiſſimus, ad quem extant ſubjectæ Pauli literæ. XXXVII

Dilecto filio noſtro Marcello, S. R. E. Presbytero Cardinali Neocaſtrenſi.

Dilecte fili noſter. Si labori præmium, fidei gratitudo, honor virtuti debetur, tu in labore, & cura negotiorum noſtrorum indefeſſus, in fide probatus, in virtute conſpicuus, ita te dignum omni noſtra benignitate reddidiſti, ut parum nobis videretur, ſi te in liberalitate, in opibus, niſi in beneficentia, in honoribus proſequeremur, nam nec tu ſola virtute contentus, nobiſcum fuiſti, ſed merita erga nos, & Apoſtolicam Sedem adjeciſti: conveniebat igitur, ut cum dignitas Cardinalatus, ſeu virtuti, ſeu meritis tribui ſoleret, tibi potiſſime tribueretur, qui ſimul utroque eorum inſignis es; itaque, ut & grato Principi te operam locaſſe ſcires, & in futurum cum dignitate etiam merita augeres, hodie te inter cæteros Cardinales a nobis creatos adnumeravimus, mittimuſque ad dilectum filium Alexandrum Cardinalem de Farneſio S. R. E. *Vice-cancellarium Legatum, & Nepotem noſtrum birretum rubeum de more a Nobis benedictum, qui illud pari lætitia, qua ipſi miſimus, tibi aſſignet. Datum Romæ* XIX. *Decembris MDXXXIX. anno* VI.

Paul. III. lib. brev. an. 12. p. 289.

Marcellus Cervinus Cardinalis creatur.

Agebat Internuntium Marcellus una cum Alexandro Farneſio, qui (ut diximus) ad Carolum Cæſarem, & ad Gallorum Regem Legatione fungebatur. Porro Marcellus e Cardinalitio gradu poſtea ad Pontificalem provectus eſt, in quo Marcelli II. nomen retinuit: deſcribitur ea Cardinalium promotio ſubjectis verbis in actis Conſiſtorialibus.

Alex. Farneſ. Card. in Actis Conſiſt. mſ. Card. Spad. ſig. 133. pag. 377.

XIX. Decembris MDXXXIX. fuit Conſiſtorium. S. D. N. de conſenſu, & conſilio RR. DD. meorum S. R. E. Cardinalium, & authoritate Dei Omnipotentis, BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ſua creavit, & aſſumpſit in S. R. E. Cardinales Reverendiſſ. DD. Federicum Fre- XXXVIII.

goſium Epiſcopum Salernitanum, Petrum Epiſcopum Gebeunenſem, ac Antonium Aurelianenſem, ac Ubertum de Gambara Terdonenſem, Aſcanium Ariminenſem ac Paulum Pariſium Nuſcanum, necnon Marcellum Cervinum Neocaſtrenſem, & Bartholomæum Guidiccionum Apruinum, Epiſcopos, Magiſtrum Dionyſium Generalem Ordinis Servorum, Henricum Borgiam electum Squillacenſem, Jacobum Sabellum Prothonotarium Apoſtolicum, & demum ſua Sanctitas reſervavit unum in pectore, pro quo Reverendiſſimorum DD. Cardinalium vota ſumpſit.

Acta Conſiſt. p. 378. *Proximo anno ad XXVIII. Januarii aſſignavit Titulos, videlicet Reverendiſſimo Uberto de Gambara Sancti Sylveſtri, Aſcanio Sanctæ Potentianæ, Paulo Pariſio Sanctæ Balbinæ, Bartholomæo Guidicciono Sancti Cæſarii in Palatio, Dionyſio S. Marcelli, & donavit eis annulos de more.*

Eadem tradunt Petrus Gualterius Aretinus, ac Blaſius Cæſenas Rituum Magiſter, qui addit: Henrico Borgiæ Ducis Gandiæ filio datum tit. Sancti Nicolai inter Imagines, ſed illum in ipſo juventæ flore Viterbii obiiſſe. Et Fregoſium Cardinalem ad Urbem vocatum, ut ſubjectæ indicant literæ.

Dilecto filio noſtro Frederico Fregoſio S. R. E. Presbytero Cardinali Salernitano nuncupato, &c.

Paul. III. lib. brev. p. 550. *Hodie in Conſiſtorio noſtro ſecreto magna quidem noſtra voluptate, ſed non minore Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſtudio, tuatumque virtutem frequenti commemoratione, te ejuſdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem in Dei nomine creavimus, quemadmodum aliorum complurium literis tibi perſcriptum iri non ambigimus: multorum enim benevolentiam tibi, ac literis, cæteriſque tuis laudibus comparaſti: quamobrem, fili noſter, te hortamur, ut a Deo, ac nobis in participationem ſolicitudinis, ac curarum præſentium vocatus, non dubites, quamprimum venire ad nos, qui, quo judicio te elegimus, eadem benevolentia complectemur, ut nobis, & S. R. E. cujus inclytum membrum jam es, opera, aſſiduitate, conſilioque tuo aſſiſtas, noſtraque ſpei reſpondeas, &c. Datum Romæ* XIX. *Decemb. MDXXXIX. anno* VI.

Florebat hoc tempore Granatæ ſanctitatis, & eloquentiæ Apoſtolicæ nomine, ac per totam fere Hiſpaniam celebrabatur Joannes Avila Sacerdos clericus, probatiſſimus virtutis magiſter, ac ſcriptor egregius, a Divo Ignatio de Lojola, a Sancta Thereſia, aliiſque inſignioribus illius ætatis Viris mirum in modum excultus: hic, cum præfatæ Iſabellæ Imperatricis cadaver Granatam perductum fuiſſet, ubi tunc Regia ſacra Ædes magnificentiſſime conſtructa, ad condendas Regum exuvias deſtinata erat, funebrem de ea habuit concionem. Ab hujus itaque Apoſtolici præconis de Mundi fallacia, ac vanitate mirifice tunc diſſerentis ſermone non modicum animo ſuccenſus Franciſcus Dux Gandiæ, plura cum Joanne colloquia habuit, quibus concepta perfectioris vitæ ſemina, eo dirigente, ad optatam ſegetem perducerentur. Accidit quoque, quod ad hunc præclariſſimum Verbi Dei concionatorem, ſacra glorioſi Martyris Sebaſtiani recurrente feſtivitate, in Eremitorio eidem Martyri dedicato, quod e Regione Alhambræ Urbis Granatenſis arce ſitum eſt, prædicantem auditurus acceſſit Joannes de Deo: cujus ardentiſſimis ſermonibus, ac validiſſimis argumentis adeo compunctus eſt, ut finita oratione in lacrymas ſolutus, ac ſolo ſtratus, pectus tundere, voces divinæ miſericordiæ imploratrices emittere, capillos, barbamque evellere cœperit: mox manu in libros prophanos injecta, unguibus, dentibuſque omnes dilaceravit, pioſque vero, utileſque cuicumque petenti, ac imagines ſacras, & quidquid habebat librariæ ſuppellectilis gratis elargitus eſt. Ita brevi factum eſt, ut expoliatus omnino, nuduſque appareret, nihil præter induſium, & femoralia retinens. Ad Magiſtrum Avilam deinde deductus, totius vitæ curſum compendio ei explicuit, ſuaſque culpas cum ingenti lacrymarum imbre aperuit: enixe eum rogans, ut ipſum in ſuam clientelam reciperet. Cujus ſalutaribus monitis in Chriſtianæ Religioſæque vitæ caſtris adeo profecit, ut Ordinis de Hoſpitalitate Inſtitutor deinde effectus, charitatis, patientiæ, cæterarumque virtutum, prophetiæ quoque, ac miraculorum gloria clarus, totam fere Hiſpaniam in ſui admirationem brevi pertraxerit: de quo alias recurret nobis dicendi locus.

Claudimus hunc annum, fauſto ac fortunato Societatis Jeſu natalitio. Nam eum Sanctus ejuſdem fundator Ignatius una cum Sociis per duos fere annos in nonnullis Romæ Templis Divino verbo ad omne Chriſtiani officii munus populum inflammaſſent, ac plebe pueriſque vicatim Chriſtianæ legis præcepta inſtillaſſent, pauperum quoque neceſſitatibus quacunque poſſent ope, auxilioque, de aliena magis quam de ſua egeſtate ſoliciti, provide paterneque ſuccurriſſent, ſaluberrimam illam naſcentis Eccleſiæ conſuetudinem, crebræ ſcilicet peccatorum confeſſionis, & fractionis panis longo ſæculo-

culorum flexu interruptam revocaſſent; ac plura pia opera, quæ vel ad puellarum miſerandarumque Virginum pudicitiam tuendam, vel ad fæminarum a flagitioſo vitæ genere redeuntium pœnitentiam rite exercendam, vel ad cathecumenorum, atque a Judæis, vel a Saracenis converſorum fidem conſervandam pertinebat, Deo propitio inchoaſſent: necnon a variis locis, provinciiſque remotioribus magis in dies poſtularentur, ut literis, ac pietate, formandis moribus, ac ingeniis acuendis ubique proximorum commodis deſervirent, hoc anno cum Sodalibus de condenda egit perpetua Societate; & ut erat communi ipſorum conſenſione decretum, inſtituti formulam in quædam capita breviter digeſtam Pontifici Maximo Apoſtolica authoritate firmandam, nactus opportunitatem Tiburtini receſſus, quo ſe Pontifex e negotiorum turba receperat per Cardinalem Contarenum eidem addictiſſimum ſuppliciter obtulit: quam Paulus juſſam a Sacri Palatii Magiſtro Thoma Badia prius cognoſci, ab eoque approbatam, ut ipſemet vidit, ac diligenter expendit, *Spiritus Dei* (inquit) *eſt hic*, Ignatii, ſociorumque pia ſtudia pluribus commendavit; ſubjecitque ſe jam animo præſagire, Societatem hanc tum inſtitutam, afflictis Eccleſiæ rebus non levi præſidio, ac ornamento fore. Quod ſummi Sacerdotis Chriſtique Vicarii teſtimonium optime completum fuiſſe tandem univerſa profitetur Eccleſia; cum in recurrente anniverſaria Sancti Ignatii feſtivitate juxta præſcriptam a Sede Apoſtolica in ſacris de eo lectionibus formam, in tanti viri, Societatiſque ejus commendationem ita decantet. *Ut conſtans fuerit omnium ſenſus, etiam Pontificio confirmatus oraculo, Deum ſicut alios aliis temporibus Sanctos Viros; ita Luthero ejuſdemque temporis hæreticis Ignatium, & inſtitutam ab eo Societatem objeciſſe.*

Anno

I. ANno a Virginis partu milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, indictione decimatertia agitata ſunt plura colloquia a Catholicis cum Lutheranis ardentiſſimo ſtudio Cæſaris, qui benevolentia demulcere feroces eorum animos, atque ad officium pellicere nitebatur; ſed ea irrito exitu diſſoluta ſunt; cum Lutherani ſuperbia elati priſtinos errores abiicere detrectarent, immo fidei lumine orbati proterve nova errorum figmenta conflarent; de quibus accuratius agetur inferius: nunc quod ab Alexandro Cardinale decreto exeunte anno ſuperiore ad Cæſarem & Franciſcum Galliæ Regem Legato, ut inter eos expetitam continentibus omnium fidelium votis pacem conciliaret, geſtum ſit expendamus. Pervenit Lutetiam Cardinalis Legatus pridie quam Cæſar Lutetiam ingrederetur; nec de pace ſancienda ſermonem inferre potuit, niſi Cæſar in Belgium ſe contuliſſet: nam ſubtili arte tranſegerat cum Gallo, ut de pace in Gallia non ageretur. *Ne ſi alienæ poteſtatis factus* (inquit Paulus Jovius) *in ſolo nuper hoſtili minus libere minuſque utiliter de pace tranſigeret, totius inſtitutæ liberalitatis ſuæ gratiam deflorarat, quando ea demum apud omnes opinio foret quæ facile tolli non poſſet, ut ipſe nequaquam ex animo & ſatis generoſe, ſed ignobili metu & cæco pudore circumſcriptus ad iniquas pacis conditiones deſcendiſſe crederetur*. Ita Cæſar Gallorum animis in ulteriores ſpes traductis magnificentiſſime habitus a Franciſco Rege, Regiiſque liberis ſtipatus ſeptima Januarii in Belgium ſe recepit: poſt cujus diſceſſum Cardinalis Farneſius Legatus Pontificia mandata, preceſque expoſuit Franciſco Regi de firmiſſima pace inter ipſum, ac Cæſarem ſancienda, de auxiliis ad retundendam Turcicam tyrannidem conferendis, de Henrico Angliæ Rege, ac Lutheranis ad Eccleſiæ conjunctionem, & obſequium revocandis, cui Gallorum Rex nitide reſpondit, ſe aperto & ſincero animo Imperatori ſignificaſſe, pactas induciarum leges ſanctiſſima Religione culturum: fœdus vero armorum cum Angliæ Rege & Lutheranis percuſſum integris rebus ſuis nondum reſcindi poſſe, niſi graviora pericula in ſe converteret, prius enim pacem arctiſſimam inter ipſum Cæſaremque adſtringendam, qua confirmata res Chriſtiana civilibus afflicta bellis refloreſceret, tyranniſque Turcica retunderetur. Addidit ſibi gratiſſimum fore, ut Legatus ipſe ad Imperatorem ſe conferret, & cum eo de pacis legibus, ac de conjugio inter filium Regium & Cæſaris neptem conciliando contrahendoque ageret. Adiit etiam Cardinalis Legatus Monmorantium Magiſtrum equitum, arcanorum omnium Regiorum conſiliorum participem; rogavitque, ut pro mandatis Pontificis conficiendis reſtituendaque priſtinæ dignitati Chriſtiana re ſtudia ſua conjungeret; cui Magiſter equitum tum Cardinali reſponſum cum Regia ſententia conſentiens reddidit; conſuluitque ut ambo Cæſarem in Belgium abeuntem ſequerentur, tum maximis laudibus Pontificium pium ardorem pro inſtauranda pace amplificandaque re Chriſtiana, ex quo ingentium rerum ſpes maximæ effloreſcebant, commendavit.

Paulus Jovius l. 29.

II. Suſpenſæ tunc erant omnium mentes maxima pacis expectatione, cum Cæſar Mediolanenſem Principatum uni ex Franciſci filiis ſe reſtituturum ſpopondiſſet, ut Martinus Bellajus aſſerit, & Gallicis armis adverſus Lutheranos, & Turcas uſurus crederetur. Sed cum Belgium attigiſſet, Gallorum Regis ſpes eluſit, ac primum cum de concordia conditiones perſcribendæ forent, moras extraxit, integrumque tractandæ pacis negotium in Ferdinandi Regis adventum rejecit; nihil enim dum Cæſar in Gallia fuerat, egerat de pace, ſed ut inſtructus erat artibus, finxerat, minus utiliter, minuſque libere de pace tractaturum ſe, dum in aliena ditione eſſet, totiuſque inſtitutæ liberalitatis ſuæ gratiam defloraturum, quando ea omnes imbueret opinio, non generoſe liberalitatem explicuiſſe, ſed ignobili metu ad iniquas conditiones deſcendiſſe: ita Gallorum ſpes illuſa. Bellajus nullo firmo fundamento, ut ſimulatum promiſſorem Cæſarem accuſat, demonſtratque abſque ratione ſpem dediſſe concedendi Gallo Regi Mediolanenſem Ducatum, ut ſecurum tranſitum per Galliam obtineret; nam Rex nec verbum Legato Farneſio de tali ſpe protulit, immo, ſicuti paulo ſuperius diximus, contentus erat, ut conditiones Induciarum ſervarentur, & quando cum Cardinali Cervino (qui, ut poſtea dicemus, ad Imperatorem Legatus proficiſcebatur) de pace egit, nec minimo verbo queſtus eſt de promiſſione Ducatus Mediolanenſis a Cæſare facta, & non obſervata, ſed ſolummodo, ut ſuo loco videbimus, dixit: Imperatorem ſibi Belgium obtuliſ-

Pallavic. hiſt. Conc. Trid to. 1. l. 4. c. 11. n. 6.

ſe

ſe, dummodo omnibus, quæ in Italia poſſidebat, & omnibus, quorum ſpem poſſidendi habebat, ſe abdicaret, ſeque oblatam permutationem, reſpuiſſe, contentum in conditionibus Induciarum permanere.

III. Coactis igitur a Cæſare Belgarum, Germanorumque copiis, in Gandavenſes, qui ob imperata nova vectigalia ſeditionem moverant (uti ſupra meminimus) procurrit: ii vero cum pacem ab eo cum Gallo Rege occultis legibus confectam, ut fama percrebuerat, putarent, nec ulla expectarent ſubſidia, ſupplices veniam erroris petiere, portaſque venienti aperuere: at is conjurationis Principes captos in foro gladio percuti juſſit, populo ignovit, libertates, ac jura creandorum Magiſtratuum abrogavit, pecunia ad Arcem extruendam mulctavit. Terruit ea res liberas Germaniæ Civitates, Cæſareaque fœlicitas pariter Henricum Angliæ Regem adeo perterreſecit, ut Cæſarem ſibi conciliare niteretur.

Gandavenſes ad obedientiam Cæſaris redeunt.

Paul. Jov. l. 39.

Peperit etiam is adventus Cæſaris maximos in animis Germanorum motus, nam Catholici ex eo exultarunt, tanquam illius præpotentibus armis ex tyrannide Hæreticorum eſſent vindicandi: Hæretici vero tanquam ſcelerum ſuorum ultorem formidarunt: at prudentiſſimi, rerumque gerendarum uſu ſpectabiles cenſuerunt nil præclari hoc ſecundo adventu a Carulo V. geſtum iri, magis, quam primo, cum nollet frangere armis Hæreticos, ſed ad concordiam, nunquam coituram pellicere pertinaciſſimos, de quo extat in MS. Vaticani tabularii hæc graviſſima oratio tunc habita.

IV. *MS. arch. Vat. ſig. lib. T. pag. 427.*

Quid is faciet, poſtquam ex Hiſpaniis exacto decennio in Germaniam rediit, aliis in terrorem, aliis in ſolatium.

Auguſtæ nihil egit, quod quidem ad Religionis pacem attinet. Bruxellæ, quæ reliqua ſpes?

Nam ſicut expectavit omnis Eccleſiaſticorum turba innumeris gemitibus, ut Cæſar adveniret, ita nunc, quando advenit, expectatur a pleriſque, ut ſublatis tam diutinis, tamque odioſis, atque non ferendis Germaniæ diſſidiis concordiam, ac unanimitatem inter nos Chriſto Duce ſtatuat.

Tria igitur omnino proſpicio, quorum unum faciat Cæſar neceſſe eſt, aut enim curabit, ut in unum corpus ultro redeant contrariæ partes, aut ut Lutherana pars, ſi contumaciter æquis conditionibus reluctetur, ordinaria poteſtate reprimatur.

Aut ut ſuperbia illa, ſi coerceri non queat, morbo ſuo relinquatur, & reformentur Eccleſiæ, a Sectis nondum occupatæ.

Excutiam hæc tria, quando ita libet, & neceſſarium eſſe video.

Partes contrariæ inter ſe acerbioribus diſſident odiis, quam ut ſpes ulla ſit, concordiam ſtabilem fore, nam neutra pars in ea dogmata, in has obſervationes, moreſque ex animo conſentiet, cuiuſmodi nunc annis ferme viginti vehementi ſtudio damnavit.

Quod ſi coaleſcent, unaque rurſus efficietur Eccleſia, quo nihil unquam optatius; dixeris ſummam divini Spiritus operationem interceſſiſſe, & maius eſſe miraculum, quam ſi quiſpiam ex mortuis noſtra hac tempeſtate ſuſcitaretur.

De ſecundo idem metus ſubit, etenim ſi armis quantumlibet juſtis impetantur Lutheriſtæ, quid futurum aliud niſi lamentabile Germaniæ totius exitium.

Accedit fœderis ſchiſmatici firmitudo, quam frangere difficillimum fuerit, niſi forte ſua ſtratagemata norint Cæſariani: neque enim Evangelio prohibendo, ſed nefariis auſibus coercendis Cæſar poteſtatem excellentiorem habet. Exeris, non opprimit Religio, ſed illata vis a cervicibus noſtris depelli debet. Catholici variis modis anguſtantur in Germania; hi tot malis liberari cupiunt. Equidem ipſe nullius unquam belli [juſti etiam] ſuaſor fui, ſed ineundæ concordiæ, quemadmodum hactenus, author ſemper fuero.

Tertium vero certius futurum, utpote prævaleſcente rerum difficultate, nullum fore, neque tentatæ concordiæ locum, neque ancipitis belli fructum.

Eapropter oportebit Monarchas, vel nolentes pati, ut Secta ſuo libitu, quemadmodum cœpit, tot Germaniæ Provinciis imperitet, atque captivis, & miſeris Eccleſiis dominetur.

Et quidem Germaniæ morbus talis erat, ut remediis validis indigeret, ut videre eſt conſiderata miſera Germani Cleri conditione, cum Hæretici diripiendarum opum Eccleſiaſticarum avaritia furentes, Sacerdotum opes invaderent, iiſque hæreſeos præcones effuſe locupletarentur, ut queritur Joannes Cochlæus in literis ad Gaſparem Cardinalem Contarenum his verbis.

V. *Jo Cocl. ad Card. Contar. ext. in mſ. Arch. Vat. ſign. n. 3224. in fine.*

Noſtri in Germania Eccleſiaſtici Prælati, an ignavia an deſperatione langueant, ſuorum ubique patientes cenſuum acciſionem, ac decrementum: Lutherani vero nullis parcere ſatagunt curis, laboribuſque, & ſumptibus: excogitant varias rationes, & ordinationes, quibus ſtabiliant ſectam ſuam Ordinant Superintendentes novos, ſcilicet Epiſcopos quibus dant poteſtatem ordinandi Presbyteros, & Diaconos, unicuique in ſuo diſtrictu: in Scholis vero diligentiſſime inſtruunt pueros, & ſuæ doctrinæ commendatione, & Papiſtarum

Lutherani ſpoliant Germanum Clerum.

odio,

odio, ac deteſtatione: atque ut animoſi fiant ad prædicandum populis, exercent eos quibuſdam eu poſtilla Lutheri declamationibus. Suarum præterea Eccleſiarum miniſtris largius amplificant ſtipendia, quemadmodum & Scholarum Rectoribus en abolitione Miſſarum privatarum. Audio equidem iu hac ampla, & egregia Civitate Vratislavienſi, quæ jam ultra XV. annos perpetuo lutherizat, ſupra quingenta Beneficia ſimplicia, quæ Altari vacant, aboleviſſe Senatum, & in communem ciſtam omnes fructus, & reditus illorum converiſſe, unde Scholis ſuis, Eccleſiarumque miniſtris largius, quam antea, tribuant ſtipendia. Hoc tamen a me ſcriptum nollem reſcire Senatum. Itidem fit Magdeburgi, Hamburgi, & per totam fere Germaniam, ubicumque invaluit hæreſis iſta, ut mihi ſane difficillimum videatur e pectoribus hominum eradicare hanc luem, quam in teneris annis imbibunt in Scholis, & in publicis Concionibus, atque etiam domi eu librorum lectionibus; Deo tamen omnia poſſibilia ſunt, &c. Ex Vratislavia Feria III. poſt Dominicam Lætare MDLX.

Depingit triſtem eandem Germanicæ Eccleſiæ faciem accuratiſſime Joannes Eckius in literis ad eundem Cardinalem, illique pro reſtituenda collapſa diſciplina Eccleſiaſtica optima conſilia ſuggeſſit.

Illuſtriſſimo Cardinali Gaſparo Contareno.

VI. *Reverendiſſime Pater. Lugubrem Eccleſiarum Germaniæ ſtatum amplitudini tuæ depingam, ut qui præ aliis Eccleſiæ reformationem animo habeas, & Sanctiſſimum D. N. efficacius moneas, & collegas ad fidem faciendam excites: nam cor lapideum movere poſſet [quid ſi Chriſtianum] tot animarum, pro quibus Chriſti Sanguis fuſus eſt, jactura, ac æterna damnatio, tot Eccleſiarum devaſtatio, tot Monaſteriorum deſolatio, ceſſatio cultus Divini, Sacramentorum profanatio, pro quibus oculos erigimus in Dan, & Bethel, omni ſpurcitia, & impietate, ac blaſphemia Sacra contaminantes: Divis Cœlitibus in Cœlo veneratio ſubtrahitur, miſeris animabus ſuffragia in Purgatorio non dantur, ceſſant Sacra Miſſarum, Beneficia extinguuntur, Ædes, Cenſus, Agri Poſſeſſiones Eccleſiarum, ac Monaſteriorum a profanis Laicis, & avara Nobilitate diripiuntur, Theſaurus, Clenodia, Calices conflantur, Reliquiæ projiciuntur. Ornatus pretioſus auro, & gemmis diſtinctus diſſipatur, Altaria ſubvertuntur, Imagines Crucifixi, Mariæ, & Sanctorum deturpantur, conſpuuntur, & confringuntur. Prælati, ac omnis Ordo Eccleſiaſticus, ſpecialiter Papa in primis, cum Cardinalibus ac Epiſcopis infamatur; ac pejus audit, quam vel Pilatus, vel Antiochus, vel Turcarum Emir, aut Tartarorum Cham. Parum eſt ſi Papa Antichriſtus, ſi Cardinales capita Beſtiæ, Epiſcopi ſervi Draconis, Roma olim omnibus Chriſtianis venerabilis, Meretrix Babylonica, Monachi Corvi & Lupi, Sacerdotes Lemures dicantur: atrociora in dies meditantur, famam ſervientium Deo proſcindunt crudeliter ineptiſſimis cantilenis, infamibus libellis, inhoneſtiſſimis picturis, rhythmis infandiſſimis: pro Evangelio proferuntur hæreſes, errores, ſeductiones, ac blaſphemiæ, ut nec via, nec verbo, nec exempla, neque habitu neque devotione ullus Chriſtianus animus appareat. Cœlibatus Cleri in perpetuum meretricium Monialium, virginitas in proſtibula, Monachorum vota in ſcurrilitatem, jejunia in luxum turpem, abſtinentia in voracitatem, ſine pudore, ſine conſcientia vertuntur. Dies deficit ad hæc mala explicanda. Crede mihi Reverendiſſime Pater, adhuc pejora, & magis nefanda perpetrantur.*

Jo. Eckius ad Gaſp. Card. Contar. ext. in mſ. Arch. Vat. ſign. n.3224. poſt medium.

Et quia ab initio hæreſibus non eſt itum obviam, cancer iſte latiſſime ſerpit [Scintilla parva Lutherus] quia non fuit non extincta ea ſcintilla, totam Germaniam incendio ſuo deprædata eſt. Dum Eckius in arenam Lipſiæ, contra Beſtias Lutherum, & Caroloſtadium diſputaturus deſcenderet prævia Summi Pontificis licentia, tunc tempus erat hoc Monſtrum conficiendi, & Hydram illam comburendi. Verum Romæ forte contemnebatis hunc Fraticellum; ſed Germani cum magno favore auſcultarunt ei ob plauſibile argumentum, quod ab initio tractabat, nundinationis ſcilicet Indulgentiarum, & abuſus Curiæ Romanæ, quos nemo non abominabatur. Quanto plauſu excipiebatur diſtinctio ſua, quod Curiam Romanam, non Eccleſiam Romanam proteſtabatur ſe improbare.

Imprudentes Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ad hæc ridebant, taciti ſperantes ſe liberandos a gravaminibus Curiæ Romanæ, & diris exactionibus in confirmationibus, collationibus, pallii, privilegiorum violationibus, iniquis intruſionibus, enormibus diſpenſationibus, ac ſimilibus. Ad pauca aſpicientes hanc totam tempeſtatem arbitrabantur lapſuram in Romam, animos in ſpem libertatis erigebant, neſcientes hoc eſſe initium dolorum, ac ſervitutis. Fratres [id eſt Monachi] huic malo non ſe objecerunt, quod, vel Frater Fratrem non læderet, vel quod recenti facto Capnionis abſterriti Sedem Apoſtolicam ſenſerunt inclementiorem, quæ per eos acta non ſolum non defenſabat, ſed ludi-

brio, & riſui expoſuerat. Hoc idem videtur tres celebriores in Theologia Academias Pariſienſem, Lovanienſem, ac Colonienſem retraxiſſe, ut ſerio ſe contra hæreſes accingerent ad lectulum Salomonis defendendum: nam illorum ſententias [ſemper apud Sedem Apoſtolicam maximi habitas] floccifecit, unde verſifices turpiſſimis libellis famam illorum Theologorum proſciderunt. Scholæ aliæ quoque tacuerunt, docti enim Viri videbant ſe negligi, nullis honorati beneficiis, vel dignitatibus; & ſi quando a Romanenſibus Curtiſanis moleſtabantur [ut Viri docti] aliquando maluerunt cedere, quam ſe litibus Romæ involvere, uti Vimphelingio optimo Theologo, & Doctori Zinzelio Prædeceſſori meo contigit, & mihi in hunc diem evenit. Solus ergo fui congreſſus cum Beſtiis iſtis, donec ſocius mihi accurreret Hieronymus Emſer Vir optimus, & doctiſſimus; nam Prælati, & Canonici, & qui pinguia habebant Beneficia a Sede Apoſtolica, plus muti erant [ſicut hodie ſunt] quam piſces: immo major aliquando fuit mihi periculum ab illis, quod partes Lutheri fovebant, & me perſequebantur; unde Libellus prodiit ſub Titulo indoctorum Canonicorum in Eckium, ubi Lutherum Paulo ferme æquabant cum puritate Evangelii, & donis Spiritus, Eckium autem indoctum, Sophiſtam, Pontificis adulatorem calumniabantur.

Luther deinde, ut populares ineſcaret, prodiit cum vivendi licentia, jejunia libera dixit, & carnibus veſci diebus prohibitis indulſit, confeſſionem ſuſtulit. Jam laici ei manus dabant, & in naſſam ejus pervenerunt: quo audacior factus, in Monaſteria irruit, & abolenda cenſuit, vota nullius momenti aſſeruit; fretus autem Monachorum, & Monialium ſalacitate, etiam Sacerdotibus uxores permiſit: quibus Sectam ſuam adeo auxit, ut multa millia in errorem traxerit. Cum Miſſa gradatim in abyſſum deſcendit; nam primum Communionem ſub utraque ſpecie ſuadebat, deinde Evangelium, & Epiſtolam Theutonice legebat in Miſſa, & negato Purgatorio, ſuſtulit primos, ſeptimos, trigeſimos, & anniverſarios: eo deinde prolapſus, ut negaret Miſſam eſſe Sacrificium, & poſtea in univerſum abegit privatas Miſſas; ſufficere autem uni loco unicam Miſſam docuit. Zuingliani his ſucceſſibus elati Miſſam penitus ſuſtulerunt. Ita factum eſt, ut Laici, extinctis Miſſis privatis, inutilem cenſuerint Cleri, ac Monachorum multitudinem, eiſque Sacra interdixerunt, Matutinas horas canonicas, ac cæremonias omnes: ſpoliarunt ipſos privilegiis, & immunitatibus Eccleſiaſticis, ſubjecerunt omnem Clerum Magiſtratui profano, aut loco expulerunt: quo factum eſt, ut in exilium pulſus ſit, aut ſervitute Laica premeretur, & vel novam Religionem Lutheri acceptare, vel mutos ſedere a Divinis laudibus otioſos, & vacuos.

Ut vero magis condoleas Eccleſiæ Germaniæ, ac altius ingemiſcas, quam late VII.
ſerpſerit hoc malum, brevibus exponam, & a capite Germaniæ incipiam. Griſones Curienſes, exceptis Valeſiis, omnes infecti ſunt. Ex Helvetiis, Zuingliani ſunt, Bernates, Thuricenſes, Baſileenſes, Schafhuſiani, Glarenſes, Apocellenſes, Gallenſes, & alia Oppida libera cum his ferme triginta: ſoli Lucernenſes, Urienſes, Suicii, Underwaldenſes, Zugii, Friburgenſes, & Solodurenſes, puſillus Grex, in antiqua Religione perdurant. In Suevia Prælati adhuc perſeverant, & Nobiles liberi; pauciſſimi ex illis hæreſim ſequuntur: ſed Civitates ferme omnes apoſtatarunt, Auguſta, Ulma, Nordlinga, Memminga, Kemptem, Eiſlen, Bibracum, Lindau, Conſtantia, Eſſelinga, Reulinga, Hallia Suevorum, Hailbruna, ad hæc totus Ducatus Wittembergicus, ubi fuerunt tredecim ditiſſima Monaſteria Virorum, ſeptem Eccleſiæ Collegiatæ, plura quam bis mille beneficia curata, & ſimplicia, taceo Monaſteria Fratrum, & Monialium.

In Franconia porro Marchionatus Brandeburgenſis Georgii, cum tot Oppidis, Monaſteriis, Eccleſiis Collegiatis, ac Parochiis in univerſum hæreſim ſequitur, cum aliquibus Comitatibus: Nurembergam item, Wiſſemburgum, Wingenium cum pluribus aliis Oppidulis adhærentibus. Thuringiam, Miſniam, & Saxoniam omnes perdidimus, poſt Catholici Ducis Georgii obitum. Marchia antiqua, & nova abierunt peſſum, poſteaquam Marchio Elector, cum Fratre poſt obitum patris optimi Principis, hoc anno in ſectas ſe contulerunt, ubi tot Epiſcopatus, Monaſteria, Eccleſiæ Cathedrales, Oppida innumera, terra latiſſima, & populoſiſſima. Abiit tota Haſſia, totus Ducatus Luneburgenſis, Ducatus Brunſvicenſis pro majori parte, ſimiliter & Ducatus Mechelburgenſis cum tota Holſatia, Stormaria, Pomerania, Pruſſia: item utraque Dania, Suecia, Norwegia ampliſſima Regna: ſoli Henricus, & Ericho Duces Brunſvicenſes, & Albertus Dux Mechelburgenſis exul in tam vaſtis Regionibus ſunt in obedientia Sedis Apoſtolicæ. Præterea maximas ibi Civitates Imperiales, Lubecum, Brunſvicum, Magdeburgum, Bremam, Goslariam, Milhauſen, Frankenhauſen, Gorlicium, cum pluribus aliis.

Ad

Ad Rhenum revertamur, ſub Helvetiis occurrit Argentoratum cum aliis Oppidis, Veiſſemburgo, Landaro, Wormatia, quæ pro maiori parte periit, Francfordia famoſiſſimum Emporium, Marchia Badenſis corruit pro magna parte, nam & Sacerdotibus uxores permiſit, Monachis exeundi facultatem; major pars cæremoniarum adempta, utrinſque ſpeciei communio conceſſa, delectus ciborum neglectus, ac ſub Duce Friderico paulatim res labuntur. Magna ſpes erat, reverſum ex Hiſpaniis puniturum Cives Lutheranos, qui in ejus abſentia duos Prædicatores Lutheranos inſtituerant Laicos Ambergæ, & communionem ſervabant ſub utraque ſpecie. At ille nihil fecit, niſi quod removit Laicos Prædicatores, & eis Communionem ſub utraque ſpecie permiſit; ſed a Sacerdote Lutherano adminiſtratur.

Sub Rege omnia ſunt ſalva, licet plures habeant clandeſtinos Lutheranos ex Baronibus, & Nobilibus Auſtriæ. Sleſia pro majori parte eſt infecta, & præcipue Wratiſlavia: Illuſtriſſimi Principes noſtri Bavariæ Duces Willelmus, & Ludovicus nullam hæreſim tolerant, ut ne mutire verbum quiſpiam ſuper eos audeat, tanta ſeveritate puniunt a Religione deviantes. Habent Monaſteria opulenta ſeptuaginta tria, Eccleſias Collegiatas ſeptem, Oppida triginta quinque, Caſtella ſeptuaginta duo, Arces nobiles, Villas innumeras. Ex Ducibus Palatinis, Bavariæ Elector, & alii ſunt boni; tamen excedentes non ita puniunt, excepto Joanne Duce in Hundſruch, cum filio Duce Friderico, qui eſt optimus: alioquin ultra Rhenum ſunt boni.

Habes, Reverendiſſime Pater, quam longe lateque graſſata ſit lues, & omni anno novos ſibi conciliat confœderatos, & auctior viribus intumeſcit.

VIII. *Quam ergo difficile ſit illos omnes reducere ad ovile Chriſti, pro tua prudentia, & eruditione facile intelliges, ſolet enim hæreſi conjuncta eſſe pertinax obſtinatio, & obſtinata pertinacia. Deinde Principes, & Superiores, qui alios ſeduxerunt, verecundabuntur non modo, quia alios in tantos errores impulerunt, ſed quod debent haberi, & reputari rei, ob tot ſacrilegia, blaſphemias, & impietates. Porro difficile eſt aſſueta relinquere, difficilius ad diſſueta redire. Si in decem, quindecim, aut viginti annos non ſunt confeſſi, non uſi cæteris cæremoniis, non jejunarunt, obſorduerunt in excommunicatione, quis dabit, ut ex corde redeant? Inſuper quot ab infantia ſunt in his erroribus nutriti, & educati, & ita obſurduerunt, ut neſciant fidem noſtram, ſolas hæreſes per omnem vitam crediderunt, nec ſciant aliud, egent novo Catechiſmo. Præterea, quam difficile erit, Sacerdotes ſeparare ab uxoribus, Monachos, & Moniales reſumere habitum, repetere Monaſterium. Et poſtremo omnium difficillimum reſtituere Eccleſiis, & Monaſteriis ac Beneficiis ablata. Ipſorum aliqua ſunt jam ſæpius vendita, aut aliter alienata; Eccleſiæ, & Monaſteria, Cœmeteria in uſum profanum alienata, hic mille orientur difficultates.*

Etſi omnino redire ſponte voluerint, & non potentia ſæculari obſtinate errorem defendere, ubi habebimus Monachos, ut ad priorem ſtatum reducantur Monaſteria? Ubi accipiemus Sacerdotes pro Parochis, & Curatis? (Et infra.) *Quantum laboris erit reformare Eccleſias Cathedrales, potiſſimum ubi ſoli Nobiles canonicantur? nam ubi ſunt viginti quatuor, triginta, aut quadraginta Canonici, vix quinque ex eis, aut ſex ſunt Sacerdotes. Scio Eccleſiam Cathedralem, in qua ſunt quinquaginta quatuor Canonici, & ex omnibus ſolum tres ſunt Sacerdotes cum optima, & pinguiſſima habeant beneficia: & [quod cum dolore dico,] quot ſunt in omnibus Cathedralibus, quorum aliqui nunquam orant, alii raro horas Canonicas recitant, Theologiæ nullus ſtudet?* (Et paulo poſt) *Novi ante paucos dies Eccleſiam, ubi neque Epiſcopus, neque Præpoſitus, neque Decanus fuerunt Sacerdotes.* (Et poſt nonnulla).

Multa ſunt generalia ſtudia in Germania, Baſileenſe, Friburgenſe, Ingolſtadienſe, Viennenſe, Heidelbergenſe, Moguntinum, Trevirenſe, Ertfurdenſe, Lipſenſe, Wittembergenſe, Francfordienſe ad Oderam, Colonienſe, & Lovavienſe, ex quibus Baſileenſe, Tubingenſe, Ertfurdenſe, Lipſenſe, Vittembergenſe, & Francfordienſe ſunt in manibus Hæreticorum; & tamen promovent Doctores in ſingulis facultatibus. Idipſum attentare dicitur Heſſus in ſtudio Marcpurgenſi, quod ipſe propria authoritate inſtituit: & ad hæc ſtudia Lutherana confluit major turba Scholarium. Monui in literis pridie ſcriptis, ut his privilegia demerentur, ut promoti deinceps non haberentur pro promotis, ſed ad eundem gradum recipiendum eſſent inhabiles; & quod Beneficiati actu eſſent beneficiis privati, & ad recipiendum beneficia eſſent inhabiles, etiam toto anno ſequenti, quo illud ſtudium exierint, cum ſimilibus, & optimis clauſulis hoc debuiſſet factum eſſe ante viginti annos. Papa Leo cum ſecunda vice me vocaſſet ad Urbem, pollicebatur ſe omnino id facturum, ſola enim Wittemberga erat tunc in facto: ſed repente mors hunc intra Menſem abſtulit, &c. [Conſului Legato, inſtituenda Col-

legia, in quibus juventus ad Ordines Sacros alliceretur, eruditione, pietateque inſtructa.] Vale, & ſalve Purpurati Senatus decus, & ornamentum. Eichſtet XIII. *Martii quadrageſimo ſupra ſeſquimilleſimum.*

Et hæc dicta ſint de infœlici Statu Germaniæ, ſequamur modo Hiſtoriæ ordinem.

IX. *Surius in comm.*

Dum Gandavi ageret Cæſar, Proteſtantium Oratores ad eum acceſſere, ac ut ſe purgarent, turbarum culpam in Catholicos derivarunt, impudentiſſimoque mendacio addidere, Deum hoc tempore Evangelii luce Germaniam colluſtraſſe, quaſi antehac Germania, cum abjecta barbarie, everſiſque Idolis Chriſtum coluit, Evangelium non didiciſſet, ſed jam illud ab Apoſtatis, flagitiis omnibus contaminatiſſimis acceperit, his addit Surius alia iniqua eorum poſtulata. *Urgebant Legati illi, ut Cameræ Judicibus non liceret pro illis ferre ſententiam, qui ſe quererentur rebus, & facultatibus ſuis ſub Evangelii prætextu privari, quales querimoniæ a Clero Catholico, & Monaſticæ vitæ cultoribus, tum non raro ad Cameræ judicium deferebantur. Dicebant Catholici ſe rebus ſuis injuria ſpoliari: aſſerebant contra Evangelici jure id fieri, quod falſam colerent doctrinam, &c. In hac autem Controverſia non licebat Catholicis ad ſupremum Imperii judicium provocare, ſed oportebat eam ferre ſententiam, quam Apoſtatæ, & inceſtis polluti nuptiis Monachi ſuis Magiſtratibus perſuaſiſſent veram eſſe, & prorſus Evangelicam. Hoc miſerum erat, & calamitoſum, & tamen ſic habebat pura doctrina novi Evangelii. Cæſar cogebatur ob temporum iniquitatem, pleraque diſſimulare.* Edoctus vero experientia, quanta mala peperiſſet negligentia in laxandis Novatoribus licentiæ frænis, ne idem in Belgio contingeret, quod acciderat in Germania aſſerendæ Fidei Catholicæ ſtudio, ne Belgæ ex impiorum librorum, qui circumferebantur, lectione, pravis erroribus irretirentur, atque ab orthodoxa Religione deficientes, libertatiſque illecebra prolectati, ſeditiones concitarent, graviſſimo hoc Edicto omnes, qui Lutheri, & aliorum Hæreſiarcharum peſtiferos libros divenderent, aut retinerent, capitali ſupplicio affici juſſit.

Lutheranorum Oratores iniqua poſtulant a Cæſare.

X. *Cocl. in act. & ſcript. Lutheri hoc anno.*

Nos maturo, ac bene deliberato conſilio, atque etiam cum conſilio, & conſenſu charæ Sororis noſtræ Reginæ Dovagieræ Hungariæ, & Bohemiæ, &c. Regentis, & Gubernantis in Terris noſtris, & ſimiliter cum ſupremn conſilio noſtro, & ſententia ordinamus, & ſtatuimus, pro Edicto, & perpetua lege, ut ſequitur: Primum, ut nemo cujuſcumque ſtatus, aut conditionis fuerit, poſt hæc debeat apud ſe habere, vendere, portare, dare, legere, prædicare, docere, tolerare, defendere, impertiri, aut diſputare, ſive occulte, ſive manifeſte, de doctrina, de ſcriptis, & libris, quos fecerunt, aut facere potuerunt, Martinus Lutherus, Joannes Wicleph, Joannes Hus, Marſilius de Padua, Œcolampadius, Ulricus Zuinglius, Philippus Melancthon, Franciſcus Lamperti, Joannes Pomeranus, Otto Brunſelſius, Juſtus Jonas, Joannes Purpuri, & Gorcianus, aut alii authores de eorum ſecta, ſimiliter & omnes aliæ ſectæ ab Eccleſia reprobatæ. Neque etiam doctrinas ab eorum adhærentibus, fautoribus, & fœderatis, neque etiam nova Teſtamenta impreſſa, apud Adrianum de Bergis, Chriſtophorum de Remunda, Joannem Zell. Phraſes Scripturæ divinæ, interpretationem nominum Chaldæorum, Epitomen Topographicam Vadiani, Paralipomena rerum memorabilium, Hiſtoriam de Germanorum origine, Eobani Heſſi opera, Dominicas precationes Griphii, Methodum in præcipuos Scripturæ Divinæ locos, Eraſmi Sarcerii Cathechiſmum, &c. Et ſi quis hujuſmodi libros apud ſe habeat, ut confeſtim comburat, ſub pœnis (ſi quis comperiatur, contra ulla ſupraſcripta puncta feciſſe) declarandis, & exequendis, nempe viros gladio feriendos, mulieres vivas defodiendas, ſi modo errores ſuos tolerare aut defendere deſierint; ſi autem in erroribus, & hæreſibus perſeverare velint, igne ad mortem adigendi ſunt, & omnis eorum ſubſtantia fiſco noſtro applicanda eſt.

Cæſar in Belgio prohibet libros Hæreticorum.

In comm. hoc anno.

De hoc Cæſareo edicto præfatus Surius differens ita ſubdit. *Hoc vero & ſi plerique permoleſte ferunt, putantque omnibus ejuſmodi librorum lectionem permitti debere, tamen conſultiſſime fit; nec eſt in Eccleſia novum, ſed etiam longe ante mille annos tempore Nicenæ illius ſanctiſſimæ Synodi: non modo enim ipſa Synodus Arrii, & Sectatorum ejus libros comburi juſſit, verum etiam Conſtantinus Imperator Chriſtianiſſimus capitis ſententiam tulit in eos omnes, qui eos occultaſſent libros, & non ſtatim combuſſiſſent. Pauci ſunt eo judicio præditi, ut poſſint verum a falſu ſecernere, & multi quidem hoc judicium ſibi tribuunt, & legunt indiſcriminatim ſcripta quorumcunique, ſed capti verſutiſſimorum hominum blandiloquentia, dant pœnas confidentiæ & temeritatis ſuæ. Certe de Apoſtolis, & eorum diſcipulis Irenæus ſanctiſſimus, & Apoſto-*

lorum

lorum ætati proximus Scriptor libro tertio contra hæreſes teſtatur, eos ne verba quidem commutaſſe cum quopiam eorum, qui veritatem adulterant, atque depravant. Nec dubium quin illi Magiſtratus non recte conſulant ſubditis ſuis, qui in ſuis ditionibus, & urbibus permittunt palam proſtare damnatos codices, & ſcripta hæretica. Nam nulla fere alia re tam multi capiuntur, & pereunt apud Catholicos quam quod ejuſmodi pernicioſos libros facile ſibi comparare poſſunt, diſſimulante interim Magiſtratu, in quem illorum perditio, ut verendum eſt, redundabit. Hoc obiter admonere viſum fuit, ut pius lector noverit, non ſolum non reprehendendos, ſed etiam præcipuo ſtudio, & amore complectendos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, & Magiſtratus omnes, qui e totis ſuis ditionibus damnatos libros proſcribunt, eorumque lectione ſubditis omnibus interdicunt: perinde ut ſuis liberis parentes, illi, qui modis omnibus cavent, ne quid ab illis toxici, aut exitialis cibi potuſve ſumatur. Utinam tam ſalubre præfati Authoris monitum in omnium Chriſtianorum Principum animis fixum hac noſtra etiam ætate maneret; adeo ut divino exciti ardore inſurgerent adverſus eos, qui hujuſmodi librorum, vel hæretica pravitate, vel erronea nimis periculoſaque doctrina aſpetſorum proſcriptionem, Apoſtolicæ Sedis etiam diplomate ſignatam, cum magno Chriſtianorum ſcandalo irrident, parvipendunt, injuſteque editam verbis, ſcriptis, ac factis impie proclamant. Ad obſtruenda ora iſtorum hominum loquentium iniqua, ſufficiat Gallicanorum Antiſtitum Concilii Turonenſis ſecundi anno Chriſti 567. celebrati præclara confeſſio. *Quis Sacerdotum contra decreta talia, quæ a Sede Apoſtolica proceſſerunt, agere præſumat? Et quorum authorum valere poſſit prædicatio, niſi quos Sedes Apoſtolica ſemper aut intromiſit, aut apocryphos fecit, & patres noſtri hoc ſemper cuſtodierunt, quod eorum præcipit authoritas.* Franciſcus quoque Rex Galliæ kalendis Junii hujus anni ſeveriſſimum promulgavit edictum adverſus propagatores hæreſeos Lutheri, ſociorumque ejus, quod extat inter Conſtitutiones Regias datum apud Fontembliaudi, ſeu Bellæ aquæ. Quin etiam Lutheri dogmata Angliæ inviſa plurimum fuiſſe ſubiicit Surius. *Sub hoc tempus Legati Proteſtantium ex Anglia redierunt, ac narraverunt ſtatum Religionis in Anglia; & quemadmodum Rex ipſe Henricus in familiari colloquio dixiſſet, Proteſtantium Theologos de præcipuis quibuſdam controverſis rebus non recte ſentire. Nam etſi Rex ille propter divortium a Pontifice, qui illud probare noluit, abalienatus erat, tamen Lutheri dogmata pleraque prorſus e ſuo Regno profligavit.* Quamvis autem a Cæſare, a Galliæ, & Angliæ Regibus atque ab aliis Principibus nefanda Lutheri doctrina damnaretur, attamen in pluribus Germaniæ partibus, a quibus mirum in modum ille colebatur, peſtiferum virus in maximam animarum perniciem latiſſime diffondebatur. Cujus potiſſima cauſa ea erat, quod ejus impia dogmata laxioris vivendi formæ habenas cuilibet præberent; quod præcipue Cardinalis Hoſius animadvertit, Eraſmi Roterdami teſtimonium in medium proferens, ita de Lutheri aſſeclis differentis. *Circumſpice mihi ſodalitatem iſtam Evangelicam quot habet adulteros, quot temulentos, quot decoctores, quot aliis vitiis infames? &c. Per hoc quod ipſi vocant, Evangelium, non corrigi ſcribit homines, ut potius videantur deteriores; nec fieri ut peccare deſinant, ſed ut peccent impunitius.* Nunc ad Hiſtoriam revertamur.

Labbè to. 5. Concil. can. 20.

In comm. hoc anno.

XI. De pace inter Cæſarem, & Regem Galliæ agitur.

Eluſit Cæſarei Edicti ſeveritatem improborum audacia, graviſſimoſque propterea bellicos tumultus in Belgio, & Hollandia poſtea concitatos viſuri ſumus. Cum vero Cæſar colloquia cum Fratre Ferdinando Rege pro explicandis in rebus arduis conſiliis peregiſſet, pro ſancienda cum Gallo Rege pace, delectos ab eo pro conficiendis legibus Oratores Joannem Lotharingium, & Annæum Memotantium evocavit, propoſuitque conditiones amplas quidem, & auguſtas, Galliſque, & Reipublicæ Chriſtianæ profuturas, ſed a Franciſci Regis mente, ac ſtudiis penitus alienas. In primis aſciturum ſibi in generum Carolum Franciſci filium, atque eum ex jure Auguſtæ Majeſtatis, & dotali nomine Belgarum Regem effecturum (quo nil aptius Franciſco Regi contingere poſſe videbatur, quam, ut alterum e duobus Liberis Galliæ Regem deſignatum, alterum novo Belgici Regni florentiſſimo diademate inſignitum, eſſet habiturus, qui fraterna quidem ope, conjunctiſque animis duo Regna opulentiſſima tueri, ac Lutheranorum contumaciam facile frangere poſſent, bellaque inter Belgas, & Gallos oriri ſolita præſocarent.) Mediolanenſem vero Principatum, ardentiſſimis votis expetitum tradere noluit, ne Italicum Imperium in diſcrimen adduceret, ſibique ex Hiſpania per Liguriam in Germaniam iter obſtrueret: has pacis leges, quæ a Gallis maxime expetendæ fuiſſent, Franciſcus, opinione ſua deceptus, ſprevit,

Paul. Jov. l. 39.

quas

quas poſt graviſſima geſta bella admiſiſſe viſuri ſumus, veteresque inter utrumqua Principem ſuſpiciones, ac diſſenſiones recruduerunt.

XII. Quamvis Cardinalis Farneſius Legatus redintegratam hanc pacis actionem ex ſparſa ſolum in vulgus fama cognoviſſet, ex flagrantiſſimo tamen ſtudio conficiendi data a Paulo Pontifice imperia, perducendæque ad optatum finem concordiæ, quam pii omnes enixe expetebant, confirmatamque opinabantur, magna illius promovendæ conſtabiliendæque incenſus cupiditate, Nuntio Pontificio adhibito interprete rei veritatem ex Cæſaris ore elicere pertentavit. At nuntio ſciſcitanti reſpondit Cæſar, ſe in nullo unquam negotio majoribus difficultatibus implicitum fuiſſe, val anxio magis animo fluctuare poſſe, quam in hoc pacis cum Franciſco Galliarum Rege negotio. Quo reſponſo ad Legatum perlato, maximum ille dolorem inde traxit, cum gloriam ſanciendæ firmiſſimæ pacis, da qua pluras illi erant gratulati, ereptam perſpiceret, vehemenique ſuſpicio, ſed inanis illius animum invaſit, ne Cæſar ſub vana ſpecie tractandæ pacis diutius apud ſe illum detineret; atque Galliæ Rex opinaretur, aum longiores moras trahere apud Cæſarem, ut conjungendæ paci incumberet, indeque ſpe pacis illius in bellico apparatu ad propulſandum Cæſarem inſtruendo ſegnior avaderet; ſiniſtramque de Legato tanquam ſibi infenſo ſuſpicionem conciperet: decrevit itaque redeundi ex aula Cæſarea veniam poſtulare a Pontifice, eamque obtinuit: cumque Nuntius Pontificius, qui apud Cæſarem agebat, ſignificaſſet, Legatum de reditu ad Romanam curiam conſilium ſuſcepiſſa, Cæſar laudavit illud ob imminentes fervidos appetentis æſtatis calores, tum quia pax niſi longo dierum fluxu confici, ac firmari poſſet, cum exigeret neceſſitas, ut prius, Ferdinandus Rex frater in Germaniam ſe conferret pro Religionis diſſenſionibus pacandis, ac quadam concordiæ forma cum Lutheranis componenda; qua ſancita in Belgium reverſurus eſſet; quæ confici vix poſſent niſi duorum menſium intervallo: ingratum & acerbum accidit hoc reſponſum Legato, ut ſine confecta pace diſcedere cogeretur. Sed graviorem dolorem attulit Pontifici, qui eam maxima contentione adſtringere nitebatur, ut Chriſtianorum Principum vires adverſus Turcicam tyrannidem conjungeret; ac pro excindenda funditus hæreſi Concilium œcumenicum celebraret; propterea enim graviore ſenio affectus multis ſe itinerum laboribus attriverat, ac nullis ſumptibus in mittendis Nuntiis, & Legatis Cardinalibus pepercerat, ut ex literis ad Regem Poloniæ, qui ſacram in Turcas expeditionem confici optabat, redditis patebit.

Regi Poloniæ.

XIII. *Paul. III. lib. brev. an. 6. p. 167.*

Chariſſime. Venit ad nos, cum literis, & mandatis Serenitatis Tuæ Venerabilis Frater Joannes Wilamnoski Epiſcopus Camenecenſis Orator tuus, ac nomine Serenitatis tuæ, coram nobis in Sacro noſtro Conſiſtorio expoſuit pia deſideria, atque exhortationes tuas, ut ad ſuccurrendum rebus Chriſtianitatis laborantibus, univerſale concilium celebrare, & expeditionem adverſus Turcas aggredi velimus: quibus intellectis, nos una cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, præſtantiſſimam animi tui pietatem ſemper nobis agnitam, & in luce totius Chriſtianitatis poſitam abunde recognovimus: nam, & puritatem Catholicæ Religionis, quam reſtitui cupis in tuis Regno, & Dominiis, ſemper conſervaſti, & ex bellis pro Chriſtiana, & Catholica Fide geſtis, nonſeu in Terris, præmium in Cœlis immortale ſibi peperiſti. Nos vero, fili chariſſime, eo gratiorem tuam legationem, exhortationemque habuimus, quo ea, quæ ſuades, nos etiam noſtro officio adducti, & voluntate incenſi, ſemper non modo optavimus, & procuravimus, verum etiam ex parte inchoavimus, & quantum in nobis fuit, præſtitimus: nam & Concilium indiximus, ſicut ſcis, & quia, nec illud celebrari, nec expeditio contra Turcas ſuſcipi, ſine Chriſtianorum Principum concordia poterat, ſicut Tua Serenitas pro ſua prudentia non ignorat, non contenti literis, Nuntiis, ac Legatis ſæpius ad hoc fruſtra miſſis, nos ipſi nulla ſenectutis noſtræ, vel laboris, aut periculi ratione habita, Niciam pro reconciliandis eorum animis navigavimus, ejuſque [quantacunque poſtea ſequuta eſt redintegrati inter illos amoris ſignificatio] nos certe poſt Deum omnipotentem authores fuimus: ſuperiore quoque anno eandem ob cauſam nepotem noſtrum Cardinalem de Farneſio Legatum in Hiſpaniam miſimus, hodieque in Flandria habemus, utinam ſortituri eventum, quem omnes cupimus. Bellum vero in Turcas ab hinc triennio, quibus cum potuimus ſuſcepimus, & gerere cœpimus, nec in nobis, aut de hoc, aut de Concilio celebrando ulla unquam mora futura eſt, niſi u cæteris deſtituamur, ſine quorum ope, & aſſenſu nos ſoli fruſtra laboraremus. Deus igitur Omnipotens illuminare dignetur ipſos Chriſtianos Principes ad eam, quam nobiſcum tua Serenitas optat,

ve-

Digitized by Google

veram, ac plenam concordiam, ſine qua nihil boni ſperari poteſt. Tuam vero Serenitatem omni noſtri cordis affectu, & commendatione proſequimur in Domino, omnique laude digniſſimam judicamus, quod, ſe cum omni tempore, tum hoc quoque, Catholicum, & pientiſſimum Principem præſtiteris, illam in eodem Domino, non tam ex neceſſitate ſua, quam ex benevolentia noſtra exhortantes, ut in hoc ſancto propoſito, utriuſque rei promovendæ, perſeverare, & quantum in ſe eſt, ope, conſilio, authoritateque ſua, nobis adeſſe velit, ſicut eam eſſe facturam, & ſperamus, & confidimus, &c. Datum. Romæ XXIII. *aprilis MDXL. anno* VI.

XIV. Dum Cardinalis Farneſius geſta legatione apud Cæſarem in Belgio, repetendæ Romæ facultatem a Pontifice expectaret, inopina res vehementer illius animum perculit; Granuellanus Cæſareo nomine illi ſignificavit, indicendum neceſſario Spiræ vigeſima tertia Maii conventum Ordinum Imperii; atque trium ab eo die hebdomadarum fluxu a Principibus Catholicis, & Lutheranis ex utraque parte æquali numero viros doctrina inſignes deligendos, qui coram Pontificio Adminiſtro de Religionis diſſenſionum cauſis miſcerent colloquia, atque in aliquam concordiæ formam convenirent. Indecorum maxime Legato viſum eſt, Cæſarem adeo voluntatibus Principum Lutheranorum ſervire, ut nova Sathanæ ſynagoga pari ſe honore cum Eccleſia Catholica conſerret; cum pertinaciſſimi apoſtatæ atque in impietate obfirmati ex hujuſmodi colloquiis inanis gloriolæ auram aucupari, viruſque latius effundere meditarentur; ideoque reſpondit Legatus Granuellano, Pontificem ab hujuſmodi colloquiis abhorrere animo, cum ex iis graviora ſemper mala emerſiſſent, impiaque dogmata apud novarum rerum cupidos ventilarentur, nec pio, & ſincero conſilio, ſed ſceleratiſſimo colloquium efflagitarent; proptereaque ſibi data a Pontifice imperia, ut colloquia hujuſmodi diſturbaret, cum Religionis cauſa in totius Eccleſiæ Præſulum cœtu œcumenico diſcuti deberet: attamen a Cardinalis Cervini & duorum Internuntiorum reſponſo ſe non receſſurum pollicitus eſt. Tum Cervinus ſubdidit Granuellano, an Cæſar, & Ferdinandus Rex conſilium de ineundo colloquio poſcerent? an vero quod jam de colloquio celebrando ſanxerant, ſibi renuntiarent? eo poſtulato anxius, & implicitus Granuellanus, cum non occurreret animo, quid certi & explorati reſponderet, alio ſermonem convertit, ac perſuadere niſus eſt, hujuſmodi colloquium neceſſarium, nec a Pontificia voluntate alienum, modo Norimbergenſis cœtus decretum, quo ſancitum erat, ne Pontificii Adminiſtri hujuſmodi colloquiis intereſſent, reſcinderetur. At fruſtra Granuellanus contendebat, extremam habendi colloquii neceſſitatem incumbere; cum luce clarius demonſtratum eſſet a Cervino, Ratisbonenſem conventum, non colloquium paucorum Catholicorum Lutheranorumque, ſed Concilium œcumenicum poſtulaſſe, quod ipſe Legatus Pontificio nomine ſanctiſſime ſpondebat celebratum iri. Verum Pontificis, Legatique pia ſtudia Cæſar, ne Lutheranos exaſperaret, tunc promovere contempſit: jam enim pro concilio œcumenico infidum & inutile colloquium promiſerat: adeo ut nec Legato ſignificandæ rei Pontifici per tabellarium concitatiſſimis equis Romam procurſurum temporis mora indulgeretur: cum jam Legato Pontificis mentem notam eſſe reſpondiſſet. Cervinus tamen adhuc conſtantiſſime urgebat captum fuiſſe a Cæſare ac Ferdinando Rege inopinatum illud conſilium, colloquii videlicet de rebus fidei ineundi cum Lutheranis, contra Pontificis mentem, a qua ipſe Granuellanus abhorruerat, ſenſeratque, id colloquium graviora pericula trahere, ac damna rei Catholicæ illaturum, ideoque Legatum nullo modo a Pontifice antea inſtructum fuiſſe, quo pacto in re tam gravi ſeſe gerere debuiſſet. Sed cum nihil Cervinus his rationibus proficeret, Cardinalis Legatus ira paululum effervеſcens receſſit, ſed Cervini Pontificii Internuntii opera altera die ſcriptum edidit, tranſmiſitque ad Cæſarem, quo illud colloquium pro conciliandis Religionis diſſidiis indictum, graviſſimis adductis argumentis abrumpendum demonſtravit.

XV. *MS. Franciſci Card. Barberini ſig. 2677. p. 74.* Sententia Reverendiſs. Legati ſuper conventu habendo Spiræ.

XXI. Aprilis MDXL. Heri cum Reverendiſſimus D. Legatus audiviſſet Illuſtrem D. de Granuella nomine Cæſareæ Majeſtatis, & Sereniſſimi Romanorum Regis proponentem, Majeſtatibus ſuis videri utile, & neceſſarium ad tollenda diſſidia Religionis in Natione Germanica, quæ jam ſatis ſuperque Chriſtianam pietatem labefactarunt, & quotidie magis labefactant; necnon ad providendum rebus contra Turcam, (quod exploratum ſit Turcam hoc anno Hungariam valido apparatu petiturum) conventum Catholicorum Principum ad feſtum Trinitatis Spiræ haberi, in quo primum tractaretur de augendo fœdere Catholicorum, ac de nonnullis rebus Religionis, quæ forte poſſent concedi ſtatibus Proteſtan-

ti-

tibus; quæ tamen non eſſent de eſſentialibus catholicæ noſtræ fidei; & illis ſemel conſtitutis inter Catholicos Principes deinde alius conventus cum nonnullis Principibus Proteſtantium poſt tres ſequentes hebdomadas fieret, in quo de Concordia Germaniæ in fide, & de auxilio contra Turcas tractaretur, adhibitis etiam ad hunc conventum Oratoribus Chriſtianiſſimi Regis, &c. Cumque idem Illuſtris Dominus de Granuella ſuper hoc peteret ſententiam Reverendiſſimæ Dominationis ſuæ; licet nonnulla tunc dicta fuiſſent, tamen quia eonelnſum eſt, ut Reverendiſſima Dominatio ſua cogitaret, ac proponeret Majeſtatibus ſuis, qua ratione videretur ſibi poſſe, ſalvis rebus Religionis, provideri periculis Turcicis, ita ſententiam, quo decet pudore, profert.

Debent ante omnia prædictæ Majeſtates, pro comperto habere, Sanctiſſimum Dominum Noſtrum veram pacem, & unitatem Germaniæ optare; quæ tamen pax & unitas non dividat eam ab Eccleſia, & conſtituat perpetuum bellum cum Deo. Nihil etiam magis optat Sanctitas ſua quam ſævientis Turcæ atrociſſimi, & potentiſſimi hoſtis conatus poſſe communibus Chriſtianorum votis, ac viribus propulſari, & comprimi. Verumtamen quod ad præſentem materiam conventus Proteſtantium, & Catholicorum ſpectat, immo de Religione, & pace Germaniæ tractandum eſt; hæc putat animadvertenda. Cæſarea, & Regia Majeſtates pro ſua prudentia meminiſſe debent de Religione ſæpius tractatum fuiſſe cum Proteſtantibus, ſed præſertim Auguſtæ, ubi cum diu diſputatum fuiſſet præſentibus omnibus Statibus Imperii a multis viris doctiſſimis, nihil tamen propter tortuoſos receſſus adverſariorum potuit concludi. Tandem præſentarunt ipſi Cæſareæ Majeſtati Confeſſionem ſuam Auguſtenſem, quæ quidem Confeſſio, licet in multis ſit reprehendenda, nihilominus nullo modo fuit ab eis obſervata; quinimo in multis articulis contrarium fecerunt ac faciunt. Multos etiam alios articulos in illa Confeſſione præteritos habent diſſentientes a fide Catholica, qui etiam, quando opus erit, oſtendi poterunt. Itaque ſi cum eis tractandum erit de Religione, cum ſint tamquam anguillæ lubrici, nihil omnino certi in manibus Catholicorum haberi poterit.

Sed & ſuperiori anno cum Regia Romanorum Majeſtas pro ſua pietate optaſſet, ac ſperaſſet (ſuadente Marchione Brandeburgenſi Electore) aliquam viam concordiæ poſſe inveniri, cœpti ſunt Francfordiæ tractatus partium, verum in primo limine iterum adverſarii in lapidem impegerunt, oſtendentes, quam alienum animum habeant a concordia; quippe qui excuſſo ſemel jugo obedientiæ, non reformatum Summum Pontificem, ſed nullum, nec remotos abuſus aliquos a Sede Apoſtolica, ſed Sedem ipſam deſtructam velint. Ex quo principio quæ poteſt concordia ſperari, cum omnimodam perniciem in primis Sedis Apoſtolicæ, & ejus partis quærant, deinde (hac deſtructa) totius Ordinis Eccleſiaſtici perturbationem? Quod ſi annn ſuperiori id fecerunt in viridi, quid nunc facient in arido, cum videant pacem cum Rege Gallorum nondum concluſam, & Turcam jam Hungariæ imminentem? opportunitate enim temporum erunt inſolentiſſimi, neque patientur a ſuis ſententiis, quibus pertinaciter hærent, dimoveri; cum præſertim maxima ſit diverſitas inter partes, non unius, aut alterius (ut falſo aſſeritur) articuli, ſed multorum, & pluſquam quinquaginta articulorum. Addendum eſt etiam, quod neſcitur, cum quibus ſit tractanda concordia, cum non omnes eadem ſeotiant. Lutherani hoc volunt, illud petunt Zuingliani, ut reliquas Sectas omittamus.

XVI.

Verum demus, adbue concordiam poſſe fieri, & Proteſtantes etiam ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ adduci, id nullo modo fieri poteſt, niſi multa Proteſtantibus permitterentur, quæ etiam eſſent prohibita de jure poſitivo, veluti Communio ſub utraque ſpecie, & connubia Sacerdotum, & ſimilia: non debent tamen ſine publica authoritate, & conſenſu in Eccleſia innovari. Et ſi forte opponeretur, quod confirmatio eorum, quæ ipſis permitterentur ratione pacis & concordiæ, ſive a Sede Apoſtolica, ſive a Concilio poſtea peti poſſit, certum eſt tamen, quod is conſenſus non expectaretur, ſed ſtatim in eum uſum repente ſibi gratiſſimum venirent. Quo facto Germania jam unita inter ſe, & receptis ritibus, qui ſibi placerent, nullam curam amplius gereret de Concilio: ex quo ſequeretur diviſio corporis, & unitatis Eccleſiæ, cum hi uſus & mutationes, neque in Hiſpania, neque in Galliis, neque in Italia, neque in reliquis Provinciis Chriſtianitatis eſſent receptæ. Quod ſi etiam poſtea generale Concilium has mutationes non approbaret, immo contrarium ſtarueret, quæ ſpes eſſet reducendæ amplius Germaniæ in ſuis opinionibus jam pridem confirmatæ.

Præterea periculum eſt, ne Proteſtantes multa de ſua opinione concedant, modo

do

Digitized by Google

do id unum a Catholicis obtineant, ut una omnes a Sede Apoſtolica deficiant, cum id ſolum maxime cupiant, & in votis habeant. Quod ſi evenerit (ut eſt valde timendum) tunc non eſſet in poteſtate Majeſtatum ſuarum providere. Quemadmodum accidit de Concilio indicendo in Dieta Ratisbonenſi; de quare conſtitutionem Status Imperii ſine authuritate Cæſareæ Majeſtatis fecerunt, ſicut ſua Majeſtas alias Sanctiſſimo Domino noſtro ſignificavit, quare ut alia omittamus, ex his paucis poſſent Cæſarea, & Regia Majeſtates cognoſcere, quid ſperandum ſit ex amicis hujuſmodi tractatibus, & colloquiis cum eis habendis.

XVII. Quod autem ad pacem Germaniæ ſpectat, non ſine animi dolore ac pudore proferri poſſunt, quæ ſubiiciuntur.

Fuit Vormatiæ primum de pace tractatum, & concluſum, deinde factæ fuerunt Norimbergenſes Induciæ inter utrumque Statum, Proteſtantium ſcilicet, & Catholicorum, addito etiam Cæſareo Ratisbonenſi mandato: ubi tot emanarunt mandata Majeſtatum Suarum ſub pœna Provincialis pacis, & banni Imperialis, tamen poſſunt videre Majeſtates Suæ, ubi tot convenerint Principes ſubſcripti & jurati, ubi tot emanarunt mandata Majeſtatum ſuarum, additis graviſſimis pœnis; nihil tamen obſervatum fuiſſe, quinimmo ſpretis omnibus, Induciæ illæ ſæpius fuerunt violatæ, & partes Proteſtantium novis confœderationibus contra pacta adauctæ, acceſſione nonnullorum Principum, ſicut Regis Daniæ, Ducis Wittembergenſis, & aliarum etiam nonnullarum Civitatum, mutatione facta Religionis in diverſis locis, & Provinciis contra pacem, & jusjurandum.

Ex quibus, ne longiores ſimus, facile coniici poteſt, quæ ſpes futuræ pacis ſit habenda. Durante enim pace, tum libris, tum minis, tum practicis, aliquot quotidie ſeducunt ex omni hominum genere, cum facile ſit, ubi Religio refrixerit, evocare homines e divina vita ad molliorem, e continenti ad voluptuoſam, ex obedientia ad libertatem, neque ſeducunt homines ſolum, ſed Eccleſias diripiunt, Epiſcopos eiiciunt, Religionem profanant, atque id impune: immo in tantum progreſſi ſunt, ut integerrimum, & reverendiſſimum Imperialis Cameræ Judicium divellere conentur, ut eo divulſo, & authoritas Cæſareæ Majeſtatis in Imperio concidat, & ipſi impune in omnium bona, ac vitam graſſari poſſint. Nulla igitur ſpes firmæ, & diuturnæ pacis ex amicis tractatibus haberi poteſt, niſi eam pacem velimus, quæ & omnem dignitatem Sedis Apoſtolicæ in primis opprimat, & Catholicam Religionem conculcet, ac omnem Eccleſiaſticum ordinem confundat, & deſtruat.

Hæc omnia, Reverendiſſimus D. Legatus non ignorat, Cæſareæ, & Regiæ Majeſtatibus eſſe manifeſta, ac multo plura in hanc ſententiam, quæ hic colligi brevitatis ſtudium non permittit. Reſtat nunc tractandum, qua via, & ratione providendum ſit periculo Turcico, ſalvis rebus Religionis.

Periculo Turcico provideretur, ſi ab utriſque, Catholicis ſcilicet, & Proteſtantibus, auxilium Majeſtatibus ſuis tribueretur: ſed dubitatur id non poſſe impetrari, niſi prius inter eos de Religione convenerit. Igitur, cum publica res Religionis in univerſali Concilio, non autem in Dietis particularibus tractanda ſit, cumque Catholici ſemper optarint Concilium, ut patet per Ratisbonenſem Receſſum, & per capitula ligæ Catholicæ, proponit Reverendiſſimus Legatus Majeſtatibus ſuis, ut velint hoc Concilium œcumenicum ſtatim proſequi, & celebrari: hoc enim modo, ſatisfactis Catholicis, non poterunt auxilium denegare, & res Religionis remittentur Concilio, ut decet. Et quantum ad Proteſtantes, incutietur ipſis ex hoc Concilio maximus terror, & videntes rem ſerio tractari, timebunt rebus ſuis, & ſic erunt tractabiliores, & magis obedientes Majeſtatibus ſuis, ut qui jam ſentient ſibi eſſe reſipiſcendum, & redeundum ad cor, & forte venient & ipſi, & mittent ad Concilium, præſertim ſi cognoverint Majeſtates Suas nolle amplius pati hæreſes in Germania, ſed velle, ut in ipſo Concilio, hoc eſt Regia via, uniantur. Eſt etiam rationi conſentaneum, cum res fidei, & Religionis pertineant ad omnes Chriſtianorum Provincias, ut omnium votis componantur, ex quorum conſilio & authoritate, ſi quid aut in Religione mutandum, vel corrigendum, immutetur, & corrigatur (nam reſpicere oportet non ſolum ad Germaniam, verum etiam ad Hiſpanias, Galliam, Italiam, & reliquas Chriſtianorum Provincias) neque credendum eſt, quod, ſi quid ob quietem Germaniæ novi in Religione fiat ſine ſcitu, & permiſſione aliarum Provinciarum, id poſſe carere aut magna calumnia & ſcandalo, aut perniicioſiſſimo exemplo. Præterea ſi quid privatim in Germania conſtitueretur, quod ab aliis Provinciis non probaretur, eſſet magnum monſtrum in corpore Chriſti, quia Eccleſiæ membra non cohærerent, & unitas non ſervaretur. XVIII.

XIX. Fuit etiam mos antiquus, & ab Apoſtolis traditus ad hæc uſque tempora conſervatus, ut in controverſiis fidei Concilium ſemper adhiberetur, quo ſequeſtro, ac medio controverſiæ omnes firmarentur, & pax reſtitueretur; neque erit difficile hoc Concilium celebrare, quod omnes pii homines continuis precibus, & votis a Deo, & a Summo Pontifice efflagitant, ut inter alios fecit paulo ante Rex Poloniæ per proprium Legatum, imprimiſque ipſi confœderati fœderis, ſive ligæ Catholicæ: inter quos, ut ſupra dictum eſt, in uno articulo conſtitutum eſt, & juratum, ut velint totis viribus ſuis procurare Concilium, quod in dieta Ratisbonenſi, ut ſupra dictum eſt, ſine authoritate Cæſareæ Majeſtatis fuit concluſum.

Tempus etiam eſt opportunum: nam dum Cæſarea Majeſtas, & Chriſtianiſſimus Rex Gallorum ſunt in hoc tractatu pacis, cujus ſperari poteſt, Deo dante, finis optimus, cumque tanta inter Majeſtates ſuas facta eſt conjunctio animorum, & tot ſigna benevolentiæ omnibus oſtenſa, omnium Provinciarum ſuarum Prælati, tuto, & commode convenire poterunt. Accedit inſuper ſecuritas conſcientiarum in primis Cæſareæ, & Regiæ Majeſtatum, deinde etiam reliquorum Principum Catholicorum, qui in privatis tractatibus aliquid vel approbare, vel permittere poſſent, vel forte ipſis invitis decerneretur, quod eſſet in magnam Dei offenſam, & animarum perniciem, ut ſupra dictum eſt. Quod ſi ad Concilium rejectum erit, Majeſtates Suæ, & reliqui omnes vacabunr omni culpa.

Nec omittendum eſt, concilium futurum utiliſſimum Majeſtatibus ſuis, quia durante eo, omiſſis tractatibus Religionis, & ad Concilium rejectis, interim quæ ſibi utilia, & neceſſaria erunt, commode pertractabunt.

XX. Convocato igitur, ut dictum eſt, Concilio, & excluſis omnibus privatis tractatibus Religionis, Majeſtates Suæ poterunt, quos ſibi videbitur, & Catholicos congregare, & cum eis tractare de augendo fœdere Catholico, quod fœdus quanto erit magis validum, & potens, tanto erit utilius: nam eo aucto, & corroborato, vel Proteſtantes patientur ſe adduci ad concilium, ac ejus determinationi ſe (ut debent) ſubiicient; vel ſi erunt obſtinati, illo ipſomet fœdere poterunt Majeſtates ſuæ uti, ad eos corrigendos, & ad ſaniorem mentem reducendos poſt Concilii decretum. Atque hæc quidem dicta ſint, quantum ad Religionem attinet.

Quantum vero ad imminens periculum Turcæ, Reverendiſſimus D. Legatus in primis, ut ſæpius ex mandato Sanctitatis ſuæ fecit, non ceſſat hoc Cæſareæ Majeſtati cum omni affectu repetere, ut pax primum cum Chriſtianiſſimo Rege Gallorum concludatur; ab iſta enim pace pendet ſalus Reipublicæ Chriſtianæ; nam ſi illa non concluderetur (quod Deus avertat, & quod tamen non ſperarur) dubium eſt, an concordes vires totius Chriſtianitatis poſſint viribus potentiſſimi illius hoſtis reſiſtere, cum domi non adeo plena eſſet ſecuritas. Sed hujus pacis utilitatem multifariam ideo nunc explicare minus eſt neceſſarium, quod ſæpius de ea actum ſit cum Cæſarea Majeſtate.

XXI. Poterunt etiam Majeſtates ſuæ, rejectis (ut dictum eſt) tractatibus Religionis ad Concilium, interim cum Principibus Catholicis de auxilio contra Turcam ſtabilire ſine ulla mora: tum etiam ſtabilito Catholicorum fœdere, acceptato per Majeſtares Suas Concilio, & acciſa Proteſtantium ſpe de Religione pervertenda, & bonis Eccleſiaſticis diripiendis, Majeſtares Suæ, & reliqui Germaniæ Principes ſuadere poſſent Proteſtantibus, ut ad Concilium venirent nulla omiſſa ratione, vel cautione honeſta, quæ illos adducere poſſet, non eſſet neque a ratione alienum, neque difficile, ut ſupra dictum eſt, aliquid etiam auxilii ab ipſis contra Turcam obtinere.

Si autem Majeſtates Suæ abſque mala concordia Religionis nihil contra Turcam obtinere poſſent; videndum eſt, quod ſit majus detrimentum, & quid cedat in majorem Dei offenſionem, an ipſius Dei verum Cultum, ac Religionem deſtrui (quod fieret, quando Germania in malo per concordiam conveniret) an ipſius Germaniæ auxilio contra Turcam deſtitui? Non enim facile diſcerni poteſt (ut Chriſtiane loquamur) qui ſint inimiciores Chriſti, Proteſtantes, an Turcæ? quia hi captivant, & occidunt corpus, illi captivas ducunt animas, & in perditionem trahunt: non cogunt hi Religionem mutare, illi ſub ſpecie boni corrumpunt Religionem, ac deſtruunt.

His igitur omnibus diligenter perpenſis poterunt Majeſtates Suæ rectius deliberare quid, & quomodo agendum. Reverendiſſimus D. Legatus eſt hujus ſententiæ, ut concilium ante omnia convocetur, & celebretur hoc anno, ut in conventibus Germaniæ nihil de Religione tractetur, ut fœdus Catholicorum augeatur, & corroboretur; ut eo fœdere aucto, Proteſtantes omnibus modis ad concilium alliciantur: interim vero concludatur

Digitized by Google

tur pax cum Rege Gallorum, & colligantur auxilia ex omnibus partibus contra Turcam.

Illud etiam in fine non omittendum eſt, quod antequam tractatus amicabiles perficiantur, & auxilium Imperii ſtabiliatur, elapſum erit tempus occurrendi hoc anno Turcæ, & pro anno ſequenti negotium auxilii ferendi poterit melius tractari in communi loco, concilii votis contra communem inimicum. In his tamen prædictus D. Legatus remittit ſe ſingulari prudentiæ Sereniſſimarum Majeſtatum ſuarum, quibus omnia fideliter optat contingere. Subditur in eodem MS. quodnam a Cæſare reſponſum Legato redditum ſit.

XXII. *MS. Franciſci Card. Barberini to.2637. p.22.*

Reſponſio ad ſcriptum Legati.

Imperator breviter ſic reſpondit. *Et quoad concilium, a ſe expetitum, procuratumque, ut modo quo convenit celebrari poſſit, perſpicuum eſt; non cogi poſſe niſi Principes Chriſtiani conſentiant, & ſuos ad id Oratores mittant, Germanos illud extra Germaniam non poſtulare, nec opere Concilii periculis a Turca imminentibus occurſum iri. Quoad pacem ſpectaret, ſignificavit, eam a ſe aperte, & procurari, promoverique apud Regem Chriſtianiſſimum, ſe honeſto contentum futurum, nec illi conſectandæ defuturum, nec jam defuiſſe.* Quamvis hæc publico ſcripto reſpondiſſet Imperator, attamen ob ſcriptum illud Cervini, quod per manus aliorum, & præcipue in Romana Curia commorantium, tranſmittendum audierat, animo paululum perturbatus eſt: quare deinceps graves quidem oppoſitiones in eo Legati ſcripto contineri, ac potiſſimum debuiſſe prius de his colloquiis Pontificem certiorem fieri, quam illa indicerentur, faſſus eſt; nihilominus a cœptis reſilire noluit, ſed calamitate temporum, atque anguſtia ſe urgeri ſubjecit, ut ſex dierum fluxu conventum Spirenſem indiceret, in quo tamen Pontificiæ dignitati, atque authoritati debitus honos deferendus eſſet; prætexuitque a Principibus Imperii maximo ambitu rogatum, ut ad tollenda bella civilia, quibus plurimus ſanguis fundendus eſſet, colloquium de ſopiendis Religionis controverſiis placide, & amanter iniretur. Tranſmiſſæ vero ad Principes Imperii, Cæſareæ literæ his verbis conceptæ fuerunt.

Epiſt. Farneſ. apud Palavic. to. 1. l.4. c. 10. n.16.

Literæ Imperiales, & Cæſareæ Majeſtatis ad Proteſtantes.

XXIII. Cæſaris literæ ad Proteſtantes pro conventu Spirenſi.

Altogeniti, Illuſtres, Amici Electores, & Principes. Nos hic amice, & fraterne cum amabili, & dilecto fratre noſtro Romanorum Rege de pluribus moleſtiſque negotiis, quæ hoc tempore in Sacro Romano Imperio Germanicæ Nationis reperiuntur, & præ oculis ſunt, præſertim quæ de litigioſis Religionis Chriſtianæ cauſis res ipſa flagitabat, locuti ſumus, & cum dilectione ſua concluſimus, quod in his nos benigne atque libere ad quietem, & ſalutem Germaniæ cum Dei Optimi Maximi ope, & auxilio agere velimus, & quantum ad nos attinet, nihil omiſimus cogitandum, quod ad pacis, atque concordiæ harum Controverſiarum profectum utile, & neceſſarium viſum, & futurum ſit, ſicut hanc noſtram egregiam propenſamque animi voluntatem a principio, ad hoc uſque tempus veſtræ dilectiones imprimis, deinde omnes homines re ipſa ita eſſe experti ſunt, nam pro viribus ſemper facultatibuſque noſtris in Sacro Romano Imperio bella, ſeditiones, ſanguinis effuſiones prohibere, & ne fierent, opem ferre, & auxiliari libenter voluimus, qua in re, ut ſperamus, quantum præſtari potuit, debuitque præſtitimus nulla diligentia induſtriaque omiſſa atque neglecta. Hoc vero paterno, & benevolo animi affectu in vos operati ſumus, modo is apud veſtras dilectiones, & in Religione confœderatos talis eſſe exiſtimetur, neque in contrariam partem eum accipiant, atque eo abutantur, & modo dilectiones veſtræ adhuc ſint in ea opinione, quemadmodum ſæpius obtulerunt, quod ad perpetuam pacem, quietemque amplectendam animati ſint, cum obtulerint ſe oſtendere, & declarare velle, in Religionis, cauſa per ſe non ſtare, quo minus concordia, atque conjunctio Eccleſiæ fiat, unde quamvis jam multis ante annis amici tractatus, & labores noſtri vehementiſſimi ſuſcepti, ob diſſidium de Religione excitatum, nihil ad pacem profecerit, ſed in pejus quotidie labi viſa res ſit, unde alia ex alia difficultas ſubnata fuerit, ita ut niſi huic malo ſtatim celerrimeque occurramus, timendum ſit futuram Imperialium Statuum diſſipationem, & ſeditiones, bellaque exoritura. Tamen pro inſita naturalique noſtra clementia, & bonitate, deeſſe noluimus, quin veſtris dilectionibus, & ſuis confœderatis ſociis, ad hoc ſemel appoſitum, accommodatumque locum, veluti noſtram, & Imperii Civitatem Spiram, aut ſi ea ob peſtit morbum non eſſet tuta, vicinam aliquam Urbem, per amabilem, & dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem eligendam, deſignavimus, ubi ad ſextam Junii menſis diem proxime futuram conventus debeat celebrari, permiſitque vobis omnibus, ut omni dilectione, diligentia, & maturitate ibidem tractetis, ut grave hoc diſcordiarum onus, quo tota jam Germania periclitatura per divinæ gratiæ proviſionem

Digitized by Google

omni æqua juſtaque ratione, & via deiiciatur, ſperantes, veſtras dilectiones, cum ſuis ſociis, & amicis, talem noſtram benignam, atque benevolam voluntatem majori cum fructu, quam hactenus factum ſit, ad animum revocaturos, & ita cauſas iſtas Religionis trutinaturos, facturoſque omnia, ut nos, & dilectus frater noſter Romanorum Rex, aliique obedientes Status, quorum etiam partem convenire voluimus, ut omnes denique & ſinguli utriuſque ſexus homines, cogitare, & proſpicere poſſint, quod veſtrum plures ad pacem, quietemque potius, quam ad bella, ſeditionemque inclinati ſunt.

XXIV. *Quapropter his noſtris literis Dilectionibus veſtris, ſuiſque ſociis, & amicis Dietam conventum ad eam diem & locum indicimus, deinde petimus benevole, ſerioque mandamus, ut ad præſcriptum tempus, ibi perſonaliter adeſſe debeant, neque ullis ab hoc negotio removeantur impedimentis, niſi Divina eis poteſtas obſtiterit, & legitime corporis morbi accedere prohibuerint, quod ſi accideret, tamen fideles aliquos ſuos Conſiliarios, & Oratores ad pacem, quietem, atque concordiam inclinatos, & ad cognitionem dictarum cauſarum idoneos mittat cum omni integra facultate, abſque ulla exceptione concludendi, præcipueque cum perfecta, & abſoluta informatione, & inſtructione animi, mentiſque dilectionum veſtrarum, qui quidnam ipſi facere cupiant, libere exponant, non ſecus ac ſi illi perſonaliter intereſſent, quæ etiam omnia ſuis confœderatis omnibus, dilectionem veſtram ſignificare volumus, non ſine ulla dilatione, ut etiam ipſi ad id officium peragendum ſtatim mittant, nam & frater noſter dilectus Romanorum Rex, noſtro nomine, & ſua etiam cauſa, divino favente auxilio, ad decretum præfixumque tempus ad hunc locum perveniet, & perſonaliter comparebit, qui veſtris dilectionibus, & ſuis confœderatis utriuſque noſtrum nomine, animum, mentem, in præfatis cauſis declarabit, una ad petitiones veſtrorum Legatorum apud nos hic factas plene reſpondebit: qua in re veſtræ dilectiones cum ſuis confœderatis, ut ſperamus, pro patriæ ſuæ bono ita debent ſe paratos & obedientes præſtare, ut ipſa diſſidia, atque incommoda, quæ oriri [ſi ſecus fieret] poſſent, finiantur tandem, & componantur, ut deinde alii Imperii defectus reſtaurari, & commodius curari poſſint. Atque ut veſtræ dilectiones, & ſui ſocii ad eundem conventum ſtatim, & abſque metu veniant, volumus per præſentes literas noſtras ſalvum conductum, cautionemque dare, quod nullo modo, neque accedentes, neque recedentes ad Patrios uſque lares, violentiam patiantur, & de Norimbergenſibus Induciis, ſicut promulgatæ fuerunt, omnino confidere debebunt, quia contra eas nihil, neque nos agere volumus, neque ab aliis fieri permittemus, adjecto tantum hoc pacto, ut dilectiones veſtræ pacifice, atque tranquille ſe habeant, ad violentiæ inferendæ occaſionem neminem provocent, quemadmodum de veſtris dilectionibus, & ſuis adhærentibus minime dubitamus, & benigne benevoleque recognoſcere volumus. Datum Gandavi 11. die April. an. MDXL.*

Adduntur hæc in veteri manuſcripto.

XXV. Talia Cæſar ſcripſit, quamvis ante paucos dies audierit ſequens conſilium.

MS. Franciſci Car. Barberini ſig. 1677.

I. Doctor Matthias diſſeruit Gandavii cum Cæſarea Majeſtate de componendis Germaniæ rebus: cumque demonſtraſſet aberrantes, ſpecie Religionis, opes Eccleſiaſticas invadere: addidit, neceſſarium eſſe, ut omnes pareant judicio Cameræ, ſive foro Imperiali. II. Ne vi & bello res agatur, ſed ad eam referatur. III. Ut qui vim adhibuerit, a fœdere Catholico plectatur. IV. Ut religionis controverſiæ tractentur, vel a Concilio generali, aut nationali, cui adſint Internuntii, vel Adminiſtri Pontificii. V. Ut articuli a veteribus Conciliis deciſi in controverſiam non adducantur: aberrantium tamen contraria dubia ſolvantur. Ni prius juſtitia firmetur, & conſtabiliatur, omnes alios conventus diſceptantium de Religione irritos futuros, ac tumultuum plenos; fœdus vero Catholicum maxime corroborandum: quo corroborato, ut renitentes caſtigari poſſint, controverſias articulorum fidei facile conſopitum iri.

Ex Ital.

Porro neceſſariam reformationem abuſuum Curiæ Romanæ; tollatur Beneficiorum pluralitas, Epiſcopi, & Parochi cogantur ad reſidentiam, & reliqua, quæ Sanctiſſimus Dominus tractat, perficiantur: pace vero cum Gallo Rege compoſita, hæc fælicius ſucceſſura.

XXVI. Accepta redeundi poteſtate Cardinalis Legatus, exeunte Aprili ex Aula Cæſarea diſceſſit, nec ſine fructu geſta eſt ab eo legatio; nam ſtudium maximum collocavit, ut inter Catholicos Principes contra Lutheranos Eccleſiaſticarum opum raptores firmiſſimum fœdus inſtauraretur, ut Maſſarellus in Diario refert. Porro digreſſus Farneſius e Germania inferiore, cum iter per Galliam ageret, adiit Franciſcum Regem, ſignificavitque ſe omni quidem ſtudio incubuiſſe, ut pacis faciendæ conſilia promoveret: ſed cum longiores moras rei magnitudo traheret, non diutius permanendum in Belgio cenſuiſſe, præter enim conceptas ſpes,

con-

conſtituendæ inter Gallorum Regem, ac Cæſarem pacis conſilia ob difficultates temporum neceſſario differri. Pios etiam ſtimulos addidit Regi, ut adverſus hæreticos aſperiora edicta promulgaret, ne Gallia ea peſte infecta civilibus bellis arderet. Admiſit Rex pia illius monita atque ſaluberrima pro Religione Catholica aſſerenda propulſandiſque impiorum clam ſua venena diffundentium conatibus tulit, habitumque benigne, & peramanter Cardinalem Farneſium, ex Aula Gallica dimiſit.

Jam Pontifex a Marchione de Aghilar Cæſareo in Aula Pontificia Oratore audierat indictum Spiræ Conventum, tum ex literis Cardinalis Farneſii acceperat celebrandum eſſe inter Catholicos Doctores, ac Lutheranos colloquium, prudentiaque inſignes viros judicaſſe, ut in Cæſaris, aut Ferdinandi Aula aliquis Legatus Cardinalis verſaretur, ne quid adverſus Sedis Apoſtolicæ dignitatem Lutheranorum dolo decerneretur: demandataque propterea a Pontifice eſt Cardinali Cervino, qui in Urbem cum Cardinale Farneſio erat rediturus, Legatio ad Cæſarem & Ferdinandum Regem, ut docent Acta Conſiſtorialia. *XII. Maii fuit*
MS. Car. Spada to. 133. pag. 382. *Conſiſtorium, S. D. N. creavit ſuum, & S. R. E. Legatum a latere Reverendiſſimum Cervinum Cardinalem Neocaſtrenſem ad Cæſaream Majeſtatem & Sereniſſimum Romanorum Regem, ac Dietam, quatenus opus eſſet, cum facultatibus in literis exprimendis.* Pontifex vero ſequentem Epiſtolam de hac re Imperatori ſcripſit.

Cæſari.

XXVII. Paul. III. lib. brev. an. 6. p. 298. *Chariſſime, &c. Dilectus filius Alexander Cardinalis de Farneſio S. R. E. Vicecamerarius Nepos, & Legatus apud te noſter ſuis literis, & tuus etiam apud nos Orator tuis verbis, nobis proxime ſignificarunt, decreviſſe Majeſtatem tuam in hac ſua in Germania præſentia, una cum Sereniſſimo fratre ſuo Rege Romanorum omni quidem ſtudio, & celeritate adhibita, tranquillare illas Germaniæ res, tanto jam tempore ob diſſenſionem fidei Catholicæ fluctuantes, pacem per hæc illis Eccleſiis, ac recte ſentientibus populis procurare. Nos proinde tuo nomine requirentes, ac ſummopere ſuadentes, ut cum in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis proxime futuro inchoari hæ Majeſtatem Veſtrarum actiones debeant, nos pro noſtro officio, & Catholicæ fidei cauſa, Legatum iſtuc noſtrum aliquem ex S. R. E. Cardinalibus mittere vellemus; quibus intellectis, & ad Venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales de more per nos delatis, & ſi nobiſcum omnes, tum magnitudine rei, quanta graviorem hoc tempore cuncta Chriſtianitatis non habet, tum anguſtia temporis perturbabantur, ut nec agenda conſulere, nec ipſum Legatum, qui in tempore illuc pervenire poſſet, hinc expedire poſſemus, tamen inclytam pietatem, ac bonitatem Majeſtatum Veſtrarum reputantes, & in illis poſt Deum omnes ſpes noſtras reponentes, Legatum iſtuc mittendum decrevimus. Sed cum nulla ratio iniri poſſet pro ſumma brevitate temporis, ut hinc a nobis ipſum Legatum expedire poſſemus, commodum nobis, eiſdemque fratribus noſtris, ac potius neceſſarium viſum eſt, ut dilectum filium noſtrum Marcellum Cardinalem Neocaſtrenſem, quem apud Nepotem & Legatum de Farneſio habebamus, & ad nos jam vocaveramus, ex itinere ad Majeſtatem tuam remittere, tamquam etiam de his ipſis Majeſtatis tuæ deliberationibus non parum inſtructum. Eum itaque ex itinere, quo ad nos habebat regredi, ad Majeſtatem tuam cum Dei nomine Legatum noſtrum, & hujus Sanctæ Sedis mittimus, qui noſtra, & dictæ Sedis negotia, præſertim fidem Catholicam concernentia cum eadem Majeſtate tua [ad cujus authoritatem omnia, quæ in Germania apud Sereniſſimum tuum fratrem aguntur, referenda non dubitamus] agat, & curet, & ſi e re viſum fuerit, etiam ad eundem Sereniſſimum fratrem tuum pro eadem Religionis cauſa progrediatur. Hortamur igitur eandem Majeſtatem tuam in Domino, ut ipſum Marcellum Cardinalem Legatum virtute, prudentia, & probitate præditum, atque ex his nobis intime gratum, & probatum ſolita humanitate, ac benignitate excipere, & cum fide ſemper audire, ac Catholicam Eccleſiam, quæ, ſi unquam antea te Advocatum, ac Primogenitum ſuum hoc tempore reſpicit, tua ope ac bonitate complecti velis, ſicut te facturum ſperamus, & idem Legatus hoc copioſius explicabit. Dat. Romæ XII. Maii MDXL. anno VI.*

Demandatæ ſibi legationis munere perfuncturus Marcellus Cervinus Cardinalis, cum iter carpſiſſet per Galliam, Franciſcum Gallorum Regem ſalutavit, quem Rex omni humanitatis & officiorum genere complexus eſt. Contulere illi inter ſe longos ſermones de pace ſancienda inter ipſum Regem, & Carolum V. Imperatorem, ſed immenſæ obſtabant difficultates, cum Franciſcus Rex maxima obtinendi Principatus Mediolanenſis cupidine arderet, adeo ut Cardinali Cervino ſignificarit, nolle ſe Mediolanenſis Ducatus jure hæreditario abdicare, nec quidem palmo terræ ceſſurum, quam in XXVIII.

Ita-

Italia poſſidebat (quibus verbis Pedemontanam ditionem & Marchionatum Salutiarum connotabat) etiamſi Cæſar ampliſſimum totius Belgii Principatum in eum ac poſteros transfundere vellet. At Cæſaris animus ab hoc longe abhorrebat, cum partum armis Principatum Mediolaneuſem retinere vellet, ad aſſerendum ſibi reliquarum Italicarum ditionum Imperium. Addidit vero Franciſcus Rex ſe induciarum pactarum cum Cæſare Leges religioſe culturum, ſeque in illius amicitia conſtanter ac peramanter permanſurum. Aperuit ſubinde Legatus Regi cauſas, quæ permoverant Pontificem ad decernendam eam legationem ad Imperatorem, cum ob agitanda inter Catholicos, & Lutheranos de controverſiis Religionis colloquia, Religio in diſcrimen ab impiis in perfidia obfirmatis adduceretur; Regiamque Majeſtatem precibus urſit, ut Religionis cauſam defendendam ſuſciperet: cui Rex ſubdidit, damnari a ſe eos conventus, & colloquia cum Hæreticis, qui debeant cogi ad officium, non audiri; cum non converti, ſed ſimplices ſubornare, ac laqueis ſuis irretire meditentur. Ornavit Franciſcus Rex verba operibus ac mandata dedit Franciſco Olivario Regio Oratori in Germanicis conventibus, ut Catholicæ Religionis cauſam, dignitatemque ſummo ſtudio aſſereret: explevit ille juſſa, a quo flagrantem pietate orationem pro defendenda avita fide contra impoſtorum perfidiam ad Germanici Imperii Ordines habitam viſuri ſumus.

Diſcedens e Gallia Cardinalis Cervinus Legatus ad Imperatorem in Belgio agentem ſe contulit: intereaque Pontifex Principes Eccleſiaſticos Germaniæ, qui pium ardorem in defendenda Religione Catholica, evertendiſque hæreticorum nefariis conſiliis explicuerunt, hortatus eſt ut ad Spirenſes conventus ſe conferrent, fideique Catholicæ dignitatem ab impiorum væſanis conatibus vindicarent, quo argumento datæ ſunt hæ literæ ad Cardinalem Moguntinum.

Dilecto filio Noſtro Alberto tit. S. Petri ad vincula S. R. E. Cardinali Moguntino Sacri Romani Imperii Electori.

Paul. III. lib. brev. an. 6. p. 325.

Dilecte fili Noſter Salutem. Non accidit nobis hactenus ita frequenter ad circumſpectionem tuam ſcribere, cauſamque ſanctæ fidei, & Apoſtolicæ authoritatis tibi commendare; propterea quod pietas tua nullis unquam noſtris ſtimulis eguit, ſemperque læti audivimus, ac perſpeximus, te in ea cura talem fuiſſe, tantumque ſtudii, & fervoris tui poſuiſſe, quantum triplex tua dignitas Cardinalis, Electoris, & Primatis requirebat, quod a te, fili Noſter dilecte, in hoc maxime Spirenſi conventu firmiter expectamus. Etenim ſi cæteri Catholici Principes Catholicam Religionem tueri communi officio debent, quanto magis circumſpectio tua, quæ tot ſimul vinculis Apoſtolicæ Eccleſiaſticæ, mundanæque dignitatis ad id adſtringitur; quamobrem ita ages in hoc Spirenſi conventu, ut ubicumque uſus veniet, quemadmodum tua multiplex dignitas poſtulat quantumque Nos, & S. R. E. Cardinales confratres tui expectamus, hoc tempore, quo ſane nullum unquam tibi offeretur commodius tuæ virtutis oſtendendæ, tuoque officio, honori, ac dignitati ſatisfaciendi: ſed nos, ut diximus, adhortationem tecum neceſſariam nunquam duximus, laudationem potius paramus, quod te, qualem cupimus, præſtiteris; ſuper quibus latius alloquetur circumſpectionem tuam Venerabilis frater Joannes Epiſcopus Mutinenſis Nuntius noſter, cui fidem præſtabis indubiam. Datum Rom. XIV. Maii MDXL. anno VI.

Eminebant inter alios Principes defendendæ pietatis orthodoxæ gloria conſpicuos Bavariæ Duces, quos Pontifex literis excitavit, ut tum in conventu Spirenſi, tum in aliis ſolemnibus Ordinum cœtibus, pro reſtituenda Germaniæ Religione, excindenda hæreſi, aſſerendaque authoritate Apoſtolica pia ſtudia collocarent. XXIX.

Ducibus Bavariæ.

Paul. III. lib. brev. an. 6. p. 327.

Dilecti fili, Nobiles Viri, Salutem &c. Cum audiſſemus de Spirenſi conventu, has literas Noſtras libenter, atque in primis ad Nobilitates veſtras dedimus, quas in authoritate, potentia, & pietate eximias, in amore autem Noſtro præcipuas, atque intimas habebamus. Si quis enim noſtrorum Prædeceſſorum veſtras Nobilitates aut dilexit, aut magni fecit pro veſtris maximis in Deum, & Apoſtolicam Sedem meritis, ii certe nos ſumus, qui nulli eorum cedamus, cum etiam veſtra officia non minus illorum, quam noſtris præſtita temporibus ad noſtram obligationem remunerationemque pertineant. Utinam aliquando cum Catholica fide noſtra quoque iſtic reſtituatur authoritas, ut quam pie Nobilitates veſtræ ſenſerint, quam fortiter ſe geſſerint, quam in commune ſuis conſiliis, atque geſtis profuerint, cum plena gratiæ relatione eis oſtendere poſſimus: ſumus tamen interim, ac ſemper erimus ſtudio, ac deſiderio incenſi erga omnem veſtram, veſtræque Nobiliſſimæ Familiæ dignitatem, nihilque unquam ſe nobis offeret tam difficile, atque arduum, quod ad veſtrum commodum, aut honorem pertineat, modo per Deum id nobis liceat, quod non libenter alacriterque faciamus: quo ma-

gis

gis filii vos hortamur, etſi benevolentia magis adducti, quam neceſſario id facimus, ut in ſolita laude conſtantiæ, & pietatis veſtræ perſeveretis, & quod in omnibus conventibus, domi, foriſque cum immortali veſtra gloria ſemper feciſtis, etiam in hoc Spirenſi conventu, & ubique uſus veniet, fidem Catholicam, Deique & Sanctæ ejus Eccleſiæ honorem commendatum habeatis, veſtraque authoritate, virtute, & gratia tueamini; Nos enim, qui veſtra vetera in Nos officia grato animo, & jucunda memoria conſervamus, & ſi nihil ad noſtram hujus Sanctæ Sedis erga vos benevolentiam addi videtur poſſe tamen, quem ex his, quæ inſtant veſtris beneficiis cumulum adjecturi ſimus, dicet eis Venerabilis frater Joannes Epiſcopus Mutinenſis Nuntius Noſter, cujus verbis Nobilitates veſtræ fidem præſtabunt indubiam. Datum Romæ XIV. Maii MDXL. anno VI.

XXX. Celeberrimos etiam doctrinæ fama Epiſcopos Paulus ad hunc conventum proficiſci juſſit, atque inter hos Joannem Fabrum Epiſcopum Viennenſem rerum geſtarum contra hæreticos gloria florentem, ad quem multis laudum ornamentis decoræ extant hæ literæ.

Joanni Epiſcopo Viennenſi.

Paul. III. lib. brev. an 6. p. 326.

Venerabilis frater. Et ſi amor erga te Noſter magnis tuis meritis, & laboribus conciliatus, noſtrumque de tua ſingulari virtute judicium augeri nunquam poſſe, nobis antea videbatur; Literæ tamen dilecti filii Alexandri Cardinalis de Farneſio Nepotis, ac Legati noſtri, ac Venerabilis etiam fratris Joannis Epiſcopi Mutinenſis Nuntii Noſtri maximum cumulum ad noſtram erga te benevolentiam addiderunt: nam de tuis in nos officiis recentibus, piis, & ſalutaribus tam in præparatoriis hujus Spirenſis conventus, quam in aſſidua propugnatione Sanctæ fidei contra ejus adverſarios exhibitis abunde teſtati, mirificam tuam pietatem nobis expreſſerunt, quæ, etſi erat antea nobis exploratiſſima, tamen confirmari a te eam in dies, & augeri lætiſſime audivimus. Sumus igitur erga te omni voluntate propenſi, ac ſtudio incenſi, tuaque officia, ac merita memori [ut decet] animo conſervamus parati in quaque occaſione, quæ Nos gratos efficere poſſit, oſtendere omnibus, te Nobis eſſe gratiſſimum, & quamvis tuæ pietati, quæ tota in Deum intenditur, Cœleſtia a Deo præmia reſerventur, interim tamen noſtra quoque non deerit tibi gratitudo, quam tu undique dictis, ſcriptis, omni tuo labore, & ſtudio continue elicis, ſed hæc idem Deus gubernabit. Nos te interea ex benevolentia noſtra potius, quam tua neceſſitate hortabimur, ut cœptis inſiſtat, & ſi quando pietatis, prudentiæ, ac doctrinæ tuæ nervos intendiſti, in hoc maxime Spirenſi conventu annitaris, & efficiat, ut ſanctiſſimi labores tui fœlicem exitum ſortiantur, quod a te ita expectamus, ut pro certo, & explorato habemus, &c. Dat. Rom. XIV. Maii MDXL. anno VI.

Conſignatæ ſunt eadem temporis nota literæ ad Herbipolenſem Epiſcopum conſpicuum doctrina, atque defendendæ fidei Catholicæ conſtantia illuſtrem, quem monuit, ut omni ſtudio ac diligentia incumberet, ne quid in conventu indicto, & colloquiis cum Lutheranis habendis quippiam a Religione Catholica diſſonum, vel authoritati Apoſtolicæ adverſum decerneretur. XXXI.

Epiſcopo Herbipolenſi.

Venerabilis frater, in hac noſtri animi moleſtia, quam ex jacturis tot illic animarum, ac læſione divini honoris merito capimus, non parum nos conſolatur tua fraternitas, quæ ſingulari prædita virtute, integritate, prudentia, in veteri ſua conſtantia tuendæ Catholicæ Religionis, & communis dignitatis perſeveravit, & continue perſeverat, quam ob rem audientes de conventu Spirenſi, mandavimus venerabili fratri Joanni Epiſcopo Mutinenſi Nuntio noſtro, ut fraternitatem tuam ſalutaret a nobis, & quædam ei ex parte noſtra ad communem ſanctæ fidei cauſam facientia referret. Hortamur igitur fraternitatem tuam ex animo, & ſi potius ex abundantia amoris noſtri, quam ex tua neceſſitate id nos facere agnoſcimus, ut in curſu laudis tam trito perſiſtens, & extremum hunc vitæ laudabiliter geſtæ actum ſigillo glorioſo obſignans, & concludens in id pie elabores, & contendas omni ſua authoritate, & ſtudio, ne quid in his tractatibus, aut Catholicæ Religioni, aut Apoſtolicæ Sedi detrimenti fiat &c. Datum Romæ XIV. Maii MDXL. anno VI.

Paul III. lib brev. ann.6. p. 326.

Inſignes quoque fidei pugiles Joannem Ekium, & Joannem Cochlæum, hortatus eſt Pontifex, ut in curſu ſolito laudis, ac pietatis perſtarent, ac ubicumque occaſio ferret, ad aſſerendam fidei incorruptæ puritatem, piam operam ſtrenue navarent. Non defuerunt illi ſuo muneri, ac veteres palmas de Lutheranis partas recentioribus cumularunt.

Paul. III. lib brev. an.6. p. 327.

Jo. Cochlæus refert hunc conventum Spira Haganoam tranſlatum fuiſſe, quod peſtis in deſignata prius Urbe ſæviret. Ad illum igitur Pontifex Moronum Nuntium deſtinavit qui eximia prudentia & rerum gerendarum peritia erat præditus, ac tum apud Ferdinandum Romanorum Regem Internuntium Pontificium agebat, ad quem tranſmiſſa eſt ſubjecta inſtructionis formula. XXXII.

Jo. Cocl. in actis & ſcript. Luth. hoc ann.

Si

Litera Card. Cervini apud Pallavic. to. 1. l. 4. c. 11. n. 4. Reſponſio data a Pontifice Nuntio Morono pro Dieta Haganoenſi.

Si contra Sedis Apoſtolicæ reverentiam aliquid decernatur (quod coram Ferdinando Romanorum Rege tam pio Principe non eſt credendum) ſtatim Nuntius inde diſcedat, & ſuam in aliqua propinquarum Urbium ſedem figat, & quod de die in diem accidit, Legato Cervino nunciet.

Fugiat de Religione diſputationes, quæ ſi inter Catholicos, & Lutheranos oriantur, ut noſtri bene inſtructi ad iſtas accedant, curet, eventuſque omnes diligenter exquirat, ſed nihil ſua firmet authoritate.

De temperamentis ſi aliqua proponantur, per tabellarium Pontificem moneat, nihilque ſtatuat ſine ipſius conſilio.

Oſtendat, Pontificem libenti animo paratum eſſe, dummodo requiratur, Legatum mittere, quando certus ſit, eum debito honore in Dieta excipiendum eſſe. Porro Cæſar ejuſque Adminiſtri in Haganoenſibus comitiis Cervini Legati præſentiam expetebant, ſed ille eorum votis non aſſenſit, ut morem gereret Pontifici; quamvis ea comitia Imperialia ſine alicujus Legati Apoſtolici præſentia non comprobaret. Premenda vero ſilentio non ſunt monita a viro doctrina inſigni ac ſapientia clariſſimo data, cum Spirenſes conventus agendi forent, antequam Haganoam transferrentur, circa Lutheranorum ac Zuinglianorum inter ſe diſſentientium controverſias. Nec non Anabaptiſtarum, aliorumque Novatorum, qui nullam certam colebant fidem, maximoſque conſcientiarum æſtus patiebantur.

Memorandarnm rerum pro futuro conventn Spirenſi breve Compendium anno MDXL. Menſe Maio.

XXXIII. *MS. Franciſci Card. Barberini ſig. 2078. p. 88. & 89.*

Ad Spirenſem conventnm primo omnium neceſſarium erit, ex quo Lutherani cum Zuinglianis, licet hucuſque reciprocis fœderibus, & colligationibus, & forſan in gerendis rebus temporalibus convenerint, tamen de veritate Euchariſtiæ, & præſentia Chriſti in Sacramento Altaris hucuſque nunquam convenire potuerunt, & illa hæreſis trahit poſt ſe [tanquam cauda Draconis] varias, & multiplices diſſenſiones. Oportet itaque ut ſciatur prius, an convenerint, non ſophiſtice, quemadmodum hucuſque per viginti annos egerunt, ſed vere, ac ſolide in hac præcipna & maxima Euchariſtiæ materia.

Pari modo, cu quo Lutherani non ſnnt Iconoclaſtæ, ſeu Imaginum confractoras, ſed Imaginem Domini Noſtri Jeſu Chriſti Crucifixi, Beatæ Virginis Mariæ, Apoſtolorum, & Sanctorum omnium illæſas, & intactas eſſe permiſerunt: Zuingliani vero dixerunt, Idololarras eſſe omnes quotquot Imagines, vel in Eccleſiis, vel in domibus, vel in triviis, aut compitis haberent. In his itaque duobus articulis, hoc eſt in Euchariſtia, & Iconibus, ſeu Imaginibus vertitur cardo diverſitatis inter Lutheranos & Zninglianos. Neceſſa eſt itaque intelligere, an a ſuo errore Zuingliani decedere velint, nec-ne. Videntur Lutherani propins accedere ad veritatem pœnitentiæ, & maxime Sacerdotalis Confeſſionis, & qnarumdam aliarum rerum, utpote de adminiſtratione Sacramentorum, cæremoniis, & aliis rebus. Ut itaque aliquid certi, & firmi ſtatuatnr, oportet, declaratio fiat, ut conſtituatur unanimitas. Sed vehementiſſima timendum eſt, quod Zuinglianorum Prædicatores non poſſent reducere Populum, & quemadmodum in multis apparet, & a multis locis auditur, quod Populus clamat ſe malle in totum redire ad Eccleſiam Catholicam, quam a ſuis Prædicatoribus, hodie unum, cras aliud audire, propterea hæc occaſio non erit negligenda, ſi per unum, aut alterum modum, & maxime per medias perſonas una Civitas poſt aliam reduci, & revocari poſſet, quemadmodum de Norimbergenſi, & quibuſdam aliis Civitatibus bona ſpes eſt. Sunt enim Æraria ipſorum exhauſta, & incipiunt faſtidire ſuos ſuperbos, & inexplebiles Prædicatores; & qui non longe ſunt a Comitatu Tirolenſi, timent ſibi. Communitates quoque maximagravantur toties, & fere quotidie contribuere Lutheranis, ac Principibus, Capitaneis, Oratoribus, Nuntiis, & maxime Prædicatoribus, quos cum nxoribus, & pueris coguntur alere maximis impenſis. Ita ut ſæpe ſuſtentari in una Civitate facilius potuerint olim decem Sacerdotes, quam hodie unus illornm Prædicator. (Et paulo poſt.)

Inter tractandum, antequam inchoetur tractatus, oportet revidere Edictum Wormatiæ, Bullam Leonis Papæ, Receſſus Imperiales, & maxime ultimum Receſſum Dietæ Auguſtanæ. Et infra.

Providendum eſt, & ſummopere cavendum, antequam de conjugio Sacerdotum, Monachatu, votis Monaſticis, & ſimilibus rebus tractatus fiat, ut intelligatur, & reſciatur ab adverſariis, cum ipſi damnent Anabaptiſtas, & quoſdam alios Hæreticos, quiduam ſtatuere velint de multis aliis erroribus, partim expreſſis a Prædicatoribus, partim in publicum aditis; nam etſi Lutherus, Philippus, & alii retractaverint aliquos, & proprios errores, non tamen omnes, nihilominus libere Libelli, & tractatns tenentur, & ſnnt in manibus hominum cum maximo ſcandalo & in-

teritu

Google

teritu multarum animarum. Iſta tamen omnia bono modo, ac pacifice dinumerare oportet, utpote quomodo Lutherus diſſideret a ſe, Lutherani non convenirent inter ſe: nec ſatis eſſet illis non convenire cum Catholicis, ſed etiam, quod proprie illorum diverſæ opiniones in cæremoniis, & Eccleſiaſticis ritibus nullam concordiam haberent. Apud illos quoque nihil certum, nihil firmum, nihil ſtabile eſſet, quemadmodum unitatem requirit Eccleſia ab Oriente in Occidentem, a Meridie in Septentrionem. Circa Sacramentum, & veritatem Sacramenti Euchariſtiæ, atque Communionem ſub utraque ſpecie, oportet valde caute agere, ne contingat, quod accidit in Bohemia, & maxime formidandum eſt, ut quemadmodum ex permiſſa Communione ſub utraque per Bohemiam orti ſunt, & ſuccreverunt Piccardi, ita & contingat per Germaniam, & hic inculcare oportet quomodo juxta teſtimonium eorum, qui fuerunt in primitiva Eccleſia, poſt Reſurrectionem Chriſti primus uſus fuerit ſub una ſpecie, &c. [1]

Tranſlato Spira Haganoam conventui præfuit Ferdinandus Rex Romanorum, cum Carolus V. aliis negotiis implicitus teneretur, ſecumque duxerat Joannem Fabrum Epiſcopum Viennenſem, qui de Lutheranis ad priorem cum Romana Eccleſia conjunctionem ſollicitandis hoc conſilium dedit, ut exponeretur iis, Germaniam fide Catholica ſuſcepta, divitiis, amplitudine Imperii, gloria, civili concordia, Urbium conditarum numero, bonorumque omnium affluentia efflorüiſſe, cum antea inculta ſylvis, ſolitudinibuſque horreret; ex quo vero hæreſis eam infeciſſet, diſcordias, bellaque, & omne malorum genus in ea pullulaſſe, ob ortas varias Sectas, nec Lutheranos inter ſe unquam concordiam conſtituere poſſe, licet eam in diverſis ſuis comitiis pertentaverint, ex quo pateat Rituum Sacrorum, ac Sacramentorum immutationem a Deo profectam non eſſe: nil itaque tutius eſſe, quam ſi ad fidem Catholicam revertantur; ſi quæ vero temporum vitio irrepſere corruptelæ, eas vetere more, atque inſtituto a Concilio Œcumenico caſtigandas, morumque nitorem reſtituendum, in quo etiam de retundenda Turcica Tyrannide agi poſſit. Conſuluit etiam proponendum ſecundo loco Lutheranis, inique oppreſſum fuiſſe Eccleſiaſticum Ordinem, atque opulenta Monaſteria injuſte invaſa, Jurique conſonum, ut reſtituantur, dandamque operam ab Abbatibus, ut Gymnaſia pro erudienda juventute aperiantur, in Auguſtana confeſſione Lutheriſtas Prædicatores ſilentio preſſiſſe turpiores ſuas hæreſes, atque ab ea longe diſceſſiſſe; monuit etiam cavendum, ne quid Religionis Catholicæ dignitati contrarium novaretur.

Principum tractatus primæ Propoſitionis ad Lutheranos videtur in duobus debere, & poſſe comprehendi punctis.

Authore Joanne Fabro Epiſcopo Viennenſi. Ex Haganoa anno MDXL. Menſe Majo. XXXIV. *Ext. in MS. Franc. Car. Barber. ſig. n. 2678. p. 36.*

Primo, quod bonis perſuaſionibus inducantur, ut redeant, ad unitatem Eccleſiæ, rejectis & repudiatis a ſe variis,

NOTÆ [1] ANte Spirenſem hunc conventum Colloquium habuiſſe ſuum Lutheranos Principes Smalchaldiæ die Kalendarum martii notat, qui circa hæc tempora Annales ſuos Auguſtentes ſcribebat, Achilles Priminius Gaſſari, cujus opus vulgavit Menkenius Rer. German. tom. 1. Actum ibi de conciliatione doctrinæ Lotheranicæ cum Catholica, qua de re poſtea in conſeſſu Spirenſi cum ipſis catholicis diſceptandum erat. Ventum eſt dein ad Spirenſem Conventum, qui cum menſe majo cœperit, eodem majo menſe tranſlatus eſt Haganoam, quo conveniſſe principes ad diem XXV. junii ſcribit idem Gaſſarus in Annalibus Auguſtenſibus, ſed forte legendum *maji* pro *junio* cum majo menſe Theologos catholicos ad eos cœtus invitatos egiſſe jam Hagenoæ conſtet ex lucubratione Joannis Fabri ab Annaliſta hic n. 34. relata. *In eo congreſſu*, ſcribit Gaſſarus, *innoteſcere primum cœpit publice Philippum Haſſiæ Lantgravium digamum eſſe & Agneti Saxoniæ conjugi priori aliam nobilem a Sala* (Margaretam) *non exiguo evangelii ſcandalo ſuperinduxiſſe, non ut concubinam, ſed legitimam uxorem, atque ita ſimul duas uxores habere.* Id vero non temere præſtitit Lantgravius, ſed conſultis prius ſummis Proteſtantium theologis Melanchthone, Bucero, quin & ipſo pariter Luthero, aliiſque. A quibus reſponſum eſt id quidem per ſe minime licere, ſed neceſſitate cogente in viro principe, qui continere ſe aliter non poſſet ab adulteriis, ſe quidem in his rerum circumſtantiis *Sic & in tantum approbare; nam quod circa matrimonium in lege Moſis fuit permiſſum, Evangelium non revocat, aut vetat &c.* verba ſunt Conſultationis Theologorum illorum, cui nomen ſinguli ſuum ſubjecerunt. Hac uſus facultate Lantgravius die IV. martii anni hujus 1540. legitimæ uxoris loco accepit Margaretam de Saal. Alterum illud connubium ſuperſtite adhuc priori conjuge, Theologis illis ſuadentibus ſub arcani ſilentio tegendum erat, ne vulgi indocti ludibriis pateret, ſed, teſte Gaſſaro cujus verba jam dedimus, haud diu poſt revelatum & improbatum eſt ab omnibus. Literæ Lantgravii ad Bucerum quem ad conſulendos Theologos illos miſit, ſicut & Theologorum conſultatio, ac denique publicæ ejus connubii tabulæ typis vulgatæ ſunt juſſu Caroli Ludovici Electoris Palatini; eaſdem pariter recitat Boſſuet Hiſtoir. des Variations l. v. VI. Juvat hanc hiſtoriam Annalibus eccleſiaſticis adjeciſſe, quo de doctrina Reformatorum Lectores erudiantur. MANSI

riis, & inter ſe pugnantibus doctrinis.

Quid agendum in conventu H.ganoico cum Lutheranis ex Jo. Fabri Epiſcopo Vienneſi.

Secundo, quod per Sacram Regiam Hungariæ, ac Bohemiæ Majeſtatem, tanquam pacis amatorem, promittatur in cauſa reſipiſcentiæ gratia Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, in iis, quæ violenter, & contra pacem publicam egerunt circa Monaſteria, Eccleſias, & Prælatos.

Primus Punctus poſſet en illis fundamentis proponi, quod Lutherani memores eſſe poſſint, quomodo Germani, & qui Romano ſubjecti fuerunt Imperio a tantis ſæculis, ſemper cum aliis Regnis, & Provinciis totius Chriſtianitatis, unam Fidem, unam Religionem, eadem Sacramenta, eoſdem Ritus communi quaſi devotione tenuerint, & inclyta Germaniæ Natio in cultu, & veneratione Dei fere omnes alias Nationes ſuperaverit, & præcelluerit, ex qua unanimi Religione, & in Deum devotione, eu locis deſertis fertiliſſima terra facta, & Urbes, ac Civitates ædificatæ, & extructæ, & ampliatæ ſunt, & [quod omnium eſt maximum] en hac Germanica charitate, non ſolum pan communis ſervata eſt, ſed etiam cæteri hoſtes Germaniam invadere auſi non ſunt, non ignorantes, quod Germani ſua unitate, & unanimitate ita conjuncti eſſent, ut uniuſcujuſque alterius injuria videretur eſſe quaſi propria: quam pulchra, & quam ſancta, nunquam ſatis laudata fuerit hæc amicitia, concordia item & unitas, qui pacis, unitatis, & fraternitatis obſervator eſt, cogitare poteſt.

XXXV. Cum vero annis ſuperioribus per diverſos Prædicatores, Doctores, & Magiſtros, antiqua Religio immutata in multis, & variis, & maxime circa Sacramenta, & nonnulla dogmata diverſarum Hæreſum & Sectarum locum habere cœperunt, proh dolor! immutata ſunt hominum corda, & hic populus, qui antehac unanimis erat, diviſus eſt, & qui prius animo valde devoto ſuis Poteſtatibus obedierunt, feroces, rebelles, duræ cervicis, & uſque adeo inobedientes ſunt, ut etiam non ſolum in multis locis, ſed & fere per totam Germaniam ſeditiones, & tumultus ſuborti fuerunt, populus quoque ille, qui per totum annum certum orandi, & vivendi ritum, & ordinem habere, & obſervare conſueverat, variis, & peregrinis doctrinis, ritibus, & cærimoniis ita diſtractus eſt, ut multis in locis, neque veteris, neque noviter inſtitutæ Religionis ratio habeatur; & utinam non ſint quam plures, qui plane impii, & ſine Deo vivant. Quæ, & qualia, quam abſurda nonnulli ſcripſerunt, res ipſa teſtatur, ſine dubio ſi Principes, & Magiſtratus aliquando cognoviſſent, vel hodie noſcerent, quam damnabilia ſcripſiſſent, & prædicaſſent, atque forſan hodie docent eorum Concionatores, dudum repulſam paſſi eſſent.

Nemo negare poſſet, quod non ſolum ipſi diſſentiant a Catholicis, ſeu potius ab Eccleſia Catholica, & ab iis, ſine dubio, qui per Spiritum Sanctum Scripturas Dei Sacras interpretati ſunt, ſed etiam, quod ipſi in magnis, & præcipuis Fidei Articulis non conſentiant, neque concordent, etiamſi concordiam inire ſæpe, & in multis Dietis tentaverint. Quæ res certo eſt argumento, quod nova illa Sacramentorum, & Rituum Eccleſiaſticorum immutatio a Deo eſſe non poteſt. XXXVI.

Exiſtentibus itaque his turbinibus nihil eſſe ſecurius, nihil denique divinius poteſt, quam redire ad eccleſiam Catholicam, & interim tam graviter, & ſæpe pugnantia, atque diſſidentia dimittere dogmata, nam omnino Chriſtifidelis ab Eccleſia Catholica diſſidere non poteſt, neque debet, quod ſi quædam differentiæ, vel etiam dubia ſuperſint, & [quod maxime neceſſarium eſt] ſi quæ reformatio tam in capitibus, quam in membris fienda eſt, ſive etiam e medio tollendi abuſus, quod hoc fiat eo ordine, & inſtituto, quo ſemper uſi fuerunt omnes Majores, & Prædeceſſores Noſtri. Quoties enim aliqua differentia ſuborta eſt in rebus Fidei, Religionis, Rituum Eccleſiaſticorum, ſive etiam morum, ſemper ad generale concilium volebant recurrere; non ſolum ipſi, ſed etiam diverſorum temporum Imperatores, Reges, & Principes, ita ut etiam hoc emplaſtro, vel hac medicina divina Concilii uſi ſint Apoſtoli, & poſt hos, omnes Apoſtolici Viri; præſertim, cum antea aliquoties in Dietis Imperialibus concluſum ſit, ut celebretur univerſale Concilium, a quibuſdam autem hucuſque fuerit impeditum, quod illud neceſſarium remedium pro bono totius Chriſtianitatis quæratur, & adhibeatur. In quo quidem Concilio poſſet tractari, & concludi unanimiter, quomodo tota Chriſtianitas ſeſe a Turcis tueri poſſet. Hæc, & iis ſimilia, & forte multo prudentiora viderentur prima Propoſitione proponenda, cum omni mente pacifica, & meliori modeſtia.

Jam vero, quod ad ſecundum Punctum pertinet, apparet quod ea, quæ ſequuntur, proponi poſſint, nempe quod ignorare non poſſint Proteſtantes, quomodo multa Monaſteria, tam Virorum, quam Mulierum, præterea Cathedrales Eccleſiæ, & alia Beneficia Eccleſiaſtica a piis Chriſtifidelibus, & ſæpe Romanis Imperatoribus, Regibus, & Principibus fundata fuerint, & eorumdem pro tempore Imperator, Protector, & Advocatus fuerit ſemper, & hodie ſit. XXXVII

Cum

Cum vero perſonas ibi ſub Monaſtica Regula viventes ejecerint, & Bona Monaſteriorum nna cum Clenodiis Eccleſiarum ſibi appropriarint, & venditarint, ipſi tanquam prudentes judicare poſſint, factum hoc valde præſumptuoſum eſſe: & cum variæ, & multæ partes per eoſdem læſæ juſtitiam implorent in eo judicio, quod omnibus per totum Romanum Imperium commune eſt, & eſſe debet, quod ad illorum inſtantiam communis juſtitia debeat eis denegari, non juſtum eſt: cum omnino nihil pretioſius, nihil præſtantius per Imperium habeat Sacra Cæſarea Majeſtas, quam hoc unicum judicium pro præſenti pace, & juſtitia intertenenda. Cum autem non modo grave, ſed forte intolerabile ſit, diutius impedire juſtitiam, propterea cogitent ipſi, & deliberent de modo reſtitutionis, & conveniendi.

Poſt hæc poſſet tractari, quomodo Monaſteria, & eorumdem Bona reſtituerentur ſuis Ordinibus, & Prælatis, & Clenodiis ablatis, & interea ceſſis fructibus, quia vix obtineri poterit [ut illa reſtituantur] quod oporteret hic connivere, & habere patientiam; ſed quod ipſi vellent abolere omnem Monaſticam vitam, & omnem Monachatum, & ſub prætextu Scholarum, nihil reſtituere, hoc impium eſſet. Illud autem laudabile foret, quod ſinguli Abbates, & Prælati Monaſteriorum iterum inſtaurarent Scholas, in quibus honeſte vivere poſſant.

XXXVIII. *Et quoniam in Dieta Auguſtenſi ex Proteſtantibus nemo fuit auſus aperire quam abſurda, quam impia, & a Chriſtiana Religione aliena, propriæ quoque, & oblatæ confeſſioni contraria Lutherani Prædicatores prædicarint, ſcripſerint, & in vulgus ſparſerint [timebant enim omnes Proteſtantes irritari, & commoveri poſſe] Principes, & Magiſtratus, Lutherani & Zuingliani, eorumque ſequaces, perſuadere ſibi cœperunt, ſuos Prædicatores ab omni ineptia, & iniquitate immunes, & liberos eſſe. Cum vero Sole meridiano clarius ſit, Lutheranos Prædicatores, non ſolum contra Catholicam Eccleſiam ſcripſiſſe, & docuiſſe pluſquam ducentas hæreſes, abominationes, & errores [taceo de iis, quæ innovarunt, & immutarunt in Religione circa Sacramenta, Ritus, & Cæremonias Eccleſiaſticas] & veriſimile eſt, ſi Principes reſcirent illas contrarietates, & peregrinas doctrinas, etiam propriæ confeſſioni contrarias, & inter ſe pugnantes, nunquam poſthac illorum prædicationibus fidem tantam darent, & haberent; eapropter non inutile fore videtur, quod iſta eis meliori modo objiciantur, non ut Sacra Regia Majeſtas, vel Electores, aut alii Principes hoc faciant, ſed hoc onus & hanc faciendi provinciam ſinerent facere per Theologos Catholicos, ad quos recte, & vere pertinet hujuſmodi commemoratio, & hoc modo videntur ſemper proceſſiſſe Lutherani, qui quidquid dicunt, quidquid proponunt, ſemper in doctos illorum rejiciunt; ſimili paſſu videtur etiam bono, modeſto, ac pacifico modo faciendum, nam ſunt pleraque uſqua adeo abſurda, ut etiam nemo mediocriter Chriſtianus probare poſſit. In hac actione caute, & diligenter perſpicienda ſunt, quæ in Edicto Imperiali Vormatienſi, Dietis Nurembergenſibus, Spirenſi, Auguſtana, & Ratiſbonenſi reformatione pro rebus fidei, ac veteris Religionis ſancita, & decreta ſunt, ne quid temere in præjudicium Eccleſiæ, & ſalutis animarum fiat, & permittatur. Hactenus Jo. Faber.*

XII. Junii Ferdinandus Rex Haganoæ Catholicorum Principum cœtus coegit, ac iis propoſuit lapſo præterito decennio, Cæſarem Auguſtæ non potuiſſe Lutheranos ab hæreſi ad conjunctionem Eccleſiæ revocare ob Turcicæ irruptionis terrorem, coactumque fuiſſe cum iis Inducias paciſci, at eas atrociter a Lutheranis violatas, pluresque fœderis Catholici ab iis ſubornatos, inque eorum partes pellectos, tum ab iiſdem Eccleſiaſtica bona direpta, atque occupata; quoties vero judicio poſtulati fuerint ab inique oppreſſis apud Cæſarei Senatus Judices, toties petulanter judicium contempſiſſe, libelliſque nefariis facinus tutatos. Cumque nullum majus malum in Imperio oriri potuerit ipſo Religionis diſſidio, ſuperiore anno in Francofurtenſi conventu pertentatum Palatini Comitis, & Marchionis Brandeburgenſis opera, an Religionis diſſidium conciliari poſſet, cum ex juſtitiæ adminiſtratione diſturbata Imperii Status convelleretur, proptereaque ex Hiſpania in Belgium iter feciſſe, ſeque ab eo vocatum eſſe, ut tot malis conſuleretur. Converſa itaque conſilia ad ſedandum Religionis diſſidium, ut ita ad obſequium revocentur, propterea que cœtus Catholicorum Principum prius indictos, ut de agendis cum Proteſtantibus decernatur, ineanturque rationes ad eos in concordiam alliciendos, & Schiſma delendum: rem itaque in eo ſitam, ut vel ſtabili ſequeſtra pace ſancita a concilio Œcumenico extinguatur hæreſis, aut armis excindatur. Conſulti ſunt Principes, quis idoneus apparatus inſtrui poſſet pro aſſerenda Religione, tuenda pace, Imperiique Majeſtate, ac juribus defendendis, ne Catholici ſpe auxilii deſtituti ad Lutheranos deſciſcant, longe qui- XXXIX.

dem potius optandam eſſe concordiam, cum Turca immineat Germaniæ, atque adeo ad illius rationes explorandas hortatus eſt, uti ex ſequenti longa Oratione conſtat.

Die XII. Junii MDXL. Haganoæ in inferiore Alſatia Propoſitio facta per Sereniſſimum Romanorum Regem Catholicis Statibus omnibus Imperii.

XL. MS. Franc. Car. Barber. ſig. 2679. p. 39. Propoſitio facta a Ferdinando in conventu Haganoæ.

Romanorum Regia Majeſtas, nihil dubitat Electores, & Principes, qui ad hanc Dietam venerunt, & Conſiliarios, & Oratores miſſos a Statibus Imperii abſentibus, non ignorare in noſtra antiqua, & diu obſervata Catholica Fide, & Religione, inter Status Sacri Romani Imperii multis jam annis Controverſias, & Schiſmata exorta eſſe, ex quo Cæſarea Majeſtas, jam ante decennium ex innata ſua Chriſtiana mente, idque exigente officio Imperiali decreverit, ex Hiſpaniis ad Germaniam ſe conferre. Et primo in Comitiis Auguſtæ habitis cum ſua Regia Majeſtate, & Electoribus, Principibus, & aliis Sacri Romani Imperii Statibus, adhibuerit omnem diligentiam cum Proteſtantibus ad tollendas, & complanandas hujuſmodi diſcordias, ut fieret Chriſtiana unitas, & conformitas, illud autem apud Proteſtantes nullum habuiſſe locum, nec ulla honeſta, aut tolerabilia media ad reducendos eos ab errore idonea accepta fuiſſe. Eo igitur tempore Receſſum factum eſſe, quem Electores, & Principes, Conſiliarioſque, & Oratores non ignorare ſciat.

Verum non attento illo Auguſtenſi Cæſareo Receſſu, & Dieta, multos, qui nunc ſunt Proteſtantes, qui in eodem Imperii conventu Cæſaream deliberationem ſponte acceptaverant, & ſigillis obſervare promiſerant, ſegregaviſſe ſe a Cæſarea Majeſtate, & ab aliis obedientibus Imperii Statibus, alios Proteſtantes, qui & hunc Receſſum Auguſtenſem acceptaverant, præter promiſſionem ſuam ſibi eos adjunxiſſe in fœdere ſuo, & recepiſſe.

Poſt tractatum autem Auguſtenſem, Cæſaream Majeſtatem, iterum iiſdem incumbentem in Dieta Ratisbonæ celebrata, omnem adhibuiſſe operam, & diligentiam, ſicut omnibus manifeſtum eſt, ut Chriſtiana rurſus unitas, & concordia ſequeretur, omneſque errores, ut par erat, amoverentur. Verum ne illic quidem quidquam agere potuiſſe cum Proteſtantibus, durante enim eo tractatu communem hoſtem Turcam violenta incurſione contra Germaniam irruiſſe, ex quo Cæſaream Majeſtatem pro totius Chriſtianitatis, & præcipue Nationis Germanicæ conſervatione coactam fuiſſe Inducias agere cum Proteſtantibus in cauſis Religionis controverſiam attingentibus, quæ Induciæ, quomodo, & qua temporum conditione, imminente Turca, & qua utilitate factæ ſint, & quis fructus ex eis provenerit, Electores, & Principes, præcipue autem Moguntinum, & Palatinum earum Authores, nihil penitus ignorare.

Veruntamen cum Cæſarea Majeſtas hujuſmodi Inducias per Majeſtatis ſuæ edicta, & proclamata divulgatas, ac corroboratas ſperaret omnino obſervari, ac executioni demandari debere, Proteſtantes tamen eas neglectas, contemptas multis modis violaſſe, & non ſolum [ut dictum eſt] multos ex Statibus, qui in confœderatione Auguſtenſi comprehenduntur, ad ſe traxiſſe, verum etiam in Eccleſiaſticorum bona, in ſuis, & in alienis ditionibus ſita, multis in locis violentas manus injeciſſe, multas præterea inhoneſtas mutationes, ac novitates contra Inducias introduxiſſe.

Quod ſi ob hæc, & alia ejuſmodi contra jus, & æquitatem facta ad Judicium Imperialis Cameræ, quod eſt eorum ordinarium & ſupremum Forum, accuſati & citati fuerint, ac jure medio contra eos proceſſum ſit, non ſolum contumaciter, & temere citationem, & proceſſum Judicii Camerarii contempſiſſe, verum etiam ipſos Judices, Aſſeſſores, ob id Libellis publicis, ac famoſis petulanter, & injurioſe provocaſſe, ſubſannaſſe, ac ſpreviſſe. Quæ omnia in contumeliam, & detrimentum authoritatis prædictæ Cæſareæ Majeſtatis, ac Sacri Romani Imperii ſupremi Judicii, uti omnibus publicum, & manifeſtum eſt, proveniſſe.

Et licet hæc omnia, utrique Imperiali, XLI.
& Regiæ Majeſtati graviſſima fuerint, ſententiam tamen, ac animum ſuarum Majeſtatum, [utpote quæ ſemper optarint, nullum malum in Sacro Romano Imperio, ex hujuſmodi diſcordia Religionis, atque ex inobedientia, quæ ob eam ſubſequuta eſt, exoriri poſſe] eſſe, & ſemper fuiſſe, ut per pacificos tractatus Chriſtiana unio fieret, ut ante omnia noſtra vera Religio, ſicut a Prædeceſſoribus noſtris laudabiliter obſervata fuit, coleretur, utque pax, & unio in Sacro Imperio plantaretur, quam ob cauſam ſuperiore anno Majeſtates ſuas per duos Electores, Comitem ſcilicet Palatinum, & Marchionem Brandeburgenſem in conventu Francfordiæ habito, iterum tentaſſe, ſi ad tolerabilia media, & vias veniri potuiſſet, ſed quid tractatus ille profeciſſet, cum ad arbitrium Cæſareæ Majeſtatis, & ratificationem factus fuiſſet, utriuſque Electorem, & alios etiam ſcire; quem tractatum, cum Cæſarea Majeſtas multis rationabilibus cauſis ratum habere non poſſet, Majeſtas ſua ex

opti-

optima ſua voluntate, & recta ſententia, quæ in omnibus actionibus ſuis hactenus cognita fuit, conſideraſſe, quod ſi hujuſmodi mores, & ſchiſmata, & eu iis prænarrati contemptus, & inobedientiæ diutius tolerarentur, ea non concorditer, vel alias ad complanationem, & normam redigerentur, certo certius id brevi omnibus Statibus Sacri Romani Imperii, ac toti denique Chriſtianitati magnum detrimentum, & perniciem allaturum.

Ad quod evitandum Cæſaream Majeſtatem permotam, præſentem tractatum, tanquam de re graviſſima in manus ſumpſiſſa, & propterea ex Hiſpaniæ Regnis ad hæreditarias Provincias ſuas inferioris Germaniæ, non modica cum difficultate, & incommodo, Imperio propinquius veniſſe, & Romanorum Regiam Majeſtatem ad ſe vocaſſe, ut imminentibus malis rectius provideri poſſet.

XLII. *Cum autem, utraque Majeſtas ante oculos poſuiſſent omnia, quæ hoc tempore nociva, ac periculoſa eſſent in Sacro Imperio, & accurate ea conſideraſſent, Majeſtates Suas inveniſſe, inter alia pericula, hanc cauſam, ac diſſidium Religionis Sacro Romano Imperio in primis valde nocivum, ac detrimentoſum eſſe, ideo expedire, & fructuoſum fore exiſtimaſſe, præcipua capita, tum Eccleſiaſtica, tum Sæcularia, inter Electores, & Principes Romani Imperii convocare, & eorum prudens conſilium, & rectam ſententiam ſuper his intelligere, qua via ſcilicet, & quibus modis omnes revocati tractatus iterum in manus ſumi, ac tractari poſſint, & tandem diuturnus hic error, & quaſi inextricabilis ad tolerabilia, & Chriſtiana media amice, & tranquille reduci Proteſtantes ad Chriſtianam unitatem, & debitam obedientiam trahi, & omnes aliæ offenſiones, vel violenter, & de facto actiones prohiberi, & impediri poſſint, ut ita demum ad expeditionem aliorum Sacri Imperii negotiorum per generalem conventum, vel alio modo perveniri poſſit. Cæſaream igitur Majeſtatem ob hæc præſentem conventum Statibus, qui ſunt adhuc antiquæ Religionis ad Dominicam Trinitatis indixiſſe; Proteſtantes autem poſt quatuordecim dies convocaſſe, ut ante adventum eorum, ſuper difficili hoc, & magni momenti tractatu, mature conſuli poſſit, ut ad adventum eorum in tractatibus utilius provideatur. Majeſtatem etiam Cæſaream in animo habuiſſe ad hunc conventum [nam in eo omnium ſalus poſita eſſe videtur] in propria perſona venire, ſi ob alia magna, & difficillima negotia licuiſſet, quapropter cum id non potuerit, Regiæ Majeſtati perſuaſiſſe, ut hanc cauſam communi nomine ſuſciperet, eu quo Majeſtatem Suam Regiam nulla habita ratione diuturnæ abſentiæ ſuæ e Regnis ſuis, nec plurimorum negotiorum ad Provincias ſuas reverti cogeretur, huc ſe contuliſſe ea pietate, & mente, ut ea omnia ageret, ac fideliter procuraret, quæ utriſque Majeſtatibus commiſſo officio conveniant, ac deceant, in quo ſuam Majeſtatem, nullam temporis, impenſarum, laborum, diligentiæ, ac moleſtiæ, rationem eſſe habituram ſpecialem, ac ſine dubio præſentes Electores, ac Principes, necnon Oratores, & Conſiliarios abſentium omnia ea curaturos, quæ Chriſtiano nomini, ac Germanicæ Nationi, ac ipſis præcipue futura ſunt ad utilitatem, ſalutem, & commodum, in primis autem Deo Omnipotenti honorifica, ac ad ejus laudem & gloriam augendam.*

Ut autem Electores, & Principes, & eorum Conſiliarii, & Oratores Cæſareæ Majeſtatis propoſitum plene intelligerent, & ſuper hoc conſilium ſuum, & ſententiam ſtabilire poſſent, ſuam Majeſtatem Regiam exhibere omnibus illic præſentibus harum copiam, quibus Cæſarea Majeſtas Proteſtantes ad hunc tractatum convocavit, & eis indicit amico, & benigno animo, mentem ſuam & voluntatem eſſe, illa omnia agere in hac cauſa hoc loco poſita, & promovere, & conſervare, quæ utilia & neceſſaria erunt ad conſervationem noſtræ Catholicæ Religionis, ac tandem velle quærere omnia media, ſicut Imperatorem decet, ut ad pacem, & conformitatem Chriſtianam diſſidium hoc redeat, & ſchiſma, & error per æquas pacificas vias, & media, auferri poſſit. XLIII.

Simili etiam mente, & animo præditam eſſe Majeſtatem ſuam, & eaſdem Majeſtates in hoc tractatu eoſdem reperiendos fore, qui hactenus in aliis negotiis reperti fuerunt gratioſi, videlicet Imperialis, & liberalis animi, quod Cæſaream Majeſtatem ſibi injunxiſſe dixit, ut omnibus præſentibus Electoribus, & Principibus, abſentium vero Oratoribus nomine ſuo ſignificaret, ſicut jam fecit; quocirca tam ſuo, quam Cæſareæ Majeſtatis nomine Electores, & Principes, & eorum Conſiliarios, & Oratores amice, & benigne monebat, petens & magnitudinem, & periculum hujus cauſæ intimo corde, ac profundiſſime recipere velint, & conſiderare, quanta pernicies communi Chriſtianitati, & in primis Germaniæ, non ſolum in rebus temporalibus, ſed etiam in perditionem animarum ex ea proveniunt. Quapropter ſuæ Majeſtati indicare velint conſilium, & ſententiam ſuam, quomodo, & qua via hæc cauſa iterum in manus ſumeretur, præ-

ſer-

ſertim inuta tractatum Auguſtæ habitum in his Articulis, in quibus tunc convenerunt, & quomodo cum Proteſtantibus ad tolerabilia, & honeſta, & Chriſtiana media deveniretur, ut reducerentur ad Chriſtianam unitatem, & concordiam, & ad obedientiam Cæſareæ Majeſtati, & Sacro Romano Imperio debitam; ac inde perpetua pax, quies, & unio ſequeretur.

XLIV. *Cum vero error iſte, & ſchiſma [proh dolor!] tam late ſerpat, ut neceſſarium ſit, aut [ut ſupra dictum eſt] per Chriſtianum tractatum, firmas Inducias, & ordinarium concilium ad concordiam reduci, aut de facto auferri, & vi extirpari, utpote ſi Proteſtantes ſpreta omni opera omnium, & diligentia, ad æquam conformitatem, & ad æquos tractatus dure nimis perſiſterent [quod quidem utriuſque Majeſtati intelligere moleſtiſſimum eſſet] eos Principes Electores præſentes, & abſentium Oratores conſiderare velle, qua ratione defenſio neceſſaria pro conſervatione pacis, & juris in Sacro Imperio ſuſcipi poſſit, at omnes ſecuri a quotidianis vexationibus & injuriis Proteſtantium præterito tempore illatis, & quæ quotidie inferuntur, permaneant, ac qui ſunt veteris Religionis ſuum jus, & bona retinere poſſint, ne ſpes, & fiducia Religionis noſtræ, quæ hactenus laboravit, concideret, per hoc eis occaſio daretur eodem modo, quo Proteſtantes, deſciſcendi, & rebellandi.*

Quam quidem defenſionem Cæſarea Majeſtas prævideri, & præparari vellet, cum inſpiciat, quam magna, & quam nociva mala in hoc Imperio ex hoc oriri poſſint, cum præſertim communis Chriſtiani nominis hoſtis Turca magnam adverſus nos expeditionem paret, & ut ex omnibus locis exploratores affirmant, velit Germanicam Nationem bello aggredi, ad quod periculum præcavendum Cæſarea Majeſtas eo magis neceſſarium conſideravit, quibuſcumque viis, & rationibus fieri poſſet, ad amicam concordiam hoc ſchiſma promoveri. Turcæ enim potentiſſimi hoſtis intentionem, & aviditatem non unum Regnum, atque Nationem attingere, & ſi bellum in Imperio, gereretur, eam per hoſtem per diſſidia Statuum Imperii, validiorem, & audaciorem fore, itaut longe diſtantibus, & remotis propinquior fieri poſſet: quod quidem ſine dubio malum præcaveretur, per communem Chriſtianam concordiam, ex qua multiplices utilitates Romano Imperio, & ejus Statibus ad exiſtimationem, & ſalutem manare poſſet. Ad illa igitur omnia Cæſaream Majeſtatem, ut dictum eſt, in animo habere totis viribus omne auxilium, & operam ſuam conferre, nihilque omiſſurum in eis, quod nomini, & dignitati, & altitudini Imperialis gradus decens fuerit.

Idem etiam facturam Regiam Majeſtatem, ſicuti Regem Chriſtianum decet, nulla habita ratione corporis, & facultatum ſuarum.

Lapſo triduo reſponderunt, poſt nonnulla verborum officia, Ferdinando Regi Romanorum Principes Germaniæ Catholici, concordiam, ſublatis Religionis diſſidiis cum adverſariis Proteſtantibus expetendam, modo cum divina gloria conjuncta ſit, atque ex ea Imperii publica pax concilietur, poſtularuntque, ut Rex modum hujus benevoli colloquii, & per quos ineundum eſſet, nitide panderet. XLV.

Reſponſio Catholicorum facta Regiæ Majeſtati die XV. Junii MDXL.

Gratioſæ Romanæ Regiæ Majeſtatis Cæſareæ Domini Noſtri gratioſiſſimi ore tenus, ac in ſcriptis propoſitæ nomine, & pro parte Romanæ Cæſareæ Majeſtatis Domini Noſtri omnium gratioſiſſimi in exordio præſentis indictæ Dietæ Electoribus Principibus, qui in propria perſona comparuere, ac abſentium Oratoribus, & conſiliariis, præſentem Controverſiam Sanctæ noſtræ Religionis, quæ per aliquot annos in Germanica Natione fuit, concernentia exhibita, cum enarratione omnium tractationum per Cæſaream Majeſtatem, hucuſque propter iſtam cauſam gratioſe, benevole, ac amice factarum, & quid ea illis ſequuturum ſit, etiam cum declaratione, quam gratioſo affectu Cæſarea Majeſtas ad dictam cauſam inclinata, & affecta ſit; atque quam gratioſe quoque tum Cæſarea, tum Regia Majeſtas in ſæpe dicta cauſa ſeſe offerat, prout id a Regia Majeſtate pluribus verbis ore tenus, & in ſcriptis deductum, propoſitum, ac perlectum eſt, quæ omnia in omni humilitate Electores, Principes, atque abſentium Oratores auſcultaverunt, atque intellexerunt: quique Electores, Principes, atque abſentium Oratores ſeſe optime recordari humillime fatebantur, gratioſæ illius, ac fidelis inclinationis, qua Romana Cæſarea Majeſtas, a principio regimen Imperii ſuſcepit, ad Sacrum Romanum Germanicæ Nationis Imperium ſemper habuerit, ac quam gratioſo ſtudio, & diligentia adhuc ut antehac ſpe in peractis Imperialibus Dietis in propria perſona non abſque parva ſuorum hæreditariorum Regnorum, ac Provinciarum damno, tum gravibus impenſis, curis, & laboribus, multis modis ſtuduerit, & conſequenter per amicas, & convenientes tractationes quorumdam Electorum, ſæpius quam ſemel omnem impenderit operam in iſtiuſmodi controverſia, quemadmodum ante illam hucuſque in Chriſtia-

Ext. in mſ. Franciſci Car. Barber. ſig. 2687. p. 43.

Reſponſio Catholicorum Principum in conventu Haganoæ.

Digitized by Google

ſtiana Religione fuit, & eſt, per apta media, & vias, ad veram, & certam concordiam redigendi, vel eo rem deducere, per quod quies, pax, & vera unitas in Sacro Germanicæ Nationis Imperio ſuſtentari poſſit; ita quod a Sacra Cæſarea Majeſtate nihil hucuſque deſideratum ſit, quod ad Suam Cæſaream Majeſtatem, tanquam primum Chriſtianorum, ac clementem Cæſarem requiratur. Quæ omnia etiam Sacra Regia Maieſtas ſuo quoque tempore fideliter præter cætera negotia, quæ Romano Imperio quotidie incumbunt, prævenit; unde etiam aperte conſequutum eſt, quod hactenus quies, & pax in Sacro Romano Imperio conſequutæ ſunt, quem gratioſum, Cæſareum, ac fidelem affectum erga Sacrum Romanum Imperium a Sua Cæſarea Majeſtate exhibitum, quamquam multifariam gratioſam adhibitam diligentiam, ſtudium, ac curam, necnon a Sua Majeſtate conceſſas tractationes propter hanc cauſam factas, tam gratioſas, & clementes Regiæ Maieſtati promotiones; atque petitiones Cæſareæ, ac Regiæ Maieſtatum benignas, oblationes, Electores Principes, ac abſentium Oratores, nomine, & pro parte ſuorum Dominorum in ſumma humilitate cognoſcunt, atque Sacræ Cæſareæ Maieſtati tanquam Domino ſuo gratioſiſſimo ac ſubſequenter Sacræ Regiæ Maieſtati maximam, & humillimam gratiam pro prædictis habent, ac agunt erga prælmemoratam Cæſaream Maieſtatem in omni debita obedientia, ac erga Regiam Majeſtatem humiliter promerendam, ad quamque gratiam agendam dicti Electores, Principes, ac eorum, qui abſunt Oratores, & Conſiliarii eo magis ſeſe obligatos agnoſcunt, quod ii ex ſupradictis propoſitionibus clare intellexerunt, Cæſaream Maieſtatem antehac præſtitam diligentiam, & operam adhuc præſtare inclinatam eſſe, ac nihil omiſſuram, quo huiuſmodi gravis diſcordia, ac in noſtra Religione diſſenſio, per Chriſtiana aliqua media, atque vias inter Sacram Suam Cæſaream Maieſtatem, ac Proteſtantes Status tolli, aut ſopiri poſſit; qua ſublata, quies, pax, & unitas foveri, aliiſque neceſſariis, quæ Imperium attingunt, vel illi incumbunt, ſuccurrere poſſint: prout, & quemadmodum Sacra Cæſarea Maieſtas ex alto Cæſareo intellectu, Chriſtianoque affectu iſtiuſmodi benignam concordiam pro aptiſſima, ac utiliſſima ad promovendam Sacri Imperii omnem utilitatem via, & modo clementer reputavit, atque judicavit. Quam Suæ Cæſareæ Majeſtatis fidelem Chriſtianam, ac neceſſariam meditationem, Nos Electores Principes, ac abſentium Oratores, & Conſiliarii nequaquam meliorem reddere noſcimus, ſed cum ſentimus ſimul cum Sua Majeſtate, quod illa Sacro Romano Imperio nihil laudabilius, nihil omnibus ſtatibus utilius, quod ad univerſorum utilitatem tendat, eſſe poſſit, quam quod diſcordias Religionis cauſa, inter Cæſaream Majeſtatem, ac Status Proteſtantes per apta, æqua, ac Chriſtiana remedia, & media amice ad veram, & perfectam concordiam reducere, quo quies, quo pax ſuſtentetur, aliaque Sacri Romani Imperii neceſſaria negotia ſuſcipiantur, atque promoveantur, eo, ac tali modo, & via, quemadmodum in Sacro Imperio, laudabili uſu deductum, & in eventum, quod vocati Electores, & Principes coniuncti, & diviſi, vel quod eu illis Cæſareæ Majeſtati ad hanc amicam, & benignam tractationem, quam Compromiſſarii, vel compoſitores idonei, & apti eſſe potuerunt; in hoc Electores, Principes, item abſentium Oratores, & Conſiliarii in locum ſuorum Dominorum ſeſe in omni humiliatione offerunt, ita quod in Cæſareæ, ac Regiæ Majeſtatum mandato, & petitione, quantum ad fidelem ſuam operam, & laborem attinet, nihil prætermittatur, ideo quod ſciant, ſuam Cæſaream Maieſtatem peculiarem in hoc complacentiam habere, ſperant quoque id confidenter a Deo Optimo Maximo, modo in primis honos, & gloria eius quæratur, ac vera pax Sacri Imperii, ex qua omne bonum emanat, promoveatur, Omnipotentem Deum, ad huiuſmodi propoſitionem Divina gratia clementer, ac abundanter aſpiraturum, quo eiuſmodi diſcordia ad Chriſtianam concordiam, & unitatem reducatur.

Et poſteaquam Cæſarea Maieſtas de omnibus præteritis benignis tractationibus per Compromiſſarios, in illis, quæ neceſſaria ſunt, ſatis ſit informatus, præcipue in quo Statuum tractatio, unoque tempore quieverit, ac permanſerit, omnino Electores, Principes, ac abſentium Oratores iſtius ſunt ſpei, atque confidentiæ, Cæſaream Maieſtatem præmemoratam, cum Regia Maieſtate ſufficienter interloquutam deliberaſſe, ac in illa media, & vias concluſiſſe, quæ ad præallegatam diſcordiam amovendam, cum fructu, & commodo amplecti poſſint. XLVI.

Et ut Electores, Principes, ac abſentium Oratores fidelem ſuam opinionem, mentem, & deliberationem Regiæ Maieſtati eo confidentius, liberius, ac maiori cum fructu aperire poſſint, & proponere id quod ad maiorem negotii promotionem eſſet idoneum, atque ad hanc cauſam proficuum æſtimaverint, gratioſam mentem, atque propoſitum Cæſareæ Maieſtatis in hoc negotio cognitam habere poſſint; &

ideo

ideo humiliter petunt, quod ſi Cæſarea, ac Regia Maieſtas in aliquod medium, aut viam concluſerint, aut ſecum deliberaverint, nempe quomodo, quando, & per quos Compromiſſarios talis amica tractatio ſuſcipi debeat, ac tractari, ut Regia Majeſtas ejuſmodi Electoribus, Principibus, ac abſensium Oratoribus (modo Suæ Majeſtati hoc non ſit grave) aperire gratioſe dignetur: nam humiliter ſeſe offerunt ad ejuſmodi initum colloquium deliberare, ac concludere velle, atque Regiæ Majeſtati in locum Cæſareæ Maieſtatis fideles ſuas tractationes, ac mentem ad honorem, & utilitatem Cæſareæ, & Regiæ Maieſtatum, necnon Sacri Imperii in omni obedientia referre, nihilque intermittere, quod illos, ſeu Sacri Imperii membra facere oportet, quod Electores, Principes, & abſentium Oratores Regiæ Maieſtati ad ſua ore tenus, ac in ſcriptis prolata propoſita hoc tempore, quin humilitate, qua decet reſponderent, omittere non potuerunt, ulterius Regiæ Maieſtatis ſuæ gratioſum animum, ac mentem humiliter expectantes.

XLVII. Proximo die expoſitus eſt concordiæ pertractandæ modus: in primis decreti quatuor Principes ex unaquaque parte futuri concordiæ interpretes, qui colloquio præeſſent, ut deligerentur Viri docti, & pacis amantes, qui in eo colloquio inter ſe controverſias conferrent; ut ea quæ agitata ab his forent, vim decreti non haberent, ſed ad Cæſaream Majeſtatem mitterentur, quæ deinde in alio conventu a Cæſare indicendo, cui ipſe interſit, & ad quem vocentur Legati Romani Pontificis, referantur, ut Religionis controverſiæ omnes in Œcumenico Concilio, poſtea dirimantur, interea ſpoliati Eccleſiaſtici, & Monachi ſuis reſtituantur Eccleſiis, atque Induciæ, majore, quam antea Religione, obſerventur. Quæ in ſcriptis tradita ſunt Proteſtantium Oratoribus.

Scriptura exhibita Oratoribus Principum Proteſtantium die XVI. Julii MDXL. nomine Regiæ Majeſtatis, & quatuor Mediatorum deputatorum.

MS. Franciſci Cardin. Barberini ſig. num. 2678. p. 80. Scriptura exhibita Proteſtantibus in conventu Haganoæ.

Quamquam Romanorum Regia Majeſtas Dominus Noſter clementiſſimus, hunc præſentem conventum ad id clementiſſime inſtituerit, necnon Sacræ Cæſareæ Majeſtatis propoſitum, voluntas, & intentio ad eum finem tetenderit, ut in hoc loco principium ad Chriſtianam concordiam diſſidentis Religionis fieret, & in præſentia Electorum, & Principum eo efficacius, & fructuoſius tractentur, Regia tamen Majeſtas ſua una cum deputatis Electoribus, & Principibus conſiderat, quod ex multifariis incidentibus, & urgentibus cauſis, & impedimentis, & præcipue cum Proteſtantes, Elector, & Principes perſonaliter non comparuerint pro hac vice, ad fructuoſam tractationem, & Chriſtianam concordiam, commode hoc in loco procedi non poſſit.

Quapropter ne hic inſignis conventus multorum Electorum, & Principum, atque etiam abſentium Oratorum, & Conſiliariorum, ſine fructu aliquo, & effectu diſſolvatur; quinimmo ut cauſa, quæ Chriſtianum principium ſortita eſt, eu eo etiam conſequenter Chriſtianam promotionem ſortiatur, eu quo pax, quies, & unitas in Sacro Imperio Germanicæ Nationis conſervetur, Regia Maieſtas ſua ſimul cum prædictis deputatis Electoribus, & Principibus, tanquam cum his, qui controverſiam Religionis juxta Cæſareæ Maieſtatis deſiderium Chriſtianis viis, & mediis propoſita aptarent, cauſam in eo terminarunt, ut alia Dieta, & locus quemadmodum nunc, liberaretur, ſine tamen præjudicio Auguſtenſis tractatus, & concluſionis, ad amicum, non tamen concluſivum tractatum, & colloquium proponi, & evulgari poſſet, ad quod colloquium præſentium Electorum, & Principum, & etiam abſentium pariter, & Proteſtantium Statuum aliquæ doctæ intelligentes, & pacificæ perſonæ in pari numero [quæ nihilominus hic deputandæ erant] deputentur cum eo mandato, ut ibi Proteſtantium confeſſionem in manus ſumant, & ſuper omnem, & quemlibet punctum, ſigillatim, amice, & Chriſtiane, & ad Sacram Scripturam conformiter, attamen ſine concluſione, colloquantur, & omnem poſſibilem operam navent, ut omnes Articuli, de quibus eſt controverſum, ad Chriſtianam unitatem, concordiam, & verum intellectum deducantur.

Item, ut quatuor illi deputati, Electores, & Principes, perſonaliter [in caſu autem juſtæ neceſſitatis] per ſuos inſignes, & ad hunc tractatum idoneos Conſiliarios, in prædicto amico tractatu, & colloquio tanquam mediatores maneant, & aſſiſtant.

Item, ut liberum ſit Pontificiæ Sanctitati, ac Cæſareæ Maieſtati ad eorum voluntatem, & beneplacitum, ſi velint ſuos Conſiliarios, & doctos ad hujuſmodi tractatum, & colloquium ordinare, & præſentes habere.

Item, quod omnes Oratores, Conſiliarii, Theologi, miſſi, & familiares, qui ad futuram Dietam deputabuntur, aut mittentur, Romanorum, Cæſareæ Maieſtatis, & Sacri Imperii, liberam, & firmam ſecuritatem, & ſalvum conductum habeant ad Die-

Dietam, in Dieta, & ab Dieta, & loco uſque ad ſuam Patriam, habitationem, & hujus pleni ſalvi conductus ſecuritate tuto uti poſſint.

Item, quidquid iu illa Dieta eu utraque parte pro conſtanti Chriſtiana compoſitione diſſidentis Religionis, tractatum, compoſitum, & deliberatum fuerit, de eo mou Cæſaream Maieſtatem, quatuor Electores Principes, tanquam mediatores, certiorem reddant.

Item, interim ſua Cæſarea Majeſtas ab Electoribus Principibus obedienter rogetur, ut generalem Dietam Imperialem, quam celerrime indicat, aeque illi iu Germania perſonaliter interſit, in qua pariter Majeſtatis ſuæ, atque etiam Pontificiæ Sanctitatis Legatis, atque omnibus Statibus Imperii prædicti, amici tractatus, & colloquii relatio fiat, & ulterius cauſæ controverſiarum Religionis, per viam alicujus legitimi Concilii, aut alterius Chriſtianæ confirmationis, ad decentem concluſionem, & concordiam perducantur. Inſuper in aliis Sacri Romani Imperii Germanicæ Nationis gravibus, & ponderoſis occurrentiis neceſſaris tractatus habeantur.

Item, cum nonnulli eu Statibus, & aliis conquerantur, quod Proteſtantes ipſos de facto ſpoliaverint, & ad determinationem juris in ſuo gravamine, & petitionem venire non poſſint, conſideratur ulterius a Maieſtate Regia, & a deputatis Electoribus, & Principibus, ut ſpoliatis ad bona Eccleſiaſtica ſibi erepta, uſque ad futuram Chriſtianam concordiam, vel ad aliam ordinariam determinationem controverſiæ Religionis jure reſtituantur, aut ſecundum ordinaris juris diſpoſitionem permitteatur Imperii juriſdictio, & ordinatio, ne quis conqueri poſſit, quod concluſionem ſui gravaminis, ac petitionis legitimum jus conſequi nequeat.

Item, ut uſque ad concordiam, aut etiam legitimam ordinationem diſſidentis Religionis in Sacro Romano Imperio, quies, pau, & unitas effectualiter conſervetur, atque introducta diſſidentia inter Status amoveatur, Regia Majeſtas una eum deputatis Electoribus, & Principibus, ſumme neceſſarium exiſtimat, aliquas rurſus conſtantes, & pacificas Inducias ſtatui, quæ Induciæ magis integre, & inviolabiliter, quam forte hactenus factum eſt, ſerventur, & manuteneantur, atque in aliquot menſes ultra finem communis Imperialis Dietæ extendantur, & in eis præcipue exprimatur, quod pertineant tantummodo ad eos, qui ante Norimbergenſes Inducias Auguſtanæ confeſſioni adhæſerunt, ita ut Proteſtantes nullius eorum, qui poſtea eorum Religionem acceperunt, neque in jure, neque extra jus, patrocinium, & protectionem ſuſcipiant, neque eorum quemque, qui in Auguſtenſi receſſu obnoxii, & comprehenſi ſunt, ad ſe trahant, vel recipiant, ſed ab omni injuria, & vi prorſus abſtineant, neminemque præter jus, & æquitatem gravent.

Interfuit huic Haganoenſi conventui XLVIII.
Franciſci Francorum Regis Orator, qui ad Cæſareas preces miſſus fuerat, ac luculenta oratione propoſuit XVI. Julii non adducenda eſſe in controverſiam fidei Catholicæ dogmata, quæ tot Martyrum ſanguine, Sanctorum Patrum teſtimoniis, ac Miraculis innumeris a Den confirmata eſſent, ſed ſi aliquæ corruptelæ vitio temporum irrepſiſſent, Gallorum Regem adhibitum operam ſuam apud Pontificem, ut eæ emendentur, diſciplinæque Chriſtianæ ſplendor reflorescat.

Gallici Oratoris Sententia ex ejus Oratione ad Status Imperii habita.

MS. Franciſci Card. Barberini ſig. 2678. p.46. Oratio Oratoris Gallici in Dieta Haganoenſi.

Chriſtianiſſimus, Ren, cum intelleuiſſet diem ad ſedandas Germaniæ controverſias Spiræ fuiſſe indictam, moxque juſtis de cauſis hic, ut omnia ad pacem, & tranquillitatem deducerentur, memor primogenituræ nominis ſui, ſtatuit nos ſuo nomine intereſſe. Acceſſit ad hoc hortatio Imperatoris Caroli [quem honoris cauſa nominamus] perpetuo fœdere, & amicitia Chriſtianiſſimo Regi conjuncti, qui, ut aliquem ſuo nomine deputaret; efflagitavit. Ren itaque Chriſtianiſſimus nos huic ſui vice tranſmittendum ſtatuit; in primiſque vobis pariter omnibus ſalutem, & fœlicitatem eu animo precatur.

Cæterum, quod ad negotium cum his, quos Proteſtantes vocant, attinet; Regi Chriſtianiſſimo nullo pacto conſultum videtur, ut in controverſiam per Germanos trahi debeat id, quod multis jam anteactis ſæculis veterum probatiſſima dogmata, ſequentibus ſignis, ac Miraculis, in hunc uſque diem nobis tradiderunt, cum veteres, doctrina, probitate, ac authoritate, nos longe anteceſſerint. At ſi qui adſunt, quos abuſus vocant, quorum nonnullos inter noſtri Ordinis homines eſſe inficias, non imus, in hoc, ut Chriſtianiſſimus Reu egregiam ſuam, & debitam voluntatem demonſtret, pollicetur omnem operam, & ſtudium eo collaturum, ut in primis Summum Pontificem, uti fidelis, euoret, ſuadeat, & hortetur, ut primo quoque tempore abuſus tollantur, in meliuſque emendanda reformentur: nec veretur, quin ſua Sanctitas ad hoc facilem ſeſe præbeat, hocque medio arbitratur Chriſtianam Religionem inconcuſſam fore, quæ ut Chriſti tunica unica eſſe debet: ſimulque Reu Chriſtia-

ſtianiſſimus pollicetur, Germaniæ unitatem omni diligentia, & opera procuraturum, ad hoc enim multis de cauſis tenetur. Primogenitura namque Chriſtianiſſimi nominis ſui hortatur ſimul, & origo, quam ex Germanis non ſine animi hilaritate deduxiſſe gaudet. Religionem itaque per manus ſibi a parentibus traditam, conſervandam, & veſtrum omnium emolumentum, & decorem promovendum debens, & ludens, pollicetur.

XLIX. *Jo. Cocl. in actis, & ſcript. Luth. hoc anno.*

Cum de exponendis capitibus colloquii inter Catholicos, & Lutheranos ageretur, Ferdinandus Rex partes dedit Joanni Cochlæo, quem ad hunc conventum Wratislavia exciverat, ut ex actis colloquii Auguſtani, quæ ipſe decennio ante ſcripſerat, & quæ ab Hieronymo Veho Scrinii Magiſtro Badenſi tradita fuerat Regiæ Majeſtati, compendium breve colligeret, atque de viginti octo Articulis confeſſionis Auguſtanæ, animi ſui ſententiam, nitide explicaret, quidnam cum optima conſcientia, Religione, & ſalva fide pacis redintegrandæ gratia poſſet, aut deberet admitti. Nec defuit ſuo muneri Joannes Cochlæus, ut ipſemet narrat. *Is inquit, per omnes Articulos ſingillatim, quid conceſſum, & quid reprehenſum, aut negatum fuerit, commemorans, quam breviſſime potuit, affirmavit, ſe id religioſe, cum ſumma fide feciſſe, ſicut coram Deo intendat confiteri, & in extrema mortis hora, & in noviſſimo die. In fine tamen adjecit, complures alios eſſe contra Catholicam fidem, Lutheri, complicumque ejus Articulos, qui in confeſſione illa omiſſi, in aliorum ſcriptis evulgati ſint, ſine quorum diſcuſſione, & conciliatione, firma pax, aut concordia conſtitui non poterit.* Conceptum vero erat ſubjectis verbis illud Joannis Cochlæi ſcriptum, quo fides Auguſtana excuſſa eſt.

Conſilium Domini Joannis Cochlæi ſuper XXVIII. Articulis Auguſtenſibus, Regi Romanorum exhibitum die XVII. *Junii MDXL. Haganoæ.*

MS. Franciſci Card. Barberini to. 2637. p. 22. Reſponſio ad Articulos Auguſtinæ confeſſionis, Jo. Coclæi.

Sereniſſime, & Potentiſſime Rex, Princeps, ac Domine Clementiſſime, poſteaquam Regia Majeſtas Veſtra clementer ſingulari fiducia injunxit, ac mandavit mihi ſub conſcientia mea, quemadmodum, & apud Deum & apud Majeſtatem Veſtram confidam ſuſtinere, ac defendere, indicare, quodnam in XXVIII. *Articulis Proteſtantium Principum, ac Statuum confeſſionis, quam Auguſtæ in Comitiis Imperialibus Cæſareæ Majeſtati omnium clementiſſimo Domino meo, ante annos decem exhibuerunt, non a Catholica Eccleſia tolerandum, aut acceptandum, ſi quo modo in iiſce Articulis per amicum tractatum cum eis concordari queat, quo Germanica Natio rurſus ad pacem, & unitatem in fide, & vera Religione reducatur.*

Super ejuſmodi igitur Chriſtianum mandatum Regiæ Majeſtatis veſtræ, ſententiam meam, quam breviſſime fieri poterit, obedienter indicabo, humillima cum prece, ut Regia Majeſtas veſtra non ſecus accipiat, quam ea intimo corde, abſque omni affectione humana, ſummo cum deſiderio pacis, & unitatis, quemadmodum coram Deo Omnipotente, tum in extrema mortis hora, & in noviſſimo Judicii die confiteri intendo, a me factum eſſe.

De Summa Trinitate ART. I.

In hoc Articulo, nihil mihi diſplicet in eorum confeſſione.

De Peccato Originali. ART. II.

Hic concordavimus cum ipſis Auguſtæ in delectu: cui ſententiæ adhuc ſto, & acquieſco.

De duobus naturis in Chriſto. ART. III.

In hoc Articulo itidem, cum eis per omnia concordes ſumus.

De Juſtitia Fidei. ART. IV.

Auguſtæ in delectu ſuper hoc quarto Articulo concordavimus, nempe ut non doceatur, quod ſola fides juſtificat; ſed quod omittatur hæc vocula: Sola; *quemadmodum, & Cæſarea Majeſtas una cum aliis Principibus, & Statibus in receſſu Imperiali indicarunt, atque mandarunt: parit enim ſcandala in populo, & negligentes circa bona opera reddit homines. Cum igitur in Scripturis nuſquam dicatur:* Sola fides juſtificat; *ſed contradicat manifeſte ſua in Epiſtola Sanctus Jacobus, & populus per hoc ad bona opera indevotus, ac piger redditus ſit [ſicut manifeſtum eſt] foret utique, & commodius ad pacem, & magis ædificatorium, ad piam vitæ converſationem, hanc ſcandaloſam de ſola fide contentionem omittere; quemadmodum & Sanctus Jacobus, Auguſtinus, Cyprianus, aliique Sancti fecerunt, & evaſerunt.* Jac. 2. *Auguſtin. de fide, & operibus. Cyprian. in ſerm. de lapſis: & docere populum, ut non ſola fide, ſed etiam contritione, & dolore cordis, oriſque confeſſione, & corporis ſatisfactione peccata removere, Deum placare, & juſtitiam adipiſci ſtudeat, atque deinceps a peccatis caveat, & non ſuperbiat, aut temere confidat de ſola fide.*

De miniſterio verbi, & Sacramentorum. ART. V.

De hoc quoque Articulo concordia in delectu facta eſt, quæ permanere, & rata haberi poteſt.

De bonis Operibus. ART. VI.

De hoc quoque concordatum eſt juxta te- Pſ. 61. Matt. 16. Apoc. 2.

no-

norem concordiæ circa quartum Articulum: eſt utique magis ædificativum coram populo docere, quod Deus bonis operibus det præmium & reddat unicuique ſecundum opera ejus, ſicut Scriptura multifariam atteſtatur, quam clamare, quod ſola fides valeat coram Deo, opera Deus non curat, quia clamor iſte ſcandaloſus eſt, & falſus, & manifeſte contra Scripturam, Jacobi II.

Luther. in captiv. Babylon.

De Eccleſia. ART. VII.

De hoc quoque concordatum eſt in delectu: & proculdubio commodius eſt ad pacem, & veritati conformius docere, ac tenere, quod ſit unica, vera, Catholica Eccleſia per totum Orbem terrarum dilata, quemadmodum David, Paulus, Auguſtinus, aliique Sancti dicunt: In omnem terram exivit ſonus eorum, *quam quod nunc contendunt aliqui, quod ſola pars Lutheri ſit vera, generalis, & Catholica Eccleſia: nuſquam enim Luthero, ſicut Petro, dictum eſt:* Paſce oves meas; *& pars Lutheri nondum eſt triginta annorum; Eccleſia vero ſtetit, jam MD. annis, & permanebit uſque ad conſumationem ſæculi Matth. XXVIII. & Jo. XIV. Æquius eſt igitur, ut pars Lutheri reconciliet, & conjungat ſe univerſali Eccleſiæ, quam ut tota, & univerſalis Eccleſia ad partem Lutheri accedat.*

De malis Miniſtris Eccleſiæ. ART. VIII.

De hoc quoque concordatum eſt. Erraverunt, itaque Donatiſtæ, Wiclephiſtæ, & alii, qui dixerunt, quod Sacerdos peccato mortali obnoxius non poſſit Eccleſiæ miniſterium aliquod facere, aut Sacramentum ullum adminiſtrare: quam ſane opinionem Lutherani quoque nunc prætendunt, ac urgent dicentes, quod Papiſtæ nullum Dei cultum rite peragunt, ſed meram abominationem, & idololatriam faciunt in Eccleſia. Hoc autem ad nullam deſervit pacem, nec eſt conſonum veritati.

De Baptiſmo. ART. IX.

Hic quoque concordatum eſt, cum eis adverſus Anabaptiſtas; ac bonum eſſet, & æquum, ut Lutherani hic iterum conformarent ſe nobis in antiquitus uſitata Baptiſmi forma, cum Oleo, Chriſmate, Sale, Exorciſmo, aliiſque Ritibus, & Cæremoniis, quæ ſemper a temporibus, uſque Apoſtolorum [uti Sanctus Dionyſius teſtatur] obſervata fuerunt; hoc ſane melius foret, quam quod abſque omni Scriptura, contemptim, & in deſpectum Catholicæ Eccleſiæ, antiquos, & laudabiles ritus reiiciant, & aboleant: atque per hoc in ſchiſma minime neceſſarium ſe dedant, & gratias Spiritus Sancti in Baptiſmo præpediant.

De Sacramento Euchariſtiæ. ART. X.

De hoc quoque Articulo concordatum eſt cum eis contra Zuinglianos, & Anabaptiſtas, nempe quod realiter eſt ibi verum Corpus, & verus Sanguis Chriſti, non ſolum ſignum, aut figura. Hic autem vehementer neceſſarium eſſet, tum ad pacem, tum ad ſalutem animarum, ut Proteſtantes concordarent nobiſcum de tranſubſtantiatione panis, & vini, atque etiam de cultu, & veneratione hujus Sacramenti, tanquam ejus, in quo ſubſtantialiter adeſt verus Deus, Creator, & Redemptor Noſter juxta antiquam, & laudabilem Catholicæ Eccleſiæ conſuetudinem. Præterea ut hoc Sacramento charitatis, & unitatis, & abuterentur ad diſcordiam, & ſupervacuam contentionem, qua incipiunt diſputare quandiu maneat Corpus Chriſti in Hoſtiis, ut vocant conſecratis; unde in gravem incidunt errorem, quo conſecratam Hoſtiam, quæ vel in Monſtrantia circumfertur, vel in Ciborio pro Infirmis reſervatur, Idolum vocant, & vinum conſecratum, quod eis poſt Communionem remanet in Calice, effundunt in terram velut aquam.

De Confeſſione. ART. XI.

De hoc Articulo non fuit tunc concordatum: poſtea vero protulerunt Proteſtantes in delectu ſententiam ſuam in ſcriptis ſub tribus ſane punctis. Primo, quod omitti non debeat confeſſio, propter conſolatoriam abſolutionem. Deinde, quod ex ea diſcamus ſublimem, & ſalutarem poteſtatem clavium. Tertio, quod bonum ſit populum aſſueſacere ad confeſſionem, in qua ſua accuſet peccata, quantum poſſibile eſt, ut conſcientia per abſolutionem conſoletur. Quod ſi hæc tria puncta ſerio acceptarunt, ac profitentur, non foret difficile in his cum eis concordare. Maxima enim eorum querela eſt, quod omnia peccata ſua confiteri debeant Sacerdoti, quod impoſſibile eſſe dicunt. Nos autem neminem ad impoſſibilia cogimus quemadmodum ipſi nobis imputant, ſed petimus dumtaxat, ut unuſquiſque omnia peccata ſua, quorum ſibi conſcius eſt, confiteatur, ut nullum ex humano pudore ſcienter reticeat, ut eo melius ſciat Confeſſor peccatori conſulere: quiſquis enim non integram facit Confeſſionem ſcienter, facit eam fraudulenter. Contra hoc ait Scriptura Hierem. LXVIII. Maledictus, qui opus Domini facit fraudulenter: *quicumque autem vere pœnitet, ac dolet de peccatis ſuis, is ait cum Davide, Pſalm. XXXVII.* Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.

De Pœnitentia. ART. XII.

De hoc quoque articulo concordatum eſt in delectu de tribus partibus Pœnitentiæ, niſi quod ipſi aliis utuntur verbis; Nos autem vocamus tres partes Pœnitentiæ, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem juxta antiquum uſum Sanctorum Patrum Cypriani, Ambroſii, Auguſtini, &c. Ipſi vero nolunt hanc vocem, [Satisfactio,] licet ea uſi fuerint non ſolum Sancti Patres, verum etiam Sacra concilia, & quidem antiquiſſima. Quod ſi protervi hic eſſe nolint, poterit de hoc quoque concordia fieri: Chriſtus enim non ob id pro peccatis noſtris ſatisfecit, ut nos pro eis nihil ſatisfaceremus; ſed dedit nobis exemplum, ut ſequamur ipſum, tollentes Crucem noſtram, Matth. XVI. & agentes pœnitentiam, Matth. XI. Luc. XIII. alioqui potuiſſet Corinthius ille peccator contra Paulum dicere: Noli mihi ullam injungere pœnitentiam, quia Chriſtus pro me abunde ſatisfecit. Et contra hoc eſt Paulus in II. Cor. VII. & Rom. VI. ubi ait: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita exhibete ea ſervire juſtitiæ in ſanctificatione. Summa, non eſt contra Evangelium pœnitentiam agere pro peccatis, licet pro eis ſatisfecerit Chriſtus; nam ipſemet ſerio mandavit pœnitentiam agere in principio medioque, & fine Evangelii, Matth. IV. Luc. XIII. & XXXIV. Melius itaque fiet, & ad concordiam conducibilius, ut Sanctorum Patrum, antiquorumque Conciliorum uſum relinquamus inviolatum, quam ut de hoc ſcandaloſe clametur; Chriſtus ſatisfecit; nihil eſt cum ſatisfactione noſtra; quia populus fit per hoc indevotus, & piger ad bona opera.

De uſu Sacramentorum. ART. XIII.

De hoc quoque concordatum fuit in delectu & foret uſique melius antiquam retinere doctrinam ſuper hoc, nempe Sacramenta novæ Legis multo efficaciora eſſe Sacramentis veteris Legis, nec eſſe illa tantummodo ſigna divinæ voluntatis erga nos, ſicut nunc aliqui dicunt, verum efficientia, vaſa, & inſtrumenta, per quæ gratiam Dei conſequimur; quapropter inique docetur, ea non dare, aut afferre gratiam iis, qui bene utuntur eis, & per ſe ipſos obicem non ponunt, tamquam fides ſola cuncta faciat. Eſſet præterea ad pacem conducibilius, ſi Sacramentorum numerus ſeptenarius integer eſſe ſineretur, quam ſcandaloſe dicere tantum duo, aut tria eſſe Sacramenta: talis enim haud neceſſaria novitas, nihil ædificationis in populis affert ſecum, quemadmodum experimur quotidie.

De ordinatione Miniſtrorum. ART. XIV.

Articulus iſte in verbis quidem ſuis reprehendendus non eſt, in ſenſu autem adverſatur nobis. Nec debet in Eccleſia publice docere, aut Sacramenta adminiſtrare niſi rite vocatus. Hæc ſane verba bona ſunt, & recta: Proteſtantium vero ſenſus, & uſus non eſt rectus, ordinariam enim vocationem eripiunt Epiſcopis, & dant eam Laicis. Eligunt præterea Apoſtatas quoſdam Monachos, quibus prætenſam tribuunt poteſtatem ordinandi Presbyteros, & Diaconos. Hoc autem totum præſumptuoſa, & frivola novitas eſt contra uſum Chriſti, & Apoſtolorum eius, qui non Laicis, ſed Epiſcopis huiuſmodi ordinationem, atque vocationem commiſerunt. Quare longe magis proficuum ad pacem foret relinquere Epiſcopis antiquitus inſtitutam, & uſitatam poteſtatem, quæ in Scripturis bonum habet fundamentum; quamquam Principes, & Magiſtratus Civitatum, vocationem abſque ſcitu, & voluntate ſuorum Epiſcoporum, qui non gratis aut fruſtra vocantur, locorum Ordinarii arrogant ſibi ipſis, ac frivole præſumunt Paſtores, & Concionatores ſecundum libitum ſuum, & inſtituere, & deſtituere, dantque vanam, & nullam quibuſdam poteſtatem Apoſtatis, qui nunquam ſunt legitime in Epiſcopos ordinati, ordinandi Presbyteros, & Diaconos: id quod antea in Eccleſia Catholica nunquam eſt auditum. Cum igitur jactitent, ſe nihil novi dicere, aut incipere, merito debent a tali deſiſtere novitate, & aliorum deinceps officium minime uſurpare.

De Cæremoniis, & Ritibus Eccleſiæ. ART. XV.

Hoc in articulo vellemus eis cito conſentire, ſi eu fundamento Scripturæ demonſtrarent, noſtras Cæremonias, & antiquos Eccleſiæ Ritus contra Evangelium eſſe, ſicut dicunt. At adhuc non demonſtrarunt, quod laudabilis, & antiquus uſus conſecrandi, aut benedicendi, Salem, Aquam, Vinum, Herbas, Placentas, quæ ipſi contemptim pro mero habent ludibrio, ſit contra Evangelium: quandoquidem in eo nuſquam eſt prohibitus, & bonum habet fundamentum in Paulo 1. Tim. 4. quod ſanctificetur per verbum, & orationem. Similiter non eſt contra Evangelium ſervare Proceſſiones: in Eccleſia ſanctificatis veſtibus, Calicibus, aliiſque vaſis, & ornatibus circa Miſſam, & Divina Officia uti; accendere luminaria, thure fumigare. Idcirco eſſet ad pacem & unitatem multo commodius Ritus, & Cæremonias, quarum magna pars, etiam Apoſtolorum temporibus, in uſu fuit, ſicut Divus teſtatur

Dio-

Dionyſius, inviolatas relinquere, & eas ubicunque abolitæ ſunt, rurſus inſtaurare, quam temere irridere, ac frivole abolere. Dant enim populo bonas occaſiones ad devotionem cordis, ad timorem, & honorem Dei, quemadmodum docet experientia: per hæc tamen nolim inutiles, & ſuperſtitioſas Carremonias defendiſſe; ſed deſidero multo potius, ut ubicumque reperiuntur confeſtim amoveantur.

De Poteſtate ſæculari.

ART. XVI.

Hic quoque cum ipſis concordes ſumus contra errores Anabaptiſtarum, & aliorum, qui putant nullam debere inter nos Chriſtianos eſſe poteſtatem ſæcularem, quemadmodum & Lutherus ipſe in quibuſdam ſcriptis ſuis ſentit. Hæc ſunt verba ejus in libello de Poteſtate Sæculari. Inter Chriſtianos nec debet, nec poteſt eſſe, ſed unuſquiſque alteri æqualiter ſubjectus eſt. Sicut Paulus ait Rom. 12. Unuſque alterum habeat pro ſuo Superiore. *Item*, Inter Chriſtianos gladius eſſe non poteſt, idcirco non potes eo inter & ſuper Chriſtianos uti. *Ex his, & id genus aliis Lutheri dictis veriſimile eſt, & ruſticorum ſeditionem, tumultum, & Anabaptiſtarum errorem ortum habere. Si igitur ſtabilis debeat erigi pax, & concordia, ſumme neceſſarium erit, ut hujuſmodi tam ſcandaloſi libri Lutheri tollantur.*

De extremo Judicio.

ART. XVII.

De hoc quoque articulo concordatum fuit in delectu. Interim vero permultæ opiniones fatuæ pſeudoprophetarum in Saxonia, præſertim circum Wittembergam de noviſſimo die, ſunt in lucem prolatæ, quæ ſane populum uſque adeo territum, dubiumque, ac ſtupidum reddebant, ut plerique agricolarum, neque agros colere, neque ſeminare voluerint, tamquam noviſſimus dies præ foribus jam eſſet, ac certiſſime hoc vel illo die, hac vel illa hora venturus eſſet. Huic fatuitati cauſam præbuerunt novæ ſectæ & Suermerorum veſaniæ, cum unicuique licere, ac liberum eſſe permittatur adverſus antiquam Eccleſiam novi aliquid in medium proferre: tametſi clariſſime in Scriptura Matth. XXIV. *& Act.* I. *teſtetur Chriſtus ipſe tempus illud neminem certo ſcire, quod Pater in poteſtate ſua ſibi reſervavit.*

De libero arbitrio.

ART. XVIII.

De hoc quoque concordatum eſt in delectu. At hic quoque neceſſarium foret, ut erronei, & ſcandaloſi libri illorum Concionatorum, præſertim Lutheri, & Philippi Melanchthonis, contra liberum arbitrium evulgati revocarentur ab eis, & abolerentur, in quibus ſana vehementi contentione docuerunt, hominem non habere liberum arbitrium, ſed Deum operari in nobis, & bonum, & malum, ipſumque eſſe cauſam efficientem peccati in homine; ac omnia fieri ex abſoluta neceſſitate, ut aliter fieri nequeant, quoniam homo nullam habeat arbitrii voluntatis ſuæ libertatem; nec ſit in ipſo facere & non facere, ſed in Deo, qui univerſa in homine operetur ſive bona ſint, ſive mala; unde adhuc multi homines errant, ac dicunt, ſic vult me habere Deus, ſic, & ſic oportet me facere, aliter fieri non poteſt.

De cauſa peccati.

ART. XIX.

Et hic per omnia concordatum. At in contrarium jacent nobis in via ad ſcandalizandam juventutem, priores annotatores Philippi Melanchthonis in Pauli ad Rom. Epiſt. in quibus ſane permultæ ſunt propoſitiones huic articulo contrariæ. Exempli gratia, cum ait certum eſſe, quod omnia a Deo fiant, ſive bona ſint, ſive mala. Item, quod Deus non ſolum permittat creaturis, ut operentur, ſed quia ipſemet proprie omnia operetur in eis; & ſicut S. Pauli vocatio, eſt proprium opus Dei, ita & adulterium Davidis, immo, & proditio Judæ Iſcariotis fuerit proprium opus Dei. Quomodo autem debet ſtabilis conſtitui, aut ſervari in fide pax, & concordia, ubi ejuſmodi ſcripta, & dogmata in populo.; præſertim in juventute, quæ Philippo adhæret, manent, & non revocantur, nec abolentur?

De Fide, & bonis operibus.

ART. XX.

De hoc articulo excitata eſt ſcandaloſa, ſupervacanea, ac diuturna contentio in populo per Lutherum, quæ tam facile tolli poſſet, ſi antiquam ſententia noſtra non pateretur calumniam, nec male intelligeretur, ac interpretaretur: etenim non dicimus nos, opera ſine fide placere Deo, aut ex ſeipſis mereri abſque charitate, & gratia, remiſſionem peccatorum, Cœlum aut vitam æternam; ſed dicimus, quod neque ſola fides, neque ſola opera ſimul Deo placeant, nobiſque ad vitam meritoria ſint, ſi per charitatem fiant. Sic Paulus ait Gal. V. Promiſit enim Deus ejuſmodi operibus mercedem reddere. Matth. X. XIX. XXIV. & XXV. Luc. XIX. quod & Paulus teſtatur II. Cor. IX. & I. Timoth. VI. Nemo profecto negare poteſt Deum eſſe juſtum, Pſal. X. Si ergo mala opera punit ſempiterno ſupplicio, exigit utique ejus juſtitia, ut bona opera remuneret ſempiterno gaudio, quemadmodum verba Chriſti clare & aperte conteſtantur. Matth. XXV. & Jo: V. Adde, quod immenſa bonitas, & mi-

& miſericordia ſecundum ſeipſam, magis propenſa eſt ad remunerandum bonum, quam ad puniendum malum; Scriptum eſt enim Jac. II. Miſericordia ſuperexaltat judicium; Quapropter bene poſſent ſcandaloſa contra merita bonorum operum ſcripta, & dogmata, ac prædicationes Concionatorum tolli, ac aboleri; ejuſmodi enim criminationes fiunt, multo magis contra Dei gratiam, quæ eſt præcipua cauſa bonorum operum, & eorum meriti potius, quam ipſa ſecundum ſe opera: Immo Deus ipſe per hoc blaſphematur, ipſe enim in nobis operatur non ſolum bona opera, ſed etiam bonam voluntatem, ſicut ait Apoſt. II. Cor. III. & Phil. XII. & Propheta Oſea XV. Idcirco non eſt, ut nos multum gloriemur, aut præſumamus ſuperbe de bonis operibus noſtris; nos enim ea non ex nobiſmetipſis, ſed ex Deo habemus. Sic Paulus docet I. Cor. IV. & Rom. II. atque facile poſſet tolli iſta de operibus contentio, ſi nos recte intelligere vellent adverſarii, & multo ſane melius foret, ut nos ex utraque parte ſtuderemus in charitate Chriſti, & unitate fidei, multa opera bona facere hic ſuper terram, & velut theſaurum hic comparare, quem poſtea in Cælis certiſſime inveniremus, ſicut docet nos Chriſtus Matth. VI. & Apoſt. XIV. Mercedem vero bonorum relinquamus indubitatæ promiſſioni, & miſericordiæ Domini Dei commiſſam, quam multis hac de re diſputare verbis, & per hæc bona opera omittere, & negligere, velut infructuoſas arbores coram Deo inveniri.

De interceſſione, & invocatione Sanctorum. ART. XXI.

De hoc quoque articulo tractatum eſt in delectu, ſed non plane concordatum. Admiſerunt quidem nobis, quod omnes Angeli, & Sancti in Cælo coram Deo pro nobis intercedunt, & quod memorias, & feſta eorum, in quibus Deum rogamus, ut Sanctorum interceſſio nobis ſit proficua, bene obſervare poſſumus; ſed nolunt Sanctos invocare, quando id Scriptura non jubet. Dicebant tamen, ſe nemini prohibere ne invocet, neque enim hoc Scriptura ulli prohibuit. At in facto longe aliud apud eos conſuetum invenimus, quandoquidem non ſolum invocationem, ſed etiam Imagines, & memorias, & feſta Sanctorum abjecerunt, & nos eam ob rem idololatras vocaverunt: quoniam vero ea temeritas & novitas multum ſcandali in populo, & irriſionis apud ſciolos ſemidoctos, uti manifeſtum eſt, excitavit, multo melius foret hujuſmodi contentionem, velut ſupervacaneam, ſcandaloſam, ac nocuam abjicere, & unumquemque noſtrum ſequi Sanctorum ſalubrem doctrinam, piamque, & ſanctam converſationem, ut & nos, per eorum veſtigia gradientes, æternam coronam aſſequi valeamus. Non eſt enim aliquis propterea idololatra, ſi quem Sanctorum in Cælo veneratur & invocat. Scriptura namque Sanctos non vocat Idola, ſed filios Dei, fratres, & cohæredes Chriſti, immo & Deos, non quidem natura, ſed gratia, & participatione æternæ beatitudinis, Pſal. XXXI. quos Pater ipſe Cæleſtis honorat Jo: XII. & eorum ſanctitatem multis declarat miraculis. Quoniam igitur hæreſis Vigilantii ante mille, & centum annos, & a D. Hieronymo multis Scripturæ teſtimoniis confutata, & ab Eccleſia Catholica rejecta, & damnata fuerit, merito deberent Proteſtantes, a tam antiquo errore ſe abſtinere, & cum univerſali potius Eccleſia Sanctos unanimiter venerari, & invocare.

De uſu utriuſque ſpeciei Euchariſtiæ. ART. XXII.

Circa hunc articulum non eſt plene concordatum in delectu ex hac ſane ratione, cum pacis amore vellemus eis utriuſque ſpeciei uſum relinquere, petitum eſt ab eis, ut id fieret confeſſione prævia, quod ipſi acceptarunt, ut Prædicatores eorum dicerent populo, non eſſe injuſtum, aut peccatum ſub una ſpecie communicare, nec præceptum eſſe Laicis ſub utraque ſpecie communicare: eſſe præterea ſub qualibet ſpecie totum Chriſtum Deum & hominem ſubſtantialiter. Et ſi quis inter eos ſub una ſpecie communicare velit, ut ei non denegaretur. Denique ut ſpecies vini nunquam porrigeretur niſi ſub Miſſa, & non portarent eam per plateas ad infirmos. Ad hæc responderunt illi poſt longam diſputationem, ac declarationem, ſe non damnare eos, qui vel olim, vel etiam nunc ſub una ſpecie communicaverint, nec reputare hoc eis in peccatum; ſed nolle ſe, ut ipſorum Prædicatores id populo prædicent. Hinc itaque apparet magis proterviam quamdam, quam neceſſitatem eſſe, propter hunc articulum ſe a Catholica ſeparare Eccleſia: quandoquidem ipſimet in delectu confeſſi ſunt, non eſſe peccatum ſub una ſpecie communicare. Judicet ergo unuſquiſque ſecundum conſcientiam ſuam, an non ſit multo melius, & ſalubrius extra Miſſam ſub una ſpecie communicare in unitate Eccleſiæ ſecundum longam, ac generaliter in pleriſque Conciliis approbatam conſuetudinem, quam ſub utraque ſpecie in ſchiſmate, & ſeparatione ab univerſali Eccleſia contra antiquitus obſervatam conſuetudinem Eccleſiæ in rebellione, contra utramque Poteſtatem, cum horrendo dedecore, & abuſu Venerabiliſſimi Sacramenti, quod Sacratiſſimum

Cha-

Digitized by Google

Charitatis, & Unitatis ſignum eſſe debet, ſicut Paulus docet I. Cor. X. & XI, ab ipſis autem peſſimo abuſu uſurpatur in ſignum diſſidii, & ſchiſmatis; atque ita non aliter, quam ad judicium, & æternam damnationem ſumi poteſt extra Eccleſiæ communionem, & Catholicam unitatem. Attamen ſi unus iſte articulus pacem, & unitatem impediturus eſſet, mallem eos in hoc relinqui cum diſpenſatione proprio arbitrio pro ſubditis ſuis. Sub hoc ſane moderamine, ut uſum unius ſpeciei, quem Catholica tenet Eccleſia, non damnent, ne contra eam prædicare aut ſcribere ſuis permittant uſque ad judicium, & ſententiam Concilii generalis.

De conjugio Sacerdotum.

ART. XXIII.

De hoc articulo non eſt concordatum in delectu. Habent illi quidem gravem adverſus nos objectionem, quod tot Presbyteri cum impudicis [proh dolor!] mulieribus ſe coinquinant, & caſtitatem non ſervant. Attamen non debet propterea ſtatus cœlibatus, & conſtitutæ caſtitatis damnari, aut aboleri. Nemo enim ad ejuſmodi ſtatum ſuſcipiendum compellitur, aut cogitur, ſed unuſquiſque libera voluntate in eum ſe dedit, ac immittit, ſicut alius Matrimonii ſtatum ſuſcipit. Jam ſcimus omnes, non licere uxorato conjugium ſuum relinquere, & in alium ſtatum ſe conferre; ſic & Eccleſiaſtico Presbytero, aut Monacho non debet licere, ſtatum continentiæ relinquere, & Matrimonium inire: ſicut enim maritus vovet uxori, ita Eccleſiaſticus vovet Domino Deo. Si ergo ſtatus conjugii non tollitur propterea quod multa in eo peccata, & diverſi generis mala, & adulteria a malis perpetrantur, quia multi inveniuntur probi, qui Matrimonium ſuum juſte obſervant; ſic neque ſtatus Presbyterii, cœlibatus, & continentiæ tolli debet propter malos, qui ſtatum ſuum per incontinentiam tranſgrediuntur ac deſœdant, quia inveniuntur adhuc multi [Deo ſit laus] probi Sacerdotes, Monachique, ac Moniales, qui ſtatum ſuum illicito concubinatu non commaculant. Quoniam vero apud nos Germanos admodum frequens eſt, [proh dolor!] ſcandaloſus Presbyterorum in ſæculo concubinatus, præſertim apud Plebanos in Pagis, qui communiter cum ancillis rem domeſticam gubernare neceſſitate quadam coguntur, ubi ſtramen, ut dicitur, igni propinquum eſt, ibi levi caſu accendi poteſt. Libenter ab aliis audire velim, atque etiam ſimul cum aliis pro mea ſimplicitate in commune conſultare, quanam ratione hujuſmodi mala, & ſcandala queant averti; res profecto magni eſt momenti, & magna, ac matura indiget deliberatione: nam tam dedecoroſa licentia, carnaliſque libertas, quæ nunc a multis apoſtaticis Presbyteris, Monachiſque, ac Monialibus leviſſime, ac impudentiſſime in prætenſo eorum Matrimonio attentatur, & comperitur, antea numquam audita, ac comperta fuit: quapropter indiget articulus iſte gravi, & matura conſultatione. Ego autem, velut omnium minimus, agnoſco me longe imparem ad judicandum de hac re. Sunt quidem in delectu nonnulla propoſita media; ſed uxoratis Apoſtatis, non ſunt viſa tolerabilia; idcirco indigeret articulus iſte tractatu ſpeciali, qui hic nimis longus foret.

De Miſſa. ART. XXIV.

Hoc in articulo bene concordare poſſunt, ſi nos audire, ac recte intelligere vellent, & Apoſtatarum protervia tam magna, & ferox non eſſet: eorum enim cauſæ contra Miſſæ Sacrificium nimis leves ſunt, e quibus hæ duæ ſunt præcipuæ. Prima, quod Paulus ait Hebr. X. Chriſtus ſemel oblatus. Secunda, quia multi Presbyteri propter nummos Miſſas celebrant. Ad primam cauſam reſponſum eſt in delectu, Chriſtum tripliciter oblatum eſſe. Primo, typice, & figuraliter in Agno Paſchali. Deinde corporaliter per cruciatum in Cruce velut hoſtiam cruentam. Tertio, ſpiritualiter, in myſterio honorifice, & ſine omni cruciatu, & ſanguinis effuſione in gratiam, & memoriam corporalis, & cruentæ illius victimæ, quæ in Cruce pro nobis oblata fuit, quemadmodum Chriſtus ipſe, & poſt eum Paulus Apoſtolus ejus claris verbis nobis præceperunt, ut hoc faciamus in ipſius commemorationem, annuntiantes mortem ejus donec veniat. Et bene Miſſæ oblationem vocamus Sacrificium myſteriale, & repræſentativum, victimamque incruentam. Contra quam ſane nullam poſſunt Proteſtantes juſtam, aut rationabilem cauſam prætendere, aut proferre. Cumque in delectu interrogarentur, cur nam omittunt in Miſſa Sacrum Canonem, reddebant de hoc rationes tres, ſed leves, pueriles, ac frivolas. Primo, quia in peccatum mortale reputamus Canonem omiſiſſe. Secundo, quia Canon plerumque oblationis, & ſacrificii mentionem facit. Tertio, quia in Canone Sanctos invocamus. Ad has eorum rationes breviter reſponſum eſt, quamvis revera grave ſit peccatum mortale omittere Canonem in Miſſa, de hoc tamen Canon ipſe nihil dicit, quod autem de Sacrificio loquitur, hoc de myſtica oblatione, quam nos myſteriale repræſentativum, ſeu rememorativum, & incruentum vocamus, Sacrificium intelligitur. Ad tertiam denique dictum eſt, licet iniquum non ſit invocare Sanctos, non invo-

invocantur tamen in Canone. Nullam igitur juſtam habeant adverſus Canonem rationem, ſed mera eſt protervia, atque temeritas, quod Canonem omittunt, & eiiciunt. Quod autem avaritia apud nonnullos Presbyteros huic ſe immiſcet Sacrificio, abuſus eſt, & propter eum non debet Miſſo, bonum, & ſanctum opus aboleri, quemadmodum non aboletur Matrimonium, licet plerique propter divitias uxorem ducant. Quoniom igitur Laici aliqui probroſe, ac odioſe dicunt Miſſarios Sacerdotes vendere Dominum Deum noſtrum uno groſſo, aut barzio, eſſeque proinde, ipſos peiores Juda, qui Chriſtum Dominum non uno, ſed triginta groſſis vendiderit; hæc profecto gravis eſt iniuria, invidioſaque calumnia adverſus pauperes Socerdotes, quibus Paulus cloris verbis permittit, ut de Altari vivont, qui Altari deſerviunt I. Cor. IX. & Chriſtus ipſe ait, quod dignus ſit operarius cibo & mercede ſuo. Quapropter non ſunt abolendæ Altarium confeſſiones, & Miſſæ privatæ, quia non eſt iniquum eos de Altari vivere, qui Altari ſerviunt. Fiunt præterea multa hinc inde in Monaſteriis, & in Canonicorum Collegiis Miſſæ privatæ ex mera devotionis pietate, non propter munera, aut pecunias ullas. Idcirco non ipſæ Miſſæ, ſed dumtanas abuſus aboleri debent.

De Confeſſione. ART. XXV.

De hoc articulo dictum eſt ſupra, & ſuper hoc uno præcipue conſiſtit contentio. An teneatur homo omnia confiteri peccata, de quibus ipſe ſibi conſcius eſt, & nullum ſcienter obticere in confeſſione. Ad hoc reſponſum eſt Auguſtæ in publica confutatione adverſus illorum confeſſionem ex D. Hieronymo in hæc verba: Si quem Serpens Diabolus occulte momorderit, & nullo conſcio impietatis veneno infecerit, ſi tacuerit, qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus ſuum fratri & Magiſtro voluerit confiteri, quod ignorat Magiſter, qui linguam habet ad curandum, ei facile prodeſſe non poterit: ſi enim erubeſcat ægrotus vulnus Medico confiteri, quod ignorat medicina non curat.

De diſcrimine ciborum. ART. XXVI.

Cum peterent noſtri in delectu, ut Proteſtantes velint ſe univerſali conformare Eccleſiæ in diſcrimine, & ciborum, & temporum, in iejuniis, & feſtis diebus, in Proceſſionibus, & in aliis Eccleſiæ cæremoniis, & conſuetudinibus, illi reſponſum ſuum in ſcriptis obtulerunt in hanc ſane ſententiam. Primum, quod univerſales Eccleſiæ cæremonias libenter nobiſcum velint, pacis, & unitatis gratia conformiter obſervare, dummodo en eis non fiat, vel gravamen conſcientiarum, vel neceſſarius Dei cultus. Secundo, quod nolint publice admittere eſum carnium in ſextis feriis, & Sabbatis. Item, in jejuniis quatuor temporum, & in vigiliis Nativitatis Chriſti, Pentecoſtes. Verum quadrageſimale jejunium dicebant nimis longum eſſe, ideo dividi debere. Tertio, quod etiam communia feſta obſervare velint, quibus populus permoneret in conſuetudine audiendi verbum Dei. Quarto, quod conſuetos cantationes, lectionesque, & divina officia in diebus feſtis celebrare velint. Quinto, quod etiam conſuetas Proceſſiones, & Litanias in diebus Rogationum, ut vocantur, velint obſervare, ut per eas populus ad cultum Dei adhortaretur. Quod ſi ſerio ita ſentirent circa hæc quæque puncta bona, nimirum fores, hæc ad unitatem præparatio ad invenienda media, quibus ſe nobiſcum & cum univerſali Eccleſia plane conformarent.

De Votis Monaſticis. ART. XXVII.

De hoc articulo admodum graviter, & copioſe per multas Scripturas, & per exempla Sanctorum Patrum in publica confutatione reſponſum eſt, ſed etiam in delectu ſunt de hoc egregia quædam puncta in ſcriptis propoſita cum petitione hoc, ut ab illis acceptarentur. Ad quæ illi reſponderunt, quod Monachis, & Monialibus quotquot adhuc manent apud eos, in Monaſteriis ſuis liberum eſſe debere uſque ad futurum Concilium ſive manere, ſive exire. Secundo, quod ejuſmodi perſonæ monaſticæ non debeant impediri, aut inquietari in ſua converſatione, & in ſuis veſtibus & cæremoniis. Tertio, quod eas velint ab omni vi, & violentia, quantum poſſibile ſit, tueri ac protegere. Quomodo autem hæc interim ab eis obſervata ſint, publice manifeſtum eſt: unde vereor, illos magis attendere ad bona temporalia, quam ad Fidem, & Religionem ejuſmodi perſonarum. Nos autem præterire, ac transvolare non poſſumus, ſed tenemur vota manutenero; quandoquidem verbum Dei tot in locis Scripturæ, quemadmodum Cæſarea indicat confutatio, tam ſevere præcipit, ut vota Deo promiſſa reddantur, & obſerventur. Nam & ipſimet Proteſtantes in Apologia ſua dicunt, licita vota ſervari debere, ſicut præterea quod nemo debet alios bonis ſuis ſpoliare, & exuere: Sciunt enim, quod peccatum non dimittitur, niſi ablatum reſtituatur. Sciunt denique verbum Dei, quod ſcriptum habetur: Levit. XXVII. quidquid Domino Deo ſemel dedicatum eſt, in alios uſus converti non debet, ſed Deo ſanctum jugiter permaneat. Quod ſi avaritia & impius

mam-

Digitized by Google

mammona eos non obſeſſos, & omnino excæcatos tenet, eſſet cum ipſis de hoc quoque articulo ſuper tolerabilibus mediis tractandum.

De Poteſtate Epiſcopali.
ART. XXVIII.

Epiſcoporum poteſtas, & juriſdictio efficaciter in confutatione ex ſacris literis demonſtrata, ſed ipſorum confeſſio affirmat, quod utraque poteſtas Eccleſiaſtica, & ſæcularis debeat propter mandatum Dei religioſe obſervari, ac honore affici tamquam ſumma Dei beneficientia in terris. Præterea in delectu propoſuerunt hac de re ſcriptum quoddam Proteſtantes, in quo ſic ſtatuebant. Primo, ut Epiſcoporum regimen, & poteſtas manuteneri debeat; nolint tamen per hoc Epiſcoporum abuſus, & negligentias juſtificaſſe. Secundo, quod velint procurare, ut Epiſcopis debita exhibeatur obedientia, atque ut ipſorum Paſtores ordinariis Epiſcopis præſententur, ut Epiſcopi eorum exceſſus corripere valeant. Tertio, ut Eccleſiaſtica juriſdictio in Eccleſiaſticis cauſis non impediatur. Quarto, ut Epiſcoporum excommunicatio in cauſis Eccleſiaſticæ juriſdictionis non impediatur, ſi ſecundum dictamen Sacræ Scripturæ exerceatur. Quomodo autem hæc omnia intermedio tempore obſervaverint, in luce eſt palam omnibus. Si autem ſerio ita ſentirent, ſicut verba ſupradicta ſonant, ſperandum ſane foret, ut ſuper hoc quoque articulo poſſint pax & concordia per licita media comparari, ac erigi.

CONCLUSIO.

Hæc eſt, Sereniſſime, ac Potentiſſime Rex, Clementiſſime Domine, ſimplex mea deliberatio ſuper XXVIII. Articulis Proteſtantium confeſſionis in hanc brevem redacta ſummam, quam equidem Regiæ Majeſtatis Veſtræ ſublimiſſimo intellectui, & judicio prorſus, & per omnia ſubjectam eſſe volo & reſervatam. Nolo præterea ignorare Majeſtatem Veſtram, quod adhuc alii ſunt permulti Articuli, adverſus Catholicæ Eccleſiæ doctrinam, & ordinationem per Lutherum, aliosque id genus ſuæ ſectæ Concionatores, publicis ſcriptis in populos longe lateque in Sacro Romano Imperio evulgati, & in lucem editi, qui in ipſorum confeſſione neque contenti, neque commemorati ſunt, ſine quorum ſana determinatione, & conformatione nulla ſtabilis pax, & Chriſtiana unitas poterit concludi, aut erigi. Ubi igitur Regia Majeſtas Veſtra volet, poterit videre, ſcire, haud gravatim aliquos eorum, & quidem bono in numero indicabo: ſine hoc enim veram, & perfectam unitatem concludere non poterimus.

Excellentiſſimæ Regiæ Majeſtatis Veſtræ.
Devotiſſimus Sacellanus
Jo: Cochleus Canonicus Vratiſlavienſis.

Cum in colloquium deſcenſum eſſet, nulla concordiæ ratio explicari potuit, cum Bucerus, Brentius, & Oſiander, qui veluti Simiæ Majeſtatis Pontificiæ, ſe Servos Servorum Chriſti inſcribebant, in hæreſi, & ſchiſmate eſſent pertinaciſſimi, prædamnatoſque Auguſtæ errores, tanquam canes reverſi ad vomitum aſſererent. *Lutherani* (inquit Joannes Cochlæus) *in publicis tractatibus nolebant ratam habere conciliationem eorum Articulorum, qui Auguſtæ in Septenorum colloquio concordati fuerant.* Excuſabant ſe (inquit Franciſcus Belcarius) *Proteſtantes nihil Auguſtæ certo pronuntiatum.* Ex quorum aſſertione conſtabat, nihil certi, apud eos haberi, cum novam ſemper fidem cudere, & recudere vellent. Cum itaque poſt longam diſputationem, nihil cum ipſis conſtitui poſſet, maxime propter Saxonis, & Lantgravii abſentiam, quæ duæ Proteſtantium columnæ erant, ab eorum enim placitis Novatores pendebant, Ferdinandus, poſtridie Idus Julii, conventum de conciliandis dogmatibus controverſis Wormatiam tranſtulit ad diem VI. Kalend. Novembr. ita tamen, ut nihil de Auguſtano Imperii decreto decederet, & Romano Pontifici jus ſuum integrum relinquatur, ſi Legatos mittere Wormatiam velit. Interea donec lis de Religione decidatur, Sacerdotes priſtinis juribus, ac bonis reſtituantur, Induciarumque beneficio tantum potiantur, qui ante Norimbergenſem conventum in Proteſtantium ſocietatem adlecti erant. At Proteſtantes Ferdinandi decreto non aſſenſere, ac Senatui Spirenſi parere, vel rapta bona Eccleſiaſticis reſtituere recuſarunt, ac profeſſi ſunt ſe Romano Pontifici, ſi Legatos Wormatiam mittat, ſolitos Pontificii Primatus honores non delaturos, *tum Franciſcum Regem* (addit Belcarius) *cum Cæſare haud conventurum intellexerant, idcirco ſe contumaciores præbebant*: Ob infelices hos Haganoenſis conventus exitus Jannes Eckius Gaſpari Contareno, quem jam ante ad eum conventum decretum vidimus, ſed ejus profectionem ob juſtas cauſas retardatam, gratulatus eſt, quod Haganoam non veniſſet: futilia omnia eſſe colloquia cum Lutheranis, Conciliorum, & Sanctorum Patrum authoritatem ab iis obtineri, ratione vinci nolle: Scripturaſque in alienos ſenſus ab iis diſtorqueri, efferari magis Comitiorum Im-

L.

Belcar. l. 22. n. 43.

Jo Cocl. in actis, & ſcriptis Lutheri.

Franc. Belcar. l. 23. n. 44.

Conventus Haganoenſis ſine fructu, ob obſtinatione Lutheranorum diſſolvitur. Ferdinandus conventum Wormatiam tranſtulit.

Imperii decretis, cum Imperator legum vim additis armis non exerceat in pertinaces, qui novis maleficiis, ac direptionibus in dies vires ſuas augeant.

Reverendiſſimo Domino Illuſtriſſimo Principi Domino Gaſparo Contareno S. R. E. Cardinali in Aquiro.

LI.

Jo. Eck. in lit. ad Gaſp. Card. Contaren legatum ext. in mſ. Arch Vat. ſign n.3224. poſt medium.

Nulla ſpes fuit rei bene gerendæ in Comitiis Haganoæ ob Cæſaris abſentiam, unde pauci Principes ſe eo contulerunt, & in primis Epiſcopi noſtri, ultra quam dici poteſt, ſupinam habent negligentiam in Religionis cauſa; nam eu noſtro angulo defuerunt Brinimenſis, Conſtantienſis, Curienſis Paſſavienſis, Friſingenſis, Ratiſbonenſis, Baſileenſis, Herbipolenſis, Bambergenſis, Eiſtetenſis Epiſcopi; ſolus Auguſtenſis interfuit, qui non ex toto candidus eſt Eraſmicis ſcriptis nonnihil infectus. [Et paulo poſt] *Abſtulerunt nobis Comitia illos duos magnos viros Archiepiſcopum Treverenſem magnum zelatorem Religionis, qui non modo Oppida, & Terras Præſulatus ſui, ſed & totam Diœceſim ſervavit puram & incolumem a peſte Lutherana, & Zuingliana. Alter ibi mortuus fuit Ericho Dux Brunſvicenſis, qui tredecim prœliis campeſtribus interfuit ſemper victor. Boni moriuntur, tyranni autem & hæretici triumphant, & in hujuſmodi actis Comitialibus efficiuntur efferati magis, & obſtinatiores, cum nullam prorſus videant executionem.*

Similis infelix exitus formidandus eſt Wormatiæ, ſi habuerit progreſſum. Satis diſputatum eſt: nolunt vinci rationibus, nolunt premi Conciliorum, aut Sanctorum Patrum authoritate. Eccleſiæ conſuetudinem, ac uſum floccipendunt. Scripturas eis objectas lacerant, & torquent; ideo fruſtra teritur tempus, & novis libellis hæreticiſſimis edendis occaſio datur.

In noſtratum Chronicis reperio Federicum, hujus familiæ Marchionem Brandeburgenſem, Principem per omnia Catholicum, indiniſſe conventum Bohemis, & Catholicis doctis Norimbergam, ut ſuper articulis controverſis diſputarent, ſperans, ſe rem gratam facere Sedi Apoſtolicæ. At Dominus Apoſtolicus re intellecta indignatus ſub cenſuris & pœnis diſputationem prohibuit: quanto minus has procaces obduratorum diſputationes admiſiſſet ſuper certiſſimis Religionis noſtræ articulis toties ab antiquiſſimis Sacroſanctis Conciliis deciſis, & determinatis! Ego cum S. Paulo dico: Utinam abſcindantur, qui vos conturbant.

Cum ergo toties experti ſint Romani Pontifices, oculis ſuis viderit Cæſar, nil profuiſſe colloquia illa cum ſectis habita, ſed ſemper obfirmata pertinacia, deteriores abierint, nec ſervaverint fidem Cæſari, ſcilicet, ne quidquam amplius novarent, ne aliquem Principem, Comitem, vel Civitatem in Sectam, & Societatem reciperent, ne aliquod Monaſterium, Epiſcopum, vel quamcumque Eccleſiam ſuis juribus deſtituerent, aut in poſſeſſionibus turbarent, cum ſimilibus, quæ omnia, Punicam fidem ſequuti, lacerarunt, nec Deum reveriti, nec homines timentes, perfide fregerunt: & ſi quando Epiſcopi vel Abbates illos in jus vocant Cameræ Imperialis, mox Saxo, Heſſus, & impiorum cohors ſævit, minatur, excipit, & ex ſpoliis agrorum, redditiuum, ædificiorum, villarum, arium, faciunt cauſam fidei. Itaque huic nodo durior quærendus eſt cuneus, vel Sacri Concilii generalis adhibenda eſt authoritas, quod ſaluberrimum ſuis hæreſibus extirpandis XXVI. Auguſti MDXL.

Saluberrimum erat Joannis Eckii conſilium, ut Principibus mutuo fœdere conjunctis œcumenici Concilii authoritate pertinacia hæreticorum frangeretur, ſed Pontifici Cæſar diſſenſit, ut narrat Angelus Maſſarellus: *Cæterum cum ille modus curandæ in conventibus, tractandæque concordiæ ad majores potius concitandas diſſenſiones aptus videretur, iterum generale Concilium, tanquam unicum in fidei ſedandis diſcordiis antidotum, Sanctitas ſua Cæſareæ Majeſtati per Reverendiſſimos Dominos Marcellum Legatum, & Joannem Moronum Nuntium ſupradictos obtulit. At Cæſar Proteſtantibus Concilii celebrationi minime aſſentientibus, denuo tractandæ in Imperialibus conventibus concordiæ modum aggreſſus eſt, Wormatienſeque colloquium ad XXVIII. diem Octobris MDXL. antequam Haganoenſis conventus diſſolveretur V. videlicet kalen. Auguſti habendum indixit, in quo colloquio tum Catholicorum, tum Proteſtantium deputati aliquot amice, non tamen concluſive, articulos Religionis inter ſe conferentes, aliquot pacis medium perſcrutarentur, ad quam ſane colloqutionem, etiam Sanctitas ſua Reverendiſſimum Dominum Thomam Epiſcopum Feltrenſem Nuntium Apoſtolicum, una cum aliquibus doctis viris direxit. Et quoniam in dicto Wormatienſi conventu nihil a colloquutoribus concludendum fuerat, omnia ad Imperialem Ratiſbonenſem Dietam, quam ad VI. diem Januarii MDXLI. celebrandam Cæſar indixerat, remiſſa ſunt.*

LII.

Diar. Concil. Triden. auctore Angel. Maſſarel. ſecr. mſ. Archiv. Vat. pag. 126. & aliud mſ. ſig. num. 3190. p. 207.

Alex. Farn in act. Conſiſtorial. mſ. Card. Spad. ſig. n.133. p. 387.

Quod pariter confirmatur ex actis Conſiſtorialibus, qui referunt Pontificem prima die Octobris deſtinaſſe Nuntium ad colloquium Wormatienſe, ut rebus ibi pertractandis, & diſcutiendis intereſſet; quibus dictos alios viros aſſociavit. Hi autem fue-

MS. Cardin. Spada ſign. n. 133. pag. 307.

fuere Thomas Badia Apoſtolici Palatii Magiſter, Gregorius Corteſius Abbas Benedictinus, Petrus Gherardus Gallus, atque alius Theologus e Scotia oriundus, qui tum in aula Pontificia morabatur.

LIII. *MS. Franc. Card. Barb. ſign. 2678. p. 126.* Infœliciſſima erat horum temporum conditio, adeo ut exiguæ ſpes eſſent Hæreticorum ad tramitem ſalutis revocandorum, maxima autem imminerent pericula ne dolis ſolitis plures Catholicos irretirent, ad impietatem in his colloquiis pellicerent; quare Joannes Faber Epiſcopus Viennenſis, in propugnanda fide Catholica acerrimus, hæc monita dedit.

Monita ſuper futuro conventu Wormatienſi in cauſa Fidei, & Religionis, authore Epiſcopo Viennenſi.

Monita Joannis Fabri conventu Wormatienſi. *Cum Lutheri, & Lutheranorum etiam ipſorum, & Zuinglianorum, neque ſcripta, neque prædicationes, multo minus Eccleſiaſtici ritus, adminiſtratio Sacramentorum, inſtitutiones, reformationes, viſitationes inter ſe conveniant, neceſſarium & utile erit, ut ad manum hæc ſint Legatis, Oratoribus, & Nuntiis, Pontificiis, Cæſareis, & Regiis, quibus pars adverſa inter ſe diſſidens, diſſentiens, & fere in nullo conveniens, vincatur, & melioribus reducatur modis, & viis, ſi enim unquam oportuit, Eſaiæ Prophetiam compleri, ut qui ſtat ſuper montem Sion annuntiet ſcelera eorum, & peccata, nunc opus erit. Prius nec Auguſtæ, nec Ratisbonæ, nec Haganoæ Pontificii Paſtores auſi fuerunt abominationes, hæreſes, & impietates, nec verbo quidem, commemorare adverſariis, ſed fuerunt veluti canes muti, juxta Prophetam latrare non valentes.*

Quis autem dubitaret, ſi adverſæ partis Principes, & ductores, intellexerint, quæ tanta abominatione contra Deum, immo contra omnem Religionem a ſuis Pſeudoprophetis, quos illi ſuos doctos, & Doctores vocant, ſcripta ſuiſſent, nunquam ſuſtinuiſſe, eos in deſtructionem Eccleſiæ Catholicæ tanta moliri? Propterea de omni conventu redierunt quaſi victores, quia nemo quidquam adverſus eos loqui auſus. Quod ſi in illo colloquio hæc occultata fuerint, quis alius exitus erit, niſi ut reliqua pars Chriſti fidelium dilabatur, & corruat. Nam Lutherani ſuorum ſeductorum verba putant aurea eſſe, & prætera quod reliqui Principes adhuc neſcientes, quantam impietatem intulerit Lutheriſmus, putarunt cauſam eorum non eſſe injuſtam, ſed ſanctam, & piam, & ſic tandem prævalebit defectio, & a fide diſceſſio, ſed ad hæc oportet, Legatos, Nuntios, Oratores, & illorum adjunctos, armatos eſſe, & inſtructos exemplaribus adverſariorum, ita ut in publico, & ſecreto conſeſſu, in congregationibus, etiam ſeorſim, & in occulto, poſſint originalia ipſorum adverſariorum exemplaria continuis hiſce viginti ſex annis in publicum, & per totum Orbem diffuſa, edita, & ſparſa, oſtendere, & in promptu habere. Hæc res, hoc factum, & hæc inſtructa armatura terrebit adverſarios, & eorum adhærentes omnes, ſuper omnia enim vincit veritas.

Crevit, & tantum prævaluit Lutheriſmus, quod nulla, vel modica ratio habita eſt doctorum hominum, & qui fortes, & conſtantes erant, pro magna parte mortui ſunt, & pauciſſimi ſuperſtites manſerunt, qui poſſint, & audeant reſiſtere, & qui contradicere immo prævalere poſſent, vix habent panem, minus unde impenſas Impreſſoribus numerent, propterea de die in diem deficit una poſt aliam, & ſpoliantur Eccleſiæ, exulant Prælati, Gregem, & Ovile Chriſti Paſtorem non habet, ſed hæc omnia nihil, vel parum efficient, niſi reformatio morum, & abuſuum fiat &c.

Pontifex hujus colloquii curam Feltrenſi Epiſcopo commiſit, qui in iſtis agendis negotiis magna fruebatur experientia, eo quod ſemper Cardinali Campegio fratri ſuo in variis ſimilibus Legationibus ſemper adhæſiſſet; nam exiſtimatum fuit duobus potiſſimum de cauſis, ut Nuntius nomine Pontificis hujuſmodi colloquio aſſiſteret. Primo quia Ferdinandus ardenter concordiam optabat, ſperans Regnum Romanorum, quod aliquis Principum in controverſiam redigebat, hoc medio in ſe firmare, poſſeque Hungariam ab Ottomanicis armis defendere; quare ſi Pontifex non miſiſſet Nuntium, exiſtimaturus de facili eſſet, concordiam illi non placere, & Auſtriaci, eorumque adhærentes ſibi ſuaſiſſent, Pontificem tanto bono illius adeo Catholicæ domus Nationis Germaniæ, totiuſque Chriſtianitatis impedimento fuiſſe. Secunda, quia cum Lutherani, in Dieta Haganoenſi totis viribus ſe oppoſuiſſent, ne in illo congreſſu Pontificis Miniſtri adeſſent, tamen decretum fuit, ut Imperator eos invitaret, qua de cauſa Lutherani cum proteſtatione declararunt, ob hoc Pontificem, ut Caput Eccleſiæ non cognoſcere. Quare niſi Nuntius adfuiſſet, forſan percrebuiſſet opinio, in hac contentione Lutheranos viciſſe. Igitur non Cardinalem Legatum, ſed Nuntium, cum talem petiiſſet Imperator, Pontifex elegit, cui ſequentem tradidit inſtructionem. LIV.

Qua de cauſa Nuntium miſit Pontifex ad conventum Wormatienſem.

Inſtructio data Epiſcopo Feltrenſi in Germaniam ituro nomine Pauli Papæ Tertii.

MS. Car. Bernardini Spadæ to. 15. p. 745.

Inſtroctio data Feltrenſi Epiſcopo pro conventu Wormatienſi.

Cum & pluribus literis, Legati, & Nuntii noſtri apud Cæſaream Majeſtatem, & alterius item Nuntii apud Sereniſſimum Ferdinandum Romanorum Regem nomina agentium, eſſet nobis ſignificatum, fuiſſe in conventu nuper Haganoæ celebrato, decretum, ut undecim docti, & prudentes Viri Germani pro parte Catholicorum illius Nationis, & totidem pro parte eorum, qui ſe Proteſtantes appellant, ad quod dum inter ſe colloquium die 28. hujus menſis Wormatiæ habendum convenientes parati, & abſque ullis contentionibus, aut diſputationibus ac etiam earum, quæ illic tractabuntur, deciſiones aliquas, honeſta via, rationeque excogitent, per quas ad compoſitionem diſſidii, quod in Religionis cauſis dudum apud Germanos ortum in dies creſcit, Authore Domino, poſtea devenire poſſit; optareque prædictos Imperatorem, & Regem, atque adeo nobis filiali reverentia ſupplicare, ut aliquem Prælatum ad ſupradictam Civitatem Wormatiæ mitteremus, qui una cum ſuis Oratoribus, quos illuc miſſuri ſunt, cauſam orthodoxæ fidei pro viribus procurent, & Catholicorum deputatos conſilio, & doctrina dirigant, Proteſtantes vero, ſi qua fieri poſſit in rectam viam reducere nitantur.

LV. *Nos licet eu eo, quod iſtos ſuper Religione tractatus aliqua authoritate noſtra, & hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ factos, non ſolum non probare, verum etiam damnare, & quoad fieri poſſet, prohibere deberemus.*

Tamen exemplo Domini [cujus vices, licet immeriti, in terra gerimus] quantum per ipſius gratiam poſſumus imitari cupientes, ſicut ille ob ſalutem humani generis, e ſupremo Cœli ſolio, in infimam terram deſcendere, & immenſitatem Divinitatis ſuæ, modicæ humanæ carnis imbecillitatem non contemptui habere, & tandem acerbiſſimam mortem pati dignatus eſt; ita nos officii noſtri eſſe duximus, non ſolum exteriorem gloriam, verum etiam vitam ipſam propriam, ſaluti ovium nobis creditarum omnino poſthabere.

Hanc ob cauſam, & præſertim precibus prædictarum Imperatoris, & Regis incitati, aliquem noſtro nomine ad prædictam Civitatem mittere deliberavimus. Te Venerabilem fratrem Thomam Feltrenſem Epiſcopum ob tuam egregiam doctrinam, vitæ integritatem, & in rebus tam Aulicis, quam Germanicis, experientiam, præcæteris idoneum judicavimus, quem ad tam ſanctum, ac laudabile opus tractandum mitteremus.

Verum quia materia ipſa, de qua agitur, admodum ardua, & difficilis ſit, & plus vident oculi quam oculus, & ſicut Sapiens non ſemel dicit, erit ſalus, ubi multa conſilia ſunt, accedit ad id, quod prædictis Imperatore, & Rege, qui, & ipſi cum ſuis Oratoribus ad prædictum colloquium, aliquos diverſarum diſciplinarum, & præſertim Sacræ Theologiæ Profeſſores ſe miſſuros ſignificarunt, ut idem nos faceremus commoniti, & rogati ſumus, unde noſtri, una cum ſuis conjuncti, multo melius negotium fidei promovere poſſint; idcirco, & nos tibi nonnullos, pios, probos, & in variis ſcientiis, et linguis peritos viros ad hoc iter, & adeo pium negotium, cum, Dei auxilio capeſſendum, adjunximus, quorum tu conſiliis, & ipſi te Duce, & hujus negotii Moderatore, mandata noſtra, quæ ſequuntur, fideliter, & diligenter pro viribus exequi ſtudeatis.

Ut omnem ſpem, & fiduciam veſtram ponatis in Domino in ſincero corde.

Reſponſionem Proteſtantium datam Comitibus de Manderſcheyd, & novæ Aquilæ.

Articulos eorumdem datos Cæſareæ Majeſtati Gandavii hoc anno 1540. menſe Martio.

Denique conventus Haganoæ hoc eodem anno habiti, receſſum 28. Julii concluſum.

E quibus omnibus una cum his, quæ Epiſcopus Mutinenſis Nuntius noſter, qui & ipſe ex mandato noſtro Wormatiam hac de cauſa ſe conferet, vobiſcum communicabit, amplam, & facilem eorum, quæ in hujuſmodi negotio tractare habent, doctrinam, & inſtructionem capietis.

Omittimus hic eos libros, quibus ad reddendam rationem ejus, quam profitemini fidem, & ad reductionem errantium, in teſtimonium requiſitæ jam per eos doctrinæ, vobis opus eſſe optime noſtis.

Quia tempus breve eſt, & neceſſe eſt, quanto citius fieri poteſt, habita tamen bonæ valetudinis conſervandæ ratione, iter veſtrum peragatur.

Cum igitur perceperimus, duo itinera eſſe Wormatiam eundi, alterum per Mediolanum, & Suitenſes, & Baſileam, unde Sedo flumine, brevi, & commodiſſima Wormatiam eundo deſcenditur multo brevius, & per quod non tam diu per terras ſuſpectas ſit immorandum. Alterum per Tridentum, & longius, & pluribus ſuſpectis locis, non tamen, ut per Suitenſes, quoad montes ita aſperum, & quoad populos adeo infenſos interſectum. Per utrum eatis vobis eſt bene conſiderandum, & per quod elegeritis cauta ambulandum. Non enim dubitamus, multos in hac Urbe eſſe

Ger-

Germanos, quid vobis, de credita vobis Provincia ſcriptum ſint in Germania, aut forſan ſcripſerint. Propterea ab iis, qui utriuſque itineris periti ſunt, tum hic, tum Senis, & Florentiæ & Bononiæ, per quas Civitates omnino vobis tranſeundum ſit, informationem capiatis, & modum, cui adſit ſalvus conductus, quo poſſitis cum Dei adiutorio iter veſtrum tute peragere.

Et ſi forte ad iter per Suitenſes faciendum ſalvus conductus deeſſet, per Tridentum, & Sereniſſimi Romanorum Regis terras eundum eſſet. Tridenti autem capto conſilio a Venerabili fratre noſtro Epiſcopo ejus Civitatis, vel ſi forte ipſe abeſſet, a dilecto filio nobili viro N. Caſtellano prædictæ Civitatis pro Romanorum Rege Præfecto, quos ambo, ut in rebus gerendis prudentes, ita etiam in fide maxime Catholicos, & huic Sanctæ Sedi optime affectos eſſe plurimum gaudemus, & volumus, ut eis optimum noſtri animi hac de cauſa in ipſos affectum ſignificetis. Iter veſtrum quod illinc etiam duplex ſcinditur, proſequi poteritis, & ſi Œnipontem prædicti Romanorum Regis peculiarem Regiam, magis conſulerent, illic a Regio Senatu ſalviconductus diplomata, poſcerent una cum ductore itineris, id quod facile, & libenter Legatis, & Nuntiis noſtris id petentibus pro bonitate illius Principis ſemper concedi, conſuevit. Licet autem intelligamus Cæſaream Maieſtatem, publicaſſe iam edictum ſalviconductus omnibus ad colloquium Wormatienſe acceſſuris profuturum, tamen non poſſum vos, non monere, ut omne ſtudium adhibeatis, quo tutum ad locum vobis decretum perveniatis, in quo præter ſalvosconductus procurandos, etiam proderit particularem ſubrainſendentem, & tacite, & abſque ulla oſtentatione iter veſtrum facietis; in hoc autem articulo propterea multum ſumus immorati, quia non parum Reipublicæ intereſt, ne quid ſiniſtri in via [quod Deus avertat] patiamini.

Cum Wormatiam, auxiliante Deo, incolumes perveneritis, nihil vobis antiquius ſit, quam ut ſignificato adventu illuc Domino Epiſcopo Mutinenſi conſilia veſtra, & commiſſionem vobis datam cum illo libere communicetis, deinde una ſecum colloquium procuretis Oratorum Cæſareæ, & Regiæ Maieſtatum, eorumque Doctorum, qui cum illis eo acceſſerunt, & in primis Venerablis fratris Epiſcopi Attrebaten. & dilecti filii Alberti Pighii, quos & ipſos vobiſcum illi conventui intereſſe volumus, e quibus ſtatum Religionis, & Colloquii, Deputatorum, ſi iam inceptum fuerit, intelligetis, conſilium inter vos ineatis, quando, & quomodo vobis cum Dei nomine, aliquid negotiari inchoandum ſit.

Sed illud præcipue memineritis ut vos [præſertim in principio] magis audiendi, & quæ ab aliis dicuntur obſervandi, quam veſtra conſilia aperiendi ſtudeatis. Audiens enim Sapiens ſapientior erit, ut inquit Salomon, & iuxta Divi Jacobi præceptum: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram; de quo quamvis vos commonere ſuperfluum ſit, qui non ab re tamen fortaſſe fuerit, indicaſſe.

Nullus tamen per ſe, vel cum Catholicorum, vel cum adverſariorum Deputatis, aut aliis quibuſcumque, quicquid tractare audeat, niſi re tecum, & cum ceteris, quos tecum hac de cauſa mittimus, communicata.

Quod ſi quis veſtrum forte aliquid foris intellexerit eorum, quæ ad rem facere videbuntur, ad eoſdem quamprimum referat, & ad te inprimis, quem huius negotiationis Gubernatorem conſtituimus, cæteros vero conſiliarios adiunximus.

Et quoniam ad aures noſtras pervenit, a nonnullis etiam fide dignis, ſubdubitatum eſſe ex aliquibus indiciis, facile fieri poſſe, ut aliqui ex his, quos Catholici ſuo nomine deputarunt, partim non ſane recto pede in fide procedant, partim non in hanc Sedem animo ſint affecti, ea propter omnem adhibebitis curam, ut ſi qui ſint tales, ut quinam illi ſint, intelligatis id, quod Epiſcopo Mutinenſi in iſtis Regionibus diu verſato facile percipere erit.

Ab illorum autem non ſincerorum colloquio, & conſuetudine, ſicut omnino abſtinere non adeo conſultum eſſet, ne cum detrimento cauſæ publicæ, & ipſi [ſi qui erunt tales] & ii, a quibus deputati fuerint, irritentur, ita parcius, & cautius cum illis negotiari vos oportebit, & quando una cum aliis vere Catholicis ad vos ibunt, generalibus verbis, & cauſa fidei minime præiudicialibus tunc utendum eſt.

Idem vobis obſervandum erit ab aliis omnibus, ſeu palam, ſive clam non bene ſentientibus cuiuſcumque ſint ſtatus, aut conditionis, quibus neceſſario eſſet aliquid vobis tractandum.

At cum Deputatis vere Catholicis, quoties vel per ſe vos viſent, vel a vobis pro loco, & tempore invitati fuerint, omnia, quæ agenda erunt, liberius, & apertius conferatis, non ſolum doctrina, & conſilio, ſi opus fuerit, eos iuvabitis, ſed etiam ad pie, & prudenter, & pacate cum adverſariorum Deputatis tractandum negotium Religionis, inſtruatis, & quodammodo dirigatis, commonendo eos, ut a rixis, & contentionibus abſtineant, & zelo fidei pacis, ac charitatis omnia pertractentur.

Si-

Si vero forte contingeret, ut Deputati Proteſtantium, vel ſponte, vel ab aliquibus aliis honeſtis perſonis inducti, vel alia quavis bona occaſione oblata colloquium vestrum quærerent, eos benigne, & amice excipiatis, & cum eis loquendo, & negotiando, non minus prudentia, humanitate, pietate, & dexteritate, quas in vobis novimus eſſe ſitas, quam doctrina utemini, ſignificantes eis, nos eſſe maxime promptos unitatem fidei in omnibus quidem ovibus nobis commiſſis, ſed præcipue illius inclytæ Nationis procurare, ad quod aſſequendum nos boni Parentis omne officium impleturos diceris, modo illi ſe obedientes filios exhibeant.

Commemorabitis etiam dextero quodam modo, quot, quantaque damna paſſa ſit Eccleſia Dei, & præſertim Germanica Natio ex iſtis in Religione diſſidiis, quantoque majora pericula immineant, non ſolum ex inteſtinis, verum etiam infidelium bellis, quæ omnia non difficulter tollerentur, ſi velint ad Eccleſiam redire.

Quod ſi aliqua in Eccleſia reformare, aut concedi petent, ea certa, & clara, ſcriptiſque commendata vobis exhibeant, ad nos quamprimum tranſmittenda, quæ ſi talia erunt, ut ſalvo Dei honore, & conſcientia noſtra, concedi poſſint, & vos iſtic eis bona ſpe favebitis ad ſequendum ea, quæ petunt, & nos re ipſa oſtendemus, eſſe benignos, & pacis, charitatiſque maxime cupidos.

Si vero iidem Proteſtantium Deputati pertinaces in ſuis opinionibus perſeverent, aut vos verbis, & modis ſubaſperis tractarent, vos tamen a veſtra ſolita loquendi, & agendi modeſtia nequaquam recedatis, quinimmo tam apud ipſos quam alios quoſcumque ubique juxta animi noſtri deſiderium, charitatem, unitatem, & pacem ſemper profitemini, ſed in hoc neceſſe, eo utamini temperamento, ut tam Proteſtantium Deputati, quam alii quicumque cognoſcant, non ex dejectione animi, aut quod cauſæ noſtræ diffidatis, ſed ex benignitate naturæ veſtræ, & Apoſtolica doctrina, quæ contentiones ab Eccleſia Dei eliminat, modeſtiam, & bonitatem veſtram procedere.

Non deſperamus autem, ſi res ad iſtos terminos mutui inter vos, & Proteſtantium colloquii, & alicujus honeſti tractatus deducatur, & vos cum modeſtia, humanitate, prudentia, & charitate, ſicut confidimus, agetis hujuſmodi tractatus, quin iſtud in Religione diſſidium, ad aliquam bonam & certam viam dirigi poſſit, inde mox unitas, & pax Eccleſiæ loco, & tempore, & debitis modis perficienda, authore, & fautore Domino, ſubſequatur, quod ſi Deus nondum concedere nobis dignabitur, Nos tamen, & datæ vobis de eo commiſſionis, & vos ſuſcepti laboris nequaquam pœnitere debebit, cum actiones noſtras pro officio, & ratione, implorato Numine, dirigere, illarum vero ſucceſſum a Domino expectare debeamus.

Et hæc proprie ſunt, quorum in genere, & veluti quadam formula vos commonefaciendos, exiſtimavimus, cætera, quæ non pauca pro mutabilitate rerum, de novo emergere, facile poſſunt, ea tam ex his regulis per nos datis, quam ex prudentia veſtra gubernanda, & quod dicitur conſilium in arena capiendum vobis relinquimus.

Quæ vero ad merita hujus cauſæ, & articulos controverſos attinet, non eſt, quod vos inſtruamus, cum incertum ſit, quibus potiſſimum tunc inſiſtere adverſarii velint, & conſummata doctrina veſtra ulterius inſtructione non indiget.

Illud tamen in hac re certius explicandum vobis jam nunc duximus, quod cum Lutherani multa errata falſo imputent Sedi Apoſtolicæ, contra quæ poſtea ſcribentes, ut ea facile, & erronea refellentes, ſic aures populi captant, & animas eorum inficiunt; idcirco maxime profuturum putamus cauſæ veræ fidei, ſi vel cum Proteſtantium Deputatis loquentes, vel etiam cum aliis hominibus, qui ubique hac fraude ſunt ſeducti, detegeretis, & redargueretis hos malos dolos, obſervate tamen ſemper, quas vobis toties inculcavimus modeſtiæ, & prudentiæ regulas, ut ne propterea ad contentiones, & litas deveniatis, cum vos, non ad diſputandum, aut altercandum, aut aliquid, & quod in eo colloquio tractaretur probandum, decidendum, aut concordandum illuc miſſamus, ſed pro ſatisfactione officii noſtri, & ad Cæſareæ Majeſtatis, Sereniſſimi Romanorum Regis preces, ad aſſiſtendum, & conſulendum Deputatis Catholicorum, ad ſuadendum adverſariis, reductionem, & pacem; ſin minus ad explorandum, & intelligendum eorum conſilia, & quo tandem tendere videantur, perſcrutando, in quo non ſolum ſumma diligentia, ſed & maxima prudentia, & cautela vobis utendum erit, ne forte decretum propoſitum noſtrum majorem concitet perturbationem.

Et ſi aliqua vobis ſpes, & via pacis, & reductionis illorum illuceſceret, de ea, & omnibus aliis, quæ illic dicentur, fient, aut contingent notatu digna, ad nos per literas quamprimum referatis, congruum, & opportunum vobis quam celerrime accepturi reſponſum.

In ſumma autem, ita pro virili veſtra, cum Dei auxilio agere ſtudeatis, ut ſi fi-

dei,

Digitized by Google

dei, & hujus Sanctæ Sedis cauſa en noſtra negotiatione melius promoveri non poſſit, ſaltem non ad deteriorem, quam in quo nunc eſt ſtatu, veſtra culpa, de quo tamen nequaquam timemus, perducatur.

Poteritis autem ſæpe, & copioſe ſcribendo facile nos de omnibus certiorem reddere per tabellarios, qui vigeſimo quoquo die, ultro citroque in Flandriam, & illinc Romam, commeantes per Spiram, Wormatiæ admodum vicinam, tranſire conſuevere, ſed & ubi res poſtularet, eo jam proprium Curſorem ad nos illinc expedire poteritis.

Dominus Noſter Jeſus Chriſtus conſilia, & actiones noſtras gubernet, & vos incolumes illuc ducere, & cum laborum veſtrorum optatis fructibus, ad nos reducere, & Eccleſiam ſuam pacare, & amplificare dignetur, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XI. *Octobris MDXL. Pontificatus Noſtri anno* VII. Scripſit etiam eidem Feltrenſi Epiſcopo Pontifex ſequentem Epiſtolam.

Venerabili Fratri Thomæ Epiſcopo Feltrenſi Nuntio noſtro.

Paul. III. lib. brev. an. 6. p. 406. *Venerabilis Frater. Cum nuper a Cæſarea Maieſtate Nobis ſignificatum fuerit, conventuros eſſe propediem Wormatiæ aliquot hinc a Catholicis Germaniæ, inde a Proteſtantes ſe vocantibus eiuſdem Nationis deputatos, qui amicabili colloquio inter ſe abſque ullis contentionibus, vel diſceptationibus habito, ſuper diſſidio Religionis, quo dicta Natio iam per aliquot annos laborat, aliqua media, & rationes [citra tamen ullam deciſionem] excogitent, per quæ poſtea ad reconciliationem, & unitatem fidei inter eos deveniri poſſit: fuerimuſque propterea ab eadem Maieſtate requiſiti, ut quemadmodum Cæſarea Maieſtas, & Sereniſſimus etiam eius Frater Ferdinandus Rex Romanorum, eo miſſuri ſunt, ita nos etiam aliquem prælatum noſtro nomine, & ſecum aliquos doctos, & probos Viros ad hunc laudabilem finem illuc mittere vellemus, quo etiam dicta Maieſtas, & Sereniſſimus Rex Oratores miſſuri ſunt. Nos, qui nihil magis hoc tempore concupiſcimus, quam Sanctæ Eccleſiæ ubique unitatem, & ut illa fortiſſima, & inclyta Natio, quæ ſemper antemurale totius Chriſtianitatis eſt habita, ad unanimem in fide conſenſum, & tranquillitatem reducatur, a dicta etiam Maieſtate requiſiti, & ad tam pium opus coadiuvandum, te, cujus doctrinam, ac prudentiam habemus perſpectas, & una tecum aliquot alios probos, & doctos Viros ad dictam Civitatem Wormatiæ deſtinantes, tibi mandamus, ut una cum mittendis ab eiſdem Cæſare, & Rege Romanorum, omnem detis operam noſtro nomine, nihilque agere, & curare prætermittatis, ut dicta reconciliatio, & ad fidei unitatem reductio ſequi poſſit, cuius noſtri deſiderii, ac tuæ operæ effectum Deus Omnipotens nobis concedere dignetur. Dat. Rom. apud Sanctum Marcum die I. Octobr. MDXL. anno* VI.

Adjunxit illi Pontifex eruditione excultiſſimos Theologos, atque inter eos Albertum Pighium authoritatis Apoſtolicæ adverſus Novatores acerrimum defenſorem, quem ſubjectis literis ad tuendam Eccleſiæ cauſam incitavit. LVI.

Alberto Pighio.

Cum ad colloquium Wormatiæ proxime habendum, unum ex Prælatis noſtris a Cæſarea Maieſtate requiſiti miſſuri eſſemus, eique adiuncturi aliquos doctrina, & pietate præſtantes Viros, non fuimus dubii, quin te, vel in primis illis adnumeraremus, ſcimus enim quali eruditione ſis & quam pium animum geras, & quantum hæc Sancta Sedes in te confidere poſſit, apud quam diu verſatus, cum virtutis, tum obſervantiæ in illam tuæ nobis monumenta reliquiſti, quæ nos grato animo conſervamus. Cum igitur nullum tempus habiturus ſis aptius, in quo tua excellens doctrina, atque erga Deum pietas, & in nos obſervantia elucere poſſit, libenter ad pium hunc laborem vocantes, hortamur, ut ad dictum colloquium in tempore deſtinato te conferas. Eaque inibi una cum Prælato noſtro, quem propediem miſſuri ſumus, ac cæteris per nos mittendis præcipueque Venerabili Fratri Noſtro Antonio Pernott Epiſc. Atrebatenſi in honorem Omnipotentis Dei, aſſertionemque Catholicæ fidei, & Apoſtolicæ Sedis, agas, & cures, quæ te digna, & noſtræ in te ſpei conſentanea ſunt, &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum IV. Octob. MDXL. anno VI. Paul. III. lib. brev. an. 6. p. 405.

Extant eo argumento ad eumdem Atrebatenſem Epiſcopum Pontificis literæ his verbis conceptæ. LVII.

Venerabili Fratri Antonio Pernott Epiſcopo Atrebatenſi.

Venerabilis Frater ſalutem. Cum ad id colloquium, quod Wormatiæ ſuper rebus Catholicæ fidei propediem habendum eſt, a Cæſarea Maieſtate requiſiti, ſtatuerimus hinc mittere unum ex Prælatis noſtris, eique aliquot doctrina, & pietate præſtantes Viros, tum hinc, tum aliunde ex diverſis locis conquiſitos, adiungere, qui a nobis ad hoc deputati una cum eodem noſtro Prælato rem Catholicæ fidei agant, & tue- Paul. III. lib. brev. an. 6. p. 405.

& tueantur, occurrit nobis in primis tua fraternitas, quæ ſtudiis literarum recens, & nova dignitate conſpicua pro eruditione poſſet, & pro pietate ſua vellet utriuſque laudis primitias Deo offerre, & in ejus ſanctum obſequium, vim ingenii, & doctrinæ ſuæ exponere, ſicut ea dignum eſt, itaque hac ſpe freti tuam fraternitatem hortamur, ut pium hunc laborem ſuæ maxime dignitati, & virtuti congruentem, libenter ſuſcipiens ad id colloquium in tempore deſtinato ſe conferat, ibique una cum Prælato noſtro, ac cæteris, quos mittimus, ea agat, & curet, quæ ad honorem Dei Omnipotentis, tutelamque Catholicæ Religionis, & Apoſtolicæ Sedis redundent, &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum IV. Octob. MDXL. anno VI.

LVIII. *Epiſt. Moroni ad Card. Farneſium apud Palavic. to. 1. l. 4. c. 12. n. 1.* Cum Wormatiam omnes acceſſiſſent, vigeſima quinta Novembris tractationi initium dederunt, quamvis Imperator abeſſet, eo quod, ut vulgatum fuerat, Belgicos motus non penitus compreſſiſſet, ſed revera, ut ſecreto Granuellanus (cui Imperator mandaverat, ut ſuo nomine colloquio adeſſet) Pontificiis dixit; Imperatorem Wormatiam non eſſe acceſſurum, quia Oratorem Anglicum expectabat, qui lento gradu iter agebat, ut eum Wormatiæ reperiret, ſed Imperator, nec Wormatæ, nec in alio Germaniæ loco, cum eo convenire, diſpoſuerat, ne illic omni ſtudio aleret diſcordias, quas valde utiles ad pacem in Anglia conſervandam cognoſcebat. In primo congreſſu, ſic Granvellano conſulente, Nuntius Pontificius non adfuit, cum illa prima actio plena futura eſſet officiorum, ſed Sedes in loco ubi Nuntius ſedere debebat, poſita fuit in dubium tamen venerunt, timentes de aliqua Lutheranorum inſolentia, an Nuntius ſuam eſſet dicturus Orationem, ſed Granuellano pro Lutheranis promittente, decretum fuit, ut ad captandos Pontificiorum animos, eis oſtendendo Pontificis deſiderium erga concordiam etiam ipſe oraret. Die igitur vigeſima quinta Novembris Granuellanus *Orationem habuit, qua Cæſaris, Ferdinandique abſensiam excuſavit, quam vero, uterque omnium Imperii Ordinum conſenſum, præſertim in cauſa Religionis, exoptent multis verbis explicavit, quot quantæque ex diſſidiis calamitates acciderint, quæ porro impendeant, addidit: Ut modeſte in unum conſenſum redeant, nec ſua pertinacia, vetera diſſidia continuent, oravit: id enim Deo in primis, deinde Cæſari, Ferdinandoque fore gratiſſimum, univerſæ autem Germaniæ omni ex parte ſalutare. Poſtridie de Scribis, qui ſingula exciperent actum eſt: utrinque bini delecti fuerunt.*

Initium Wormatienſis colloquii *Litera Nuntii apud Palavic. ubi ſupra n. 3.*

Epiſt. Nuntii Moroni apud Palavic. ubi ſup.

Franciſcus Belcari. Eo. Meten. l. 22. n. 48.

VI. Idus Decembris Thomas Campegius Feltrenſis Pontifex, Pontificius Legatus orationem habuit de pace Chriſtianis omnibus, Germanis autem in primis neceſſaria, quorum cervicibus Turcæ immineant, proloquutus, Germaniæque vicem miſeratus, Paulum Pontificem omnia tentaſſe, ut huic malo mederetur, Concilium Vicentiam indixiſſe declaravit, ubi nulli, aut rari convenerint. Cæſarem quoque Wormatianum hoc colloquium inſtituiſſe, Ratisbonenſis conventus, ubi Cæſar aderit, veluti quoddam præludium: ſe de Pontificis mandato, Cæſariſque conſenſu acceſſiſſe, precari, ut unam concordiam, verum Chriſtianorum ſcopum ſibi proponant, Paulum quidem, ſi quid in ea re præſtare poſſit, ſedulo, ut omnibus ſatisfaciat, laboraturum. LIX.

Addit Belcarius, Principes, qui, ut huic colloquio præeſſent, decreti fuerant, edixiſſe, ne acta colloquii, niſi cum deſignatis ad illud communicarentur, neve divulgarentur, priuſquam referrentur ad Cæſarem, ac de Proteſtantium doctrinæ capitibus; de jurisjurandi formula, de colloquutorum numero, & ſuffragiorum ratione, longam altercationem fuiſſe, nulloque modo Proteſtantes a ſuis opinionibus diſcedere ſtatuiſſe, rejectamque diſceptationem ad Ratisbonenſes cœtus, quod Angelus Maſſarellus confirmat his verbis. *Et quoniam in dicto Wormatienſi conventu, nihil a colloquutoribus concludendum fuerat, omnia ad Imperialem Ratisbonenſem Dietam, quam ad VI. diem Januarii MDXLI. celebrandum Cæſar indixerat, remiſſa ſunt.* Ita ex hoc colloquio Wormatienſi non alii fructus decerpi potuere, quam quod Philippus Melancthon, & Bucerus Hæreſiarchæ, tanquam Hæreſeos cymbala, tinnitu impio, audientium aures infecerunt, non enim, ut ad bonam frugem redirent, poſcebant colloquia, ſed ut eloquentiam venditarent, famamque apud ſuos colligerent, quare mox editis peſtiferis libellis, acta evulgarunt, ut refert Joannes Cochlæus, qui præcipua actorum Wormatienſium capita perſtringit.

Conventus Vormatienſis ſine fructu diſſolvitur.

Angel. Maſſarell. in Diar. mſ. arch. Vat. ſign. 3190. p. 307. Paulus Jovius l. 39. Jo. Cocl. in act. Luth.

Surius in comm.

Poſt longam ſane tractationem cum Dominis Præſidentibus habitam: duo diſceptaverunt de Peccato originali collocutores, D. Joannes Eckius, & Magiſter Philippus Melancthon, de quo quidem Articulo diſputandi non feciſſent finem, niſi Cæſaris Commiſſarius Illuſtris Dominus de Granuella, qui mox abiturus erat, delectum feciſſet, ac binos ex utraque parte conſtituiſſet, qui eum Articulum in quatuor puncta redactum utcumque concordarunt, de reliquis autem nihil agi ibi potuit.

Digitized by Google

tuit. Non erant nimirum ad concordiam comparati Lutherani, cum inani expe- *Paul. Jovius l.39.* ctatione Cæſarem deluderent, ne armis, eorum pertinaciam frangeret, quo vero aſtu viſi ſint aſſentiri Catholicis in controverſia de Peccato originali (Jovius illuſtrat.) *Jam de Peccato originali Proteſtantes ſe cedere fatebantur, utpote, qui aſtuto couſilio, eum dociles, tum veræ doctrinæ cupidi exiſtimari cupiebant, ut conceptam infamiam obſtiuatæ diſſenſiouis effugerent, & tum demum iu reliqua veterum ſanctionum capita ad convellendam Romani Pontificis authoritatem ſævius, atque liberius graſſarentur, ſi in re nequaquam levi, a priore ſententia diſceſſiſſent, ſed eam alternæ diſputationis contentiouem Granuellius, quaſi jam bouæ ſpei plenus, qui aliquid pio pacificatore non indignum couſequutus videretur, ad Ratisbouenſem conventum rejecit.*

LX. Colloquia cum Hæreticis ſemper Incrementa Hæreſibus dedere. His inanibus colloquiis Cæſarem male tempus abſumpſiſſe a Lutheranis illuſum & maximarum rerum gerendarum occaſiones amiſiſſe proximo anno viſuri ſumus. Ex his vero latius diffundendæ hæreſeos anſam captarunt Novatores, ac ſcripta calumniis in Catholicos referta *Surius in comm. hoc anno.* ſparſere, quas Surius ita refellit. *Ajunt Catholicos magna crudelitate graſſari in homines innocentes iis verbis Imperatorem Regem Franciæ, multoſque alios Catholicos Principes, oblique crudelitatis inſimulant, propterea quod de Hæreticis ſupplicium ſumerent, quos ipſi vocant homines innocentes, & tamen etiam Proteſtantes ſevere animadvertebant, haud dubie inſtigati ab iſtis in Sacramentarios, & Anabaptiſtas, qui ſe non minus atque Lutherani innocentes jactitabant. Quæ vero illa innoceutia eſt, homiues a Chriſti corpore, quod eſt Catholica Eccleſia abſtrahere, & in peſtilentiſſimos errores inducere, quos neceſſe eſt, non aliud, quam ipſam mortem ſempiternam conſequi? Latrones atroci plectuutur ſupplicio, quod corpora juguleut, & iſti animarum parricidæ, tauquam innoxii nullas tautæ immanitatis pœnas dabunt. Ajuut ſe in ſuſpicionem vocari, quaſi non emendationem Eccleſiæ, ſed commoda ſolum ſua ſpectent, & has calumnias longe, lateque diſſeminari, quo vera Religio, & ipſi in odium adducantur? Quis hic non videat iſtorum impudentiam? Si Eccleſiæ emendationem ſpectabant, cur non mauſerunt in ſuis cœnobiis? Cur tot jam olim damnatos errores ab Inferis excitarunt? Cur Germaniam fœdiſſimis Religionis diſſidiis horreudum in modum diſtraxerunt, & has tautas errorum tenebras, audeant vocare puram doctrinam, audent dicere ſe filios Dei,*

Calumniis, quas Hæretici Catholicis opponebant, Surius reſpondit.

nomen, & Evangelium profiteri? [Et infra] *Jam vero quautam habet vanitatem, & impudeutiam, quod ajunt, in his literis ſe nihil contra veteris Eccleſiæ formulam docere, cum certiſſimum ſit, & a noſtris abunde oſtenſum, eos pro Evangelio, & Dei verbo hominibus, nihil fere obtrudere aliud, quam craſſiſſimos, & jam olim damuatos errores: & ne parum ſit, tam ſcelerate eſſe mentitos adjiciunt non aliud, tam inſolens, & prodigioſum meudacium, ut non ſtylo, ſed Magiſtratus ſceptro, & ſevera animadverſione vindicandum ſit. De Pœnitentia* [*inquiunt*] *docebatur frigide, & perpleue; de Gratia per Chriſtum accepta, de condonatione Peccatorum, ne verbum quidem. Iu re tam aperta, quam ipſa lux meridiana palam coarguit, quid poſſumus aliud, quam & iſtorum deploratam malitiam, & illis fidem commodantium dolere cæcitatem? Quis vero poſſit mederi hominibus, qui tam luculenter imponi ſinunt? Legantur vel ſoli Doctorum Scholaſticorum libri, & pene uſque ad faſtidium comperientur de Chriſti gratia, & peccatorum remiſſione diuiſſe. Non ergo iſti quadam animi imbecillitate, aut ignoratione, ſed obſtinata, & deplorata malitia hæc, & id genus alia multa in miſerorum certiſſimam perniciem confinguut.* [*Addidere in literis ad Granuellanum.*] *Proteſtantes non defuturos colloquio, actioni conciliationis, ſed ita, ut Scriptura duce verum exquiratur, & Chriſtus ſolus pro Judice agnoſcatur, quam cantilenam illi belliſſimi Theologi perpetuo cantillant, quaſi non eadem voce, et multi alii ſuperiorem temporum uſi ſint. Sed advertat dolum, Lector, volunt Scripturam valere, ſed itaut penes ipſos ſit facultas eam interpretandi. Quæ vero tam impia poſſit extare hæreſis, quæ non libenter hac ratione Scripturam ſolam Judicem patiatur. O nimium ſimplices Chriſtianorum animos, qui hanc verſutorum hominum vafritiem non advertervut! Non eſt nobis controverſia cum illis de Scripturis, ſed de ſenſu Scripturarum, hunc illi volunt petere e ſuis parum ſanis cerebris, nos illum petendum eſſe dicimus en perpetuo Catholicæ Eccleſiæ conſenſu: verum hoc illi prorſus refugiunt, quia ſciunt dogmata, & privatas, falſaſque opiniones ſuas, ab hoc publico totius Orbis Chriſtiani conſenſu diſcrepare. Interim Scripturas crepant, apud imperitos, ſed docti facile intelligunt, tam nihil pro illis facere germanum Scripturæ ſenſum, quam nihil ſuffragatur mendacio veritas, & qui tandem fieri poſſit, ut bona fide ad Scripturas provocent, cum ipſam ſuam confeſſionem Auguſtanam,*

pleraque dogmata ſua non ſemel mutarint. Poteſt ne verum eſſe, quod tam varium eſt? aut poteſt cum tanta inconſtantia ullum habere commercium incommutabilis Scripturæ Divinæ veritas?

Sur. in comm. hoc anno. Conati ſunt Proteſtantes Gallorum Regem officioſis literis delinire, conciliareque ſibi adverſus Cæſarem, pertentarunt etiam Henricum Angliæ Regem ſibi conjungere; ſed is ipſos etiam arguit, non recte in pluribus de fide ſentire. Cum vero Ratisbonæ conventus proximo anno cogendus eſſet, pro ventilandis controverſiis, Joannes Cochlæus nonnulla opuſcula edidit pro illuſtranda fidei Catholicæ puritate, ut ipſe memorat his verbis:

Quoniam alius conventus a Cæſare indictus erat Ratisbonæ celebrandus, in quo per aliud colloquium de Religione agendum erat, Cochlæus Moguntiæ brevem edidit libellum, & Latine, & Germanice Jo. Cocl. *in ſeptimum Auguſtanæ confeſſionis Articulum de vera Eccleſia; ubi oſtendit eam non eſſe apud Lutheranos, ſed apud Catholicos, ex eo enim Articulo tota Religionis controverſia pendere videtur. Edidit & eum libellum ibidem, quem inſcripſerat De Ordinatione Epiſcoporum, & Presbyterorum, & de Euchariſtiæ conſecratione antequam abiret Ratisbonam.*

LXI. Paul. Jovius l. 39. Iſthuanf. Perturbari cœpta eſt, ac fluctuare in Hungaria Chriſtiana res ob inopinatam Joannis Hungariæ Regis mortem, adeo ut cum ſuperiore anno ob pacem inter eum, ac Ferdinandum confectam Hungarici Regni res refloreſcere viderentur, demum accepto hoc vulnere, ob enata Sur. in comm. hoc anno. diſſidia, adeo concidere, ut ea Hungariæ pars, quæ Joanni parebat, Turcica ſervitute oppreſſa fuerit. Extulerat ſigna Joannes Rex adverſus Maylatum Tranſylvaniæ Præfectum rebellem; nondum Jo. Hungariæ Regis morte Regnum illud perturbatur. confirmata ex recenti morbo tenui, & imbecilla valetudine; cumque editi in lucem filii ex Iſabella Sigiſmundi Regis Poloniæ filia lætus Nuntius in caſtra veniſſet, & una cum Proceribus publicam de ſuſcepto Regni hærede lætitiam Regali convivio celebraret, infirmam valetudinem iniquis poculis obtrivit, febrique revocata, brevi interiit, cum prius filium teſtamento hæredem Regni renuntiaſſet, Georgiumque Epiſcopum Varadienſem, ac Petrum Vicchium reliquiſſet, Proceresque eſſet obteſtatus per Hungarici nominis antiquum decus, ne externæ gentis Regem in Hungaria imperare paterentur: qun ſupremæ voluntatis decreto fœdus cum Ferdinandn Rege percuſſum violavit, in tabulis enim conſcripti, obſignatique fœderis, diſerte fuerat appoſitum, ut ſi Joannes vita excederet prior, Ferdinandus totius Hungariæ Imperio potiretur, cui pactioni plures Principes ſubſcripſerant, ut Hungaria in priſtinum decus, amplitudinemque reſtitueretur, ea tamen pactio in arcanis habita fuerat, ac ſuppreſſa, ne Solymannus ex ea offenderetur. Joanne autem Rege extincto, Hungari ſuæ ſalutis, nominiſque Chriſtiani immemores, ſtare fœderi detrectarunt, ac miſere Joannem Exechium Quinqueclesienſem Epiſcopum, & Stephanum Verbetium Oratores, cum ampliſſimis muneribus ad Solymannum, ut Joannis Hæredem Stephanum, cujus capiti ſolemni ritu Coronam auream D. Stephani primi olim Hungarorum Regis impoſuere, in clientelam acciperet, cujus rei ſama, cum ad Pontificem affluxiſſet, ad avertenda impendentia pericula, cum Cardinalibus varia conſilia initt, ut referunt Acta Conſiſtnrialia.

XXIV. Novemb. Cum Sanctitas ſua videret inter Principes Chriſtianos pacem Alex. Farneſ. Card. in Act. Conſiſtor. mſ. Car. Spad. ſig. n. 133. p. 393. *perfici non potuiſſe, tametſi de eodem Sanctitas ſua, & coram, & crebris Legationibus, partim ad Cæſarem, partim ad Chriſtianam Majeſtatem paterna charitate tentaverit. Cumque ex bello in Hungaria poſt mortem Joannis Hungariæ Regis, inter Sereniſſimum Ferdinandum Regem, et Reginam a dicto Joanne relictam orto, maxime timendum eſſe indicaret, ne futuro anno a Turcis, Terra, Marique res Chriſtianæ, uſque adeo in Italia invaderentur, præſertim renovata pace inter Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, & Tyrannum Turcarum, & Germaniæ Religionis diſſidio ardente, mature occurrendum, & antevertendum, eſt arbitratus, proviſiones faciendas propoſuit.* Fuere eæ variæ conficiendæ pecuniæ rationes pro ſtipendiis Militum comparandis. Ad conjungendos etiam mutuo fœdere Hungaros, literas dedit ad Hungariæ præſules, quibus damnavit eorum conſilium, qui puerum hæredem Turcicæ clientelæ committendum ſenſerant, monuit præſentem caſum, jam ante prævifum fuiſſe, atque ex fœderis legibus diremptam controverſiam, caverent, ne Græcorum exemplo Turcas excirent in auxilium, eandemque demum, ac illi calamitatem paterentur.

Archiepiſcopo Strigonienſi.

Venerabilis Frater ſalutem. Audito per LXII. Paul. III. lib. brev. ann. 3. p. 378.
nos obitu claræ memoriæ Joannis Regis, ſane præter dolorem ex morte Chriſtiani Principis ſuſceptum a nobis, non parum etiam perturbati fuimus, quod veriti ſumus ex proximis iſtius Regni cladibus, ne quid ea res non ſolum vobis, ſed etiam

cæ-

Digitized by Google

ceteræ Chriſtianitati periculi afferret, neve aliqui iſtic motus, in his tantis Chriſtianorum perturbationibus, nunc orirentur; id autem eo magis timere cogimur, quod intelleximus [id quod cupimus omnino eſſe falſum] profectos jam iſtinc eſſe Oratores publicos ad Turcarum Tyrannum, qui cum eo agant, tributumque polliceantur, ut is relictum filium Joannis Regis in ſuam defenſionem ſuſcipiat, & in eo ſtatu, quo Pater ejus fuit, remanere ſinat, Gubernatore Regni interim conſtituto. Qua quidem re nihil potuit nobis accidere acerbius, cum enim iſtud Regnum ex diſcordiis veſtris antea afflictum, ac lacerum, poſtea ex pace, inter eundem Joannem, & Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Romanorum Regem inita, recreatum videremus, bonaque ſpe duceremur, eandem pacem omni ſtudio a vobis, qui præſertim in ea interveniſſetis, eſſe conſervandam: cum præcipue ſicut a fide dignis relatum nobis eſt, hic ipſe caſus fuerit ante in dicta pace prævijus, ac deciſus, quid audiri potuit veſtro nomine indignius, quam pace turbata, ſpretiſque fœderibus, tum novis, tum priſcis, etiam ab hoſte Chriſti auxilium petere, eidemque hoſti viam patentiorem ad cætera Chriſtianitatis aperire, & Hungariam Turcis facere vectigalem? ſed Nos, ut diximus, falſa hæc eſſe cupimus, & ſperamus, non enim modo de Prælato inſigni, qualis tua fraternitas eſt, ſed ne de Chriſtiano quidem homine facile credi poſſunt, cum impietatem multis modis contineant. Quidvis certe pati, ac ſubire ſatius fuiſſet, quam ad hæc confugere, licet igitur a fraternitate tua nihil expectare debeamus, quod indignum ea ſit, tamen cum iſtius Regni, quod etiam antemurale cæteræ Chriſtianitatis eſt, ſalute tantum ſimus ſolliciti, quantum noſtri officii ratio, noſtrorumque Prædeceſſorum conſuetudo, ac noſter erga vos amor poſtulat, fraternitatem tuam cum affectu, omnique inſtantia hortandam duximus, & pro bono iſtius Regni, omniumque Chriſtianorum univerſali, monemus, & urgemus, ut pro tua virili, pacem in iſto Regno omni tuo ſtudio, & opera conſervare, paciſque fœdera tueri cures, tibi nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub noſtræ indignationis pœna præcipientes, ut omninm hoſtium Chriſti conſortium tanto detrimento a vobis expetitum, ab eodem Regno penitus excludas, ne belli cauſis, & ſeminibus inter vos renatis, atque ex veſtra, quod Deus avertat, diſcordia, nova occaſio Turcis præbeatur, iſtius Regni ad extremum interitum deducendi, ac ſibi tandem ſubiciendi, ſicut in Græcia fecerunt, cujus miſerabile exemplum ante oculos vobis ſit: in hoc fraternitas tuam rem pietate, prudentia, ac perſona tua dignam, & nobis, qui nihil aliud, quam iſtius Regni ſalutem, & communem ſecuritatem ex hoc petimus, faciet valde gratam. Datum Romæ apud S. Marcum III. Octobris MDXL. anno VI.

LXIII. Conceptæ ſunt eadem verborum formula literæ ad Varadienſem, Agrienſem, Quinqueccleſienſem, Tranſylvanumque Epiſcopos, tum alios ſeptem Prælatos, ſive Abbates: contempſere ii infeliciter Pontificis monita, ac una cum Proceribus, ſpecie tuendi Hungarici nominis, Chriſtianæ fidei cauſam prodidere, ac tandem poſt graviora bella, Turcicæ ſervitutis infame, & crudele jugum ſubierunt, ut ſuo loco dicetur. Interea Ferdinandus, cum miſſo Oratore Reginam Viduam de fœderis legibus certiorem feciſſet, atque ampliſſimos illi redditus, atque filio Septuſianam Provinciam ſponderet, ſi Regni poſſeſſionem reſtitueret, illaque Sigiſmundum Patrem arbitrum conſtitueret, adderetque non futurum honeſtum Ferdinando Viduam lacrymis conſumptam, puerumque vagientem in cunis, bello obruere. Rem conficiendam celeritate ratus, auxilio Cæſaris exercitum immiſit, Vicegradum impetu cœpit, Peſtum, Vaciamque ſine vulnere in poteſtatem redegit, plures Hungaros Proceres, ſibi conciliavit, Albam regalem obtinuit, Budamque obſedit, Turcæ vero a Regina in auxilium exciti fuere, ut proximo anno dicetur. Eo vero liberius armorum molem vertere in Hungaros potuere, quod Veneti, cum iis fœdus inſtauraſſent, de quo VII. Junii Pontifex in Senatu Cardinalium verba fecit.

Paul. Jov. l. 39.

Ferdinandus contra Hungaros bellum movet.

Alex. Farneſ. Card. in Act. Conſiſt.

LXIV. In Anglia Henricus Rex, cum jam ante omnium Monaſteriorum opes, ac cenſus expilaſſet, in eam egeſtatem clariſſimo divinæ in eum, ac ſuorum impia ſacrilegia vindictæ extemplo lapſus eſt, ut ad eam levandam pluſquam, tertiam ac ferme mediam bonorum partem ab Anglis omnibus abraſerit, atque omnia Equeſtris Ordinis Rhodii vectigalia fiſco addixerit, tanto vero odio pios eſt inſectatus, ut Uilſonum Virum primarium, & Sampſonem Epiſcopum Ciceſtrenſem ea ſola de cauſa in carcerem conjecerit, quod eleemoſynam erogaſſent in quoſdam pauperes in cuſtodiis, propter negatum Eccleſiaſticum Regis Primatum fictitium detentos; pariterque Richardum Farmerum bonis omnibus exuerit, perpetuo damnarit carcere, quod liberalitate pios complexus eſſet; Joannem Nevellum ob cultam fidem Catholi-

Nicol. Sander. l. 1.

Henricus VIII. Angliæ Rex ſævit in Anglos.

licam, & popularem gratiam morte aſfecerit, tum ad habenas liberiores laxandas, tyrannidi, legem iniquiſſimam tulerit, ut ſi quis abſens, atque in dicta cauſa læſæ Majeſtatis damnaretur, non minus recte damnatus eſſet, quam ſi Duodecimvirali judicio (apud Anglos ſolemni) lata in eum fuiſſet ſententia [1]. Væſanæ legis ſuaſor Cromuelus fuit, omnium ſcelerum adminiſter, idemque ejus legis vim primus ſenſit, atque ab Ordinibus Regni hæreſeos, perduellionis, vitio repetundarum, furtorum, homicidiorumque damnatus eſt, affectuſque capitali ſupplicio, nulla illi purgandi ſui permiſſa poteſtate: mirabantur Populi, Henrici Vicarium in cœleſtibus, ad Inferos amandatum. Omnibus denique in ore fuit. *Vidimus impium ſuperexaltatum, & elevatum, ſicut cedros Libani, & tranſivimus, & ecce non erat, & quæſivimus eum, & ecce non eſt inventus locus ejus.* Diſcant mortales flagitio quæſitam Principum gratiam ſæpe in odium verti, & improbam fælicitatem in carnificinam deſinere.

Sander. l.1. Sublato Cromuelo, non deſtitit Henricus in Catholicos ſævire, & Luciferi in terris Vicarium agere; dum Chriſti Vicarium ſe venditabat: ad tertium enim kal. Auguſti tres Theologos Doctores Catholicos morte affecit, quos ut ignominia graviore inureret, totidem Zuingliana hæreſi infamibus Presbyteris Apoſtatis conjunxit, ut narrat Sanderus. *Henricus quamquam jam non ſolum a Bolenis, Cromuelo, cæteraque domeſticorum peſte, verum etiam ab Anna Clivenſi, Principumque Germanorum neceſſitudine liberatus, in amicitiam Cæſaris propendere inciperet, uxoremque novam ex Catholica ſatis familia duxiſſet, pro ſumma tamen naturæ ſuæ ſuperbiſſima infelicitate, qua nunquam videri voluit erraſſe, aut cujuſquam conſilium, magis quam ſuum ſequutus eſſet, ſtatuit, cœptam in Catholicos crudelitatem proſequi, unde ad tertium Kal. Auguſti, tres Viri, Catholici, Theologique Doctores, Thomas Abelus, Edovardus Povellus, & Richardus Ferherſtonus, eo quod Sereniſſimæ Catharinæ Reginæ cauſam olim defendiſſent, & nunc Regis poteſtatem Pontificiam non agnoſcerent, extremo ſupplicio affecti fuerunt: quo etiam ipſo die tres Hæretici Zuingliani, Barnus, Gerardus, & Hieronymus perditi Presbyteri, ob hæreſim Zuinglii mortem obierunt; factum eſt autem Henrici juſſu in majorem Religionis contemptum, ut bini, & bini vimineis cratibus inuexi, per plateas ad locum ſupplicii traherentur ſic, ut ſinguli Catholici, cum ſingulis Hæreticis in eadem crate conjungerentur, quod Dei Servis ipſa morte gravius, & intolerabilius videbatur. Cum autem Palatinus quidam ex Henrici Aula, hos ſic ad mortem duci cerneret, aliumque ab alio ſe avertentem, vultuque & voce, conſortium deteſtantem, petiit, quænam cuique cauſa mortis eſſet, cumque accepiſſet, alios ob Religionem Catholicam defenſam, alios ob eandem impugnatam morti eſſe adjudicatos: ne, inquit, in poſterum ego Regiæ Religionis ero, hoc eſt nullius.*

Quarto autem nonas Auguſti Laurentius Cochlus Prior Cœnobii Dancaſtrenſis: una cum tribus Monachis, & duobus Laicis Ægydio Horno, & Clemente Philpotto, quod nollent Eccleſiaſticum terreni Regis Primatum jurato confiteri, excluſi e terris, ad cæleſtem æterni Regis gloriam tranſmiſſi ſunt.

Hoc anno Pontifex ad perpoliendos Cleri mores intentus, cœptam jam ante diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtituendæ actionem provexit, uſuſque præſtantiſſimorum Antiſtitum in ea re opera, Epiſcopum Veronenſem excivit his literis. LXV.

Epiſcopo Veronenſi, &c.

Paul. III. lib. brev. an.6.p. 141. *Tuam probitatem, diligentiam, ac fidem, temporibus fælicis recordationis Leonis X. & Clementis VII. Prædeceſſorum Noſtrorum agnovimus, & quantus in agendis rebus eſſes, cum admiratione perſpeximus.* Et infra. *Et vocatus ad nos pro reformatione morum, & poſtea in ulteriorem Germaniam pro rebus graviſſimis miſſus, utrobique tua virtute nobis certius explorata, majus tui deſiderium accendiſſes, jam tandem Frater Venerabilis eſſe noſter debes, etſi nunquam non fuiſti noſter, ſed quem uſum tuæ probitatis in tua particulari Eccleſia cepimus, concedat* Reformationi incumbit Paulus.

jam

NOTÆ [1] LEgem illam, quam in Anglia latam ex Sandero notat hic Annaliſta nimirum, ut abſentes læſæ majeſtatis rei poſtulati, & ob abſentiam damnati non minus rite damnati haberentur, ac ſi duodecimvirali judicio rei pronunciati fuiſſent, legem, inquam, illam numquam in Anglia auditam latamque affirmat Burnetus in refutatione Sanderi. Quamquam id præſtitum interdum a ſupremo Angliæ ſenatu tamquam a principe ſupremo concedit. Eo vero damnationis genere non primus quidem Cromuellus punitus fuit, cum ante illum *Duciſſa Sarum* aliique plures idem judicium tulerint. Hæc Burnetus, cui de rebus gentis ſuæ affirmanti fides habenda, & Annales corrigendi. MANSI

jam nobis illa, ut eundem pro univerſali Eccleſia hoc tempore capiamus, in qua ſane multo ampliores campi ſe tibi offerent, in quibus tua virtus eluceat, & exerceatur: quamobrem cum reformationem ipſam, quam cum apud nos eſſes, inchoavimus, nunc proſequamur, & concedente Domino perficere intendamus, tuaque in hoc integritas, gravitas, & prudentia, magno nobis uſui, præſertim in re jam tibi agnita, eſſe poſſit, hortamur te, tibique in virtute ſanctæ obedientiæ injungimus, ut quam primum poteris, cum tuo alioqui commodo ad nos venire matures, &c. Dat. Romæ XXVII. *Aprilis MDXL. Anno* VI.

De navato ſtudio hoc anno a Paulo pro inſtauranda diſciplina Chriſtiana hæc referunt acta Conſiſtorialia.

Acta Conſiſt. ſign. n. 133. p. 386.

VI. Auguſti fuit Conſiſtorium. Sanctitas ſua deputavit Reverendiſſimos DD. meos ſuper reformatione, videlicet pro Camera Apoſtolica, & Tribunali Urbis, RR. DD. Joannem Dominicum Epiſcopum Oſtienſem Decanum, Ghinutium, & Polum pro Rota, & Cæſarinum de Monte, & Guidiccionum pro Cancellaria Apoſtolica, Grimanum, Brunduſinum, & Rodolphum, pro Pœnitentiaria, Contarenum, Sancti Sixti, & Marcellum Cardinalem, ut invigilent, & curent ea, quæ circa reformationem concluſa ſunt, & ſancita inviolabiliter obſerventur, et, ubi opus fuerit, ſuæ Sanctitati referant.

Addunt eadem acta, flagitante Luſitano Rege inſignitam fuiſſe proximo menſe Elborenſem Eccleſiam Archiepiſcopali dignitate.

Alex. Card. Farn. in Act. Conſiſt. mſ. Cardin. Spad. ſig. 133. p. 388.

XXIV. Septembr. MDXL. S. D. N. diſmembravit Eccleſiam Elborenſem, olim Suffraganeam Eccleſiæ Metropolitanæ Ulixbonenſis vacantem per obitum Alphonſi Car. Portugalliæ, & erexit in Metropolitanam, cui fuerunt aſſignatæ pro Suffraganeis, Sylvenſis, & Septenſis Eccleſiæ, & Sanctitas ſua tranſtulit Reverendiſſimum Henricum Infantem Portugalliæ a Bracharenſi ad dictam Elborenſem.

LXVI. Adductus etiam ejuſdem Joannis Luſitani Regis precibus, qui una cum Imperio Religionem Chriſti propagare ambiebat, Paulus miſit in Indias Franciſcum Xaverium Legatum Apoſtolicum ad Barbaras Gentes a Dæmonum ſervitute ad Chriſti cultum traducendas, qui munere Apoſtolico, adeo ſtrenue functus eſt, ut Indiarum Apoſtoli nomen retulerit, innumeriſque miraculis clarus, Sanctorum faſtos auxerit. Quantam vero demiſſionem, cum accepta dignitate conjunxerit, memorat Turſellinus in ejus vita. Profecturus in Indiam Pontificem adiit, pedes de more oſculaturus fauſta ab eo precatione luſtrandus, certaſque ab eo Indulgentias petiturus, a quo humaniter exceptus, hæc ferme verba audivit. *Ingentes Divinæ Benignitati grates ago, habeoque, quod me Pontifice reverſura ſit in Indiam fides, quæ ab Apoſtolis olim introducta paulatim barbaris illarum gentium ceſſerat moribus: tu vero non modo noſtra authoritate, ſed etiam Dei, cujus perſonam gerimus, impulſu excitatus, pari animi magnitudine tantam capeſſe provinciam, memor, te, in Indiam per homines vocari a Deo, quis vocet, non qui ſis, tecum reputa. Memento te ab illo vocari, qui vocat ea, quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt. Neque enim tam idoneos ad opus quærit, quam ipſe deligendo facit quemcumque elegerit, huic & animorum ſuggerit, & virium ſatis.*

Horatius Turſellinus in vita S. Franciſci Xaverii l. 1.

S. Franciſcus Xaverius in Indiam mittitur.

Ad propagandum vero majori authoritate Evangelium Paulus Franciſcum Xaverium Legati Apoſtolici in Indiis Orientalibus, aliiſque Gentilium Regnis dignitate ornavit, de quo diploma Maſcareniæ Regis Luſitani Oratori deferendum Regi tradidit, ut Rex, ſi ita ipſi viſum eſſet, traderet, cum Olyſſipponem perveniſſet. Itaque Franciſcus vix tantulo accepto ſpatio, quantum conſalutandis amicis ſarciendæque attritæ tunicæ ſatis eſſet, poſtero die Regio cum Legato Roma diſceſſit, nihil præter Breviarium ſecum ferens. In itinere cunctis officioſe demerendis inſiſtebat, minimis, abjectiſque in victu, cultuque contentus, imbecilles omni obſequio fovebat, quieſcentibus noctu famulis ipſe jumentis operam dabat; omneſque, qui in comitatu Legati erant, monitis, exemplis, ac frequenti Sacramentorum pabulo meliores quotidie reddere ſtudebat. Ex hujuſmodi autem pietate adjudicatum eſt, ut cum tres amplius menſes magnas inter difficultates itinerum conſumpti ſint, nullus prorſus ex numeroſo illo comitatu non incolumis Olyſſipponem attigerit. Hic ſalutato Joanne Rege, ac repudiato domicilio, Legato Apoſtolico digno, ab eodem Rege ei deſtinato, cum Paulo Camerte ad noſocomium ſe contulit, ut ægrorum corporibus deſerviret, eorumque animas in Cœlum proveheret. Deinde idoneo profectionis Indicæ tempore appetente, a Rege, qui virtutum ejus exempla ſummopere admirabatur, Pontificium diploma, quo Legatus Apoſtolicus cum ampliſſima poteſtate in India conſtituebatur, ſuſcepit; atque hoc anno VI. Idus Aprilis e Luſitania in Indiam ſolvens, Goam ſequenti anno Pridie Nonas Maii applicuit: cum in Socotora Inſula prius Inſulanos, nomine non au-

tem

Digitized by Google

tem re Chriſtianos Chriſtianis ſacris excoluiſſet: Verum de hoc Apoſtolico, præclariſſimoque novi Orbis Præcone ſæpius ſuaviſſima mentio recurret.

LXVII. Hoc eodem anno Paulus III. qui, uti ſupra innuimus, Societatis Jeſu fundandæ negotium tribus Cardinalibus commiſerat, Societatem ipſam, Religionem, & Societati inditum nomen quinto kal. Octobris publicis literis declaravit, confirmavitque. Continetur in eo diplomate ſupplex Libellus Sanctorum Ignatii, & Franciſci Xaverii, aliorumque octo ſociorum porrectus Pontifici, in quo hæc verba miram pietatis fragrantiam ſpirantia extant: *Firmiter profitemur omnes Chriſti fideles Romano Pontifici tanquam capiti ac Jeſu Chriſti vicario ſubeſſe, ad majorem tamen noſtræ Societatis humilitatem ac perfectam uniuſcujuſque mortificationem, & voluntatum noſtrarum abnegationem ſummopere conducere judicavimus ſingulos nos ultra illud commune vinculum ſpeciali voto adſtringi: ita ut quidquid modernus, & alii Romani Pontifices pro tempore exiſtentes juſſerint ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, & ad quaſcumque Provincias nos mittere voluerit, ſine ulla tergiverſatione aut excuſatione, illico, quantum in nobis fuerit, exequi teneamur, ſive miſerit nos ad Turcas, ſive ad quoſcumque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, exiſtentes, ſive ad quoſcumque Hæreticos, ſeu Schiſmaticos, ſeu etiam ad quoſvis fideles.* Ornarunt verba operibus, ut hæreſi & idololatriæ bellum indixiſſe viſi ſint. [1]

Ineun-

NOTÆ [1] LOcus hic poſtularet ut de exordiis religioſiſſimæ, atque illuſtriſſimæ ſocietatis Jeſu aliquid commentaremur; ſed cum hiſtoriam ejus totam Annaliſta hic noſter diligentiſſime ſit perſecutus, & laudes præclariſſimi Inſtituti alterius ſint operis & Scriptoris, ideo rem totam prætereundam duximus. Verum animadvertiſſe juvat rationem a piiſſimis ejus inſtituti authoribus initam reformandæ ad bonas literas, optimoſque mores juventutis tanto plauſu exceptas fuiſſe, ut vel ab ipſis Heterodoxis laudes extorſerit. Afferemus verba Philoſophi eorum temporum judicii ſoliditate, & animi ſinceritate tunc & noſtra etiam ætate laudatiſſimi Franciſci Baconis de Verulamio, qui ſub Jacobo I. Angliæ Rege ſummum Angliæ Cancellarium egit. Ita ergo ille in libro de Augment. Scientiar. l. 1. *Quæ nobiliſſima pars priſcæ diſciplinæ revocata eſt aliquatenus quaſi poſtliminio in Jeſuitarum collegiis, quorum cum intueor induſtriam ſolertiamque, tam in doctrina excolenda, quam in moribus informandis, illud occurrit Ageſilai de Pharnabazo: Talis cum ſis, utinam noſter eſſes.* Quid vero contulerit ſocietas iſta ad eccleſiæ Romanæ commodum & munimen, hoc Kemnicii Lutherani apud Brunſvicenſes doctoris teſtimonium demonſtrat, quod ipſis verbis Payvæ in libro contra eumdem ſcripto affero, cum ipſum Kemnicii librum, unde hæc deducta ſunt, in promptu non habeam. *Quocirca hanc, inquit Kemnicius, vivendi rationem* (Jeſuitarum) *a Romanis Pontificibus fuiſſe excogitatam, ut labantem eccleſiam fulcire aliqua ex parte poſſent, quod a cæterorum ordinum religioſiſſimis viris non poſſe jam fieri calumniatur.* Hæc ex Kemnicio Payva orthod. explic. lib. 1. MANSI

I. *MS. Car. Spada to. 133. pag. 344.*

INeunte Anno humanæ ſalutis milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo Indictione decima quarta, decretus eſt Legatus in Germaniam Gaſpar Cardinalis Contarenus ad Lutheranos in gremium Eccleſiæ revocandos, cum Cæſar ad id Regia ſtudia polliceretur. Nam Imperator, qui ad Wormatienſe colloquium Nuntium Pontificium, non autem Legatum exoptarat, nunc ad Dietam Ratisbonenſem Pontificii e latere Legati præſentiam magis opportunam judicavit. [1] Porro Contarenus, qui Cæſari valde gratus erat, etiam poſt pacem a Venetis cum Turcis ſancitam, & qua ratione cum Germanis agendum eſſet apprime callebat, ampliſſima poteſtate a Pontifice inſtructus eſt, ut Hæreticos ad fidem Catholicam pelliceret: verum circa ritus Eccleſiæ aliaque traditione Apoſtolica ad nos tranſmiſſa, quidquam novari ab eodem Pontifice vetitus eſt. Cumque nulla alia ratio melior expediri poſſet ad comprimendam impiorum audaciam, tumultuſque compeſcendos, quam ſi pax inter Cæſarem, Regemque Gallorum ſanciretur, omnia ſtudia convertere, ut Imperatorem ad eam amplectendam, confirmandamque permoveret, atque Pontificiam operam pariter pro hac re continentibus piorum votis expetitam conjungendam polliceri juſſus eſt. Conceptas quidem ſpes optimas ex Cæſareis promiſſis; nec Cæſarem nec Ferdinandum Regem quidquam permiſſuros, quod fidei Catholicæ puritatem Sediſque Apoſtolicæ authoritatem labefactaret. Verum ſi quid contrarium ab iis pertentaretur, data ſunt Legato imperia, ut tractationem omnem intercideret, eamque ad Concilium, etiam infecta pace celebrandum, referret. Si enim Principes vero pietatis Religioniſque ſtudio ardeant, liberum ac tutum commeatum Epiſcopis ad Concilium acceſſuris præſtituros, cum in eo non modo Religionis diſſenſiones tollendæ ſint; ſed etiam concilianda ſint Principum diſſidia. Si vero urgentur ad permittenda Lutheranis fidei dignitatique Pontificiæ contraria, interrito animo profiteatur, nunquam iis aſſenſurum, immo nomine Pontificio illa prohibeat ac reſcindat; atque e cœtu ſe removeat, non tamen a Cæſaris aula ſine novo mandato diſcedat. Si quid etiam iniqui ad tempus aliquod Lutheranis in conventu permittatur, donec celebretur Concilium, id omnino prohibeat, vel ſi de Concilio in Germania congregando agatur, conſtantiſſime repugnet; cum id in damnum Pontificii honoris, & tot Nationum, quæ in fidei conſtantia perſtitere, injuriam verteretur, augeretque Lutheranorum audaciam, qui in Germania velut in munita arce inſoleſcunt; atque hujuſmodi acta adhibitis Notario, & teſtibus conſignaret.

Legatio Cardinalis Contareni ad Dietam Ratisbonenſem.

Inſtructio ei tradita.

II. Ingratum & acerbum fuit Pontifici poſt tot labores ſuſceptos pro celebrando Concilio, & pace inter Cæſarem, Regemque Galliæ conficienda induſiſſe, ut in comitiis Imperialibus de Religionis diſſidiis ageretur, concepta ſpe Lutheranos Cæſaris authoritate ad officium, & æquitatem adductum iri: at ſpe ſua illuſum fuiſſe indoluit; ſparſa enim fama eſt, confirmandum vel prorogandum Germanicæ pacis Norimbergæ confectæ decretum, cujus verba ſingula dubia ab Hæreticis in ſenſum alienum pro diffundenda latius impietate, & peſſundanda re Eccleſiaſtica diſtorquenda forent: quare præcepit Legato, ut ne quo damno afficeretur res Catholica, decretis hujuſmodi intercederet; ardentiſſimiſque ſtudiis apud Cæſarem inſtaret, ne Synodus Nationis Germanicæ cogeretur, quam rei Catholicæ exitium allaturam ipſe Imperator Bononiæ faſſus erat, eamque indicto Concilio univerſali diſturbandam condixerat.

III. Nec Principes Catholici colloquia probabant, ſed colloquiis abjectis, Hæreticorum pertinaciam armis edomandam, ut a Claudio arcanorum Principum participe ſignificatum eſt literis ad Cardinalem Farneſium Ratisbona IV. Martii MDXLI. datis: in quibus etiam ſubditur: *Nudius tertius Duces Bavariæ conveniſſe Cæſarem, illique reperito Lutheriſmi principio, in memoriam revocaſſe omnes errores, qui admiſſi fuerant in non excindenda hæreſi, nec tenenda vera religione, qua labefactata, pariter Cæſareæ*

Ext. in mſ. Arch. Vat. ſign. n.3226.

Armis, non colloquiis Lutherani extirpandi.

NOTÆ [1] WOrmatienſe illud colloquium, cujus Annaliſta hic meminit, prodromum fuit dietæ Ratiſponenſis, cœptumque die XIV. januarii hujus anni; agitatæ ibi res illæ religionis, de quibus poſtea Ratiſponæ diſceptatum fuit. Ex Theologis deſignatus eſt a catholicis Eccius, qui cum Melanchtone diſputando conveniret. Hæc Calviſius ex Chytræo, ex quibus conſtat Theologorum deſignationem & colloquium dietam Ratiſponæ non præceſſiſſe. MANSI

reæ Majeſtatis, Imperiique authoritas labefactaretur: expoſuereque quanto ſtudio, & animi ardore, ſemper paratiſſimi fuerint non modo ad vires, & opes ſuas, ſuorumque Subditorum profundendas, ſed etiam ad vitam ipſam periculis obiiciendam pro divino cultu aſſerendo, Imperiique ſervanda majeſtate: ac ſapius illud inculcarunt nimia Cæſareæ Majeſtatis clementia, indulgentiaque, quam ipſi etiam Lutherani negligentiæ, & inertiæ vitio tribuebant, rem in præſent diſcrimen adductam fuiſſe: & quodammodo conteſtati ſunt, ſe nunquam hactenus muneri ſuo defuiſſe, ac poſt hac apud Deum, & homines excuſatos fore, ſi a priore ſtudio, aliorum exempla ſequuti, ſeſe ſubduxerint, & cuncta in exitium ruere permiſerint: veruntamen iterum hac etiam vice pertentare velle, quid præſidii, ac remedii a Cæſarea Majeſtate in præſentibus Comitiis afferendum eſſet; in quibus ipſorum ſententia rem agi tribus modis poſſe.

Primum eſſe, ſi colloquium Wormatiæ cœptum proveharur, illud omnium maxime ipſis ingratum fore, ac periculis plenum, idque multis rationibus, prudentia, & religione conſpicuis demonſtraverunt. Secundus modus propoſitus eſt, ſi curaret Cæſarea Majeſtat, ut Concilium Oecumenicum fluxu unius anni, & dimidii cogeretur, mediique hujus temporis intervallo, vel pax generalis, aut ſaltem ſequeſtra in Germania conciliaretur: aucto tamen, & confirmato, quantum poſſit, fœdere Catholico pro conſervandis iis Induciis, quas Lutherani, niſi metu adacti non ſervaturi eſſent. Tertius modus erat, ut cum Cæſar toties pervicaciam Lutheranorum, ac fraudulenta, & perfida eorum conſilia expertus ſit, arma in eos exerceat, atque omiſſo Religionis prætextu, ſingulos ſcorſim perdomare poſſe, fuſiuſque a ſe modos rei perficiendæ explicatum iri, ac rejecto penitus primo modo colloquii, & diſceptationum, omnes vires ſuas, vitamque, tamquam Principes Catholicæ Religionis vindices, ac fidiſſimos clientes Cæſareæ Majeſtatis obtuliſſe; his ſermonibus ſolum Granuellanum interfuiſſe, cum quo poſtquam Cæſar ſeorſim ſubductus diu contuliſſet, ejus opera Bavaris ita reſpondiſſe, ut ſemper præterita geſta excuſarit, atque inertiæ crimen removerit, temporumque improbitatem, ac præcipue prava ſtudia maximi Principis, qui ipſi omni arte, & contentione infeſtus eſſe non deſineret, accuſarit: gratiaſque egerit de optimæ voluntatis ſignificatione, & delatis officiis: ac ſi aberrantes juſtis, & honeſtis rationibus ad officium revocare non potuerit, univerſo Orbi oſtenſurum, quanti Religionem Catholicam faceret, ac perſonam Catholici Imperatoris, munuſque pro dignitate ſuſtentaturum: conſequenti vero die de omnibus his a Ducibus Bavariæ certiorem factum, rogatumque ut ſi quid aliud utilius pro Religionis cauſa proponendum Cæſari videretur, exprometet, ſe autem, cum in dies Legatus Pontificiorum arcanorum magis conſcius expectetur, collaudata Bavarorum Principum pietate, rem in Legati adventum extraxiſſe. Ratisbonæ IV. *Martii MDXLI.*

IV. Perſtitiſſe eos Duces in hac ſententia, ſcilicet Lutheranos bello deprimendos eſſe aliæ Claudii literæ rerum gerendarum peritia clariſſimi ad Cardinalem Farneſium datæ IV. Aprilis teſtantur. *Duces Bavariæ in Comitiis in id incubuiſſe, ut bellum Lutheranis indiceretur: ſed Cæſarem ipſis, ac Moguntino Cardinali aperte denuntiaſſe, ſe ab iis conſiliis omnino alie-* 16. pag. 100. *num, ſuſcipere nolle bellum, cum ab Ærario imparatus ſit, ac ſi opibus inſtructus eſſet, nolle eas in Germania ſine ulla utilitate profundere, ſat expertum, quantæ opes exigantur pro gerendo bello, expeditionem eam difficillimam futuram, cum tam Catholici, quam Lutherani ſint Germani, excitum iri a Lutheranis Turcica, & Gallica auxilia: parta etiam de Lutheranis victoria, non tamen eorum animas in viam ſalutis traductum iri, atque ita omne gerendi belli pro Religione conſilium abjeciſſe. Cæterum Ducem Saxoniæ miſſo Adminiſtro, ſuis dediſſe imperia, ne ulla ratione a confeſſione ſua diſcedant. Porro Cæſarem ſignificaſſe, nil conſtitutum iri inconſultis Pontificiis Adminiſtris, nec quidquam permiſſurum, quod offendiculum afferre poſſit, ac in omnibus, ita ſe geſturum, ut ex Pontificia voluntate pendere velit, omnia circumſpici a Legato, nec concordiæ modum iniri poſſe, qua infecta cum Cæſar Ærario ſit exhauſtus, ſumptus bellicos a Pontifice, Ducibuſque Bavariæ faciendos. Hos vero maximos ſpiritus gerere, ac multos in ſuas partes trahere, atque miſſo Oratore flagitare a Pontifice, ut cruceatum expedi-* 16 pag. 101. *tionem in Hæreticos indicat, ac licet omnia Religionis tuendæ cauſa agere profiteantur, tamen quid arcani ſubeſſe, itaque Pontifeu rem caute extrahat. Parte alia Bavariæ Duces conteſtati ſunt, ſi Catholici deſerantur, actum videri de re Catholica in Germania Ratisbonæ* III. *aprilis MDXLI.*

V. Acceſſit paucos poſt dies, nimirum XII. Martii Ratisbonam Cardinalis Contarenus Legatus maximo exceptus honore, *Jo. Coel. in actis.* ut in ejus vita teſtatur Jo. Caſa. *Et cum veniſſet, mirabiliter acceptus a Germania*

eſt

eſt, & maximo in honore apud Cæſarem fuit, nam cum omnes Germaniæ Principes, tum Rex Romanorum ipſe officii, honoriſque, honeſtandique hominis cauſa, domum ad eum venit, & in Sacris, Cæremoniiſque ſolemnibus datus ei locus eſt juxta Cæſarem primus, nihilque earum rerum, quæ ad homines magnos honeſtandos adhiberi conſueverunt, in eo prætermiſſum eſt.

Card. Contarenus Ratiſbonam pervenit. *MS. Car. Spada to. 133. pag. 307.* *Ep. Card. Contareni Farneſ. apud Pallavic. to. 1. l. 4. c. 13. n. 5.* Agit de pace cum Imperatore.

Ratisbonam igitur cum duodecimo aprilis appuliſſet, invenit jam Imperatorem illuc perveniſſe. Prima illius cura fuit, Pontificis placito, circa pacem obtemperare, loquenſque cum Imperatore, de pacis negotio agere cœpit, occaſione accepta ab uno verbo ab Imperatore alio fine prolato, interrogationemque ſuſpirio conjungens, petiit, quandiu deſiderata pax ſperanda eſſet, addens, quod Majeſtas ſua majus, & magis optatum beneficium iſtius pacis toti Orbi Chriſtiano largiri non poſſet. Cæſar ob non expectatam interrogationem expalluit, ſed ſuo reſponſo totam ſpem pacis abſtulit, dicens; conventiones valde convenientes ſe propoſuiſſe; ſed Regem Franciſcum non æquales fraternaſque, ſed ſuperiores, quaſi dominus eſſet, exigere. Ex verbis Cæſareis magnum hauſit dolorem Cardinalis Legatus, ſpemque de ſancienda pace inter Cæſarem, ac Galliæ Regem abjecit, nec de eo conventu ſperanda meliora argumentabatur: de quo hæc tradit Joannes Cochlæus.

Jo. Cocl. in Actis Luthers. *Sur. in comm. an. 1541.*

Advenerunt etiam Lutherani Principes, & Status cum ſuis Concionatoribus, qui in domibus profanis concionabantur, & a Catholicorum Sacris, jejuniiſque, & ritibus, prorſus alieni erant, & venationibus operam dabant in ſanctiſſimis diebus Hebdomadæ ſanctæ, atque adeo in ipſo die Paraſceves.

Epiſt. Contareni apud Pallavic. ubi ſupra. *Franciſ. Belcar. l. 22. n. 49.*

Cum autem in ipſo congreſſus initio propoſitio Cæſaris nomine eſſet facienda, Legato prius eam oſtenderunt, qui, ut duo capita adderentur, propoſuit, unum, quod Cæſar Receſſum Auguſtanum in ſuo robore relinquebat, aliud ad Legati authoritatem, & directionem (de quibus nec verbum fiebat in propoſitione) attinebat, Legatoque morem geſſerunt.

VI. Principium Ratiſbonenſis conventus.

Cœpti ſunt prima Aprilis die Ratisbonenſes conventus, in quibus Fridericus Palatinus nomine Cæſaris Orationem habuit, qua repetitis altius Cæſaris geſtis, pluribuſque verbis magnifice ornatis, addidit, ſe cum Paulo Pontifice juxta Haganoæ decretum egiſſe, ut Legatum mitteret, Cardinalemque Contarenum adeſſe, Virum pariter pium, & doctum, qui ſedulam concordiæ opem navaturus ſit: quapropter cum hic conventus Religionis conſtituendæ ergo ſit indictus, oravit, ut pauci Viri pii, atque eruditi Germani deligerentur, qui de controverſiis inter ſe amice conferant: fieri autem non poterat omnino, ut pii ex Lutherana ſecta deligerentur, ſed impii, & peſtilentiſſimi, in erroribuſque contumaciſſimi, ac pertinaciſſimi, forent deligendi: quare Cæſar voti compos eſſe non poterat, maxime cum a Saxone juberentur in hæreſi obdureſcere: addidit Palatinus Cæſareo nomine, ut quid ipſis collocutoribus videatur, ad Cæſaream Majeſtatem, ſuoſque ordines referatur, ut his cum Legato Pontificio communicatis, certum quid decernatur, modo ne quid de Auguſtano decreto decedat. Proteſtantes V. Idus Aprilis collaudato Cæſaris ſtudio Wormatienſe colloquium continuari flagitarunt.

Hujus dietæ exordium ac progreſſum placet hoc loco decerpere ex literis Epiſcopi Aquilani Ratisbonæ tunc commorantis ad Cardinalem Farneſium, & Cervinum directis. Ubi vero ab aliis authoribus ille diſcrepat, vel aliquid prætermittit, ſuis locis adnotabimus.

Reverendiſſimis, atque Ampliſſimis Dominis Alexandro Farneſio Vice-cancellario digniſſimo, & Sanctæ Crucis Cardinalibus Dominis ſuis obſervandiſſimis.

VII. *MS. Car. Pii to. 64.* Relatio Ratisbonenſis colloquii.

Accipite breviter, quæ Ratisbonæ uſque ad XVI. kal. Junias acta ſunt. Poſt delatam ab omnibus, tam Catholicis, quam Proteſtantibus ad Cæſarem eorum, qui tractaturi erant Chriſtianæ Religionis colloquium, electionem, ac numerum, Cæſar rem ipſam, & cauſam per pauciores, quam Wormatiæ, & Haganoæ factum fuerat, agere, operæ pretium ratus, tres tantum ab utraque parte Theologos nominavit. Cardinalis Contarenus ſcripſit, Cæſarem Dietæ commiſiſſe collocutorum electionem; & cum Dietæ placuiſſet, ut Cæſar ſuo arbitrio, quos vellet, deputaret, illos denique elegit. Sequitur Epiſtola. *En Catholicis Eckium, Gropperum, & Julium Pflug; ex diſſidentibus vero, Melanctonem, Bucerum, & Jo: Piſtorium; quibus Præſidentes duos, Præclariſſimum Principem Fridericum Comitem Palatinum, & illuſtrem Dominum Granuellanum adhibuit.* Sed duos iſtos Præſidentes non ſincere de fide ſentire aliquis erat rumor, quatenus Cardinalis Aleander, dum in Germania moraretur, Fridericum Palatinum in Eccleſiæ, & Imperatoris fide vacillantem agnovit. De Granuellano vero multi valde ſuſpicabantur, ut ſequens Epiſtola oſtendit.

Apud Pallavic. to. 1. l. 4. c. 14. n. 2. *Ubi ſup. l. 22. n. 50.*

Ext. in mſ. Arch. Vat. tom. 3226. p. 90.

Significavit VI. Aprilis Cardinali Farneſio Clandius Internuntius, Ducibus Bavariæ maxime ſuſpectam concordiæ cum Lutheranis actionem, ne Religionis cauſa prodatur, atque Granuellanum, tum ab ipſis, tum a Moguntino in ſuſpicionem adduci, nec ſpem bonam ex iis comitiis ipſis affulgere. Moguntinumque dixiſſe, en arcano ſibi, Imperatorem in his conventibus multam ſuæ exiſtimationis iacturam paſſurum, qui ſi non pacatis rebus Germanicis diſcedat Germania, non modo Lutheranos, ſed etiam Catholicos, qui etiam Imperatorem ſibi præfecturi ſunt, hoſtes perſenſurum, atque omnino a Lantgravio, quem ad ſe pellicere tentant, illuſum iri. Ratisbonæ VI. *Aprilis MDXLI.* Sequitur Epiſcopi Aquilani Epiſtola.

Inſuper ſex Aſſiſtentes, quorum hæc ſunt nomina. Eberardum de Foleſuberg, pro Reverendiſſimo, atque Illuſtriſſimo Principe Cardinale Moguntino. Didacum Comitem a Manderpett, pro Reverendiſſimo Colonienſi. Henricum Has Vicecancellarium Palatini, Franciſcum Rivardæ Cancellarium Saxoniæ. Jo: Jai Cancellarium Lantgravii. Jo: Sturmium pro Argentinenſibus; & ad V. kalend. Majas Chriſto Optimo Maximo bene aſpirante, cœptum eſt ſanctum ipſum Chriſtianum colloquium [quod quidem ob ſanctiſſima, quam continet cauſam, ſolum ſanctum, dici poſſe, ac decere, exiſtimo.] Ego Cæſaris ſanctiſſimam mentem recogitans, qua ad conciliandos ſibi, ac inter ſeipſos conciliandos horum Principum animos prudentia utitur, horum Principum in Cæſarem officio, ac pietate indicibili: præterea quod de ſe omnibus æque Reverendus Legatus conciliavit opinionem, in mea illa ſententia in dies confirmor, Chriſtianæ Religionis cauſam, licet innumeris prope difficultatibus implicatam, optimum tamen per hæc comitia habiturum exitum, daturumque Chriſtum, & Summo Pontifici, & fœliciſſimo Imperatori Religionem ipſam tot annis venatam, & prope extinctam priſtinæ unioni, dignitatique reſtituturum.

VIII. Vanum fuit vaticinium Epiſcopi; qui multis, magnificiſque verbis pergit oſtendere, defendereque, maxima prudentia ſex Aſſiſtentes, quamvis pars eorum Lutherana eſſet, & pars illis faveret, electos ad colloquium fuiſſe. At ille non noverat pertinaciſſimam Lutheranorum impietatem, qui fraudibus & inſidiis rem catholicam profligare nitebantur, piaque Cæſaris vota eludebant. Traditus eſt autem Cæſareo juſſu colloquutoribus liber, qui continebat viginti duos articulos de controverſiis inter Catholicos, & Hæreticos, de quo ita Goldaſtus. *Ut igitur delecti collocutores [ita ait, qui nomine Cæſaris librum examinandum obtulit] modum, & certam rationem haberent ordine procedendi in ſua collocutione, Cæſarea Majeſtas collocutoribus offerri curavit librum, a viris quibuſdam erudiris, & piis [tales enim a fide dignis ſuæ Majeſtati commendati ſunt] conſcriptum, in quo media, & viæ continentur conciliandi articulos, qui in controverſia ſunt.*

Melchior. Goldaſt. conſt. Imperial. to. 2. anno 1541.

IX. Hujus libri Author nunquam certo patuit. *Conſcriptus fuit* (ait Cochlæus) *liber quidam a nonnullis, quibus & Bucerus fraudulenta ſimulatione ſe immiſcuit.* Surius autem ita tradit. *Conſcriptus autem fuit liber quidam a nonnullis, quibus etiam Bucerus mirabili vafricia ſe immiſcuit.* Jo: vero Eckius unus e colloquutoribus, poſtquam librum vidit, conſideravitque, hanc protulit de eo ſententiam. *Neque placuit, neque placet iſte liber inſulſus, neque placebit, in quo tot errores, & vitia deprehendi, unde judico, ſicut ſemper judicavi, eum a Catholicis non recipiendum, qui relicto modo loquendi Eccleſiæ, & Patrum Melancthonizat.*

X. At impium profecto fuit, quod in Articulo II. §. 2. de Libero Arbitrio, libertas diſtinctis his verbis convellitur. *Libertas faciendi boni, & continendi ſe a malo per hominem lapſum, eſt amiſſa, ſola libertate a coactione retenta, quæ tam eſt in malis, quam in bonis.* Hæc Melancthonis vel Buceri hæreſis inſtaurata fuit a Janſenio, damnataque ab Alexandro VII. In propoſitione tertia: ex Lutheranis etiam placitis in eodem Articulo ſtatuitur. *Valere tantum libertatem ad efficienda opera externa, & vitæ præſentis, tam bona, quam mala.* In Articulo IV. §. 6. *Dicitur in renatis remanere materiale peccati.* §. 11. Additur hoc, *malum a Deo non imputari.* Quibus verbis ſubdolis Lutherana impietas obvelatur, nam licet remaneat concupiſcentia, & ſit ex peccato, & ad peccatum inclinet, peccatum tamen non eſt: & ille articulus a Leone Decimo jam damnatus erat.

Errores reperti in libro, quem Jo. Eckius non approbavit.

In Articulo V. de Juſtificatione §. 4. Lutherana impietas latet his verbis involuta: *Fides viva eſt, quæ & apprehendit miſericordiam in Chriſto, ac credit juſtitiam, quæ eſt in Chriſto ſibi gratis imputari.* His conſentanea Calvinus impie blateravit, quæ Lutherani Symmiſtæ finxerant.

In Articulo VI. de Eccleſia, multa de Electorum Eccleſia inviſibili ingeruntur, viſibilis autem ambiguis verbis definitur, ut quævis Hæreticorum Synagoga eam definitionem ſibi accommodare poſ-

poſſit; non enim additur differentia diſtinguens, nempe eam, cui præſit Romanus Pontifex, ut Joannes Palæologus Græcorum Imperator in literis ad Urbanum Quintum profeſſus eſt.

In Articulo VIII. de Pœnitentia, multa de Pœnitentia agenda differuntur, ſed neceſſaria ſingulorum peccatorum confeſſio, a qua abhorrent Lutherani, ſilentio præteritur.

In Articulo IX. de authoritate Eccleſiæ in diſcernenda, & interpretanda Scriptura, cum libri Author, Eccleſiæ authoritatem in capite ſuo reſidentem in Œcumenicis conciliis rite celebratis agnoſcere debuiſſet, hæc ſilentio preſſit, immo ut Pontificem, qui in dubiis conſuli debet, excluderet. §. 6. hæc addidit. *Non eſt hæc authoritas apud ullum privatum requirenda, ſed ad totam Eccleſiam, & ad communem conſenſum omnium piorum recurrendum eſt, quæ eſt univerſitatis teſtificatio Spiritus Sancti*. Sub hac autem verborum latebra Lutherani, quia ſe ſolos pios jactabant, ipſorum conſeſſui impio teſtificari Spiritum Sanctum ſomniabant. In Art. XVI. de Eccleſiæ Hierarchico Ordine Author libri collatam Petro, & Succeſſoribus in omnes Patriarchas, & Epiſcopos authoritatem extenuat, ac vult poteſtatem illi collatam, *Non ipſi ſoli, ſed tamen ipſi principaliter cum aliis*. Conſtat autem ipſi ſoli ſupremum in omnes Principatum collatum iis verbis: *Paſce oves meas, tibi dabo claves*. Et §. 7. Hec verba ambigua repetit: *Patriarchæ, ſeu Primates initio tres tantum numerabantur. Quorum Romanus veluti Cathedram Petri Vicaria ſucceſſione obtinens, primus judicatus eſt, non quod dignitate Sacerdotii cæteros antecelleret, ſed magis amplitudine ſolicitudinis, & prærogativa jurisdictionis, ut Eccleſiæ unitas conſervaretur, anteires*.

In Articulo XX. §. 6. Libri Author fingit cum Lutheranis, Sacramentum integrum non ſumi ſub una ſpecie. *Cum*, (inquit) *jam plurima in Germania plebs perſuaſa ſit, Chriſti mandatum, & inſtitutionem, requirere, ut integra Sacramenta accipiat, & omnino cavendum, ne quis ad hæc ſacroſancta myſteria participanda, cum mala conſcientia accedat, operæ pretium videbitur, ſi Eccleſia ad medendum his malis omnibus liberum faciat ſub altera, vel utraque ſpecie communicare*. Quibus verbis inſulſe fingit Author, tolli periculum, ne indigne ſumatur ſacramentum ſi ſub utraque ſpecie ſumatur.

In Articulo XXI. §. 9. diſceptat author de permittendis uxoribus Sacerdotibus; *Vetus* (inquit) *Eccleſia eos, qui tantum unius uxoris mariti eſſent ad Sacerdotium aſcivit, ac decrevit etiam, ne tales uxores ſuas Religionis obtentu abjicerent*.

Cum igitur tot erroribus liber refertus eſſet, non erravit Eckius, male de illo ſentiendo, immo ipſius Imperatoris, qui librum collocutoribus propoſuit, intentio non fuit, ut mendacia approbarentur, ſed ut iis deletis, ſolummodo, quæ concordiæ deſervirent, firmarentur; & hoc ſignificavit, qui librum collocutoribus tradidit, ſic loquens: *Cum ſit autem Cæſarea Majeſtas ut in præſentiarum, quos Præſidentes, & auſcultatores ordinavit, liber per capita legeretur, quo ſic omnia, quæ ad concordiam momenti aliquid habent, conſignari poſſent; contra vero, ſi quid occurret, quod non videtur admittendum, aut rejiciendum, id corrigerent, & emendarent*. Modo Epiſtolæ Epiſcopi Aquilani ſequamur narrationem. *Goldaſt. to.2.conſt. Imperial. in Dieta Ratisbonenſi an. 15 p.183.* Imperatoris intentio non fuit errores libri approbare.

XI. *Kalendis Maii, cum interim fuerit Chriſti gratia, ſuper Articulis de Peccato Originali, de Fide, de Juſtificatione, de Operibus concordatum, ceptum eſt, agi de Sacramento Euchariſtiæ, ubi variæ fuerunt, ſuntque adhuc difficultates, & contentiones*. Eadem in ſuis literis ſcripſit Cardinalis Contarenus, narrans, totam difficultatem in verbo Tranſubſtantiationis verſari, quod Lutherani nolebant audire; & quamvis Granuellanus totis viribus ſuaderet, (ut paulo infra in Epiſtola Claudii Internuntii videbimus) auferendam eſſe hanc vocem, Legatus tamen, ut hoc fieret, nunquam ſuum præſtitit conſenſum. Sequitur Epiſtola. *Verum videntes noſtri, eſſe & inter ipſos diſſidentes in eo Articulo diſſenſiones, eo quod Lutherani aſſerant, in Euchariſtia verum Chriſti Corpus, Sanguinemque eſſe; Sacramentarii vero, quorum primus eſt Bucerus, eſſe ſignum dumtaxat, & commemorationem affirment, procurarunt, ut prius diſſidentibus inter ſe, hoc eſt, Melancthone, & Bucero, in eo ipſo Articulo convenirent, ſperantes poſſe deinde, longe facilius ad illius veritatem pervenire. Hæ diſſenſiones magnam profecto cauſæ turbationem peperere, maximaque affecere moleſtia, & Cæſarem, & Reverendiſſimum Legatum, ipſumque Dominum Granuellanum, neque tamen a quoquam ipſorum ullum ad veram concordiam faciens opportunum remedium prætermiſſum eſt*. *Apud Pallavic. to.1. l.4. c.14. n.6.* Sequitur narratio colloquii.

Ad VII. Idus Maii Præclariſſimus Princeps, Brandeburgenſis Elector, ſplendidiſſima cœna Lantgravium, Comitem Palatinum, Dominum Granuellanum, & Pratenſem, Saxoniſque Conſiliarios in domo ſua benigniſſime ſuſcepit, ut tentaretur,

an ipſa familiari commeſſatione, poſſent eorum Principum animos, multis profectò, quibus uſi ſunt, perſuaſionibus ad huiuſce Articuli veritatem, hoc eſt Euchariſtiæ veram, & ab univerſali Eccleſia receptam doctrinam perducere, fuitque cœna ipſa non prorſus inutilis.

Et quidem cauſam fidei ad bonum portum adduxerant; quando ejus veritatem inter pocula, & non in Sacris Scripturis reperire ſtudebant. Sequamur Epiſtolam. *Reverendiſſimus Legatus, D. Granuellanus, bonique omnes ſperant indubie, diffidentes ipſos debere, poſt multa convinci, licet, non abſque ſummis laboribus, eo quod diſſidentium Theologi adeo in perſuadendis Populis proceſſerunt, ut non videant, quonam pacto nunc poſſint, abſque maximo Populorum indignationis periculo, palinodiam canere, atque ob id totis viribus, in ſua opinione tuenda inſiſtunt.* Idem Contarenus Legatus ſcribens, affirmat, Melancthonem, & Bucerum falſarum illatum opinionum quaſi ſigniferos, veritatem confeſſuros fuiſſe, niſi timor Principum, quos ſeduxerant, illis impedimento fuiſſet. Proſequamur Epiſtolam.

Pallavic. ubi ſup. n. 11.
Doctores hæreticorum veritatem non fatentur timore Principum.

Speratur tamen, quod ſi in hoc Euchariſtiæ Articulo convenerint, in reliquis non erit adeo laborandum; præter cætera id unum eſt, quod omnibus ſpem maximam facit, aſſertio Cæſaris, ſe nullo hinc pacto, niſi rebus bene compoſitis, diſceſſurum, atque etiam, quod omnia ſcitu, conſiliiſque Reverendiſſimi Legati in colloquio, a noſtris Theologis tractantur, & diſputantur; his ad hunc diem ſic ſe habentibus, dignoſcens Cæſar diſſenſiones, ob eam, quam diximus, cauſam, quod Populorum indignationem extimeſcant, non poſſe ex obſtinata eorum aſſertione detrudi; eſſe tamen nonnulla media, quibus poſtea tutius id, & ab ipſis, & a nobis agetur. Statuit, ut ipſe Euchariſtiæ Articulus in aliud tempus reiiceretur, atque interim procederetur ad aliorum concordiam, quod quidem omnibus æque probatum, gratumque extitit; quare hodie cœpta eſt diſcuſſio articuli de Confeſſione, in quo & ſperatur concordia, & ut in hoc, & in reliquis Chriſtus Optimus Maximus juxta promiſſum ſuum favere velit, impenſe oratur. Ratisbonæ VI. Kal. Junias MDXLI.

Pallavic. ubi ſupra n. 12.

Dominationum Veſtrarum Reverendiſſimarum ſervus B. Epiſcopus Aquilanus.

Lib. 22. n. 50.

Ex his colligitur ſæculares Principes ſeſe immiſcere Theologicis diſputationibus non debuiſſe, ſed ſententiam Pontificis exequi, & armis frangere rebelles, ut ex dicendis magis illuſtrabitur.

XII. In eo diſceptationis æſtu colloquutores de levioris momenti difficultatibus tantum convenere, non de gravioribus, ut rectè adnotavit Belcarius. *De quibuſdam* (inquit) *non ita magni momenti capitibus inter colloquutores convenit, de præcipuis non convenit, nempe de Eccleſia, ejuſque poteſtate, de Corporis, & Sanguinis Chriſti Sacramento, quam Euchariſtiam vocamus, de Satisfactione, de Unitate, & Ordine Sacrorum Miniſtrorum, de Sanctis, de Sacra Liturgia, quam Miſſam vocant, de uſu integro Sacramenti, id eſt, quod ſic unus integer ſub una ſpecie, de cœlibatu. Cæſari pridie kal. Junii redditus eſt liber, capitibus, de quibus convenerant, emendatis.* Hoc idem Cochlæus hoc modo. *Hi ergo ultra menſis ſpatium conſiderate librum diſcutiebant, ac omnibus interim aliis Imperii negotiis poſthabitis, & ſuſpenſis, in quibuſdam tandem illius libri Articulis concordarunt. Finito autem colloquio, Cæſari reddiderunt librum, non in ea forma, qua acceperant, ſed in alia, quam concordiæ magis propinquam exiſtimabant.* Cæſar omnibus primum cum Legato communicatis, Dietæ librum, ſimul cum difficultatibus, in quibus convenerant, vel diſcrepaverant, propoſuit, cunctoſque rogavit, ut ad concordiam firmandam, omnia attente conſiderarent, ſicque Dietæ locutus eſt. *Jam vero cum Cæſareæ Majeſtatis voluntas, & conſilia ſemper reſpexerint, hodiernoque die reſpiciant, ut iſtud negotium præcipue ad Dei gloriam, & totius Chriſtianitatis, maxime vero omnium, ad Sacri Imperii Romani tranquillitatem, & unitatem decidat, quo ſemel pernicioſa iſta in Religione diſſenſio tollatur e medio, & quicquid hinc detrimenti accidere poteſt, præcaveatur, clementer & ſerio rogat, & obteſtatur Sua Majeſtas, Electores, Principes, & cæteros Ordines Imperii, ut juxta ea, quæ ſua Majeſtas initio horum comitiorum propoſuit, ipſi omnes, & ſinguli, non minorem diligentiam, ac ſtudium, quam ſua Majeſtas fecit, adhibere velint, & librum cum Articulis Proteſtantium accurate expendere, idque primo quoque tempore, ſuas denique ſententias, & conſilia ad Cæſaream Majeſtatem referre. Neque vero ſolum deliberare de articulis concordatis, & inter ſe conſultare, pro conditione, & neceſſitate rerum, quantum ipſis utile, & expediens viſum fuerit, ut ſic incommoda plurima vitari poſſint.* Catholici, Proteſtanteſque librum acceperunt, ſimul cum aliis ſcripturis, in quibus res concordatæ adnotatæ erant, quibus Principes Catholici iſtud dederunt reſponſum.

Conveniunt Hæretici in minoribus difficultatibus.

In actis Luther. an. 1541.

Goldaſt. ubi ſup. p. 283. n. 5.
Cæſar cum Legato omnia communicat.

Goldaſtus ubi ſup. p. 222.

Reſponſum Electorum, & Principum Romanum Pontificem agnoſcentium datum Imperatoriæ Maieſtati de actis colloquii.

XIII. Principes & Electores Catholici reſpondent Imperatori.

Poſtquam Invictiſſimus Imperator, Dominus noſter Clementiſſimus, Electoribus, Principibus, & Statibus clementer patefecit, & ſcripto comprehenſa offerri curavit, ea, quæ conſignata fuerunt a collocutoribus, quos ſua Maieſtas ad id [cum hoc ſibi communes Status detuliſſent] delegit, ut viam, & rationem ad conciliandam religionem, citra tamen aliquod præjudicium quærerent, petiitque ſua Maieſtas, ut ab Electoribus iſta cognoſcantur, ſuamque ipſorum ſententiam hi ſuper iſtis rebus Imperiali Maieſtati communicent: Electores, & cæteri Principes, atque horum abſentium Legati arduum iſtud negotium, pertinens nimirum ad gloriam, & honorem Dei Omnipotentis, ſalutem animarum, & communem Germanicæ Nationis utilitatem, diligenter, quantum per temporis brevitatem licuit, expenderunt. Ad negotium igitur hujuſmodi commode expediendum, utile, & conſultum eſſe videtur, ut Cæſareæ Maieſtati ſcripta ſeu collocutorum, in quibus de articulis Religionis controverſis agitur, iterum reddantur, Suaque Maieſtas, tanquam Advocatus, & Defenſor Eccleſiæ Catholicæ humillime rogetur, ut cum Legato Pontificio, juxta decretum Haganoenſe, ſeu collocutorum ſcripta cognoſcere, & communicare velit; præcipue vero articulos, in quibus collocutoribus convenit, exacta, & ſumma diligentia examinare, ita ut ſi quid in collocutorum ſcriptis repertum fuerit, quod vel ſententia, vel verbis pugnet cum Sanctis Patribus, & laudabili Eccleſiæ conſuetudine, ſi quid adhuc forſan abuſum in Eccleſia deprehenſum fuerit, id mutetur, emendetur, tollatur; praterea ſi opus ſit declaratione aliqua, ad ea elucidanda, quæ in Articulis obſcurius poſita ſunt, ea ut adiiciantur: hujuſmodi vero reſolutionem factam referendam, quam primum fieri poteſt, ad Status Imperii, ut ſic cum Imperatoris Maieſtate juxta id quod initio Comitiorum ipſa propoſuit, concorditer Status de his rebus agere poſſint. Ut denique Imperatoris Maieſtas dare velit operam, ut Proteſtantes conſentiant in aliquam Chriſtianam formam, & rationem conciliandi cæteros articulos nondum conciliatos, quod ſi nec a Proteſtantibus impetrari poterit, eſt ad generale Concilium recurrendum, aut ſaltem ad Nationalem Synodum [ſi habendi generalis nulla fuerit ſpes] modo illa rite, & legitime convocetur, quo tandem in Germanica Natione, Chriſtiana pax, & tranquillitas conſervari poſſit. Petitioni Catholicorum Principum Imperator reſponſum ſubjectum dedit.

Goldaſt. ubi ſupra pag. 223.

Reſponſum Imperatoris Electoribus, cæteriſque Principibus, qui articulos conciliatorios ad Legatum Romani Pontificis reiiciendum petebant redditum.

Imperator reſpondit Catholicis.

Imperatoria Maieſtas, Clementiſſimus D. Noſter, reſponſionem Electorum, Principum, Statuum, & Legatorum eorum Principum, qui adſunt, pertinentem ad cauſam Religionis, & ad librum eis a ſua Maieſtate oblatum, probe intellexit. Speraverat autem ſua Maieſtas, Electores, Principes, ac reliquos Status, poſtquam ſatis longo tempore librum habuerunt, ac eum proculdubio examinarunt, aliquanto explicatius, & clarius expoſituros ſuam ſententiam. Porro quia ſemel in ea ſententia, quam obtulerunt Imperatoriæ Maieſtati, obfirmarunt animos, ne officio ſuo deeſſe ſua Maieſtas cuiquam videri poſſit, nihil ipſa intermiſſuram ſe offert in hac re, quod quidem ſuam Maieſtatem decet. Tradere itaque librum Legato Pontificio parata eſt, ac cum eo communicare quo de hujus etiam ſententia fieri certior poſſit. Accepit Legatus librum ab Imperatore, & ſequens reſponſum dedit.

XIV. Ext. in mſ. Card. Pii ſig. 10.64. p. 3. Ext. etiam apud Melch. Goldaſt. to. 2. pag. 223. Reſponſum Legati de libro.

Nos Gaſpar miſeratione Divina Tituli S. Apollinaris S. R. E. Presbyter Cardinalis Contarenus, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ in partibus Germaniæ de latere Legatus, requiſiti a Cæſarea Maieſtate, ſuo, ac Reverendiſſimorum, & Illuſtriſſimorum Principum Sacri Romani Imperii nomine, quid nobis videatur de his, quæ in negotio Religionis tractata ſunt inter collocutores Catholicorum, & Proteſtantium a Cæſarea Sua Maieſtate, cum quibuſdam apoſtillis utriuſque partis, necnon in quibuſdam quaternionibus Proteſtantium; dicimus, quod omnibus bene diſcuſſis, & conſideratis, nobis videtur: cum Proteſtantes in nonnullis articulis diſcedant a communi conſenſu Eccleſiæ Catholicæ, in quibus tamen non deſperamus aliquando ipſos quoque [Deo bene juvante] nobiſcum conſenſuros, nihil amplius de reliquis omnibus agendum, ſed remittenda Summo Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi, qui vel in Concilio generali, cujus celebratio non multo poſt fiet, vel modo alio magis opportuno, ſi res ita exegerit, ea poterit juxta Catholicam veritatem definire, necnon habita rerum, & temporum ratione ſtatuere, quæ videbuntur fore expedientia Reipublicæ Chriſtianæ, & huic inclytæ Nationi Germanicæ.

Reſponſionem Legati male intelligunt, & calumniant.

Licet ſententiam ſuam ſat nitide Cardinalis Legatus expoſuiſſet, tamen illius verba nonnulli in contrarium ſenſum torque-

que-

quebant, quaſi ille ſenſiſſet ea capita præſcripti libri, in quæ colloquutores conſenſerant, uſque ad futurum Concilium veluti definita tenenda eſſe: erant vero aliqua, in quæ Catholici colloquutores conſenſerant, quæ pugnabant cum recta fide, ſive Julius Pflugius, & Joannes Gropperus Theologica ſcientia non ita expoliti eſſent, ſive ſtudio concordiæ ad ineundam Cæſaris gratiam, Lutheranis plus æquo adblandirentur. Cum enim Lutheranum dogma in eo cardine maxime vertatur, hominem ſola fide juſtificari, atque etiam eam fidem diſerte ſtatuant eſſe fiduciam, ſive perſuaſionem, qua impius credat, ſe per fidem juſtitiam Chriſti apprehendiſſe, & hæc fuerit lata perditionis porta, per quam improbi Catholici ſine operibus fidem ſufficere male a Luthero perſuaſi, ad inferos præcipitati ſunt; ac licet hæc propoſitio de ſola fide in alio Auguſtano conventu diſputante Joanne Eckio ab ipſis Lutheranis damnata fuiſſet, tamen in hoc extremo colloquio Pflugius, & Gropperus (reclamante Joanne Eckio) male cum Lutheranis, hominem ſola fide juſtificari, conſenſerunt, ut refert Joannes Eckius in ſua adverſus Bucerum Hæreſiarcham de Pflugii, & Gropperi lapſu triumphantem Replica: *Quomodo, inquit, ad omnes articulos conſenſi, qui diſſenſi a quinto, immo fortiter reſtiti, ut in Apologia liquet, & ſupra in hac Replica, immo omnes Lutherani non poſſunt unquam mihi perſuadere, ut aſſentiar ſolam fidem juſtificare? Sed obiicis: Permiſiſti? fateor, dum vos tres ſectarii acceptaſtis articulum, & mei Collegæ duo vobis ſubſcriberent, & Præſides majorem numerum attenderent, & ego pro debito officio dictante conſcientia, & obedientia Cæſaris eu Scripturis, & aliis certo oſtenderem articulum falſum, & nihil mihi reſponderetur: quid amplius facere debui, & fruſtra niti, profecto reclamare non eſt conſentire. Confidebam coram Legato, & Ordinibus Imperii, reſarcire ea, quæ Catholica ſunt, & in colloquio obtinere non potui.*

Jo. Eck. in Replica adverſ. Bucer. p. 75.

Porro, graviſſime lapſi ſunt Gropperus, & Pflugius conſentiendo Lutherano errori, a quo melius edocti diſceſſerunt; cum nuſquam in tota Scriptura legatur, ſola fide juſtificationem conferri; immo contrarium nitide atque expreſſe Chriſtus, atque Apoſtoli docuerint: nam Matth. 7. dixerat de credentibus mandata non ſervantibus. *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in Regnum Cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum Cœlorum.* Paulus etiam in epiſtola ad Rom. cap. 2. pronuntiat. *Non auditores Legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.* Et in epiſt. ad Corint. *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum.* Et quia hæc hæreſis de ſola fide olim Apoſtolorum temporibus pervaſerat in plures impios, ideo Jacobus Apoſtolus in eam pluribus verbis declamavit. *Non auditor obliviosus factus, ſed factor operis beatus in ſuo facto erit,* & iterum cap. 2. *Si fidem quis dicat ſe habere, opera autem bona non habeat, numquid poterit fides ſalvare eum? Et rurſus, fides ſi bona opera non habeat, mortua eſt in ſemetipſa,* & in fine ejuſdem capitis. *Videtis quoniam ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantum, id eſt non ex fide ſola;* Adverſus tot perſpicua teſtimonia objiciebant plures argutias, Lutherani petitas ex depravato Scripturæ ſenſu, veluti eam Apoſtoli ad Romanos ſententiam: *Arbitramur juſtificari homines per fidem ſine operibus Legis* Reſpondetur non dici per fidem ſolam, & per Legem intelligi opera, & vires naturæ, vel Legem Moſaicam, & ceremonialem, de eadem etiam loquitur manifeſte in epiſtola ad Galatas: *Scientes, quod non juſtificatur homo ex operibus Legis niſi per fidem Jeſu Chriſti, & nos in Chriſto Jeſu credimus, ut juſtificemur ex fide Chriſti, non ex operibus Legis.* Hunc vero eſſe ſenſum Apoſtoli, ex antecedentibus & conſequentibus patet, ut ait Hilarius, *circumſtantiæ Scripturarum ſolent Scripturæ ſenſum aperire.*

Matt. c. 7.

Rom. c. 2.

Ad Corinth. c. 14.

Jacob. in epiſt. c. 1.

Cap. 2.

Paul. ad Rom. c. 3.

Paul. in epiſt. ad Gal. c. 2. verſ. 16.

Dum vero præſenti anno vigeret hæc controverſia, Contarenus Cardinalis Legatus publico ſcripto profeſſus eſt, non ſe amplecti capita doctrinæ, quæ colloquutores, non ponderatis ſententiis, ſed numeratis admiſerant, atque ea ad Pontificem vel Concilium referenda, ac dirimenda promulgavit, tum etiam quæ ſibi erant falſo impoſita confutavit.

Nos Gaſpar miſeratione Divina Tit. S. Apollinaris S. R. E. Presbyter Cardinalis Contarenus, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ in partibus Germaniæ de latere Legatus, poſtquam ſcripturam noſtram, quam nuper in negotio Religionis ſuper tractatu colloquutorum a Cæſarea Majeſtate in eadem Religionis cauſa deputatorum eidem Cæſareæ Majeſtati obtulimus, variam a Principibus, & Statibus Imperii interpretationem fieri intelleximus, quibuſdam ita interpretantibus, quaſi quoſdam articulos, quos quidem concordatos eſſe contendunt, acceptandos, & uſque ad futurum Concilium tolerandos, & ab omnibus ſervandos eſſe voluerimus

XV.

Ext. apud Goldaſt. to. 2. pag. 225.

Legatus Contarenus ſe de objectis purgat, quæ calumnioſe illi aſcripſerant.

rimus, aliis contra putantibus, non totum hunc colloquutorum tractatum, omniaque, quæ in ipſo acta, & quomodocumque diſputata ſunt, ad deciſionem Summi Pontificis, & Apoſtolica Sedis in concilio generali, &c. remiſiſſe. Nos, ne ulla in hac parte dubitatio relinquatur, ſed ut mens, & voluntas noſtra clare intelligatur, ſic mentem, voluntatemque noſtram declaramus, nihil in hoc toto negotio per prædictam noſtram ſcripturam quacumque ratione decidere, aut quod aliqui articuli prædicti tractatus acceptentur, aut uſque ad futurum Concilium tolerentur, vel ſerventur, definire voluiſſe, ſicut nec adhuc quidem decidimus, aut definimus, ſed tractatum prædictum totum, omneſque ejuſdem articulos Summo Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi in concilio generali, vel in alio, ut in ſcriptura diximus, &c. definiendum remiſimus, quemadmodum & adhuc remittimus, quam quidem ſententiam noſtram, ut antea Cæſareæ Majeſtati ore declaravimus, ita nunc hoc ſcripto teſtamur, & confirmamus. Ita eſt, Cardinalis Contarenus Legatus ſcripſit.

XVI. Goldaſt. conſt. Imp. to. 2. pag. 227. Principes Catholici aliud reſponſum dederunt.

Principes Catholici poſt primum reſponſum, aliud ut ſequitur dederunt.

Reſponſum Principum, Romanum Pontificem agnoſcentium, datum Imperatori ad propoſitam de Religionis negotio declarationem.

Catholici Principes, ac Status, quantum per temporis brevitatem licuit, expenderunt ſcriptum recenter ipſis ab Imperatoria Majeſtate oblatum, una cum reſolutione Pontificii Legati. Probe vero memoria repetunt Imperatoriam Majeſtatem, & in aliis Comitiis, & in præſentibus, mirificum laborem, ac ſtudium ſemper adhibuiſſe, ut Religionis controverſiæ componerentur, ac de reformatione Chriſtiana cogitarent, de qua voluntate Catholici Principes, & Status ſuæ Majeſtati humillime, & cum omni ſubmiſſione gratias agunt.

II. Quia vero Imperatoria Majeſtas ſignificavit, ſe intra paucos dies hinc diſceſſuram, non videtur eſſe neceſſarium, ut Status ſupervacaneis, ac prolixioribus ſcriptis, aut diſputationibus ſuæ Majeſtati ſint moleſti, tum vel eam, vel ſeipſos diutius remorentur, ſed in hoc potius incumbendum, ut Chriſtiane tandem finis huic negotia imponatur, ita tamen, ut tantiſper, dum id fit, Imperatoria Majeſtas adſit. Quod, ut faciat, humillime roganda eſt.

III. Ut autem ad Imperatoriæ Majeſtatis ſcriptum reſpondeatur. Initio fatentur Status, ſibi compertum eſſe, quod in Germania, & aliis Nationibus, immo toto prope Orbe Chriſtiano non pauci abuſus, ſectæ, hæreſes, & ſchiſmata paſſim obtinuerint, quæ omnia ſine generali Concilio extirpari, aut emendari nequaquam poterunt.

IV. Fatentur etiam Status Catholici, non decere ſe, ut immutationi alicujus Religionis, Cæremoniarum, aut Rituum [quæ per aliquot centenos annos durarunt, partim etiam a Conciliis ſunt inſtituta] vel conſentiant, vel mutari talia permittant, eo quod Summus Pontifex per ſuum Legatum ſeſe offert ad celebrandum Concilium intra breve tempus, velitque hac de re Imperatoria Majeſtas in propria perſona colloqui cum Summo Pontifice. Quod propoſitum Pontificis, Status Catholici ſupplicant eidem Pontifici ut exequatur, & omni amota procraſtinatione, Chriſtianum, & generale Concilium indicat, indictumque haberi curet in loco aliquo commodo Germanicæ Nationi, quo ſic multarum animarum perditio præcaveatur.

V. Porro, ſi negotiis ſæcularibus impediti Potentatus Chriſtiani in propria perſona venire ipſi ad Concilium non poſſent, nihilominus tamen, ut Concilium procedat, Summus Pontifex dare operam debet, ſimulque apud Potentatus, qui ipſi Concilio comparere non poterunt, diligentiſſime inſtare, ut hi ſuo nomine, & loca, eruditos, probos, & idoneos plena cum poteſtate Commiſſarios mittant, ut ſemel Chriſtianitas ipſa in formam, & vitam vere Chriſtianam reſtituatur, errores extirpentur, Dei denique ira, & plagæ imminentes avertantur.

VI. Quod ſi hujuſmodi generale Concilium non impetratum fuerit [quod tamen Status Catholici confiſi promiſſis Summi Pontificis, & Imperatoriæ Majeſtatis minime fore putant] etiam atque etiam orant Status, ut Summus Pontifex, & Imperatoria Majeſtas dare velint operam, ut ſaltem in Germania nationale Concilium habeatur. Jam ſi nec ipſa ratio habendæ nationalis Synodi Summo Pontifici & Cæſareæ Majeſtati placuerit, rogant Status ut juxta id, quod ſua Majeſtas facturam ſe, & curaturam recepit, ſine omni dilatione, in Imperium Germanicæ Nationis venire velit, atque convocatis Statibus, denuo tentare, ut errores extirpentur, ac omnia, quæ prave intellecta, & accepta ſunt, Chriſtiane diſcutiantur. Atque iſtæ viæ ſolæ reſtant, quibus ſaluti Chriſtianorum conſuli poterit, adeo ut niſi aliqua iſtarum ineatur, magis, atque magis in ſe dividetur Germanica Natio, ejuſdem gloria, honos, & opes interibunt, atque id genus plurima incommoda ad vicinas etiam Nationes pertinget, dictis conſenſere funeſti exitus.

VII. Secundo, Catholici Status decreverunt

runt apud ſe, quod auxilio Dei, conſtanter adhærere velint noſtræ veteri Religioni, & veræ fidei, quemadmodum hæc in ſacris Evangeliis, Conciliis, Statutis, & Ordinationibus Chriſtianæ, & Catholicæ Eccleſiæ, ac doctrina Sanctorum Patrum, ab Apoſtolorum tempore, uſque ad hodiernum diem manſit, & obſervata eſt.

VIII. Præterea, Receſſus, ordinationes, & mandata per Imperatoriam Majeſtatem, & Status Catholicos, præcipue vero decreta Auguſtani conventus, in quæ tamen communiter a Statibus conſenſum eſt, ſequi, & his pariter firmiter in animum induxerunt, indubitato ſperantes, quod reliqui Status omnes, qui in Auguſtanum Receſſum conſenſerunt, eidemque ſigillis etiam ſuis appoſitis ſubſcripſerunt, promiſſis inſuper auxiliis Imperatoriæ Majeſtati, paulo poſt Ratisbon. iterum ratam habuerunt ſubſcriptionem Auguſtæ factam, & tandem Havanoæ tertio Electores, & Principes, qui illic in propria perſona fuerunt, eundem Auguſtanum Receſſum denuo approbarunt, ſervandumque receperunt, adeo ut ſeſe obtulerint collocutoribus de defenſione, ſi quid tentaretur adverſus Receſſum Auguſtanum, quemadmodum in decretis eorum Comitiorum, & ſcriptis in illis exhibitis continetur. Maxime vero inhærendum Auguſtano Receſſui Principes cenſent, & adeo nullo modo recedendum, cum Imperatoria Majeſtas, & in eiſdem Comitiis, & hic, cum in prima ſua propoſitione, tam formula deliberationis, de Receſſu hic continuando, eundem Receſſum Auguſtanum ipſa quoque ſalvum manere ſe velle declaraverit.

IX. Tertio, cum Imperatoria Majeſtas ex ſingulari proculdubio clementia, proponit, Suæ Majeſtati videri articulos, in quibus inter collocutores convenit, & qui conciliati ſunt, ſine ulteriori diſcuſſione, uſque ad concilium recipiendos eſſe, & approbandos, &c. Reſpondent Status, ſe in hoc nullo pacto conſenſuros, neque enim id videri conſultum ob ſequentes cauſas. Primum namque a colloquutoribus poſiti ſunt articuli aliquot minime neceſſarii, ſupervacanei, & de quibus nulla antehac controverſia, nec hodie eſt ſicut primus, ſecundus, tertius, & quartus. Abſurdum autem videri, ut articuli nunquam controverſi concilientur. Preterea quartus articulus de Peccato originali, non hic eſt conciliatus, ſed Wormatiæ; alia tamen forma, quam nunc eſt in ſcripto oblato, propoſitus. Secundo, maximopere neceſſarium erit, ut ab utraque parte denuo eligantur, qui novo colloquio & diſputatione excutiant omnia. Extant enim verba in ſcripto commemorato, quæ non ſunt conſentanea Conſuetudini Eccleſiæ, & formis loquendi a Patribus uſitatis. Ad hæc inſunt ſcripto dogmata quædam minime admittenda, quæ partim obliteranda ſunt, partim mitiganda, & in aliam formam redigenda, præſtiterit itaque negotium iſtud ad menſes adhuc aliquos differre. Tertio, hi articuli ſolum conciliati ſunt, qui minoris momenti ſunt, & de quibus inter doctos non magna antehac fuit controverſia, qui denique non tam periculoſam offenſionem apud plebem vulgo excitarent, quam alii nondum conciliati. Et quia præcipui articuli, atque adeo ii, quibus Chriſtiana fides nititur, ut eſt articulus de Venerando Sacramento veri Corporis, Sanguinis Chriſti, de Adoratione, & reſervatione ejuſdem; Communione Sacramenti ſub utraque ſpecie: Confeſſione, Pœnitentia, & Satisfactione &c. Hi nimirum non ſolum non conciliati ſunt, ſed a Proteſtantibus vehementiſſime impugnati, adeo ut de his nulla conciliatio ſperanda ſit. Quinimmo collocutores Catholicæ partis pluſculum [quam decebat] in his conceſſerunt Proteſtantibus, ita ut, quæ admiſſa ſunt ab illis, emendatione, & declaratione habeant opus.

X. Quarto, quoniam ſi reciperentur articuli conciliati, multis modis poſſet imminui exiſtimatio Summi Pontificis, Imperatoriæ Majeſtatis, & Status Catholicorum, hique omnes, ne ſe hoc nomine variis obtrectationibus exponant, quod periculum eſt: videtur Catholicis Statibus conſultius, & melius eſſe, ut ſuo loco ſcriptum colloquutorum relinquatur, & omnia negotia ad Religionem pertinentia differantur ad Concilium vel Generale, vel Nationale, vel ſaltem ad conventum omnium Statuum Imperii, quemadmodum etiam reſolutio Pontificii Legati conſulit, ut iſta omnia ad Concilium Summi Pontificis reiiciantur.

Lutherani etiam ſuam protulerunt reſponſionem, quam libro, & ſcriptis ab Imperatore oblatis reddiderant; in qua Catholica dogmata pertinaciſſime oppugnarunt, editis ſcriptiunculis, quæ Alphabeti literis decem diſtinctæ fuerunt. In primis adverſus authoritatem Conciliorum, prætulere Conciliis depravatas, diſtortaſque Scripturæ interpretationes, ab ipſis confictas. *Semper* inquiunt *tenenda eſt regula, majorem eſſe authoritatem verbi Domini nobis propoſiti in Scripturis Propheticis, & Apoſtolicis, quam ullius hominis, ullorum Epiſcoporum, ullarum Synodorum, aut totius Eccleſiæ.* Hæc perfidi. Quaſi vero Synodi pugnantia cum XVII.

Goldaſt. to.2. p. 300.

Scri-

Scriptura dicerent, ac non potius contendatur, Concilia Œcumenica melius interpretari ſacram Scripturam, quam perverſi iſti homunciones interpretentur.

Ibid. in ſcript. ſig. lit. b. Adverſus articulum de Tranſubſtantiatione contendere Carnem, & Sanguinem Chriſti cum pane, & vino ſumi, & exhiberi, & nefarii erroris cum deeſſet probatio, verba Hilarii, quibus ipſi damnantur, afferre non erubuerunt: *Hilarius*, inquit, *Domini profeſſione, & fide noſtra vere Caro eſt, & vere Sanguis.* Verum ex integra Hilarii ſententia conſtat, eum loqui de pane & vino rite conſecratis, tunc ſunt objectum fidei: ait enim poſt ſumptionem Chriſtum manere in nobis per aliquam moram.

Ibid. in ſcript. ſig. lit. c. Adverſus articulum de Pœnitentia, & Confeſſione obiecere inſulſe Lutherani. *Conſicerentur conſcientiæ in periculoſam dubitationem, ſi putarent omnium enumerationem neceſſariam eſſe.* Satisfactionem *Ibid. ſig. lit d.* etiam veluti inductam a recentioribus tollendam contenderunt. Traditiones, je- *Ibid. ſig. lit. e.* junia, dieſque feſtos, detortis in pravum *Ibid. ſig. lit f.* ſenſum oraculis damnarunt, cultum & invocationem Sanctorum, incruentum *Ibid. ſig. lit. g* Miſſæ Sacrificium, ut Sacrificium non admittere, privatas Miſſas rejecere, Com- *Ibid. ſig. lit. h.* munionem ſub utraque ſpecie retinendam *Ibid. ſig. lit. i.* contendere, Sacerdotes ad cœlibatum cogi noluerunt, abuſi eo Apoſtoli oraculo, *habeat unuſquiſque uxorem ſuam*, cum Apoſtolus in eo textu de Sacerdotibus non loquatur, vel cœlibatus voto adſtrictis; & alias dicat, habentes damnationem, quia fidem primam irritam fecerunt. Præter hæc impia ſcripta, qui- *Ibid. p. 207.* bus Catholicos ignorantiæ ſuperſtitionis, ſtultitiæ, vitiatæ veteris diſciplinæ Eccleſiaſticæ calumniis onerarunt, etiam Philippus Melancthon duo ſcripta nefaria Cæſari obtulit: in priore deblaterabat id, quod dictum erat, nos per fidem efficacem juſtificari, nimirum intelligendum per fiduciam apprehendentem miſericordiam propter Chriſtum promiſſam, non vero per efficacem fidem, id eſt operantem, ſive cum operibus, vel fide *Ibid. p. 218.* nos præparari ad juſtitiam, ſive charitatem, ut Catholici ſentiebant: permittendas etiam uxores Sacerdotibus idem Melancthon declamavit; in ſecundo vero de emendandis Eccleſiaſticis abuſibus plura effutiit: homo enim hypocrita, cum trabem geſtaret in oculo, in Præſulum, & Sacerdotum Catholicorum oculis feſtucam vidit, nec ſacrificos conſecrari voluit, qui repetendis Miſſis victum quæritarent. Pari impudentia Martinus Bucerus trium inceſtarum nuptia- *Ibid. p. 311.* rum, & maximorum ſcelerum reus, de diſciplina Chriſtiana in Clero, & populo reſtituenda, impium, ac ſceleratum libellum multis hypocriſis phaleris ſubornatum porrexit, in quo conſuluit, ut Epiſcopi, relicta aliis Sacrorum cura, Principatum civilem adminiſtrarent, ac Sacerdotes geniales thalamos pro Altaribus colerent, quos concubinis inſtructos ſub conjugii ſancto nomine puros, & caſtos futuros deliravit, univerſum Eccleſiæ ordinem everſum voluit, divina officia ſuſtulit, Pontificem Antichriſtum eſſe, Catholicos a ſalute devios, orthodoxam veterem Religionem vitiatam, blaſphemiis hiſce de ſua ſuorumque ſalutis perditione gloriabundus aſſeruit. *Art. de diſciplina ponit §. 18.* *Dum aliæ* inquit *nationes ſive ignoratione veritatis, ſive pravis cupiditatibus, ſive oppreſſione tyrannidis Antichriſti impeditæ, ſalutem ſuam negligunt, & vitiatas Religiones, quas repurgatas malunt, ob id non eſt nobis noſtra ſalus negligenda.*

Deteſtanda hæc ſcripta Chriſtianus Daniæ Rex, itemque Dux Holſatiæ, nec non Saxoniæ, Pomeraniæ, Mechelburgi, Brunſvici, Wittembergæ Duces, Georgius Marchio Brandeburgicus, Philippus Haſſiæ Lantgravius, ac plures alii Principes, & Civitates liberæ comprobarunt.

Cum ſpes concordiæ omnino evanuiſ- XVIII. *De tolerantia agitur.*
ſet, de tolerantia politica, ſed nefaria permittenda incœpta eſt negotiatio, ſimulque ad reprimendos Lutheranorum impetus, de Catholico fœdere inter Imperatorem, Regem Ferdinandum, alioſque Catholicos Principes magis firmando actum eſt. Quare Pontifex a Legato Contareno, & ex epiſtolis ſequentibus de hujuſmodi tractationibus certior factus, Cardinali Contareno gravem dedit admonitionem, ut conſtat ex literis, quas referemus poſt epiſtolas Claudii Internuntii hic ſubjectas.

Ext. in mſ. Arch. Vat. ſig. n. 3220. pag. 155. Ex Ital.
Significavit Alexandro Cardinali Farneſio Claudius Internuntius, datis Ratiſbonæ literis XXIX. *Maji MDXLI. Se conveniſſe Granuellanum nomine Cardinalis Legati, monuiſſeque circa articulum de Tolerantia, eam fieri non poſſe ulla ratione, quia Divinum Numen læderetur, cui ratio omnium reddenda ſit: agi de ſalute animæ, atque honore Reverendiſſimi Legati, necnon Cæſaris, atque ipſius Granuellani: præterea ex hujuſmodi tolerantia nullum bonum, ſed majus omnino malum conſequuturum. Cum enim diſſenſio prorſus in ſenſu, & dogmate conſiſtat, adverſarios involutæ concordiæ ſpecie perſuaſuros populis Eccleſiam Catholicam eorum hæreſi aſſenſiſſe, flexuque temporis majus ſchiſma futurum Catholicis eorum hæreſi diſſentientibus, vel ſi aſſenſerint,*

Digitized by Google

omnes evaſuros Hæreticos: ac fuſius ſe demonſtraſſe, Legatum quidem pacis cupidiſſimum eſſe, ſed prius extrema quæque paſſurum, mortemque oppetiturum, quam tolerantiam falſorum dogmatum contra clara, & illuſtria fidei decreta. Tum vero Granuellanum verbis extenuaſſe rei dignitatem, ac pondus vocis Tranſubſtantiationis; *dixiſſeque eam eſſe ſubtiliorem, & pertinere ad doctos, non ad populum, cui credere ſufficiat, Corpus Chriſti eſſe in Euchariſtiæ Sacramento, in eoque adorandum; ſublataque ea difficultate, alios articulos facile conciliatum iri, excepto eo de recenſendis in Confeſſione peccatis: atque optime ſperare, in Comitiis Pontificium Primatum communi Principum conſenſu confirmandum, ſeque in id ſumma contentione incumbere, atque rem a ſe impetratum iri: qua perfecta ab Oratoribus Regis Angliæ ſe factum certiorem, Angliæ Regem arbitria Cæſareo permiſſurum, ut actionem, ac munus reconciliandi illius Pontifici in ſe ſuſciperet, ſperareque rem ex ſententia ſucceſſuram, quo in Eccleſiæ gremium revocato, etiam Lutheranos ad eos articulos, qui modo impetrari ab iis non poſſent, redactum iri, temporique ſerviendum, ac propterea ſibi videri, moroſius eam tolerantiam non reiiciendam, ex qua tantum bonum conſequeretur: nec propterea dici poſſe, ut Imperator, vel nos ipſi iuremus in verba adverſariorum, cum*

Perpendendæ Hæreticorum verſutias.

adverſarii ipſi deprecaturi ſint Imperatorem, ut eos uſque ad Concilium toleret, modo vero ut prætereatur ſilentio vox Tranſubſtantiationis, ne illi repugnare cogantur: aliquos vero ex ipſis Theologis Lutheranis, atque maxime Bucerum pollicitos, ſe, cum hinc diſceſſerint, ſenſum Tranſubſtantiationis prædicaturos. Ad quæ ſubiecit Claudius, nunquam Legatum aſſenſurum, ut conſpicua fidei decreta tot ſæculis culta in dubium adducerentur. Cui Granuellanus ſubdidit, cum Imperator, neque eius Senatores ſint Theologi, harum rerum munus, ac Provinciam prætermiſſuros: verumtamen graviora a ſe prævideri incommoda, ſi concordia non coiret, brevique temporis lapſu univerſam Germaniam in Lutheriſmum prolapſuram. Tum Claudius ſubintulit aliam rationem pro conſervandis Catholicis iniri poſſe, ſi cum Legato conferret, eamque ſtrictim attigit. Subiunxit vero Granuellanus, ſi nitide opiniones utriuſque partis illuſtrarentur, diſcordes futuras, ac Germaniam in maximo diſſidio hæſuram, nec ius adminiſtrari in Iudicio Cameræ, nec Provinciam conſervari poſſe [noluit enim dicere nulla auxilia a Lutheranis adverſus Turcas elici poſſe.] Interrogatus a Claudio Granuellanus, ſi concordia ſanciretur, quo tempore Concilium celebrari poſſet. Reſpondit, de ea re actum iri cum Pontifice, ac velle Lutheranos, ut ipſorum Doctores illi interſint. Cum hæc omnia Claudius Pontificio Legato retuliſſet, ille in ſuſcepta ſententia immotus perſtitit, nulla ratione permitti articulum de tolerantia poſſe, neque ut Tranſubſtantiationis vox ſilentio premeretur: ſe porro dubitare admodum, ne diſſentiente etiam Legato, concordia a politicis ſubdola & fallax concilietur, ut Lutheranorum auxiliaribus armis utantur, atque ex hoc colloquio, Germaniam in concordiam ſuſpenſa fide, ac Religione, vel potius omnino everſa redituram, quamquam tamen hi Cæſarei Adminiſtri ſemper profiteantur, nil a ſe conſtitum iri ſine Pontificis, Adminiſtrorumque eius voluntate. Ratiſbonæ XXIX. *Maii MDXLI.*

Quarto poſt die aliis literis ſignificavit XIX. Ext. in mſ. Arch. Vat. ſign. n.3226. p.158. Ex Ital.
idem Claudius Cardinali, Farneſio, Contarenum Legatum, ultima Maii a Cæſarea Maieſtate accerſitum fuiſſe, atque illi expoſitum colloquii exitum, librumque illi conſignari iuſſum, de quo diſceptatum erat una cum ſcriptis Lutheranorum, in quibus expreſſa ſunt capita, quibus ab eo libro diſſentiunt, ut animadverſo diſcrimine conſuleret, quid agendum eſſet, nullam enim ſpem ſupereſſe, ut Lutherani ad alia iuri fideique magis conſona adduci poſſent: propoſuiſſe neceſſaria ad declinanda incommoda, bellique diſcrimina aliqua utendum tolerantia, atque impetui hæreſeos viam permittendam, eamque corrigendi rationem colligendam, qua modo decerpi poſſet. Ad hæc vero ſubieciſſe Legatum longo ſermone, bellum, diſcordiamque ſibi ingratiſſima accidere, verum divino honori, & cultui, ac fidei conſulendum, ne quid detrimenti patiantur, ac ſi involuta concordia fiat, maius ex ea ſchiſma emerſurum, ac præſenti incurabilius, quod omnino contingeret, ſi Apoſtolica Sedes, Cæſareaque Maieſtas falſis Adverſariorum dogmatibus aſſentirent, vel ſilentio ea præterirent: ſi enim ab omnibus non cognoſceretur, ab iis diſſentire Catholicos, ſpecie concordiæ, traderetur mendacium pro veritate, perfidiaque pro fide doceretur. Dein Legatus adductis multis exemplis author fuit Cæſari, ut ſi impiorum iniquitas cogeret, pacem non ſanciri in Germania, nulla Religionis conſtituta concordia, neceſſarium eſſe, ut omnes agnoſcerent Catholicos a Proteſtantibus circa dogmata fidei diſſidere, nec ullo modo illis conſentire poſſe, ſed omnino ea ut nefaria reſpui, verum in ſpiritu lenitatis, ac ſine bellico fragore, quæ Cæſarea Maieſtas viſa eſt optime ac multo melius, quam

Gran-

Granuellanus, percipere. Porro memoratum librum Legato traditum fuiſſe, cujus exemplar ad Pontificem tranſmittendum ſit, ut de iis ſententiam ſuam promat: ſignificatum ſibi a Granuellano, Lantgravium efferari in iras neque articulis deciſis conſentire velle, atque inclamato libertatis nomine rebellionis ſigna attollere meditari. Contarenum vero Legatum cenſere inter Cæſarem, & Catholicos arctiſſimum fœdus adſtringendum, atque decretis ſanctiſſimis Statum Eccleſiaſticum ad veteris diſciplinæ ſplendorem ſanctitatemque revocandum, atque in his graviores difficultates occurrere, cum plures Catholici privati commodi, quam publici avidiores, privata fœdera cum Proteſtantibus percuſſerint. Cæterum Catholicam Religionem graviſſimum damnum paſſam ex obitu Epiſcopi Viennenſis, qui XXV. Maii Viennæ e vivis exceſſerat. Ratiſbonæ 11. Jun. MDXLI.

Is erat Joannes Faber, de quo ſæpius in ſuperiore, ac in præſenti tomo honorificentiſſima mentio facta eſt.

XX. *MS. Car. Bernardini Spada to. 15. p. 771.* Fœderi Catholico ſe conjungere velle Pontifex declarat.

Admonitus de his rebus Pontifex, ut ſupra diximus, literis Legati Contareni datis ſub diebus vigeſima nona, & trigeſima Maii, ea, quæ ſequuntur, reſpondit.

Quod ad fœdus Catholicum attinet, ſuperfluum eſt dicere intellexiſti enim ex iſpius Pontificis ore, ante suum diſceſſum ex Urbe, animum illius ad id conſervandum promptiſſimum fuiſſe ſemper, & eſſe, hoc ſolum tantummodo addam, quia aliquis dubitavit an Pontifex inter fœderatos numerandus ſit; qua de cauſa ſimul cum epiſtola publicam ipſius fœderis fidem mittimus, ut omnibus hoc clare pateat, quod omnino curandum eſt, ne iſta veritas occultetur, cum Pontifex exiſtimet nullum hominem propter hoc offenſionem acceptúrum eſſe. Quod attinet ad depoſitum pro ipſo fœdere, jam tibi bene innotuit, Pontificem ab initio hujus tractationis, hic Romæ cum effectu, & non verbis tantum mediantibus literis cambii, quinquaginta millia ſcuta, cum tanta requiſiſſent, ſolviſſe, ſicut tunc temporis Miniſtri Imperatoris viderunt, in literis Mercatoribus directis ad hoc, ut dictam pecuniam ſolverent, quas Epiſcopus Mutinenſis ad Conventum Haganoenſem ſecum tulit: quas literas, cum fœdus in illo conventu non ſolum non proceſſerit, ſed potius de eo ſilentium ſummum fuerit indictum, Cardinali Sanctæ Crucis remiſit, ſicut de hoc, in ſuis litteris idem Cardinalis, ubi opus fuit, fidem fecit, idemque Cardinalis, apud ſe, uſque dum in Belgio moram traxit, ipſas literas retinuit, quas poſtea, cum nullus illas petiiſſet, nec verbum de ſupradicto fœdere amplius audiviſſet, ſecum Ro mam tulit, ubi etiam hodie cum ipſo depoſito ſervantur: ita ut pecunia ſemper parata fuerit, ſemperque de illa libere diſponere potuerint, & poſtea nunquam, nec iſtam, nec aliam pecuniam pro dicto fœdere a Sua Sanctitate, nec ejus Miniſtris requiſierunt, ſicut [Deo gratias] uſque ad hanc diem non adfuit neceſſitas a Proteſtantibus ſe defendendi, quare contrarium huic veritati aſſerenti Deus parcat. Et pro Aſcanii Columnæ punitione, quamvis propter hoc neceſſe fuerit multas erogare pecunias, & maximi momenti negotium fuerit, tamen Sua Sanctitas nec minimum quadrantem abſtulit ex pecunia aſſignata pro fœdere Catholico, tametſi hujuſcemodi Aſcanii vexatio impedimento fuerit, ne ſolita auxilia, ſicut res exigebat, & requiſitus fuit, Hungaricis rebus ſubminiſtraret, ſicuti aliis literis ſignificatum tibi fuit, numquam tamen auxilium Regno Hungarico negavimus, ſed tantummodo ad tempus negatum fuit, propter vexationes, expenſas, & pericula, in quibus Aſcanius ſupradictus nos implicaverat, cum quotidie Romam depopulari minaretur, maxime cum non clare appareret, quando, & quomodo iſti tumultus deſituri eſſent.

Nec parva exiſtimanda eſt pecunia quinquaginta millium ſcutorum, non ſolum, quia quaſi pro arrha ſoluta eſt, uſque dum neceſſitas majorem pecuniarum quantitatem exigeret, ſed etiam quia ex Principibus nullus, nec etiam Imperator tantam pecuniam exhibuit: præterquamquod Sua Majeſtas in manibus Mercatorum ſuam pecuniam, ſicut fecit Pontifex, infructiferam non retinuit, ſed in aliis ſuis neceſſitatibus, ſolo nomine debitoris contentus, adhibuit, ſicuti inter alios Epiſcopo Mutinenſi notum eſt. Neque etiam ullus de Sua Sanctitate queri poteſt, quaſi uſque ad hanc horam ſuam expenſarum partem non determinaverit, cum ſervata proportione hoc fieri non poſſit, quando pecunia, juxta quod exigit neceſſitas, exponenda ſit, & Sua Sanctitas ſtet ſemper promiſſis, ut experientia docebit.

XXI. Non probat Pontifex armis aggrediendos Proteſtantes.

Sed quia Granuellanus in præſentibus Germaniæ difficultatibus, exiſtimat, armis comparandum, quod Pietatis ſtudio & ratione obtineri non potuit, quod non ſolum ad defenſionem, verum etiam ad aggreſſionem ſpectat, certum eſt, ſicuti Sua Beatitudo hoc non deſiderat, immo ab hac re alienus eſt, cum judicet, hanc viam ad hæreſes tollendas non conferre, ita nunquam Suæ Majeſtati & cæteris Principibus Catholicis non deerit, quando ob Religionis Chri-

Chriſtianæ neceſſitatem aliquid decernerent & auxilio Pontificis indigerent; & tunc cum aliis in expenſis, quantum propriæ, & Sedis Apoſtolicæ vires permittent, concurſurus eſt, ſed nec conſulere, nec ad hoc hortari intendit, cum remedia adſint meliora, ut inferius dicemus.

Quando vero ſpes affulgeret, ut Proteſtantes pacifice in omnibus articulis veram fidem agnoſcerent, & propter hoc, ſi opportunitas exigeret, ut aliqua eſſet facienda expenſa, ſua Sanctitas conſentit, pro tali re, prout neceſſitas poſtulat, in erogationem partis, vel totius ſummæ quinquaginta millium ſcutorum, & en nunc tibi hæc facultas conceditur. Admonemus tamen, ob hoc Pontificem non velle, ſupradictam pecuniam tali modo erogare, ut fidem aliquis emere videatur, aut Religionem venalem ſoluto pecuniario pretio exiſtimet; nec vult, ut pecunia tradatur, quando reductio Proteſtantium ad fidem, & concordiam cum Catholicis palliata eſſet, vel ipſimet Proteſtantes aliquam damnatarum opinionum retinere vellent, quamvis eis ex tolerantia concederetur, quod ſemper, & maxime in rebus fidei eſt fugiendum, & etiam quia aliquid ſolvere, ut in erroribus perſiſtant, nihil aliud eſt, quam ad pejora homines allicere, quando præmia loco pœnæ tribuerentur qua de re bene omnia perſpicias.

Et ſi ob iſtam ultimam, veram, certamque concordiam pars, vel tota ſupradicta pecunia eroganda eſſet, non ideo fidei Catholicæ in aliquo deerimus, quia ſecuta ad fidem Catholicam reductione Hæreticorum, fœdus ceſſabit, ſicuti e contra, pro Proteſtantium converſione nihil inſumere oporteret, cum ad bellum contra illos procedendum eſſet, cum iſta duo inter ſe directe pugnantia, ſimul eſſe non poſſint.

XXII. Tolerantiam omnino rejicit Pontifex.

Duo conſilia ſupradicta, vel belli cum Proteſtantibus, vel eorum reductionis, concordia mediante, quod ad Pontificem ſpectat, totam cauſam continent. Et ideo tertium tolerantiæ conſilium in una ſola parte executioni mandari, & in reliquum Proteſtantes veritati cedere, in deliberationem non cadit, cum articuli, qui remanent controverſi, ſint fidei adeo eſſentiales, ut hic nobis ſine Jeſu Chriſti ſpeciali mandato non adſit facultas de eis deliberandi; immo legem habemus, quod non ſunt facienda mala, ut veniant bona, quia cum fides indiviſibilis ſit, non partem illius, ſed totam recipere debet, qui inter Chriſtianos optat adſcribi, ut unum cum Catholica Eccleſia corpus efficiat; & ideo Pontifex, totumque ſacrum Cardinalium Collegium [nemine diſcrepante] decrevit, non poſſe huic deſideratæ tolerantiæ aures præbere, nec ob id, quod petitur, nec propter id quod ad ſuam Beatitudinem pertinet, illum fidei candorem maculari poſſe, quem ſui Prædeceſſores uſque ad hanc diem illibatum ſervaverunt, ſigniſque comprobarunt, iſtam eſſe Petri Cathedram, ſupra quam ſua Sanctitas a Deo poſita fuit, ut oppetita etiam morte conſervare, ac defendere velit: & ideo iſtius tolerantiæ tractationi ſilentium imponantur, quia præter gravem Dei offenſionem, quando permitteretur, nec Proteſtantes ad veram fidem adducerentur, quia in ſuis erroribus perſeverarent, cum jactura totius Chriſtianitatis, quæ vana excuſatione perditos iſtos homines imitari vellet, & in futurum fidei Religioniſque regulam, ſicut antea ſemper fecit, nollet ab iſta Sancta Sede amplius excipere, cum a ſe ſeipſa diſcrepantem videret, inficeretque ſe, dum aliorum erroribus conſenſum præſtaret, quia tolerantia de qua loquimur, ad nihil aliud valet, quam ut hæc, tolerantia in Pontifice [ut bene noſti] conſenſum, firmamque legem conſtituat.

Propterea conſiderantes tolerantiam in concordia Chriſtianorum contra fas, & pernicioſiſſimam eſſe, ſicuti in annis præteritis experientia docuit, bellum difficile, & periculis plenum remanet, ut ad illa remedia, quæ nulli noceant, quibuſque Religionis malis mederi poſſit, confugiamus, & Cæſarea Majeſtas, ſi aliquod habet ex omni parte optimum, proponat. Nam Pontifex exiſtimat [& cito poteſt executioni mandari] ut ad concilium confugiatur, cum ſemper elapſis retro temporibus Patres iſto remedio in talibus morbis uſi fuerint, & cum quo aliæ Hæreticorum ſectæ profligatæ fuerunt, quod Sua Sanctitas ſibi perſuadet, tanto libentius Cæſaream Majeſtatem hoc auditurum eſſe, quanto ipſamet ſemper, inſtanterque petiit, uti remedium verum, & ultimum diſcordiarum fidei, quæ modo vigent, & ad hoc præſens Imperialis Dieta coadunata fuit ſcilicet, ut finis diſcordiis imponeretur, & Chriſtiana concordia, & Concilium promoveretur, ſicuti Receſſus Dietæ Haganoenſis clare demonſtrat in decreto celebrationis conventus Wormatienſis, & præſentis Dietæ Imperialis, ſimiliaque leguntur, in omnibus aliis præteritorum conventuum Receſſibus. Additur, cum Granuellanus pro Lutheranis uſque ad Concilium tolerantiam petat, quæ ex cauſis allegatis non eſt ullo modo concedenda, res præſens nos docet, abſque alia tolerantia, temporiſque dilatione, concilium celebrandum eſſe, quia cum concilii indictio jam publicata perſeveret, & ſolummodo ad Cæſaris, & Romanorum Regis mentem obſecun-

ſecundandam, ſuſpenſum fuerit, ut ex illorum literis clare patet, uſque dum pax inter Chriſtianiſſimam Maieſtatem, & Imperatorem, de qua tunc vigebat tractatio, ſtabiliter firmaretur, vel ipſa Cæſarea Maieſtas in Germaniam tranſiens omnibus ſuis viribus curaret, totam illam Germanicam Provinciam ad Catholicam fidem iterum adducere.

XXIII. Concilium proponit Pontifex. Cum autem horum neutrum ad exitum perductum ſit, ſicuti ſperabatur, omnes rationes, quæ concilii ſuſpenſionem ſuaſerant, ſublatæ ſunt; & ideo non eſt amplius trahenda mora, ſed quantocyus concilium congregandum, perducendumque ad finem, cum damnum ex temporis dilatione, & ceſſatione evidenter clareque appareat, certumque ſit, omnem aliam dilationem non poſſe afferre niſi omnimodum Religionis exitium, cum maxime nihil aliud ſit faciendum, quam tollere ſuſpenſionem duraturam tantummodo ad libitum Suæ Sanctitatis, ſicque ſine periculo offenſionis Dei, aliarumque Nationum, nec recedendo in his caſibus a via ſolita Eccleſiæ, abſque ſanguinis effuſione, ſperare pacem, unitatemque fidei, non ſolum in Germania, ſed etiam in univerſa Chriſtianitate, cujus Sua Beatitudo in rebus fidei communis eſt Paſtor, quapropter curare debet, ut ſanitatem non parti, ſed omnibus afferat, & non unam ſanam reddere, alioſque omnes infirmitati ſubjicere, & ſi aliquem ritum vel immutare, vel tolerare opportunum fuerit, in Concilio, ubi omnes convenient Nationes ſtatuemus, quia alias abſque dubio aliæ Nationes uti contemptæ ſcandalum paterentur. Et cum Sua Sanctitas uſque modo conſenſum præſtiterit hujuſmodi particularibus Religionis tractatibus, ſolummodo ut Cæſari ſatisfaceret, non vero quia aliquod ex illis bonum ſperaret ſicuti multoties & ore literis & ſuis miniſtris ſuæ Maieſtati Cæſareæ declaravit, modo quando in tantis extremis periculis Religio verſatur, conveniens eſt, ut ſua Maieſtas iſtius Navis gubernationem ſuæ Sanctitati, cui hoc ex proprio officio pertinet, relinquat. Igitur tui muneris erit, cum Cæſarea Majeſtate primum quam aliis, hanc Pontificis determinationem cum omni humanitatis, amoris, & ſinceritatis ſigno communicare. Dice ſque illis, quod ſua Sanctitas rationibus ſupradictis, non videns quomodo præſentia Religionis pericula alio remedio, quam coacto Concilio, averti poſſint, decrevit tollere prorogationem ſuſpenſionis Concilii, ſicuti ſupra dictum eſt, illudque indicere & quamprimum celebrare, ſperans, Deo auxiliante, omnium Nationum Epiſcopos acceſſuros. Poteris etiam ab Imperatore requirere, quantum temporis pro celebratione Concilii exiſtimet, eſſe præſcribendum, ſed cave, ne hæc requiſitio appareat eſſe petitionem licentiæ formandæ Bullæ, Breviſque tollendæ ſuſpenſionis, quam Bullam, & Breve ſtatim poſt hujus Epiſtolæ reſponſionem ſua Sanctitas tibi mittet; quia prius cum ſua Majeſtate hanc determinationem ante executionem communicare voluit, cum propter debitam reverentiam, & affectionem, tum etiam ſi forte meliora media ille poſſet proponere, quando iſtud illi non placeret [quod non credimus] Sed diligenter caveas, in quodlibet eventu [dummodo melius remedium, quam Concilii non proponatur] ſuam Beatitudinem firmiter ſtatuiſſe, pro Chriſtianitatis ſalute Concilium celebrare, & Bullam, Breveque in tota Chriſtianitate publicare, ſicuti ſupradictum eſt, poſt tuam reſponſionem: debeſque celerrime ſuæ Sanctitati reſpondere. Et Imperator ſi reperiat verum, & præſens remedium, ſuſpendat omnia, & ſicut dictum eſt, admoneas, alias te excuſes rationibus ſupradictis, oſtendens rem multum proceſſiſſe. Et ut aliis Principibus, & Præſulibus Germaniæ notum ſit hujuſmodi ſuæ Sanctitatis decretum, illo communicato prius cum Imperatore, ut dictum, poſtea cum illis etiam conferes, hortaberiſque, ut veniant ipſi, vel eligant, qui ad Concilium eorum nomine accedant. Et ſi poſt tot juſtificationes, oblationeſque, Imperator Concilio conſenſum non præſtet, vel melius remedium non adinveniat, quod non credimus, ſtantibus rebus, juxta formam tuæ inſtructionis, declarando prius, Pontificem ſemper permanſurum in ſolita affectione, & conjunctione cum Imperatore, debes evidenti, & firma proteſtatione, non approbare, neque conſenſum præſtare alicui definitioni, quæ manifeſte Catholica non ſit. Et ſuæ Sanctitas laudibus extollit animi tui conſtantiam dum es paratus extrema omnia, magis, quam in Dei Eccleſia maculam ſufferre, & loquor tam de articulis adhuc controverſis, quam de concordatis a ſex colloquutoribus. Quia Romæ murmur auditur, & opinio multum prævalet contra illos Doctores aſſerentes, eos decreviſſe, opera poſt gratiam non eſſe meritoria, cum in hoc fidei articulo de operibus, id totum, quod opus erat, expenſum non videatur. Quare eo magis animadvertendum eſt [ſicuti in præcedenti litera ſcripſi] ut non ſolum articulum non Catholicum non toleres, ſed nec etiam ambiguum. Et quoad literas Nuntii hoc ſat eſt.

Nunc ad tuas reſpondeo, & quantum attinet ad illud, quod poſtulas, an debeat cum Imperatore petere Belgium, ſi illuc tendat, & non in Italiam deſcendat, ſuæ San- XXIV.

Digitized by Google

Sanctitas, ſicut tu etiam judicas, Legationis munus cum Dieta terminare, & ideo poſt gratam dimiſſionem a Cæſare acceptam, in Italiam venias, & Nuntius Imperatorem ſequatur.

Quoad admonitionem tuam de Communione ſub utraque, cum poſt breve tempus Concilium celebrandum ſit, exiſtimat ſua Sanctitas hoc punctum ad illum locum remittendum eſſe, ubi diligentius examinabitur, & tutius de reformatione præcipue Germanicæ Nationis agetur. Sua Sanctitas libenter tuam admonitionem, & judicium audivit, & ſicuti hic ſua Beatitudo in ulla re, quæ ſub ſua poteſtate eſt, non deeſſe diſpoſuit, ſic ei gratum erit, ut tu etiam iſtis paucis diebus tuæ Legationis, omne bonum apud Epiſcopos, & Præſules, qui in Cæſaris Aula reperiuntur, & quocumque te tranſire oportebit, facias, & cures, & ad nos venias de omni re edoctus, ut hic omnia perficiantur.

Temporis jactura nulla facta eſt, ex quo tuæ literæ nobis redditæ fuerunt, uſque modo, ut poſſemus, quamprimum fieri poſſet, determinate reſpondere, ſed quia gravitas negotii requirebat, ut de eo primum, ut dictum eſt, ageretur in Conſiſtorio, & poſtea a Deputatis examinaretur, ideo ante hodiernum diem non potuimus tabellarium expedire, qui cum ſumma diligentia debet ſe viæ committere, ut quamprimum ad te perveniat. Dat. Romæ xv. Junii MDXLI.

XXV. Ex colloquio Ratisbonenſi res Catholica in gravius diſcrimen adducta eſt, cum Lutherani ardentiſſimo ſtudio hæreſes ſuas confirmare ac latius diffundere anniterentur, & duos Catholicos colloquutores fœdiſſimo errore infectos in ſuas partes traxerint, in eodemque colloquio de rebus fidei, Laici rerum divinarum ignari fuerint Præſides conſtituti, de quo infelici rerum ſucceſſu Pontifex hiſce literis octavæ Junii datis admonitus eſt.

Primus Articulus Ratisbonæ VII. Junii.

MS. Franciſci Car. Barber. ſign. 2978. p. 208. Quomodo ſe haberent res colloquii Pontifici narratur.

Beatiſſime Pater, Loquor cum fiducia ad Patrem, & ad Dominum, & ad Vicarium Jeſu Chriſti, quæ ipſo inſpirante didici, & longa experientia cognovi. In primis, in his rebus, quæ nunc tractantur, prudentiam omnem humanam aſtutia victam iri. Sed Sapientia Divina, cui omnia ſubſunt, has aſtutias extinguet, nec deficiet Deus ad largiendum nobis vias per quas ambulemus, ſi non deficiamus quærendo.

Primo, video maximam puſillanimitatem, & ſtupiditatem in proceſſu hujus negotii, nunc nihil attentatur, quod poſſit Adverſariorum temerariam audaciam deprimere, ſed contra, omnia, quæ eis placent, & ad ſuam rem faciunt, fieri permittuntur, & conceduntur. Primo, in hoc colloquio [ſicut proxime ſcripſi Reverendiſſimo Cardinali Farneſio] habuerunt peſſimos ſuæ ſectæ, & pertinaciores, tam colloquutores, quam aſſiſtentes, & ex noſtris aſſiſtentes fuere facti fere faventes hæreticis, ii Phlugius, & Gropperus, qui male conſenſerunt, hominem ſola fide juſtificari, de quorum lapſu Bucerus impie triumphavit, ut dicitur inferius, ex colloquentibus unus dumtaxat peritus Theologus adhibitus reſtitit, Judices vero fuere laici contra omne jus in magnum præjudicium.

Secundo, permittuntur hic libere Prædicatores, fere nunc ante colloquium, & poſt, quibus totum populum hujus Civitatis inficiunt, affirmantes pertinaciſſime dogmata ſua eſſe verbum Dei, noſque pugnare aperte contra veritatem, & non rident ſolum Sanctitatem Veſtram, & omnem Ordinem Eccleſiaſticum, ſed etiam Cæſaream Majeſtatem, rogantes Deum, ut eum illuminet, ſicut jam incipit, ut dicitur, evulgant quotidie libros novos Germanice conſcriptos.

Tertio, in iſta Dieta eſt publica converſatio Hæreticorum cum Catholicis, in quotidianis compotationibus, nec tractatur aliquid per Principes pro ſtabilitate fidei, ſed contra inducuntur Laici Principes cauſam noſtram foventes per aſtutiam Adverſariorum ad odium Sedis Apoſtolicæ, & ad aliquas novitates attentandas.

Quarto, Proteſtantes nihil ſervant eorum quæ promittunt, quod Cæſar etiam & ante cognovit, ubi habuit illos fœdifragos, & perjuros, quia quidquid factum eſt communicabant ſuis, & ſcribebant Civitatibus foras, ſicut vidimus ex literis ad plurimos reſcriptis.

Quinto, in hoc colloquio accepta ſunt duo damna maxima. Primo, quod Civitas eſt in proximo periculo caſus a fide, & obedientia, ſicut in aliis Dietis ceciderunt aliæ Civitates. Secundo, nihil hic ordinabitur, ut intelligo pro robore Eccleſiæ, quia timetur illi diſplicere, & ſatis eſt, ex hoc totam rem differri.

Sexto, Catholici Principes tam Eccleſiaſtici, quam ſæculares, conqueruntur, quod Cæſar neminem ex illis adhibuit colloquio.

Septimo, Intellexi a Reverendiſſimo Cardinale Moguntino, qui ſe in hoc negotio gerit ſtrenuiſſime, & conſtantiſſime, quod loquutus eſt Cæſareæ Majeſtati ſuper hac re poſt colloquium ſecundum. Colloquia iſta videlicet Haganoæ, Wormatiæ, &

nunc

nunc Ratisbonæ celebrata, in favorem Proteſtantium, eu impio Receſſu Franckfordienſi nunc invecta.

Octava, tractantur res fidei quantum juvant ad res privatas.

Secundus Articulus.

In primis, non ſic ſunt timendi Adverſarii in potentia, quia verbo dicuntur potentes, & audaces, facto autem, & reipſa eorum Principes ſunt pauperrimi, & in multis debitis conſtituti, nec poſſunt Cæſarem juvare, ſicut deſiderat in temporali auxilio. Secundo, propter graviſſimas impoſitiones, & tributorum venationes, quibus ſubditos ſuos exaſperant, multi ſubditorum deſiderant regreſſum ad Eccleſiam, ſicut intelleui en nonnullis Nobilibus illorum, cum eſſem Wormatiæ apud Doctorem Sceld, & ut experientia videtur, apertiſſimum damnum patiuntur ex caſu ab Eccleſia. Tertio, ſicut ſeminaverunt eorum Theologi falſa dogmata ſua, diſcurrendo Civitates, Villas, Oppida, omnia loca, & populum ſeduxerunt, ita antidotum Sanctitas Veſtra multiplicet, mittat huc aliquos probos, & doctos Viros, qui non timeant ſe offerre periculis pro cauſa Dei, & Eccleſiæ, qui populum obcæcatum illuminent, infirmiores confirment, & confortent doctrina ſana, & ſancta, Virorum proborum exemplo, non enim parum movetur populus ad id ſequendum ad quod invitatur, cum invitatores, & boni verbi nuntiatores, & operis factores præire videns, ego iam experientia didici, quantum id profecerit, referat alter, ita longe veriſſime cognoſco, quantum proficere uberius poſſit. Quarto, erit valde expediens, quod Sanctitas Veſtra habeat aliquem Nuntium ſpecialem in cauſa fidei ad Principes, & Civitates, cum veſtris huiuſmodi prædictis. Ita multa poſſunt cum paucis expenſis magna utilitate, majore Eccleſiæ reſtauratione, maxima Dei gloria fieri. Quinto, opus eſt authoritate reformandi; & juvandi idoneos, quos reperiunt inſtituendi Prædicatores. Sexto, bonum eſſet cum conſenſu Eccleſiarum, & Prælatorum in Religioſis domibus locare aliquos paucos Religioſos eu Italia, vel alia Natione, qui his reliquis Religioſis eſſent exemplo bonæ converſationis, ut ſic poſſet reſtaurari Clerus qui pene hic deficit. Septimo, bonum eſt, & expediens, aliquos extrahere juvenes eu hac Provincia, & collocare in Monaſteriis, vel aliis piis locis, ubi poſſint in Chriſtiana doctrina, & moribus inſtitui, ſic enim habebitis tria commoda. Primum, præparabitis materiam pro illuminatione, ne deficiat ſemen bonum, ne Clerus pereat. Secundo, dabitis occaſionem Prælatis hujus Provinciæ hoc faciendi. Tertio, invitabitis parentes eorum ad conſtantiam in fide, immo totam Provinciam ad honorem Dei, & Sedis Apoſtolicæ, quæ tam ſedulo & accurate cogitat de eorum profectu, & Provinciæ ſalute. Omnia fieri poſſunt ſine magnis expenſis Sanctitatis Veſtræ, ſicut Deus frequenter fuit vobis adjutor, ita & tunc in iſtis deſperatis rebus erit director.

Non deſunt multæ inſpirationes, & conſolationes de profectu, & victoria veſtra in libertate, & ſinceritate Eccleſiæ vindicandis. Non modicus hic habitus eſt profectus per exercitia ſpiritualia, ut experientia ſenſimus, tam in Principibus, quam eorum ſubditis, quorum aliqui fluctuantes confirmati ſunt, aliqui qui jam abſceſſerant, reducti, maxime juvit hoc negotium Magiſter Petrus Fabri, unus ex his qui Parmæ fuerunt cum Reverendiſſimo Cardinali S. Angeli. Bonum eſſet, duos ex Confratribus de Societate Ignatii, Jacobum videlicet Hiſpanum, & cum eo aliam mittere, quia eſt compertum magnum facturos proventum.

Circumferente latius impietatis faces XXVI.
hæreſi, nonnulliſque etiam molientibus Synodum Nationis Germanicæ cogere, maximo Religionis periculo, ne ſchiſma novum, novaque hæreſis conflaretur, ſenſit Pontifex Concilium Œcumenicum celeberrime congregandum, dedirque Contareno Cardinali imperia, ut ſignificaret Cæſari, tollendas eſſe moras celebrandi Concilii, dilationemque indictam abſcindendam; quæ cum Legatus Carolo V. Imperatori ſignificaſſet, ille diſſenſit, expectandamque eſſe comitiorum Germaniæ decretoriam Sententiam, quæ vel generale Concilium, vel Nationis ſolius Germanicæ amplecteretur: ad quæ ſubiecit Legatus allatis gravioribus argumentis, Nationalem Synodum non eſſe cogendam, nec valituram, cum de cauſa totius Chriſtiani Imperii ageretur; nec conduceret publicæ rei, ut Concilium celebraretur in Germania ob graviſſimos tumultus bellicos a pertinaciſſimis Lutheranis ad ſeditiones movendas maxime propenſis, ut ipſe Cæſar perſpectis rerum circumſtantiis, pravaque animorum inclinatione, probe cognoverat. Denique Cæſar expenſis omnibus ſumma conſilii maturitate, loco & tempore non deſignatis ad gerendum Pontificiæ voluntati morem ſe paratiſſimum oſtendit; pollicituſque eſt, ſe omne ſtudium adhibiturum, ut tantum opus ad optatum finem perduceretur: interea ſe diligentiam omnem collocaturum ad Religionis diſſenſiones pacandas, civileſque

Card. Contar. Concil. proponit.

que

que extinguendos motus; cum ipſi viri Principes Eccleſiaſtici Germaniæ fidei Orthodoxæ aſſertores, poſt librata maturo judicio rerum pondera cenſerent, ſi vel Œcumenica Synodus, vel Nationis Germanicæ celebraretur in Germania, nullam meliorum rerum, vel reſtituendæ pacis, ac Religionis ſpem affulgere, imo graviſſima mala inde emerſura: de quibus Cardinalis Moguntinus Elector hanc ſententiam deprompſit.

Sententia Reverendiſſimi Cardinalis Moguntini, ſuper Concilio celebrando in Germania.

XXVII. *MS. Franciſci Car. Barberini ſig. 1677. p. 15.* Cardinalis Moguntinus non approbat celebrationem Concilii in Germania.

Quidam eviſtimant nequaquam convenire, ut Concilium generale celebretur in Germania ob diminutionem authoritatis Sedis Apoſtolicæ, & totius Eccleſiaſtici Status.

Ne etiam pro arbitrio Proteſtantium omnia fiant, & quia virus hæreticum in ipſa Germania viget, tum etiam ob alias rationes, quia univerſi Germaniæ cedere non debent.

Item, in Germania animoſiores, & obſtinati magis in eorum perverſitate erunt Proteſtantes.

Majori item commoditate in rem ſuam agent omnia. Cogere etiam poterunt Catholicos, aſtutiaque, & artibus malis domare eoſdem, vel etiam ipſum Cæſarem pro eorum more. Studebunt etiam alias Nationes inſtruere, & inducere in contemptum Sedis Apoſtolicæ.

Etiam in ipſo Concilio, ſi in Germania fieret, tum per malas practicas, corruptiones, & perſuaſiones, tum etiam per publicas conciones, ſi licebit, alioquin in aliis privatis, a quo non ceſſabunt, ſub prætextu, verbum Domini non eſſe celandum, vel potius moriendum, ita per privatas conciones, ſtudebunt virus ſuum ſpargere, & ſectas ampliare, prout in dies faciunt, & fecerunt etiam Cæſare præſente, nam ſunt aſtuti, vafri, & mendaces, promiſſionibus non ſtantes.

Sunt item diligentiſſimi in rebus ſuis, ſunt etiam hypocritæ, fingentes ſe multa pati propter verbum Dei, & ad patiendum ſe paratos, licet agant omnia contra divina præcepta.

Propterea conſiderandum eſt, quod ſi Concilium fieret in Germania, & Cæſar pro quorumdam arbitrio ad hoc induceretur, cogeretur Sanctitas Pontificia forſan annuere quædam, quæ non eſſent concedenda, quinimmo pro Cæſaris juſſu urgeri poſſet iuique, ut hæc ſua Sanctitas melius perpendere poterit.

Cum autem Sanctitas Pontificia, & Cæſarea Majeſtas convenirent in hoc, & quod de utriuſque voluntate celebrabitur Concilium generale in Italia, non eſt dubium, quin Catholici ex Germania per ſe, aut per Oratores comparebunt.

Nequaquam etiam conveniet, ut dimiſſo, ſeu ſuſpenſo Generali Concilio celebretur Nationale Germanicum, aut alia Imperialis Dieta, quia tunc vere dubitandum eſt de ſchiſmate, & Catholici quidam prolaberentur ad Proteſtantes, cæterique cogerentur deficere, aut ſupprimerentur.

Item, in Dietis Imperialibus Proteſtantes ſemper lucrantur per aſtutias, & malas practicas ſuas.

Concilium igitur generale, & illud certum eſt unicum nunc humanum remedium.

Qua de re.

Intellectis inclinatione Principum Catholicorum ad Nationale Concilium, & malis Hæreticorum artibus, Gaſpar Contarenus Cardinalis Legatus Apoſtolicus, ut ingentibus malis occurreret, quæ ex Nationali Concilio, ob adverſariorum vim, fraudeſque male celebrato, poterant emergere, ſubiecto libello præmonuit Ordines Imperii, controverſias fidei, quæ ad univerſa Eccleſiæ Regna ſpectabant, in unius Nationis Concilio reliquis Nationibus non excitis jure dirimi non poſſe. XXVIII.

Reverendiſſimi, & Illuſtriſſimi Domini, cum pervenit ad aures noſtras, quod in determinatione huius conventus Imperialis tractatæ controverſiæ fidei remittantur ad Concilium Nationale, &c. animo perpendentes, quam magni præjudicii eſſet, ſi controverſiæ fidei remitterentur ad Concilium unius Nationis, officii noſtri putavimus eſſe, commonefacere Dominationes Veſtras Reverendiſſimas, & Illuſtriſſimas, ut additio illa de concilio Nationali omnino tollatur, nam perſpicuum eſt, in Nationali concilio nullo pacto poſſe determinari controverſias fidei, cum hoc concernat Statum univerſalem Eccleſiæ, & quidquid ibi determinaretur eſſet nullum, irritum, & inane, quod ſi a Dominationibus Veſtris Reverendiſſimis, & Illuſtriſſimis factum fuerit, ut certe nobis perſuademus, quemadmodum gratiſſimum erit Sanctitati Pontificiæ, quæ Caput eſt Eccleſiæ, & conciliorum, ita e contra erit ipſi moleſtiſſimum, ſi ſecus fieret. Nam clarum eſt majores ſeditiones, in controverſiis Religionis hoc pacto orituras eſſe, cum id aliis Nationibus, tum in hac noſtra nobiliſſima Provincia hoc officium noluimus omittere, tum ut pareremus mandatis Sanctitatis ſuæ, tum etiam ut non deeſſemus officio perſonæ Legati nobis a Sede Apoſtolica injunctæ. Ratisbonæ XXVI. Julii.

Ext. apud Melchior. Goldaſt. to. 7. pag. 229.

Cardinalis Contarenus diſſuadet Concilium Nationale Germanicum.

Paratiſſimus ad obſequia Dominationum Veſtrarum Reverendiſſimarum, & Illu-

Illuſtriſſimarum Gaſpar Cardinalis Contarenus Legatus.

Adductus iis in examen Principes, & Ordines Imperii, qui Romani Pontificis ſupremos in Eccleſia apices venerabantur, Cardinali Legato reſponderunt ſubjectis verbis.

Præfati Principes, & Status Imperii reſpondent Reverendiſſimam Dominationem Veſtram promovendo, & Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam indicendo, & citra ulteriorem procraſtinationem celebrando concilium univerſale facillime præcavere poſſe, ne ſubortas fidei, & Religionis noſtræ controverſias in concilio Nationali tractari, & determinari oporteat, id quod omnes hujus Imperii Status optant, & obnixe rogant. Sin autem Concilium univerſale toties pollicitum, & jam a Reverendiſſima Dominatione Veſtra promiſſum, per Sedem Apoſtolicam ad effectum ſuum non fuerit deductum, evidens profecto hujus Imperii, & Nationis Germanicæ neceſſitas expoſtulat controverſias iſtas in Religione noſtra excitatas in concilio nationali, aut ſi ne hoc quidem congregari poterit, in alio Imperiali conventu, præſente, tum & hoc negotium dirigente aliquo Legato Sedis Apoſtolicæ ſufficientibus ad hoc ejuſdem Sedis facultatibus ſuffulto concordari, ac definiri, &c. Dat. Ratisbonæ XXVI. Julii an. MDXLI.

Evulgavit vero adverſus Contarenum Cardinalem, quod in Nationali concilio fidei controverſias idonee definiri non poſſe docuiſſet, blaſphema ſcripta Martinus Bucerus, quibus, delirabat, ſi Catholici ad Lutheranorum partes deficerent, Regnum Chriſti vi Antichriſti, &

Buceri contra Contarenum blaſphema ſcripta.

Sathanæ depulſa apud Germanos inſtauratum iri, deinde negavit Pontificem Caput eſſe Eccleſiæ, & Conciliorum; aſſenſit tantum, *Delatum olim eſſe Sedi Romanæ, ut prima eſſet, & Epiſcopo Romano, ut patriarchas prærogativa authoritate præcederet*; cujus Hæreſiarchæ verba retulimus, ut nonnulli, qui eodem modo Pontificiam authoritatem extenuare audent, ex his intelligant, quam male cum teterrimo hoſte Eccleſiæ ſentiant.

XXIX.

Ext. apud Goldaſt. to.2. pag. 223. Cardin. Contarenus reformationem cum Epiſcopis Germaniæ ſancivit.

Cum de reſtituenda diſciplina Eccleſiaſtica plurimus fieret ſermo, ac in revocando primævo illius ſplendore piorum vota ſumma animorum conſenſione conſpirarent, Cardinalis Contarenus Legatus celeberrimum Epiſcoporum conventum coegit, ad quos de perpoliendis Cleri moribus, adſtringendaque ſolutiore diſciplina orationem paræneticam habuit, quam cum Germaniæ Præſules ſcriptis mandari, ſibique tradi poſtulaſſent, ea his verbis concepta propoſita eſt.

Reverendiſſimi, & Illuſtriſſimi Domini, cum heri Reverendiſſimæ, & Illuſtriſſimæ Dominationes Veſtræ frequentes ad nos veniſſent, ac nos quædam illis expoſuiſſemus, quæ nobis ad reformationem Chriſtianam facere in primis videbantur, petierunt illæ, ut ea quæ a nobis dicta fuerunt, ſcriptis mandare, eorumque exemplar Reverendiſſimis, & Illuſtriſſimis Dominationibus ſuis tradere vellemus, ut ea commodius videre, & perpendere poſſent, quare nos, ut eis ſatisfaceremus, quod heri dixiſſe nobis viſi fuimus, hic quam potuimus breviter ſcripſimus.

Illud primum, quod in Domino hortamur, & monemus Reverendiſſimas, & Illuſtriſſimas Dominationes Veſtras, pertinet ad uniuſcujuſque noſtrum vitam, & vivendi rationem, in qua danda eſt opera, ut Deo Optimo placeamus, & fideles diſpenſatores inveniamur, ac legitimi Dominici Gregis Paſtores: vitabimus ergo primum ſcandalum omne, ne ſcilicet populus poſſit, vel leviter ſuſpicari eſſe ullis voluptatibus addictos, aut avaritiæ, aut ambitioni. Vitandus eſt etiam luxus omnis in epulis, in domus apparatu, veſtibus, cæteriſque omnibus, quæ ſolent laicos, & univerſum populum multum ſcandalizare.

II. Secundum pertinet ad familiam, ex cujus moribus, ſi familiares boni fuerint, populus ædificatur, ſi vero mali fuerint, multum offenditur, & facile conjecturam facit morum Epiſcopi ex moribus familiæ. Idcirco ut copioſe admonet Bernardus in lib. 1. de conſideratione ad Eugenium Pontificem Maximum. Maxima eſt adhibenda cura Prælato cuicumque in comparanda ſibi honeſta familia, & in ſervanda ab omni mali labe, & ſuſpicione, immo inſtituenda, ut ex familiarium converſatione populus inſtruatur, & ædificetur.

III. Tertium pertinet ad curam gregis nobis commiſſi, ad quam maxime putamus pertinere, ut Epiſcopi habitent in locis frequentiſſimis ſuarum Diœceſum, ubi facile cavere poterunt, & prævidere, ſi quid labis hujus, quæ graſſatur per Germaniam, obrepſerit, & confeſtim in tempore remedium adhibere.

IV. Proderit etiam habere fidos exploratores in locis aliis, ubi Epiſcopi non habitant, ut per eos certiores fieri poſſint, ſi qua fraude adverſarius noſter eos tentaverit, ac confeſtim queant providere, ac mederi. Viſitare etiam Diœceſes frequenter multum proderit, quo more uti ſolent Imperatores in Urbibus obſeſſis, & oppugnatis ab hoſtibus. Curare etiam ut cultus divinus vigeat in Eccleſiis noſtris, & be-

beneficia a nobis conferantur Viris probis, & idoneis.

V. Quintum pertinet ad diſpenſationem facultatum, & redituum Epiſcopalium, ea qua magna comparatur invidia apud populum, ſi viderit Epiſcopus ſumptus magnos facere in luxu, apparatu domus, & Familiæ, pauperes vero negligi, ideo vitandi ſunt omnes ſumptus huiuſmodi, & pauperes, quam maxime fovendi ſunt, in eorumque neceſſitatibus maxima utendum eſt largitate, hac enim ratione & Deum faciemus nobis propitium, [nam fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, ut inquit Salomon,] & populum nobis benevolum. Ad id enim maximi momenti eſt facultatum noſtrarum diſpenſatio.

VI. Sextum, pertinet ad diſciplinam, & inſtitutionem populi. Comparandi ſunt Concionatores viri probi, & docti, qui poſſint verbo, & exemplo docere bonos mores, & orthodoxam doctrinam, qui non ſint contentioſi, neque inſectatores adverſariorum adeo ne videantur odiſſe, ſed potius amare, & optare eis bona, ac præſertim eorum ſalutem, nam acris inſectatio eos irritat, & magis pertinaces facit, neque ædificat populum.

VII. Septimum pertinet ad inſtitutionem juventutis in literis, & diſciplinis, qua in re videntur Proteſtantes, nihil prætermittere, ſed omnem lapidem movere, ut in ſuis Gymnaſiis habeant Viros doctos, & illuſtres, quorum fama invitatur juventus Germanica, & præſertim Nobiles ad eorum trahuntur Gymnaſia, ubi imbuuntur ſimul cum literis etiam doctrina Proteſtantium, qua corrumpuntur ipſi ac deinde per omnem Germaniam diſperſi alios quoque inficiunt. Idcirco danda eſt omnis opera, ut apud Catholicos inſtituantur Scholæ, & Gymnaſia, conducantur Doctores Catholici vere docti in bonis literis, & diſciplinis, qui ſint celebres, ut eorum fama alliciatur juventus, & Nobiles ad noſtra Gymnaſia, ibique bonis literis, & orthodoxa doctrina imbuantur. Ab Epiſcopis etiam admoneantur parentes, ne velint liberos ſuos inſtitui in Gymnaſiis, in quibus orthodoxa fides non viget, præſertim cum habuerint Scholas orthodoxas paratas.

Hæc voluimus Dominationibus Veſtris Reverendiſſimis, & Illuſtriſſimis proponere, ut capita quædam generalia, quibus multa particularia addi poſſunt pro cuiuſque prudentia, ut pareamus Summo Domino Noſtro Pontifici Maximo, qui nobis mandavit, ut eas hortaremur ad Chriſtianam reformationem, ſimulque ut fungamur officio perſonæ, quam gerimus Legati [inquam] Sedis Apoſtolicæ, ad quam pertinet cura omnium Eccleſiarum, ac etiam, ut ſatisfaceremus charitati fraternæ, & illi neceſſitudini, quam compluribus de cauſis ſentimus nobis eſſe cum hac nobiliſſima, & inclyta veſtra Natione.

Obtulit Cardinalis Legatus eandem reſtituendæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ formulam Carolo Imperatori, quæ tum ipſi, tum Epiſcopis pia, & utilis revocando priſtino ſanctitatis nitori viſa eſt, quæ cum communicata eſſet Concionatoribus Principum, & Statuum Lutheranæ factionis, illi mox, ut a veritatis luce averſi, queſti ſunt juſſos Epiſcopos incumbere ad Sectam Lutheranam abolendam, blaſphemo ore obgannierunt Catholicæ fidei capita non eſſe conſenſum Catholicæ Eccleſiæ, ſed errores, & perſuaſiones humanas ſparſas in Eccleſia contra Evangelium (ſcilicet a Sathanæ adminiſtris depravatum) prætexuerunt conſenſum Eccleſiæ non conſtare in ſæculorum præteritorum, & maximorum hominum, & multitudinis aſſenſione, & authoritate, ſed in Propheticis, & Apoſtolicis Scriptis (ſcilicet a Novatoribus ad deliras Interpretationes diſtortis) adeoque huic impoſtorum impiorum conſenſui ſe adhæſuros: tum impudentiſſimo blaſphemiæ genere addidere hæc impia mendacia. *Scit Contarenus, qui ſint Eccleſiæ morbi, quanta Cœnæ Domini in Miſſis prophanatio, quantum vitii in invocatione Divorum, quanta labes in Cœlibatu Romano, quanta inſcitia in Populo, qui non recte docetur de Pœnitentia, de Beneficiis Chriſti, de Fide, ſeu fiducia accipiente condonationem propter Chriſtum. Videt non ſolum Monaſteria, ſed ipſos etiam Canonum recentium libros plenos eſſe ſuperſtitionum.* Hæc impudenter, & plane Lutherane Adverſarii. XXX.

Blaſphemiæ Lutheranorum in reformationem Contareni.

Demum concluſere his verbis: *Hæc eo recenſuimus, ne diſſimulatione noſtra Contareni ſcripta probare videamur, & hortamur omnes, ne talibus præiudiciis aſſentiantur, ſed noſtra dogmata conferant ad Evangelium traditum in ſcriptis Apoſtolicis, & primæ Eccleſiæ exempla.* Hæc illi impoſtores, quorum fraus tota in eo ſita eſt, ut contrarias Evangelio interpretationes Evangelium dicant, & inſtar Dæmonis ad ſuadendum ſcelus Divinis oraculis abutantur.

Denique Principes Proteſtantes expetiere a Cæſare, ut articuli conciliati, eo ſenſu, quo ipſi ſcripto explicaverant, ſcilicet hæretico, promulgarentur, ut auſpicatum concordiæ exordium foret, ut legitimum etiam, Chriſtianum, ac liberum Concilium (ut ajebant) in Germania celebraretur, in quo Religionis contro- XXXI.

Ext. apud Goldaſt. to. 2. pag. 202.

tro-

Proteſtantes petunt, ut articuli conciliati juxta eorum hæreticum ſenſum publicentur.

troverſiæ, ſecundum verbum Dei (nempe depravatum a Sathanæ adminiſtris) excuterentur: quale autem Concilium legitimum flagitarent, in quo diſciplina Chriſtiana reformaretur, immo verius turpiſſime reformaretur, diſerte ipſi his verbis expoſuerunt. *Quod vero Status conſentire debent in ejuſmodi Concilium, in quo Papa, vel ſui [qui Proteſtantium Statuum adverſarii ſummi exiſtunt] de religione cognoſcendi, & judicandi poteſtatem haberent, id quominus faciant, Status juſtis, firmis, & certiſſimis rationibus permoventur, quemadmodum eas bona ex parte expoſuerunt in recuſatione Concilii Mantuæ indicti, ad quam rurſus ſe referunt humillime rogantes Imperatoriam Majeſtatem, ut iſtud Statuum propoſitum neceſſariis, & inevitabilibus cauſis innixum boni conſulere velis, &c.*

XXXII. Concordiæ ſpes evanuit ob obſtinationem Lutheranorum.

Tota ſpes concordiæ Religionis evanuit, ob obfirmatam Proteſtantium mentem in hæreſi, & maxime, quia confirmavit ipſos non parum in pertinacia Franciſcus Francorum Rex, cum arcanis literis eos ad arma in Cæſarem concitare niteretur, quod non negat Franciſcus Belcarius Metenſis Epiſcopus, his verbis. *Cum Cæſar e Belgio diſcederet, & Ratisbonam peteret, Franciſcus de recuperando Mediolano deſperans, & de bello prima quoque occaſione inferendo cogitans, clam cum Proteſtantibus, & cum Cleveuſi egit, ut illos adverſus Cæſarem accenderet; fruſtra quidem cum Proteſtantibus, qui ab Imperii fide ſibi diſcedendum non putabant; Ea etiam fraude impia idem Rex uſus eſt, ut licet perſequeretur hæreticos, literas ad Proteſtantes Principes ſcribebat, eorum Sectam ſibi ingratam non eſſe, hortareturque, ne conciliarentur Eccleſiæ. Quare illi Ratisbonæ menſe Majo ſcripſere, ut mitius cum iis ageret, qui ipſorum doctrinam profitebantur.* His conſona ſunt, quæ Jo. Caſa Cardinalis Contareni a ſecretis tradit.

L. 22. n. 54.

Jo. Caſa in vita Gaſp. Contareni.

Contigit tunc quod ſæpe in magnis, arduiſque rebus uſuvenit, ut negotium illud Chriſtianæ Reipublicæ magnopere utile, atque adeo ſalutare, in medio curſu fractum, ac diſſipatum ſit, id autem magna ex parte factum eſt, malitia, fraudeque illorum, qui Cæſaris potentiam, quæ multum compoſitis rebus, Germaniaque pacata creviſſet, ſuſpectam habebant, ſuiſque rebus periculoſam exiſtimabant. Hi namque non modo veterum diſcordiarum fibras, ut oportebat communis utilitatis cauſa, non evellebant, verum etiam novarum ſimultatum ſemina occulte jaciebant in aures eorum, quibus commiſſa res erat, inſuſurrantes, ac falſos quoſdam metus eo inſerentes. Ut autem aſtuta hæc conſilia rem remorabantur, & ne ad exitum adducerentur impediebant, ita ſubito evortum eſt, quod animos Germanorum ad longe alias curas traduceret, finemque diſputationi illi, ac colloquio faceret. Hæc autem fuit incurſus Turcarum Regis in Pannoniam cum maximis copiis, communiſque hoſtis metus, nec enim effecit tunc timor ille, quod plerumque conſuevit, magnopere exacerbatis animis, ut ſtimulum periculum cautum admoveret ad odia extinguenda, & gratiam reconciliandam, ſed potius ſpem [quæcumque erat] malorum illorum ſedandorum eo tempore intercidit, ac ſuſtulit. Miſſis igitur ſermonibus illis, quod factum eſt extremo menſe Quintili, ceperunt Germani arma, totoſque ſe ad imperum illum coercendum, fineſque ſuos tuendo contulerunt.

Quamvis in Dieta nullam concordiæ viam reperiſſent, tamen Cæſar ab illa obtinuit, ut Principes Germaniæ, & ejuſdem Provinciæ liberæ Civitates Gulielmum Ducem Clevenſem inimicum declararent, quia fœdus inierat cum Rege Galliæ, & quia abſque Imperatoris licentia in Principatus Geldrenſis poſſeſſionem ſe induxerat; decreverunt etiam omnem diligentiam adhibendam eſſe, ut Ducem Sabaudiæ Principatui, quem Rex Galliæ occupabat, reſtituerent, etiam armis, ſi opus eſſet, & ſeveriſſimo Edicto interdixerunt omnibus Germanis, ne auderent ſub Rege Galliæ militare, & inſuper ſtatuerunt auxilia Regi Romanorum præſtare, ob bella, quæ cum Turcis ſemper, & cum Rege Hungariæ gerebat.

Cum igitur viderent viam concordiæ non apparere cum Proteſtantibus, duo conſilia fuerunt propoſita. Unum, ut Proteſtantes ſibi devincirent, & ad æquitatem adducerent, decreto firmare tolerantiam alicujus articuli fidei Catholicæ contrarii. Sed hoc cum a Cardinali Contareno Legato negatum fuiſſet etiam antequam Pontifex ei imperaſſet, ut iſta tolerantia non admitteretur, ſperantes Pontificem eſſe conceſſurum, ad illum ſcripſerunt, ut eam concederet: ſed petitionem rejecit, ut aſſerit Angelus Maſſarellus. *Cum ex dicti Ratisbonenſis conventus ſententia a Sua Sanctitate peteretur, ut a Proteſtantibus quoſdam articulos tolerandos declararet, quoad Œcumenicum concilium terminaretur, & decideretur, id Suæ Sanctitati, neque ſecundum Catholicam, & Chriſtianam veritatem, neque ſuam, & ſedis Apoſtolicæ dignitatem concedendum viſum fuit; ſed potius concilium, quam primum celebrandum illis propoſuit. Sane Pontifex ex nullo alio,* XXXIII.

In Diario Conc. Trid. mſ. Arch. Vat.

quam ex concilii celebratione, pacem Populo Chriſtiano, & veræ Religionis noſtræ integritatem oriri poſſe arbitratur.

Fœdus Catholicum ad defenſionem tantum contra potentiam Proteſtantium. *MS. Arch. Vat. tom. 3190. p. 207.*

Secundum fuit Legato propoſitum, quod Pontifex etiam approbavit, videlicet, ut ſi a Proteſtantibus bellum excitaretur, fœdus ſtabile inter Pontificem, Cæſarem, Regem Romanorum, & alios Principes Catholicos firmaretur, de quo ſic refert Maſſarellus. *Legatus Apoſtolicus, qui Ratisbonam applicuerat, cum variæ concordiæ tractatus, ut diſſidium Religionis noſtræ ad æquum intellectum reduceretur, cum Proteſtantibus habuiſſet, nihil tamen pium, vel quod Reipublicæ Chriſtianæ expediret, aſſequi potuit, fœdus tamen Catholicorum inter Snam Sanctitatem, Cæſarem, Romanorum Regem, & Imperii Principes ſupradictos [Catholicos ſcilicet] quod alias Cardinalis Farneſius nomine Sedis Apoſtolicæ compoſuerat, quibuſdam denuo adjectis conditionibus die XXIX. Julii MDXLI. roboravit.* Cum igitur Cæſar diſcedere vellet, ut arma jam parata in Africam, & Algerium inferret, Dietam dimiſit ſequenti Receſſu.

Receſſus Ratisbonenſis MDXLI.

XXXIV. *MS. Franciſci Card. Barberini ſig. 2678. p. 112.*

Ex receſſu Ratisbon. in cauſa Religionis.

Carolus, &c. Quia deſiderium noſtrum, ſemper eo tetendit, & adhuc tendit ad laudem, & honorem Dei Omnipotentis, ac totius Chriſtianitatis & præſertim in Sacro Imperio Germanicæ Nationis, pacem, quietem, & concordiam, ut in diſſidio Religionis negotium ad Chriſtianam concordiam redigeremus, ad præcavendum turbas, quæ hinc naſci poſſent, ideo Electoribus, ac aliis Principibus, Statibus, hujuſmodi deputatorum colloquentium opiniones in ſcriptis comprehenſas concordatorum, & non concordatorum punctorum, non tamen concluſive tradidimus, clementerque petivimus, ut illas perviderent, deſuperque deliberarent, nobiſque quid ſentirent, non ſolum ſuper punctis, circa quæ colloquentes [non tamen concluſive] concordarent; verum etiam ſuper illis, circa quæ diſcordarent, ſignificarent, nobiſque etiam judicium ſuum, quo pacto graves abuſus, qui paſſim in Eccleſiaſtico, & Seculari ſtatu ſuccreverunt, e medio tolli, & ad Chriſtianam emendationem, & reformationem conduci poſſint, communicent, cum clementi oblatione, quod ad promovendum hæc omnia laboribus, & diligentiæ noſtræ non parceremus, quodque ſine dubio Legatus Apoſtolicus ad idem inclinatus eſſet.

Graviores longe in Lutheraniſmo, quam in Catholico ſtatuerant corruptelæ.

At Electores, & alii Principes, ac communes Status ex gravibus cauſis, quas in conſultando ſuper tam arduo negotio invenerunt, & præſertim ad promotionem negotii, & ad omnes ambages evitandas, nobis dictorum colloquiorum opiniones in ſcriptis comprehenſas obedienter reſervarunt, noſque ut Advocatum, & Defenſorem Eccleſiæ Catholicæ humiliter requiſiverunt, nobiſque ſupplicarunt, ut illas una cum Legato Apoſtolico hanc ordinationem Haganoenſis Receſſus clementer perviderемus, ac una communicaremus, præſertimque puncta, circa quæ Deputati colloquentes non tamen concluſive concordarent, ſummaque diligentia, cum aliquid in illis in ſententiis, vel in verbis, quod in ſanctis Doctoribus, ac laudabili Catholicæ Eccleſiæ conſuetudini contrarium eſſe poſſet, & juri, examinaremus hujuſmodi, & quidquid reliquum abuſuum in Eccleſia Catholica forſan reperiretur, emendaremus, corrigeremus, aboleremus, & ſi aliqua declaratione nonnullorum punctorum, vel ſenſuum obſcuriorum opus foret, ut illam adjiceremus: in hiſque reſolveremus, ac concluderemus: quodque nos cum Legato Apoſtolico reſolveremus, amplius omnibus Statibus proponeremus, ut nobiſcum ſecundum primam propoſitionem noſtram Haganoenſis Receſſus humiliter concordarent: quodque interim, clementer vias cogitare vellemus ad conducendum Proteſtantes, ut in aliquibus punctis controverſiæ obnoxiis Chriſtiana, & æqua media acciperent, vel ſi illa locum habere non poſſent, tum per medium generalis concilii, aut ſi illud obtineri non poſſet, ad Nationalem conventum illos legitime convocaremus, ut æqua definitio fieret, quo tandem Natio Germanica ad Chriſtianam concordiam pervenire, ac pax, & quies in ſacro Imperio conſervari poſſent.

Ad hujuſmodi communium Statuum humiles preces nos clementer conſenſimus, dictas colloquentium ſchedulas Religionis controverſiam implicitam concernentes Legato Apoſtolico tradere, & communicare velle, quod etiam ſtatim fecimus, ipſius animum, & quid ſentiret, intelleximus primi, & Electoribus, & aliis Principibus, & omnibus Statibus notificavimus.

Deinde maturo conſilio prævio, & urgentibus, & juſtis ex cauſis, cum omnibus Statibus concordavimus, quod colloquentium acta, ut illa celebrata fuerunt, ad omne Chriſtianum Concilium in Germania celebrandum remitti debeant, quemadmodum illa ad Concilium mittemus; quod Concilium, ut nobis Legatus Apoſtolicus promiſit, brevi indicetur; ſi vero id non ſuccederet, quod ſaltem Nationale Concilium legitimo modo indicatur, & celebretur. Caſu autem quo nullum horum ſuccederet, quod tum communis conventus Imperialis, prout infra dicetur, celebrari de-

debeat. Et ut omnes Status Imperii cognoſcere, & intelligere poſſint, quod nos Imperii proſperum ſucceſſum, & augmentum promovere ſemper inclinati ſumus, & præſertim, ut hoc negotium Religionis diſſidio ſubjacens decidatur, & definiatur, ideo omnibus Statibus obtulimus, quod in inſtanti noſtro per Italiam itinere, apud Sanctitatem Summi Pontificis, ſumma diligentia tractabimus, & inſtabimus, ut hujuſmodi generale Concilium, quamprimum ad locum opportunum in Germania indicatur, ibidemque celebretur, & caſu, quo hoc non ſuccederet, de qua non dubitamus, quod tum Nationalem conventum modo legitimo convocabimus, indicemus, & brevi celebrabimus. Et ſi nullum iſtorum obtineri poſſet, tum intra decem, & octo menſes a data præſentis Receſſus conventum Imperialem ad locum opportunum indicemus, ipſique perſonaliter intererimus, ſperantes dictas controverſias Religionis ad definitivam, & Chriſtianam concordiam nos reducturos, & omnina tractaturos, & concluſuros, quod ſacro Imperio, & illius Statibus ad proſperos ſucceſſus, & utilitatem cadere poſſit: agemus etiam, ſollicitabimus apud Sanctitatem Summi Pontificis, quod ipſa Legatum cum ſufficienti mandato ad dictum Nationale Concilium mittat, vel ſi illud non ſuccederet, ad dictum conventum Imperialem deputaret eo in negotio, uſque ad definitivam concordiam.

Ad hæc unacum Legato Apoſtolico omnibus Prælatis injunximus, et mandavimus, ipſis per præſentes injungimus, & mandamus, quod inter ſeſe, ac ſuos, Chriſtianas ordinationes, & reformationes inſtituant, & erigant, quæ ad debitam, & ſalubrem adminiſtrationem Eccleſiæ convenientes, & idoneæ ſint, ipſaque ſtrenue manuteneant, & quoad hoc nulli impedimento, vel interpellationi locum dent, quod ſeſe ita facturos dicti Prælati nobis, & dicto Legato humiliter obtulerunt, ſperamuſque, hujuſmodi ordinationes, & reformationes ad definitivam Chriſtianam concordiam Religionis diſſenſionibus ſubjectæ, præparationem futuras, ad illamque multum commodaturas.

Et ut ulterius in ſacro Imperio Germanicæ Nationis quies, & pax concordia plantentur, & conſerventur, ideo volumus, ac per præſentes diſtricte mandamus, quod pax Norimbergenſis, quæ prius ex gravibus, & neceſſariis cauſis, quæ tunc temporis ob oculos verſabantur, nunc vero multiplicatæ ſunt, ad proſperum Sacri Imperii ſucceſſum erecta, donec Generale, vel Nationale Concilium peractum fuerit, vel ſi neutrum horum ſuccederet, uſque ad proximum futurum conventum Imperialem; ut ſupradictum fuit, in omnibus iis punctis, & articulis ab omnibus firmiter, & inviolabiliter obſervetur, &c.

XXXV. Promulgato hoc edicto ad partes hæreticorum inclinare multis viſus eſt Cæſar, nec tamen Lutheranorum Principum, quibus ad redimendum tempus adblandiebatur, benevolentiam ſibi conciliare potuit: Perſtrinxit admodum corruptelas ac vitia, quæ in Catholicam Eccleſiam natura humana corrupta invexerat: at horrenda ſcelera, quæ Lutheranos hypocritas inſecerant, preſſit ſilentio, defuitque illi animus ad ea comprimenda, ſpem ſceleratam injecit Lutheranis de congregando Nationali Concilio, in quo ſi promiſſis conſentirent exitus, Catholica Religio in Germania delenda foret; propterea que Catholicorum, qui ægre ferebant, Religionis cauſam ab eo non ſincera mente defendi, malevolentiam collegit, Lutheranorumque, qui ipſum in Lutheraniſmum pellicere nitebantur, odia in ſe aſperavit, de quibus Cardinalis Moguntinus Pontificem certiorem fecit, Adminiſtri ſui arcanorum participis opera.

Apud Pallavic. to. 1. l. 4. cap. 15. n. 13.

Receſſus Ratisbonenſis nec Catholicis, nec Proteſtantibus ſatisfecit.

De declaratione data Lutheranis a Cæſare, & quid in ipſa continetur. Ratisbonæ.

Dedit Sanctiſſimo Domino Noſtro Jodoc Hoet Filter nomine Reverendiſſimi Cardinalis Moguntini literas credentiales datas Ratisbonæ ultimo die Julii MDXLI.

MS. Franciſci Cardin. Barber. ſign. n. 3078. p. 141.

Statim poſt lectum Receſſum Dietæ Ratisbonenſis, Proteſtantes in præſentia Cæſaris, & Regis Romanorum, aliorumque Catholicorum Principum, & Statuum in pleno conſeſſu dixerunt, quod Concilium generale acceptare non velint, niſi illud fiat in Germania, de quo proteſtati fuerunt.

Impoſturæ Proteſtantium.

Secundo, de non conſentiendo in dictum Concilium, niſi omnes errores, & abuſus corrigantur, & ſingula reformarentur juxta verbum Dei [impie ſcilicet ab iis corruptum.]

Tertio, quod neque Sedes Apoſtolica, neque Summus Pontifex, neque illi adhærentes debent eſſe Judices, quia ipſi non fateantur, illos habere aliquam in eis juriſdictionem, aut quamvis authoritatem.

Proteſtati etiam ſunt publice, quod dictum receſſum non acceptarunt, niſi juxta declarationem iis factam a Cæſare, hoc audiente. Talem autem declarationem, qualis ſit, ignorant Catholici, vel ſaltem tunc ignorabant, & ipſa declaratio confecta dicitur, & conſcripta voluntate, & ordinatione ipſorum Proteſtantium. Neque copia, aut conceptum reperitur ejuſdem

de-

declarationis in privata Cæſaris Cancellaria. Minus de ipſa declaratione ſcitur in publica, & Imperiali Cancellaria [cui præeſt Reverendiſſimus D. Cardinalis Moguntinus] neque [ut fieri ſolet] ibidem apud Acta conſignata eſt. Conſultum foret de iſta declaratione intelligere, vel ab ipſo Cæſare. Proteſtantes poſt lectum Receſſum, ob quædam verba ipſis non placentia, detinuerunt Cæſarem, & Regem ultra duas horas, altercationibus inhæſerunt, adeo ut Cæſar, & Rex omnia fere pro Proteſtantium arbitrio aptare, & immutare cogerentur, non obſtantibus Catholicorum contradictionibus, & optimis rationibus.

XXXVI. Calvinus Ratiſbonenſi conventui interfuit.

Antequam narrationem Dietæ Ratiſbonenſis compleamus, non eſt ſilentio mandandum, Jo. Calvinum inter alios Sathanæ adiutores ibi conveniſſe, ut ſimul cum ſociis, & inter illos facile Princeps, Catholicam Religionem funditus everteret; qui poſtea ab iſto congreſſu rediens, pro munere a Genevenſibus peſſimis perduellibus Eccleſiæ, fuit illi Civitati reſtitutus, a qua paucis jam annis elapſis, in exilium pulſus ob cauſam ſupra allatam. Hic, referente Foloremundo Remundo omnia Genevæ verſavit, ut brevi non Epiſcopatum modo illius Civitatis, ſed etiam dominatum ſibi arrogarit, res omnes tam ad religionem, quam ad civilem adminiſtrationem ſpectantes ſuo arbitratu diſponens: adeo ut ab omnibus, etiam ipſis Reipublicæ primoribus obſervaretur, ac veluti coleretur. Cujus rei Beza lepidum adfert exemplum ejus, qui cum morti jam proximus eſſet, perſuadere ſibi non poterat a Deo peccata ſibi remiſſa eſſe, niſi a fideli illo Dei ſervo (ita impius illius alumnus execrandum hoc Diaboli membrum vocat) quem toties tam graviter offenderat, itidem veniam impetraſſet. Additque, Calvinum non ſemel nudis ſe gladiis medium objeciſſe, ac ſua tantum præſeotia ſuribundos ac deſperatos homines a cæde revocaſſe: ac quotieſcumque in conventibus ſuam proferebat ſententiam neminem reperiri ex omnibus, qui vel ſolo verbo contra mutire auderet. Farellus autem, ut faciliorem Calvinn Genevæ exercendæ tyrannidis poteſtatem exhiberet, alio profectus eſt.

Floremund. l. 7. c. 19.

XXXVII. Proteſtantes in vulgus voces ſpargunt, Catholicos captaſſe diffugia.

Cum ita Novatores ab æquitate, & concordia abhorrerent, ſparſere tamen in vulgus, Catholicos captaſſe diffugia, & diſcuſſæ pacis culpam omnem in eos detorſere, quos Surius graviſſimis hiſce ſententiis confutat. *Quæ vero cauſa eſt, ut Catholici divertícula quærant, cum res nobis ſit non fere cum apoſtatis Monachis, & eorum Symmiſtis jam olim damnatarum hæreſum buccinatoribus, quos ad ſuam originem revocaſſe, viciſſe, & condemnaſſe eſt, ſcilicet ingentis cujuſdam molis eſt, cum iis in diſceptationem venire, qui etiam ante mille annos damnatos errores revocant, & hoc ſolo triumphant, quod deterrimis mendaciis faſcinatam ſimplicem plebeculam in ſuas partes traxerunt, quæ ſi dolos, & fraudes illorum poſſet intelligere, næ illi haudquaquam Orbi diutius illuderent.*

Contarenus Hæreticos damnat, & Catholicos defendit.

Ad diſſolvendas horum fraudes, Germanoſque in orthodoxa Religione confirmandos Contarenus Cardinalis Legatus Lutheranorum errores merita cenſura damnavit, oſtenditque eos a Catholica Eccleſia diſſentire, atque in æternum exitium præcipites ruere, tum Epiſcopis mandata dedit, ut omni cura, & labore commiſſos ſibi Populos a Lutherana impietate vindicarent, qua pia admonitione Novatores veluti phrenetici in Medicum exaſperati acerbiſſimis ſcriptis nomen ejus proſcindere, de quibus hæc Joannes Eckius ad Gaſparum Contarenum ſcripſit.

Hæretici in Contarenum furunt.

Bucer Vir peſtilens acta Comitiorum infideliter, ſcripſit, mixtis tot impietatibus, ut nullus Catholicorum ferre poſſit: præter Sedem Apoſtolicam, Cardinales, Epiſcopos, & univerſos Chriſtianos, ſpeciatim te aggreditur, ſcripturas per te oblatas lacerat. XX. Januarii MDXLI.

Inter epiſt. Gaſpar. Car. Cont. MS. Archiv. Vat. ſig. num. 3224. Jo. Eckius ad Gaſp. Car. Contarenum.

Edidit (inquiebant Lutherani) *cenſuram, in qua ait, nos a communi conſenſu Catholicæ Eccleſiæ diſſentire, iubet etiam in altera pagella Epiſcopos advigilare, ut genus doctrinæ, quod profitemur, deleant.* De nefariis eorum querelis in Legatum, atque Romanam Eccleſiam hæc refert Franciſcus Belcarius Epiſcopus Metenſis. *Proteſtantes Contarenum reprehendunt quod Principes ad crudelitatem cohortetur, ſe, quos nunc damnant errores [ſi dici debeant errores ſanctiſſima Eccleſiæ dogmata ab Apoſtolis tradita] nunquam in poſterum probaturos, neque ad eam Eccleſiam, quæ tot vitia defendit reverſuros.* Vitiorum nomine intellexere Cœlibatum, Quadrageſimalia jejunia, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta, divina officia, & alia pia opera, quæ reſpuunt illi, quibus ſufficit eſſe oequiſſimos, & credere ſe eſſe bonos. Cæterum non diffitemur, quin irrepant vitia in Ordines Catholicæ Eccleſiæ, eſt enim ſagena miſſa in mare congregans bonos, & malos piſces, ſed negamus vitia ab ea defendi, ad quæ emendanda editas a Pontifice nonnullas Conſtitutiones hoc anno inferius viſuri ſumus.

Franciſcus Belcar. l. 22. c. 52.

Quid vitiorum nomine intelligant Lutherani.

Nec ſoli Proteſtantes dente canino integerrimam famam Cardinalis Contare- XXXVIII.

ni

Pag. 125. 127.

ni Legati laceraverunt, ſed etiam Romæ malum murmur de eo percrebuerat, quaſi Poteſtantibus in articulis Religioni Catholicæ noxiis ceſſiſſet. Audiamus Jo: Caſam in vita ipſius Cardinalis: *Accidit hoc itinere [ſcilicet Lucam verſus, de quo inferius] res, quæ vehementer animum optimi Viri commoveret; cum enim Brixiam venium eſſet, civis hujus loci, honeſtus ſane Vir, ac vetus amicus Contareni, qui ad ipſum ſalutatum venerat, quæſivit eu eo ſimpliciter, quæ mens ipſum impuliſſet, ut capita, quæ ferrentur prolata ab adverſariis adeo abſurda, & a vera ratione aliena in Germania comprobaris. Cui ſtatim reſpondit ille, eas eſſe meras nugas, rumoreſque prorſus inanes, & quos omnes aures reſpuere deberent, ſe numquam nedum, quod eſſet anceps, ſed in quo ſcrupulus aliquis reſideret, ſine authoritate Pontificis Maximi conceſſurum adverſariis non fuiſſa; ac etiam, quæ rata in primis ſunt, & firma aliter recepturum non fuiſſe. Non deſtitis author hujus ſermonis, ſed addidit, rem aliter, atque ille putaret, ſe habere, neque enim incertam eſſe, ac nullo authore prolatam famam illam; ſe namque literas vidiſſa, ab ejus Ordinis homine ſcriptas, ſummo Viro, quem etiam nominavit, quæ id commemorarent, ac verum eſſe contenderent. Non potuit tunc homo leniſſimus ſe temperare, quin ſtomacharetur, exclamaretque. Digna vere merces hæc eſt meorum laborum, ſi vera ſunt, quæ narras, ſtatimque ut innocentiam ſuam, exiſtimationemque tueretur, miſit epiſtolam ad Pontificem Maximum, qua valde queſtus eſt de injuria illa, ſermoneque improbiſſimo, quem Roma profectum, ac per omnem Italiam ab iniquiſſimis deportatum contra dignitatem ſuam compeririſſet, rogavitque ſimul, ut ſi penitus eum non aſpernaretur, ſaltem, ſe in dicta cauſa non condemnaret, nec quicquam de illa re ſecum ſtatueret, antequam ipſe ad eum perveniſſet, ſperans enim, ſe facile cauſam ſuam probaturum, oſtenſurum laude ſe, atque præmio, non reprehenſione, aut pœna ulla, ob ea, quæ in Germania geſſit, dignum eſſe.* Pontifex, ut author vitæ narrare pergit, de Legati juſtificationibus non ſolum ſatisfactiunem recepit, ſed Imperatori ejus mirifico laudatori ob Legationem Germanicam, ſumma prudentia adminiſtratam, reſpondit, non ſibi opus eſſe ſuæ Majeſtatis teſtimonio, ut certior redderetur, Cardinalem Contarenum Legationem ſummo ſtudio, diligentiaque geſſiſſe, quia bene noverat, quantum ex ſua Legatione exiſtimationis fides Catholica, & Sancta Sedes acquiſierit, populique voces ejus famæ detrahentes, invidorum blateramenta eſſe: & ut omnes clare cognoſcerent, cum ſui animi ſatisfactione Legationem Germanicam abſolviſſe, Bononienſem Legatum creavit. Abſoluta vero Dieta Ratisbonenſi Imperator cum in Italiam deſcendiſſet, Pontifex juſſit Contareno, ut Imperatorem, uti Legatus, Mediolanum uſque comitaretur, & Imperator in ſolemni pompa, eum qua ingreſſus eſt in illam Urbem, honores illi ſingularis exiſtimationis tribuit.

Etiam Catholicorum aliqui Contareno detrahebant.

Jo. Caſa in vita Contareni p. 124.

XXXIX.

Miſiſſe ad hos conventus Henricum Angliæ Regem Oratores ſuos, & priorum ſcelerum conſcientia percitum, de reſtituenda in Regno fide Catholica, ac recuperanda Eccleſiæ gratia egiſſe, ſed nimio ſui amore illuſum rite expiare crimina detrectaſſe Sanderus refert his verbis. *Rex Henricus* (inquit) *jam non aliorum modo, ſed propriæ etiam impietatis aliquo modo ſecundum ſæculum pertæſus, ad hæc Ratisbonenſia Comitia, miſit Henricum Cnevettum Equitem juratum, & Stephanum Gardinerum Wintonienſem Epiſcopum inſignis doctrinæ, & ingenii admirabilis Virum, partim, ut ſuam in fidei negotio moderationem certis Germaniæ Principibus probarent, qui eum in novo Evangelio affectando tarditatis accuſabant, præcipue vero ut cum videret ſe neque Catholicis, neque Proteſtantibus [propterea quod cum neutris plene communicaret] gratum eſſe, rationem quandam cum Cæſare inirent, qua ipſi unitus, & per eum Pontifici Romano reconciliatus, perfectam fidei Catholicæ regulam, quæ nihil verius, nihil certius eſſe ſciebat, abſque ulla ſimulatione tandem ſequeretur. Et huc quidem adegit illum vis conſcientiæ, quam veteres non immerito adæquarunt mille teſtibus. Cæterum quoniam volebat Rex ſalvo ſuæ Majeſtatis honore, hoc eſt abſque publica tam conteſtati criminis confeſſione, abſque pœnitentiæ actione, abſque rerum ab Eccleſiis ablatarum reſtitutione, in unitatem Catholicam recipi, hoc autem & Canones vetarent, nec ſaluti æternæ ipſius conſuleret, iſta inanis cogitatio ad nihilum recidit, quia gloriam hominum, magis quam Dei adamavit.* Ita illæ tuendæ inanis gloriolæ cupiditate faſcinatus æternæ gloriæ ſpe excidit, ac ſempiternæ ignominiæ ſe infœliciter ſubjecit, nec levi tamen dedecore in hac vita inuſtus eſt, dum uxores ipſius (prima excepta) fidem ipſi violarunt, qui fidem Deo, ac primæ uxori violaverat, atque

Sander. l. p. 217.

Henricus Angliæ Rex oratores ad colloquium Ratisbonenſe mittit, ut ad eccleſiam rediret, ſed ſuperbia impeditus non reſipuit.

hoc

hoc ipſo anno Catharinam Havardam [1] ob ſtupra ante conjugium admiſſa, atque adulteria in matrimonio patrata capitali ſupplicio affecit, proſperitas vero illum male perdidit, etenim ut ait Eccleſiaſtes: *Quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque timore ullo filii hominum perpetrant mala.*

Eccleſiaſt. c.8.

XL. Henricus tyrannidem in Hibernos exercet.

Exercuit vero tyrannidem in Hibernos, ac Domini Hiberniæ nomen dedignatus, Regis Hiberniæ nomen ſibi aſcivit, cum cæteri Angliæ Reges ſe tantum Hiberniæ Dominos dixiſſe viderimus, nam Hiberni, cum fidem Chriſtianam a Romana Eccleſia hauſiſſent, Pontifici Romano tantum ſe ſubjecerant, dum vero Henricus II. Angliæ Rex eos bello vexaret, concordiæ cauſa ad tollenda inteſtina Hibernorum bella, & Religionem conſtituendam contra potentiorum Hibernorum vim, & tyrannidem, Pontifex ex Hibernorum conſenſu Angliæ Reges Hibernorum Dominos conſtituerat, quo honoris titulo florentiſſimi bellica laude Reges contenti vixerant; cum vero Hiberni Catholicæ Religionis tuendæ, & ſuæ libertatis aſſerendæ ſtudio reſtitiſſent Henrico, ille in eos furorem ſuum effudit, ac Comitum Kyldariæ ſtirpem ferro pene delevit, ex quibus Geraldus adoleſcentulus fuga in Belgium lapſus a Pontifice Leodienſi Epiſcopo commendatus eſt.

Sand. l.1. p.220.

Epiſcopo Leodienſi.

Paul III. lib. brev. an.8. pag 17.

Venerabilis Frater ſalutem, &c. Intelleximus confugiſſe in iſtam tuam Civitatem dilectum filium nobilem adoleſcentem Geraldum natum, & hæredem bonæ memoriæ Geraldi, nuper Comitis Kyldariæ de Hibernia, fugientem atrociſſimam perſequutionem Schiſmaticorum, a quibus Genitor, & Frater major, ac duo Patrui ejus ſunt interfecti, & qui non minori nunc crudelitate hujus ſuperſtitis vitam perſequuntur, quorum caſus tam miſerabilis, etſi non dubitamus, quin per ſe ſatis fraternitatis tuæ animum movere debeat, ut hunc adoleſcentem, vel potius puerum cauſa Sanctæ Eccleſiæ hæc ferentem omni auxilio deſtitutum, & in tanto periculo poſitum in tua Civitate foveas, & protegas, quia tamen ad hoc officium Summi Paſtoris maxime pertinet talium curam gerere, ideo ipſum Geraldum omni charitatis ſtudio fraternitati tuæ commendandum duximus, & quam maxime poſſumus commendamus ab ea ſummopere petentes, ut ſive ipſi Geraldo tutius viſum fuerit in iſta Civitate ad aliquod tempus commorari, quam alio in tam ſæva perſequutione diſcedere velit, pro boni Epiſcopi officio, ac nobilitate generis, & animi tui eum tanquam filium in tua Civitate tueri, ſive ipſe Geraldus ad nos ſe recipere deſideraverit, ut eum pariter omni conſilio, ope, & authoritate, & auxilio tuo juves, quo is tuto pervenire ad nos poſſit, quod tua fraternitate dignum, Deo Omnipotenti, ac bonis omnibus acceptum, nobiſque, ſupra quam dici poſſit, erit gratiſſimum, quemadmodum hæc plenius cum fraternitate tua aget noſtro nomine dilectus filius Theodoricus Hezius, ad quem ſcripſimus, cujus verbis plenam fidem tua fraternitas habebit. Datum Romæ v. Januarii MDXLI. anno VII.

Pontificiis etiam literis eundem Kyldariæ Comitem adoleſcentem ſolatus eſt Paulus, monuitque, ut ſe a Canonico Hezio regi ſineret, qui & conformandis ejus moribus, ac neceſſariis ſubminiſtrandis præfectus eſſet: licet vero Henricus immiſſo exercitu, gravi bello attriverit Hibernos, non defuere tamen viri fortiſſimi, qui illius conatus retunderent, ac inſtructis copiis fidem Catholicam, nomenque Romani Pontificis tuerentur, inter quos erat Wltoniæ Princeps, quem Paulus ad cauſam Fidei Catholicæ ſtrenue defendendam his literis incitavit. XLI.

Paul. III. lib. brev. an.8. p. 98.

Dilecto filio nobili Viro Conoſſio Yneyllo Principi Hibernicorum Wltoniæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. Literas nobilitatis tuæ recepimus in vigilia feſti omnium Sanctorum datas, quas dilectus filius Raymundus tuus attulit, eſtque ipſe uberiori ſuo ſermone proſequutus, ex quibus noſter animus varie affectus eſt, nam iſtam Inſulam nunc a moderno Rege ad tantam impietatem deduci, tanta crudelitate vaſtari, honoremque Dei Omnipotentis tanta illius ſævitia, ac feritate conculcari, quo debuimus, dolore intelleximus, at contra cum tuis literis, & dicti Raymundi ſermone edocebamur, te ſimul honoris Dei, ac Romanæ Eccleſiæ, & Catholicæ Religionis propugnatorem exiſtere, paternæ charitatis affectu, & lætitia exultavimus. Te igitur, fili dilecte, proinde, ac meritus es, & laudamus, commendamus in Deo Domino, eique tum gratias agimus, quod te tali virtute, ac pietate inſignem

hoc

NOTÆ [1] CAtharinæ Hovardæ ſupplicium Annaliſta noſter aliquantolo tempore anticipat. Quamquam enim hoc anno in carcerem conjecta fuit, capitalis tamen ſententia nonniſi coacto ſupremo Angliæ Senatu die XXVI. januarii anni ſequentis 1542. dicta eſt. Eademque demum mulier die XII. februarii capite plexa: Ita Burnetius Hiſt. de la Reform. en Anglet. lib. III. MANSI

hoc tempore ad conſervationem illius Inſulæ nobis conceſſerit, tum preces offerimus, ut eundem te nobis diu conſervet, ac proſperet, nos autem de te, ac cæteris fidei Catholicæ propugnatoribus eam curam ſuſcepimus, quam debuimus, tuque a nobis petiiſti. Quamobrem exhortamur in Domino ipſam nobilitatem tuam, & cunctos Hiberniæ populos, authoritatem, & pietatem tuam ſequentes, ut in Catholica Religione, quam a Patribus accepiſtis, & ad hæc tempora conſtantiſſime conſervaſtis, perſeverare velitis, ſicut vobis, ac veris Chriſti fidelibus dignum eſt: Nos enim, qui iſtam Inſulam ſingulari charitate complectimur, & in vetuſto Sanctæ fidei cultu conſervatam cupimus, nunquam tuæ nobilitati, & cæteris ſectatoribus pietatis tuæ deerimus, ſicut hæc omnia ex eiſdem Joanne [*nempe Codurio*] *& Alphonſo* [*ſcilicet Salmeron D. Ignatii ſociis*] *Nuntiis noſtris, & Raymundo tuo plenius intelliges. Datum Romæ* XXIV. *Aprilis MDXLI. Pontificatus noſtri anno* VII.

Orlandin. l.3. Decreti fuere Joannes Codurius, & Alphonſus Salmeron S. Ignatii Socii in Hiberniam Internuntii ex conſilio Armachani Archiepiſcopi ad lapſas res Fidei Catholicæ inſtaurandas, Hibernoſque pietate excolendos, nam Epiſcopis pulſis, & Parochis improbis intruſis Eccleſia Hibernica corruptelarum ſentibus horrebat, ad quæ tollenda mala miſſi hi Viri Apoſtolicis virtutibus inſignes, commendatique Præſulibus, Clero, & populo Hiberniæ ſubjectis literis. *Paul. III. lib. brev. an.6. pag. 97.*

Univerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, necnon dilectis filiis Nobilibus Viris Principibus, Populis, & communitatibus Inſulæ Hiberniæ, quibus hæ literæ noſtræ exhibebuntur, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

XLII. *Paul. III. lib. brev. 6. p.96.* *Cum nuper audierimus veſtras clades, & in Fide Catholica perturbationes vobis ab impietate, & crudelitate vicini Regni inflictas, ſane nos, & pro noſtro Paſtorali officio omnibus Chriſti fidelibus debito, & pro peculiari in iſtam Inſulam amore graviter noſtris damnis, tum temporalibus, tum quæ his majora ſunt, ſpiritualibus indoluimus. Itaque ſalutem animarum veſtrarum paterno zelantes affectu mittimus ad vos dilectos filios Joannem Coduri, & Alphonſum Salmeron latoras præſentium Presbyteros doctrina, & pietate inſignes, noſtros, & A. S. Nuntios, quibus mandata ad vos dedimus ſuper noſtra de vobis ſpeciali, ac paterna cura, tum etiam non paucas facultates de Chriſti theſauro conceſſimus, ut animarum veſtrarum ſaluti commodius conſulere poſſint. Hortamur igitur fraternitates, nobilitates, & devotiones veſtras in Domino, ut eoſdem Joannem, & Alphonſum Nuntios honorifice, ac benigne ſuſcipere, eorumque, cujuslibet ipſorum verbis ex parte noſtra vobis referendis plenam fidem habere, & in vera Catholica Religione, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ veſtræ peculiaris Matris obedientia, in qua tantopere cum Majoribus veſtris, vixiſtis, perſiſtere velitis, habituri præmium conſtantiæ, & pietatis veſtræ, temporalium primum bonorum in terris, deinde immortale, ac perpetuum in Cœlis. Datum Romæ* XXIV. *Aprilis MDXLI. anno* VII.

Cum in Scotiam profecturi eſſent, Pontifex literas dedit XXIV. Febr. hujus anni Cardinali Scotiæ, quibus eos omnibus benevolentiæ ſtudiis excipi, atque affici juſſit. XLIII.

De his etiam ſcripſit Paulus Regi Scotiæ, quem Sanderus ait læſum fuiſſe ab Henrico, cum Regis Hiberniæ nomen ab eo invaſum eſt, quod pars Hiberniæ ad Scotum ſpectaret, & quidem Scotos de Hibernia alias cum Anglis certaſſe vidimus: rogavit Scotum Pontifex, ut eum Internuntii ad promovendam ſalutem animarum, & Divini nominis honorem propagandum mitterentur, eos Regio ſtudio complecteretur.

Regi Scotorum.

Chariſſime &c. Mandavimus ex parte noſtra ſcribi dilecto filio noſtro Cardinali Scotiæ quædam ſuper rebus vicinæ tibi Inſulæ Hiberniæ, quæ nobis ob honorem Dei Omnipotentis, & ſalutem illorum populorum valde cordi ſunt, quaſque ad tuam pietatem, & gloriam etiam pertinere arbitramur, hortamur igitur Serenitatem tuam in Domino, ut ejuſdem Cardinalis verbis ex parte noſtra tuæ Majeſtati referendis, haud minorem fidem præbere velis, quam ſi nos ipſi cum tua Majeſtate præſentes loqueremur, quod ſane poſt Deum Omnipotentem recipiemus a Majeſtate tua gratiſſimum. Dat. Romæ XXIV. *Februarii MDXLI. anno* VII. *Paul. III. lib. brev. ann.6. p. 99.*

Ex his Internuntiis Joannes Codurius morbo oppreſſus commiſſum ſibi munus obire non potuit, cujus animam S. Ignatius, objecta illi cœleſti ſpecie in Cœlum ab Angelis efferri vidit, ut Orlandinus his verbis refert. *Pro ejus valetudine cum rei divinæ faciendæ gratia ad ædem S. Petri in Janiculo tacitus properaret Ignatius, medio in ponte, qui Sixti dicitur, intentis in Cœlum oculis, velut a ſtupore defixus repente conſtitit; tum ad comitem Baptiſtam Violam, referamus, inquit, nos* XLIV. *Maffejus in vita S. Ignatii. Orlandin. l.3. c. 20. Animam Codurii in Cœlum ferri videt S. Ignatius.*

domum, Coduriusnoſter deceſſit. Creditum ab Ignatio viſam, ut antea Horii, ſic nunc Codurii, animam in Cælum intrantem; ex horarum quippe ratione compertum, ipſum illo temporis expiraſſe momento, nec ſane cauſa alia fuit, cur intellecto divinitus chari ſodalis exceſſu, domum exemplo repeteret, ac non potius ad aliquod piaculare pro eo faciendum Sacrum de more contenderet, quin cum ad Fabrum ſcriberet, veluti de communis obitu filii, narravit, decedentem Codurii animam a pio Viro in oratione defixo, conſpectam in Cælum eſſe luce coruſcam inter Angelicos Choros deportari. Suffectus eſt in Codurii locum Paſchaſius Broetus: cum vero ille una cum Alphonſo Salmerone in Scotiam, atque ex ea in Hiberniam eſſet profectus, jamque pii illi Internuntii ſalutem animam proveherent, interioreſque Chriſti theſauros conferrent, tot inſidiis appetiti fuere a Schiſmaticis, ac pene circumventi, ut poſt trigeſimum quartum diem excedere coacti ſint.

XLV. *Orlandin. l.3.* Inter hæc Solymannus Turcarum Imperator, maximos terra, marique apparatus inſtruxit ad Chriſtianum invadendum Imperium, cujus nefaria molimina cum formidaret Pontifex, bellicis præſidiis pro immani hoſte propulſando comparandis intentus, Helvetios ad ſua ſigna (promiſſis honeſtis ſtipendiis) pellicere conſtituit, atque ipſos, etiam Hæreticos omni paterni amoris ſignificatione, verborumque officiis ſibi devincire (propoſita iis gloria) quam in tuenda Fide Chriſti, retundendiſque Turcarum conatibus eſſent relaturi.

Helvetios Paulus Pontifex invitat, acceptis ſtipendiis, ad militandum contra Turcas.

Dilectis filiis Helvetiis tredecim Cantonum ligæ ſuperioris Alemaniæ in Dieta congregandis Eccleſiaſticæ libertatis Defenſoribus.

Paul. III. lib. brev. anno 7. p.129. & p. 253. *Dilecti filii ſalutem, &c. Credimus devotiones veſtras non latere ea, quæ crebris nuntiis, ac literis nuntiantur de maximis infidelium apparatibus tum terreſtribus, tum maritimis, utque illi innumeris comparatis, & jam inſtructis exercitibus terra Auſtriam inferiorem, mari autem Italiam, præcipueque in Civitates, & Provincias Sanctæ Apoſtolicæ Sedis irrumpere, devaſtare, & occupare in animo habeant, ac per eas gradus quoſdam ſibi facere ad reliqua Chriſtianitatis invadenda; quam ob rem nos ſicut hactenus ad illorum conatus dudum antea prævifos retundendos nihil prætermiſimus, quod ad curam univerſalis Paſtoris omnium Chriſtifidelium pertineret, nunc Nicæam nulla noſtræ ætatis ratione habita eundo, concordiamque inter Chriſtianos Principes ſuadendo, nunc Claſſe multo labore, & impenſa inſtructa cum cæteris reſiſtendo, ita etiam hoc tempore nihil prætermittere, vel laboris, vel ſtudii, vel officii noſtri decrevimus, quo id periculum nobis quidem nunc propius, ſed niſi occurratur, ſimul omnibus mox Chriſtianis incubiturum avertamus: itaque, non deſiſtimus omnes Principes Chriſtianos ad pacem adhortari, ita etiam monemus aſſidue ut ſalutis communis curam ſuſcipiant, ad defenſionem vero noſtrarum terrarum, quas una velificatione hoſtis invadere poteſt, expedito, ac prompto præſidia indigentes facile ad veſtram inclytam, ac fortiſſimam Nationem ſpes noſtras convertimus, unde ipſum præſidium ſumeremus, nec enim habebamus, quorum magis fidere vel virtuti, vel in nos benevolentiæ deberemus quam veſtrum, qui & Defenſores hujus Sanctæ Sedis, & veteri memoria diu optime meriti fuiſtis: quamobrem non minus in vobis quam aliqui Prædeceſſorum noſtrorum ſperantes, nec minus quam illi erga veſtrum commodum, & honorem paterne affecti, atque animati, deinceps vobiſcum veterem benevolentiam, & primam erga vos charitatem nunquam illam quidem a nobis depoſitam continuare propoſuimus, veſtras devotiones ſtudioſe requirentes, & hortantes, ut ſi ipſi infideles noſtri, ac veſtri hoſtes progrediantur, pergantque terras noſtras invadere [quod Deus miſericors dignetur avertere] tunc vos pro defenſione Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Chriſtianæ Religionis, univerſaliſque ſalutis, veſtros milites bona veſtra cum voluntate, pro honeſtis, & competentibus ſtipendiis nobis concedere velitis, quemadmodum veſtri Majores, uſque ipſi cum ingenti veſtra gloria anteactis temporibus feciſtis, habituri viciſſim nos, & hanc Sanctam Sedem in occaſionibus, quantum nobis licuerit, hujus veſtri officii ſemper memores, & gratos, ſicut hæc plenius tam nunc ex literis dilecti filii noſtri Ennii tit. S. Angeli Presbyteri Cardinalis Verulani, quem veſtri nominis ſtudioſiſſimum, & apud nos promotorem, ac fautorem veſtrarum rerum jam inde ab initio Pontificatus noſtri habuiſtis, & continue habetis, quam ex verbis dilecti filii Hieronymi Franchi familiaris, & Camerarii noſtri, quem dedita opera propediem ad vos mittere decrevimus, intelligetis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum* XVII. *Maii MDXLI. an.* VII.

Cum pro ſuſtentandis copiis auxiliaribus ætario opus eſſet, auxerat Pontifex XLVI.
vectigal ſalis, quod Peruſini inique ferentes, rebellionem moverant, verum quinta Junii (deditione nuncupata) ad *Petr. Paul. Aret. MS. Vatic.*
officium redacti fuere, quorum Oratore ſupplici cultu, ac ritu hoc veniam popoſciſſe memorat Petrus Paulus Gualterius Are-

Digitized by Google

Peruſini veniam a Pontifice pro rebellione facta poſcunt.

Aretinus. *Die vigeſima nona Junii dum Papa iret ad S. Petrum, projecerunt ſe ad ejus pedes in Porticu S. Petri viginti quinque Cives Peruſini pullis, & longis veſtibus induti, & ad collum laqueo appoſito, veniam, & miſericordiam petentes, & Reverendiſſimus Sanctorum IV. interceſſit pro eis, tunc ſua Sanctitas abſolvit tredecim illorum, & remiſit. Steterunt poſtea ante Capellam majorem dum Miſſa celebraretur, & miſerandum ſpectaculum præbuere, numerus duodecim repræſentavit eos, qui authores rebellionis fuerant.*

Turca in Hungaros bellum movet.

Quod ad Turcas vero attinet, non illi hoc anno in Italiam effudere impetus, ſed in Hungariam, quam ob funeſta Hungarorum diſſidia ſibi maxima ex parte ſubjecerunt. Jactarat mira fraude Solymannus advocatis Hungarorum Legatis, qui Conſtantinopolim ſuperiore anno profecti puerum Regem ejus clientelæ commendarant, ſe eo animo Joanni Regnum conceſſiſſe, ut ad liberos ejus tranſmitteretur, tandiuque poſteri ejus Pannoniæ Regno potirentur, quamdiu accepti beneficii memoriam retinerent, proindeque ad declarandam liberalitatis ſuæ conſtantiam, ſe arma ſumpturum: dein Legatis deferenda dedit puero Regi, ac firmatæ amicitiæ, & ſuſceptæ tutelæ inſignia purpuream auro intertexto Regalis cultus togam, & alia munera, ſed quæ a barbaro fides expectanda eſſet, exitus edocuit, cum arma ſumpſiſſe ad Puerum Regno ſpoliandum viſuri ſimus. Miſerat Ferdinandus Rex Cæſaris fratris fultus auxilio novum exercitum in Hungariam Duce Rocchandulpho, qui conjunctus Velſio alterius exercitus Duci, Budam oppugnavit, partemque murorum tormentis concuſſam proſtravit; ſed cum impreſſionem per murorum ruinas in ſequentem diem extraxiſſet, noctu Budenſes ita locum communierunt, ut irrumpentes Germanos vulneribus debilitatos propulſarint. Jam Budenſes inedia preſſi feſſique bello deditionem faciendam ad imponendum tot malis finem decreverant, ac Bornemiſſa Hungarus Prætor in jure dicundo, ardens odio in Joannem Varadienſem Regis altorem, pollicitus erat Roccandulpho, ſe portulam ſecretam aperturum, ſi Hungaros milites ſubmitteret, ea lege, ut Civium vitæ, rebuſque parceretur; ſed Rocchandulphus inani gloria turgidus, non Hungaros ſubmiſit, ſed Germanos, ut ſibi conceptæ victoriæ famam compararet, quare Bornemiſſa deceptus, intromiſſis Ducem ſe præbere abnuit, atque ita Germani viarum ignari a vigilum ſtationibus detecti, contrucidatique ſunt, de quo triſti ſucceſſu Claudius ſcripſit, quæ a Franciſco e Frangipanibus Archiepiſcopo Colocenſi exceperat.

Paul. Jov. l. 39.

Ext. in mſ. Arch. Vat. ſig. n. 1225. p. 31.

Frangipan. Archiep. Colocen. & Epiſc. Agrien.

Optarem jucundiora nova, quam quæ hodie hora tertia ſunt ex caſtris Regis allata, noſtros videlicet aggreſſos fuiſſe per Sturm, uti dicitur, civitatem Budenſem die Jovis præterito, & nihil effeciſſe, amiſſis, & ſauciatis circiter octingentis ex noſtris, a mœniis repulſi ſunt adverſariis triumphantibus, quæ res quantum malorum ſecum trahat, facile patet, & niſi novæ gentes, & milites mittantur, Buda nunquam ab iſtis militibus capietur, &c. Datum Viennæ IV. Junii, hora ſexta MDXLI.

Claudius Ratisbon.

Ita obſidio in longius tempus ducta eſt, donec immiſſus a Solymanno, qui Adrianopoli ſubſtiterat, validiſſimus exercitus in Hungariam irrupit, ac Ferdinandi exercitus ſoluta obſidione tumultuaria fuga cæſus eſt, amiſſis impedimentis, & tormentis bellicis, Peſtumque a Turcis captum, tantaque immanitate ſævitum eſt, ut nec infirmis, nec mulieribus Turcæ pepercerint, eoque magis clades pudenda extitit quod ſine vulnere eam Turcæ pepererint, Chriſtianorum vero capita ſupra viginti millia in eo bello interempta traduntur.

Turca in Hungaria ſuperat Chriſtianos.

Paul. Jov. lib. 39. in fine Martin. Bellajus l. 6.

XLVII. Audita partæ de Germanis victoriæ fama Solymannus, qui incertos belli eventus metuens Hadrianopoli ſubſtiterat, confectis magnis itineribus ad ſpoliandum Regem Puerum provolavit, defixiſque prope Budam caſtris, varia ditiſſima munera Regi deferenda miſit, tum etiam Proceres Hungaros aureis torquibus, & talaribus togis delinivit, tum Legati fallaci narratione addidere, Solymannum non modo Regem conſervatum velle pro ſingulari humanitate, ſed etiam augendum vetuſtis Regni finibus, conſtituiſſe; cupere vero Regiam prolem intueri, paternamque indolem agnoſcere, proditus eſt imbellis puer a Principibus Hungaris, qui eum ad Solymannum regalibus crepundiis exornatum deduxere, ac dum convivio accumbunt, Turcæ per ſpeciem viſendæ Urbis ingreſſi, ea potiuntur, Civeſque ad tradenda arma compellunt, intentato vitæ diſcrimine, ac tum Solymannus Buda in ſuam poteſtatem redacta, quid de Puero & Proceribus ageret, diſputans, demum mitiorem ſequutus ſententiam, non Puerum, & Proceres, ut ſuadebant Purpurati, Conſtantinopolim in vincula miſit, ſed Reginæ reſtituto Puero, illam ex Arce, & Urbe inermem excedere juſſit, ac ultra Tybiſcum Lippam (conſtitutis iiſdem nutritiis) Puero attribuit in Principatum,

Paul. Jov. l. 40. Iſthuanff. in comm.

Buda Solymannus proditione potitur.

Eccleſiam vero Deiparæ ſacram, ſublatis Altaribus, & ſacris Imaginibus deletis, ritu Mahometano III. kal. Septembris funeſtavit. Horum malorum cauſa Georgio Varadienſi Epiſcopo adſcripta eſt, quod ſpretis monitis Pontificis exciviſſet Turcas, ſeque una cum Rege eorum poteſtati commiſiſſet. Hac rerum converſione conterritus Ferdinandus Rex, qui nimia ambitione ſubiiciendæ Hungariæ, illius a Turcis opprimendæ occaſionem præbuerat, Solymannum ampliſſimis muneribus demulcere pertentavit, petiitque Oratorum opera Hungariæ Regnum ſibi a Solymanno concedi, cui ſuperbe reſponſum eſt a Barbaro, ut ſi pacem vellet, totius Regni Hungariæ finibus excederet, ac præterea annuum vectigal pro Auſtria retinenda penderet, mox expeditas copias ad Auſtriam, & Moraviam evaſtandas immiſit, Tranſylvaniamque in fidem recepit; inſignemque Germaniæ cladem intuliſſet, niſi turgidi deciduis imbribus fluvii barbaricas excurſiones cohibuiſſent. Porro de Hungarici Regni everſione, cum Proceres palam faſtu, inſolentia, luxu, deliciiſque diffluerent, fertur, quemdam ex Aulicis acute dixiſſe, nunquam ſe vidiſſe, vel audiviſſe Regnum ullum quod majore, ac Hungaria, gaudio, atque tripudio perierit: equidem rectiſſime, cum per ſpeciem triumphi hoſtes exceperint, quorum ſervituti manciparentur.

XLVIII.
Paul. Jov. l. 40.

Inter hæc dum pronæ in exitum ruerent Chriſtianæ res, funeſto caſu decennales Induciæ, quæ Pontifice interprete Niciæ inter Gallorum Regem, ac Cæſarem ſancitæ fuerant, violatæ ſunt Cæſareorum, ut ferebatur flagitio. Cum enim Franciſcus Rex Cæſarem Fregoſium, & Antonium Rinconum ad Solymannum Oratores mitteret, illi menſe Julio prope Ticinum intercepti, ac contrucidati ſunt, cujus ſceleris infamia Marchioni Vaſtio Inſubriæ Præfecto adhæſit, id ab eo factum, ut gratiam Cæſaris mereretur, quam injuriam cum non farciret Cæſar, in eum magno rei Chriſtianæ damno a Franciſco Rege bellum redintegratum viſuri ſumus.

Fregoſius, & Rinconius necantur.

Martinus Bellajus comment. l. 8.
Petrus Paulus Gualter. in Diar. mſ. Vat. Bibl.
Paul. Jov. l. 40. & alii.

Non Pontificio muneri defuit Paulus, ut imminentia mala averteret, ſubortamque ſimultatem tolleret, nam cum Cæſar e Germania in Italiam affecta æſtate rediiſſet Algerianam expeditionem meditatus, ac Pontificem de colloquio Lucæ ineundo pro conferendis conſiliis, expediendiſque in adverſis, aſperiſque Chriſtiani Imperii rebus poſtulaſſet, ille licet ſenio confectus (Medicis improbantibus) quod letho ſe exponeret, ſi æſtuoſo itineri nondum pleno imbre fractis caloribus, a Romano Cœlo diſcedens, ſe committeret, prætulit ſalutem publicam ætatis periculis, dictitans honeſtius occumbere non poſſe, quam in ſuſcepto pro Chriſtiano Populo labore, nolleque infami deſidia vitæ cupiditatem extendere: eum vero finem laborum ſibi propoſuit, ut Cæſarem ad firmiſſimam pacem cum Gallo Rege flecteret, iiſque conjunctis Synodum Œcumenicam cogeret, tum ad Lutheranos, & alios Hæreticos ad officium redigendos, tum ad Turcas retundendos. *Cum ſine unanimi* (inquit Angelus Maſſarellus) *Chriſtianorum Principum aſſenſu, & concordi voluntate, commode nequaquam Concilium celebrari poſſet, Sanctitas ſua iterum pacis tractatum, licet toties fruſtra tentatum, præ manibus ſumere conſtituit, necnon ipſamet, cum parum hactenus tot Legatorum miſſio profuiſſet, demum Cæſaream Majeſtatem perſonaliter [quamvis ſenio jam confecta] neque periculis, neque laboribus parcens, adire non dubitavit.*

Paul. Jov. l. 40.

Paulus, ut cum Imperatore conveniret Lucam adire decrevit.

Angel. Maſſarellus in diar. Concil. Trid. Arch. Vat. & aliud mſ. ſig. n. 3188. p. 208.

XLIX.
Petrus Paulus Gualt. in Diar. mſ. lib. brev. p. 397.

Diſceſſit itaque Pontifex ex Urbe, cui Legatum reliquerat Cardinalem de Carpo, vigeſima ſeptima auguſti, centum quinquaginta equitum, ac ducentorum peditum ſtipatorum turma munitus, atque VIII. Septembris Lucam ingreſſus, præmiſit Alexandrum Farneſium Cardinalem, qui Cæſarem Genuam triremibus appulſum octavo a Luca milliari excepit, ad Portam autem Urbis affuere Cardinales, atque Antiſtites, & Lucenſium Patritiorum ordo, qui decima Septembris ingreſſum ſub umbella deduxere ad prætoriam curiam, Pontifex vero ad Epiſcopi Ædes Templo maximo conjunctas diverterat. Ter Cæſar adiit Pontificem ad colloquia, Pontifex vero Cæſarem ſemel adiit: apud utrumque Galliæ Regis Orator queſtus eſt de violatis Induciis ob Fregoſium, & Rinconem Legatos interfectos: reſpondit Cæſar, id ſe ignaro penitus accidiſſe, eoſque ſimulato cultu nomen ſuum non eſſe profeſſos, ac ſi admiſſi facinoris authores indicarentur, eos ad ſupplicia merita Gallo traditurum. Denique Imperator decima octava die Septembris, jam proxima nocte, quia uſque ad vigeſimam tertiam horam diei cum Pontifice locutus fuerat, Petram Sanctam verſus diſceſſit, quo media jam nocte pervenit; indeque Lunenſem Portum petiit, ad expeditionem Algerianam acceſſurus, paucoſque poſt dies Paulus rediturus Romam itineri ſe commiſit.

Paul. Jov. l. 50.

Petr. Paul. Gualt. ubi ſupra.

L.
Pallavic. Tom. 1. l. 4. c. 16. n. 1.

In hoc congreſſu nulla de Receſſu Ratisbonenſi, ſicuti multi arbitrabantur, fuit contentio, cum Imperatoris mens in illi-

illius Receſſus publicatione, ubi locus concilii aſſignabatur, & Nationale concilium promittebatur, alia non fuerit, niſi ut Germanis tunc aliquatenus ſatisfaceret. Imperator igitur pro Germania tria propoſuit, ſicuti Ardinghellus (de quo paulo inferius loquemur) Regi Galliæ ſignificavit, ſic inquiens. Lucæ dum moraretur Imperator, tria a Pontifice ob bonum Germaniæ requiſivit, ſcilicet concilium, fœderis Catholici defenſivi, & reformativi confirmationem, & ut Sua Sanctitas aliquem ad reformandam Germaniam mitteret. Pontifex vero diſtulit reſpondere petitionibus Imperatoris, uſque dum Romam perveniret, quia Lucæ pauci Cardinales aderant, ſic Ardinghellus. Actum etiam fuit de pace firmanda cum Chriſtianiſſimo, & cum de modo ſtabiliendæ pacis tractaretur, Cæſar Mediolani jure nulla prorſus ratione ceſſurum conſtantiſſime profeſſus eſt; ſe potius libenti animo filiæ ſuæ, quando duci Aurelianenſi Regis ſecundogenito in matrimonio jungeretur, pro dote totam Belgicam Regionem conceſſurum; interim requirebat, ut Rex nnn diſcederet ab Induciis, quas ſciſſas eſſe ob necem Fregoſii, & Rinconii contendebat, quapropter Pontifex celeri curſu in Galliam ſuum a ſecretis Hieronymom Dandinum miſit, tradiditque ei ſequentem epiſtolam commendatitiam Cardinali Turnonio directam.

MS. Car. Bernard. Spada to. 13. p. 243.

Quid petierit Imperator a Pontifice dum Lucæ moraretur.

Epiſt. Ardinghelli apud Pallavic. to. 1. l. 4. c. 16. n. 2.

Cardinali de Turnono.

Paul. III. lib. brev. an. 7. p. 433.

Dilecte. Mittentes dilectum filium Prothonotarium Dandinum Secretarium noſtrum ad Chriſtianiſſimam Maieſtatem, ei merito mandavimus, ut in primis circumſpectionem tuam omni amore inviſeret, & ſalutaret a nobis, eique jucunditatem animi noſtri explicaret, qua in dies magis afficimur, quod in iſto Regno tam utile, atque honorificum huius Sanctæ Sedis membrum tali authoritate, & gratia apud iſtum Regem, tali apud omnes laude vigere perſpicimus: quod gaudium noſtrum cum merito maximum ſit, non minus eſt etiam deſiderium, quo tenemur, nos tibi memores, & gratos exhibendi, quamvis tua virtus ſeipſa contenta eſt, & omnino a Deo Optimo remunerationem expectat, cum itaque ipſe Prothonotarius juſſu noſtro tecum colloquuturus ſit de multis ad univerſale bonum, & ad noſtrum erga iſtum Chriſtianiſſimum Regem amorem ſpectantibus, te fili hortamur, ut ipſum Prothonotarium tibi deditiſſimum benigne, & cum fide audire, tuoque conſilio, & opera dirigere, ac favore, & gratia juvare in omnibus velis, ſicut amantiſſime cum maxima noſtra ſatisfactione feciſti, id enim nos maxime cupimus, atque in eo te contendere volumus, ut inter nos, & dictam Majeſtatem omnia ab amore decurrant, quem inter patrem, ac filium amantiſſimos eſſe convenit, & a circumſpectione tua, haud minus quam a nobis, deſiderari ſcimus, quemadmodum hæc omnia plenius ex eodem Prothonotario intelliges. Datum Lucæ XIX. *Septemb. MDXLI. anno* VII.

Diſceſſurus Loca Imperator Granuellanum arcanorum ſuorum participem reliquit cum Pontifice, ut reſponſum a Franciſco Rege Galliæ, quod Dandinus Pontificius Internuntius allaturus erat, exciperet. Pontifex vero lapſo aliquot dierum intervallo, Bononiam petiturus, indeque Romam ſervato vetere more atque inſtituto Romanorum Pontificum, ut ingreſſuri iter ſanctiſſimum Chriſti Corpus in Euchariſtico Sacramento in ara ſubvectili pie adornata Sacro comitatu ſtipatum præmittant, eam provinciam Achilli cubiculario familiari demandavi. LI.

Ingreſſus Romam Pontifex, coacto Cardinalium Senatu, tria poſtulata in Lucenſi congreſſu ſibi ab Imperatore porrecta expoſuit: quæ vero illa fuerint, quidve iis reſponſum ſit, conſtat ex Nicolai Ardinghelli Epiſcopi Foroſempronienſis poſtea Cardinalis oratione ad Regem Galliæ habita, qua illi in eo colloquin tranſacta ita retulit. Actum eſt de Concilio celebrando, omneſque Cardinales in eam concurrerunt ſententiam, omni ſtudiotum contentione quantocyus cogendum; plures inſignes Urbes propoſitæ fuere, cum nullius ſingularis delectui addictus ſit Pontifex, omneſque aptæ ad congregandum in iis Concilium, finemque expetitum conſequendum idoneæ placeant Pontificiæ Sanctitati; nec ulla privata cupiditate teneatur, an ſint in Italia, vel extra Italiam ſitæ: in Italia quidem Ferraria, & Mantua rerum omnium copia affluentes, in quibus etiam præteritis temporibus Concilia ſunt habita, recenſitæ fuere: extra Italiam vero Cameracum, quod tunc non erat Hiſpanæ ditionis, & in Germaniæ, & Galliæ finibus jacet, maxime accommodatum viſum eſt, at nullum de eo decretum editum, ſed tantummodo tres eæ Urbes idoneæ pro celebrando Concilio, exiſtimatæ ſunt: ac licet Mantuam lapſis ante annis a Duce Frederico negata ſit, ſperari tamen Succeſſorem libere eam in tam pium opus conceſſurum. Hinc coniicitur Adrianum Scriptorem, ex iis tantummodo, quæ vulgo ferebantur, non autem ex authenticis Codicibus, vel ex LII.

Vi-

Digitized by Google

Virorum fide dignorum relatu in ſua hiſtoria retuliſſe, videlicet, Imperatorem, dum Lucæ moraretur, Pontificem requiſiviſſe, ut Concilium Tridenti convocaret; quia hoc Germanis promiſerat. Proſequamur reliqua ex Ardinghello.

LIII. Actum ſecundo fuit de armorum fœdere confirmando pro defendenda Religione Catholica contra Lutheranos, impia tyrannide Eccleſiaſticos, & populos opprimentes; deque nummario ſubſidio in rem bellicam conſerendo. Flagitavit tertio Imperator, ut a Pontifice Internuntius doctrina, & pietate ſpectatiſſimus in Germaniam mitteretur pro reſtituenda in Clero Germanico morum ſanctitate, pietateque excolenda; quod poſtulatum cum Pontificio officio, & æquitati congruat, provocandum in opus ſenſere Cardinales, viſumque eſt illi muneri præficiendum eſſe Epiſcopum Mutinenſem Virum conſpicuæ virtutis.

LIV. Reverſus interea Dandinus Internuntius e Gallia retulit, Franciſcum Regem altiſſimo defixiſſe animo, ulciſci cædem Fregoſii & Rinconii Regiorum Oratorum, ni Cæſar injuriam farciret; appellareque Pontificem initæ ſequeſtræ pacis authorem, ut de violatis induciis ferret ſententiam, ac ſecum arma ſocialia adverſus fœdifragum, uti ſpoponderat, conjungeret. Ex parte adverſa Cæſarei Adminiſtri expoſtulavere, ut Galliæ Rex nitide pronuntiaret, an pactis induciis ſtare vellet, utque Pontifex pro officii religione, qua obſtrictus erat, Georgii Auſtriaci Patrui naturalis Imperatoris, Archiepiſcopi Valentini, ejuſdemque Epiſcopi Leodienſis, qui dum iter per Galliam ageret, Lugduni interceptus, Regiæ cuſtodiæ traditus fuerat; cuique Rex intentabat mortis terrorem, pro vindicanda ſuorum nece, liberandi interpretem, & actorem ageret. Cæſarem enim illata Fregoſio & Rinconio necis culpa omnino immunem & ignarum fuiſſe conſtanter affirmabant. Quibus reſpondit Pontifex, non ita præfracte & acerbe cum Gallo Rege agendum, qui Ruthenenſis Epiſcopi opera jam ante reſponderat nullas res novas moliturum, donec Cæſar ab Algeriana expeditione rediiſſet : ſperare enim a Cæſare cognita re injuriam Regi illatam honeſte expiaturum : appellato vero eo Rege, an vellet ſervare inducias, an bello certare, non concordiæ viam muniri, ſed bello inflammando faces iniici; de quibus etiam Nicolaus Ardinghellus, dum adhuc in Aula Pontificia ageret, cum Granuellano, & Marchione de Aghilar, ut mitius agerent, graviſſime diſſeruit : profectuſque ad Aulam Gallicam Pontificio nomine exacerbatum Franciſci Regis animum delinire ſtuduit, ut bellica conſilia abiiceret, multiſque humaniſſimis verborum officiis de Pontificia erga Regem benevolentia præfatus, ad emolliendas ejus iras avertendaque impendentia Chriſtiano Imperio mala, defugiendamque incitandi in Chriſtianos Turcarum Imperatoris infamiam hæc argumenta graviſſima explicuit.

LV. Pontificia Sanctitas perpendit clandeſtine admodum illatam necem Cæſari Fregoſio & Rinconio ut etiam ſi Regia Majeſtas ita credat vel norit, non tamen probari poſſit, ut ab aliis credenda ſit. Prærerea quamvis toti orbi patefieret hoc ſcelus Cæſareorum Adminiſtrorum imperio patratum, Pontificia Sanctitas exiſtimat non inveniri rationem injuriæ farciendæ, qua Imperator poſſit facere ſatis Regiæ Majeſtati, cumque inde poſtulata pax redintegranda pendeat, Pontificia Sanctitas conſulit, ut Regia Majeſtas actionem poſtulandæ ſatisfactionis abſcindat : quod ſi detrectet, exploratum eſt, data quacumque occaſione exaſperatos utrinque animos in arma conſurrecturos bellumque maximum accendendum; ex quo innumera mala in corporum & animarum exitium ſint emerſura : geſtum jam viginti ab hinc annis bellum inter Imperialem, Regiamque Majeſtates, ac præter multatum Urbium everſiones ac devaſtationes agrorum, Templorum direptiones, Lutheraniſmum latiſſime propagatum eſſe, ut lateat humanas mentes, quando tot populi ſubornati ab impiis, diſciſſique ab Eccleſia, ad illius gremium ſint redituri.

LVI. Lapſis proxime excurrentibus annis Turca Rhodum ſuo adjecit Imperio, & gemina expeditione Hungariam in ſnam poteſtatem redegit, quæ infeliciſſima damna, civilia inrer Chriſtianos bella peperere; iis enim compoſitis facile communis hoſtis propulſatus fuiſſet. Nullns ergo funeſtior caſus poteſt contingere, quam ſi imperator adverſus Regiam Majeſtatem bellum inferat, aut Regia Majeſtas adverſus Cæſaream arma moveat; quorum malorum univerſo Chriſtiano Imperio impendentium maxime ſe participem futurum negare non poteſt, cum tamen Regii officii religione ſit obſtrictus ad fidem orthodoxam, remque publicam Chriſtianam defendendam : nam quicumque rerum exitus fuerit, Regna & Principatus Regiæ Majeſtatis in graviora mala conjicientur, quorum finis non ſit proxime futurus.

LVII. Majeſtas veſtra Galliam uſque ad hæc tempora a Lutheranæ hæreſeos peſte vin-

di-

dicavit : at ſi bellum geratur, periculum maximum imminet, ne lue illa neſaria inficiatur ; cum hæretici Galliæ limiti ſint proximi, ac veluti in eadem domo morentur. Turca vero Regna Majeſtatis Veſtræ non invaſit, quia longiore intervallo terrarum diſſitus eſt; vel quia exiſtimat rei ſuæ conducere, colere amicitiam Regiæ Majeſtatis, ac Cæſarem bello appetere : at ſi ad provincias Galliæ propius acceſſerit, ſævitiam tyrannidis illius experietur Gallia ; ac ſi potentiam Turcicam augeat veſtra Majeſtas, illam contra filios Regios amplificatura & concitatura eſt,

LVIII. Sed longe gravius malum aliud accedit, ſi veſtra Majeſtas bello Cæſarem laceſſat, non ut antea bellum inter ambos geretur, ſed Turca tertius ſe conjunget, expeditionemque ducet ad reliquam Hungariam ſibi ſubjiciendam, ac veſtra Majeſtas maximo ſe flagirio devinciet, ac maximam infamiæ notam inuret Regio nomini, non tantum ex pacto fœdere cum Turca, ſed etiam ex illo ad devaſtandas Chriſtianas Provincias concitato; ex quo Pontificia Sanctitas graviſſimum traxit dolorem, quod Veſtra Majeſtas adeo ſui nominis, & Prædeceſſorum gloriam contaminet, religionem proterat, ac optimam ſuam indolem pervertat.

LIX. Ad propulſanda igitur tam ingentia mala proxime imminentia, tum publica, tum privata, Regiæ Majeſtatis idonea comparanda ſunt remedia, quæ cum Sanctitas Pontificia revolverer animo, cenſuit, pro ſuſtentanda collabente re Chriſtiana Inducias non ſufficere, ſed firmiſſimam pacem inſtaurandam; quæ quidem fælieiſſime ſanciretur, ſi Imperator Mediolanenſi Principatu cederet; ſed licet Pontifex in Lucenſi colloquio ad id flectere Cæſarem pertentarit ſumma contentione pro bono Reipublicæ Chriſtianæ, ſemper tamen repulſam paſſus, cum Imperator vereatur, ne Regia Majeſtas parto Mediolanenſi Principatu converſis rebus animum adiiciat, ad alias Provincias Cæſareas ſibi ſubiiciendas, tum ne ipſi ex Hiſpania per Italiam iter habituro, in Germaniam itinera intercludat. Cum itaque hæc pacis conciliandæ ratio in opus provocari non poſſet, alia occurrit Pontificio animo, ſi primogenita filia Imperatoris cum Belgio, & Batavia dotalibus Duci Aurelianenſi in matrimonio collocaretur, cujus dotis dignitas vel amplitudo Ducatum Mediolanenſem æquaret, vel ſuperaret; Regnumque Galliæ conjuncta illa veteris Galliæ parte latius propagaretur; cujus rei ad exitum perducendæ rationem non difficilem Pontifex opinatur, atque ita factum iri ſatis ampleque Regiæ Majeſtati.

At quia obiici poteſt, hactenus Cæſarem illato de his ſermone verba inania, & ſuco plena dediſſe illuſiſſeque Regiæ Majeſtati, paciſque involutæ actione inducta, multos Proceres a Regia amicitia divulſiſſe. Reſpondet Pontificia Sanctitas, ita ſe rem tranſacturam, ut Regia Majeſtas non ſe lactatam verbis conqueri poſſit; nec Dei gratiam, quæ in neceſſariis non deficit defuturam; ut adeo neceſſaria Chriſtianæ Reipublicæ adeoque a piis expetita pax conficiatur : muniri vero illi viam poſſe ſi Archiepiſcopum Valentinum ab omni culpa puriſſimum, & immunem Regia Majeſtas priſtinæ reſtiruerit libertati; non conſtare a quibus nex illata ſit Regiis Oratoribus; an Cæſar vel illius Adminiſtri conſenſerint? Archiepiſcopum vero inſontem Sacris Ordinibus initiatum, affectæ æratis, qui nulla unquam injuria Regiam Majeſtatem violarit, contra fas detineri in carcere, ut pro Fregoſio, & Rinconio cæſis pœnas luat; univerſo orbi patere, ac Divina, & Pontificia jura inde infringi; abſit ut Regia Majeſtas tanta macula nomen Regis Chriſtianiſſimi inficiat : perpendat illa quanta mala ex redintegrato bello ſint emerſura, quam ſint incerti funeſtique bellorum exitus, & quantæ ſpes, & quanta bona ex inſtaurata pace, & contrahendo inter Ducem Aurelianenſem, & Primogenitam Cæſaris matrimonio affulgeant, & adoleſcant : ad quæ promovenda Pontificia Sanctitas paratiſſimam ſe offerat ex addictiſſimo erga Regiam Majeſtatem animo. LX.

Dimiſſus eſt e cuſtodia poſt aliquot menſes Valentinus Archiepiſcopus, geſtoque ancipiti, & funeſto bello ſatiata plurimo ſanguine horum Principum ira, pacem redintegratam, nepte Caroli Cæſaris filia cum Belgico Principatu dotali deſponſa Duci Aurelianenſi viſuri ſumus ſuo loco. Addemus Ardinghellum cum Franciſco Galliæ Rege pro celebrando Concilio egiſſe, cum illud maxime foret neceſſarium, non tantum pro Germaniæ Lutheranis ad caſtra Eccleſiæ revocandis, ſed etiam pro Gallia ab incendio hæreſeos futuro vindicanda, cum flammarum impiarum globi Pariſios uſque, & Regiam Navarræ Aulam volitarent, quæ niſi torrentibus ſanguinis Gallici effuſis extinguendæ erant. LXI.

Maxima rerum, quæ in Lucenſi congreſſu inter Pontificem, & Cæſarem agitatæ ſunt, verſa eſt de celebrando Concilio, cui apparando cum incumberet Pontifex exeunte menſe Julio, ut referunt LXII.

Acta

Digitized by Google

Acta Conſiſtorialia, de abrogandis Romanæ Curiæ corruptelis, perpoliendiſque moribus egit ex conſilio Cardinalium, Romamque reverſus Septembri devexo, cum Gaſparem Cardinalem Contarenum ex Germanica Legatione, & Ratisbonenſi conventu reverſum in Conſiſtorio audiviſſet de tribus a Cæſare poſtulatis, nimirum de Concilio, ac de loco deligendo, de inſtauranda morum puritate, deque fœdere Catholico adverſus hæreticos ſanciendo ad Cardinalium Senatum retulit.

Incubuiſſe etiam in id opus ineunte anno flagrantiſſimo ſtudio, hortatumque eſſe Reges, ut pari animorum conſenſu Concilio celebrando operam conjungerent, refert Maſſarellus.

Non omiſit Pontifex Chriſtianis Principibus ſuadere. At quia hujuſmodi celebratio ob temporum malignitatem, tunc impoſſibilis fore videbatur, ne interea Chriſtiana Reſpublica omnino peſſum iret, Sanctitas ſua Eccleſiæ reformationi alia via vacandum decrevit; quapropter decem ex Sacro Cardinalium Senatu doctrina, & morum gravitate præſtantes Viros, qui ejuſmodi negotii curam aſſumerent, delegit, dieque XIII. Februarii convocatis quamplurimis Prælatis, eos monuit, ut ad eorum Eccleſias proficiſcerentur, reſidentibus liberam collationis alternativam, & contra exempto procedendi facultatem concedens, nonnullaſque pro Romana Curia in proximis moderanda die XVIII. ejuſdem Conſtitutiones edidit.

LXIII. *Diario Concil. Trid. mſ. Arch. Vat. to. 3190. p. 207.* De Concilio nerum cogendo cogitat Pontifex.

Exeunte vero anno Pontifex in ea cura defixus, ut optima conſilia pro re Chriſtiana reſtituenda expediret, Cardinales omnes ex variis Regnis ad Romanam Aulam evocandos decrevit, quo argumento literæ ad Galliæ Regem datæ XVII. Decembris, quibus rogatus eſt, ut Gallos Cardinales ſineret ad Pontificiam Aulam accedere pro rerum graviſſimarum muneri Pontificio incumbentium mole ſuſtinenda: Cæſarem quoque monuit ut Regnorum ſuorum Cardinales, exceptis Toletano, & Hiſpalenſi Archiepiſcopis Cardinalibus, quos moderandæ publicæ rei Hiſpanæ præfecerat, proficiſci Romam ſolicitaret. Adjecit etiam Cardinalium Senatui Viros doctrina, & probitate inſignes Gaſparem Compoſtellanum Archiepiſcopum ad Cæſareas preces, nec non Michaelem de Sylva Luſitanum Epiſcopum Viſenſem, de quo Regem Luſitaniæ II. Decembris certiorem fecit. Decrevit etiam ad Regem Romanorum Internuntium Verallum prudentia & ſcientia inſignem Virum pro re catholica in Aula Regia promovenda, quem inter alia his monitis inſtruxit. *In converſationibus tuis non ita omni ſpiritui credas, ſed juxta preceptum Divi Jacobi, velox ſis ad audiendum, tardus ad loquendum, & diſputationes, præſertim in materia fidei evites, & quæcumque videris, & audieris, noſtra cognitione digna, diligenter obſerves, ac de omnibus Nos, ſive per Ordinarios, ſive per alios quoſcumque tibi oblatos fideles curſores, certiores reddas, & ſi quando res ita exigat, etiam per proprium Nuntium, & immutatis literis, quas ziphras, vulgo appellant.* Demandata illi maxime eſt ea provincia, ut una cum Morono Ferdinando Regi oſtenderet Concilium in Germania ſine diſcrimine ob hæreticorum inſidias celebrari non poſſe. At de his hactenus.

Porro Calvini reditum ad urbem Genevenſem incidiſſe in diem decimum tertium Septembris præſentis anni Floremundus Ræmundus aſſerit; quem diem Genevenſes tamquam primum Calviniani Pontificatus ſigno notant. Hic itaque Genevam reverſus ita omnia verſavit, ut brevi licet Sacris non initiatus non Epiſcopatum modo, verum etiam dominatum ſibi arrogarit, res omnes tam ad Religionem, quam ad civilem adminiſtrationem ſpectantes ſuo arbitratu diſponeret. Hanc perditi hominis temeritatem diſerte deplorat præfatus Author, celebre illud Divi Cypriani monitum in medium primo proferens. *Quomodo ille pro Paſtore agnoſci poteſt, qui vivente legitimo Paſtore ordinariam habente ſucceſſionem a ſeipſo cœpit, ac nemini ſucceſſit? Non ignorabat Calvinus quid de ipſo Lutherus ſenſerit, ac dixerit.* Etiamſi [*inquiens*] homines iſti, qui ſine ulla vocatione Miniſterio ſe ingerunt, ſanctiſſimi eſſent, ex eo tamen quod non vocati ſe ingerunt, manifeſtum eſt, quod ad docendum a Diabolo miſſi ſunt. *Sed Calvinum ipſum idem dicentem audire opera pretium eſt.* Ne homines [*inquit*] inquieti ac turbulenti temere ſe ad docendum, vel regendum ingererent, nominatim cautum eſt, ne quis ſine vocatione publicum in Eccleſia munus ſibi ſumat. *Ipſe nihilominus non modo ſe ipſum ingeſſit, verum etiam Epiſcopum, adeoque caput novæ Eccleſiæ conſtituit: qui licet ab ipſa Catholica Eccleſia Sacerdotalem characterem ſuſcepiſſet, tamen ab ipſa deficiens, eundem perdiderat. De hoc munere ſibi temere arrogato aliquando interrogatus, aliud reſponſum exſculpere non potuit, quam id, quod olim Donatiſtas S. Auguſtino dediſſe ferunt, ſcilicet moris quidem in Eccleſia fuiſſe, ut Miniſtri ordinaria quadam via ad munus id vocarentur?*

Calvini reditus Genevam, ejuſque præfectura.

tur; ſed tum cum Eccleſia eſſet viſibilis, & ad divinæ legis normam inſtituta, ſe ideo, cum nequaquam talem, ſed penitus corruptam ac depravatam, immo ſine ulla Eccleſiæ forma invenerint, miniſterium ſuſcipere, atque ad id alios vocare neceſſario coactos eſſe. Ergo nullus amplius [inquit Eſpencæus] *in Orbe fuit Chriſtianus? Ergo Eccleſia id unum egit, ut infernum civibus impleret? Ergo ante quindecim annos veritas Orbi illuxit?* Verum ſi a ſupremo rerum omnium Moderatore, ac Patre luminum hujuſmodi veritatis radius emiſſus, poſt tot ſæculorum curricula, alicujus Reformatoris mentem adeo colluſtraſſet, ut ſedentes in regione umbræ mortis, ipſo duce, in lumine veræ fidei ambulare inciperent, profecto non crapulæ, non impudicitiæ, non iracundiæ, cæteriſque vitiis deditum hominem Divina elegiſſet ſapientia, quæ in malevolam non intrat animam.

Sed ad expeditionem Algerianam, de qua antea illata eſt mentio, revocanda eſt oratio.

LXIV. *Paul. Jov. l. 40. & Franc. Belcar. l. 22. n. 56.* Algerianæ expeditionis malus exitus.

Imperator igitur conſumpto idoneo tempore, lapſaque commoda navigandi tempeſtate, contra pontificis, & Andreæ Auriæ, peritorumque rei maritimæ conſilium, Menſe Octobri navigationem ſuſceperat, quo fere tempore in Africo Mari, velut in ſuo Imperio maxime furunt venti. Fuit Algerium olim Jubæ Regia, a Romanis Cæſarea Julia vocata, ac tum Pyratarum Turcarum Arx erat fortiſſima, ex qua illi ad Hiſpaniæ littora excurrebant, continoiſque graſſationibus maritimis Hiſpanos adeo attriverant, ut a Portu Narbonenſi ad Gades ſublata navigatione, diſpoſitæ eſſent certis intervallis ſpeculæ, ad hoſtium irruptiones explorandas: urgebat etiam Cæſarem gravis cura, ipſius famam a multis lacerari, quod Solymanno irrumpente in Hungariam, atque Auſtriæ imminente, ipſe fugam corripuiſſe in Italiam videretur, cum potius univerſas Germaniæ vires in Solymannum educere debuiſſet; eam itaque jacturam nominis inſigni opere ſarcire meditabatur. Solvit e Lunenſi portu cum triginta quinque Navibus roſtratis, quibus plura millia Germanorum lectiſſimorum, & cohortes Italicas, quibus præerat Camillus Columna, & Auguſtinus Spinula, impoſuit, moxque inſtabiles venti obſtentatæ ſerenitatis fidem fefellere, ac poſt varios errores, ad majorem Balearem appulit, ad quam Ferdinandus Gonzaga Siciliæ Præfectus, cum pluribus Triremibus, onerariiſque Navibus Italicis centum & quinquaginta applicuit. Expectabatur ex Hiſpania Mendozius cum claſſe, ſed reflantes venti illius navigationem diſturbarant: non diffiſus tamen illius diligentiæ quod compendio, occaſionem tempeſtatis ſecutus, Algerium iturus eſſet, ventis vela dedit, ac prope Algerium Mendozianæ Triremes illi ſe conjunxerunt, & ſignificarunt claſſem, in qua erant Cantabricæ, Belgicæque Naves magnæ ſupra centum, cum gravi Navium minoris alvei multitudine ſubſequi, qua equitum, peditumque totius Hiſpaniæ flos vehebatur, cum vero maxima exploratæ victoriæ ſpes eſſet, ſi Cæſar cum Germanis, & Italis impreſſionem in Algerium faceret repentinam, antequam vires hoſti creſcerent, nam Alnagas Algerii Præfectus ad paucos milites præſidiarios redactus erat, nam plures in navali pugna Mendoziana ceciderunt, plures cum Dragucha Archipirata in Corſica ab Auria, & ab Aurianis fuerant deleti, tum maxima copiarum Turcicarum pars ad Sripheum interioris Mauritaniæ Regnum in auxilium contra Luſitanos ſubmiſſa fuerat. Verum Cæſar Hiſpanos expectare voluit, ut victoriæ laudem cum iis communicaret, & univerſis admotis viribus Barbari facilius opprimerentur. Paratis diſtuliſſe nocuit, conſumpto enim fruſtra biduo ingreſſus eſt Algerium Aſſenagus, qui Sardus Patria erat, ac Religione ejurata impietati Mahumeticæ ſe addixerat, quem cum maximis pollicitationibus pellicere ad ſe irrito ſucceſſu pertentaſſet, atque impetu in Urbem aſſilire Italis, Germanis, Hiſpaniſque in ſuos ordines diviſos appararet, mutato repente cœlo, gelidus, ac procelloſus imber effuſus, prima noctis vigilia milites maximis affecit incommodis, ut extinctis funiculorum ignibus, & madefacto pulvere ſulphureo, trementeſque algore, ac ſemivivi, irruentibus Turcis trecenti fuerint trucidati, quamquam poſtea hoſtis fortiter repulſus ſit. Tanta vero in mari ab adverſis ventis in Claſſis Chriſtianæ exitium conjuratis tempeſtas concitata eſt, ut Naves abruptis funibus anchorariis adverſo concurſu frangerentur, pauciſſimiſque horis centum quadraginta navigia, quæ ſine remigio quadratis velis agebantur, perierint, ac littora fragmentis Navium, hominumque & equorum cadaveribus ſternerentur, quindecim etiam Triremes alliſæ ſunt littori, cum vectores rabiem maris effugerent, ac longe plures periiſſent, niſi calamitas virtute victa fuiſſet.

Aucta eſt terreſtris exercitus infelicitas ex commeatuum defectu, ex imbrium alluvione, ex fœditate luti, ex tabernaculorum LXV.

Surius in comm. everſione, ut nulla requies capi a feſſis poſſet, projecti vero naufragio in littus immaniter a Barbaris trucidabantur, adeo ut in mancipia nollent eos recipere, & avaritiam crudelitate vincerent. In tantis malis enituit Cæſaris conſtantia, ut qui nullam in Deum ſtultam vocem fuderit, ſed potius perceptis Sacramentis placare ſtuduerit, ac mirabili alacritate cuncta munia providentiæ militaris, ac humanitatis explevit, maxime in ſaucios, quos in tentoria, quæ ſuperfuerant, referri, foverique mandavit, cumque periiſſent naufragio cibaria, equos jugales, tum militares, ad ſubveniendum inediæ diſtribuit, ligna vero ex naufragii fragmentis ad excitandos ignes abunde ſuppeditata fuere. Licet vero Duces cenſerent Algerium expugnari poſſe, poſt tot incommoda exercitum objicere diſcrimini bellico detrectavit, ſolvitque obſidionem, quem diſcedentem hoſtes fatigarunt, ac in ægros, debilitatoſque vulneribus, a noſtris, quos metus occuparat, deſtitutos, ſævierunt. Poſt tridui iter ſubſtitit exercitus in Riparæ Urbis antiquæ ruinis, quæ non inutile munimentum adverſus Barbarorum audaciam, præbuere. Cumque venti quieviſſent, ac mitiores fluctus mare ageret, exercitum Navibus impoſuit, quæ cum non ſufficerent, militares equos, quamvis generoſiſſimos, in mare deturbari juſſit Cæſar, ut gregariorum, & lixarum ſaluti conſuleret, quæ dum fierent, nova tempeſtas priore vehementior inhorruit, ac ſecutum eſt aliquod Navium naufragium, demumque Siculis, & Melitenſibus Triremibus ab ſe dimiſſis, Cæſar ad Baleares Inſulas, deinde ad novæ Carthaginis portum incolumis appulit, ac in tot adverſis invicto animo ſeipſum conſtantem præbuit. Opinati ſunt viri pii tot adverſa paſſum Cæſarem in Africa, & Ferdinandum Regem in Hungaria attritum a Turcis, urgente eos divina vindicta, cum in Ratisbonenſi conventu politica ſua commoda fruſtra efficta, religioni catholicæ contra Lutheranos defendendæ prætuliſſent.

LXVI. *Paul. III. lib. brev. anno. 7. p. 368.* Irrepſit e Germania in Galliam Lutherana impietas, a Gallia in Navarram. Extant vero literæ hoc anno datæ a Pontifice ad Margaretam Reginam Navarræ, quibus de ſtudio pietatis commendatur, ex quo colligitur, licet ea antea Hæreticis fuiſſet erroribus irretita, deinde eos damnaſſe, ac Catholicam Religionem excoluiſſe.

Reginæ Navarræ.

Chariſſima, Reverſus nuper ad nos dilectus filius Hieronymus Dandinus Secretarius Noſter, ea, quæ ſemper de tua Serenitatis pia proteſtatione, & filiali amore erga Nos, & hanc Sanctam Sedem, apud Chriſtianiſſimum tuum Fratrem, & omni laude præſtantiſſimum Regem exhibitis, audieramus, ſeu potius omnibus in rebus perſpexeramus, cuncta certius nobis affirmavit, & expoſuit. Itaque cum eſſemus antea ſingulari, ac paterna charitate erga Serenitatem tuam incenſi, tantum adjecimus poſtea ad noſtrum de tua inclyta virtute, prudentia, pietateque judicium, quantum hæc ipſa tua erga nos officia, ſeu potius beneficia, tum vetera, tum recentia poſtulabant. Agimus igitur Serenitati tuæ de omnibus gratias, hortaturi eam ad perſiſtendum in cœpto curſu pietatis, quo magis, & ipſæ tuæ actiones tua ſponte profectæ, & chariores nobis fuerunt, & arctiori vinculo paternæ charitatis Nos Tuæ Serenitati devinxerint, cui nos etiam perinde, ac debemus, novam affinitatem cum nobiliſſimo Principe nuper contractam, & ſi hoc officium jam per nuntium iſthic noſtrum executi ſimus, tamen iterum ex animo gratulamur, Deum Optimum humiliter deprecantes, ut hunc amoris, & communicationis veſtræ nexum ad utriuſque partis conſolationem, totiuſque Chriſtianæ Reipublicæ commodum proſperare dignetur, &c. Datum Romæ apud S. Marcum. XV. Julii MDXLI. anno VIII.

LXVII. *Joannes Petrus Maffejus Indiarum L. 11.* Hoc anno Joannes III. Luſitaniæ Rex ad fulciendum Abyſſinorum Imperium, quod Turcicis armis a Gradaamete Adelis, ac Zeilæ Tyranno Chriſtianorum hoſte infenſiſſimo Solymanni Imperatoris ſtipendiario concuſſum erat, maximaque ex parte occupatum, ita ut in interiores Abaſſiæ Regiones Claudius Imperator ſe ſubducere cogeretur, auxiliares copias tranſmiſit Præfecto Gammæ, Stephani Gammæ Proregis Indiarum Fratre, ſed illæ numero exiguæ, licet magno tormentorum bellicorum numero inſtructæ, quæ tamen opportuno ſubſidio fuere, cum Abyſſini detonantes Sclopis Turcas non ferrent. Conjunctus porro Abyſſinis copiis Gamma menſe Junio, Reginamque Eliſabetham Claudii Matrem ducens in caſtra, munitas Arces duas Zailano Tyranno ademit, & plures Populos, qui defecerant, ad Abyſſinum Imperium revocavit: adverſus illum Imperatori ſe conjungere meditantem Gradaametes Mahometanorum maximis copiis ſuccinctus occurrit, numerum exiguum Luſitanorum ſpernens, ſed conſerta pugna, vim tormentorum bellicorum non tulere, equi mox in fugam averſi, & Gradaametes pila plumbea in femore ictus vitæ periculum adiit, atque a ſuis in tutum ex acie eductus eſt, quem effuſa fuga

Rex Luſitaniæ Imperatori Abyſſinorum auxilium præſtat contra Turcas.

mox Barbari ſunt ſequuti, magnaque deleti ſtrage. Redintegrato dein iterum prælio par eventus fuit, immo lætior Mahometanis caſtra opima gaza referta deſerentibus; pluta dein Oppida, quavi, qua deditione in Abyſſini poteſtatem redigit. Interea Gradametes a Zebitano Præfecto Turca, auxilia adverſus Chriſtianos imploravit, atque ab eo mille Turcas ſclopetarios, & tormenta curulia decem recepit, qui iis auxiliis inſtructus Luſitanos, ferri, ac plumbi procella ſtravit, Abyſſinoſque in fugam avertit. Interceptus eſt in fuga Gamma ſaucius, atque ob defenſam rem Chriſtianam probris oneratus, deinde virgis cæſus, deinde per Caſtra raptatus ad ludibrium; poſtremo omnes injurias, & cruciatus invicto pro Chriſto animo perferens a Mahometano Tyranno impudenti iracundia elato Regiis manibus obtruncatus eſt, caput Gammæ præciſum, & cum eo duodecim Primarii ad Solymannum Turcarum Imperatorem dono tranſmittuntur, de his rebus Claudius Imperator ad Indæ Proregem literas dedit, in quibus Gammam Chriſti Martyrem appellare non dubitavit. At non diuturna fuit Mahometani Tyranni fælicitas, nam cum faſtu elatus Turcas ſtipendiarios dimiſiſſet, ac circa fluenta Nili ſecurus vacaret deliciis, a Claudio Imperatore Luſitanorum Reliquiis ſtipato, nil tale metuens, prælio appetitus eſt, atque plumbea glande a Luſitano confixus interemptus eſt.

LXVIII. Mahometani fugati, vel conciſi caſtra cum tormentis, & bellico apparatu direpta dimiſerunt, tum magna Chriſtianorum utriuſque ſexus multitudo e ſervitute dira in libertatem vindicata. Ita cæſo Tyranno, recuperata amiſſa Oppida, populique, qui deſciverant ad Tyrannum, in priſtinam fidem rediere. Parta hæc inſignis victoria eſt de Mahometanis proximo anno ante ſacroſanctæ Hebdomadæ Feſta, quæ & Paſchali ritu Æthiopico, ita a Rege celebrata memorat Maffejus, *Tam inſigni parta victoria Claudius in iiſdem locis anniverſarias Sacroſanctæ Hebdomadæ Ferias admirabili pietate celebravit, quamdiu Corpus Domini clauſum in ſepulchro adſervatum eſt, atratus, & ſquallidus vetere gentis more, nihil omnino guſtavit, nec pedem e Templi foribus extulit. Idem a Regina Matre, & Proceribus factum. Nec minore cæremonia, ſtudioque Paſchalia deinde peracta myſteria, eloris per confeſſionem ſordibus animorum, ſalutaris Agni cibo refecti ſummi, atque infimi. Ad extremum agmine compſito collucentibus undique ceris, cum ſolemni pompa ſupplicationem obiere.* Ex hoc Luſitanorum cum Abyſſinis adverſus Mahometanos fœdere ſumpta eſt deinde occaſio, ut de conjungenda Abyſſina Eccleſia cum Romana ageretur, de quibus poſtea ſuo loco diſſeretur.

Propagabatur ſenſim eodem tempore Catholica fides in America, conſtitutamque fuiſſe in Peruvia Epiſcopalem Sedem hoc anno docent Conſiſtorialia Acta.

XIII. Maii MDXLI. Erexit ad ſupplicationem Imperatoris Oppidum de los Reyes in Provincia Peru, in Civitate, quæ de los Reyes nuncupetur, (& mox) *quæ Eccleſia ſubſit iure Metropolitico Eccleſiæ Hiſpalenſi, & cum dotatione ducentorum ducatorum ex redditibus ad ipſum Regem ſpectantibus in ipſa Provincia.* *Alex. Far. in act. Conſiſtorial.*

Claudimus hunc annum inſigni miraculo, quod refert Surius his verbis. *Eſt in Sicilia Templum Philippi,* [1] *qui fuit Petri Apoſtoli Diſcipulus, & ab illo miſſus in Siciliam, ad quod quotannis eo die, quo illi ſacer eſt, multi a Dæmonibus liberantur. Anno ſalutis MDXLI. ducentæ pene fœminæ ad hoc Templum expulſis tetris Spiritibus curatæ ſunt.* *Sur. in comment.*

NOTÆ [1] S. PHilippus cujus facra lipſana per hos annos in Sicilia Dæmonibus ab obſeſſis corporibus pellendis virtute pollebant ipſe eſt S. Philippus Agyrenſis apud Siculos ſumma religione cultus, & nomine expulſoris dæmonum ibidem inſignitus. Porro vir iſte ſanctus, non diaconum, ut Surius & ex eo Annaliſta comminiſcitur, at Sacerdotem egit, ut ex duplici ejus Vita a Cajetano in opere de SS. Siciliæ vulgata diſcimus. An vero S. Petri apoſtoli diſcipulus ſub Nerone paſſus ſit, ut author prioris vitæ qui ſub nomine S. Athanaſii Alexandrini ſe tegit, affirmat; vel potius ſub Arcadio Imperatore, ut Euſebius monachus alterius vitæ ſcriptor maluit, incertum eſt. MANSI

TYPOGRAPHUS LUCENSIS
L E C T O R I.

Ne quid in hac editione noſtra deſiderandum relinquatur, juvat in fine voluminis hujus dare editoris Romani admonitionem quam volumini XXI. Annalium præmiſit.

PIO LECTORI.

Eccleſiaſticam Hiſtoriam, quam hortatu D. Philippi Nerii, Congregationis Oratorii in Vallicella de Urbe Fundatoris, Eminentiſſimus Cardinalis Baronius ſumma cum laude, nec minori Catholicæ veritatis emolumento conſcribendam ſuſcepit, atque ad XIII. uſque ſæculum fœliciſſime protraxit, proſecutus eſt venerandæ memoriæ Odericus Raynaldus Tarviſinus ejuſdem Congregationis Presbyter, eamque in plura volumina diſtribuit. Quorum duo poſtrema, quia nondum ultimam manum receperant, neque ad umbilicum perducta fuerant, Vallicellana Congregatio, ne præclariſſimum opus in ſinu ſuo natum, atque educatum in alienam familiam commigraret, unanimi voto cuidam affectæ jam ætatis de ſuo gremio Sacerdoti recenſenda, atque abſolvenda mandavit. Verum candidiſſime Lector, cum iſte pluris vitæ, morumque puritatem, quam expoliti Latini ſermonis elegantiam faceret; cumque in digerenda materia inerudit Scholiaſtri uteretur miniſterio; ſero advertit, opus jam abſolutum, typiſque jam conſignatum innumeris pene errorum ſcatere fœditatibus: ex quo per integrum decennium communi luce abſtinuit. Et ſane conſilium fuerat perpetuis illud tenebrarum damnare carceribus, ni, propter rerum in eo contentarum ubertatem, ea ſententia prævaluiſſet, ut qualecunque tamen ad explenda ſtudioſorum deſideria in publicum denique caſtigatum prodiret. Dum vero non minus a grammaticis, quam hiſtoricis erratis diligentiſſime repurgatur, tam magna, & frequentia hiſce voluminibus irrepſiſſe menda compertum eſt, ut ſatius viſum fuerit illa potius in paginis inemendata relinquere, quam corrigere; ne ſcilicet ingens foliorum moles eorum animos perterrefaceret, quorum ſumptibus præſens Opus iterum erat excudendum. Ignoſce igitur, & boni conſule, humaniſſime Lector: & ſi crebro in vulgares aliquas, minuſque proprias dicendi formulas incidas, utere facilitate tua; cum præſertim idem Auctor plures epiſtolas, & Inſtructiones Italico ſermone conſcriptas, a Romanis Archivis erutas, totidem fere verbis in Latinum vertere, necnon Acta Conſiſtorialia, ut erant ſimplici ſtylo, memoriæ demandata, in medium fideliſſime producere contentus fuerit. Præcipua tamen errata in fine Libri cenſoria tibi pagina indicabit.

INDEX

INDEX
IN TOMUM TRIGESIMUM SECUNDUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM.

A

ABYſſini ope Joannis III. Luſitaniæ Regis de Turcis inſignem victoriam reportant, 1541. LXVII.

Adena obſeſſa a Turcis, 1530. CCIV. Liberata a Luſitanis, *ibidem*. Vectigalis fit Luſitanorum, *ibid.*

Adulterium: Communes habent uxores Anabaptiſtæ, 1527. LXXII. *& ſeq.* Adulterium committendum viros & mulieres erudit novus Evangeliſta Lutherus, 1531. XCI.

Ædes Lauretana. *Vide*, Lauretana ædes.

Ægidius Hormus ab Henrico VIII. morti ob Primatum Papæ conſtanter defenſum addicitur, 1540. LXIV.

Æternitas Dei negata ab hæreſiarcha Juvencfeldio, 1527 LXXVI.

Æthiopes Orientales alias Abyſſini ad conjunctionem cum Romana Eccleſia Luſitanorum opera adducti, 1533. XXII. Europæos ſollicitant ad jungenda arma in Mahometanos, XXIII. Deferunt obſequium Clementi VII. XXIV.

Æthiopes Occidentales: apud eos propagatum Evangelium, 1533. XXI.

Africa: Carolus V. expeditionem in Africam glorioſe ſuſcipit, 1535. LII. *& ſeq.*

S. Albanus: Sepulchrum S. Albani Anglorum Protomartyris Henricus VIII. expilari jubet, 1538. XLIV.

Albertus Friderici principis Brandeburgenſis filius cruciferorum magiſter defectionem meditatur ad ſacramentarios, 1531. LVII. Conſulit Lutherum ea de re, *ibid.* Reſpondet illi Lutherus periculoſum eſſe, & horrendum audire quippiam vel credere, quod communi fidei, & doctrinæ univerſalis Eccleſiæ adverſetur, *ibid.* A Carolo V. in Auguſtanis conventibus poſtulatur judicio, 1531. LVIII. Pruſſiam in hæreditarium principatum vertit, *ibid.* Deficit ad Regem Poloniæ, *ibid.* Pruſſiam ab imperio divellit, *ibid.* Proſcriptus a Carolo V. 1531. LVIII. Defenditur a Sigiſmundo Rege Poloniæ, *ibid.*

Albertus Archiepiſcopus Moguntinus idemque Cardinalis in Auguſtanis conventibus Euchariſtiam ſolemni pompa inſtructa defert, 1530. LXIV. A Ferdinando Rege Bohemiæ, & Hungariæ a dextris, a ſiniſtris vero a Joachimo electore Brandeburgenſi ſtipatur, *ibid.* Oratori legati apoſtolici urgentis ut hæreſis Lutherana aboleretur ordinum imperii nomine reſpondet, *ibid.* Hallenſes Lutherana hæreſi infectos exilio mulctat, 1535. XIX. Ad ipſum trucidandum a Luthero ſcriptis invitantur, *ibid.* Cum eo agere jubetur Veſtrius apud Electorem Brandeburgicum, XII. Diſſidium inter ipſum, & Saxoniæ Electorem, *ibid.* Monet Pontificem, ut quæ in concilio decernerentur, executionem promptam haberent, *ibid.* Urget Veſtrium Pont. ut Smalcaldam petat, XIV. Spirenſi Conventui intereſſe, a Pontifice jubetur, 1540. XXXVIII. Concilium in Germania diſſuadet, 1541. XXVII.

Albertus Pighius Vormatiæ congreſſui juſſu Pontificia adeſt, 1540. LVI. *& ſeq.*

Alexander Medices Clementis VII. nepos deſponſa illi Margareta archiduciſſa Auſtriæ, 1529. LIX. Promiſſum illi Cæſareis armis Florentino principatui reſtitutum iri, *ibid.* Aſcitus in generum a Carolo V. data illi filia illegitima, 1531. XCVIII. Creatur Florentiæ & Etruriæ dux, *ibid.* A Laurentio conſanguineo trucidatur, 1534. LXVIII. Carolum V. Regia munificentia excipit, 1536. XI. Commendat ipſi Carolus ſollicitudinem propriæ ſalutis, utque ab inſidiis caveat, *ibid.* A Laurentio Gentili ſuo proditorie occiditur, 1537. LXVI.

Alexander Aleſius Scotus Lutheranus contra prohibitam verſionem vulgarem Scripturæ ſcribit, 1533. LXIV. Refellitur, *ibid.*

Alexander Cardinalis Cæſarinus Cæſari e Tunetana expeditione venienti Legatus gratulaturus decernitur, 1535. LIV. Pro concilii celebratione promovenda unus ex Cardinalibus deputatur, 1536. IV.

Alexander Contarenus Turcarum triremes ob negatum ſalutationis ſignum ſubmergit, 1537. LI.

Alexander Cardinalis Farneſius miro conſenſu Pont. renuntiatur, 1534. I. *& ſeq.* Pauli III. nomen aſſumit, *ibid.* *Vid.* Paulus III.

Alexander Farneſius Pauli III. nepos Cardinalis creatur, 1534. XIV. Pileo rubro Bononiæ ab Archiepiſcopo Sipontino inſignitur, *ibid.* Forma juramenti ab ipſo tunc exhibiti, XV. Ad Cæſarem pro pace cum Rege Galliæ ineunda, ac Henrici Angliæ Regis audacia comprimenda, ac demum pro cogendo concilio mittitur, 1539. XXIII. XXIV. XXXII. Ituro ad Reges Legato Marcellus Cervinus conſiliarius additur, XXXVII. Geſta ejus in Gallia, 1540. II. Cæſarem pro pacis conciliatione urget, XII. Colloquio Spiræ indicendo validis rationibus ſe opponit, XV. Romam, fœdere prius cum Cæſare, ac Ferdinando pro tuenda in Germania religione firmato revertitur, XXVI. Per Galliam rediens ſalubria multum edicta pro Catholica religione a Franciſco I. obtinet, *ibid.*

Alfonſus Dux Ferrariæ calumniam impingit Clementi, quod nollet concilium, 1531. VI. De Mutina & Rhegio certat in judicio apud Cæſarem XCVI.

Alfonſus Hiſpalenſis Epiſcopus creatus Cardinalis a Clemente VII. 1531. XCII.

Algerium: Expeditio Algeriana a Car. V. infeliciter geſta, 1541. LXIV.

Aloyſius Gritus ducis Venetiarum filius ſumma gratia floret apud Solymannum, 1531. II. Significat Venetis inſtrui contra Chriſtianos maximos exercitus, *ibid.* Moldaviæ & Valachiæ a Solimanno præficitur, 1534. LIV. Trucidat Varadienſem epiſcopum, *ibid.* Ab Hungaris juſto ſupplicio afficitur, LVII. Ejus filii necati, *ibid.* Ejus felicitas in repentinam ca-

calamitatem verſa, *ibid.* Fidei deſertor, & Turcarum Dux miſere necatur, *ibid.* VI.

Alphonſus Cardinalis Luſitanus Romam pro re Chriſtiana promovenda a Pontifice accitur, 1538. X. XLVII. Alphonſus Salmeron Societatis Jeſu in Hiberniam a Paulo III. pro fide Catholica aſſerenda mittitur, 1541. XLI. *& ſeq.* Commendatur a Pontifice Regi Scotorum, ac Card. S. Andreæ, 1541. XLIII. Redire ob Schiſmaticorum inſectationes cogitur, XLIV.

Americanorum horrenda lanienа, 1532. XCIV. In hæreticorum Europæorum locum vocati a Chriſto, 1532. XCVII. Sex millia monaſteriorum quadraginta annorum flexu extructa in America, *ibid.* Sexcenti epiſcopatus in eadem conditi, *ibid.*

America: In America plures Epiſcopales Sedes conſtituantur, 1534. XIII. 1535. LIX. 1536. XLVIII. 1539. XXXVI. Fides Catholica in America diffunditur, 1536. XLVIII.

Americus Gibaeus epiſcopus Varadienſis Tranſilvaniæ præfectus a Joanne Waivoda ab Aloyſio Gritto trucidatus, 1534. LV. Hungari ejus mortem ulciſci decernunt, LVI. Grittum cum filiis juſto afficiunt ſupplicio, *ibid.*

Amicus Arſolus eam militari manu egreſſo Urbe Germanico exercitu reſiduos Germanos obtruncat, 1558. IV. Romam in Pontificis poteſtatem redigit, *ibid.*

Anabaptiſtæ: Jacobi Kautii Anabaptiſtæ impudentia, 1527. LXVIII. Baptiſmus puerorum, & Euchariſtia ab eo negantur, *ibid.* Ejecti Wormatia Anabaptiſtæ & Lutherani, LXXI. Moravia Anabaptiſtis infecta, LXXII. Mentiuntur Anabaptiſtæ brevi futurum diem judicii, *ibid.* Chriſtum Dei filium negant, *ibid.* Dæmones demum ſalvatum iri fingunt, *ibid.* Projecta eorum impudicitia & vaga adulteria, *ib.* Mentiuntur ſe ſolos eſſe puros cum ſint impuriſſimi. LXXIII. Doctores cedunt virgis, & proſcribunt, *ibid.* Fictitia eorum miracula, & impoſturæ & idololatria, *ibid.* Dira illorum conjuratio, LXXII. Ritus eorum non expreſſi in ſacra Scriptura, LXXV. Chriſtum deſperaſſe in cruce nonnulli interpretantur, LXXVII. Negant Moravi Anabaptiſtæ cum Mahomete Chriſtum non fuiſſe Deum, ſed prophetam, *ibid.* Illuſi a dæmone meditantur cœlum ſcandere, LXXVIII. Turpiſſimam luxuriam exercent, *ibid.* Somniant nonnulli novam legem traditum iri, *ibid.* Flamma, & aqua in Anabaptiſtas in nonnullis urbibus ſæviunt, LXXIX. Roteburgi Michael Sellarius apoſtata eorum doctor forcipibus candentibus laniatus, *ibid.* Affecti plures alii Supplicio in variis locis, aut emendati, *ibid.* Affecti ſupplicio in Germania, 1528. XXX. Conjurationes in principes conflant ac vagos concubitus inducunt, 1529. XXXI. Ex iis alii vetus teſtamentum rejiciunt, alii novum, XXXII. Pars Chriſtum, pars creatorem abnegat, *ibid.* Qui errores a Balthaſare eorum ſignifero retractati, XXXIV. Argutiæ Anabaptiſtarum confutatæ, XXXV. *& ſeq.* Anabaptiſmus primo a Germanis admiſſus, dein damnatus, XXXVIII. Hutrus illius author maximus exuſtus, *ibid.* Contra Chriſti divinitatem ſcribere auſus, *ibid.* Balthaſar alius ſignifer Viennæ exuſtus, XXXIX. De Anabaptiſtis comprimendis in Spirenſi conventu actum, 1529. XVIII. Conſtitutæ in eos pœnæ qui filios baptiſmo initiari prætermitterent, XX. Pœnæ ignis, & gladii in Anabaptiſtas conſtitutæ a Carolo V. XXV. Anabaptiſtæ læti ad ſupplicia ruunt, XXVI. Eorum articuli ad ſeditiones concitandas ficti, 1529. XXVII. Reliquos vocant hœdos cum ſint ipſi ſpurciſſimi, *ibid.* Sententia in Anabaptiſtas lata a Carolo V. in Auguſtano conventu, 1530. CXLII. A Luthero validis argumentis confutantur, 1531. XLI. Urgentur ut doceant a quo mittantur, XLIV. Ut probent miraculis miſſos a Deo, *ibid.* Repelluntur, ut Sathanæ apoſtoli, *ibid.* Eadem argumenta in Lutherum ipſum cadunt, XLV. Anabaptiſtarum Friſiorum, & Batavorum author manifeſte a dæmone illuſus perit, 1532. LXXXVI. Quæſiti de vocatione primarii Anabaptiſtæ viſa ſeu ludibria dæmonum tantum obtrudunt, *ibid.* Plures inter eos pſeudoprophetæ, & pſeudoprophetiſſæ diabolici ludibrii manifeſte convicti, *ibid.* Eorum præſes exuritur, *ibid.* Anabaptiſtæ ſectæ ſua impia & inſana dogmata promulgant, 1533. LIX. Credunt Joanni Matthiæ piſtori dicenti ſe Enochum miſſum a Deo qui antea ſe Moſem finxerat, *ibid.* Condere novum imperium moliuntur, *ibid.* Negant Chriſti divinitatem, & hoc putum Chriſti Evangelium dicunt, *ibid.* Diripiunt eccleſias, & dicunt genus pietatis, ſpoliari Ægyptios, ut ditentur Iſraelitici, *ibid.* Creati inter eos pſudoapoſtoli, *ibid.* Eripitur mens Anabaptiſtis a dæmone, *ibid.* Conſcendunt arbores, ut occurrant Chriſto, *ibid.* Enecti fame animas occurſuras dæmoni fundunt, *ibid.* Novem Amſterodamenſes Anabaptiſtæ plexi capite, *ibid.* Anabaptiſtæ bellum in Germania movent, 1534. XIX. Falſa eorum jactantia, *ibid.* Monaſterium occupant, *ibid.* Minitantur excidium Chriſtiano imperio, *ibid.* Eorum ſcelera in Catholicos XXI. Obſidentur ab epiſcopo, *ibid.* Creant novum Regem Joannem arte Sartorem, XXII. Sacrilegos cœnæ dominicæ ritus inſtituunt, XXIV. Communia bona prædicant, XXV. Afflari eos a dæmone conſtitit, XXVI. Divinus cultus ab iis abolitus, *ibid.* Contempta Sacramentalia, XXVIII. Horrenda eorum blaſphemia in Euchariſtiam, *ibid.* Virtutis ſpecie perſuadent ſcelus, *ibid.* Qua illecebra plures corruperint, XXIX. Perduellio ab iis imperata, *ibid.* Hypocriticæ eorum cerimoniæ, *ibid.* Verbi incarnatio ab iis negata, *ibid.* Diſſolvunt matrimonia, XXX. Habent Catholicos pro ethnicis, *ibid.* Promiſcuis concubitibus poſt concionem utuntur, XXXI. Conſanguinitatis rationem tollunt, ac ſororem fratri tradiderunt, *ibid.* Eorum regnum Monaſterii inſtitutum feliciter exciditur, XXXIV. Anabaptiſtæ Monaſterienſes illuſi a pſeudoprophetis divina prodigia non reformidant, 1534. XX. Anabaptiſticus Rex in aere illis oſtenſus, oſſeoſus & alter, qui ſanguinem preſſis manibus fluentem exprimeret, *ibid.* Duos impoſtores viliſſimos pro Enoch & Helia venerantur, XXI. Sibi adverſantes concives trucidare meditantur, *ibid.* Retardantur a pſeudoprophetis, ut Scelus tuto peragatur, *ibid.* Anabaptiſtæ plures a dæmone agitati ſectam per Monaſterium prædicant, XXIII. Aucti numero conjurant in concives, XXIV. Cum vi non pollerent dolo pacem orant, quæ male iis conceſſa, *ibid.* Anabaptiſticarum a dæmone faſcinatarum furiales motus, *ibid.* Ut variæ illuſæ ſint a dæmone, *ibid.* Vaticinantur de regno anabaptiſtico *ibid.* Novus baptiſmus dictus igneus, vetus porcinus, ab Anabaptiſtis uſurpatus, XXV. Externi Anabaptiſtæ exciti Monaſterium, in illud confluunt, *ibid.* XXVI. Confirmata potentia ſenatum Monaſterienſem opprimunt, *ibid.* Creatis novis magiſtratibus eccleſias ſpoliant, & Sacra omnia conculcant, *ibid.* Chriſti imaginem diffringunt, non dæmonia, *ibid.* De trucidandis iis, qui cum ipſis non ſentiunt agitant, *ibid.* Spoliant, & ejiciunt omnes ipſis non conſentientes, XXVII. Omnes libros exurunt excepta ſcriptura Sacra, XXVIII. Eorum pſeudopropheta illuſus a dæmone perit,

rit, XXVIII. Sacras Scripturas in nequiſſimos ſenſus diſtorquent, 1535. XLI. Veſana eorum rabies frænata, *ibid.* XLIII. Amſterodami nudi per urbem diſcurrentes incendia & clamoribus replent omnia, XLI.

Andreas Carloſtadius: confirmat jurejurando Lutherus ſe ſcire certo Carloſtadium credere nullum eſſe Deum, 1528. XXXIX. Tiguro fugit Baſileam, 1531. XXXIX. Concionanti dæmon apparet, *ibid.* Alldere ejus filium tentat, *ibid.* Denuntiare patri jubet triduo poſt abreptum iri a dæmone, *ibid.* Ex terrore decumbit, & condicta die moritur, *ibid.*

S. Andreæ Cardinalis, *Vide*. David Bettonius.

Andreas Auria Gallicam claſſem Genuenſe portu diſpellit, 1528. XII. Genuam pulſis Gallis priſtinæ libertati reſtituit, *ibid.* Cum Cæſarea claſſe Græciam invadit, 1532. XLVI. Hemetalem claſſis Turcicæ præfectum fugat, XLVII. Coronem ſubigit, XLVIII. Patras recipit, *ibid.* In Ætolia arcem munitiſſimam capit, XLIX. Gratulatur illi Pontifex, L. Evocatus a Cæſare Genuam redit, LI. Corones obſidione Turcas fugat, 1533. XCII. Delendæ claſſis Turcicæ univerſæ occaſionem amittit, XCIII. Claſſis Cæſareæ Maritimæ Præfectus a Pontifice gladio conſecrato donatur, 1535. XLVIII. Ejus in Goletæ expugnatione prudentia, & robur, L. Hypponam capit, evertitque, LIII. Ariadenum fugat, Biſertamque expugnat, LIV. Subſidiarias copias Genuæ obſeſſæ ſubmittit, 1536. XVIII. Plures Turcicas naves demergit, 1537. LI. A Barbaroſſa inſectatus Meſſanam ſe recipit LIII.

Andreas Laurentius Strengenenſis hæreſim Lutheranam amplectitur ex odio in clerum, quod epiſcopus non eſſet renuntiatus, 1531. LXXXVIII. Goſtavum Regem Sueciæ hæreſi inficit incitatque ad perſequendum clerum, *ibid.*

Angeli militari cultu virgines montis Guardiæ illæſas Bononiam deducunt, ne a militibus injuriam paterentur, 1527. XIV.

Anglia: Regnum Angliæ hæreſibus fœdatur, & crudelitati Henrici VIII. ſubjicitur, qui adverſus Catholicos carnificinam horrendam exercet, 1535. I. & *ſeqq.* Sedis Apoſtolicæ multis ſæculis tributarium exiſtit, 1535. XI. Præſules, & Eccleſiaſtici ex Anglia juſſi excedere, XVIII. Deficiens a vero Capite miſere hæreſibus innumeris ſubjicitur, 1536. XXVIII. Quædam Angliæ Provinciæ propter graviora vectigalia ab Henrico VIII. defectionem moliuntur, XXX. Cæſare, & Gallorum Rege inter ſe decertantibus, hæreſis in Anglia auctiores acquirit vires, XXXI. Ad reſtituendam ibi Catholicam Religionem Paulus legatum decernit Cardinalem Polum, 1537. XXXVIII.

Anglicus Sudor: immiſſus is morbus a divina Juſtitia ad plectenda ſcelera, 1529. XIII.

Anna Georgii Sanctimonialis: oſtenſum illi per cæleſte viſum damnatos eſſe Lutheranos, 1529. XIV.

Anna Bolena: infandæ illius nuptiæ, 1533. LXV. Illius Soror prius fuit cognita ab Henrico, *ibid.* Annæ mater prius etiam cognita ab Henrico, *ibid.* Creditum eſt fuiſſe Henrici filiam, LXVII. Ejus nuptiæ hæreſim Angliæ intolerunt propterea que laudatæ ab hæreticis, *ibid.* Patris fratriſque concubitum non horruit, *ibid.* Excludendam palatio curat Catharinam Reginam, LXVIII. Impios promovet ad honores, *ibid.* Henricum impellit ad evertendum eccleſiaſticum ordinem, LXXI. Joannem epiſcopum Roffenſem poſtea Cardinalem, & martyrem veneno extinguere tentat, *ibid.* Corrumpit coquum, ſed divinitus fraus patefacta, *ibid.* Henrici VIII. legitimam filiam natam annos octodecim regnique hæredem pronuntiatam pelli curat, LXXV. Elizabetham novam Jezabelem quinto a nuptiis menſe parit, *ibid.* Dubitatum an eam ex Henrico ſuſcepiſſet, *ibid.* Promulgatum a Clemente injuſtum eſſe illius matrimonium, 1534. IV. Ejus proles nata, & naſcitura illegitima pronuntiata, *ibid.* Regni jura antea Mariæ & Catharinæ attributa in Elizabetham Annæ filiam transfuſa, IX. Varie Catharinam affligit, 1536. XXIV. Dolet, quod tam honeſta morte Catharina ipſa defuncta ſit, XXVI. Adulterii cum pluribus, ipſoque fratre ſuo convicta, pœna capitis punitur, *ibid.* Henrici VIII. Spuria credita, ac publice declarata, *ibid.* Securi percuſſa infamem vitam infami magis exitu claudit, *ibid.*

Annæus Memorantius ob pacis componendæ ſtudium, & prohibitas a Veneſino Comitatu graſſationes a Paulo III. mirifice commendatur, 1536. XIX. & *ſeq.*

Antichriſtus: fingit impius Anabaptiſta ſe eſſe Chriſtum, 1527. LXXIII. Falſa miracola fingit, *ibid.* Nefandæ ejuſdem impoſturæ, *ibid.* *Vide*, Joannes a Leidis.

Antinomi hæretici: eorum ſignifer Joannes Agricola, 1529. XI. Eorum ſecta e Lutheri fœcibus egeſta, ab ipſo impugnatur, 1538. XLI.

Antonius Leva Ticinum a Gallis recuperat, 1528. VIII. Iterum amittit, *ibid.* Progreſſus Gallorum in Subalpinis abrumpit, 1536. XI. Inani Galliæ potiundæ vaticinio nimium fiſus, XVII. Artuum dolore moritur, XVIII.

Antonius de Prato Franciæ cancellarius idemque archiepiſcopus Senonenſis poſtea Cardinalis celebrat inſignem Synodum ad excindendas naſcentis in Galliis hæreſeos fibras, 1527. LXXXVII. Relapſos ſæculari judicio tradendos decernit, XC. Quæ alia decreta tulerit in eo concilio, *ibid.* & *ſeqq.* Creatur a Clemente VII. Cardinalis tit. Sanctæ Anaſtaſiæ, CIV.

Antonius Auguſtinus Epiſcopus Aliphanus in concilio contra Bruccium Martellum Feſolanum Epiſcopum inſurgens a Cardin. Cervino redarguitur, 1537. XXXII.

Antonius Brohæus juſſu Henrici VIII. crudeliter ſtrangulatur, 1538. XLIV.

Antonius Perenottus Atrebati Epiſcopus, conventui Wormatienſi adeſt, 1540. LVI. Cauſa Religionis, & fidei eidem a Pontifice commendatur, LVII.

Antonius Rinconus a Franciſco I. ad Solymannum miſſus prope Ticinum interceptus trucidatur, 1541. XLVIII.

Antonius de Sanguine de Medum Gallus Card. renuntiatur, 1539. XXXVIII.

Antonius Card. de S. Severino ſtatuendæ Reformationi Eccleſiaſticæ diſciplinæ præficitur, 1534. III. Carolo V. Romam venienti legatus, qui ipſum ad Tarracinam exciperet, decernitur, 1536. I.

Anima Joannis Codurii in Cælum aſſumpta S. Ignatio Lojolæ apparet, 1541. XLIV.

Aquilejen. Patriarcha. *Vide*, Marcus, & Joannes Grimanus.

Aradinus. *Vide*, Haradinus.

Argentinenſes a Zuinglianiſmo ad Lutheraniſmum deficiunt, 1530. CXX.

Ariadenus Barbaroſſa Maritimæ claſſi a Solymanno præficitur, 1535. XLIII. Tuneto poſt detecta ejus crudelitatis conſilia Hipponam contendit, concrematis rebus omnibus, LVIII. Magonem oppidum expugnat, LIV. 1536. XXII. Ab Andrea Auria fugatus Conſtantinopolim ſe recipit, 1535. LIV. Adverſus Andream Auriam navigare jubetur, 1537. LI. Neocaſtrum recuperat, 1539. XXXI.

Aſcanius Columna varie Pontificis ditionem turbat, 1541. XX.

Aſca-

Digitized by Google

Aſcanius Pariſanus ex Epiſcopo Ariminenſi Cardinalis creatur, 1539. XXXVIII.

Authoritas Pontificia ab hæreticis negata, 1535. I. XVIII. 1536. XXVIII.

Auguſtana Confeſſio. *Vide*, Confeſſio.

Auguſtanus conventus: Secundi Auguſtani conventus a Carolo V. celebrati cauſæ, 1530. LXV. In eo de bello in Turcam gerendo actum, LXVIII. De abolenda hæreſi Lutherana, LXXIV. Auguſtana confeſſio tunc promulgata, & mutata Lutherana fides, LXXX. Latum a Carolo V. pravum decretum dictum *Interim*, CCIV. *& ſeqq.* Diſſolutus ſine fructu conventus Auguſtenſis CXIV.

Auguſtinus Mainardus quædam a ſe dicta hæreſim ſapientia explicat, ac ſecundum Catholicum ſenſum declarat, 1535. XXVIII.

Auguſtinus Tarviſinus recantare, quæ male dixerat, e ſuggeſtu jubetur, 1538. XLIII.

Auguſtinus Cardinalis Trivultius Legatus in Gallias ad pacem pertractandam mittitur, 1536. XIV. Pertentat Cæſaris animum de Mediolanenſi Ducatu in filium Regis Galliæ transferendo, ſed fruſtra, XV. *& ſeq.* Ut a pugna exercitus abſtineant, impetrat, XX. Romam redit, *ibid.*

Auguſtinus Vebeſterus Carthuſianus morti pro fide Catholica in Anglia adducitur, 1535. III.

B

BAdures Cambajæ Sultanus ſeptemdecim Luſitanus fruſtra ad Mahometem a Chriſto traducere tentat, 1528. CXII. Didacum tormento ingenti bellico contorquere minitatur, *ibid.* Territus ejus conſtantia martyrem efficere detrectat, *ibid.*

Balthaſar Hicbmayer Pacimontanus hæreſiarcha conjectus in carcerem poſcit, ut conferre poſſit cum viro docto, 1528. XXXI. Vocatus Joannes Faber cum eo diſputat, *ibid.* Librum retractationum componit Balthaſar, quive errores ab eo retractari. XXXIV. Aliquos tuetur, ac refellitur, XXXVI. *& ſeq.* Inconſtans, & anceps in fide fluctuat, XXXIX. Flammis exuritur, *ibid.*

Baptiſmus: Verum eſſe baptiſmum in Romana Eccleſia confirmat Lutherus, 1528. XXVIII. Anabaptiſtæ in Germania affecti ſupplicio, XXX. Decretum concilii Senonenſis de baptiſmo, 1528. LXXXVII. Conſtitutæ in eos pœnæ, qui baptiſmo filios initiari prætermitterent, 1529. XX. Baptiſmum negant eſſe Sacramentorum nonnulli hæretici, 1530. CXXXIII. Baptiſmum iterantium impia dogmata, 1534. XXVII. Melancton iterandum ſæpius baptiſmum voluit ad delenda crimina, XLVIII. Ejuſdem errores circa baptiſmum, XLIX.

Baptiſmus igneus inſtitutus a pſeudopropheta Anabaptiſta quis fuerit, 1534. XXV.

Bartholomæus Guidiccionus Lucenſis Epiſcopus Aprutinus Cardinalis renunciatur, 1539. XXXVIII.

Bavaria: Ejus Duces hortatur Pontifex, ut in Conventu Spirenſi cauſam Religionis tueantur, 1540. XXIX. Egregii pro fide Catholica pugiles, 1541. III. *& ſeq.*

Belgium variis bellorum motibus agitatur, 1540. I. *& ſeq.* Libros Lutheri acribus edictis Carol. V. in Belgio proſcribit, X. A Carolo V. Franciſco I. pro pace componenda, irrita oblatio exhibetur, XI. 1541. L. Ejus admiſſio pro Aurelianenſi Duce a Pontifice Franciſco I. fruſtra ſuadetur, LX. *& ſeq.*

Bernardinus Ochinus: Ejus mores, antequam fidei eſſet deſertor, Hæreſis virus ſuis concionibus per Italiam diffundit, 1541. LVI. A S. Cajetano Thyenæo detectus, ac fugatus, *ibid.*

Bernardus Rutmannus pſeudopropheta ex Lutheraniſmo in Zuinglianiſmum ex eo, in anabaptiſmum, & magiam lapſus, inter Monaſterienſes turbas concitat, 1532. XCII. Magiſtratus ab epiſcopo admoniti detrectant, illum coercere, *ibid.* Sacros catholicorum ritus per ſeditionem abolet, *ibid.* Scribit contra Sacrificium miſſæ ac refellitur a Joanne e Daventria Minorita, *ibid.* Anabaptiſmum apud Monaſterienſes inducit, 1533. LXIII. Inſana impiaque ejus dogmata, *ibid.* In magiam, & abnegationem ſymboli fidei demum lapſus, *ibid.* Prohibitus munere concionatorio, 1534. XXI. A mulierculis contra magiſtratus defenditur, *ibid.* Moniales ſimplices falſis vaticiniis pervertit, *ibid.* Deridetur, ut pſeudopropheta a populo, *ibid.* Variis dæmonis fraudibus ſervata ejus exiſtimatio, XXII. Ut arte magica rebaptizatis dæmonem immiſerit, *ibidem.* Simplices dæmonum vexationibus a ludibriis attonitos rebaptizat, XXIII. Anabaptiſtas Monaſterium convocat ad condendum regnum anabaptiſticum, XXV. Chriſti imagines diffringit, non diaboli, XXVI. Polygamiam a pſeudopropheta in adulterio deprehenſo ſubornatus inducit, XXXI. Carceri mancipatur, cum Sociis mox liberatur, *ibid.* Prædicit falſo Reges futuros pediſſequos tyranni anabaptiſtici, & reginas pediſſequas, XXXII.

Bernardus Caſtillioneus: Inſignis ejus pertinacia, & rabida vox, 1530. CXC. Afficitur ſupplicio, *ib.*

Bernenſes in hæreſim lapſi catholicos opprimunt, 1528. XVIII. Se fidei dogmatum arbitros conſtituunt, *ibid.* Conculcant epiſcoporum authoritatem, *ibid.* Monentur officii a Lucernenſibus, XIX. Propoſita mala ingenia quæ admittant, *ibid.* Oſtenſum iis non eſſe judices controverſiarum, XX. Ex Scriptura ſola controverſias dirimi non poſſe, *ibid.* Nova eccleſiæ reformatio, immo deformatio, & everſio a Bernenſibus conſtituta, XXI. Ea a doctoribus catholicis confutata, XXIII. Vota infringi jubent, *ibid.* Si ſervanda ſint hoſti pacta, multo magis Deo ſervanda oſtenditur, *ibid.* Apoſtatas loco Apoſtolorum Pontificem Antichriſti loco habent, XXIV.

Bibliotheca Vaticana direpta ab exercitu cæſareo, 1527. XXI.

Bohemia: Bohemorum reductio ad ſentiendum cum eccleſia Catholica ſperatur, 1536. XXXVI. 1537. VI. De eis ad Concilium invitandis agere jubetur Jo. Epiſcopus Moronus Apoſtolicus Nuncius, 1537. VI.

Bona Eccleſiaſtica in Anglia direpta, ac fiſco addicta, 1536. XXVIII.

Bonifacius Ferrerius Card. Ipporegienſis nuncupatus Carolo V. abeunti Roma, per Eccleſiaſticam ditionem Comes decernitur, 1536. X.

Bononia: Alexan. Card. Farneſius & Guido Aſcanius Card. S. Floræ Bononiæ rubrum Galerum ab Archiepiſcopo Sipontino excipiunt, 1534. XIV. Proponitur pro Concilio celebrando, 1535. XXX. Bononiæ Legatus decernitur Gaſpar Cardin. Contarenus Venetus, 1541. XXXVIII.

Brandeburgenſis ditio hæreſi inficitur, 1539. XXI.

Brixia hæreſi Lutherana infeſtata, 1528. CVII. Ab epiſcopo, & magiſtratibus expurgata juſſu Clementis VII. *ibid.*

Bucerus apoſtata Lutheranos cum Zuinglianis conciliare annititur, 1534. XLI.

Bucerus. *Vide*, Martinus Bucerus.

Buda obſeſſa fruſtra a Ferdinando Rege, 1530. CLXXXVI. 1541. XLVI. Occaſionem illius potiundæ per inani gloria Roccandulphus Germanorum Dux amittit *ibid.* A Solymanno occupatur, XLVII.

Burgundiæ repetitionem remittit Carolus V. Franciſco I. 1529. LXVII.

Ce-

Digitized by Google

C

Cæſar Feramoſca Caroli V. orator fallacis pacis ſpe Clementem deludit, 1527. XI. In Neapolitana obſidione male perit, 1528. V.

Cæſar Fregoſius a Franciſco I. ad Solymanum eundum miſſus prope Ticinum interceptus trucidatur, 1541. XLVIII.

Calix: Dum illum affectant Lutherani ſe fructu Euchariſtiæ privant, 1529. XI. Calicem ſimul cum hoſtia ac quinque Jeſu Chriſti vulneribus, pro inſignibus, Provinciæ ab Henrico VIII. deficientes aſſumunt, 1536. XXX.

Calvinus hæreſiarcha Michaelem Servetum hæreſiarcham Genevæ exurendum curat, 1532. LXXIX. Docet animadvertendum gladio in hæreticos, ibid. Primatum Angliæ Regis in Eccleſia Anglicana jure oppugnat, 1534. X. Fingit novam hæreſim, Chriſtumque in Euchariſtia præſentem abſentemque eſſe comminiſcitur, 1534. XLIII.

Camillus Urſinus Venetorum exercitus Dux Oſtrovitzum, & Obroazum in Dalmatia expugnat, 1537. XLVII.

Cameracum, vulgo Cambray, concilio celebrando aptus veluti locus proponitur, 1541. LII. A Cæſaris exercitu obtinetur, XLI.

Canon Miſſæ cur ab hæreticis prætermiſſus, 1540. XLIX.

Caponius dictator Florentinæ reipublicæ prudenter paciſci nititur cum Clemente pro reducendis Florentiam Medicæis tuendaque libertate, 1529. LXXI. A ſeditioſis, & imprudentibus vocatur in jus tamquam proditæ reipublicæ reus, LXXII. Pellitur magiſtratu, LXXIII.

Capucini: Confirmatur eorum inſtitutum a Paulo III. 1536. XLV.

Caput Carthuſiæ Londinenſis Prioris præciſum Monaſterii foribus affigitur, 1535. IV. & ſeqq.

Caput Joannis Cardinalis Roffenſis præciſum vividius efflorescit, 1535. IX.

Caput Thomæ Mori longa coctione maceratur, 1535. XVI.

Caput Eccleſiæ Anglicanæ ſe dicit Henricus VIII. 1535. I. & ſeq.

Caput Eccleſiæ & concilii Pontificem negat Bucerus, aliquando tantum, ut Caput habitum, aſſentitur, 1541. XXVIII.

Cardinales creati a Clemente, 1527. CIV. 1531. XCII. 1533 LXXXVII. Mira Cardinalium conſenſio in Paulo III. deligendo, 1534. I. Creatio Cardinalium a Paulo facta, 1534. XIV. 1535. VII. 1536. XLIX. 1538. XLVII. 1539. XXXVIII. 1541. LXIII. Forma juramenti ab ipſis exhibita in ſuſcipiendo rubeo pileo, 1534. XV. Eximuntur a perſolvendis decimis, 1534. IV. Ad Cardinales, non ad concilium, quamvis apertum, ſpectare electionem Pontificis decretum fuit, 1536. XXXIII. Cardinales a Decimarum contributione ſolvit immunes Paulus III. 1539. XXXI. Cardinales decem pro morum reformatione inducenda a Pontifice eliguntur, 1541. LXII. Ad Curiam pro concilio convocando accerſuntur, LXVII. Sub obedientiæ præcepto Romam concilii tempore venire jubentur, 1532. XLVII. Cardinalium munus quale, ibid.

Carloſtadius hæreſiarcha. Vide, Andreas Carloſtadius.

Carolus de Hemard Gallus Epiſcopus Matiſconenſis Card. creatur tituli S. Matthæi in Merulana, 1536. XLIX.

Carolus V. poſtea Imperator: Produnt adminiſtri illius Pontificem, 1527. I. Mittit ad Clementem Minoritarum magiſtrum ac plura pollicitus etiam Lutheranam hæreſim nullo in dicto concilio extirpaturum pollicetur, III. Quas pacis leges propoſuerit, ibid. Illius adminiſtri acerbiſſimas leges Caroli nomine Pontifici imperant, V. Officiis eum vincere nititur Clemens VI. Caroli adminiſtri proditione capere Pontificem moliuntur, ibid. De Carolo in Hiſpania conveniendo deliberat Clemens, ib. Promiſſis deludit Clementem, VIII. Ejus adminiſter Lannjus prorex Neapolitanus educit exercitum in Pontificem, ibid. Propulſato exercitu Cæſareo plures urbes in Neapolitano regno amittit, IX. Oratoris opera inducias fallaces ſancit cum Clemente, XI. Nimium illi fidit Pontifex, ibid. Captas urbes ex Pontifice recipit, ibid. Sollicitatur ad ſervandam pacem viciſſimque Pontificem ad eam enixe hortatur, ib. Proditus Pontifex a Caroli adminiſtris, XIII. Caroli promiſſa in contrarium verſa, ibid. Confiſi Caroli nomini Romani ſtulte detrectant pro Pontifice in Cæſareum exercitum arma ſumere ac vaſtantur, XVI. Ducum opera arcem Adrianam in quam ſe receperat Pontifex obſidet, XXII. Actis ſub ea cuniculis Pontificem non ad libertatem ſed vitam tantummodo redimendam adigit, ibid. Angliæ & Galliæ Reges, & alii fœdus ineunt in Carolum V. pro liberando Pontifice, XXIII. Differt reſtituere Pontificem libertati, XXVIII. Seſe excuſat, ibid. Suorum adminiſtrorum proditionis crimen refundit in Pontificem, ibid. Immiſſus adverſus Carolum in Italiam a Regibus fœderatis exercitus, ibid. Ejus res depreſſæ admodum in Inſubria, XXIX. Literas dat de liberando Pontifice, ſed illum opibus viribuſque ſpoliari jubet, ibid. Gaudet latrocinii præmio, & latrocinium damnat, XXX. Quæ cauſæ eum permoverint, ut Pontificem dimitti juberet, ibid. Indigniſſime ab ejus adminiſtris a ſpoliato Pontifice expetitum aurum, XXXI. Nimias nectit moras in liberando Pontifice, XXXIV. Pro libertate redimenda eum ad leges indignas adigit, ibid. Caroli ad Clementem literæ, XXXV. Excuſat geſta, ſeque pacis cupidiſſimum extitiſſe ait, XXXV. Se inſcio vaſtatam urbem, ibid. Cladem Hungariæ exponit, XXXVI. Belli Mediolanenſis culpam a ſe in alios derivat, XXXVIII. De Genua illi erepta queritur, XXXIX. De tentato Regno Neapolitano deque fœdere inter Gallum, Pontificem, & Venetos inito, ibid. Negat ſuo juſſu Romam captam, ibid. Rogat Clementem, ut pacem univerſo Imperio chriſtiano reſtituat, XL. Pollicetur ſe illum ſummo honore excepturum, ſi in Hiſpaniam accedat, ibid. Pro Hungaria a Turcis vindicanda arma Cæſarea ſpondet, XLI. Poſcit Regum vires conjungi, ibid. Rogat Clementem ut vertat ſtudia ad civilia pacanda bella, XLII. De Carolo V. apud Toletanum archiepiſcopum queritur Clemens Caroli V. facta diſſonare cum verbis, XLIII. Officii plenas literas ad Clementem mittit Carolus V. XLV. Ejus adminiſtri inſignem probitatem exercent, XLVI. Ex adminiſtrorum Caroli V. tyrannide Pontifex mercatoris cultu evadit, ibid. Convertente Carolo cæſareas vires adverſus Chriſti Vicarium innumeræ hæreſeon peſtes libere graſſantur in Germania, LIV. Joannes Baſilius Moſcovitarum dux Caroli V. impiam diſſimulationem in permittenda Lutheranorum adverſus catholicos tyrannide execratur, LXXXIV. Caroli V. frater Ferdinandus Boemiæ, & Hungariæ regnis potitur, 1527. CVII. De pace agit cum Franciſco I. 1528. I. Sollicitatur ab Anglo, & Gallo Clemens ut acceptas a Carolo V. injurias ulciſcatur, ibid. Cur eas non ſit ultus, ibid. Caroli exercitus Roma divulſus ad ferendam opem regno Neapolitano,

IV. Erepta Carolo maxima regni Neapolitani pars, V. Ejus claſſis ad Neapolim profligata, *ib.* Submittit auxiliarem exercitum, VI. In Inſubria, & Liguria inſtauratæ ejus res, VIII. Cur Carolus V. non fuerit exauthoratus a Clemente cum graviſſimas injurias Pontifici intuliſſet, & religionem peſſumdari ſiviſſet, IX. Clementis amicitiam prenſat, *ibid.* Philippinum Auriam a Franciſco I. ad ſuas partes pellicit, X. Aſſerit ſibi regnum Neapolitanum, *ibid.* Gallicum exercitum ducum opera exterma internecione delet, *ibid.* Solicitatur e Clemente ad dandam pacem, XI. Venetos, ad Ravennam Cerviamque Pontifici reſtituendas adigit, XIII. Iiſdem eripit plures urbes, quas in regni Neapolitani ora maritima obtinebant, *ibid.* Pollicetur admiſſam ab exercitu Cæſareo culpam emendaturum, XIV. Medices ad Florentinum Principatum reducturum, *ibid.* Caroli amicitiam Clemens delens oblivione injuriis amplectitur, *ib.* Dat exercitus ſui ducibus imperia, ut pontificiam rem tueantur, ac promoveant, XV. Solicitatur ad concordiam cum moderatione animi ineundam, *ibid.* Cæſarei nominis tuendi ſpecie admiſſa plura ſcelera, XVI. Pacem ab eo poſtulat Franciſcus I. XVII. Urbes oppigneratas & Cardinales obſides reſtituit Clementi, *ibid.* Ultrejectinus epiſcopus principatus ſui jura in Carolum transfudit ad Lutheranorum duciſque Gueldriæ vim retundendam, CIV. Confirmata a Pontifice donatio, CV. Lutheri ſcripta aboleri jubet, 1529. XIV. Poſcente Carolo auxilia a Lutheranis contra Turcas, illi in Carolum conjurant, 1529. XXV. Poſcunt a Carolo Proteſtantes concilium in Germania, & qua fraude, *ibid.* Quid iis a Carolo reſponſum, *ibid.* Capitale edictum contra Anabaptiſtas promulgat, *ibid.* Lapſis in Belgio dat veniam, relapſos morte affici jubet, *ibid.* In Anabaptiſtas ferri & ignis pœnas ſtatuit, XXVI. Ejus frater Ferdinandus Hungariæ Regno exuitur a Turca, XLI. *& ſeq.* Monetur a Clemente ut periclitanti Hungariæ ſubveniat, XLIV. Cardinales obſides liberari jubet, L. Res illius in Neapolitano regno a Gallis depreſſæ, LIII. Gallis iterum afflictis poſtea inſtauratæ, *ibid.* Conſulit Clementem, an in Italiam ſit acceſſurus, LVII. Quid illi a Clemente reſponſum, *ibid.* Spondet illi Medices Florentiæ reſtitutum iri, LIX. Cum Gallo, & Anglo pacem icit, LXVII. Datum illi a Mercurio Gattinaria conſilium, LXIX. Clementis VII. ad eum literæ ut in Italiam veniat, LXX. Paciſci cum eo volunt Florentini, LXXI. Dimittuntur ab eo ut cum Clemente paciſcantur, *ibid.* Caroli V. ingreſſus in urbem Bononiæ, LXXXIII. Quo ritu Pontificem ſit veneratus, LXXXIV. Supplex ejus ad eumdem oratio, *ibid.* Franciſcum Sfortiam Mediolani ducem in gratiam recipit, LXXXVI. Quibus Legibus Beneficiarium ducatum illi tradiderit, *ibid.* Quibus legibus Venetos ad pacem admiſerit, LXXXVII. Quo cultu indutus interfuerit Sacris myſteriis, LXXXVIII. In natalitio Domini evangelium legit, *ibid.* Affundit aquam Pontificis ſacris operaturi manibus, LXXXIX. Inter Carolum V. & principes Italiæ pax promulgata, 1530. I. Venetos ad reſtituendas ereptas Pontifici urbes adigit, IV. Cur Romam non adierit pro excipiendis ornamentis imperialibus, V. Ferrea corona a Pontifice cingitur Bononiæ, VI. Sacra inunctione linitur, VIII. Quo ritu gladio cinctus, XI. Corona & ſceptro ornatur, XII. *& ſeq.* Collocatur in Solio, XIV. Munus offert, *ibid.* Euchariſtiam e Pontificia manu accipit, XV. Sacramentum nuncupat Pontifici, XVIII. Quo rite Imperiali gladio accinctus ſit, XXVII. Et ſceptro donatus, *ibid.* Et corona aurea cinctus, XXVIII. Coronatus Pontificis pedem oſculatur, XXIX. Pontifici aurum offert, XXXI. Euchariſtiam e Pontificis manu accipit, XXXV. Preces pro eo fuſæ, XXXVI. Stratoris manus Pontifici exhibet, XXXVIII. Sub eodem umbraculo a ſiniſtris Pontificis incedit, XL. Permiſſum illi, ut Regnum Neapolitanum cum imperio conjunctum gerat, *ibid.* De Concilio celebrando plura colloquia habet cum Clemente VII. ob multitudinem hæreticorum noneuſus ferrum ſtringere in Lutheranos, L. Ob intempeſtivam clementiam Germanos ruere in exitium paſſus eſt, LII. In Germaniam proficiſcitur, LIV. Mutinam in Suam fidem accipit, LV. Eam Ferrariæ duci adjudicat, LVI. Chriſtiernum Daniæ Regem exulem regno ſuo reſtituere meditatur, LVII. Pro eo in Eccleſiæ ſinum revocando interpretem agit, *ibid.* Auguſtanos conventus indicit, LX. Fidem publicam dat hæreticis hæreſim publice profeſſuris, *ibid.* Solemni pompa circumductam Euchariſtiam ſequitur nudo capite, LXIV. Contumaces Lutheranos faceſſere jubet, *ibid.* Colloquia de pace redintegrat, *ibid.* Illius clementia abutuntur Lutherani, *ibid.* Vetat Lutheranis ne conciones habeant Auguſtæ, LXXV. Ferro, non verbis fidem defendere debuit, LXXXVII. Lutheranorum in Catholicos tyrannidem diſſimulat, LXXXVIII. Cum Lutheranis concordiæ actionem tritto exitu abrumpit, XCIX. Cum principibus catholicis de tuenda fide catholica deliberat, *ibid.* Qua lege pacem dederit hæreticis, *ibid.* Promiſſis fallacibus hæreticorum deluditur, C. Quas Leges medio tempore uſque ad concilium tulerit, CIV. Impune coram eo apoſtatæ hæreſim profeſſi, CVII. Præcipit ne quid novent hæretici, & ignave patitur eos tam impia novaſſe, CIX. Poſtulat novum concilium, qui vetera concilia ſperni patiebatur, *ibid.* Spreta ejus edicta a Lutheranis, CX. Adverſus Lutheranorum latrocinia verbis inanibus agit, CXII. Monet eos quantum flagitium admittant, CXIII. Sine fructu conventum Auguſtanum diſſolvit, CXIV. Haſſiæ Lantgravius cum hæreticis in Carolum V. fœdus percutit, CXXI. Caroli V. ad hæreticorum querelas reſponſum, CXXII. Decernere molitur Carolus pro tuenda religione adverſus hæreticos, CXXIII. Abſente e Germania Carolo in ſectas diviſa eſt Germania, CXXIV. Decretum ab eo in Auguſtenſi conventu latum, CXXIV. Damnat verbo hæreſes, non ferro, CXXXIX. In miſſæ officio novari vetat, CXLI. Damnat Anabaptiſtas, CXLII. Damnat plures hæreticorum errores, CXLIV. Presbyteros qui duxere concubinas pelli jubet, CXLV. Bona eccleſiaſtica alienata reſtitui jubet, CXLVI. Refellit hæreticorum calumniat jactantiam opprimi evangelium, CXLVIII. De typographorum licentia coercenda legem fert, CXLIX. De Turcis propulſandis decernit, CLII. De pendendis decimis, *ibid.* De pace publica tuenda, CLIV. De comprimendis perduellibus, CLV. De blaſphemis plectendis, CLVII. De convocandis auxiliis, CLIX. De gaza eccleſiarum vertenda in militem ſtipendia ex decreto pontificio, CLXIV. Qui principes illius decreto nomina adſcripſerint, CLXVIII. Hæretici fœdus armorum adverſus eum ineunt, CLXX. Urget Clementem VII. ut concilium adverſus Lutheranos congreget, CLXXI. Reſponſum illi deciſa in aliis conciliis non revocari poſſe in controverſiam, *ibid.* Monetur dolo malo poſci concilium a Lutheranis, qui ſpernant concilia, *ibid.* Ea lege promiſſum ut hæretici ſpondeant

illius decretis parituros, CLXII. Monetur nullo in loco aptiore concilium celebrari poſſe quam Romæ, CLXXIII. Fratrem Ferdinandum Regem Romanorum eligendum curat, 1531. I. Intercedunt Lutherani principes, III. Eo cum ſolicitant Galliæ & Angliæ Reges, ibid. Apud eum impingit calumniam Clementi Ferrariæ dux nolle Clementem celebrare concilium, VI. Moti invidia Reges Angliæ & Galliæ ne Carolus ex concilio res ſuas ſtabiliret, noluere concilium, VIII. Clementis ad eum literæ pro celebrando concilio, ibid. Decernit Augustæ ne a vetere ritu diſcedatur, IX. Conſcinditur contumeliis a Luthero, ibid. Additi illi ſtimuli ut arma exerat in hæreticos, XV. Monetur a Clemente ut contra Helveticos hæreticos juvet ducem Sabaudiæ, XXIII. Poſtulat judicio Albertum Brandeburgenſem anoſtatum ob Pruſſiam ab imperio divulſam, LVIII. Sigiſmundus Rex Poloniæ tuetur Albertum contra Carolum, ibid. Ob permiſſam hæreſim magna ſibi damna intulit, LVIII. Calamo, non gladio contra Lutheranos fidem defendit LXIII. Quid Livones Lutherani ipſi reſponderint, LXIII. Data illi poteſtas a Clemente ut a clero Siculo ſubſidia exigat, LXIX. Poſcit opem a Franciſco Galliæ Rege adverſus Solimannum, LXXIII. Data illi ampla, & fallacia verba, ibid. In cauſa Regis Angliæ poſcit ut juris tantum ratio habeatur, LXXXII. Eripere illi imperium Solimannus meditatur, 1532. I. Solicitat alii Reges ad ferendam illi opem II. Mittit oratores ad Solimannum pro pace cum Joanne Tranſylvano ineunda, XI. Non auditi a Turca, ibid. Ratiſponæ conventum celebrat pro Turca propulſando, XIII. Solicitatur a Pontifice ut hæreticis Turciſque reprimendis det operam, XIV. Lutherani principes ſe illi infenſos profitentur, XVI. Poſcunt ab eo Lutherani ut concilium Cæſarea authoritate indicat, 1532. XVII. Urgent ut Pontificem ad illud convocet, XVIII. Quid iis reſponderit Carolus XIX. Clementis ad Carolum V. literæ amantiſſimæ, XXI. Datum illi conſilium, ut Deo ſe commendet, XXIII. Conjungit ſibi in Turcam Lutheranos pollicitus ob impietatem Lutheranam iis nullam moleſtiam exhibiturum, XXV. Pollicetur Lutheranis vertente anno concilium celebratum iri, XXVI. Cur diſſimularit Lutheranorum impietatem, XXVII. Supremum exercitus imperium adverſus Solymannum ſibi reſervat, XXVIII. Serius educit exercitum afflicto crure caſu equi, ibid. Decem millia equitum Hungarorum pontificio ſumptu illi conducta, XXVIII. Quingenta Turcarum millia in eum educit Solimannus, XXXI. Diviniitus repreſſi Turcarum impetus, XXXIII. Nonaginta millia peditum equitumque triginta millia miniſtris non recenſitis educit contra Solimannum, XXXV. Cum eo congredi formidans Solimannus Belgradum revertitur, XXXVII. Septemdecim Turcarum equitum millia ad prædam excurrentia cædit, XXXVIII. Diſceptat an Turcas inſecuturus eſſet, XLI. Conſultum illi ut Solimannum fugientem perſequeretur, ib. Diſſolvit exercitum ibid. Fruſtra rogatur ut Hungariam recuperet, ibid. Fratri Ferdinando copias Italicas relinquit, invadit Græciam Andreæ Auriæ opera, XLVII. & ſeq. Petente eo Italiam, Italicæ copiæ ſeditionem movent, LII. Hippolytum Medicem legatum militari cultu fugientem intercipit ne ſeditionem Florentiæ moveret, ibid. Deim dimittit dimiſſumque Clementi ſignificat, LIII. Decreti ad eum Cardinales legati LVI. Ad Pontificis pedes procumbit, LVII. Enſis ſacra prece luſtratus illi datur, LVIII. Legit evangelium in feſto natalitio Domini, ibid. Quænam egitarit in colloquio cum Clemente, LXI. Franciſcum Monaſterienſem Epiſcopum monet ut ſectam novam graſſantem in ea urbe comprimat, XCI. Ejus ea de re literæ, ib. Poſtulat a Pontifice ut celebretur concilium contra Lutheranos 1533. I. Obſiſtunt illi Gallus & Anglus, II. Oratorem mittit cum internuntio pontificio ad principes Lutheranos ad exponendas leges celebrandi concilii, VIII. Ex repudiatæ a Lutheranis, IX. Urget Clementem ut neptem duci Mediolanenſi deſpondeat, xix. Ægre fert eam a Gallo Rege expeti ut Henrico filio traderetur, ibid. Arcanum fœdus init cum Clemente, xxiv. Promiſſum illi judicio actum iri adverſus Henricum VIII. ibid. Diſcedit Bononia, xxiv. Duo Cardinales eum Genuam deducunt, xxv. Clementem urget ut in Henricum Angliæ Regem legibus agat, LXXIV. Nimium urget Clementem ad fulminandam in Henricum VIII. ſententiam, 1534. V. Deinde cum eo eccleſiam perſequente, contempta Chriſti cauſa, fœdus coivit, ibid. Illius exercitus in Germania fuſus a Lutheranis, xvii. Serius ſtipendia Ferdinando ſuppeditavit, ibid. Subſidia idonea non tranſmittit Coroneis, nec pacem ſancit, 1534. LIX. Ejus exercitus cæſus a Turcis, & Corone dedita a præſidiariis, ibid. Neapolitani regni littora populatur Hariadenus Barbaruſſa, & plura Carolo V. damna infert, LX. Conceduntur ei Decimæ a Paulo III. ad parandam claſſem contra Tuneti Pyratas, 1534. III. Solicitatur a Pontifice, ut confecto Africano bello victricia arma contra Henricum Octavum inferat, 1535. XI. A Pontifice de concilio, qua via, & quo tempore celebrando, edocetur, 1535. XXIX. Cum Pontifice de Africana expeditione agit, XLIII. Ingenti claſſe trajicit in Africam; functuſque non modico vitæ periculo prope Uticam, Guletiam expugnat, XLIX. & ſeq. Tunetanam expeditionem intrepide proſequitur, hortatu etiam Pontificis, LII. Muleaſſem, imperato annuo tributo, Regno Tuneti reſtituit, ac in Siciliam reverſus Neapolim non triumphali pompa ingreditur, LIII. & ſeq. A Pontifice de Perſarum victoria contra Turcas certior redditur, & ad proſequendum contra ipſos bellum hortatur, LV. & ſeq. Pontifex, ad ipſum Legatos congratulationis cauſa de parta victoria mittit, LIV. 1536. I. Mediolanenſem Ducatum Gallo concedere detrectat, LVII. Erigendæ Eccleſiæ Cathedrali Antequera in Provincia de Gazaca ducentos aureos e a vectigalibus Regis conſtituit, LIX. Romæ a Pontifice ſummo honore excipitur, 1536. I. & ſeq. Moratur 13. dies, X. Cum Pontifice ſeptem fere horarum colloquium habet, II. Aurelianenſi Duci Mediolanenſem Ducatum cedere renuit, ſed in tertium Franciſci Gallorum Regis filium ſe tranſlaturum pollicetur, 1536. II. III. X. Vide Mediolanum. Plura cum Romæ ſubſiſteret edit pietatis exempla, IV. Coram Pontifice, & Cardinalibus de ſuis cum Franciſco Galliarum Rege controverſiis diſſerit, eique vel bellum, vel certamen ſingulare, vel pacem proponit, VI. Urbe Senas verſus diſcedit, IX. Quo ſenſu de ſingulare certamine intellexerit, Gallis Oratoribus declarat, X. Maxima munera in Pontificios Nepotes diſcedens effudit, X. Oblatas Franciſci nomine pacis conditiones reſpuit, XI. In Galliam irrupit, ac quibuſdam potitus locis, varia in exercitu perſenſit incommoda, XVII. XVIII. Fruſtra Maſſiliam tentat, ibid. A Lutheranis epiſtolas circa concilii indictionem recipit, eiſque nimis timide reſpondet, 1536. XLIII. & ſeq. Per literas, & Nuntios a Ponti-

tifice ad pacem iterum urgetur, 1537. I. Matthiam Helt ad Proteſtantes Oratorem mittit, ut ad concilium conveniant, XIV. Novatorum in ipſum calumniæ, XV. & ſeqq. A Pontifice de prorogatione Concilii admonetur, ejuſque cauſis, XXIX. Carolus V. cum Pontifice extra Niciam colloquia confert, 1538. XI. Conditiones pacis a Carolo Pontifici propoſitæ, XV. Pontificem Nicia Genuam uſque comitatur, XVII. Ad foſſas Marianas cum Franciſco colloquitur, & prandet, XVII. Exercitus Caroli V. ex Africa in Siciliam translatus ob dilata ſtipendia rebellat, XVIII. Carolus V. Legatos ſuos Francfordiam ad Proteſtantium conventum mittit, 1539. II. A ſubſcribendo decreto Francfordienſi plurimis rationibus a Pontifice deterretur, XII. Novum conventum ad infringendum Francfordienſe decretum indici jubet, XIX. Contra Henricum Angliæ Regem arma movere detrectat, 1539. XXIV. Gandavenſibus a ſe deficientibus, Gallorum Regis fidei, & integritati per Gallias tranſiens ſe committit, XXXII. Cum ipſo pacem componit, ibid. Caroli V. in orando quotidiana pietas, XXXII. E Gallia in Belgium Franciſci Regis liberis ſtipatus procedit, 1540. I. In Gandavenſis conjurationis Principes palam in foro gladio animadverti jubet, III. Vendentes, aut retinentes Lutheri, & aliorum hæreticorum libros capitali ſupplicio affici, edicto in Belgio ſancivit, IX. & ſeq. Franciſci Primi Regis Galliæ liberis Belgium, irrito tamen effectu, pro pacis conditione offert, 1540. XI. Spirenſe colloquium fruſtra Alex. Card. Farneſio renitente, cogi, & proſequi mandat, 1540. XIV. XXII. & ſeq. Vormatienſi Conventui intereſſe recuſat, 1540. LVIII. Ad arma contra Lutheranos movenda perſuaſus multipliciter ſe excuſat, 1541. IV. Pacis ſtudium a ſe prætermiſſum, Franciſci Regis ambitu, ac pervicacia, declarat, ib. Librum concordiæ a Principibus examinari poſcit, XII. Pontificis voluntati circa Concilii convocationem ſe ſubdit, 1541. XXVI. Fœdus init cum Pontifice, Rege Romanorum, & Imperii Principibus pro Catholicæ fidei defenſione, XXXIII. Carolo V. in Italiam deſcendenti Cardinalis Contarenus Legatus decernitur, XXXVIII. Honores a Carolo V. Cardinali Contareno, cum Mediolanum ingreditur, impertiti, ibid.

Carolus dux Sabaudiæ Gebennam obſidet cum epiſcopo, 1530. CCIII. Ab Helvetiis Zuinglianis ad ſolvendam obſidionem cogitur, ib. Præſidiis eccleſiaſticis adjutus contra Gebennenſes, 1531. XXI. Pacta cum iis Helvetiiſque concordia vetitur diſtrahere amplius gazam eccleſiaſticam, ibid. Minantur illi Helvetii hæretici, XXXIII. Rogati Reges ut illi opem ferant, ibid. Ab hæreſi vindicat ditionem, 1533. LXI. Genevam a ſe, & a fide deficientem armis revocare, ſed fruſtra tentat, 1535. XXV. A Pontifice admonetur, ne Bernenſibus aſſentiatur, ibid. Plura ab Hæreticis ille inflicta incommoda, 1535. XXVII. Arma contra ipſum movet Franciſcus Galliæ Rex, LVII. 1536. XI. XIII.

Carolus Borbonii Dux ex Inſubria exercitum ad opprimendum Pontificem educit, 1527. XI. Illius metu Clemens VII. cum Lanojo prorege Neapolitano pacem init, ibid. Conteſtatur Carolus nolle ſe ſtare Lanoji pactionibus, ibid. Pontificium aurum ad ſtipendia militi perſolvenda excipit, ibid. In Flaminiam irrumpit, XIII. Romam recto itinere provolat, XV. Romani Cæſareo nomini conſiti adverſus illum pro Clemente arma ſumere detrectant, XVI. Gemina hoſtili impreſſione propulſatus primus inter primos in urbem irrumpit, & glande plumbea trajectus occumbit, ibid.

Carolus Geldriæ dux Ultrajectinum principatum occupat, 1528. CIII. Eccleſias ſacris opibus ſpoliat, ibid. Pellitur ab Epiſcopo ducente Cæſareum exercitum, CIV. Ad vim illius retundendam principatus jura in Carolum V. transfuſa, ibid.

Carthuſiani plures in Angliæ ſupplicio affecti, 1535. III. & ſeqq. Viri impii ad labefactandam ipſorum conſtantiam Monaſteriis ab Henrico præficiuntur, V. Carthuſianum a ſeptis Religionis diſcedere meditantem, Eraſmus ſuis literis confirmat, 1536. XLVII.

Catharina Angliæ Regina adverſus Henricum VIII. divortium molientem leges implorat, 1531. LXXIX. Propoſitæ Henrico Regi cenſuræ ſi eam dimittat, ibid. Catharinæ Reginæ appellationem repelli non poſſe exponit Henrico Regi Clemens, LXXXI. Expoſitum eidem neceſſario audiendam Catharinam Reginam, LXXXII. Corrupti auro nonnulli juriſconſulti, & theologi ſcribunt pro divortio Catharinæ, LXXXIII. Anglici doctores non probarunt Henrici divortium, LXXXV. Pro ea ſcripſere doctiſſimi, LXXXVI. Catharina pellitur regia, inducta adultera Anna Bolena, 1533. LXVIII. Crammerus hæreticus fert in eam ſententiam pro divortio, LXXIII. Catharinæ Reginæ filia Maria pulſa ab Henrico patre, LXXV. Viri pii, qui Catharinæ cauſam defenderant, in carcerem conjecti, ib. Exploratrices loco famularum illi appoſitæ, ibid. Joannem Foreſtum Ordinis Minorum ſuum in ſpiritu Patrem in carcere per literas conſolatur, 1536. XXIV. Henricum VIII. conjugem ſuum mortis proximum per literas ad ſaniorem mentem hortatur, XXV. Moritur non ſine veneni ſuſpicione, ibid. Ejus de ſœlicitate ſententia, ibid.

Catharina Medices neptis Clementis VII. a Florentinis monaſterio incluſa, 1530. CLXXVII. Eam Florentini reſtituere denegant, Franciſco Francorum Rege eos deprecante, ibid. De ea in lupanar deducenda, & in murorum ruinis exponenda Clementis odio agitant impia conſilia Florentini ſeditioſi, ibid. Servatur illæſa, ib. Urget Clementem Carolus V. ut eam duci Mediolanenſi connubio jungat, 1533. XIX. Franciſcus eam Henrico duci Aurelianenſi ac poſtea Regi tradendam efflagitat, ibid. Maſſiliam deducta nubit Henrico, LXXXIV.

Catharina Havarda ab Henrico VIII. capitali ſupplicio afficitur, 1541. XXXIX.

Catharina Luſitana Sabaudiæ Ducis uxor moritur, 1538. IX.

Catholici ab hæreticis crudelitatis inſimulantur, 1540. LX. Simul cum Zuinglianis in tormentis ab Henrico VIII. per ignominiam juncti, LXIV. Veluti pacis inimici a Proteſtantibus habiti, 1541. XXXVII. Pro defenſione Catholicæ fidei fœdus a Pontifice cum Carolo V. Rege Romanorum, ac Imperii Principibus initur, XXXIII. Catholicorum deſidia audaciam extulit hæreticorum, 1540. LIII.

Catzianer exercitus Hungarici Dux ignavia, & proditione ſua, præclaram Turcis victoriam de Hungaria concedit, 1537. LXV. A Sdrinio quem ad proditionem urgebat, obtruncatur, ibid.

Cenſuræ in Joannem Hungariæ Regem diſtrictæ, 1537. V. & ſeq.

Ceremoniæ Eccleſiaſticæ quam laudabiles, quamve antiquæ, 1540. XLIX.

Chriſtiani: Ariadenus Barbaroſſa Chriſtianos Tuneti captivos concremare meditatur, ſed conſilio detecto Cæſareum exercitum in auxilium inducunt, 1535. XLIII.

Chriſtiernus Daniæ, & Sueciæ Rex confugit ad

Ca-

Digitized by Google

Carolum V. ut reſtituatur regno, 1530. LVII. Reſipiſcentiæ ſpeciem præfefert, ibid. Poſcit veniam de cauſis proditione epiſcopis Sueciæ quos ad prandium vocarat, deque hæreſi Lutherana ſuſcepta, LVIII. Mira in eo recipiendo Sedis Apoſtolicæ benignitas, ibid. Quibus legibus abſolvi juſſus ſit, LIX. Non expiat rite crimen, ibid. Capitur ab hoſtibus ſuis, & in carcerem conjicitur, 1532. LXXXVII. Ejus filius dyſenteria perit, ibid. Dum populus eum liberare cupit, veneno tollitur ib. Fridericus Holſatiæ princeps Daniæ, Guſtavus Sueciæ imperant, ibid.

Chriſtophorus puer Moraicanus a patre affectus martyrio, 1527. CXVII.

Chriſtophorus Palavicinus per mediam Turcarum claſſem penetrat, & Coronem appellit, 1533. II. E Corones portu ad Chriſtianam claſſem, deluſa Turcica evadit, ibid.

Chriſtophorus Jacobatius Epiſcopus Caſſanenſis Papæ Datarius in Collegium Cardinalium tit. S. Anaſtaſiæ cooptatur, 1536. XLIX. Ad Cæſarem Legatus mittitur, 1537. LX

Chriſtus: Chriſti Divinitas negata ab Hatto, & qualis hic fuerit, 1529. XXX. Negatur eſſe Dei filius ab aliis Anabaptiſtis, 1527. LXXII. Chriſtum deſperaſſe in cruce iidem impie interpretantur, LXXVI. Tantum fuiſſe prophetam cum Mahomete aſſerunt, ibid. Chriſtus immolatus cruente in cruce, immolatur incruente in altari, 1531. XVI. In cœlo intercedit pro nobis ſub ſpecie propria, in altari ſub aliena, CLXXIX. Quomodo intelligendum ſit per Chriſti mortem remiſſa eſſe peccata, XIX. Ipſi ut merenti capiti adſcribenda meriti gloria, 1532. LXXIV. Duplice titulo gloriam promeruit, ibid. Ejus carnem æternam fuiſſe fingit Michael Servetus, 1532. LXXXII. Chriſti divinitatem negant Anabaptiſtæ Matthiæ piſtoris pſeudoapoſtoli, 1533. LIX. Chriſtum cruci affixum deſperaſſe, blaſphemabat Calvinus, 1535. XXIV. Tripliciter oblatus, figuraliter in Agno, corporaliter in Cruce, ſpiritualiter in myſterio, 1540. XLIX. in artic. XXIV.

Cibi: Eorum diſcrimen hæreticis inviſum, 1540. XLIX. in artic. XXVI.

Claudius Giberius creatus Cardinalis a Clemente VII. 1533. LXXXVII. Qui titulus illi attributus, ibid.

Claudius Abyſſinorum Imperator Joannis Tertii Luſitaniæ Regis ope de Turcis inſignem victoriam reportat, 1541. LXVII.

Clemens VII. Poſtea a Cæſareis proditur initæ pacis fiducia, 1527. I. Minoritarum magiſtri opera Carolum V. admonet, ut pacem redintegret, III. Idem ad Clementem miſſus a Carolo pollicetur Clementi Lutheranos ſine concilii indictione legibus compreſſum iri, ibid. Quas leges agitaverit Clemens cum Carolo, ibid. Proficiſci ſtatuit ad Reges pro agenda pace, ibid. Galli Clementis conſilia diſturbant, V. Hiſpani adminiſtri inſoleſcentes acerbas leges Clementi imperant, V. Gerendæ contra eos bene rei occaſionem amittit, ibid. Certat officiis cum Carolo V. VI. Indigniſſime ab adminiſtris Hiſpanis tractatur, ibid. Capere illum proditione tentant, ibid. De conveniendo in Hiſpania Carolo V. agitur, ibid. Diſſuadet illi Gallus, ne Hiſpaniam adeat, VII. Cur Hiſpaniam non adierit, ibid. In eum prorex Neapolitanus tyrannidem exercet, ibid. Caroli V. promiſſis deluditur, VIII. Illum prorex Neapolitanus pellere Urbe exuereque eccleſiaſtica ditione affectat, ib. Proregis Neapolitani exercitum propulſat, ibid. Invadit regnum Renati Valdemontii opera, IX. Levia ſubſidia accipit a Franciſco Rege Galliæ, ibid. Non ſubmiſſa illi e Gallis promiſſa auxilia, X. Solicitatur a Lanojo pro- rege Neapolitano de pace, ibid. Admittit inducias, XI. Incaute Hiſpanis fidit, ibid. Revocat copias victrices ex Neapolitano regno, ibid. Captas urbes reſtituit, ibid. Pendit aurum Cæſareo exercitui, quem ductabat dux Borbonius pro eo avertendo, ibid. Hortatur Cæſarem ad ſervandam pacem, ibid. Quanta commoda illi pax allatura ſit proponit, ibid. Gallorum Regem ſolicitat ad pacem, ibid. Redire jubet ad Carolum V. ſupremum Minoritarum magiſtrum pro pace promovenda, XII. Proditur ab Hiſpanis, XIII. Incaute dimittit exercitum, ibid. Promiſſa illi ab Hiſpanis data in contrariam vera, ibid. Non placavit auro Germanicum exercitum, ſed irritavit, ibidem. Pia ejus conſilia contrarios ſortita ſunt exitus, ibidem. Negant ſtultiſſime Romani pro Clemente arma ſumere, XVI. Detrectant pontes rumpere vel tueri, ibid. Sacram gazam non diſtrahit pro defendendis ſacris contra ſacrorum hoſtes, eamque ſacrorum hoſtibus reſervat, XVII. Urbis direptionem ex arce luget, ibid. XVIII. Lutherani verſo in arcem ore exclamat cupere devorare ſe pontificias carnes, XIX. Georgius Froulpergius dux oſtentat laqueum auro intextum pro eo præfocando, ibid. CVIII. Joco ab ebriis & furentibus Lutheranis Lutherus Clementi pro antipapa oppoſitus, ibid. Obſeſſa a Columnenſibus itinera ne Clemens fugam capiat, XXI. Proditur a Franciſco Maria Ruboreo Urbinate duce, ibid. Sero auxilia illi e Gallis ſubmiſſa, XXII. Necari a Germanis vel Columnenſibus metuit, ibid. Acti ſub arce cuniculi, ibid. Vitam redimit ingenti pretio, urbiumque deditione, ibid. Henrici Angliæ Regis de eo capto querelæ, XXIII. Agit cum Gallo Rege de liberando Clemente, ibid. Miſeretur illius ipſe Solymannus, ibid. Anglus, Gallus, & Helvetii pro liberando arma parant, XXVII. Monitus Carolus V. ut eum libertati reſtituat, rem extrahit, XXVIII. Male proditionis cauſam in Clementem refundit, ibid. Pro eo liberando immiſſus a Gallo, & Anglo exercitus, ibid. Dimitti jubetur Clemens a Carolo V. XXIX. Spoliari tamen opibus ac viribus, ibid. Quæ cauſæ Carolum V. permoverint, ut dimitti juberet Pontificem, XXX. A ſpoliatu indigniſſime exceptum aurum, XXXI. Germani illi & Cardinalibus ſupplicia intentant, ibid. Tradit præſules obſides, pro repræſentanda pecunia, ibid. Ii perducuntur vincti ad furcas atque ex ebriorum manibus elabuntur, ibid. Rhodium magiſtrum mittit ad Reges pro inſtaurando in oriente Chriſti cultu, XXXII. Certior fit de Lautrechii ducis cum victore exercitu adventu, XXXIII. Tardioris adventus impatiens pro libertate acerbis legibus redimenda paciſcuntur, XXXIV. Tyrannis ab Hiſpanis in eum exercita, ibid. Caroli V. ad eum literæ, XXXV. Rogatur ab eo Clemens, ut univerſalem pacem reſtituat, XL. Obſequium & honorem illi pollicetur, ſi in Hiſpaniam velit accedere, ibid. Exponit Toletano archiepiſcopo rerum ſuarum ſtatum, XLIII. Queritur Cæſarea facta verbis non conſentire, ibid. Tento adhuc in carcere, de libertate parta illi gratulatur Carolus V. XLV. Cæſareorum ducum improbitate libertati non reſtituitur, XLVI. Demum mercatoris cultu nona decembris ex carcere evadit, ib. Noctu Urbem veterem ingreditur, XLVII. Lautrechium certiorem efficit de libertate recuperata, ibid. Multum profuiſſe illius acceſſum ut liberaretur, commendat, ibid. Teſtatur ob excidium ſlientam paciſci coactum, XLVIII. Galliæ & Angliæ Regibus de miſſo auxilio grates agit, XLIX. Ut ob ſubmiſſum exercitum pactiones lon-

longe acerbiores non fuerint impoſitæ, *ibid.* Thomæ Volſæo Cardinali Eboracenſi grates agit, LI. Miſeranda Romæ & reliquæ ditionis eccleſiaſticæ calamitas, LII. Solicitatur ut injurias ſedis Apoſtolicæ vindicet, LIII. Illius reſponſum, *ibid.* Antonium e Prato Archiepiſcopum Senonenſem Cardinalem creat, CIV. Beati nomen cultumque Hyacintho ordinis prædicatorum decernit, CV. L. Solicitatur a Franciſco I. ut injurias ulciſcatur, 1528. I. Deterretur ab eo conſilio ne univerſa Germania deficeret a Romana eccleſia, *ibid.* Decernit inter diſſentientes Reges communis parentis officium gerere, II. Concordiæ leges ſtatuit inter eos, *ibid.* Imolam & Ariminum revocat ad ditionem eccleſiaſticam, IV. Egreſſis Germanis Roma recuperata, *ibid.* Solicitatur ab Anglo Rege ut communi fœderi contra Carolum V. accedat, V. Ejuſdem reſponſum, *ibid.* Germanicis auxiliis in Neapolitanum Regnum profecturis iter abrumpit, & cur, *ibid.* Perſtat in conſilio promovendæ pacis, VII. Solicitatur iterum a Franciſco I. ut ſe illi fœdere conjungat, negat id facturum ni Cæſareus exercitus omnino profligatus ſit, IX. Cur Carolum V. imperii jure exauthoratum non promulgarit, *ibid.* Prenſata a Carolo Clementis amicitia eximiaque ejuſdem promiſſa, *ibid.* Prenſata etiam a Gallo ac majora illi promiſſa, X. De concordia agit inter Carolum V. ac Franciſcum, X. Carolum V. ad dandam pacem urget, X. A Venetis exceptas urbes eccleſiaſticas repoſcit, XII. Florentinos de violata libertate eccleſiaſtica objurgat, XIII. Carolus V. Clementi culpam ab exercitu ſuo admiſſam ſe emendaturum ſpondet, XIV. Pollicetur Medices Florentino principatui a ſe reſtitutum iri, *ibid.* Ravennam Cerviamque a Venetis reddendas, *ibid.* Revertitur Romam Clemens, *ibid.* De eo Clementis literæ ad Carolum V. XV. Urbes oppigneratas obſideſque cardinales illi reſtitui jubet Cæſar, XVII. Commendat Clemens Franciſcum I. de ſacratum Chriſti, & Deiparæ imaginum quas dehoneſtarant hæretici ſarcita injuria, LXXII. Hortatur ne hæreſim ſerpere in Gallia patiatur principiiſque obſiſtat, *ibid.* Monetur ne cauſas hæreſeos a Senatu Pariſienſi ſed ab epiſcopo, & Sorbonicis doctoribus cognoſcendas ſanciat, LXXXI. Ultrajectinæ principatus jura ab epiſcopo Ultrajectino ad Carolum V. ob Lutheranorum graſſationes tranſfert, CV. Serpentem Brixiæ Lutheranam hæreſim ad extremas uſque fibras excindi jubet, CVII. Poſtulatur ab Henrico Anglorum Rege ut conjugii cauſam cognoſcat an jure contractum ſit, CIX. Laurentium Cardinalem Campegium ea de cauſa legatum in Angliam mittit, CX. Ferdinandus Bohemiæ Hungariæque Rex poſcit opem a Clemente contra Solimannum, 1529. XXXII. Monet Hungaros ut ſe parent adverſus Solimannum, *ibid.* Ferdinando ſtipendia ſubmittit, XXXIII. Collaturis operam ad repellendos Turcas indulgentias proponit, *ibid.* Monet Carolum V. ut Germaniæ periclitanti ſubveniat, XLIV. Solicitat Angliæ Regem ut Germaniæ & Imperio Chriſtiano ſubveniat, XLIV. Pios ſtimulos Galliæ Regi addit ut ſuccurrat Germaniæ, XLV. Cardinales obſides illi reſtitui a Carolo V. L. Philiberti Auraſiæ principis Neapolitani proregis amicitiam preſſat, LII. Monet Peruſinos ne arma Cæſarea in ſe concitent, LII. Peruſinos objurgat quod partes Gallicas adverſus Cæſarem ſint amplexi, LIV. Meditatur profectionem trans Alpes pro publica pace concilianda, LVI. Conſulit Carolum V. *ibid.* Conſulitur viciſſim a Carolo an in Italiam ſit acceſſurus, LVII. Reſponſum a Clemente datum, *ibid.* Pacis conſilia urget inter Cæſarem & Francorum Regem, LIX. Init fœdus cum Carolo ad reſtituendos Florentino principatui Medicæos, *ibid.* Cur fœdus non inierit cum Galliæ & Angliæ Regibus, LIX. Quæ fœderis capita inierit cum Carolo V. *ibid.* De hæreticis ab impietate revocandis ſolicitatur, *ibid.* Ad conſilia pacis Franciſcum I. adducere nititur, LXV. Angliæ Regem ad concordiam urget, LXVI. Pacis beneficio Florentinos ac Venetos excludit, LXVII. Margaretæ Auſtriacæ de pacis ſtudiis adhibitis grates agit, LXVIII. Mercurium Gattinariam pacis promotorem cardinalitia purpura donat, LXIX. Florentini a Carolo V. ad Clementem dimiſſi ut cum eo concordiam ineant, LXXI. Graviſſimis opprobriis appetitur a Florentinis, LXXIII. Cæſareo exercitui ſtipendia ſuppeditat, *ibid.* Peruſium recipit, LXXIV. Bononiam ſe confert, *ibid.* Decernit de eligendi ſucceſſoris modo ſi quid ipſi humanitus contingat, LXXVII. Illius itineris deſcriptio, LXXIX. Grates numini agit de Turcis a Vienna propulſatis, LXXXI. Bononiæ Cæſarem excipit, LXXXIII. Quo ritu Clementem Carolus V. ſit veneratus, LXXXIV. A Franciſco duce Mediolanenſi convenitur, LXXXV. Carolus V. Clementis VII. Pontificis ſacris operaturi manibus aquam affundit, LXXIX. In eum exaſperatus Angliæ Rex affectans cum uxore Regina divortium, XC. Demulcere illum Clemens annititur, XCI. Significat ipſi jus reddendum Cæſari, XCII. Revocat ad pontificium tribunal Reginæ Angliæ cauſam, XCIII. Solemni ritu pacem Italicam promulgari jubet, 1530. I. Reſtinguit decennale bellum, II. Confecta ea pace magnam ſibi laudem comparat, *ibid.* Florentinos oratores minus idoneis ſultos mandatis dimitti negata pace, III. Ravennates redeuntes ad officium venia donat, IV. Ferrea corona Carolum V. redimit, V. Quo ritu eam impoſuerit, VII. Guillelmo Cardinali Cæſaris inungendi munus demandat, VIII. Illi Carolus V. corona redimitus munus offert, XIV. Corona aurea Carolum V. cingit, XVI. Sacramenti formula a Carolo Clementi nuncupati, XVIII. Solio majori Cæſareo inſedit, XXV. Quo ritu imperiali gladio Cæſarem accinxerit, XXVII. Quo ritu ſceptrum porrexerit, XXVIII. Et imperiale diadema impoſuerit, *ibid.* Illius pedem oſculatur coronatus Carolus V. XXIX. Oblatum Clementi aurum a Carolo V. XXXI. Quo ritu ſacramentum Cæſari porrexerit, XXXV. Stratoris munus illi Imperator exhibet, XXXVIII. Sub eodem umbraculo dextram tenens incedit cum Cæſare, XL. Supplet defectus ratione loci apoſtolico diplomate, XLVII. Permittit Carolo V. ut Neapolitanum regnum conjunctum cum imperio teneat, *ibid.* Negat celebrare concilium, cum Lutheri, & aliorum novatorum hæreſes eſſent in aliis conciliis damnatæ, XLVIII. In Italia hæreſim ſerpentem edictis comprimit, L. Creat novos Cardinales LIII. Chriſtiernum Daniæ, Sueciæ, Norvegiæque Regem de exulibus proditione Sueciæ epiſcopis veniam poſcentem abſolvi jubet modo prius hæreſim Lutheranam ejuret, LVIII. Gratulatur Joachimo electori Brandeburgenſi, quod fidem catholicam tutatus ſit, LX. Hortatur ipſum ad conſtantiam in ea tuenda, CLXIX. Et Georgium Saxoniæ Ducem, *ibid.* Eccleſiarum gazam vertendam contra Turcas ſtatuit, CLXIV. Ferdinandum Regem admonet ut fidem in Bohemia tueatur, CLXX. Reſpondet Lutheranis, & aliis hæreticis deciſa a veteribus conciliis in controverſiam non revocanda, CLXXI. Promittit iis concilium ea lege celebratum iri, ut promittant illius decretis ſtare, CLXXII. Monet ut cauſas dubitandi

di nitide exponant, clxxxii. Significat concilium a ſe Romæ celebratum iri, *ibid.* Juſtum illius reſponſum demonſtrator, clxxiv. Contendit non in Germania, ſed in Italia celebrandum concilium, clxxv. Datæ ab eo ad Ferdinandum Regem eo argumento literæ, *ibid.* Reges principeſque admonet de celebrando concilio, clxxvi. Solicitat Franciſcum Regem, ut fœdus armorum adverſus Lutheranos, & Turcas ineat cum Cæſare, *ibid.* Cur non indixerit concilium, clxxvii. Decernit conjungere omnes Chriſtianos communi fœdere adverſus Turcas, clxxviii. Ad Luſitaniæ Regem eo argumento ſcribit, *ibid.* Gratulatur Franciſco I. de receptis illius liberis, clxxx. Eleonoram Reginam ſolicitat, ut pacem alat inter Reges, clxxxi. Principes Chriſtianos de mutuo ſubſidio conferendo ad Turcas depellendos Hungaria hortatur, clxxxi. Florentinos hoſtes Medicæ ſtirpis domat, clxxxviii. Illius curæ graves ne Florentia expiletur a Cæſareo exercitu, clxxxix. Diſcordiarum ſemina inter Angliæ Regem, & Clementem creſcunt, cxci. Thomam de Vio Cardinalem conſulit in cauſa Regis Angliæ, cxciii. Dat imperia Henrico Regi ne ſecundas ineat nuptias antequam diſſolutum ſit prius matrimonium, CCII. Ferdinandi Hungariæ & Boemiæ Regis creati Cæſaris electionem confirmat, 1531. I. Gratulatur illi de parta dignitate, II. Enſe & pileo ſacris eum donat, *ibid.* Impacta Clementi calomnia nolle ipſum celebrari concilium, VI. Clementis literæ ad Reges, ut conjungant operam pro celebrando concilio, *ibid.* Monet Carolum Sabaudiæ ducem ne eccleſiarum gazam ulterius diſtrahat pacta cum Zuinglianis concordia, xxi. Thuricenſes Helvetios revocare ab hæreſi annititur, xxii. Stipendia quibus defraudati fuerant a Julio III. Solutum iri pollicetur ſi hæreſim abjiciant, *ibid.* Contra eos vaſtitatem Italiæ interminantes Regum implorat auxilia, xxiii. Cæſarem rogat ut contra Zuinglianos Helvetios ducem Sabaudiæ juvet, xxiv. Monet equites Livoniæ ut fidem tueantur, lix. Rogat Ferdinandum Regem ut fidem in Livonia tueatur, *ibid.* Colonienſes inſectantes hæreticos hortatur ad conſtantiam lxv. Solicitat Henricum Angliæ Regem, ut arma in Solimannum ſtringat, lxviii. Dat facultatem Carolo, ut ſubſidia a prælatis Siciliæ exigat, lxix. Ab eo Ferdinandus opem poſcit contra Solimannum, lxxi. Promiſſa illi centum aureorum millia, lxxi. Si Turca invadat Italiam poſcit mutuam opem, *ibid.* Gratulatur Poloniæ Regi de Moldavis, & Valachis propulſatis, lxxv. Philippo Viliers de præclaris facinoribus gratulatur, lxxvi. Maronitas ad conſtantiam fidei in adverſis hortatur, lxxvii. Intentat Henrico Angliæ Regi anathema ſi ſecundam uxorem ducat, lxxix. Facti ſeveritatem apud eum excuſat, lxxxi. Significat ſaviſſe ipſi quantum potuit, *ibidem.* Monet Reginæ appellationem repelli non potuiſſe, querelis Henrici reſpondet ſe nimium illi induliſſe, lxxxviii. Ex legum præſcripto ferendam ſententiam, *ibid.* Præficit mala epiſcopos ad Henrici voluntatem, lxxxix. Auget Cardinalium collegium, xcii. Hiſpaniæ ſenatum de labefactata eccleſiaſtica libertate arguit, xcv. Archiepiſcopo Calaritano reliquias ex urbe Calaritana avectas concedit, CI. Regum oratoribus ad ſe excitis ſignificat Solimanni conſilium de occidente ſibi ſubjiciendo, 1532. II. Solicitat Reges ut expediant arma adverſus Solimannum, *ibid.* III. Angliæ Regem rogat ut fidem defendandam ſuſcipiat, IV. Luſitaniæ Regem admonet ut jungat vires contra Turcam, V. Jacobo Scotiæ Regi ad defendendam fidem contra Turcam paratum ſe exhibenti gratias agit, VII. Solicitat Joannem Tranſylvaniæ Vaivodam ad pacem cum Carolo V. & Ferdinando ineundam, x. Hortatur Hungaros ad fidem defendendam, xi. Ne Turcarum promiſſis ſe deludi patiantur, xii. Ne eorum formident vires, *ibid.* Carolum hortatur, ut reprimendæ hæreſi, & Turcis coercendis incumbat, xiv. Poſtulatur a Carolo, ut celebret concilium, xix. Non celebravit renitente Franciſco I. xx. Decem millia equitum pro tuenda Hungaria ſpondet, *ib.* Hippolytum Medicem in Germaniam mittit, xxi. Suum in Carolum, & Ferdinandum ſtudium explicat, *ibid.* Picenam oram maritimam communit, xxii. Inſtruit duodecim triremes conjungendos Cæſareæ claſſi, *ib.* Conſulit Carolo V. & Ferdinando ut Deo ſe commendent, xxiii. Renitentibus Franciſco I. & Henrico VIII. non potuit celebrare concilium, xxviii. Pertimuit varia pericula, ſi illud celebraret, *ibid.* Spondet illi Franciſcus Rex ſe Italiam defenſurum, xliii. Gratias illi agit, *ibid.* Intentat illi Henricus defectionem niſi permittat divortium, xliv. Gratulatur Andreæ Auriæ de rebus præclare geſtis contra Turcas LI. Significat illi Carolus V. cur Hippolytum Medicem cultu militari fugientem ceperit, ac dimiſerit, LIII. Diſcedit Roma Bononiam petiturus, LV. Decernit Cardinales legatos ad Cæſarem, LVI. Ad ejus pedes procumbit Cæſar, LVII. Enſem luſtratum ſacra prece dat Cæſari, LVIII. Quænam agitarit in colloquio cum Cæſare, lxi. Monet Henricum Regem ne ſe in cauſa ſua præcipitem ferri patiatur, lxv. Rogat Venetos ut conferant conſilia pro tuenda pace Italica, lxviii. Conducit Helvetios pro tuenda Italia, lxxi. Ad eos defendendos ſe obſtringit, *ibid.* Mandata dat Thomæ de Vio Cardinali ut confutet Lutheranam hæreſim, lxxiii. Poſtulatum a Clemente concilium, 1533. I. Reſponſum ab eo, communi conſenſu congregandum, *ibid.* Franciſcus & Henricus VIII. Reges diſſentire, *ibid.* Conſentiebat Clemens pro celebrando rite concilio, II. Ejuſdem de ea re ad Henricum VIII. & alios Reges literæ, *ibid.* Expoſita ab eo ſumma concilii neceſſitas, *ibid.* Septemviros ea de re commonet, VI. Significat Galliæ, & Angliæ Reges in id non concurrere, *ibid.* Mittit ad Lutheranos principes internuntium ut celebrando concilio aſſentiant, VII. Solicitat Ferdinandum Regem, ut pro eo celebrando opem conferat, *ibid.* Quas leges propoſuerit Lutherani pro celebrando concilio, VIII. Quid illi reſponderint Lutherani, ix. Franciſcus ambit illius affinitatem, xix. Dum privata commoda ſequitur, Caroli V. opera ad domandos Lutheranos non utitur, *ibid.* Ampliſſima Regis Luſitaniæ, & Imperatoris Æthiopum ad eum legatio, xx. Joannis Luſitani Regis literæ de Manicongi Rege converſo ad Chriſtum Luſitanorumque ſolicitudine, & opera pro conjungentis eccleſiis Æthiopibus, xxxi. & *ſeq.* Æthiopum Imperator defert illi obſequium, xxiv. Sacræ imagines ab eo poſtulatæ, xxv. Aliæ ejuſdem ad eum literæ, xxvi. Illi rationem fidei reddit idem Imperator, xxviii. Illi orator ejuſdem Imperatoris obſequium defert, xxix. Quid reſponderit oratori, xxx. Poſcit ab eo opem contra Turcas Ferdinandus Rex, xxxi. Quid illi reſponſum, *ibid.* De mittendis in Peloponeſum auxiliis agit, xxxii. Arcanum fœdus init cum Carolo V. xxxiv. Promittit illi judicio, ſe acturum adverſus Henricum VIII. *ib.* Creat Cardinalem Joannem Aurelianenſem, *ibid.* Duos Cardinales legatos decernit ad de-

du-

ducendum Genuam Carolum, xxxv. Concedit Imperatrici ſpinam dominicæ coronæ quæ a Franciſcanis Matriti aſſervabatur, xxxvi. Regi Reginæque Navarræ in quadrageſima permittit eſum carnium, *ibid.* Barnabitarum ordinem confirmat, xxxvii. Bononia diſcedit xxxviii. Varia ejuſdem itineria, *ibid.* Luſtrat ædem Lauretanam, *ibid.* De aſportatione ſacroſanctæ domus e Galilæa in Dalmatiam, e Dalmatia in Picenum liber illi oblatus, xxxix. Mittit tres cubicularios in Dalmatiam, & Galilæam ad rem explorandam, *ibid.* Novam portam aperiri in æde ſacra jubet, xl. Artificis temeritas irreligioſe mandatum exequentis, plexa, *ibid.* Audito miraculo jubet religioſe perfodi ſacram parietem, xli. Urgetur a Carolo V. ut leges in Henricum VIII. ob repudium Reginæ Catharinæ contra jura datum diſtringat, lxxiv. Differt in Henricum ſententiam ferre, *ibid.* Rogat Regem Scotiæ ne conſilia Henrici Regis ſequatur, lxxvi. Clementis ad Jacobum V. Scotiæ Regem legatio ut conjunctionem cum Romana eccleſia ſervet, lxxvi. Jacobi V. de ea retinenda oratio & decretum, *ibid.* Nec in partem Caroli V. nec Franciſci I. inclinandum deliberat, lxxvii. De revocando ad officium Henrico agit, *ibid.* Claſſe Galliam petit, lxxviii. In triremi corpus Christi deferendum curat, lxxix. Maſſiliam ingreditur, *ibid.* Magnifice excipitur a Franciſco, lxxx. Illius pedem manum, & faciem deoſculatur Franciſcus Rex, lxxxii. Regina ter genuflexa pedem, & manum & faciem ejus deoſculatur, *ibid.* Catharinam Medicem neptem Henrico duci Aurelianenſi ſacramento connubii jungit, lxxxiv. Adverſus Clementem provocat Henricus VIII. ad concilium, lxxxv. Franciſcus Clementi conſuluit, ut judicio agat in Henricum, *ibid.* Obſiſtit illi Franciſcus ne concilium in Italia celebret, *ibid.* lxxxvi. Arcana colloquia cum Rege, *ibid.* Quatuor Cardinales creat, lxxxvii. Illius reditus in Italiam lxxxviii. Urbem ingreditur, *ibid.* Carolum V. & Ferdinandum de geſtis cum Franciſco certiores efficit, lxxxix. Ad pacem inclinare conſilia ſignificat, *ibid.* Clero decimas in belli ſacri ſtipendia imperat, xc. Canonicos Toletanos illi reſiſtentes monet officii, *ib.* De Corone Turcica obſidione liberata certiorem efficit Ferdinandum Regem, xciii. Pacto a Ferdinando fœdere cum Solimanno comprehenditur, xcv. Obtinet a Clemente Franciſcus I. ut differat anathema in Henricum VIII. donec fiat certior de Henrici voluntate, 1534. III. Reſpondet Anglus non diſceſſurum ab obſequio ſi Pontifex cenſuras differat, *ibid.* Impulſus ab adminiſtris Hiſpanis fulminat adverſus Anglum ſententiam, *ibid.* Pronontiat prolem ex Anna Bolena natam & naſcituram illegitimam eſſe, *ibid.* Biduo lapſo accedit nuntius Anglicus obſequium deferens, V. Sententiæ revocandæ modum non invenit, *ibid.* Efferatus Henricus eccleſiam perſequitur, *ibid.* Pœnitet acerbiſſime Clementem latæ ſententiæ, *ibid.* Henricus VIII. ſe Angliæ Pontificem dicit, ac vetat jus ſacrum peti a Clemente, ix. Poſcit a Clemente opem Ferdinandus Rex adverſus Lutheranos, xvi. Quid ipſi reſponderit, *ibid.* Promittit opem Helvetiis adverſus hæreticos, *ibid.* Audita Corones deditione prænuntiat magnas clades a Turca Italiæ illatum iri, lix. Venia donat neophytos Hæbreos ob admiſſa flagitia, lxvi. Morbo lethali conficitur, lxvii. Nepotes commendat Cæſari, *ib.* Infelix nepotum illius exitus, lxviii. Clementis obitus & ſepultura, *ibid.* Sodalitium Roſarii ab eo ſacro indulgentiarum munere auctum, lxix. Succeſſorem in Pontificatu cœpit Alexandrum Cardinalem Farneſium, 1534. I. Epiſcopos in America conſtituit, 1534. XIII. Diluuntur varia hæreticorum commenta circa animum ipſius erga Concilium, 1537. xv. *& ſeqq.*

Clemens Philpottus ob Primatum Papæ viriliter defenſum ab Henrico VIII. morti addicitur, 1540. lxiv.

Clerus: Ob Clerum injuſtis tributis non requiſito Apoſtolico beneplacito, vexatum, Lucenſis Reſpublica interdicto ſubjacet, 1538. x. Reformatio Cleri a Pontifice promovetur, 1540. liv. 1541. xxix. *& ſeq.* Luxus quam maxime a Clero vitandus, 1541. xxix.

Cliſſium cum a Turcis in Dalmatiam irrumpentibus periclitaretur, Pontifex opportunis auxiliis occurrit, 1536. xxii. A Turcis expugnatur, 1537. lvii. Noſtro Ævo a Venetis recuperatur, *ibid.*

Cœna dominica: Chriſtus in ea incruente immolatus, 1531. xvi.

Cœna: Nova illius forma inſtituta ab Anabaptiſtis Monaſterienſibus, 1534. xxxv.

Colonienſes in fide conſtantiſſimi, 1531. lxv. Clementis ad eos literæ, *ibid.* Duos Lutheranos flammis exurunt, lxvi.

Columnenſes capta urbe a Cæſareo exercitu obſident itinera ne Clemens fugam arripiat, 1527. xxi. Metuit Clemens ne ab iis interficiatur, xxii. Columnenſes conciliati Clementi favent ut liberetur, xlvi. Evaſtata Columnenſium oppida ab Abbate Farfenſi Urſino, 1528. V. Aſcanius, & Philippus Columnenſes capti in maritimo prælio a Philippino Auria, *ibid.* Plures graſſationes in agro Romano faciunt, xvi.

Colloquium: Paulus Pontifex cum Carolo V. Lucæ in colloquium ter venit, 1541. xlviii. *& ſeqq.* Item Niciæ, 1538. xi.

Communio ſub utraque ſpecie a Brandeburgenſibus poſtulatur, 1539. xxi.

Concilium: Confutantur qui conciliorum authoritatem temnunt, 1517. xcvii. Concilium poſtulatur a proteſtantibus & qua fraude, 1529. xxv. Quid reſponſum iis a Carolo v. *ibid.* Concilium in Auguſtano conventu expetitum adverſus novatores, 1530. cxxvii. Petentibus Lutheranis concilium reſpondetur deciſa in prioribus conciliis revocari in controverſiam non poſſe, 1530. clxxi. Ea lege promiſſum iis concilium ut permittant ſtare illius decretis, clxxii. Significatum a Clemente vii. Romæ celebrandum eſſe concilium, clxxiii. Datæ ea de re ad Ferdinandum Regem a Clemente vii. literæ, clxxv. Moniti alii Reges ac principes pro eo celebrando, clxxvi. Cur a Clemente non fuerit concilium indictum, clxxvii. Simulant Lutherani velle concilium, cum ſpernerent concilia, 1531. iv. Conciliabulum, non concilium ab iis poſtulatum eſt, v. Galliæ & Angliæ Reges non concurrere ſtudiis pro celebrando concilio, vi. Impacta Clementi calumnia quod nollet concilium, *ibid.* Cur Galliæ & Angliæ Reges noluerint concilium: illud Cæſarea authoritate indici volunt Lutherani, 1532. xvii. Conciliabulum non Concilium ab iis expetitum, xviii. Cur non aſſenſerit Clemens Lutheranis concilium expetentibus, xx. Lutheranæ controverſiæ ad novum concilium dilatæ, xxvi. Pollicetur Lutheranis concilium vertente anno celebratum iri, *ibid.* Franciſcus Francorum & Henricus viii. Anglorum Reges obſtiterunt ne concilium a Clemente celebraretur, xxvii. Pertimuit Clemens varia pericula in celebrando concilio, *ibid.* Concilium a Clemente vii. poſtulatum, 1533. i. Reſponſum a Clemente communi Regum conſenſu congregandum, *ibid.* Franciſcus i. & Henricus viii. ne congregaretur diſſenſerunt, *ibid.* Conſentiebat Clemens pro-

pro celebrando rite concilio, II. Clementis literæ ad Henricum VIII. pro celebrando concilio, III. Et ad alios Reges, *ibid.* Septemviri de ſtudiis pro eo celebrando conjungendis admoniti, VI. Significatum iis Reges Galliæ & Angliæ in id non concurrere, *ibid.* Lutherani principes a Clemente commoniti de celebrando concilio, VI. Ferdinandus Rex excitatur ut pro eo celebrando operam conſerat, VI. Leges propoſitæ Lutheranis pro celebrando concilio, 1533. VIII. Negant eas admittere, IX. Inane eorum reſponſum, X. Concilium liberum recuſant, *ibid.* Concilio imperare volunt Lutherani, XI. Concilii periti decretis parere nolunt, *ibid.* Male poſtulatum concilium in Germania, XVII. Nolunt Lutherani cauſam committere concilio, *ibid.* Perſuaſere Lutherani principibus ſuis ſe concilium petere & cum habendum eſſet perſuaſere non eſſe legitimum, XVIII. Non conſenſere inter ſe catholici principes pro concilio congregando, XIX. Diſturbatum concilium a Franciſco I. 1534. XII. Vanæ illius excuſationes, *ibid.* Ingentia mala aborta ex diſturbato concilio, XIV. Vani prætextus, quod ſibi Germaniſque ſuſpecta eſſet Italia, XIV.

Concilium Senonenſe celebratum adverſus Zuinglianos, 1527. LXXXVII. Relapſos ſupplicio afficiendos decernit, XC. Lutheri hæreſes in aliis hæreſiarchis damnatæ demonſtrantur a concilio Senonenſi, 1528. LXXXV. Decretum illius de baptiſmo, LXXXVII. De ſacerdotio, LXXXVIII. In Euchariſtia Chriſti præſentia ab eodem demonſtrata, LXXXIX. De ſacramento confirmationis ejuſdem decretum, XC. Impii errores adverſus pœnitentiam ab eodem damnati, XCI. Aliud de integritate confeſſionis, XCII. Aliud de ſacramento extremæ unctionis, XCIII. De matrimonio, XCIV. De miſſæ ſacrificio, XCV. De ſatisfactione, XCVI. De purgatorio, *ibid.* De Sanctorum invocatione, XCVII. De libero arbitrio contra fatuam aſſertionem, XCVIII. De fide perfecta ornanda operibus, XCIX. Plures hæreſes ab eodem concilio damnatæ, C. Data in eo mandata Regibus Galliæ ac principibus ut conventicula hæreticorum diſſipent, CI. Latæ in eo leges pro inſtauranda diſciplina eccleſiaſtica, CII.

Concilium: De concilio cogendo agitat Paulus III. 1534. III. Cum Imperatore ſuis literis de ipſo diſſerit, 1535. XXIX. Leges hæreticis proponendæ, *ibid.* Ad illud promovendum Vergerius in Germaniam mittitur, 1535. XXXI. Proteſtantes nullum concilium admittere volunt, cui Papa præſidcat, XXXIV. 1536. XLII. *& ſeq.* Qui in concilio ſe acturum Lutherus exclamaverit, 1535. XXXVI. Paulus ipſius celebrationem indicit, & Cardinales deputat, 1536. IV. *& ſeq.* Diploma ad illud Mantuæ celebrandum promulgat, ejuſque indicendi cauſas enarrat, XXXIII. *& ſeqq.* Aptiſſima concilio celebrando civitas oſtenditur, 1537. III. Concilio aperto, quamvis Papæ mors contingeret, non ad ipſum, ſed ad Cardinales electionem Pontificis ſpectare decernitur, 1536. XXXIII. Multa pro concilio ſancte, ac utiliter celebrando ſuggerit Joannes Faber Epiſcopus Viennenſis, XXXVI. *& ſeq.* In conciliis Papæ Primatus aſſeritur, 1536. XXXVII. *in art.* XLVII. Plura antiquorum conciliorum volumina in multis S. Benedicti Monaſteriis habentur, *ibid.* Reſpuitur a Lutheranis concilium Mantuæ indictum, 1536. XLII. *& ſeqq.* Bella inter Principes magnum concilio celebrando impedimentum afferunt, 1537. I. *& ſeq.* Contra concilii authoritatem plura ſcribit Lutherus, cui Joannes Coclæus ſtrenue reſpondet, V. Indictio promulgata ubique, IX. Hæretici ab ipſo declinare contendunt, 1537. V. XV. XXXII. Tantum in Germania celebrari poſtulant, XXXI. XXXV. Præſidio militari Mantuam muniri tempore concilii denegat Paulus, ne libertatem adimat, ideoque concilii celebrationem prorogat, XXI. XXV. *& ſeq.* Vicentiæ ipſius celebratio deſtinatur, XXXIV. Cardinales ad concilium Vicentiæ aperiendum leguntur, 1538. IX. Differtur, X. Denuo decernitur, ac denuo pariter varias ob cauſas differtur, 1539. XXV. *& ſeq.* Ejus convocatio validiſſimis rationibus ab Alexandro Cardinale Farneſio apud Cæſarem urgetur, 1540. XVII. *& ſeq.* In controverſiis fidei concilium adhibitum oſtenditur, XIX. Iterum a Pontifice concilium generale exhibetur 1540. LII. 1541. LII. LXIII. Concilii authoritati Lutherani Scriptis detrahunt, 1541. XVII. Promovetur ejus celebratio, XXVI. In Germania celebrari non probatur, XXVI. Plures proponuntur pro ipſo celebrando civitates, 1541. LII. Concilium nationale ad fidei controverſias dirimendas haud quaquam aptum, 1541. XXVIII. Concilium generale; quibus conditionibus Proteſtantes exquirerent, 1541. XXXV. Cardinales pro concilio convocando ad Curiam vocati, XXXVI. Cardinales pro rebus concilii ex omnibus Orbis partibus Romam evocantur, 1541. LXII.

Conclave: In Conclavi, quo Paulus III. eſt renuntiatus, magna concordia, ac religione, non adhibitis Schedulis, ſed publico conſenſu altero ab ingreſſu die Pont. deſignatur, 1541. I.

Concordiæ liber quis Author ejus libri, 1541. VIII. *& ſeq.* In conventu Ratiſponenſi examinatur, *ibid.* Deteguntur plures in eo contenti errores, IX. *& ſeq.* Proponitur a Cæſare Principibus ut ſedulo illum examinent, XII. Judicium Cardinalis Contareni de eodem, XIV.

Confeſſio: Senonenſis concilii decretum de integritate confeſſionis, 1528. XCII. *Vid.* Pœnitentia.

Confeſſio Auguſtana: Ejus articuli a Joanne Cochlæo in compendium rediguntur, ac inde explicantur, 1540. XLIX.

Confeſſio Auricularis: In Eccleſia neceſſario eam conſervandam aſſerit ipſe Henricus VIII. 1536. XXVII. In Anglia retineri jubet, 1539. XXXV. A Chriſto tamen inſtitutam negant, 1536. XXVIII. In ipſa ſatisfactione nomen omnino abolet, *ibid.* Quo pacto a Proteſtantibus admiſſa, vel a Catholicis obſervata, 1540. XLIX.

Confirmatio: Senonenſis concilii decretum de confirmatione, 1528. XC.

Congi regnum annitente Alphonſo ejus Rege chriſtiana proficit in fide, 1535. LIX.

Conjugium presbyterorum proponitur, an debeat concedi, 1540. XLIX.

Conjuratio Laurentii Medices in Alexandrum Florentiæ Ducem, 1537. LXVI.

Conſcientia: Conſcientiæ furiis torquetur Lutherus, 1527. LXII. Eas ſedare nititur Sacramento confeſſionis, *ibid.*

Conſubſtantialitas filii impugnata a Luthero, 1532. LXXX.

Contracta mulier divinitus ſanata orans ante Euchariſtiam, 1529. XIV.

Corcyra a Solymanno obſeſſa liberatur, 1537. LX.

Corda evulſa e pectore puerorum puellarumque a Mexicanis ut idolo offerrentur, 1531. CIV.

Corone ab Andrea Auria erepta Turcis, 1532. XLVIII. Depulſi illius obſidione Turcæ, 1533. XCII. Ignave dedita Turcis, XCVI. 1534. LIX. Audita illius deditione Clemens prædicit a Turcis Italiam vexatum iri, LIX.

Coſmas Medices Cardinalis Cybo ſolertia in Florentinorum Ducem eligitur, 1537. LXVI.

Cramnerus Henrici VIII. procuratorem agit pro diſ-

diſſolvendo illius matrimonio, 1531. LXXXIII. Corrumpit auro doctores variarum academiarum, ut pro Henrici divortio ſcribant, *ibid.* Evehitur flagitio ad Cantuarienſem Archiepiſcopatum, LXXXIX. Deteſtanda ejuſdem perfidia, XC. Hæreſi & impudicitia contaminatiſſimus fuit, *ibid.* Miræ illius fraudes, 1533. LXXIII. Pro divortio fert ſententiam, *ibid.* Scriptura inanima judex eſſe non poteſt, 1533. XIII. Spiritus divinus non chartas, ſed corda animat, *ibid.* Pugnantes hæreticorum ſententiæ demonſtrant Scripturam judicare non poſſe, XIV. Ut non ſit appellandum ad ſcripturam. XVI. Non circa Scripturam, ſed circa ſenſum controverſia utitur, *ibid.* Diſtortu Scripturæ ſenſu uti voluere Lutherani, XVIII. Contra Lutheranos etiam alii Scripturam diſtorquent, *ibid.* Intentant impie cenſuras eccleſiaſticas Henrico Regi ita volenti niſi Reginam Catharinam dimittat, 1533. LXXXII. Fert ſententiam pro divortio, *ibid.*

Cieſſicius Cliſſiæ Regulus a Turcis obtruncatur, ac Cliſſenſibus ad terrorem expoſitus, 1537. LVII.

Cruciferi in Lutheranam hæreſim prolapſi, 1531. LXIV. Eorum impietas in menſa papiſtica & pſeudoevangelica inſtruenda, *ibid.* Ruſtici ex quibus religioſiores comperti, *ibid.* Vitta eos male perdidere, *ibid.*

Crux: Crucis virtute fugati dæmones, 1527. CXVIII. Carbonarii Luthero ſapientiores cruce e Sylvis dæmones pellunt, *ib.* Cardinalis Polus egregia animi magnitudine, crucem Legationis ſuæ inſigne, inter hoſtes elatam defert, 1537. XLIII. Paulus Capiſuceus Pauli III Vicarius Carol. V. Romam venienti ante portam Capenam Crucem oſculandam offert, 1536. I.

Curia Romana: Fallax Lutheri figmentum, quod Curiam non eccleſiam Romanam impugnaret, 1536. XXXVII. *Vide*, Reformatio.

Curco civitas Epiſcopali ſede in Regno Peruano decoratur, 1536. XLVIII.

D

DÆmones: A dæmone Lutherus torqueri ſe agnoſcit, 1527. LXIII. Dæmones ſervatum iri fingunt Anabaptiſtæ, LXXII. Deludit trecentos Anabaptiſtas, ut conſcendant cœlum e monte excelſo, 1527. LXXVII. Dein perſuadet ut more brutorum luxuriam exerceant, *ibid.* Anabaptiſtæ illuſi a dæmone, LXXVIII. Dæmonum tyrannis horrida, 1527 XVIII. Infanda dæmonum ludibria, CIX. Horrendæ ſpecies ab iis ſuſceptæ, *ibid.* Horrendam carnificinam ludi ſpecie exerceri jubent, CX. Sub draconis ſpecie adoratus a Mexicanis dæmon vivique homines uſtulati pro ſacrificio illi peragendo, CXI. Jubilæus annus apud idololatras a dæmone per ludibrium expreſſus, CXII. Mille homines in uno Sacrificio dæmoni immolati, CXIII. Caſtitatem ſibi devoveri voluit ab idololatris dæmon intentato deprehenſis in ſtupro flammarum ſupplicio, CXIV. Turpia & crudelia ſacrificia imperata a dæmone iis qui uxores ducturi erant, CXV. Cruce fugati dæmones, *ib.* Dæmonum fraudes ad barbaros in Chriſtianos concitandos, CXVIII. Dæmones fugati præſentia Euchariſtiæ, *ibid.* Crucis virtute fugati dæmones, *ibid.* Aquæ Luſtralis vis adverſus dæmonum faſcinat, CXIX. Anabaptiſtas ſeducit dæmon ut vultu intrepido mortem ferant, 1529. XLVI. Dæmones fugati in India virtute crucis, & præſentia Euchariſtiæ, 1528. CXVIII. Horrenda tyrannis dæmonum in idololatras, 1529. XCIV. Sacerdotes aliqui dæmonum ſola puerorum carne veſcebantur apud Mexicanos & ſanguinem eorum bibebant, *ibid.* Dæmones corda puerorum & puellarum evulſa e pectore ſibi offerre jubebant, 1531. CIV. Dæmon noctu diſceptat cum Luthero, referente ipſo Luthero, 1533. XLIII. Objicit Luthero miſſam eſſe idololatriam, *ibid.* Objicit non differre fidem & pietatem Chriſtianorum a Mahometanorum & idololatrarum fide & pietate, *ibid.* Argumentorum denſitate Lutherum obruit, XLIV. Tentet miſerum hæreſiarcham detrectantem illum fugare ſigno crucis, *ibid.* Attendiſſe ad docentem dæmonem & argumenta proſequentem teſtatur Lutherus, *ibid.* Docet dæmon fidem Chriſtianorum nihilo meliorem eſſe fide Mahometanorum, XLV. Figmenta varia dæmonis de mente Chriſti circa ſacerdotium, *ibid.* Argutias eaſdem quas dæmon finxit contra ſacrificium miſſæ, eaſdem repetunt novatores, XLVI. Redigit in anguſtias Lutherum, *ibid.* Sacramenta eccleſiæ abominationes vocat, *ibid.* Sacerdotes vocat non Dei, ſed ventris ſui ſacerdotes, *ibid.* Conſtituit Lutherum ut organum electum ad conculcandum miſſæ ſacrificium, XLVII. Ex dæmonis doctrina fluxere omnes in miſſam blaſphemiæ, *ibid.* Dæmonis argutias confutant doctores catholici, XLVIII. Moleſtare ſolitus dæmon Lutherum ut Lutherus eſt profeſſus, XLIX. A carbonariis ſigno Crucis pelli ſolitus dæmon e ſylvis, LI. Dæmon negat celebrandam miſſam ſine concione, LIV. Concludit ſacra myſteria eſſe abominanda LV. Docet omnes eſſe ex æquo ſacerdotes & corporis dominici diſpenſatores, *ibid.* De diabolo tantum gloriari ſolitus Lutherus, LVI. Deludit dæmon Georgium Stifeldium Lutheranum, LVII. Dæmonum ſpectra a Monaſterienſibus in aere viſa, 1534. XX. Varia eorum ludibria, *ibid.* Falſa per adminiſtros vaticinantur, XXI. Dæmon Anabaptiſticos miniſtros ut olim Corybantas exagitat, XXII. Puellæ ore per plures horas ut olim per pythoniſſas concionatur, *ibid.* Kniperdollingum virum primarium, & Joannem Bokellon exagitat, XXIII. Variis ludibriis Georgium Montanum deludit, *ibid.* Perſuadere nititur nefas eſſe credere Verbum incarnatum, *ibid.* Variis viſis falſis deludit Anabaptiſtas, *ibid.* Fœminarum anabaptiſticarum multitudinem dæmones in furorem agunt, XXIV. Sublato faſcino exagitare eas deſinunt, *ibid.* Dæmonis imagini, non Chriſti parcunt Anabaptiſtæ, XXVI. Dæmon noctu inſolita voce, dat imperia Baſtrutlielmo Anabaptiſtæ, ut catholicas urbes incendat, 1534. XXIX. Dæmonis conſilium de antichriſtico regno condendo, XXXII Dæmon Anabaptiſtam Kniperdollingum ſuſtinet in aere variaſque edit præſtigias, XXXIV. Dæmonem anabaptiſticæ ſectæ authorem alphabetarium ſcribit Lutherus, 1534. XXXII. Dæmonis cum Laurentio Donero miniſtro Lutherano colloquium, XXXVI. Dæmon negat Deiparæ virginitatem, *ibid.* Verbi incarnationem negat, XXXVII. Aſſerit Chriſtum crucifixum, quod peccaſſet in legem Moyſis, *ibid.* Victus diſcedit relicto ingenti fœtore, *ibid.* Contritæ dæmonum ſtatuæ a Ternatenſibus, LXIII.

Dalmatia a Solimano infeſtata, 1531. LXVIII.

Dania: Regem Daniæ, quamvis Lutheranum, Pontifex ad Concilium invitat, 1536. XLII.

David Æthiopum Imperator oratorem mittit ad Clementem VIII. 1533. XX. Defert illi obſequium, XXIV. Poſcit internuntium apoſtolicum, ad ſe mitti, *ibid.* Significat jam antea ab Eugenio IV. fuiſſe in concilio conjunctos Romanæ Eccleſiæ Abyſſinos, XXV. Significat referri in commentarios pontificum Romanorum literas, XXV. Sacras imagines poſtulat ad ſe mitti & variarum artium peritos inſignes opi-

Digitized by Google

epiſtes, *ibid.* Solicitat Europæos Reges ad mutuam pacem, *ibid.* Exponit quam turpe ſit inter ſe diſſentire Chriſtianos, cum inter ſe conſentiant Mahometani, xxvi. Aliæ ejuſdem literæ & qui ſint ejus tituli, xxvii. Mittit oratorem ad oſculandos Pontificis pedes, *ibid.* Reddit rationem fidei ſuæ, xxviii. Agit de recuperanda Hieroſolyma, *ibid.* Poſcit benedictionem Pontificis, *ibid.* Quibus verbis orator Imperatorio nomine obſequium detulerit, xxix. Quid reſponſum illi a Clemente, *ibid.*

David Bettonius Mirapicenſis Epiſcopus Cardinalis renunciatur, 1538. xlvii.

Decennales induciæ a Paulo III. inter Carolum V. & Franciſcum ſtatuuntur, 1538. xiii. xxxv.

Decimæ conceduntur Carolo V. a Paulo III. ad coercendos Tuneti piratas, 1534. IV. Cardinales, & Equites Rhodii ab illis ſolvendis accepti, *ibid.* Sibi perſolvi jubet Henricus Angliæ Rex, 1535. I. Franciſco Galliæ Regi a Paulo certis conditionibus conceduntur, xlvi. Pro Venetis contra Turcas adjuvandis Clero imperantur, 1538. x. A Pontifice in pluribus provinciis, & in Luſitaniæ Regno pro bello contra Turcas imperantur 1538. VII. 1539. xxxi. Item in Regno Hiſpaniarum, 1539. xxxi.

Deus: Negata a novatore Suvenckfeldio æternitas Dei, & immenſitas, 1527. lxxvi. Deum peccati authorem docebat Calvinus, 1535. xxiii. & *ſeqq.* Item Melancton, 1540. xlia.

Didacus Luſitanus: Inſignis ejus confeſſio, & in ſuſcipiendo martyrio conſtantia, 1528. cx. Territus tyrannus detrectat martyrem efficere, *ibid.*

Dionyſius Laurerius Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis in Scotiam ad indicendum Concilium dirigitur, 1537. V. Ex ſui Ordinis Generali presbyter Cardinalis creatur, 1539. xxxviii.

Diſciplina Eccleſiaſtica a Cardinale Gaſpare Contareno promovetur non ſine Proteſtantium inſultatione, 1541. xxix.

Diſputationes prohibitæ a Pontifice de fidei controverſiis, 1540 LI. Cur toleratæ, LIV.

Dogmata fidei a Pontifice exquirenda, non in controverſiam adducenda, 1540. xlviii.

Domus ſacroſancta Virginis, ut translata ſit, *Vid.* Lauretana domus.

Draco: Sub draconis ſpecie dæmon a Mexicanis idololatris adoratus, 1527. cxi.

Ducatus Mediolanenſis. *Vide*, Mediolanum.

E

EBora in Luſitania erigitur in ſedem Archiepiſcopalem: primuſque Archiepiſcopus creatur Henricus Luſitanus Bracharenſis Antiſtes, 1540. lxv.

Eccleſia ſola verum ſcripturæ ſenſum poſſidet, 1527. xcvii. & *ſeq.* Demonſtratur eam non eſſe inviſibilem ut fingant hæretici, xcvi. Eccleſiæ conſtitutiones non ſunt pure humanæ, C. Sexaginta & amplius Mexicanorum myriades adjunctæ Chriſto & Eccleſiæ, cxv. Nova eccleſiæ reformatio immo deformatio & everſio inventa a Bernenſibus Zuinglianis, 1528. xxi. Ea a Joanne Eckio & Joanne Cochlæo & Conrado Fregario confutata, xxix. Fatetur Lutherus in eccleſia Romana vera eſſe ſacramenta, xxviii. Spiritus veritatis eccleſiam non deſerere probatur ex ſcriptura, xxxix. Eccleſiæ oppugnatio prædicta a propheta, lxxxiv. Eccleſiæ authoritati præfertur a Lutheranis Lutheri deliramentum, 1530. CXIV. Eccleſia Romana cur vocetur catholica, 1531. liv. Diſcrimen

inter eccleſiam & ſectam Lutheranam, LV. Non deſerenda eſt eccleſia propter aliquorum vitia LVI. Ab Eccleſia Romana ſcripturam accepere Lutherani, *ibid.* In locum hæreticorum diſcedentium ab eccleſia multo plures barbari ei adjecti, 1532. xcvi. Eccleſia in muliere apocalyptica fugiente in deſertum Americæ expreſſa viſa, *ibid.* Romanæ eccleſiæ fides deficere non poteſt, 1533. xiv. Occupata Eccleſiæ bona reſtituere Proteſtantes recuſant, 1540. LI. Eccleſiam non eſſe apud Lutheranos, ſed apud Catholicos demonſtrat Joannes Cochlæus, 1540. LX. Eccleſiæ Hungariæ a Solymanno ritu Mahometano profanantur, 1541. xlvi.

Eclypſis: Mexicani in eclypſi ſe cultellis ſauciare ſoliti, ut ſyderi opem ferrent, 1527. III.

Eduardus Povellus ob defenſam juſtam Catharinæ Reginæ cauſam in carcerem truſus, 1533. lxxv. Ab Henrico VIII. ultimo ſupplicio afficitur, 1540. lxiv.

Eduardus Anglorum Rex, & Martyr: Ejus ſepulchrum ab Henrico VIII. expilatur, 1538. xliv.

Eduardus Henrici Regis Angliæ filius ex Jana Semeria naſcitur, 1537. xliv.

Electores Imperii fures Dei vocantur a Luthero, 1535. xix. Ad ipſos pro Concilio convocando Paulus ſcribit, 1535. xxxiii.

Eleemoſynæ: Apoſtolico Nuntio in Germania committitur, ut eleemoſynas diſtribuat, 1537. ix. Eleemoſynarum pauperibus diſtributarum cauſa Sampſon Epiſcopus Ciceſtrenſis ab Henrico VIII. carceri addicitur, 1540. lxiv.

Eleonora Francorum Regina pro induciis inter Carolum V. & Franciſcum I. confirmandis operam navat, 1537. lix.

Elizabeth poſtea Angliæ Regina ex illegitimo matrimonio Henrici Octavi cum Anna Bolena naſcitur quinto menſe poſt nuptias nefandas, 1533. lxxv. Dubitatum an ea Henrico vere progenita eſſet, *ibid.* Jura antea Mariæ attributa in eam transfuſa ab Henrico, *ibid.*

Elizabeth Imperatrix poſcit ſpinam coronæ dominicæ quæ Madriti ſervabatur, ſibi tradi, 1533. xxvi. Conceſſa illi a Clemente, *ibid.*

Elizabeth Bartona monialis ſanctitatis fama claret, 1534. VI. Affirmat Henricum jam non amplius Regem eſſe, quod ea Deo non regnaret, *ibid.* Vaticinatur per Mariam Catharinæ filiam ſeſſuram ſuo jure ad regni gubernacula, *ibid.* Capitali ſententia damnatur, *ibid.* Conſtanter ſupplicium tulit, *ibid.* Viri pii divino ſpiritu actam putarunt, *ibid.* Ob id illi ab Henrico exagitati, *ibid.*

Elzarius Miodanus male a ſe dicta explicat, & emendat, 1535. xxviii.

Emericus Hungarus pro equo puerum Chriſtianum Turcis vendit, 1530. clxxxiv.

Energumeni inſignis a ſpiritibus immundis liberatio in Regno Siciliæ, 1541. lxviii.

Ennius Philonardus Card. S. Angeli ex Epiſcopo Verulano, & Arcis Ælii præfecto renunciatur, 1536. xlix.

Epiſcopatus ſexcenti conditi a Leone, 1532. xcvi. Numquam cum alio Epiſcopatu quamvis pinguiori mutare voluit Joannes Cardinalis Roffenſis, 1535. ix.

Epiſcopi: Epiſcopis reſtituendam authoritatem aſſentitur Melancthon, 1530. xcvii. In eum Lutherus & alii inſurgunt, *ibid.* Quales eſſe debeant, 1541. xxix.

Equites Hieroſolymitani ab onere decimarum eximuntur, 1534. IV.

Eraſmus Roterodamus pſeudotheologus de B. Virgine perperam ſcripſit, 1527. xxxvii. Dein flagitii pœnitens panegyrica oratione eam celebravit, *ibid.* Variæ Eraſmi hæreſes damna-

tæ in Senonenſi concilio, 1528. C. Scribit pro libero arbitrio adverſus Lutherum, 1527. LII. Egregie Lutherum pingit ſuis coloribus, *ibid.* Favit Arianiſmo, 1532. LXXXIX. Negavit divinitatem Spiritus S. ac reſilitor, *ibid.* Multis arguitur, LXXXIII. Conſulitur ipſi ut retractet male ſcripta, *ibid.* Illius de beata Virgine elogium, *ibid.* Carthuſianum monachum in ſua vocatione confirmat, 1536. XLVII. Cum reſipiſcentiæ ab hæreſi argumenta dediſſet, a Paulo Præpoſitura Daventrienſi inſignitur, 1535. XXVIII. Nimiam Lutheranorum libertatem ſuſpectam habet, 1536. XLVII. Moritur Baſileæ damnata primum, cui antea nimis favebat, hæreſi, 1536. XLVII. Ejus ſcripta, eam ipſe repurgare noluiſſet, ab Eccleſia rejecta, *ibid.*

Evangelici præcones qui idonei ſint, ut mittantur ad gentes, 1532. XC. Ut divino inſtructi ſpiritu eſſe debeant, *ibid.* Quæ docere debeant gentes, XCI.

Evangelium: Hæreticorum doctrina ob mutuas contradictiones ſuſpecta reddita, 1528. XXVI. Dæmones eſſe ſectarum authores vere pronuntiat Lutherus, XXIX. Hæreticus populus ab hæreſiarchis illuſus ignorat quid credat, XL. Labitur in atheiſmum, *ib.* Evangelium lectum a Cæſare inter divina myſteria, 1529. LXXXVIII. Evangelii ſpecie errores promulgari ab hæreticis, 1531. LII. Evangelium apud Mexicanos late propagatum, 1531. CIII.

Eucharistia: Ad tuendam Chriſti in Eucharistia præſentiam Lutherus fingit Chriſti corpus ubique eſſe, 1527. LV. Quid illi hæreſiarchæ alii objecerint, *ibid.* Suenckfeldius ſtulte Chriſti verba invertit evertitque ut præſentiam Chriſti in Euchariſtia neget, 1527. LXXVI. Euchariſtiæ præſentia fugari dæmones, CXVIII. Certans adverſus Zuinglium tranſubſtantiationem fatetur Lutherus, 1528. XXV. Communio ſub utraque ſpecie ab hæreticis permiſſa, XXIX. Dein contempta, *ibid.* Cœnes adhiberi communioni cœptæ ab hæreticis, *ibid.* Verſa in comeſſationem communio, *ibid.* Laicus Euchariſtiam conſecrare pertentans ludibrio, repente exanimatur, XL. Præſentia Chriſti in Euchariſtia adverſus Zuinglianos demonſtratur a Senonenſi concilio, 1528. LXXIX. Dæmones fugat in India præſentia Euchariſtiæ, 1528. CXVIII. Zuinglii adverſus Euchariſtiam argutiæ confutatæ a Luthereuis, 1529. VI. Optavit Œcolampadius ut prius dextera ſibi fuiſſet amputata, quam ſcribere adverſus Euchariſtiam orſus eſſet, *ibid.* Contracta mulier orans ante Euchariſtiam ſanata divinitus, XIV. Ante Pontificem iter agentem Euchariſtia deferri ſolita, 1529. LXXX. Euchariſtiam colere detrectant Lutherani, 1530. LXII. Cardinalem Moguntinum Euchariſtiam deferente ſtipant a dextra & ſiniſtra Ferdinandus Rex & Joachimus elector, LXIV. De Euchariſtia Melancthon cum Œcolampadio digladiatur, CXVII. Lutherani profitentur Chriſtum eſſe in Euchariſtia, nec illi honorem exhibere dignantur, 1530. LXIII. Sacramentariorum hæreſis in Auguſtano cœtu confutatæ, CXVIII. Chriſtus in Cœna dominica incruente immolatus, XVI. Lutherani docent impie, neminem ad Euchariſtiam debere accedere, niſi peccatis obſitum, 1532. LXXVII. Dæmon Lutherum docuit adorationem Euchariſtiæ eſſe idololatriam, 1533. XLIX. Aniculas conſtituit Sacerdotes Lutherus, L. Docetur a dæmone ſacra myſteria abominanda eſſe, LV. Docetur ab eodem Euchariſtiam ab omnibus poſſe confici, *ibid.* Tranſubſtantiationem eſſe recens figmentum fingit Sebaſtianus Francus, hæreticus, LXIII. Lutheri Sententia de veritate Euchariſtiæ qua ſeipſum & Lutheranos & alios hæreticos damnat, 1531. LVII. In Euchariſtia Chriſti præſentiam profitetur Lutherus contra Zuinglianos, 1534. XXXIX. Euchariſtiæ conſecratio negari nequit ex Lutherano dogmate, XLII. Euchariſtia ſumma pompa per Pariſienſem urbem Rege præſente circumfertur, 1535. XXII. In Sacroſancta Euchariſtia, Chriſti corpus realiter non adeſſe impie docebat Calvinus, XXIV. Aliæ circa ipſam ejuſdem blaſphemiæ, 1538. XLII. Tranſubſtantiationem in Euchariſtia credi jubet Henricus VIII. 1536. XXVII. Item unam ſpeciem Sacramenti Euchariſtiæ ad ſalutem ſufficere, *ibid.* Magna inter hæreticos diſſenſio, multique errores ſuper materia, & forma Euchariſtiæ, 1536. XXXVII. 1541. X. XVII. Inter Zuinglianos, & Lutheranos, 1540. XXXIII. De Euchariſtia conſtituitur in Anglia peculiaris doctrina, 1539. XXXV. Euchariſtia non eſt ſolum ſignum, aut figura, 1540. XLIX.

Evererdus Cardinalis a Marchia Reginaldo Cardinale Polo conſilio, & pecunia non deeſſe a Pontifice jubetur, 1537. XLII. A furore Henrici VIII. Polum ipſum cuſtodit, XLIV.

Excommunicatio: Abſolutionem ab ipſa non curet Joannes Hungariæ Rex, 1534. VII.

Exercitia ſpiritualia S. Ignatii Lojolæ multo fidei Catholicæ emolumento in Germania frequentantur, 1541. XXV.

F

FAbius Mignanellus Epiſcopus Lucerinus ad Venetos a Pontifice mittitur pro fœdere cum Cæſare contra Turcas promovendo, 1537. LII.

Falcones: Vectigal Falconum, atque equorum imperat Muleaſſi Tuneti Regi Carol. V. 1535. LIII.

Familia Prælatorum Sanctæ inſtituenda, 1541. XXIX.

Faſcinum multitudo mulierum Anabaptiſticarum acta ex faſcino in furorem, 1534. XXIV.

Federicus Fregoſius Genuenſis Archiepiſcopus Salernitanam oblatam purpuram demiſſe reſpuit, 1536. XLIX.

Federicus Saxoniæ Elector. *Vide*, Joannes Federicus.

Ferdinandus I. archidux Auſtriæ, deinde Bohemiæ, & Hungariæ, Rex ac demum Imperator Bohemica corona redimitur, 1527. CVII. Reſciſſa a proceribus Hungaris Joannis Tranſilvani electione irrumpit in Hungariam, *ibid.* Potitur Buda, *ibid.* Joannem Tranſilvanum pellit, *ibid.* Adverſus eum cum Joanne Gallorum Rex fœdus init, *ibid.* Sigiſmundus Poloniæ Rex adverſus Ferdinandum bello ſe implicare detrectat, *ibid.* Solimannus Turcarum tyrannus in Ferdinandum a Joanne Tranſilvano concitatus, *ibid.* Balthaſarem hæreſiarcham Anabaptiſticæ ſectæ principem flammis exuri jubet, 1528. XXXIX. Monetur a Clemente VII. ut fidem Catholicam contra Lutheranorum molitiones tueatur, XLI. Conjunctam eſſe illius cauſam cum eccleſiæ cauſa, *ibid.* Lutheranorum principum in catholicos inſultus diſſimulat, XLIV. Ad Hungariam ſibi ſubjiciendam curas vertit, *ibid.* Sua commoda religioni præfert pro auxiliis a Lutheranis obtinendis, XXVII. Deluditur negantibus Lutheranis arma in Turcas ſumere, XXVIII. Solimannus in eum a Joanne Tranſilvano concitatus, XXXIX. Poſcit opem a Pontifice, *ibid.* Imminente Turca Lutherani inſurgunt in Catholicos, qui ab eo opem poſcunt, XXXIII. Submiſſa illi ſtipendia a Pontifice, *ibid.* Implorat Regum Chriſtianorum opem, XXXIV. Exponit ut victa Germania Turca in reliqua regna tyrannidem

Digitized by Google

nidem ſit propagatorus, XXXV. Ingentia ejus conſilia, XXXVIII. Leves copias apparat contra Turcam, XLVIII. Ex funduotur a Solimanno, *ibid.* Hungari inter ſa diviſi ſa Solimanno ſubiciunt, *ibid.* Pannoniam amittit, *ibid.* XLII. Dum parat obſeſſæ Viennæ opem ferre a Solymanno obſidio ſoluta eſt, XLIX. In Auguſtenſi conventu Cardinalem Moguntinum Eucharistiam ferentem a dextris deducit eam Joachimo electore Brandeburgenſi a ſiniſtris, 1530. LXIV. Solicitatur una cum Carolo V. a Legato apoſtolico ut aboleat Lutheranam hæreſim, LXXIV. Data Ferdinando a Clemente munita ut ſidem in Boemia tueatur, 1530. CLXX. Datæ ad eum literæ a Clemente da celebrando in Italia concilio pro excindenda hæreſi, CLXIV. Pro juvando Ferdinando adverſus Turcas principes ex pontificis decreto auxilia conferunt, CLXXXI. & ſeqq. Strigonium recipit, CLXXXIV. Viſſegradum, & Vaciam recuperat, *ibid.* Regendorffii opera Budam obſidet, ſed irrito conatu, CLXXXV. De pace inter eum, & Joannem tyrannum fruſtra actum, CLXXXVI. Ejus exercitus depulſus a Turcico exercitu, *ibid.* Abducta a Turcis in ſervitutem decem Hungarorum millia, *ibid.*
Eligitur Romanorum Rex Coloniæ, 1531. I. Aquiſgrani corona argentea redimitur, *ibid.* Confirmata ejus electio a Clemente VII. II. Intercedunt illius electioni principes Lutherani, III. Galliæ & Angliæ Reges adverſus eum ſolicitant, *ibid.* Vincentius Archiepiſcopus Roſſanenſis ad eum miſſus a Clemente VII. VIII. Rogatur a Clemente ut fidem in Livonia tueatur, LIX. Rogatur ut opem ferat contra Solimannum, LIII. Poſcit opem a Clemente adverſus Turcas, 1532. XXXI. Centum millia aureorum ſubſidiaria illi promiſſa a Clemente, XXXI. Si Turca Italiam invadat mutua auxilia ab eo expetita a Pontifice, *ibid.* Principibus jura ſua in Hungariam exponit, LXXII. Joannis Vaivodæ ſcelera exponit, *ibid.* Monet ne Turcarum adventum expectent, *ibid.* De pace agit cum Joanne Tranſilvano, 1532. XI. Mittit oratorem ad Solymannum qui non auditus eſt, *ibid.* Lutherani principes ſe illi infenſos profitentur, XVI. Quæruntur imperium eſſe hereditarium in ſtirpe Auſtriaca, *ibid.* Promiſſa illi a Clemente decem equitum millia pro tuenda Hungaria, XX. Hippolytus Medices Cardinalis ad eum legatus miſſus, *ibid.* Illi venienti obvius occurrit, XXIV. Eum ad ædes deducit, *ibid.* Quadraginta millia nummorum menſtrua illi ſuppeditat Clemens pro ſtipendiis decem millium equitum Hungarorum, XXVII. Divinitus fracti Turcarum impetus, XXXII. Quantum exercitum cum fratre Carolo V. eduxerit, XXXV. Lævum exercitus cornu ducit, Carolo dextrum ducente, XXXVI. Septemdecim Turcarum equitum millia prædabunda cædit, XXXVIII. Recedit Solimannus pugnace veritus, XXXIX. Fratrem Carolum rogat, ut Solimannum inſequatur aut ſaltem Joannem Vaivodam depellat Pannonia, *ibid.* Flectere illum non poteſt, *ibid.* Relictæ illi a Carolo V. Italicæ copiæ, *ibid.* Excitatur a Clemente, ut operam pro celebrando concilio conferat, 1533. VII. Poſtulat a Clemente auxilia contra Turcas, XXXI. Quid illi reſponſum, *ibid.* Philippus Lantgravius Haſſiæ rebellat adverſus Ferdinandum, 1534. XII. Franciſcus I. Lutheranorum clientelam accipit adverſus Ferdinandum, *ibid.* Poſcit auxilia a Clemente Ferdinandus, XVI. Ferdinandi exercitus tumultuario prælio fuſus a Lutheranis, XVII. Pacem init cum Lutheranis, XVIII. De pace inter ipſum Ferdinandum & Joannem agit Paulus, 1534. VI. 1537. LVII. Solicitatur a Pontifice contra Henricum VIII. 1535. XII. Literæ Pauli Pontificis ad ipſum pro concilio promovendo per Vergerium delatæ, XXXI. Pro fide publica, quam *Salvo Condotta* dicunt, agere cum ipſo jubetur Nuntius, 1537. VI. Item pro promulgando concilio per Hungariam & Bohemiam, *ibid.* Variis cladibus a Turcis in Hungaria exagitatur, 1537. LXII. Magnam comparat claſſam in Turcas irrito ſucceſſu, LXV. Cum Joanne Hungariæ Vaivoda pacem firmat, 1538. XX. In perducendis ad Eccleſiæ unionem Germanis, ac reliquis ſibi ſubjectis laudabiliter incumbit, XXXIX. Legatos ſuos ad Francofordienſem Diætam mittit, 1539. II. Haganoenſi conventui loco Caroli V. aliis diſtenti negotiis præeſt, 1540. XXXIII. XXXIX. Ejus in conventu Oratio, XL. Diætam Haganoenſam Wormatiam transfert, LI. Defuncto Joanne Vaivoda Hungariam pactione antea ſibi debitam, armis obtinere nititur, LXIII. 1541. XLVI. Ejus exercitus a Turcis diſſipatur, XLVI. Iniquæ pacis conditiones eidem a Solymanno imperantur, 1541. XLVII.
Ferrantes Gonzaga Prorex Siciliæ, 1538. XXII.
Ferraria pro concilio celebrando apta civitas judicatur, 1541. LI.
Fides Chriſtiana: Ut fides ornanda ſit operibus, 1528. XCIX. Fidei cauſas ad principem referri vult Lutherus, 1528. LXXVII. Fidei confeſſio mutata ſæpius a Lutheranis, 1530. LXXX. Iterum mutata circa bona opera, XCV. Fatentur hominem non ſola fide juſtificari, XCVI. Fidei dogmatum definiendorum jus ſibi arrogant Lutherani principes, 1531. VIII. Non remittuntur peccata ex fide, quod remiſſa ſint, 1532. LXXIII. Wicelius Lutheranos arguit de impia fide, quod ſola fide conferatur juſtificatio, LXXVI. Fides Lutheranorum nova & fictitia, *ibid.* Ut fidei ſymbolum explicandum gentibus, XCIV. Fidei Chriſtianæ vis invicta, XCVI. Fides regnum appellatur a Chriſto, *ibid.* Fidei Chriſtianæ tranſlatio facta ad barbaros, XCVII. Fidei eccleſiæ Romana deficere non poteſt, 1533. XIV. Fides in Mauricia inſulis propagata, 1534. LXII. Fidem ob periculorum terrorem diſſimulari poſſe, modo idololatriæ exterior actus non committeretur, docuit Guillelmus Farellus, 1535. XXV. Peccatorem ſola fide juſtificari, quomodo intellexerit Elzearius Miodanus, XXVIII. Propagatur in America, & Indiis Orientalibus, 1536. XLVIII. De controverſiis fidei cum Lutheranis ſobrie agere jubentur Miniſtri Pontificii, & quare, 1537. X. & ſeq. Fidei Catholicæ dogmata a Pontifice exquirenda, non in controverſiam adducenda, 1540. XLVIII. Fides Catholica ſtrenue in Hibernia contra graſſantam Henrici VIII. ſævitiam defenditur, 1541. XLI.
Fides publica expoſcitur pro hæreticis ad concilium invitandis a Cæſare, quam *Salvum Conductum* appellant, 1537. VII.
Fiſcus: Regio fiſco bona trecentorum ſeptuaginta ſex Monaſteriorum addicit Henricus VIII. 1536. XXIX.
Florentia: Alexandro Medice Florentiæ Duce necato, Coſmas Medices, Cardinalis Cybo opera in Ducem eligitur, 1537. LXVI.
Florentini a ſociali exercitu adverſus Carolum Borbonium defenduntur, 1527. XV. Oppreſſo a Cæſareis Clemente VII. reipublicæ gubernaculis Mediceos depellunt, 1528. XIII. Eccleſiaſticos Lutheranorum exemplo expilant, *ibid.* Clementis de iis querelæ, *ibid.* Monentur cenſuras contraxiſſe, *ibid.* Abuſi libertate libertatem amiſere, XIV. Initum a Clemente fœdus cum Carolo V. ad reſtituendos Florentiæ Medices, 1529. LIX. Inito inter Reges fœdere Florentini deſeruntur, LXVII. Pa-

Digitized by Google

ciſci cum Carolo V. volunt, LXXI. Dimittuntur ut cum Clemente paciſcantur, *ibid.* Indigne Medicæam familiam vexarunt, *ibid.* Caponium dictatorem, quod prudenter cum Pontifice paciſci vellet pro Medicibus civitati reſtituendis, exauctorant, *ibid.* Eorum inepta geſta libere reprehenſa, *ibid.* Præcipui eorum magiſtratus Lutherano fermento infecti, LXXIII. In eos cæſareus exercitus immiſſus, LXXIV. Aretium & Cortonam amittunt, *ib.* Obfirmantur in pertinacia, *ibid.* Gravi bello petiti a Clemente & Cæſare, 1530. CLXXXVII. Rabida conſilia Clementis odio adverſus ejus neptem poſtea Reginam ſuſcipiunt, *ibid.* Emnpolim & Volaterras amittunt, *ibid.* Fame domantur, *ibid.* Pro vindicanda a direptione Florentia Clementis curæ, *ibid.* Quæ leges Florentinis datæ, CLXXXVIII. Ex ſeditione militari in extremum diſcrimen adducti, CXC. Immutata Florentinæ reipublicæ forma, *ibid.* De ſeditioſorum ſigniferis ſumptum ſupplicium, *ibid.* Juſto divino judicio erepta Florentinis libertas, *ibid.* Florentini ob perduellionem a Carolo V. libertate privantur, 1531. XCVII. Alexander Medices Cæſaris gener Florentiæ Hetruriæque dux creatur, XCVIII. Coacti parent Cæſari, *ibid.* XCIX.

Fœdus inter Cæſarem, & Venetos contra Turcas a Pont. urgetur, 1537. LII. Percutitur fœdus inter Pontificem Cæſarem, & Venetos, LIV. Articuli fœderis referuntur, 1538. III. & *ſeq.* Inter Catholicos Germaniæ Principes contra Lutheranos conflatur, 1539. I. Parum proſpere procedit, XXXI. Ab Alexandro Cardinale Farneſio fœdus inter Pont. Cæſarem Ferdinandum ac plures Germaniæ Principes pro tuenda religione proponitur, 1540. XXVI. 1541. XX. XXXIII. Pont. pro ipſo ſtatuendo pecuniam apud menſarium deponit, *ibid.* XX.

Francfordienſia Conventus Proteſtantes Principes Diætam Francfordiæ fœderi Catholicorum opponendam celebrant, 1539. II. Ad eam Lundenſis Præſul cum variis inſtructionibus mittitur, *ibid.* Cæſaris, & Ferdinandi Oratores illuc cum pluribus mandatis deſtinantur, II. & *ſeqq.* Decretum Catholicæ Religioni pernicioſum emanat, V. & *ſeq.* Plures Principes decreto ſubſcribere recuſant, VIII. Pro ipſo reſcindendo apud Pontificem, & Cæſarem Card. Aleander acriter inſtat, *ibid.* Lundenſis Epiſcopus auro corruptus conſenſum decreto præſtat, ac conſcientiæ poſtmodum ſtimulis agitatus, purgare ſe nititur, VIII.

Franciſcus Maria Robureus ſociali exercitui præfectus Florentiam tuetur ac Medicæos, 1527. XV. Obſeſſum Pontificem a Cæſareis prodit, nec illi opem fert, XXI. Gentilem Balionium præfectum a Clemente Peruſio pellit, *ibid.* Recuſat pugnam cum Cæſareis, *ibid.*

Franciſcus Francorum Rex pia Clementis conſilia diſturbat, 1527. IV. Diſſuadet ne Clemens VII. pro inſtauranda concordia Hiſpaniam adeat, VII. Tenuia auxilia nummaria periclitanti Pontifici ſubmittit IX. Movendis quam gerendis bellis aptior fuit, X. Italicas res negligit, *ibid.* Audito urbis excidio fœdus init cum Anglo ad liberandum Pontificem, XXIII. Expedit arma cum Anglo, & Helvetiis, XXVII. Odettum Lautrechium cum exercitu mittit in Italiam, XXVIII. Plurimas urbes in Inſubria ſibi ſubjicit, XXIX. Ad eum a Clemente Rhodius magiſter miſſus pro inſtaurando in oriente Chriſti cultu, XXXII. Actæ illi gratiæ a Clemente de ſubmiſſo exercitu, XLIX. Profuit ille ne legibus longe acerbioribus conſtringeretur, *ibid.* Rogatur a concilio Senonenſi, ut hæreticos pullulantes regno pellat, XCIII. Fœdus init cum Joanne Vaivoda Tranſilvaniæ pro aſſerendo illi regno adverſus Ferdinandum I. CVII. Agit de pace cum Carolo V. ſed prius obſides filios ſibi dedi poſtulat, 1528. I. Solicitat Clementem, ut acceptas a Carolo injurias ulciſcatur, *ibid.* Immittit exercitum in regnum Neapolitanum, IV. Imolam Ariminumque pulſis tyrannis Clementi VII. reſtituit, *ibid.* Cogit Germanos ad Romam deſerendam, quæ in Pontificis poteſtatem redacta, *ibid.* Univerſum ferme regnum Lautrechii opera occupat, V. Neapolim obſidet, *ibid.* Terra, & mari, *ibid.* Philippini Auriæ claſſis præfecti opera Hiſpanam claſſem capit, *ibid.* Non ſubmittit ſupplementa nec ſtipendia Lautrechio, VIII. Diſſipata inde pars Gallici exercitus, *ibid.* Quaſi parto regno Neapolitano agit cum Pontifice de fœdere, IX. Ejus exercitus pars abſumitur morbo epidemico quo Lautrechius dux perit, X. Imprudenter repetit a Philippino Auria claſſis præfecto captos proceres Hiſpanos, nec perſolvit debita victoribus præmia, *ibid.* Genuenſes a Saonenſi præfecto male vexari permittit, *ibid.* Ab eo deficit Philippinus Auria ad Carolum V. *ibid.* Ob eam defectionem amittit regnum Neapolitanum, *ibid.* Ejus exercitus extrema internecione deletus, *ibid.* Liguria ab eo deficit, XII. Auxiliarem exercitum mittit in Inſubriam, XVII. Ticinum recipit, *ibid.* Agit cum Carolo V. de pace, *ibid.* Additi Franciſco pii ſtimuli a Clemente, ut arma in Solymannum corripiat, 1529. XLV. Deeſt preclaræ occaſioni recuperandæ Rhodi, XLVI. Significat illi Clemens, ſe a profectione in Galliam, & Hiſpaniam morbo deterritum, LVIII. Non conſuluit pontificus rebus, nec Medicæos reſtituere Florentiæ curavit, adeoque a Clemente deſertus eſt, LIX. Expoſitum illi in percutienda pace cum Carolo V. conſilium, LXV. Pacem Ludovicæ matris, & Margaritæ Auſtriacæ opera init cum Carolo, LXVII. Burgundiæ petitio illi remiſſa filios obſides redimit, *ibid.* Inſubriæ & Neapolitani regni arces reſtituit, *ibid.* Florentinos ac Venetos deſerit, *ibid.* De bello in Turcas gerendo conſilia ſuſcipit, 1530. CLXXVI. Solicitatur, ut ea ineat cum Cæſare, *ibid.* Monetur de concilio in Italia celebrando, *ibid.* Reſtituti ipſi obſides liberi, CLXXIX. Gratulatur ipſi de iis receptis Clemens, CLXXX. Tentat Pontificem divellere a Caroli V. partibus, miſſo ad ipſum Cardinale Grandimontenſi, 1530. CCII. Solicitatur a Lutheranis ad defectionem, 1531. III. Non concurrit paribus ſtudiis pro celebrando concilio, 1531. VI. Motus invidia in Carolum V. ne concilii beneficio res ſuas augeret, noluit concilium, VIII. Rogatur a Clemente, ut contra Solimannum auxilia jungat, LXIX. Illius ira, & invidia in ſtirpem Auſtriacam ingentia mala peperere, LXXIII. Cum Joanne Vaivoda cliente Solimanni fœdus init contra Ferdinandum, *ibid.* Poſcit opem ab eo contra Solimannum Carolus V. Cæſar, *ibid.* Ampla, & fallacia verba ipſi dat Franciſcus, *ibid.* Solicitatur a Clemente, ut Chriſtianum imperium contra Solymannum defendendum ſuſcipiat, 1532. V. Cum Henrico Angliæ Rege Turcico implicitum bello conjurare viſus, VII. Renititur ne celebretur concilium ex invidia in Carolum V. ut Germania diſſidiis plena maneret, XX. XXVIII. Creditus eſt concitaſſe Solymannum adverſus Carolum ex invidia, & odio, XXVII. Italiam invadere meditatus, dum Carolus Hungarico bello implicaretur, XLII. Pollicetur Pontifici ſe Italiam tutaturum contra Turcam XLIII. Init colloquium cum Henrico VIII. XLIV. Intentat Pontifici defectionem, niſi Anglo divortium, ſibi Mediolanenſem ducatum eripiendum Cæſari permitteret, XLIV. Ob partam a Cæ-

a Cæſare victoriam conſilia immutat, *ibid.* Solicitatur ab hæreticis ad congregandum conciliabulum, in quo Lutheranorum exemplo de gravioribus oneribus eccleſiæ Gallicanæ agat, XLV. Cum abiiſſet Solymannus, cum Anglo octuaginta militum auxiliaria contra Turcas decernit, *ibid.* Debellandi Turcici imperii occaſioni deeſt, *ibid.* Italiam invadere meditatur, LXI. Carolus Cæſar cum Pontifice ad eludenda illius conſilia colloquium init, *ibid.* Repetit a Cæſare Genuæ imperium, LXVII. Initum fœdus ad Franciſcum I. Italia arcendum, LXX. Conjuncti Pontifici, & Cæſari Helvetii catholici pro Italia adverſus eum defendenda, LXXI. Conjungit ſibi Helvetios hæreticos qui Galliæ peſtem hæreſeos inferunt, LXXII. Congregando concilio obſiſtit, 1533. I. Clementem ſibi affinitate devincire nititur, cum Carolus V. eumdem Clementem urgeret, ut neptem traderet duci Mediolanenſi, XIX. Inſtaurandarum in Italia rerum ſpe deluditur, *ibid.* Clementem magnifice excipit Maſſiliæ, 1533. LXXX. Quo ordine deductus fuerit ad Pontificem, LXXXI. Pedem, manum & faciem Pontificis deoſculatur. LXXXII. Obſequium illi devovet, *ibid.* Henrico filio ſecundogenito Catharinam filiam connubio jungit, LXXXIV. Conſulit Clementi, ut judicio agat in Henricum VIII. LXXXV. Obſiſtit Pontifici ne concilium in Italia celebretur, *ibid.* Arcana colloquia cum Pontifice agitat, *ibid.* Obtinet a Clemente ut Cardinales quatuor Gallos creet, LXXXVII. Henrico ſuadenti Schiſma non aſſentit, 1534. X. Diſturbat concilium, XIII. Excuſat flagitium, *ibid.* Vani illius prætextus ne concilium in Italia celebretur XV. Conjungit ſe hæreticis adverſus catholicos, XVI. Lutheranorum clientelam infeliciter accipit adverſus Ferdinandum, XV. Montem Pellicardum coemit ab Udalrico duce Wirtembergenſi, *ibid.*

Franciſcus de Angelis Minorita poſtea Cardinalis dictus Quignones redire in Americam parat, 1527. III. Carolum V. hortatur ad pacem, *ibid.* A Carolo V. ad Clementem pro redintegranda pace miſſus, *ibid.* A Clemente iterum ad Carolum redire pro publica concordia inſtauranda juſſus, *ibid.* A Cæſare ad Clementem mittitur pro concordia ineunda, quam admittit Clemens, XI. Franciſcum I. Gallorum Regem hortatur ad inducias quæ univerſalem pacem eſſent parituræ, *ibid.* A Clemente ad Carolum reverti jubetur menſe martio, XII. A Cæſare reverſus ad Clementem literas affert cæſareis ducibus pro liberando Pontifice, xcix. Ad Carolum V. mittitur internuntius pro pacandis rebus Chriſtiani imperii, XLIII. Miſſus a Carolo ad Clementem ut ipſi pacis ampliſſimas leges ſpondeat, 1528. II. Creatus Cardinalis a Clemente VII. 1528. XVII. Legatus ad Regem Romanorum pro pace decernitur, 1533. xiv.

Franciſcus Sfortia: Quid de eo inter Summum Pontificem & Cæſarem in pacis actione conſtitutum, 1529. lxii. Pontificem adit Bononiæ, lxxxv. Recipitur in gratiam a Carolo V. lxxxvi. Quibus legibus beneficiarium ducatum acceperit, *ibid.* Nullis relictis liberis moritur, 1535. lvii. Ejus mors tumultuum occaſio inter Reges, *ibid.*

Franciſcus Lanojus prorex Neapolitanus indigna extorquere nititur a Clemente vii. ut illum pace frui permittat, 1527. vii. Nefaria adverſus Pontificem conſilia meditatur, viii. Cum exercitu ditionem pontificiam invadit, *ibid.* Propulſatur Fruſinone, *ibid.* In Neapolitano regno plures urbes amittit, ix. Perſuſus metu, ne ob impiam acerbitatem regno pelleretur de pace Pontificem poſtulat, X. Inducias ſancit, & quibus legibus, xi. Reſtitutæ illi captæ urbes, *ibid.* Lactat Pontificem verbis donec in extremum conjecit exitium, xv.

Franciſcus Carduccius dictator Florentinus ad ſpoliandas eccleſias, & Xenodochia pro gerendo bello Florentinos ſolicitat, 1529. lxxiii. Domita Florentia ſupplicio afficitur, 1530. CXC.

Franciſcus epiſcopus Monaſterienſis monitus a Carolo V. ut graſſantem ſectam in urbe Monaſterienſi comprimat, 1532. xci. Monet officii ſenatum Monaſterienſem perduellem, xcii. Inſanum ſenatus hæretici reſponſum. *ibid.* Obſidet Monaſterienſes perduelles, 1534. XXVI. Anabaptiſtas Monaſterienſis ager ſuppliciis tollit, xxvi. Fœmina ad eum veneno necandum a dæmone inſtigata, ſed inſidiæ patefactæ ſunt, xxxi. Varendorpenſes, qui ſe Monaſterienſibus conjunxerant, repente opprimit, *ibid.* Pſeudoapoſtolos a pſeudochriſto Anabaptiſtico miſſos capit variiſque ſuppliciis in eos animadvertit, xxxiv. Unum ex iis dimittit quo exploratore uſus dein Anabaptiſticum regnum excindit, xxxv.

S. Franciſcus Borgia viſo Iſabellæ Caroli V. uxoris defunctæ cadavere Societati Jeſu nomen dare ſtatuit, 1539. xxiii.

Franciſcus Davalos Marchio Vaſti author creditus necis Cæſaris Fregoſii, & Antonio Rincono illatæ, 1541. xlviii.

Franciſcus Frangepan in Hungariam ad profligandam hæreſim miſſus de periculis Regni Pontificem monet, 1534. VII.

Franciſcus Galliæ Rex pro liberando e vinculis Card. Fiſcherio navat operam, 1535. vii. Solicitatur a Pontifice contra Regem Angliæ, xiii. Tentatur ab Henrico Anglo, ut ab Eccleſiæ unitate deſciſcat, xiv. Præclarum ejus reſponſum de Religione numquam deſerenda, *ibid.* xcii. Sacramentarios infames contra Euchariſtiam libellos evulgantes coercet, & punit, atque Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumma veneratione delatum facem geſtans comitatur, cxii. *& ſeq.* Ab hæreticorum conſortio, quam longe fugiendum, a Card. Turnonio edocetur, xciii. Joannes Calvinus audacter ſuam inſtitutionem Franciſco Regi ad decipiendos ſubditos nuncupat, cxiii. A Pontifice in ſocietatem armorum contra Solymannum fruſtra invitatur, xlv. *& ſeq.* Decimæ Eccleſiaſt. bonorum ei conceduntur quibuſdam conditionibus, clvi. Mediolani Ducatum ſibi concedi optat, lvii. Arma in Sabaudiam movet, ut inde Italiam in ſuam redigat ditionem, *ibid.* 1536. ci. Bellorum omnium cauſam cum in Franciſcum rejeciſſet Carolus V. coram Pontifice & Card. 1536. VI. Ipſe illius technas patefacit, xiii. Pacis leges Carolo V. ab ipſo propoſitæ reſpuuntur, xi. A Pontifice ad pacem urgetur, xii. Ad commeatus Cæſari impediendos flammis cunctas Provinciæ Regiones vaſtat, xvii. Ad preces Pontificis congreſſu exercituum abſtinet, xx. Hiſdino in Belgiis expugnato, armiſque in Inſubriam delatis, Solymannum ad inferenda Carolo V. damna incitat, xcii. 1537. cci. Ad affinitatem cum Rege Scotiæ contrahendam a Pontifice ſolicitatur, ac ne contra populos Angliæ in Henricum excitatos moveat arma, 1536. xcc. Ad pacem a Pontifice per literas, & Nuntios urgetur, 1537. xi. Pacis admittit conſilia, modo Mediolanenſis Ducatus in Aureliæ Ducem conferatur, cxxii. Obedientiam Pontifici cum duobus liberis ac Regni nobilibus Niciæ præſtat, & cum eo longum habet colloquium, 1538. xii. Colloquium cum Carolo V. refugit, xii. Conditiones pacis ineundæ Pontifici proponit, cv. Genavenſes a Cæſare ad ſe deficientes in clientelam ſuſci-

ſcipere magnanimiter recuſat, 1539. XXXII. Belgii defectionem ipſi Cæſari enunciat, *ibid.* Spe Mediolanenſis Ducatus illectus, cæteras omnes pacis conditiones reſpuit, 1540. XI. Pro morte Cæſari Fregoſio, atque Antonio Ringonio illata a Carolo V. ſatisfactionem fruſtra poſtulat, 1541. LIV. Georgium Auſtriacum Archiepiſcopum Valentinum, & Epiſcopum Leodienſem per Lugdunum tranſeuntes detineri ob id jubet, LIV. In gratiam Pontificis dimittit, LVI. Pontifex pro induciis obſervandis cum Cæſare per Nicolaum Ardinghellum fortiter apud ipſum agit, LIV.

Franciſcus Galliæ Regis Delphinus ex ludo pilæ æſtuans epota intemperantei aqua moritur, 1536. XVIII.

Franciſcus Marſupinus de Hungariæ ſtatu Pontificem monet, 1538. XXI.

Franciſcus Olivarius Galliarum Regis Orator in Haganoenſi Conventu fidei Catholicæ dogmata in controverſiam non adducenda proponit, 1540. XLVIII.

Franciſcus Card. Turnonius commendatur Card. Turnonio Hieronymus Dandinus in Gallias pro pace procuranda a Pontifice directus, 1541. L.

S. Franciſcus Xaverius Societatis Jeſu a Paulo III. ad Evangelium prædicandum in Indias Apoſtolici Legati titulo mittitur, 1540. LXVI. Monita illi a Pontifice in diſceſſu data, *ibidem*.

Fridericus Gonzaga dux Mantuæ Montisferrati ducatum Mantuano conjungit, 1531. C.

Fridericus Bavariæ Dux: Illi copiarum Germanicarum imperium datum adverſus Solimannum, 1532. XXVIII.

Fridericus Palatinus in Ratisbonenſi conventu Cæſaris nomine orationem habet, 1541. VI. Diſputationibus præeſt, VII. De ejus ſincera fide ambigitur, *ibid.*

G

GAbella. *Vid.* Vectigal.

Galli in Neapolitanum regnum duce Lautrechio irrumpunt, 1528 V. Univerſo ferme regno potiti Neapolim obſident, *ibid.* Vexantur morbo epidemico in Neapolitana obſidione, X. Delentur extrema internecione, *ibid.* Pelluntur Genua, XII. Ticinum recuperant, XVII.

Gandavenſes contra Carolum V. rebellant, 1539. XXXIV. Renuit ipſos in ſuam clientelam accipere Franciſcus Primus Galliæ Rex, *ibid.* Veniam ſuppliciter a Carolo poſtulant, 1540. III. In conjurationis Principes gladio animadverti jubet Carolus, *ibid.* Reliquis certis impertitis legibus parcit, III.

Gaſpar Schwenfeldius hæreſiarcha peſtiferis argutiis novam hæreſim contra Chriſti in Euchariſtia præſentiam conflat, 1527. LXXVI. Præter alias hæreſes æternitatem, & immenſitatem Dei impugnat, *ibid.* Scripturam ſecundum ſpiritum vivificum interpretandam docet, non ſecundum literam, *ibid.* Jactat ſpiritualitates, & extaſes, *ibid.* Redarguitur a Luthero, miſſum eſſe a dæmone, *ibid.* Per eum abſolvit Sathanas quod per Lutherum cœperat, *ibid.*

Gaſpar de Avalos Archiepiſcopus Compoſtellanus Cardinalis creatus in pectore reſervatur, 1541. LXIII.

Gaſpar Contarenus Venetus D. Marci Procurator creatur Cardinalis Sanctæ Mariæ in Aquiro, 1537. VII. Pro concilio celebrando deputatur, 1536. IV. A Joanne Cochlæo de Philippi Melancthonis, & Martini Buceri pacem expetere ſimulantium fraudibus admonetur, 1539. II. Legatus in Germaniam creatur 1541. I. Inſtructio illi data pro Germanica Legatione obeunda, *ibid.* Ratisbonenſi conventui intereſt, 1541. V. Judicium ſuum de libro Concordiæ Ratisbonæ exhibito declarat, XIV. Calumniam idcirco paſſus ſe purgat, XV. Tolerantiam cum Hæreticis, quam plores expetebant, conſtanter admittere recuſat, XVIII. XXXIII. Carolo V. Concilium proponit, XXVI. Edito libello Imperii Ordinibus demonſtrat, controverſias fidei in Nationali Concilio dirimi non poſſe, 1541. XXVIII. Pro reformandis Eccleſiaſticorum moribus plures Germaniæ Epiſcopos congregat, ac diſciplinæ inſtaurandæ neceſſitatem gravi oratione patefacit, XXIX. Carolo V. formulam de redintegranda Eccleſiaſtica diſciplina a ſe exaratam offert, XXX. Fœdus inter Pontificem, Cæſarem Romanorum Regem, & Principes pro defenſione Catholicæ fidei ſancit, XXXIII. Lutheranorum errores debita cenſura damnat, XXXVI. Contra ipſum ſcripta inſurgunt, *ibid.* Contareni famæ non hæretici tantum, ſed æmuli quoque Catholici Romæ detrahunt, XXXVIII. Purgat ſuam innocentiam datis ad Pontificem literis, a quo miris laudibus, & Bononienſi Legatione decoratur, *ibid.* Carolum V. in Italiam deſcendentem Legati Apoſtolici titulo comitatur, XXXVIII. Mediolanum ingrediens Carolus V. ſui lateris comitem honoris cauſa Contarenum adhibet, *ibid.*

Gaſpar Quaramier Hallenſis Lutheri ejuſque ſectæ inſaniam edito commentariolo oſtendit, 1535. XVI. Captus in Smalcaldico bello, ſæviſſimis ab eiſdem excruciatur tormentis, *ibid.*

Gebennenſes in marmore ære principis reos cædunt, in quo antea Chriſtus offerebatur, 1531. XXI. Qui hoc ſcelus ſuaſerat, in eo primus cæſus eſt, *ibid.* A duce Sabaudiæ Gebennæ obſidetur, 1530 CIII. Ab Helvetiis Zuinglianis obſidione liberata, *ibid.*

Geneva a Guillelmo Farello impoſtore primum, deinde a Calvino dementata, hæreſeos Metropolis evadit, 1535. XXV. Infame hujus facinoris monumentum ibi exaratum, *ibid.*

Genua Gallorum armis obſeſſa, Cæſarianis ſuppetiis liberatur, 1536. XVIII. Placentiam Oratores ad obedientiam Paulo III. præſtandam Genuenſes mittunt, 1538. X.

Georgius Fronſpergius Lutheranus Cæſareum exercitum e Germania in Italiam adverſus Pontificem ducit, 1527. XVIII. Intertextum auro laqueum oſtentat, jactatque ſe illo Pontificem ſuis manibus præfocare velle, *ibid.* Divina ultione percuſſus ex equo exanimis ruit, *ibid.*

Georgius Wicelius ex lectione SS. Patrum agnoſcit Lutheranam perfidiam, 1531. XLV. Vexatur a Luthero, *ibid.* Deſcribit quantum Lutherus a ſanctis diſcrepet, XLVI. Detrahit Lutheranis pietatis larvam, XLVII. Ejuſdem argumenta quod Lutherana ſynagoga non ſit vera eccleſia, XLVIII. Scribit in Lutheranos, 1534. LI.

Georgius Stifelius Lutheranus deluſus a dæmone Lutherum eſſe ſextum angelum apocalypticum jactat, 1533. LVI. Prædicat ſe eſſe ſeptimum angelum, & finem mundi imminere ante vigeſimum nonum diem ſeptembris, *ibid.* Lutheranos terret, *ibid.* Libros, & ſupellectilem ſuam, ut imminente judicio minime diſtrahit, *ibid.*

Georgius Montanus Sartor Anabaptiſta correptus a dæmone mentitur ſe Chriſtum videre adventantem e nubibus, 1534 XXIII. Hortatur auditores, ut baptiſmum ejurent, *ibid.* Ait ſcelus eſſe credere Verbum Incarnatum, *ibid.* Perſpicuis ſignis ſe arreptitium oſtendit, *ibid.*

Georgius Archiepiſcopus Armacanus hæreſis accuſatus illius Eccleſiæ adminiſtratione privatur, 1539. XXXVI.

Georgius de Auſtria Archiepiſcopus Valentinus, & Epiſcopus Leodienſis juſſu Franciſci I. in cuſtodia detinetur, 1541. LIV. Ejus liberatio a Pontifice impetratur, LX. *& ſeq.*

Georgius Saxoniæ Dux ſtrenuus catholicæ fidei propugnator, 1537. xii. Petrus Veſtrius Apoſtolicus nuntius plura circa fidei conſervationem cum eo agere jubetur, *ibid.* A Lutheranis una cum filio veneno ſublatum fuiſſe communis percrebuit fama, 1539. xviii. Ejus pia mors refertur, *ibid.* Religionis Catholicæ tuendæ cupidiſſimus, xix. Henricum cæteroſque fratres, ſi a Catholica religione deſciſcerent, ditione exhæredatos, ſupremis tabulis decrevit, 1539. xix.

Georgius Varadienſis Epiſcopus accuſatus malorum Hungariæ præcipuus author, 1541. xlvii.

Georgius Kildariæ Comes Hibernus ab Henrico VIII. ob fidem Catholicam vexatus fuga dilabitur, 1541. XL. Leodienſi Epiſcopo a Pontifice commendatur, *ibid.* Epiſtolis Pontificiis confirmatus, XLI.

Germania: Pax Germaniæ in rebus Religionis quibus modis obtinenda, 1540. XVI. Uſque ad XXIV. Quam deformis ejus facies, poſtquam a fide deſciverit, XXXIII. Principes Catholici Germaniæ a Cæſare concordiæ librum in Ratiſbonenſi conventu exhibitum expendere jubentur, 1541. XIII. Quid reſponderint, XVI. Auguſtano receſſui adhærere ſtatuunt, *ibid.* Concilium in Germania celebrari non approbant, XXVI. Germani ſeveriſſimo edicto ſub Rege Galliæ militare vetantur, XXXII. Reformationes Eccleſiaſticorum in Germania promoventur, 1541. XXIX.

Germani accepto auro a Clemente Pontifice non placati ſed irritati, 1527. XIII. Vaſtant Romam, XVII. *& ſeqq.* Romanos tormentis diſcruciant, ut prodant aurum reconditum, XVIII. Pontificem obſident in Hadriana mole, XXI. Cogunt ad ſe redimendum ingenti auro, *ibid.* Roma divulſi adventu Lautrechii, 1528. IV. Pars eorum maxima variis caſibus abſumpta, *ibid.* Auxiliaris exercitus duce Henrico Brunſvicenſi iis ſubmiſſus, 1528. VII. Gallicum exercitum obſidione Neapolitana depulſum delent, X. Temere locum concilii deſignare auſi, 1529. XVII. Regere, non regi a Pontifice volunt, *ibid.* Agnoſcunt ex temeraria interpretatione ſcripturæ graviora exorta mala, XVIII. Anabaptiſtas comprimendos decernunt, XIX. Agunt de repellendis Turcis, XXII.

Gladius: Joannes Calvinus ſuæ inſtitutioni gladium flammeum appoſuit cum emblemate, *Non veni pacem mittere, ſed gladium*, 1535. XXIII. Gladius conſecratus Andreæ Auriæ Archithalaſſo Cæſaris a Pontifice mittitur, 1538. XLVIII. Regi Scotorum, 1537. XL. Sigiſmundo Poloniæ Principi, 1539. XXI.

Gloria cœleſtis duplici modo acquiritur a Chriſtiano, 1532. LXXIV. Ut ſit donum Dei, *ibid.*

Guido Aſcanius Sfortia Cardinalis creatus Bononiæ ab Archiepiſcopo Sipontino pileo rubeo inſignitur, 1534. XIV. Forma juramenti ab ipſo tunc præſtiti, XV.

Guillelmus Cliviæ Dux ob fœdus cum Gallo initum Imperii hoſtis in Ratiſbonenſi conventu declaratur, 1541. XXXII.

Guillelmus Farellus Delphinas primus Gebennenſem civitatem hæreſi infecit, 1535. XXV.

Guletta arx a Carolo V. in ſuam poteſtatem redigitur, 1535. L. LII.

Guſtavus Ericſon Sueciæ princeps filiam regis Poloniæ in uxorem poſcit, 1527. lxxxv. Promiſſa illi, modo catholicam religionem tueatur, *ibid.* Subornatus a Lutheranis reſilit a cœptis, *ibid.* Indignas nuptias contrahit, *ibid.* Promulgat conſtitutiones hæreticas, *ibid.* Joannem archiepiſcopum Upſalenſem, & alios pios ejicit, *ibid.* Concilium celebrari poſcit, 1529. xxv. Illo oppreſſo hæreſim conſtituere cogitabat, *ibid.* Publice Rex Sueciæ renuntiatur extincto Chriſtierno, 1532. lxxxvii. Opes eccleſiaſticas invadit, *ibid.* Arguitur immanis ſacrilegii, *ibid.* Vana illius excuſatio contra piorum querelas, *ibid.* Corruptus fuit ab Andrea Laurentio Lutherano, 1532. lxxxviii. Clerum perſequitur, *ibid.* Sueciæ primatem regno exulare cogit, *ibid.*

Gymnaſia in Anglia opera Cardinalis Roffenſis extructa, 1535. ix.

H

HÆreſis, & hæretici: In hæreſeon varietate agnoſcit Lutherus dæmonem operari myſterium iniquitatis, 1527. liv. Hæreticos puniendos decernit Lutherus, lvi. Cupido gloriæ plures impulit Lutheri exemplo ad fingendas hæreſes, 1527. lxxi. Hæretici Tornaci exuſti animo ſe flammis cinctam ſociis in carcere objicit, lxxxvi. Illi mortem ſubire parati, poſcunt conciliari eccleſiæ, *ibid.* Hæreticus ſibi mortem imprecatus, ni vera diceret, repente extinguitur, *ibid.* Hæretici relapſi tradendi judicio ſæculari, xc. Diſſipanda ſunt hæreticorum conventicula, 1528. ci. Principes, qui favere hæreticis, iram Dei ſenſerunt, *ibid.* Lutheri ſententia, quomodo tractandi ſint hæretici, qua ſe & ſuos damnavit, 1530. lxxxvii. Alia ejuſdem ſententia, qua ſe, & omnes hæreticos damnavit, 1531. lvii. Hermannus Colonienſis archiepiſcopus hæreticos flammis exurit, 1531. lxvi. Hæreticos non gladio, ſed verbis comprimendos ſomniat Carolus V. 1532. xxvi. Pios reges in eos animadvertens male cum Decio, & Diocletiano comparat, *ibid.* Graſſata inde latius hæreſis, xxvii. Ut veteres Cæſares animadverterint in hæreticos, xxviii. In hæreticos animadvertendum docent hæretici, lxxix. Cur late graſſata hæreſis, lxxxviii. In locum hæreticorum ad Eccleſiam vocati barbari, 1532. xciv. Hæretici flammis exuſti in Scotia juſſu Jacobi V. Regis, 1533. lxxvi. Hæreſiarcharum doctor, & magiſter dæmon, 1533. xliii. In Anglia varia commenta contra Pontificem effutiunt, 1534. x. Item Genuæ, 1535. xxv. Ipſos reſipiſcentes Paulus III. benigne excipit, xxviii. In conventu Smalcaldico Pontificem Doctoreſque Catholicos contumeliis laceſſunt, 1537. xxxvii. Catholicos crudelitatis arguunt, 1540. lx. Galliarum, & Angliæ Regem in ſuas trahere partes nituntur, *ibid.*

Haganoa Alſatiæ Urbs: Conventus Spirenſis peſtilentiæ cauſa Haganoam transfertur, 1540. xxxii. Acta ibidem, xlv. *& ſeq.* Leges ibi conſtitutæ recenſentur, xlvii. Haganoenſi conventui intereſſe recuſat Marcellus Cervinus, & quare? 1540. xxxii. Infeliciter diſſolvitur, L.

Haradinus Barbaroſſa præfectus claſſis Solymanni Neapolitani regni oram maritimam populatus, 1534. lx. Romam pavore pene opprimit, xix. Illatis pluribus damnis invectus in Africam Tunetanum regnum pulſo Muleaſſe ſibi ſubjicit, *ibid.*

Hector Silveria Adeni, & Xaerii Reges vectigales nomini Luſitani conſtituit, 1530. cciv.

Helvetii Badæ cœtus agunt, ac doctores catholicos cogunt ad refellendos hæreticos, 1527. xcviii. Zuinglius ad eos cœtus accedere non auſus, *ibid.* Pro tuenda fide catholica pia decreta ferunt Helvetii, ciii. Bernenſes hæretici Zuingliani ea infringunt, & catholicos opprimere moliuntur, 1528. xviii. *& ſeq.* 1529. IV. Ducem Sabaudiæ ad ſolvendam Gebennæ obſidionem adi-

adigunt Zuingliani Helvetii, 1530. CIII. *Vid.* Zuingliani. Helvetii catholici viribus longe impares fundunt Zuinglianorum viginti millia, 1531. XXVII. Triginta tantum e ſuis deſiderati, *ibid.* Zuinglium trucidatum ſiſtunt judicio, ut proditorem & ut hæreticum exurunt, XXVIII. Gratulatur iis Clemens, XXXI. Subſidium nummorum iis ſubmiſſum, *ibid.* Secundo prælio licet inferiores viribus eos cædunt, XXXII. Revertentes ad fidem clementer habent, *ibidem.* Tertio prælio iterum vincunt hæreticos, interfectis eorum ſex millibus, XXXIII. In quarto prælio quinque hæreticorum millia iterum trucidant, *ibid.* Solemnem ſupplicationem ad templum B. Virginis clarum miraculis ducunt, XXXIV. Hæreticos ad illud evertendum irruentes repellunt cæſis quinque eorum millibus, *ibid.* Inſignis catholicorum Helvetiorum pietas in iis expeditionibus, *ibid.* Comparandi cum Machabæis, *ibid.* Submiſſa iis a Clemente ſubſidiaria quatuor millia militum, XXXV. Quibus legibus pacem ſanxerint, *ibid.* Data iis a Clemente monita, XXXVI. Tigurini divinæ iræ terrore perculſi ad fidem catholicam revertuntur, XXXVIII. Corrumpuntur iterum ab Henrico Bulingero, XL. Helvetii catholici conducti a Pontifice pro tuenda Italia, 1532. XXXI. Pontifex ad eos defendendos ſe obſtringit, *ibid.* Helvetii hæretici in ſocios aſciti a Gallis hæreſim Galliæ inferunt, XXXII. Helvetii catholici opprimunt inſidias Zuinglianorum, 1533. LXI. Gratulatur iis Clemens, *ibid.* Poſcunt opem a Clemente contra hæreticos, 1534. XVII. Suppetias Geneveoſibus contra Sabaudiæ Ducem ferunt, 1535. XXVII. Item Regi Galliarum, 1536. XVII. Lauſanam hæreſi contaminant, XXVII. Helvetii Catholici Defenſorum libertatis Eccleſiaſticæ titulo a Pontifice decorantur, *ibid.* Ne tam iniquo tempore arma contra hæreticos, ſalva tamen fide Catholica, capeſſant, admonentur, *ibid.* Stipendia pro mille ſclopetariis ad ipſorum defenſionem ſtatuit Paulus, *ibid.* Ad arma contra Turcas ſuſcipienda a Pontifice invitantur, 1541. XLV.

Henricus VIII. Angliæ Rex queritur de Carolo V. captum ab ejus exercitu Clementem VII. Pontificem, 1527. XXIII. Cum Franciſco I. agit de liberando Pontifice *ibid.* Pro liberando Pontifice arma cum Gallo, Helvetiis, Venetiſque jungit, XXVII. *& ſeq.* Actæ illi gratiæ a Clemente VII. 1527. XLIX. Profuit ne multo acerbiores leges ad redimendam vitam ac libertatem Clementi Pontifici imponerentur, XLIX. Ipſum ſollicitat, ut communi fœderi adverſus Carolum V. accedat, 1528. II. Quid ipſi reſponſum, *ibid.* A Thoma Volſæo Cardinale Eboracenſi de Regina repudianda ſollicitiſſime ſollicitatur ſpe maſculæ prolis, CIX. Initio abhorret a repudio, *ibid.* Decretus ad cognoſcendam repudii cauſam a Clemente Laurentius Campegius Cardinalis, *ibid.* Averſus animo ab uxore dilabitur ad ſcorta, *ibid.* Quanta inde mala ſint conſecuta, *ibid.* Hortatur eum Clemens VII. ut periclitanti Germaniæ ſubveniat, 1529. XLIV. Cur ab illius & Galli Regum fœdere Clemens diſceſſerit, LIX. Sollicitatur ad redintegrandam concordiam, LXVI. Eam promovet, *ibid.* Carolus V. ex fœdere ducenta ducalium aureorum millia Henrico perſolvere ſpondet, LXVII. Henricus conjugem piam repudians meretrici hæreticæ nubere cupit, XC. Provocat adverſus eum Regina Cæſaris ſoror, *ibid.* Cauſa ad ſedem apoſtolicam revocata exaſperatur in Clementem, *ibid.* Mulcere illum Clemens annititur, XCI. Significatum ipſi etiam jus reddendum Cæſari, XCII. Thomam Cardinalem Volſæum diſſidii primum authorem regia procuratione depellit, XCIII. Intendit illi judicium, *ibid.* Laurentius Campegius Cardinalis apud eum de libellis hæreticis ſerpentibus in Anglia queritur, *ibid.* Studere fidei orthodoxæ aſſerendæ Henricus viſus, *ibid.* Fit certior de concilio in Italia celebrando contra hæreſim Lutheranam, 1530. CLXXVI. Poſcit a Clemente ut diſſolvatur ejus matrimonium, CXCI. Deinde poſcit ut permittat ut filios ſuus illegitimus filiam ſuam legitimam ducat, *ibid.* Poſcit ut Annam Bolenam, cujus ſorore abuſus erat, ducat, *ibid.* Iniqua ipſius oratorum poſtulata, CXCII. Niſi iis mos geratur defectionem intentant, *ibid.* Quid in cauſa Henrici Regis ſcripſerit Thomas de Vio Cardinalis, CXCIII. Prohibetur inire ſecundas nuptias ſuperſtite uxore, CCII. Sollicitatur ut contra Turcas vel Lutheranos bellum ſuſcipiat, *ibid.* Sollicitatur a Lutheranis ad defectionem, 1531. III. Cum Lutheranis ſocietatem init, IV. Sollicitatur a Clemente ut contra Solymannum opem ferat, LXXXVIII. Catharina Regina adverſus illius vim leges implorat, 1531. LXXIX. Propoſitæ illi cenſuræ ſi Reginam dimittat, *ibid.* Data illi imperia ne jus prioris conjugii violet, LXXX. Facti ſeveritatem apud eum Clemens excuſat, LXXXI. Exponit ipſi non juſtas eſſe illius querelas, *ibid.* Faviſſe illius cauſæ quantum fieri potuit, *ibid.* Reginæ appellationem repelli non potuiſſe, *ibid.* Cauſam fuiſſe Cardinalibus commiſſam, *ibid.* Audiendam neceſſario Reginam *ibid.* Cæſarem tantum poſcere ut juris ratio habeatur, *ibid.* Cramnerum cauſæ ſuæ procuratorem conſtituit, LXXXIII. Corrumpit auro juriſconſultos nonnullos ac Theologos, ut libidini illius ſerviant, *ibid.* Quærit viros nefarios, qui ſententiam divortii probent, LXXXV. Damnatum eſt ab Anglicis doctoribus illius divortium, *ibid.* Quæ fuerint cauſæ politicæ quærendi divortii, LXXXVII. Querelas adverſus Clementem aggerat, *ibid.* Reſpondet illi Clemens nimium illi indulſiſſe, LXXXVIII. Ex legum præſcripto latum iri ſententiam, *ibid.* Illius voluntatem præfecti male, a Clemente Angliæ epiſcopi, LXXXIX. Promovet viros perditiſſimos, qui ejus libidini ſerviant, *ibid.* Colit libidinem pro Deo, *ibid.* Evehit ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem Cramnerum, *ibid.* Impellitur in exitium ab aſſentatoribus, *ibid.* Sollicitatur a Clemente ut fidem Chriſtianam contra Solymannum defendendam ſuſcipiat, 1532. II. Cum Franciſco I. contra Carolum V. conjurare viſus, VII. Obſtitit cum Gallo ne concilium celebraretur, XXVIII. Init colloquium cum Franciſco I. Gallorum Rege, XLIV. Intentat defectionem Pontifici niſi divortium permittat, *ibid.* Faſcinari ſe ſinit ab Anna Bolena, LXI. Henrici Angliæ Regis querelæ de revocata ad ſedem apoſtolicam ejus cauſa, quid reſponſum illi a Clemente, LXII. Ut doctores auro ſubornare niſus ſit Henricus, *ibid.* Indulget reclamantibus Cæſareis Clemens doctoribus, ut de controverſia ſcriberent, *ibid.* Ut dilata ſit ſententia non apparente regio procuratore, *ibid.* Ut putarit Clemens mora regium animum mitigari poſſe, *ibid.* Cur in Anglia judiciam abſolvi non debuerit, *ibid.* Ut Reginæ allegatio nulla ratione repelli potuerit, *ibid.* Tribunal apoſtolicum neutri parti ſuſpectum eſſe jure poſſe, *ib.* Monitus Henricus ne cupidis novarum rerum aſſentiat, *ibid.* Ne imminentibus malis authorem ſe præbeat, *ibid.* Ab iis ſe purgat Clemens, *ibid.* Intentatur Anglo anathema niſi Catharinam Reginam in priſtinum conjugis locum reſtituat, *ibid.* LXIII. Ut nimium illi Clemens indulſerit, LXII. Sævam in clerum perſecutionem concitat, LXIII. Archiepiſcopi pro-

proditores favent illius impietati, *ibid.* Se eccleſiæ Anglicanæ caput conſtituit, LXIV. Thomæ Mori dignitatem viro impio confert, *ibid.* Eidem monaſterium Londinenſe cum vectigalibus tradit, *ibid.* Monetur a Pontifice ne ſe præcipitem ferri ſinat, LXV. Marchionali titulo Annam Bolenam concubinam donat, LXVI. Occultat nuptias cum ea contrahit, *ibid.* Turpiſſime mentitur accepiſſe de ſoluto matrimonio decretum pontificium, LXVI. Congregando concilio obſiſtit, 1533. I. Spondet Clemens Carolo V. ſe in Henricum judicio acturum, XXXVIII. Inceſtæ ejus nuptiæ cum Anna Bolena, LXV. Prius Mariam Bolenam ſororem cognoverat, adeoque Annæ magis affinis erat quam Reginæ Catharinæ, *ibid.* Etiam antea Annæ matrem cognoiat, LXVI. Naturæ omnia jura ab Henrico violata, *ibid.* Creditum Annam Bolenam fuiſſe ejus filiam, *ibid.* Infandæ ejus nuptiæ laudatæ ab hæreticis, *ibid.* Catharinam Reginam excludit palatio, LXVIII. Thomam Cromuelum virum nequam Cramnerm & Audleo impiis conjungit ad res moderandas, LXIX. Opes eccleſiaſticas fiſco regio inferre mediatur, *ibid.* Impellitur ab Anna & aliis hoſtibus ad evertendum ordinem eccleſiaſticum, LXXI. Perſuaſum illi ut ſupremam in Angliæ authoritatem in eccleſiam corripiat, LXXI. Ejuſdem in clerum tyrannis, LXXII. Ad cognoſcendas ſacras cauſas Cromuelum conſtituit, LXXIII. A Cramnero hæretico jubetur uxorem dimittere, *ibid.* Clemens a Carolo V. preſſus ut legibus in Henricum VIII. agat, LXXIV. Dilata a Clemente ſententia, *ibid.* Catharinam filiam antea regni hæredem pronuntiatam ac decimum ſeptimum annum nactam ut ſpuriam pellit, LXXV. Viros pios in carcerem conjicit, *ibid.* Nata illi filia nova Jezabel nomine Elizabetha poſt quintum menſem ab infandis nuptiis, *ibid.* De revocando ad officium Henrico agit Clemens cum Franciſco I. 1533 LXXVII. Henricus adverſus Clementem provocat ad conciliabulum, LXXXV. Conſultum Clementi a Franciſco I. ut judicio agat in Henricum VIII. *ibid.* Henrici Regis argumenta ex ſcriptura petita pro reſcindendo priore conjugio, 1534. I. *& ſeq.* Refelluntur a Thoma Card. de Vio, quem conſuluerat, *ibid.* Eius propoſitiones in academiis diſceptatæ, II. Refelluntur a Joanne Coclæo, *ibid.* Spondet non diſceſſurum ab eccleſiæ obſequio ſi cenſuras differat, III. Urgent Hiſpani Pontificem ad ferendam in Henricum ſententiam, *ibid.* Lata in eum a Clemente ſententia, IV. Promulgatum irritum eſſe initum ab eo cum Anna Bolena matrimonium, *ibid.* Imperatum illi ut Catharinam Reginam priſtino ſtatui reſtituat, *ibid.* Defigitur anathemate ſi in cœptis perſtiterit, *ibid.* Serius nuntium mittit, poſt latam jam ſententiam, V. Deficit a Pontifice, *ibid.* Se caput eccleſiæ Anglicanæ dicit, *ibid.* A perditis aſſentatoribus corrumpitur, *ibid.* Elizabetha Barthona monialis vaticinatur Henricum amplius Regem non eſſe, quod ex Deo non regnet, VI. Illam Henricus ſupplicio jubet, affici, cum aliis ſentientibus cum ipſa, *ibid.* Joannem epiſcopum Roffenſem & Thomam Morum conjicit in vincula, VII. Minoritas pellit e monaſteriis, *ibid.* Impia Henrici conſilia, VIII. Archiepiſcopi & epiſcopi prodito Chriſto ſe Henrico tyranno conjungunt, VIII. Baronem Dacrium catholicum impietati Henrici non conſentientem opprimit, IX. Elizabetham ex adulterio ſatam Mariæ legitimæ præfert, *ibid.* Eccleſiæ Anglicanæ caput renuntiatur, *ibid.* Annatas ac decimas ſibi arrogat, *ibid.* Vetat jus ſacrum a Pontifice peti, *ibid.* Horrenda blaſphemia ſchiſmaticum

ſe profitetur, X. Franciſcum I. Gallorum Regem pellicere in ſchiſma nititur, *ibid.* Repulſus a Gallo Germanos pertentat ad ineundam ſocietatem, *ibid.* Repellitur a Lutheranis, *ib.* Lutherus eum ſibi conciliare conatitur, *ibid.* Calvinus privatum illius in eccleſia Anglicana oppugnat, *ibid.* Ejus corrupti mores recenſentur a Reginaldo Polo, 1534. IX. Verſus in rabiem contra Romanam Eccleſiam ſe caput Eccleſiæ Anglicanæ declarat, 1535. I. Papæ vocabulum lituris undique obduci, & abradi jubet, II. 1536. XXVIII. Reginaldum Polum, ejuſque familiam, pluresque Catholicos, ac præcipue Religioſos ad mortem quærit, & cruciatibus exagitat, 1535 II. *& ſeq.* Joannem Card. Fiſcherum morti addicit, VII. Nequior Henrico II. qui S. Thomam Cantuarienſem occidit, X. Contra ejus tyrannidem Pontifex Principes commovet, XI. *& ſeqq.* Regem Galliæ ut ab Eccleſia deſciſcat, fruſtra ſollicitat Henricus, XIV. Thomam Morum varie tentatum demum jubet, occidi, XV. Sententia excommunicationis contra ipſum, ejuſque fautores a Paulo intentata, XVIII. Ad ipſum Catharina Regina morti proxima literas mittit, 1536. XXV. Janæ Semeriæ Regiæ famulæ amoribus irretitus Annam Bulenam cum ſuis procis adulterii convictam capite plectit, XXVI. De nova condenda in Anglia Religione conſilia agitat, XXVII. Synodo Epiſcopali indicta conſultationem de Papæ Primatu haberi vetat, *ibid* Quæ egerit contra Eccleſias, & Monaſteria, & Sacramenta, XXVIII. *& ſeq.* Vectigalibus nimiis imperatis contra ipſum plures Provinciæ rebellant, XXX. Blandis promiſſis fraudulenter ſedat tumultus, XXXI. Jacobum Scotiæ Regem in ſuam ſocietatem fruſtra pellicere tentat, XXXII. Religioſos triginta ſex Ordinis S. Franciſci crudeli morte afficit, 1538. XLIV. S. Thomam Cantuariæ Archiepiſcopum in judicium vocat, ejuſque corpus exhumari, & comburi mandat, XLV. *& ſeq.* Celebriores Sanctorum Imagines de medio tolli, ac Martyrum monumenta dejici jubet, XLIV. Monaſterium S. Auguſtini, expulſis monachis, in beſtiarum catabulum convertit, XLVI. Contra ipſum ad decretoriam damnationis ſententiam procedere ſtatuit Pontifex, XLVI. Cæſarem in ipſum commovere Alexander Cardinalis Farneſius Legatus Apoſtolicus molitur, 1539. XXIV. Scriptum nefarium adverſus Pontificem edit, XXXV. Contra Lutheri ſectam leges aliquot promulgat, *ibid.* Proteſtantes falſitatis arguit, ac cum ipſis convenire recuſat, 1540. LX. Ob expilata monaſteria in ſummam pauperiem juſto Dei judicio redactus, LXIV. Pro cogenda pecunia multa molitur, *ibid.* Catholicos plurimis tormentis vexatos una cum Zuinglianis pœnis afficit, *ibid.* Oratores ad Ratisbonenſe colloquium mittit, ut ad Catholicam Eccleſiam iterum redeat, 1541. XXXIX. Superbia tamen ipſius interveniente conſilium evanuit, *ibid.* Hibernos ob fidem Catholicam vexat, ſeque Hiberniæ Regem, non ut antea Dominum, appellari jubet, XL.

Henricus junior Brunſvicenſis Germanici exercitus in Italia dux: Officioſæ ad eum Clementis VII. literæ, 1528. VII.

Henricus Ultrajectinus epiſcopus Carolum Gueldriæ ducem & Lutheranos Ultrajecto pellit, 1528. CIV. Trajectini principatus jura in Carolum V. transfundit, *ibid.* Donatio fidei retinendæ cauſa a Clemente VII. confirmata, CV.

Henricus Bullingerus hæreticus Zuinglii hæreſim, quam Tigurini abjiciebant divinæ iræ terrore perculſi, inſtaurat, 1531. XLVIII.

Henricus Graſſius creatus pſeudoapoſtolus a pſeu-

dochriſto anabaptiſtico, 1534. XXXV. Captus ſociorum triſti exitu edoctus agnoſcit pſeudochriſti impoſturas, *ibid.* Pollicetur epiſcopo exploratorem actorum contra pſeudochriſtum, *ibid.* Liberatus ſtrenue promiſſa exequitur, *ibid.* Anabaptiſtarum agnito errore in Joannem e Bockelſon ſuum Regem inſurgit, 1535. XXXIX. & *ſeq.*

Henricus Borgia Epiſcopus Squillacenſis Cardinalis renuntiatur, 1539. XXXVIII. Obiit, *ibid.*

Henricus Brunsvicenſium Dux: Ejus literæ caſu ad manus Lantgravii Haſſiæ delatæ multum Catholico fœderi nocuerunt, 1539. II.

Henricus Luſitanus e Bracharenſi ad Eborenſem Sedem transfertur, 1540. LXV.

Henricus Saxo ditionem ſuam hæreſi inficit, ac Lutherum acceſſit, 1539. XIX.

Hermannus Colonienſis archiepiſcopus hæreticos duos Lutheranos flammis exurit, 1531. LXVI. In ſenio in Lutheranam hæreſim infeliciter prolabitur, *ibid.*

Hibernia: a Pontificibus Regnum Hiberniæ Angliæ Regibus Dominatus titulo attributum, 1541. XL. Propter Catholicam fidem ab Henrico VIII. vexatur, *ibid.* Regem ſe Hiberniæ, non ut antea, Dominum appellari vult Henricus VIII. *ibid.* Pro fide Catholica ſtrenue in Henricum inſurgit, 1541. XLI. In Hiberniam Paulus III. duos ſocietatis Jeſu presbyteros ad fidem Catholicam fulciendam mittit, 1541. XLI. XLIV.

Hieronymus Aleander pontificius in Germania internuntius a Clemente ad Carolum V. miſſus ut agit de celebrando concilio, 1531. VI.

Hieronymus Emſer theologus ſacram ſcripturam in Germanicum ſermonem contra Lutheri hæreticam verſionem traducit, 1527. LXV.

Hieronymus archiepiſcopus Calaritanus: Hiſpani religione deterriti reliquias ex urbe avectas, illi conſignant, 1527. XLIV. Conſulit de iis Clementem, *ibid.* Pontificium ad eum reſponſum, *ibid.* Conceſſæ illi reliquiæ quæ ex urbe avectæ fuerant, 1531. CI.

Hieronymus Laſcus palatinus Siradienſis impius politicus conſulit Joanni Vaivodæ Tranſylvaniæ Hungariæ regno pulſo ut confugiat ad Solimannum Turcarum tyrannum, 1527. CVII. Innumera mala inde exorta, *ibid.*

Hieronymus Angelita de apportatione ſacroſanctæ domus e Galilea in Dalmatiam, e Dalmatia in Picenum hiſtoriam ſcribit, 1533. XXXIX. Eam Clementi VII. offert, *ibidem.* Incenſus cupiditate Clemens veritatem accurate explorari jubet, *ibid.*

Hieronymus Aleander Forojulienſis Archiepiſcopus Brundiſinus Venetus Romam pro diſponendis concilii rebus evocatur, 1534. III. Ejuſdem celebrationi curandæ deputatur, 1536. III. Cardinalis creatus ad Vicentiæ indictum concilium Legatus mittitur, 1538. IX. In Hungariam Legatus decernitur, XXXIX. Bohemorum ad Eccleſiam reductio ipſi demandatur, XXXIX. A Jacobo Sadoleto præcipuis laudibus extollitur, XLVII. In Germania concordiam ſarcire diu, multumque fruſtra tentat, ac demum fatigatus, ſpeque omni dejectus, Romam redit, XL. De reſcindendo Francfordienſi decreto apud Pontificem, & Carolum V. fortiter agit, 1539. VIII. Legatus concilii declaratur, XXV.

Hieronymus de Capiteferreo Recinetenſis in Luſitania concilium indicit, 1537. V.

Hieronymus Dandinus Cæſenas a Paulo III. ad promovenda pacis conſilia in Galliam dirigitur, 1541. L. Cardinali Turonio commendatur, *ibid.*

Hieronymus Ghinuccius e Cameræ Apoſtolicæ Auditore Cardinalis creatur tit. S. Balbinæ, 1535. VII.

Hieronymus Rorarius ad Regem Poloniæ nuntius a Paulo III. mittitur, 1539. XX. Item in Hungariam, XXVIII. & *ſeq.*

Hieronymus Verallus Rotæ Auditor: Inſtructio illi data, cum ad Regem Romanorum Nuntius mitteretur, 1541. LXIX.

Hieroſolymitani Equites decimarum onere levantur, 1534. IV.

Hippolytus Medices Cardinalis in Germaniam legatus mittitur pro ferenda ope Hungariæ, 1532. XXI. Quanta ſit illi authoritas demandata, XXII. Obvius illi occurrit Ferdinandus Rex, XXIV. Ad ædes illi paratas deducitur, *ibid.* Conductis decem millibus equitum Hungarorum dat vexilla Chriſti imagine depicta, XXIX. Redeunte in Italiam Imperatore detrectat Italicum exercitum in Hungariam ducere, 1532. LII. Abjecta cardinalitia purpura cultu militari Cæſarem præcurrit, *ibid.* Suſpicionem innuit ne Florentinum principatum affectet, *ibid.* Capitur Cæſaris juſſu, *ibid.* Dein laxatur cuſtodia, *ibid.* Non ſine veneni ſuſpicione emoritur, 1534. LXVIII.

Hippolytus Eſtenſis Diaconus Cardinalis creatur, 1538. XLVII.

Hippolytus Cardinalis Medices juſſu Clementis VII. promotionem Farneſii ad Pontificatum promovet, 1534. I. Peruſinam legationem adminiſtrat, 1535. LVIII.

Hiſpani pellere urbe Pontificem ac dirimere eccleſiaſtica exuere meditantur, 1527. VIII. Propulſati & metuentes ne pellerentur regno Neapolitano pacem orant, X. Incaute iis fidit Clemens & captas urbes reſtituit, *ibid.* Produnt Pontificem, XIII. Eorum promiſſa in contrarium verſa, *ibid.* Capta Roma Pontificem obſident in Adriana mole, XXII. Actis ſub ea cuniculis ad redimendam vitam indignis legibus compellunt, *ibid.* Jubentur a Carolo V. Pontificem dimittere, XXIX. Vincuntur in Inſubria a Gallico exercitu, XXXIII. Ingentem prædam prophanam & ſacram ex urbe avehunt, XLIV. Sacras reliquias archiepiſcopo Calaritano tempeſtatem paſſi conſignant, *ibid.* Poſt ingeſtas plures difficultates indigna paſſum Pontificem dimittunt, XLVI. Florentiam fame edomant, 1530. CLXXXVII. *Vid.* Ferdinandus Rex Hiſpaniæ & Carolus V.

Hugo Moncada Siciliæ prorex Hiſpano exercitui præfectus Pontificem in Hadriana mole obſidet, 1527. XXII. Cogit ad deditionem, *ibid.* Jubetur a Carolo V. Pontificem dimittere, XXIX. Mandatum exequi differt, *ibid.* XLVI. Terre a Lautrechio, mari a Philippino Auria obſidetur, 1528. V. Maritimo prælio extrema clade funditur, *ibid.* In pugna exuſtus proditionis in Pontificem pœnas, dat, *ibid.*

Hugo Rangonus epiſcopus Regienſis & princeps miſſus ad Lutheranos principes ut conveniat cum iis pro celebrando concilio, 1533. VIII.

Hungaria: Hungariæ motus componere ſtudet Paulus III. 1534. V. & *ſeq.* Lutherana hæreſi Hungariæ Regnum inficitur, VII. Qua ratione concilium ipſis fuerit indictum, 1537. VI. Cum Epiſcopis male ibi intruſis quomodo actum, *ibid.* Legatum in Hungariam Cardinalem Aleandrum Pontifex decernit, 1538. XX. A Turcis multis cladibus exagitatur, 1539. XXVIII. Pro aſſerendo Hungariæ Regno Stephano Joannis filio Oratores ad Solymannum Hungari mittunt, 1540. LXI. Eorum conſilium a Paulo III. damnatur, *ibid.* Hungariæ Præſules Pontificis adhortationibus nequaquam audientes, Turcico jugo infeliciter ſubduntur, LXIII. Contra Turcas Hungariam invadentes ſuppetiæ in Ratiſbonenſi conventu decernuntur, 1541. XXXII. Hungariæ interitus diſſidens, a Turcis exterius vexatur, XLVI. Eccleſiæ Hungariæ a Solymanno ritu Mahometico prophanan-

Digitized by Google

nantur, XLVII. Hungariæ Regnum luxu diſfluens miſere concidit, *ibid.*
Huttus hæreſiarcha: ab Huttus ſibi inferre mortem voluerit, 1528. XXXVIII. Fuit illuſus ludibrii dæmonis, *ibid.* Huttitarum ſectam condidit, *ibid.* Crudelia ejus conſilia, *ibid.* Ejus ſpurcitiæ, *ibid.* Et fraudes, *ibid.*
B. Hyacinthus ordinis Prædicatorum miracula ingentia edit, 1527. CV. Beati nomen cultuſque illi a Clemente VII. decernuntur, *ibid.*
Hypoſtaſis: Cur de ea voce antiqui patres controverterint, 1532. LXXXI.

I

JAcobus V. Scotiæ Rex religionem tuetur, 1527. LXXXV. Conſanguineum hæreticum flammis tradi jubet, *ibid.* Ad tuendum Chriſtianum imperium contra Solimannum paratum ſe exhibet, 1532. VII. Actæ illi gratiæ a Clemente VII. & ab eodem rogatur ne prava avunculi Henrici Regis Angliæ exempla & conſilia ſequatur, 1533. LXXVI. Afficitur pluribus privilegiis, *ibid.* Decernit in publicis comitiis perſtandum in obſequio ſedis Apoſtolicæ, *ibid.* Hæreticos Edimburgi exuri jubet, *ibid.* In Henricum Angliæ Regem commotus, 1535. XIII. Ejus cum Rege Galliæ affinitatem promovet Paulus III. 1536. XXX. Ab Henrici VIII. ſocietate per literas a Pontifice deterretur, XXXI. Regi Gallorum auxilium, irrito conatu, mittit, *ibid.* Lutetiam Pariſiorum ſolemniter cum Regis filia nuptias contracturus ingreditur, *ibid.* Dionyſium Laurerium Ordinis Servorum pro concilio eidem, totique Scotiæ Regno indicendo Pontifex mittit, 1537. V. Reginaldus Cardinalis Polus in Angliam Legatus eidem Jacobo Scotiæ Regi a Pontifice commendatur, XXXIX. Gladio, & pileo in nocte Nativitatis Domini conſecrato a Pontifice donatur, XL.
Jacobus Kautius hereſiarcha: Illius ſe a Deo miſſum jactantis furor adverſus omnes, 1527. LXVIII. Baptiſmum puerorum & Euchariſtiam negat, *ibid.* Deficit ad ethnicismum, LXIX. Ejus ſequaces Wormatia ejecti, LXXI.
Jacobus Sabellus Card. creatur, 1539. XXXVIII.
Jacobus Sadoletus Mutinenſis Epiſcopus Carpentoratenſis inter Cardinales cooptatur tit. S. Calixti, 1536. XLIX. Placentiæ Concilium indici ſuadet, 1537. XXVIII. Pacem inter Reges enixe promovet, 1538. XIII. Circumſerpentem hæreſim a comitatu Venuſino viriliter arcet, 1534. XLII. Ipſum acrius ſtimulat Pont. pro Civitate Avenionenſi & Comitatu Venuſino ab hæreticis cuſtodiendo, 1539. XXXIII. Cum hæreticis quo pacto ſe gereret, XXXIV.
Jacobus Simonetta Rotæ auditor Cardinalis creatur tit. S. Cyriaci, 1535. VII. Pro Concilii celebratione deputatur, 1536. IV. Vicentiam pro ipſo inchoando dirigitur, 1538. IX. 1539. XXV.
Jana Semeria: Ejus amore irretitus Henricus VIII. Annam Bolenam faſtidire incipit, 1536. XXVI. In filii Eduardi partu laxato nimium medica arte utero, præ cruciatu moritur, 1537. XLIV.
S. Ignatius Lojola ſocios ſibi aſciſcit Pariſiis, 1534. XLIV. Nuncupatis votis ſocietatem conſtituit, *ibid.* S. Xaverium pietatis documentis inſtruit, XLV. Socios in divina contemplatione exercet, *ibid.* Petere Jeroſolymas ad ferendam fidem Chriſtianam deliberat, XLVI. Illius & ſociorum conſilia divinitus commutata, *ibid.* Exercitia ſpiritualia ab ipſo compoſita magno Catholicæ Eccleſiæ compendio, 1548. XXV. Animam Joannis Coduri in cælum deferri videt, 1541. XLIV.
Ignis parcit ſacris imaginibus Deiparæ, 1533. XLII. Cedit ſacræ Sindoni, 1533. LXII.
Illuminati hæretici decepti a dæmone, 1532. LXXXVI.
Imagines ſacræ a Lutheranis Torpathi exuſtæ, 1527. LXXXII. Imaginibus Chriſti & B. Virginis præſecta capita ab hæreticis, 1528. LXXX. Franciſci I. Francorum Regis ad eam ſarciendam injuriam pietas, *ibid.* Chriſti e cruce pendentis imago argentea rapta ex Ultrajectina eccleſia a Lutheranis, dumque eam monetarius liquare tentat utraque ejus manus ambuſta & amputata decidit, 1528. CIII. Sacrilegii ſocii perterriti deterſo pulvere eam in ſuo loco reponunt, *ibid.* Crucifixi imagines ab hæreticis confixæ gladiis & lanceis, 1531. LXI. Imagines Deiparæ in mediis flammis illæſæ, 1533. XLII. Contra SS. Imagines impie invehitur Henricus VIII. Angliæ Rex, 1538. XLIV. Inter Lutheranos, & Zuinglianos maximæ ſuper Imaginum cultu diſſenſiones oriuntur, 1540. XXXIV.
Immenſitas Dei negata a novatore Suvenckfeldio, 1527. LXXVI.
Imola Joanne Saxatello pulſo a Lautrechio reſtituitur Pontifici, 1528. IV.
Imperator Æthiopum exhibet Pontifici obſequia, 1533. XXVII.
Inconſtantia propria hæreticorum, 1536. XXXIX.
Indi occidentales. *Vide*, Americani, & Mexicani.
Indiæ: In Indiis Orientalibus, Regia Urbe Cambaja expugnata, propagatur Regnum Luſitanum, & Religio Chriſtiana, 1536. XLVIII. Indiarum Legatio S. Franciſco Xaverio a Paulo III. demandatur, 1540. LXVI.
Induciæ inter Carolum V. & Franciſcum I. a Pontifice per decennium firmantur, 1538. XIII. Abruptæ, 1541. XLVIII.
Innocentius Cardinalis Cybo Paulum III. Pontificia thiara coronat, 1534. II. Coſmum Medicem, occiſo Alexandro, in Florentinorum Ducem eligi, conſilio, & ſolertia ſua obtinet, 1537. LXVI.
Inſubres contra Hiſpanos ob ipſorum graſſationes concitantur, 1538. XVIII.
Interdictum contra Lucenſes ob Clerum injuſtis tributis vexatum fertur, 1538. X.
Interim Caroli V. decretum nefarium editum pro Lutheranis medio temporis intervallo uſque ad concilium, 1530. CIV.
Joachimus marchio Brandeburgenſis elector cum Ferdinando Rege Moguntinum Cardinalem Euchariſtiam deferentem ſtipant, 1530. LXIV. Tuetur fidem catholicam, XC. Gratulatur illi Clemens VII. *ibid.* Pro ſarcienda Germanica concordia ſolicitus, 1538. XXXVIII. XL.
Joannes Baſilius Dux Moſcovitarum audita eccleſiæ Moſchorum everſione facta Torpathi a Lutheranis ſcelus ulciſci deliberat, 1527. LXXXIV. Caroli V. impiam diſſimulationem in permittenda Lutheranorum adverſus catholicos tyrannide & ſacrorum prophanatione execratur, *ibid.*
Joannes Comes Scepuſienſis Vaivoda ſeu præfectus Tranſilvaniæ poſtea Hungariæ Rex: Reſcinditur Joannis electio a proceribus Hungaris, 1527. CVII. Pellitur a Ferdinando Pannoniæ regno, *ibid.* Fœdus init cum Franciſco I. Gallorum Rege, *ibid.* Ad Poloniæ Regem profugit eumque appellat de fœdere adverſus Ferdinandum, *ibid.* Repulſus ab eo, ex Hieronymi Laſci politico impio, & infœlice conſilio ad Solymannum Turcarum tyrannum poſtea perfugit, *ibid.* Pontificiam opem implo-

plorat, 1528. XLIV. Expoſita illi a Pontifice inopia ſua, *ibid.* Ad Turcam ſe confert, *ibid.* Solymannum concitat in Ferdinandum Regem 1529. XXXII. Copias conjungit cum Solimanni copiis, XL. Fundit Ferdinandi Regis copias, *ibid.* Hungaros ſubornare nititur, 1530. CLXXXIV. Omnium odiis ardet, *ibid.* Artes adhibet ad corrumpendos proceres, *ibid.* Strigonium Viſſegradum & Vacia illi a Ferdinando erepta, *ibid.* Budæ obſidetur eamque Turcicis copiis propugnat, *ibid.* Inter eum & Ferdinandum interpretem agit Sigiſmundus Poloniæ Rex, CLXXXV. Ad extremam famem redigitur, CLXXXVI. A Turcico exercitu obſidione liberatur, *ibid.* Decem Hungarorum millia abſtrahi in ſervitutem conſpicatus lachrymas continere non poteſt, *ibid.* Culpam in Ferdinandum rejicit, *ibid.* Sua ambitione Hungariam male perdidit prodiditque Chriſtianum nomen, *ibid.* Solimanni juſſu de concordia agit cum Ferdinando ad opprimendum incautum, 1532. IX. Pontificiæ ad eum litteræ, *ibid.* Joannem Laſcum qui prodendæ Turcis Hungariæ author fuerat, tormentis ſubjicit ut ſuſpectum, 1534. LVIII.

Joannes Eckius Ingolſtadienſis theologus in Auguſtano conventu Melanctonem & alios Lutheranos adigit ad profitendum non ſola fide hominem juſtificari, 1530. XCVI.

Joannes Fiſcherus epiſcopus Roffenſis poſtea Cardinalis & martyr prædicit impendens urbis excidium niſi clerus reſipiſceret, 1527. II. Ab Anna Boleno corruptus coquus ut eum veneno tolleret, 1533. LXXI. Servatus divinitus pereuntibus domeſticis, *ibid.* In fraudem induci ſe ſinit & concipit cum clero iniquum juſjurandum, LXXII. Graviſſimum errorem poſtea plangit, *ibid.* Debuerat Regem docere, quid Regi liceret, quid non liceret, *ibid.* Sentit Elizabetham Bartonam ſanctimonialem, quæ aſſerebat Henricum Regem non eſſe, quod ea Deo non regnaret, non eſſe fanatico ſpiritu agitatam, 1534. VI. Id datum illi crimini, *ibid.* In carcere ab Henrico pro fide catholica detinetur, 1535. VII Commendatur a Pontifice Galliæ Regi, & Cardinalis in vinculis creatur tit. S. Vitalis, *ibid.* Nunquam hujuſmodi honorem appetierat, VII. Divinitus a veneno ſibi parato cuſtoditur, *ibid.* Ejus in morte ſtrenua conſtantia, IX. Ejus ſcripta mire hæreticos diſtorquent, *ibid.* Virtutes ejus a Reginaldo Polo recenſentur, *ibid.* Roffenſem Epiſcopatum, quamvis tenuiorem, numquam cum pinguiori mutare voluit, *ibid.*

Joannes dux Saxoniæ pergens ad Auguſtana comitia ſecum Melanctonem ducit, 1530. LX. Lutherum in Coburgenſi arce relinquit Cæſaris iram veritus, *ibid.* Juſſus a Carolo V. pulſos monachos reſtituere monaſteriis, 1530. CXXVIII. Intercedit electioni Ferdinandi I. 1531. III. Sollicitat ad defectionem Angliæ & Galliæ Reges, 1531. III. Fides late amplificata apud Mexicanos dum in Europa a pluribus deſeritur, 1531. CII. *& ſeq.* Qui modus pro fide amplificanda uſurpatus, *ibid.* CIV. *& ſeq.* Joannis ducis Saxoniæ infeliciſſimus obitus, 1532. LXXV. Horrendos mugitus edit moriturus, *ibid.* Lutherus & Melancton hæreſiarchæ ad eum vocati in extremo agone, *ibid.* Ut monitus fuerit a Joachimo electore Brandeburgenſi reum futurum de malis conſequentis, *ibid.* Prædicat de eo Lutherus illum ante biennium in confeſſione Auguſtana mortiferum venenum porrectum a Sathana ebibiſſe, *ib.* Lutheri ineptiæ obtrudentis eum veluti martyrem, LXXVI.

Joannes Coclæus theologus eximius Chriſti athleta ſcribit in Lutherum & ob contradictiones demonſtrat eſſe ſepticipitem, 1529. X. Propoſitiones Henrici Regis pro reſcindendo conjugio in academiis expoſitas edito libro refellit, 1534. II. Librum Gaſparis Quaramier contra Lutheranos ex Theutonico Latinum reddit, 1535. XIX. Hiſtoriam Lutheri, & Lutheranorum deſcribit, 1536. XXXIX. Item Philippicas contra Philippum Melanctonem, *ibid.* Luthero, ejuſque aſſeclis Concilii authoritatem obterentibus ſtrenue reſpondit, 1537. V. Georgio Duci Saxoniæ pro Catholica Religione aſſerenda multo adjumento fuit, XII. Gaſparem Cardinalem Contarenum monet, ne Buceri, ac Melancthonis pacem offerentium Simulationibus credat, 1539. II. Catholicorum ignaviam hæreticorumque ſollicitudinem deplorat, 1540. V. Articulos Confeſſionis Auguſtanæ in epitomen contrahit, ſuamque ſententiam exponit, XLIX. Nonnulla opuſcula pro fide Catholica illuſtranda edit, 1540. LX.

Joannes Rex Luſitaniæ ſollicitatur ad conjungenda in Turcas arma, 1530. CLXXVIII. Adenæ & Xaerii Reges illius in clientelam ſe conferunt conſtituto vectigali, 1530. CCIV. Rex oratorem mittit ad Clementem, 1533. XX. Significat Clementi Regem Maniocongi ad Chriſtum converſum, XXI. Imperatorem Æthiopum ad conjunctionem cum Romana eccleſia adducit, *ibid.* Collaudatur publice a Clemente de eximio in fide propaganda ſtudio, XXX.

Joannes Bugenhagius Pomeranus Apoſtata in Dania Lutheranam hæreſim propagat, 1532. LXXXIV. Scribit librum contra communionem unius ſpeciei, CLXI. Invehitur in epiſcopos, *ibid.* Illius avaritia, *ibid.* In prædicando pſeudoevangelio, *ibid.* Lutheri conſcientiæ furiis exagitati confeſſionem excipit, 1527. LXII.

Joannes Bokelſon pſeudoapoſtolus Matthiæ Harlemenſis piſtoris pſeudochriſti idemque antichriſtus anabaptiſta creatur pſeudoapoſtolus a Joanne Matthia pſeudochriſto anabaptiſtico, 1533. LIX. Monaſterium venit cum alio pſeudoapoſtolo, 1534. XXII. Mira hominis hypocriſis, *ibid.* Suadet nondum trucidandos alterius religionis cives ut toto ſcelus fiat, *ibid.* A dæmone agitatus per Monaſterium vociferatur, XXIII. Simplicem populum hortatur ut baptiſmum Chriſti ejuret, fictumque a dæmone ſuſcipiat, XXIII. Socio pſeudopropheta ob ludibria dæmonis extincto, mira fraude & ſtultis nemis populum Monaſterienſem ſeducit, XXIX. Jactat viſa inania, *ibid.* Cum alio ſeductore ad plebem fallendam conjurat, *ibid.* Carnificis dignitatem primam conſtituit in everſa republica, XXX. Noctu per monaſterium ut a dæmone agitatus diſcurrit, XXX. Deliramenta pro vaticiniis canit, *ibid.* Fingit ſe mutum tribus diebus, *ibid.* Vocem deinde divino prodigio recuperare ſimulat & quæ finxit ſtultæ plebi anabaptiſticæ perſuadet, *ibid.* Novas leges dat Monaſterienſibus, XXXI. Deprehenſus in adulterio polygamiam inducit, *ibid.* A parte adverſa polygamiam damnante carcere includitur cum ſociis, *ibid.* A polygamiæ defenſoribus liberatur, *ibid.* Cædi jubet non aſſentientes polygamiæ, *ibid.* Reſcindit omnia matrimonia, ut omnes affinitates confundat, *ibid.* Comminiſcitur dolos ut Dei verba dicere credatur ab inſanis, *ibidem.* Sathanæ opera creatur Rex, XXXII. Mira illius in tyrannide ſuſcipienda hypocriſis, XXXIII. Adverſantes illi terrore & minis reprimit, *ibid.* In prætorianorum militum ſagis, orbis gladiis tranſverſis confixi imaginem pingi jubet, XXXIV. Gloriatur ſe orbem univerſum domiturum ferro, *ibid.* Pſeudochriſtum agit, XXXVII. Mittit pſeudoapoſtolos in vicinas urbes ad decipiendos populos, XXXV. Falſo pollicetur eos ne pileum quidem capitis amiſſuros, quos carnificinæ ſtultiſſime expoſuit, XXXV. Ferrum flammaſ-

que

que interminatur, iis, qui ejus ſuperſtitionem inſanam non ſuſceperint, *ibid.* Novam cœnæ Dominicæ formam inſtituit, *ibid.* Warendorpenſes corrumpit, *ibid.* Ejus pſeudoapoſtoli ſupplicio affecti illuſique a dæmone, *ibid.* Aliqui ex iis ſeductos ſe agnoſcunt, *ibid.* Ab uno ex iis dein proditus per varias fraudes tyrannidis deſire triſtes exitus ſortitur, *ibid.* Quæ de Chriſto in Scripturis dicebantur, ſibi arrogat, 1535. XXXVIII. Impias leges promulgat, XXXIX. Conjuratione Henrici Graſſii circumventus, XXXIX. *& ſeq.* Carnificis munus, ac pleraque alia indigna, ipſa in urbe Monaſterienſi exercet, XL. Mucrone confoditur, *ibid.*

Joannes Faber theologus inſignis cum Balthaſare hæreſiarcha diceptat revinciique ejus hæreſes, 1528. XXXI. XXXIV. Plura Pontifici ſuggerit ad Concilium apte, & utiliter celebrandum, 1536. XXXVI *& ſeq.* Librum pro Primatu Petri, ac Miſſæ Sacrificio aſſerendo edit, *ibidem.* Jubetur a Pontifice cum Eckio, & Nauſea Doctoribus falſa hæreticorum dogmata ex illorum libris excerpere, XXXVIII. Joannem Moronum Apoſtolicum Nuntium de concilii congregandi neceſſitate, ac de miſero Germaniæ ſtatu certiorem facit, XXXIX. Cum ipſo fidem publicam a Ferdinando Rege ſive a Cæſare, pro hæreticis ad concilium venientibus impetrare jubetur, 1537. VII. Commendatur a Pontifice ob ſtrenuum fidei catholicæ zelum, XXXVI. Ad Spirenſem conventum cum præclaris quibuſdam viris accedere, ut religionis cauſam defenderet, a Pontifice ſollicitatur, 1540. XXX. Haganoæ conventui intereſt, fœdamque Germaniæ faciem poſt hæreſim ob oculos ponit, 1540. XXXIII. *& ſeq.* Plurima, & ſalubria monita pro Wormatienſi conventu ſuppeditat, 1540. LIII. Obitus ejuſdem, 1541. XII.

Joannes archiepiſcopus Upſalenſis interpretem agit ut Heduvigis Regis Poloniæ filia Guſtavo Regi Sueciæ jungatur lege addita, ut Lutheranam impietatem damnet, 1527. LXXXV. Repudiata conditio a Guſtavo, *ibid.* Urget eum Guſtavus ut concilium in Suecia celebret, 1529. XXV. Cui diſſenſerit, *ibid.* Confert ſe ad Clementem VII. ut confirmetur, 1532. XXXVIII. Amanter excipitur & pallio decoratur, *ibid.*

Joannes Baptiſta eremita prædicat Romæ pœnitentiam ad avertendum imminens excidium, 1527. I. Matthæum Gibertum Datarium arreptis equi habenis deſiſtere jubet & crimina plangere, *ibid.* Conjicitur in carcerem, *ibid.* A Germanis emiſſus e carcere prædicit iis brevi gaudio ipſos potituros, XIX.

Joannes Maria de Monte archiepiſcopus Sypontinus poſtea in pontificatu dictus Julius III. datus obſes Germanis a Clemente, VII. 1527. XXXI. A barbaris ter ad furcam circumductus, *ibid.* Bononiæ civitatem gubernat, 1534. XIV. Alexandro Farneſio, & Guidoni Aſcanio Sfortiæ Cardd. creatis rubrum pileum Bononiæ imponit, 1534. XIV. *& ſeq.* Presbyter Cardinalis creatur, 1536. XLIX.

Joannes Zumarraga ordinis S. Franciſci epiſcopus Mexicanus, fidem amplificat in Mexico, 1527. CXV.

Joannes Baptiſta Palavicinus pſeudocarmelita Lutheranam hæreſim Brixiæ diſſeminat, 1528. CVII. Clementis VII. imperio coercetur, *ibid.*

Joannes Agricola Antinomorum princeps negat ſe obligari ad bona opera divinæ legis, 1529. XI. Corrupta juventus eum ſequitur, XII.

Joannes dux Saxoniæ interpellatus de ferendis auxiliis contra Turcas conjurat in Carolum V. cum ſociis, 1529. XXV. Poſcit ut celebretur concilium in Germania eum œcumenica concilia temneret, *ibid.* Quæ fuerit ejus ſtatus in eo petendo, *ibid.* Quid illi a Carolo V. reſponſum, *ibid.*

Joannes Compoſtellanus archiepiſcopus creatus Cardinalis a Clemente VII. 1531. XCII. Clementis ad eum literæ, *ibid.* Præſcripta juriſjurandi nuncupandi formula, *ibid.* Infringit libertatem eccleſiaſticam in Hiſpania cum regio ſanctiori ſenatui præeſſet, LXXV. Arguitur a Clemente, *ibid.*

Joannes Campanus hæreſiarcha Trinitatem impugnat, 1532. LXXX. Reſiſtunt illi Lutherani cum Luthero, *ibid.*

Joannes Tipeumacher Anabaptiſtarum in Friſia & Hollandia præſes præficitur iis a Melchiore Huffmanno illuſo a dæmone, 1532. LXXXVI. Dum per Bataviam excurrit capitur atque exuritur, *ibid.*

Joannes de Decventria provincialis ordinis Minorum ſcribit pro ſacrificio miſſæ contra Bernardum Rothmannum, 1532. XCII.

Joannes Aurelianenſis princeps creatus Cardinalis a Clemente VII. 1533. XXXIV.

Joannes Matthias pſeudopropheta anabaptiſticus fuit piſtor Harlemenſis adulter, 1533. LIX. Moſem ſe dicit, ut circumciſionem inducat, *ibid.* Dicit ſe Enoch & rebaptiſmum prædicat, *ibid.* Meditatur Chriſtianum imperium exſcindere, *ibid.* Ejus impia dogmata & inſana, *ibid.* Negat verbi incarnationem, *ibid.* Sectam propagat inter Batavos, *ibid.* Creat duodecim pſeudoapoſtolos, *ibid.* Ex iis unus tyrannidem corripit inter Monaſterienſes, *ibid.*

Joannes Venutius creatus Cardinalis a Clemente VII. 1533. LXXXVII. Qui titulus illi attributus, *ibid.*

Joannes Foreſtus Franciſcanus Hugoni Latimero hæretico pie reſiſtit præſente Henrico VIII. 1533. LXXV. Conjicitur in carcerem, *ibid.* Catharinæ Angliæ Reginæ confeſſiones excipit, 1536. XXIV. Carcerem, aliaſque cruciatus pro fide perpeſſus, ad conſtantiam ab ipſa incitatur, *ibid.* Lento igne Henrici VIII. juſſu crudeliſſime torquetur, ac ſimul ejus ſtatua comburitur, 1538. XLIV.

Joannes Bellajus epiſcopus Pariſienſis miſſus a Franciſco I. ad Henricum VIII. ut hortetur eum, ne deficiat ab Eccleſia, 1534. III. Elicit reſponſum, non diſceſſurum, ſi Clemens cenſuras differat, *ibid.* Adit Pontificem ac intra præſcriptum tempus mandatum regium proferre ſpondet, *ibid.* Proferre non potuit dicto tempore & lata eſt ſententia, *ibid.* Renuntiatur Card. tit. S. Cæciliæ, 1535. VII. Sacratiſſimam Euchariſtiam per urbem Pariſienſem ſumma pompa circumfert, 1535. XXII. Monetur a Pontifice, ut affinitatem inter Franciſcum Regem Galliæ, ac Jacobum Scotiæ promoveat, deterreatque a ferendis Anglo auxiliis, 1536. XXX.

Joannes Mathiſſon Anabaptiſta pſeudoapoſtolus a Matthia Harlemenſi pſeudochriſto miſſus Monaſterium ſe pro Enocho jactat inter Anabaptiſtas, 1534. XXI. Differri jubet ſeditionem, ut tuto fiat, *ibid.* Novum baptiſmum inſtituit, quem igneum vocat promiſcuos ſcilicet concubitus, XXV. Agitatus a dæmone per Monaſterium diſcurrit, XXVII. Jubet omnes pelli ac ſpoliari qui Anabaptiſmum recuſent, *ibid.* Omnia bona Monaſterienſium in commune redigi jubet, XXVIII. Promittit illi dæmon eum paucis militibus hoſtes Monaſterienſi obſidione depulſurum, *ibid.* Deluſus perit, *ibid.* Subrogatus illi alius pſeudopropheta, XXIX.

Joannes Duſencheur Aurifaber Anabaptiſta pſeudoprophetam agit, 1534. XXXII. Joannem Bukelſonem ſartorem pſeudoprophetam Regem creat, *ibid.* Spoliari omnes Monaſterienſes bonis omnibus jubet & in commune gazophylacium omnia conferri, XXXIV.

n

Jo-

Digitized by Google

Joannes Laſcus, qui prodendæ Turcis Hungariæ author extiteret ut ſuſpectus tormentis ſubjicitur, 1534. LVIII. Ob Sigiſmundi Regis Poloniæ preces evadit, *ibid.*

Joannes Beroaldus Epiſcopus Teleſinus orationem de ſummo Pontifice eligendo ob Pauli III. obitum in Æde Vaticana habet, 1539. XLVIII.

Joannes Burchardus Ordinis Prædicatorum ſtrenue contra Lutherum laborat, 1537. IX.

Joannes Calvinus hæreſiarcha ſuam edit inſtitutionem, 1535. XX. Impia ejus dogmata ex Gaalterio deſumpta, XXIV. Genevæ, unde aliquando exul, receptus, ſuis dogmatibus eam demandat, 1535. xxv. De Euchariſtiæ Sacramento delira multa promit, 1538. xlii. 1539. xxxiii. Fictum mortuum ad vitam revocare præſumens, veraciter mortuum deprehendit, 1538. XLII. Sectarios Lutherum extollentes irridet, 1539. xxii. Ratisbonenſi conventui intereſt, 1541. XXXVI.

Joannes Codurus Societatis Jeſu in Hiberniam a Paulo III. pro fide Catholica conſervanda dirigitur, 1541. xli. & *ſeq.* Ante ſuſceptam Provinciam defunctus a S. Ignatio in Cœlum deferri conſpicitur, xliv.

Joannes Eckius commendatur a Pontifice, 1535. xxxiii. 1536. XXXVIII. Cum Fabro, & Nauſea ex hæreticorum libris falſa dogmata excerpere a Pontifice jubetur, 1536. xxxix. Hæreſis progreſſum deplorat, 1540. VI. Concilii Generalis celebrationem ſuadet, LII. Cum Philippo Melancthone de originali peccato prolixe diſputat, LIX. In Ratisbonenſi conventu cum Proteſtantibus diſputat, 1541. vii. Librum Concordiæ improbat, ix. Strenue contra articulum, quod ſola fides juſtificet, inſurgit, 1541. xiv.

Joannes Gropperus ſola fide Juſtificari hominem, quo pacto viſus admittere, 1541. xiv. xxv. In Ratisbonenſi conventu cum Proteſtantibus diſputat, 1541. vii.

Joannes Hailus Parochus pro fide Catholica excarnificatus, 1535. VI.

Joannes Hogthonus Carthuſianos pro fide Catholica ultimum ſupplicium in Anglia ſubit, 1535. III. & *ſeq.* Ejus membra Carthuſiæ portis ad alios exterendos affigi jubet Henricus viii. vi.

Joannes Hungariæ Vaivoda: Ejus tuendi ſpecie Hungari ſub Turcarum ditionem Regnum redigebant, 1534. V. Cenſuris Eccleſiaſticis constrictus abſolutionem contemnit, 1537. vii. Pacem inter ipſum, & Ferdinandum tentat Pontifex, vi. A Clemente vii. anathemati ob Turcas in Hungariam vocatos ſubjicitur, vii. Abſolutionem a cenſuris non curat, *ibid.* Concilium ipſi ſignificare indictum jubetur ampla inſtructione Joannes Moronus, 1537. vi. Ad pacem cum Ferdinando apoſtolica authoritate incitatur, 1538. xx. & *ſeq.* Elizabetham, ſive Iſabellam Poloniæ Regis filiam matrimonio ſibi jungit, 1539. xx. Præ vini intemperantia in convivio ob ſuſceptum filium celebrato, paulo poſt moritur, 1540. lxi. Ejus poſtrema voluntas adverſum initas cum Ferdinando pactiones, *ibid*

Joannes Iſlebius a magiſtro ſuo Luthero Palinodiam cantare cogitur, 1538. XLI.

Joannes Cardinalis Lotharingius Pauli III. aſſumptionem promovet, 1534. I. Regis Galliarum nomine Carolo V. pacis conditiones proponit, jubetque propterea arma Gallica citra Deriam amnem ſubſiſtere, 1536. XI. Ad pacem tractandam cum Memorantio Leucatam mittitur, 1537. LIX.

Joannes Luſitaniæ Rex Philippum Lapium Oratorem ad Paulum Pontificem congratulationis cauſa mittit, 1534. VIII. Ludovicum fratrem pluribus inſtructum navibus ad Cæſaris Africanam expeditionem adjuvandam immittit, 1535. XLVIII. A Pontifice novis, & fortioribus ſtimulis ad illam proſequendam ſolicitatur, LVI. De ſpe Angliæ ad fidem reſtituendæ certior fit a Pontifice, 1536. XXVI. Propagatur in Indiis Orientalibus una cum ipſius ditione Chriſti religio, XLVIII. A Pontifice Apoſtolicos miſſos pro Indiis convertendis, ipſumque S. Franciſcum Xaverium accipit, 1540. LXVI. Abyſſinorum Imperatori contra Turcas auxilium mittit, 1541. LXVII.

Joannes Moronus Mutinenſis Epiſcopus in Germania Nuntius, 1536. xxxviii. & *ſeq.* Ad eum de concilio maturando, ſtatuque Religionis ſcribit Joannes Faber Epiſcopus Viennenſis, *ibid.* Indictionem concilii per Germaniam promulgat, 1536. XLIII. Et per Pannoniam, 1537. V. A Pontifice, ut reviviſcentem Mediolani Beghinarum & Pauperum de Lugduno hæreſim excindat, jubetur, 1536. XLV. Inſtructio ipſi datur quomodo ſe gerere debeat in Germanica, & Hungarica legatione, 1537. VI. Pacem inter Ferdinandum, & Joannem Hungariæ Reges Apoſtolica interpoſita authoritate, componere jubetur, 1537. LXV. Ad Conventum Haganoæ Nuntius dirigitur, 1540. xxxii. Præceptiones, & mandata illi conſignata, xxxiv.

Joannes Cardinalis Piccolomineus Eccleſiaſticæ diſciplinæ reformationi præficitur, 1534 II. Concilii celebrandi congregationi, 1536 IV. Ad Carolum V. pro parta Africana victoria congratulaturus Legatus mittitur, 1535. LIV.

Joannes Poggius in Hiſpania Concilium indicit, 1537. V.

Joannes Piſtorius hæreticorum partes in Conventu Ratisbonenſi tuetur, 1541. VII.

Joannes Riccius Politianus a Paulo III. ad Cæſarem pro reſcindenda Francofordienſi concordia mittitur, 1539. VIII.

Joannes Stattleus electus Tranſylvanienſis Epiſcopus Paulum III. pro tuendo adverſus Turcas Hungariæ regno ſolicitat, 1539. XXVIII. XXX.

Joannes Sturmius libellum contra Pauli III. ſuſceptam reformationem promulgat, 1539. XXII.

Joannes de Toledo Epiſcopus Burgenſis Cardinalis renuntiatur, 1538. XLVII.

Joannes Vaſſalius Archiepiſcopus Lundenſis ad Francofordiæ conventum cum multis inſtructionibus ab Imperatore mittitur, 1539. II. Auro corruptus iniquum ibi decretum admittit, 1539. X. Stimulis conſcientiæ agitatos purgare ſe nititur, 1539. VIII.

Joannes Baptiſta Adrianus hiſtoriam in multis ex vulgi rumoribus concinnavit, 1541. LII.

Joannes Dominicus de Cupis Cardinalis de Tranis nuncupatus Cæſari Romam venienti Legatus deſtinatur, 1536. I. Reformationi Eccleſiaſticæ reſtaurendæ deputatur, 1540. LXV.

Joannes Federicus Saxoniæ Dux negat una cum ſociis Smalcaldicis concilium admittere, cui Papa preſideat, 1535. xxxiv. Cum Cardinali Moguntino de juriſdictione contendit, 1537. XIII. Veſtrum Apoſtolicum Nuntium coram ſe admittere recuſat, XIV.

Joannes Maria de Monte Archiepiſcopus Sipontinus Bononiæ civitatem gubernat, 1534. XIV. Alexandro Farneſio, & Guidoni Aſcanio Sfortiæ Cardd. creatis rubrum pileum Bononiæ imponit, 1534. XIV. & *ſeq.* Presbyter Cardinalis creatur, 1536. XLIX.

Joannes Matthæus Gibertus Epiſcopus Veronenſis a Pontifice pro concilio Venetias mittitur, 1537. LX. Romam pro Cleri diſciplina inſtaurandæ accerſitur, 1540. LXV.

Joannes Petrus de Balma Epiſcopus Gebennen-

fis

ſis Cardinalis creatur, 1539. XXXVIII.

Joannes Petrus Caraſſa Epiſcopus Theatinus Romam a Paulo III. pro rebus Concilii vocatur, 1536. XL. Renunciatur Card. tit S. Pancratii, XLIX.

Joannes Vincentius Card. Caraffa Pontifice Niciam abeunte Legatus Romæ declaratur, 1530. IX.

Jodocus Calemburgius Anabaptiſta correptus a dæmone clamat cœlum ruiturum, ac videre myriada angelorum deſcendentium ad judisium, 1534. XXIII.

Iſabella Caroli V. uxor moritur, 1539. XXIII. Ejus immutati cadaveris ſpecies dedit S. Franciſco Borgiæ religioſum ſuſcipiendi habitum occaſionem, *ibid.*

Iſabella Hungariæ Regina filium enititur, 1540. LXI. Arbitrum controverſiarum inter filium, & Ferdinandum Auſtriacum, Sigiſmundum Poloniæ Regem Patrem ſuum depoſcit, LXIII. A Turcis auxilium contra Ferdinandum Hongariam ſibi ex pacto debitam invadentem petit, *ibid.*

Iſmael Sophi Perſarum Rex cum Solymanno pacem init, 1532. II.

Jubileus per ludibrium celebratus a dæmone apud Mexitanos idololatras expreſſus, 1527. CXII.

Judicium extremum: Georgius Stifelius Lutheranus illuſus a dæmone prædicat imminere diem judicii ante diem 29. Septembris proximum, 1533. LVII. Lutherum & Lutheranos terrore complet, *ibid.* Brevi futurum mentiuntur anabaptiſtæ ad terrendos ſimplices, 1527. LXXII. Illius jam jam impendentis falſo terrore plures in anabaptiſmum impulſi, 1534. XXIII. Diem Judicii inſtare, plurimi hæretici diſſeminabant, 1540. XLIX.

Julianus Garciat ordinis S. Dominici epiſcopus Thaſcallatenſis fidem in Mexico amplificat, 1527. CXV.

Julius Pflugius in Ratisbonenſi Conventu diſſerens, ſola fide juſtificari hominem, male viſus admittere, 1541. VII. XIV. XXV.

Juſtitia divina in Zuinglianos molientes opprimere armis catholicos, 1531. XXVI. *& ſeqq.*

K

KLopriſius Zuinglianus deinde Anabaptiſta Coloniam inficit, 1534. XXXV. Creatus pſeudoapoſtolus a pſeudochriſto anabaptiſtico, *ib* Captus ab epiſcopo Monaſterienſi ad Colonienſem archiepiſcopum miſſus vinculis conſtrictus, *ibid.* Exuritur, *ibid.*

Knipperdollingus Anabaptiſta Monaſterienſis duos pſeudoapoſtolos Joannis Matthiæ piſtoris Harlemenſis domo excipit, 1534. XXI. Eos pro Enoch & Elia oſtentat, *ibid.* Agitatus a dæmone per Monaſterium diſcurrit cum alio pſeudopropheta vociferando pœnitentiam id eſt de ejurando Eccleſiæ baptiſmo, XXIII. In ejus ædibus baptiſmus Igneus id eſt promiſcuus concubitus inſtitutus, XXV. Pſeudopropheta jubente omnes anabaptiſmo non conſentientes trucidari mutat ſententiam, ut ejiciantur ac ſpolientur, XXVI. Dæmone agitatus vaticinatur eccleſias omnes Monaſterienſes evertendas, XXX. Delatum a pſeudopropheta carnificis dignitatem admittit, *ibid.* Polygamiam approbat, XXXI. Incluſus carcere a detrectantibus polygamiam, *ibid.* Mox liberatur a polygamorum factione, *ibid.* Adverſarius, ut carnifex cædit, *ibid.* Pſeudoprophetæ in Regem creato invidet, *ibid.* Arreptus a dæmone inſtar quadrupedis per capita conſtipatæ multitudinis diſcurrit, XXXIV. Multa falſa vaticinatur, *ibid.* Oſtentat miracula, *ibid.* Mentitur ſe afflatu ſuo tradere Spiritum Sanctum, *ibid.* Ait Bokelſonem Regem eſſe ſecundum carnem ſe futurum Regem ſecundum Spiritum, *ibid.* Cenſet omnem Scripturam Sacram abolendam, omneſque leges politicas abrogandas, XXXIV. Vivendum ſecundum Spiritus ſuggeſtionem, *ibid.*

L

LAurentius Campegius Cardinalis decernitur legatus in Angliam a Clemente VII. in cauſa repudii Reginæ, 1528. CIX. Meditante Henrico Annam Bolenam hæreticam inducere ſuadet Clementi, ut cauſam revocet ad ſedem Apoſtolicam, 1529. XC. Jubetur a Clemente cauſam extrahere de induſtria, ut cupiditas regia deſerveſceret, *ibid.* Vetitum ipſi ne amplius cognoſcendæ illi cauſæ det operam, XCIII. Queritur apud Henricum ſpargi in vulgo libellos infectos hæreſi, *ibid.* Quibus legibus abſolvere juſſus ſit Chriſtiernum Daniæ Regem reſipiſcentem ab hæreſi, 1530. LIX. Dum celebrantur Auguſtani conventus morbo laborat, 1530. LXXIV. Inſtat oratoris opera, ut excindatur hæreſis Lutherana, *ibid.* Quid Caroli V. Imperatoris & ordinum Germaniæ nomine reſponſum ſit, *ibid.* Poſcit ab eo Melancton, ut Romana eccleſia duplicem ſpeciem laicis, ſacerdotibus conjugium permittat, LXXXIII. Pontificio juſſu de pace agit inter Ferdinandum & Joannem Vaivodam, 1532. XI. Vicentiam pro concilio inchoando legatur, 1538. IX. Concilii præſes deputatur, 1539. XXV.

Laurentius Cerius a Clemente V. tuendæ urbi Leoninæ cum quinque millibus ſclopetariorum præficitur, 1527. XVI. Cæſarei exercitus geminam impreſſionem repellit, *ibid.* In tertia invaſione obruitur, *ibid.*

Laurentius Donerus miniſter Lutheranus a dæmone aditur ad miſcendum colloquium, 1534. XXVI. Interrogatur quid ſentiat de Chriſto, *ibid.* Quid de Deipara, *ibid.* Tentatur, ut Virginem neget, ut ſentiat crucifixum Chriſtum quod peccaſſet in legem Moyſis, *ibid.* Audet conſerre ſermonem cum dæmone agnito, *ibid.* Illum denique repellit, *ibid.* Relictus a dæmone fœtor ingens, *ibid.*

Laurentius Cochlæus ab Henrico VIII. ob Primatum Papæ defenſum cum tribus monachis morti addicitur, 1540. LXIV.

Laurentius Medices Alexandrum Florentiæ Ducem proditorie occidit, 1537. LXVI.

Lauretana ædes: Ut domus ſacroſancta Virginis Lauretanæ e Galilæa in Dalmatiam, e Dalmatia in Picenum divinitus tranſlata, 1533. XXXIX. Clemens VII. mittit tres cubicularios ad indagandam rei veritatem, *ibid.* Dalmatarum de ea teſtimonium, *ibid.* Fundamenta domus ſanctæ dimenſa quadrare inventa cum ædicula fundamento carente, *ibid.* Collati lapides cum lapidibus ſimiles omnino inventi, flaventibuſque intermicantes, venis, *ibid.* Muri adſtructi ad firmandam ſacram domum divinitus repulſi, *ibid.* Inventa monumenta veteris miraculi, *ibid.* Iniit concilium Clemens de aperienda porta ne populus ſe mutuo præfocet, XL. Architectus irreligioſe parietem fodiens plexus, *ibid.* Religioſe & impune deinde perfoſſus paries, XLI.

Lautrechius in Neapolitanum regnum irrumpit, 1528. IV. Neapolim obſidet, V. Conatus ejus illuſi VIII.

Lea juriſconſultus ab Henrico VIII. monaſteriis præficitur, ut monachos in apoſtaſiam impelleret, virgineſque ſacras ad ſtupra ſolicitaret, 1536. XXIX.

Legati Cardinales ad concilium miſſi, 1538. IX. 1539. XXV.

Legatus Apoſtolicus in Indiis Sanctus Franciſcus Xaverius ſocietatis Jeſu conſtituitur, 1540. LXVI.

Libertas eb hæreticis prædicata, ipſi Eraſmo inviſa, ac fallaciis plena dignoſcitur, 1536. XLVII.

Liberum arbitrium: edito libro illud tuetur Eraſmus contra Lutherum, 1527. LXXII. Demonſtratum a Senonenſi concilio contra hæreticos, 1528. XLVIII. Ab Hæreticis negatur, 1540. XLIX. Quomodo ſuam de libero arbitrio opinionem acceperit Elzearius Miodanus, 1535. XXVIII.

Libri: E libris Sanctorum Patrum abradi jubet Henricus VIII. quicquid pro Romana Eccleſia facere poſſet, 1535. II. Libros, merces ſuas vocat Thomas Morus, XV. Subtrahuntur a Thoma Moro omnes libri, ne ab ipſis conſolationem hauriret, *ibid.* Apoſtoli, & Martyres diſcipuli Chriſti vivi libri fuerunt, in quibus legi poſſit voluntas Dei, & via ad fælicitatem aſſequendam, XVII. Libri hæreticorum flammis adurendi, 1536. XXXVII. Libri Sanctorum Patrum ab hæreticis corrupti, *ibid.* E libris hæreticorum falſa dogmata excerpere, & adnotare jubetur a Pontifice Joannes Faber, Eckius, Coclæus, & Nauſea, XXXVIII. Librorum Gentilium nimia lectio perniciosa, 1538. XLVII. Lutheri, & Hæreticorum errores a Carolo V. in Belgio proſcribuntur, 1540. ex. & *ſeq.*

Literæ Henrici Brunſvicenſium Ducis, eius ad manus Philippi Haſſiæ Lantgravii delatæ multum catholico fœderi nocumentum attulere, 1539. II.

Literæ Joannis Foreſti ad Catharinam Angliæ Reginam, ejuſdemque Catharinæ ad Henricum VIII. 1536. XXIV. & *ſeq.*

Livonia infecta hæreſi, 1527. LXXXII. A Lutheranis tyrannis exercita in catholicos, LXXXIII. & *ſeq.* Moſcovitarum dux de Livonibus vindictam meditatur, *ibid.* Livonia in diſcrimen adducta ne hæreſi inficeretur, 1531. LVIII. Livoniæ equites a Clemente admoniti, ut fidem tueantur, LIX. Equitum Livoniæ impietas, LXIV.

Locata Inſubriæ Oppidum pro pace firmanda deligitur, 1537. LIX.

Luca: Lucenſes interdicto eccleſiaſtico ob Clerum injuſte vexatum innodati, exolvi rogant, 1538. X. Paulus III. Lucæ ſolemni pompa excipitur, 1538. X. Carolum V. ad colloquium cum Pontifice venientem in palatio Magiſtratus excipiunt, eique Civitatis claves offerunt, 1541. XLIX.

S. Ludgerus primus Monaſterienſis epiſcopus fidem intulit primus Monaſterio & catholicus extitit non Lutheranus, 1534. XX.

Ludovica ſive Aloyſia Franciſci Gallorum Regis mater de pace inter Carolum V. & Franciſcum I. colloquium init cum Margareta Auſtriaca, 1529. LIX. Eam infeliciter perficit, LXVII.

Ludovicus Palatinus Rheni Anabaptiſtas & Lutheranos pellit Wormatia, 1527. LXXI.

Ludovicus presbyter Cardinalis tit. S. Cæſarii in hæreticos animadvertit in Sabaudia, 1533. LXS. Sacræ ſindonis in congruo loco reponendæ cum ex incendio divinitus ſervata eſſet data illi imperia, *ibid.*

Ludovicus, qui & aliis Rodericus Borgia Diaconus Cardinalis S. Nicolai, 1536. XLIX.

Luſitani: Septemdecim Luſitanorum inſignis in fide conſtantia, 1528. CXII. Luſitani Turcos ex Adeni obſidione depellunt, 1530. CCIV. Adenæ & Zaeru Reges vectigales conſtituunt, *ibid.*

Lutherani: Nonnulli Lutherani negant Chriſtum ac baptiſmum ſpernunt, 1527. LIV. De dogmatibus inter ſe digladiantur, *ibid.* In ſectarum varietate agnoſcit Lutherus dæmonem operari myſterium iniquitatis, *ibid.* Contradictoria dicunt jactantque ea eſſe verbum Dei, *ibid.* Ubique eſſe corpus Chriſti ſomniant, *ibid.* Quales fuerint novi evangelici utque ex Lutheri doctrina in pejora lapſi, LXI. Eccleſiam reformare ſe effutiunt eam eam evertant, LXVI. Lutheraniſmum odio & invidia exceptum faſſus eſt Lutherus, 1527. LXVII. Lutherani cum Anabaptiſtis Wormatia eiecti, LXXI. Qui ſint Lutheranorum evangeliſtæ abſurdaque eorum deliramenta, 1527. LXXX. Tyrannidem in Livonia exercent in catholicos, LXXXIII. Crudeliter ſanctimoniales pellunt e monaſteriis, *ibid.* De Lutheranis Livonibus vindictam meditatur Moſcovitarum dux, LXXXIV. Lutherani Tornaei exuſti animam ſe flammis cinctam videndam obiicit ſocius in carcere, 1527. LXXXVI. Illi conciliari Eccleſiæ poſtulant, *ibid.* Lutheranus ſibi mortem imprecatus ni vera diceret, repente extinctus, *ibid.* Sexaginta & amplius myriades idololatrarum Romanæ eccleſiæ & Chriſto adiunctæ dum Lutherani deficiunt, 1527. CXV. Lutherani in atheiſmum labuntur, 1528. XL. Lutheranus latens ludibrio Euchariſtiam conſecrare pertentans repente exanimatur, *ib.* Lutherani moliuntur Catholicos opprimere, XLI. Infandam proditionem adverſus principes orthodoxos conflant, XLIE. Detecta proditionis calumnia aurum abradunt ab epiſcopis, *ibid.* Mala a Lutheranis patrata exponuntur a Lutherana, XLIII. Lutheranorum inſultus diſſimulatı a Ferdinando Hungariæ & Bohemiæ Rege, *ibid.* Lutheranum pſeudoevangelium a Lutheranis ipſis ex parte emendatum, XLVII. Convincuntur a Rege Poloniæ eos tam vere Reges eſſe quam ſacerdotes, LXXIX. Præter internum ſacerdotium externum dari, *ibid.* Baſileæ mota ſeditione ſenatores deturbant & ſacras imagines, 1529. I. Argentinæ catholicos opprimunt, II. Gratulantur ſibi quod excuſſerint Pontificis jugum, *ibid.* Lucem tenebras & tenebras lucem dicunt, *ibid.* Eraſmus profitetur nullum vidiſſe Lutheranum, qui ex pſeudoevangelio deterior non eſſet factus, III. Pejores ſunt Turcis, qui S. Georgii imagines & eccleſias venerantur, *ibid.* Helvetiis catholicis iniquas leges imponunt, IV. Fruſtra Lutheranos cum Zuinglianis conciliare nititur Philippus Haſſiæ Lantgravius, V. Conſutant Zuinglii argutias, VI. Detrectant appellare fratres Zuinglianos, VII. Conventus agunt varios Lutherani, VIII. Diſſentiunt de interpretatione evangelii inter ſe, IX. Convincuntur ex ipſorum diſſenſione non ſufficere ſcripturas, *ibid.* Habent Zuinglianos pro hæreticis & Zuingliani Lutheranos pro hæreticis habent, *ibid.* Dum affectant calicem, ſe illo fruſtra privant, XI. Scinduntur in factiones varias, *ibid.* Cœleſte viſum de Lutheranorum damnatione, XIV. Lutheranis lapſis in Belgio data venia, relipſi morte plecti juſſi, *ibid.* Laxantur Lutheranis male agendi habenæ in Spirenſi conventu, 1529. XXVII. Negant in Turcas arma ſumere, XXVIII. Imminente Turca catholicos opprimere nituntur, XXXIII. Euchariſtiam venerari detrectant Auguſtæ, 1530. LXI. Prophanant illud ſacramentum, LXII. Credere profitentur Chriſtum eſſe in ſacramento nec honorem illi volunt impendere, *ibid.* Jubentur a Carolo V. Auguſta abſcedere, LXIV. Redintegrata deinde cum iis de concordia colloquia, *ibid.* Caroli V. clementia abutuntur, *ibid.* Exponit Carolus V. quanta mala hæreſis Lutherana in Germaniam invexerit, LXXI. Inſtat Laurentius

tius

Digitized by Google

tius Campegius legatus, ut e Germania excindantur Lutherani, LXXIV. Quid ipſi reſponſum, *ibid.* Prohibentur habere conciones Auguſtæ, LXXV. Poſtulant concilium & quo dolo, LXXVI. Jactant plura gravamina a Romano Pontifice invecta, LXXIX. Falſo jactant ſe miſſam colere, *ibid.* Mutata ab iis ſæpius fidei confeſſio, LXXX. Inſons Lutheranorum impietas, *ibid.* Turpiores hæreſes prætereunt ſilentio, LXXXV. Horrenda eorum tyrannis in catholicos diſſimulata a Carolo V. LXXXVIII. Sacerdotum Lutheranorum turpitudo, *ibid.* Nova inter catholicos & Lutheranos colloquia, LXXXIX. Monentur, ut reſipiſcant, *ib.* Quid reſponderint, XCI. Ad poſtulatum concilium reſponſum a Luthero & Lutheranis ſperni concilia, XCII. Novi Lutheranorum doli, XCIII. Repetunt colloquia cum catholicis, XCV. Conſentiunt in quindecim articulis cum catholicis, *ibid.* Mutant iterum fidem circa bona opera, *ibid.* Fatentur non ſola fide juſtificari hominem, XCVI. Mera deliramenta in obſtruſa pro evangelio a Luthero, *ibid.* In Melancthonem aſſentientem, ut epiſcopis authoritas reſtitueretur inſurgunt, XCVII. Inſtauretum cum iis concordiæ colloquium abruptum, XCVIII. Qua lege pax iis data a Carolo V. XCIX. Promiſſis inanibus deludunt ipſum, C. Non concilium, ſed conciliabulum ab iis efflagitatum, *ibid.* Obdureſcunt in pertinacia CI. Molliter cum iis agit Carolus V. ut reſtituant bona eccleſiaſtica, CIII. Trepidatum eſt ne Turcas in Germaniam excirent, CIV. Pacis leges conceptæ medio temporis intervallo uſque ad concilium, *ibid.* & *ſeq.* Impune profitentur hæreſim coram Carolo, CVII. Jubentur nihil novare cum tam nefanda novaſſe permitterentur, *ibid.* Spernunt Caroli V. edicta, CX. Adverſus eorum latrocinia defenſi verbis inanibus a Carolo eccleſiaſtici, CXII. Prætendunt ſceleri falſaa divinæ gloriæ ſpecimen, 1530. CXIII. Mentiti ſerio quantum admittant flagitium, *ibid.* Non iis permoventur, *ibid.* Lutheri apoſtatæ ſententiam Eccleſiæ authoritati præferunt, CXIV. Zuinglianos deteſtantur, CXVI. Citant ſanctos patres a quibus damnantur, CXVII. Lutheranorum dogmatum extrema abſurditas & confuſio, CXXXIV. Prohibuere monachis ne prædicarent, CXXXV. Pauperibus famulis vim intulere, CXXXVI. Tyrannis ab iiſdem exercita in catholicos, *ibid.* & *ſeq.* Impudentiſſima Lutheranorum calumniæ quod evangelium opprimatur, CXLVII. Fœdus armorum inter ſe ineunt adverſus Carolum V. & catholicos, CLXX. Dolo concilium expetiere, qui concilia ſpernerent, CLXXI. Ea lege promiſſum iis concilium, ut promittant ſtare illius decretis, CLXXXI. Monentur, ut cauſas dubitandi ſincide exponant, CLXXXIII. Patefactæ eorum fraudes, CLXXXIV. Ob Lutheranorum tumultus Solimannus ad invadendam Germaniam animatur, CLXXXVI. Interceduni electioni Ferdinandi in Romanorum Regem, 1531. III. Galliæ & Angliæ Reges ad ſocietatem armorum contra Carolum V. pellicere nituntur, *ibid.* Cum ſpernerent concilia ſimulant velle concilium, IV. Conciliabulum non concilium popoſcere, V. Principes Lutherani definiunt dogmata, VIII. Conſenſerunt non ſola fide juſtificari hominem, XIII. Proprio Lutheri teſtimonio damnantur, XLII. Convincuntur iiſdem argumentis quibus Lutheros ſacramentarios & Anabaptiſtas convincit, XLV. Georgius Wicelius Lutheranis detrahit pietatis larvam, XLVII. Ejuſdem argumenta quod Lutherana ſynagoga non ſit vera Eccleſia, XLVIII. Superbia Lutheranorum in rejiciendis ſanctis patribus, LI. Non diſſimilis aliis ſectis Lutheranorum ſecta, LIII. Fallaci interpretatione ſcripturæ ſe tuentur, *ibid.* Dilemma Wicelii, quod errent ſancti patres aut Lutherani, *ibid.* Diſcrimen inter Eccleſiam & ſectam Lutheranam, LV. Scripturam ab Eccleſia Romana accepere Lutherani, LVI. Duo Lutherani Coloniæ flammis cauſti, LVI. Confictæ ab iis cauſæ pro diſſolvendo matrimonio, 1531. XCI. Ob mota in Germania a Lutheranis diſſidia animatur Solimannus ad invadendam Germaniam, 1532. I. Incerti fluctuant an Turcis an Catholicis ſe conjungant, XIV. Nonnulli principes Lutherani religionis & ſtirpis Auſtriacæ hoſtes ſe profitentur, XVI. De imperio in ſtirpe Auſtriaca hæreditario litem movent, *ibid.* Sollicitant Carolum V. ut cæſarea authoritate concilium indicat, XVII. Volunt conciliabulum, non concilium, XVIII. Monarchiam a Chriſto inſtitutam humanæ ſubjiciunt, XVIII. De fide volunt ipſi decernere, *ibid.* Quid iis reſpondent Carolus, XIX. Qua lege ipſi Carolo contra Turcas ſe conjunxerint, XXV. Ex Solimanni adventu ferociunt, *ibid.* Permiſſa eorum impietati licentia, *ibid.* Promittit iis Carolus V. concilium vertente anno celebratum iri, XXVI. Cur Lutheranorum impietas diſſimulata a Carolo, XXVII. Refelluntur quod ſit credendum remiſſa eſſe nobis peccata, 1532. LXXIII. Negantes merita bonorum operum refelluntur, LXXIV. Wicelius arguit Lutheranos eorum fidem novam ac fictitiam eſſe, 1532. LXXVI. Doctrinæ & morum Lutheranorum rejectio, *ibid.* Ut ſathanæ ipſis commiſſa ſcelera objicienti reſpondeant, LXXVII. Fingunt peccata neceſſitate committi, *ibid.* Nullum eſſe peccatum præter incredulitatem, *ibid.* Quid de libertate ſentiant, *ibid.* Deum authorem peccati conſtituunt, *ibid.* Fingunt baptiſmo ſolo omnes ſervandos, *ibid.* Quid circa Euchariſtiam ſentiant, *ibid.* Docent Euchariſtiam venenum eſſe iis, qui antequam eam ſumant probi eſſe velint, *ibid.* Docent coitum magis neceſſarium quam eſum & potum, *ibid.* Sublato ordine ſacerdotali merum panem ſumunt pro Chriſto, *ibid.* Ut vana hypocriſi ſeduxerint populos, LXXVIII. Germanis ad Lutheraniſmum deficientibus propagata fides in Indiis occidentalibus, 1532. XCIV. Lutherani principes commoniti a Clemente de celebrando concilio pro dirimendis controverſiis, 1533. VI. Leges iis propoſitæ pro celebrando concilio, VIII. Negant Lutherani eas admittere, IX. Inanc eorum reſponſum, X. Concilium liberum recuſant, *ibid.* Volunt imperare concilio, XI. Pontificem Cæſari ſubjiciendum contendunt, *ibid.* Concilii petiti decretis parere nolunt, *ibid.* Impia eorum impudentia XII. Chriſti monarchiam evertere volunt, XIII. Scripturam inanimam judicem eſſe volunt, *ibid.* Non auſi cauſam committere concilio, XVII. Diſtorto Scripturæ ſenſu uti voluerunt, XVIII. Contra Lutheranos etiam diſtorquent alii, *ibid.* Perſuaſere principibus ſe concilium petere & cum habendum eſſet perſuaſere non eſſe legitimum, *ibid.* Qualia ſint Lutheranorum miracula ſeu prodigia XLIII. Lutherus profitetur ſuam doctrinam accepiſſe a cacodæmone, *ibid.* & *ſeq.* Docent eadem quæ dæmon Lutherum docuit, XLVI. Docent neminem ob peccata damnari & ideo libere peccant, LVIII. Quæ ſint Lutheranorum virtutes, *ibidem.* Lutheranarum concionum quales fuerint fructus, LXIV. De fœdere appellantur Lutherani ab Henrico VIII. 1534. X. Ob cauſæ turpitudinem eum repudiant, *ibid.* Lutheranorum clientela a Gallo Rege accepta, XV. Lutherani tumultuario prælio Ferdinandi exercitum fundunt, XVII. Minitantur catholicis, *ibid.* Pacem cum Ferdinando certis legibus ineunt, XVIII. Dæmonis cum Donero Luthereno mi-

giſtro colloquium, XXXVI. Male apud Lutheranos audit Lutherus quod doctrinam accepiſſe dicat a cacodæmone, XXXIX. Bucerus fruſtra Zuinglianis Lutheranos conciliare annititur, XLI. Conſecratio Euchariſtiæ ex Lutherano dogmate negari nequit, XLII. Wicelius Lutheranorum vitia deſcribit, LI. & ſeq.

Lutherana hæreſis Hungariam inficit, 1534. VII. Lutherana impietate infectos Hallenſes exilio mulctat Albertus Cardinalis Moguntinus, 1535. XIX. Italiam fœdare moliuntur, 1535. XXVIII. Poloniam quomodo infecerint, XXIX. Ejus hæreſis incrementa deplorat Joannes Faber, 1536. XXXIII. Quam varia, & inconſtans, *ibid.* XLVI. Mantuæ indictum concilium reſpuunt Lutherani, 1536. XLII. & ſeq. Fruſtra cum Zuinglianis concordiam tentant, XLVI. Concilii authoritatem fœdiſſimis mendaciis, calumniiſque obterere nituntur, 1537. V. Diluuntur, quas in ſuam defenſionem evulgaverunt excuſationes, ne concilium admitterent, XV. XX. Tantum in Germania celebrandum concilium autumant, XXXI. XXXV. Smalcaldæ ut ſe concilio opponerent conveniunt, 1535. XXXIV. Negant adverſus Turcas Cæſari ſe conjuncturos, niſi iniquis, & Religioni adverſantibus acceptis conditionibus, 1538. XL. Plures parœciæ a Lutheranis non initiatis uſurpantur, XLII. In pacis conditionibus nunquam ſtabiles, 1540. XXXIX. & ſeq. Non ſunt pecunia alliciendi, ut ad Eccleſiæ gremium revertantur, 1541. XXI. Lutheranos bello adoriri Carolus V. non aſſentit, 1541. IV. Contra ſcripta Cardinalis Contareni pro Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda obganniunt, 1541. XXX. XXXVII. Petunt, ut articuli conciliationis juxta eorum ſenſum publicentur, XXXI. A Gallarum Rege in Cæſarem commoventur, XXXII.

Lutherus hæreſiarcha. *Vide* Martinus Lutherus.

Lutheria: Infamia luxuriæ exempla in pſeudoevangelicis *Vid.* Martinus Lutherus. Andræas Carloſtadius. Anabaptiſtæ.

Luxus a Clero quam maxime vitandus, 1541. XXIX. Hungariæ regno excidium affert, XLVII.

M

MAgi magica arte correpti a dæmone, rebaptizati a Rothmanno, 1534. XXII.

D. Magnus pro Orchadenſibus in hoſtes pugnare viſus, 1529. XCIII.

Mantua: De concilio in ipſa celebrando agitur, 1535. XXIX. Intimatur Mantuæ, XXXI. Reſpuitur a proteſtantibus, 1535. XXXIV. 1536. XLII. & ſeq. Aptior viſa cæteris urbibus pro concilio celebrando, 1537. III. 1541. LII. Dux Mantuæ ut ad concilium neceſſaria diſponat, a Pontifice monetur, & Roſa aurea donatur, 1537. IV. Pontifex ab Imperatore expoſcit, ut Mantuanum tempore concilii ab Homagio, & juramento ſibi præſtito liberet, VII. Dux tempore concilii præſidiarias copias a Pontifice expoſcit, XXVI. & ſeq. Renuit Pontifex, ne concilio libertatem armis adimeret, nulliſque precibus adducitur, quin concilii celebrationem prorogat, XXVII. & ſeq.

Marcellus Cervinus Politianus Cardinalis Farneſii in legatione ad Principes conſiliarius Cardinalis creatur tit. S. Crucis in Hieruſalem, 1539. XXXVII. & ſeq. Ad Cæſarem, & Spirenſem Dietam, cum Romam rediret, Legatus, 1540. XXVII. Plura Chriſtianæ reipublicæ utilia per Galliam tranſiens cum Franciſco Rege tranſigit, XXVIII. Haganoæ conventum intereſſe recuſat, XXXII.

Marchia Anconitana a Pontifice contra Turcarum inſultus munitur, 1537. XLVIII.

Marcus Grimanus Patriarcha Aquilejenſis Claſſis Pontificiæ Præfectus deſignatur, 1538. IV. Vexillum a Pontifice benedictum accipit, VII.

Margareta Belgii moderatrix de pace inter Carolum V. & Franciſcum I. cum Ludovica matre Franciſci I. colloquium init, 1529. LIX. Eam feliciter conciliat, LXVII. Actæ illi gratiæ a Clemente VII. LXVIII.

Margarita Auſtriaca Octavio Farneſio nubit, 1538. XVI.

Margarita Thomæ Mori filia, quæ a Patre ſcripta receperit, 1535. XVI. In occurſum parentis ad mortem ducti generoſe ruit, ab eoque invictæ conſtantiæ verba recipit, *ibid.*

Margarita Navarræ Regina in fide catholica fluctuare aliquando credita, 1535. XXIII. Pro induciis inter Carolum, & Franciſcum interpretes, 1537. LIX. Niciæ prandio excipitur, 1538. XIII. Ad pacem promovendam a Pontifice excitatur, 1538. XIX. Catholicis rebus favere viſa, a Paulo III. commendatur, 1541. LXVI.

Maria Henrici VIII. filia ex Catharina Regina poſtea Angliæ Regina pronuntiata hæres ſceptri Anglici & decimum ſeptimum annum nata a patre inſano & hæretico pulſa, 1533. LXXV. Prædicit de Elizabetha Bathona eam ad regni gubernacula ſuo jure ſeſſuram, 1534. VI. Jura regia illi antea attributa in Elizabetham illegitimam transfuſa ab Henrico, IX.

Maria Auſtriaca Hungariæ Regina: Concilium ipſi non indicitur, cum eſſet inferioris Germaniæ Gubernatrix, ſed tantum rogatur, ut Epiſcopos prompte mittat, 1537. XII. In ſuſpicionem nimis in hæreſim favoris adducta, 1539. XIV. Commendatur illi a Pontifice Cardinalis Polus Legatus in Angliam per Belgiam tranſiens, 1537. XLII. Inducias inter Carolum V. & Franciſcum paciſcitur, 1537. LIX.

Marinus Mongaja conſtantiſſime Chriſtianam fidem apud Turcas profitetur, 1539. XXXI.

Marinus Caracciolus Prothonotarius Cardinalis creatus reſervatur in pectore, 1535. VII. Cardinalis diaconus declaratur, *ibidem*. Carolo V. Roma abeunti per Eccleſiaſticam ditionem comes mittitur, 1536. VIII. X. Ad pacem inter Carolum, & Franciſcum Regem Galliæ pertractandam Legatus decernitur, 1536. XIV. Mediolano gubernando præficitur, 1536. XVII.

Marius Aligerus Epiſcopus Reatinus ad Cæſarem pro pace cum Gallis componenda mittitur, 1537. XLVIII.

Martinus Bucerus fruſtra Zuinglianos cum Lutheranis componere nititur, 1536. XLVI. Concordiam ſimulans a Coclæo verſipellis detegitur, 1539. II. In Wormatienſi colloquio phalerata eloquentia declamat, 1540. LIX. De Groppero, & Phlugio in Ratisbonen. dicta ſe triumphaſſe mendaciter jactat, 1541. XIV. XXV. Diſciplinam in Clero, & populo reſtituendam, cum eſſet ab ipſa maxime abhorrens, dictitabat, XVII. Contra Cardinalis Contareni ſcripta aſſerentis, in Provinciali Concilio ea, quæ ſunt fidei, dirimi non poſſe, multa delira evulgat, 1541. XXVIII. Acta Comitiorum Ratisbonenſium infide colligit, XXXVII.

Martinus Lutherus: Lutheri ſequaces eo progreſſi ut baptiſmum temnerent Chriſtumque negarent, 1527. LIV. Pugnat cum ſacramentariis, *ibid.* Palam fatetur in ſectarum copiis dæmonem operari myſterium iniquitatis, *ibid.* Deſcribit veſaniam Germanorum, LV. Seque ipſum convincit dum alios hæreſiarchas oppugnat, *ibid.* Fingit ubique eſſe corpus Chriſti & Ubiquetariorum ſectam conſtituit, *ibid.* Spurciſſima illius, qui ſe jactat organum Spiritus Sancti verba, *ibid.* LVI. Hæreticos ab ipſo diſſidentes puniendos decernit, *ibid.* Conſpicua il-

lius

Digitized by Google

lius contradictio, LVII. Idem reipſa docuit quod ſacramentarii, *ibid.* Zuinglius & Œcolampadius in eum inſurgunt, LVIII. Eraſmus in eum pro libero arbitrio ſcribit, LIX. Ejuſdem de Lutheri ſcriptis ſententia, *ibid.* Stultitia mira Lutheri, qui ſcripturam tantum admittat prout eam interpretatur, LX. Ex Lutheri doctrina illius ſequaces in pejora lapſi, LXI. Inconſtantia Lutheri, *ibid.* Furiis conſcientiæ torquetur, LXII. Ad mortem anxius confugit ad ſacramenta, *ibid.* Ægritudinem ſibi a dæmone immiſſam agnoſcit, LXIII. Fatetur amicis calamitatem ſuam, LXIV. Doctrinam ſuam ſuſpectam habet, *ibid.* Luſu & ebrietate ſopire ſtudet tentationem, *ibid.* Corrupit ſacram ſcripturam, LXV. Reformationis fallacem ſpeciem prætexuit ad circumveniendos ſimplices, LXVI. Populo eccleſiaſticam & ſæcularem poteſtatem ſubjecit eumque ita ſubornavit, *ibid.* Quales fructus pepererit ejus pſeudoevangelium, LXVII. Sequacium ejus turpis libido cum ſcripſiſſet marem minus muliere quam cibo & potu carere poſſe, *ibid.* Malorum radix Lutherus excindenda fuit potius quam cædendi palmites, LXX. Lutheri evangelium quale fuit, *ibid.* Senonenſis ſynodus in Galliis ad Lutheri ſectatores coercendos, LXXXVII. & ſeq. Objicit Zuinglio ſchiſma ab eo inductum eſſe a Sathana ac ſeipſum ejuſdem criminis convincit, 1528. XXV. Tranſubſtantiationem fatetur quam antea deleverat, *ibid.* Secum diſſentiens plura blaſphema adverſus miſſam evomuit, *ibid.* Certant in eum alii hæreſiarchæ, XXVI. Ob contradictiones novatorum doctrina ſuſpecta reddita, *ibidem.* Anabaptiſtæ cum Luthero & Zuinglio certant, XXVI. Docuerat anabaptiſmum Lutherus, deinde argumentis catholicorum in Anabaptiſtas uſus eſt, XXVIII. Commendat jam homo inconſtans Romanam eccleſiam, *ibid.* Novarum ſectarum authores eſſe dæmones vere pronuntiat, XXIX. Fatetur ſe tentatione vexatum nullum eſſe Deum, XXXIX. Jurejurando confirmat ſe ſcire Carloſtadium credere nullum eſſe Deum, *ibid.* Lutheri pſeudoevangelium reformatum in Saxonia, XLVII. Præcipua Lutheri dogmata mutata XLII. Correcta a Philippo Melanctone, L. Ab eodem redargutus Lutherus, *ibid.* Deriſa Lutheri inſania de abſoluta neceſſitate, LI. Proprio judicio ſe condemnat Lutherus, LII. Corripit docentes ſolam fidem juſtificare, LIV. Mutata mente timorem Dei docet, LV. Damnat priores libros, LVI. Pœnitentiam modo prædicat, LVII. Senſit Germaniam ex ſua hæreſi ſanguine fœdatum iri, *ibid.* Ejuſdem inconſtantia circa dies feſtos celebrandos, *ibid.* Verat de meritis diſſeri ſubtilius, LVIII. Circa caſtitatem conſpicua contradictio projectaque impudicitia, *ibid.* Deplorat vere juventutem Lutheranam eſſe profligatiſſimam, LIX. Chriſtiana libertas qualis a Luthero inducta, LX. Eadem ab eo damnata, *ib.* Modo repellendum Turcam docet, qui ſubeundum turcicum jugum docuerat, LXI. Ejuſdem præſtigiæ quibus pia opera objicienda docuit, LXII. Qui perduellionem in principes docuerat, nunc parendum iis docet, LXIII. Gymnaſia initio ſublata, poſtea reſtituta, LXIV. Excommunicationem antea ſpernendam docuerat nunc ſequacibus ſi non paruerint intentat, *ibid.* Inter ebrios palmam refert, *ibid.* Antea ordinem in Eccleſia confundi voluerat, nunc ordinem in Eccleſia Lutherana inſtituit, LXVI. Pars miſſæ ab eodem modo reſtituta, *ibid.* Ceremonias ex parte inſtaurat, LXVII. S. Jacobi epiſtolam antea rejecerat, nunc eam admittit, LXVIII. Ejuſdem contradictiones circa alios libros canonicos, *ibid.* LXIX. Verbis ſuis revincitur, LXX. Modo recepta ab eo pœnitentia inter Sacramenta, *ibid.* Alia Lutheri palinodia circa paſſionem Chriſti, LXXI. Confeſſionem antea præmittendam Euchariſtiæ negaverat, nunc eam præmitti vult, LXXII. De Sacerdotio melius ſentire jam viſus, LXXIII. Contempſerat antea ſanctos patres, nunc eos legendos conſulit, *ibid.* Miſſæ formam ac ritus perperam immutat, LXXIV. Peſſimum Lutheri conſilium in reſtituenda ceremoniarum parte, LXXV. Negat virginem viginti annos natam reperi poſſe, *ibid.* Tollit quadrageſimale jejunium quod Sancti commendant, LXXVI. Cauſas fidei ad principem referri vult Lutherus, LXXVII. Refellitur, *ibid.* Sanctorum dies feſtos ſervari vult, non eos invocari, LXXVIII. Blaſphemiæ ejuſdem in B. Virginem, *ibid.* Lutheri hæreſes ab aliis hæreſiarchis damnatæ a Concilio Senonenſi demonſtrantur, 1528. LXXXV. Septem ſacramenta adverſus eum aſſerta, LXXXVII. & ſeqq. Damnatæ aliæ plures ejuſdem hæreſes, C. Cum Zuinglio & Œcolampadio pugnat, 1529. VII. Quæ illi argutiæ ab utroque objectæ fuerint, *ibidem.* Lutheros cum Luthero non convenit, X. Joannes Coclæus demonſtrat Lutherum ob antilogias eſſa ſepticipitem, *ibid.* Prædicare incipit bona opera eſſe neceſſaria, XII. Ejuſdem palinodia, *ibid.* Joannem Iſlebium hortatus eſt, ut errorem contra bona opera damnaret, XIII. Cœleſte viſum oſtenſum moniali de Lutheranorum damnatione, XIV. Cæſaris decretum contra Lutheri ſcripta, *ibid.* Jam Lutherus canit palinodiam ac bellum gerendum contra Turcam docet, XXII. Negantes ſemidæmones & ſemihomines vocat, *ibid.* Mira ejuſdem inconſtantia, *ibid.* Pro tempore & commodo fidem mutavit, *ibid.* Afflicta re Chriſtiana triumphavit, XXX. Quæ fuerint ejuſdem ſophiſmata ne arma in Turcam ſumerentur, XXXI. Joannes dux Saxoniæ elector veritus deducere illum ad Auguſtana comitia illum Coburgi relinquit, 1530. LX. Lutherana fides in Auguſtana confeſſione immutata, LXXX. Lutheri ſententia quomodo agendum ſit cum hæreticis, LXXXVII. Fatentur Lutherani Lutherum male corrupiſſe, ſcripturam & non ſola fide hominem juſtificari, XCVI. Objurgatus de corrupta ſcriptura quid Lutherano reſponderit, *ibid.* Sui capitis deliramenta obtrudit pro evangelio, *ibid.* In Melanctonem aſſentientem reſtituendam eſſe authoritatem epiſcopis inſurgit, XCVII. Initam a Lutheranis concordiam cum Carolo V. repudiat, CVII. Ejus inſana ſententia præfertur a Lutheranis Eccleſiæ authoritati, CXIV. Summa Lutheri in cudendis dogmatibus fidei inconſtantia, CXV. Lutherum colit Sleidanus a quo damnatur, CXVI. Conſcindit contumelis Carolum V. Lutherus, 1531. IX. Impudentiſſima illius mendacia, X. Principes porcos appellat, quod dixiſſent belluinum eſſe negare liberum arbitrium, XI. Stultæ ejuſdem voces pro aſſerendo deliramento ſolam fidem juſtificare, XII. Quæ dixit purum eſſe evangelium paulo ante negarat, *ib.* Fingit de ſe falſa vaticinia, *ibid.* Negavit Scripturam ſacram cum ab ea convinceretur, XIV. Profitetur ſe litem moviſſe de utraque ſpecie contradicendi ſtudio, ut ſi concilium ſtatueret utraque utendum laicis ipſe repugnaturus eſſet, XXIV. Inſectator ſacramentarios, XLI. Inſigne ejuſdem teſtimonium pro fide catholica, *ibid.* Proprio teſtimonio damnat ſe, XLII. Viſus lucida habere intervalla, XLIII. Anabaptiſtas urget, ut miraculo probent ſe miſſos a Deo, *ibid.* Demonſtrat eſſe Sathanæ apoſtolus, *ibid.* Convincitur iiſdem argumentis quibus Sacramentarios & Anabaptiſtas convincit, XLV. Inſana ejuſdem de ſuo doctoratu jactantia, *ibid.* Georgium Wicelium reſipiſcentem ab

ab

ab hæreſi ex lectione ſanctorum patrum vexat, XLVI. Quantum a ſanctis diſcrepet Lutherus, XLVI. Argumenta Wicelii quod Lutherana Eccleſia non ſit vera, XLVIII. Quam miſere vexata fuerit Germania ex Lutheri hæreſi, XLIX. Vitiorum colluvies inde propagata, L. Evangelii nomine errores ab eo promulgati, LII. Tyrannis Lutheri volentis omnes cogere, ut ipſi uni fides adhibeatur, *ibid.* Illius ſecta aliis non diſſimilis, LIII. Ab Alberto Brandeburgenſi Pruſſiæ tyranno conſulitur quid de Euchariſtia ſentiendum, LVII. Profitetur periculoſum eſſe & horrendum audire & credere quidquam quod communi ſententiæ doctrinæ & fidei Eccleſiæ univerſalis adverſetur, LVII. Proprio teſtimonio ſe condemnat, *ibid.* Lenonum princeps extitit, XCI. Adulteria docuit impudentiſſime hic novus evangeliſta, *ibid.* Sequaces illius turpiores conflant hæreſes, 1532. XVI. Inſanæ Lutheri jactantia, LXXVI. Virtutem appellat velamen nequitiæ, LXXVII. Impudica illius imperia, *ibid.* Joanni Campano Trinitatem neganti reſiſtit, 1532. LXXX. Conſubſtantialitas filii impugnata a Luthero, *ibid.* Scripſit vocem Trinitas ſibi non placere, *ibid.* Inviſit Joannem Saxoniæ ducem in extremo agone horrendos fundentem rugitus, LXXXV. In oratione funebri pronuntiat illum dum Lutheranam hæreſim profiteretur mortiferum ſathanæ venenum ebibiſſe, *ibid.* Ex ipſius Lutheri verbis Lutherani omnes damnati, *ibid.* Porrecta a dæmone aconita eos edere indicat, *ibid.* Ejuſdem ineptiæ, ut principem ſeductum ab ipſo obtrudat, ut martyrem, LXXXVI. Promulgat ſe doctrinam ſuam hauſiſſe a dæmone, 1533. XLIII. Objicit illi dæmon miſſam eſſe idololatriam eamque exercuiſſe, *ibid.* Suadet illi dæmon ſacerdotes Chriſti non differre a ſacerdotibus Mahometis & idolorum, *ibid.* Angitur a dæmone, *ibid.* XLIV. Attendit ad dæmonis ſermones & argutias, *ibid.* Objicit illi dæmon fidem chriſtianam eſſe nihilo meliorem Mahumetica, XLV. Iiſdem argutiis quas a dæmone acceperat conſecrationem, ſacrificium, Euchariſtiam & ſacerdotium oppugnat, *ibid.* Vincitur a dæmone, XLVII. Ex illa Lutheri confeſſione catholici in fide confirmati, *ibid.* Offendit Lutheranos quaſi ſentiat cum ſacramentariis, *ibid.* Sacramentarii dogmatis authorem diabolum appellare libere & conſtanter ſolitus, *ibid.* Patuit Lutherum non ex Deo, ſed ex dæmone loquutum, XLVIII. Quantum diſtet a veris prophetis, *ibid.* Obtrudit ſuis dæmonem, ut veracem, *ibid.* Profitetur nulla re ſe magis vexari quam impia cogitatione nullum eſſe Deum, *ibid.* Moleſtari noctu ſolitus a dæmone, *ibid.* Credit dæmoni dicenti Euchariſtiæ adorationem eſſe idololatriam, XLIX. Credit dæmoni aſſerenti conſecrationes Eccleſiæ catholicæ non differre a conſecrationibus infidelium, LI. Cathonarii dæmonem e ſylvis ſigno crucis pellere ſolitis indoctior extitit, *ibid.* Docetur a dæmone ſacra myſteria abominanda eſſe, LV. Docetur Euchariſtiam ab omnibus poſſe confici, *ibid.* Cur Lutherus dæmonem crucis ſigno non abegerit, *ibid.* De diabolo tantum gloriari ſolitus fuit, LVI. Illuditur a Georgio Stifelio illuſo a dæmone, LVII. Lutheri familia maxime impia, LVIII. Seditioſa Lutheri dogmata, LIX. Catholicos necari præcepit, *ib.* Henricum Angliæ Regem ſibi conciliare nititur, 1534. X. Scribit in Anabaptiſtas, XXXII. Concludit eorum magiſtrum eſſe dæmonem alphabetarium, *ibid.* Male audit apud ſuos quod dicat doctrinam hauſiſſe a dæmone, XXXIX. Profitetur præſentiam Chriſti in Euchariſtia contra Zuinglianos, *ibid.* Mira Lutheri miſſam impugnantis contradictio, XL. Miſſæ neceſſitas ex Lutheri confeſſione, XLI. Fruſtra Bucerus Zuinglium Luthero conciliare nititur, *ib.* Ob defectionem Regis Angliæ ab Eccleſia altiores ſumit ſpiritus, 1535. XIX. Hallenſes, & Magdeburgenſes in Albertum Cardinalem Moguntinum concitare conatur, *ibid.* Principes, & ordines Imperii fures Dei vocat, pluribuſque calumniis proſcindit, XIX. Impudens ejus cum Pontificio Nuntio Wittembergæ congreſſus, XXXVII. & ſeq. Pro concilio diſturbando, quæ egerit, 1536. XLVI. 1537. V. XVI. ad XX. Urinæ retentione laborans Smalcalda adducitur, ne gaudium de ſuo obitu Pontificio Nuntio præſtet, 1537. XVIII. Odium in Papam ſuæ hæreſis concionatoribus legavit, *ibid.* Ab Henrico Saxoniæ Duce Lipſiam accerſitur, 1539. XIX. A ſectariis cum Paulo Apoſtolo, & Helia collatus, ab ipſo Joanne Calvino deridetur, XXII.

S. Martinus equitis ſpecie apparens Turcas Gontio propulſat, 1532. XXXIII.

Martinus Valentinus Minorita: Ejus literæ de converſione Mexicanorum, 1531. CIII. & ſeq.

Martyres: Eorum memorias divus Henricus VIII. temperat, 1538. XLIV.

Martyrium: Ejus deſiderio flagrat Thomas Morus, 1535. XVI. Plures alii, 1535. III. ad X.

Matrimonium: Matrimonii ſacramentum cur negatum ab hæreticis, 1528. XCIV.

Matthæus Gibertus datarius epiſcopus Veronenſis propheta eremita ex equo deſilire & crimina lugere juſſus, 1527. I. Gallis diſſuadentibus Pontificia cum Carolo V. concordiam prudenter reſpondet, IV. Deditur inter obſides Germanis militibus Lutheranis, XXXI. Vinctus cum aliis ad furcas indigne perducitur, *ibid.* Per tubum focarium cum Joanne Maria archiepiſcopo poſtea Pontifice atque aliis elabitur, X. Miſſus ad Venetos in Turcas concitandus pro tuenda fide, 1532. VI. Ejus oratio, *ibid.*

Mathias Hungariæ Rex: Illius nothus filius Joannes Hungariam Turcarum ſervituti ſubjecit, 1530. CLXXXVI.

Matthias Helt Smalcaldam Cæſaris nomine Oratot petit, cogitque Lutheranos ad reſponſum Concilii indictioni reddendum, 1537. XIV. & ſeq. Pro fœdere Catholicorum Principum contra Lutheranos ſtrenue laborat, 1539. I.

Matthias Langius Cardinalis & Archiepiſcopus Salisburgenſis arguitur a Pontifice quod alieno multum tempore Synodum celebraverit, 1537. XXXV.

Mauricæ inſulæ: In iis fides Chriſtiana propagata, 1534. LXII. Concitata poſtea a Mahometanis perſequutione extincta, *ibid.*

Maylatus Tranſylvaniæ Præfectus adverſus Joannem Hungariæ Regem rebellat, 1540. LXI.

Mediolanum: Mediolanenſis Ducatus ob mortem Franciſci Sfortiæ bellorum fomes inter Cæſarem & Galliæ Regem, 1535. LVII. 1536. III. Pro Aurelianenſi Duce ſumma contentione expoſcitur, ſed negatur, 1536. II. III. XVI. 1537. XXXII. Marinum Cardinalem Caracciolum Mediolanenſibus præficit, 1536. XVII. Beghinarum, & Pauperum de Lugduno hæreſim Mediolani reviviſcentem Paulus III. coercet, 1536. XLV. Pro pacis conditione exquiritur a Franciſco I. & de ea re Caroli V. reſponſum, 1538. XIV. & ſeq. Inſtat Pontifex pro ejus ceſſione ad favorem Franciſci I. 1539. XXIII. Uni ex Franciſci I. filiis, incertum ficte ne an ſincere, Carolus V. pollicetur, 1540. II. Aureliæ Duci negatur, 1541. L.

Mehemetes Belgradi Præfectus alia, atque armis plura Ferdinandi loca in Turcarum ditionem redigit, 1537. LXV.

Melancton contraria docet, 1529. XII. A Joanne

ele-

electore Saxoniæ adducitur ad Spirenſes conventus, xxvii. Ferdinandum Regem inficere hæreſi fruſtra conatur, ibid. Orthodoxos vocat Sycophantes, ſe religionem genuinam tenere ſomniat, ibid. Deducitur a Joanne duce Saxoniæ ad Auguſtanos conventus, 1530. lx. Miræ illius in mentiendo impudentia, lxxix. Mutata ab eo ſæpius fidei confeſſio, lxxx. Fingit ſe concordiæ interpretem, lxxxii. Quæ Laurentio Campegio legato apoſtolico propoſuerit, lxxxiii. Inſignis Melanctonis hypocriſis & improbitas, ibid. In Auguſtana confeſſione turpiores hæreſes prætermiſit ſilentio, lxxxv. Aſſentitur reſtituendam eſſe epiſcopis authoritatem, XCVII. Lutherus & alii in eum inſurgunt, ibid. Digladiatur cum Œcolampadio, CXVII. Cum Luthero aſſiſtit Joanni duci Saxoniæ horrende in morte rugienti, 1532. LXXXV. Nocuiſſe magis eloquentia ſua quam Lutherus creditur, LXIV. Sua eloquentia abutitur ad propagandam hæreſim, 1534. xlviii. Scribit in eum philippicas Coclæus, ibid. Mahometem ſecutos ad abluenda crimina baptiſmum ſæpius iterari voluit, ibid. Donatiſtas ſcelere vicit, ibid.
Melchior Hoffmannus pellio Suecus Anabaptiſticus pſeudopropheta pellitur Argentina ac Friſiam & Bataviam inficit, 1531. lxvi. Lutheranos & Sacramentarios inquinat ſuis erroribus, ibid. Condit ſectam Hoffmannianorum, ibid. Jactat enthuſiaſmos & viſiones, ibid. Trahit ſecum trecentos homines, ibid. Illuditur a dæmone ſpecie ſenis illi apparente, 1532. lxxxvi. Pollicetur illi dæmon novum imperium & exercitum centum quadraginta quatuor bellatorum ex Apocalyptico oraculo, ibid. Joannem Tipenmacher in Friſia ſectariis præficit, ibid. Reverſus Argentinam diſputat cum Sacramentariis, ibid. Quæſitus de vocatione viſa cœleſtia ſeu dæmonis ludibria obtrudit, ibid. Ductus in carcerem gloriatur vocationem ſuam miraculis probatum iri, ibid. Novi pſeudoprophetæ mira de eo vaticinantur, ibid. Pſeudopropheteſſæ falſa de eo jactant, ibid. Dicitur ab iis Elias, ibid. Jubet ſuis, ut rebaptiſmum ſuſpendant biennio, ibid. Deluditur variis viſis a dæmone ac mira ſpondet, ibid. Relictus a Deo animam Sathanæ reddit, ibid. Diſcipuli ejus non reſipiſcunt, ibid.
Melchior Volmarius Lutherana hæreſi Calvinum imbuit, 1535. xxi.
Mendanius tribunus Hiſpanus vetulam ſuis manibus laqueo ſuſpendit quod obſeſſo Pontifici duas lactucas funiculo illigatas dediſſet, 1529. LIII. Miſere perit, ibid.
Menſæ papiſtica & evangelica inſtructæ ab hæreticis irridentibus jejunia, 1531. lxiv.
Mercurinus Gattinara ſenator Cæſareus pacis inter Carolum V. & Franciſcum I. maximus author eſt, 1529. lxix.
Meritum: Illius gloria adſcribenda Chriſto, 1532. lxxiv. Meremur, ut Chriſto inſiti, ibid.
Mexicani: Mexicanorum inſani errores, 1527. CVIII. Nefandæ eorum ſuperſtitiones, ibid. Horrida in eos dæmonum tyrannis, ibid. Pulices & canæ habitæ pro numinibus, CIX. Ut deluſi fuerint a dæmonibus, ibid. Immaniſſima hominum ſacrificia ab iis dæmoni exhibita, CX. Sub draconis forma ab iis adoratus dæmon. CXI. In ecclypſibus ſe cultellis ſauciare ſoliti, ibid. Mille homines in uno ſacrificio mactare conſueti, CXIII. Caſtitas devota dæmoni apud eos intentato flammarum ſupplicio deprehenſis in ſtupro, CXIV. Turpia & crudelia ſacrificia a nocturis dæmoni exhibita, CXV. Sexaginta & amplius myriades Mexicanorum adjunctæ Chriſto, ibid. Quindecim millia in uno oppido Xomilchenſi initiata baptiſmo, CXVI. Mexicanus puer ob cauſa idola a patre necatus, CXVII. Mexicanorum bis centena millia a Petro Gandavenſi ſacro baptiſmo initiata, 1529. XCV. Pueri fide Chriſtiana eruditi ad evangelium diſſeminandum eximiam dedere operam, xcvi. Martini e Valentia literæ de Mexicanorum converſione, 1531. CIII. Viginti millia idolorum apud eos deſtructa, CIV. Pia Mexicanorum exercitia, ibid.
S. Michael Archangelus: Sacro illi die peracta ſupplicatione ab Antuerpienſibus depulſus divinitus morbus ſudoris Anglici, 1529. xiii.
Michael Sellarius apoſtata Anabaptiſtarum doctor forcipibus candentibus laniatus poſt exciſam linguam exuſtuſque, 1527. lxxix.
Michael Servetus hæreſiarcha Trinitatem impugnat, 1532. lxxix. Quid de Chriſto finxerit, ibid. Ejus inconſtantia, ibid. Genuæ exuritur, ibid.
Michael de Silva Viſen. Epiſcopus Cardinalis renunciatur, 1541. lxii.
Micheſula Regina Boſnæ duciſſa Barbaniæ pulſa a Turcis confugit ad Clementem VII. 1527. lxxvii. Ab eo humaniter excepta, ibid.
Minoritæ in Mexico pluſquam decies centena millia idololatrarum baptiſmo abluerunt, 1531. CIV. Convertunt Americanos, 1532 XCIV. Sexcenti epiſcopatus conditi in America annorum quadraginta flexu, XCVII. Sex millia monaſteriorum extructa, ibid. Decem barbari adjuncti Eccleſiæ pro uno hæretico, qui diſceſſit ab Eccleſia, ibid.
Miſſa: Miſſæ ſacrificium contra hæreticos inſtitutum a Chriſto probatur, 1528. XCV. In Miſſa Chriſtus incruente immolatur, 1531. xvi. Lutheranorum contra miſſam argutiæ, ibid. Diſſolvuntur, xvii. Eadem eſt hoſtia in cruce & altari, ſed modus diverſus, ibid. Modus repetitus ſacrificii, non ſacrificium, xviii. Etſi Chriſtus intercedat, pro nobis ſub ſpecie propria, tamen in altari intercedit ſub ſpecie aliena, ibid. Miſſam eſſe idololatriam perſuaſit Luthero dæmon referente ipſo Luthero, 1533. XLIII. Lutheri miſſam impugnantis mira contradictio, 1534. XL. Miſſæ neceſſitas ex Lutheri confeſſione XLI. & ſeq. Vid. Sacerdos.
Miſſa: Miſſæ ſacrificium abolendum Jo: Calvinus nefarie pronuntiabat, 1535. xxiv. Miſſæ ſolemni a Pontifice celebratæ Carolus V. Imperator Romæ die Paſchatis aſſiſtit, 1536. IV. Miſſas tam ſolemnes, quam privatas fieri, bonum & neceſſarium eſſe edicto aſſerit impius Henricus VIII. xxvii. 1539. xxxv. Impii Lutheri conatus contra Miſſæ ſacrificium, 1536. xxxvii. xliii. & ſeq. Quotidie Miſſæ ſacro Nuntius Apoſtolicus intereſſe monetur, 1537. IX. Lingua Theutonica in ditione Brandeburgenſi celebratur, 1539. xxi.
Miſſionarii Apoſtolici a Paulo III. in Indias directi, 1537. xlv.
Moldavi & Valachi irrumpunt in Poloniam, 1531. lxxiv. Delentur ingenti clade, ibid.
Momotanus Rex ſuſcepta fide Chriſtiana exteris a fide deficientibus uxorem & filios pia intentione enecat ne a Chriſto deficiant, 1534. lxv. Paratum ſe ad ſupplicia pro Chriſto ferenda offert, ibid. Cum tradendus eſſet carnifici a Mahometano tyranno procerum deprecatione ſervatur, ibid.
Monachi: Plures monachi egregie pro aſſerendo Eccleſiæ Romanæ Primatu tormenta ſuſtinent, 1535. III. & ſeq.
Monaſterienſes moniti officii, ut Bernardum Rotmannum Anabaptiſmi inſtauratorem comprimant, 1532. xcii. Stulte reſpondent ac ſceleri habenas laxant, ibidem. Catholicos ritus per ſeditionem aboleri ſinunt, ibidem. Monaſterienſes pluribus portentis terrentur, 1534.

1534. xa. Spectre dæmonum ab iis in aere viſa, *ibid.* A pſeudoprophetis ſe illudi patiuntur, *ibid.* A Bernardo Rothmanno corrupti anabaptiſticam impietatem ingraveſcere ſinunt, xxi. Monita epiſcopi ſpernunt, *ibid.* Duos putidiſſimos impoſtores pro Enoch & Elia venerantur, *ibid.* Conjuratio cruenta Anabaptiſtarum in cives diſſentientes ab eorum ſecta, *ibid.* Falſis vaticiniis terrentur, *ibid.* Et a dæmoniacis, xxii. Sollicitantur ab iis, ut baptiſmum Eccleſiæ ejurent, xxiii. Agitati a dæmone ad eos impia oratio, *ibid.* Ut variis ludibriis a dæmone fuerint illuſi, *ibid.* xxiv. Oborta inter eos ſeditio, xxiv. Anabaptiſticarum a dæmone infeſtarum furiales motus ſpectant, *ibid.* Novus baptiſmus dictus igneus inter eos inſtitutus, *ibid.* Opprimitur Monaſterienſis ſenatus ab Anabaptiſtis, xxvi. Horrenda ſacrilegia patrata Monaſterii, *ib.* Imagines Chriſti diffringunt, non dæmonis, *ibid.* Pelluntur Monaſterio omnes, qui anabaptiſmum recuſant, xxvii. A ſtultis impoſtoribus deluduntur Monaſterienſes Anabaptiſtæ, xxviii. & *ſeq.* Promittit illis pſeudopropheta ex falſa revelatione obſidionem ſe ſoluturum, *ibid.* Dum illius cædem deflent variis mendaciis ab alio pſeudopropheta ſeducuntur xxix. Ex pſeudoprophetæ alterius imperio templa & turres monaſterii evertunt, xxx. In eorum republica carnificis dignitas primaria conſtituta, *ibid.* A pſeudopropheta fingente ſe mutum, & deinde ficte recuperante vocem ſtultiſſimi homines deluduntur, ejuſque ineptias, ut oracula excipiunt, *ibid.* Novas leges accipiunt a pſeudopropheta, xxxi. Poligamiam amplectuntur, *ibid.* Non aſſentientes cædunt, *ibid.* Regem creant pſeudoprophetam ſuum ex alterius pſeudoprophetæ imperio, xxxii. Qui ex iis ſubmurmurant terrore & minis compreſſi, *ibid.* Per ludibrium ab exrapitio afflantur quaſi accepturi Spiritum Sanctum a dæmone deludendi, xxxiv. Viginti ſeptem ex iis creati pſeudoapoſtoli maxima ex parte in pertinacia ſupplicio affecti, xxxv. Ut a dæmone fuerint illuſi, *ibid.* Novam cœnæ dominicæ formam inſtituunt, *ibid.* Domantur atque ab epiſcopo antichriſtianum eorum regnum excinditur, *ibid.*

Monaſterium: Monaſteriorum ſex millia in America aliquot annis ſtructa, 1532. xcvii. Monaſteria trecenta ſeptuaginta ſex, ſpecie quidem, quod cum tenuia eſſent, monaſtica diſciplina in ipſis labefactaretur, excindit, annuoſque redditus fiſco addicit Henricus VIII. Angliæ Rex, 1536. xxix. Monaſterium S. Auguſtini ab Henrico VIII. expulſis monachis in beſtiarum catabulum converſum, 1538. xlvi.

Monaſterium Veſtphaliæ Civitas Anabaptiſtarum regia, fruſtra obſidione ſolvenda ab hæreticis prædicitur, 1535. XLI. Obleſſi mures in deliciis habebant, XL.

Monaſtica vota impugnata ab hæreticis juſte inſtituta probantur, 1527. CIII.

Mons pellicardus coemptus a Franciſco I. 1534. XV.

Mors: pretioſa plurium Chriſti Athletarum in Anglia mors, 1535. III. Mortis deſiderium in Joanne Cardinale Roffenſi, 1535. IX.

Mortuus: Fictum mortuum ad vitam a ſe revocandum jactans Joannes Calvinus, vere mortuum deprehendit, 1538. XLII.

Munera ingentia Carolus V. Roma abiens Papæ Nepotibus profundit, 1536. X.

Muleaſſes Rex Tunetanus ab Hariadeno Barbaroſſa pulſus, 1534. LX. A Carolo V. ad recuperandum ereptum ſibi ab Hariadeno regnum opem expoſcit, 1535. XLIII. In Tuneti regnum, duorum Falconum, totidemque equorum vectigali imperato reſtituitur, 1535. LIII. Conditiones aliæ ipſi injunctæ a Carolo, V. LIV.

N

NAndina arx ab Amurethe occupata corrupto pecunia cuſtode, 1537. XLVII.

Neapolis terra marique a Lautrechio obſeſſa, 1528. V Deficiente Philippino Auria a Franciſco I. ad Carolum V. obſidione ſoluta, X. Neapolitani regni excidium Solymanus minatur, 1537. L. & *ſeq.* A conſilio regni invadendi magis difficultatibus abſterretur, L.

Neocaſtrum a Barbaroſſa pirata recuperatur, 1539. xxxi.

Neophyti: Mexicanorum neophytorum pia exercitia, 1531. CIV. Neophyti Hæbræi de admiſſis contra fidem criminibus in Luſitania donati venia a Clemente VII. 1534. LXVI.

Nervcius architectus portam ſacræ ædiculæ Lauretanæ aperire juſſus a Clemente, 1533. XL. Irreligioſe rem aggrediens abalienatus ſenſibus ſemianimis concidit, *ibid.* Precatus B. Virginem uxore poſt horas octo ſenſuum uſum recipit, *ibid.* Audita re a Pontifice iterum jubetur religioſe ac pie rem perficere, XLI. Non auſus rem aggredi, ſed a clerico & cœmentariis ſacramentis rite expiatis religioſe & impune res peracta, *ibid.*

Nicia Provinciæ urbs expoſcitur a Pontifice pro celebrando pacis conventu, 1538. VIII. Arcem pro domicilio, quemadmodum pollicitus fuerat, renuit poſtea Pontifici dare Sabaudiæ Dux, X. XI. Cœnobium Franciſcanorum extra Niciam ad incolendum ſibi Pontifex eligit, X.

Nicolaus Pelargus Lutheri diſcipulus hæreſiarcha morbo graviſſimo divinitus afficitur, 1527. LXXIX. Moritur miſere in Noſocomio, *ibid.*

Nicolaus Ardingellus in Gallias pro pace componenda a Pontifice mittitur, 1541. LIV. Obſervantiam Induciarum cum Cæſare a Rege deprecatur, LVII. & *ſeq.*

Nicolaus Gaetanus Cardinalis creatur, 1538. XLVII.

Nicolaus Perenottus Granvellanus orationem habet in Wormatienſi conventu, 1540. LVIII. Ad Ratiſbonenſem dietam articulum de peccato originali referri jubet, LIX. Diſputationibus intereſt, 1541. VII. Suſpicio de ipſo concepta, *ibid.*

Nicolaus Scombergus ordinis Prædicatorum Archiepiſcopus Capuanus creatur Cardinalis S. Sixti, 1537. VII.

Nicolaus Theupolus Orator Venetus Paulum III. Niciam abeuntem comitatur ac omnium negotiorum tractationi intereſt, 1538. XI. XIV.

Nicoliaxa præfectus Gantii oppidum contra Solimanni exercitum tuetur, 1532. XXXII. Divina adjutus ope eum propulſat, *ibid.*

O

OBſervantiæ ſtrictioris congregatio profitens inſtituta Sancti Franciſci condita, 1532. XCVII.

Octavius Farneſius matrimonio cum Margarita Auſtriaca Caroli V. filia copulatur, 1538. XVI.

Odettus Lautrechius Foxenſis regulus cum ingenti exercitu ad liberandum Pontificem in Italiam a Galliæ & Angliæ fœderatis Regibus mittitur, 1527. XXVIII. Liguriam & Inſubriæ magnam partem recuperat, XXIX. Hiſpanos Mediolano pellere poterat, ſed a Cybo & Rudulpho Cardinalibus impulſus eſt ut Romam contenderet, xxxiii. Quo propius accederet eo acerbius Pontifex in carceribus ab Hiſpanis habitus, xlvii. Commendatur a

Pon-

Pontifice multam profuiſſe, ut omnino liberaretur, *ibid.* Irrumpit in Neapolitanum regnum, 1528. IV. Imolam & Ariminum depulſis tyrannis Clementi VII. reſtituit, *ibid.* Cogit Germanos ad Romam deferendam quæ in Pontificis poteſtatem redacta, *ibid.* Octoginta millia peditum & equitum viginti millia numerabat, *ibid.* Univerſum ferme regnum Neapolitanum occupat, V. Neapolim obſidet, *ibid.* Immiſſus in eum a Carolo V. Germanicus exercitus duce Henrico Brunſvicenſi, VII. Submiſſa ſertus auxilia Lautrechio a Gallo Rege, VIII. Stipendiorum inopia diſſipatus ex parte exercitus, *ibid.* Ingentibus promiſſis ſolicitat Clementem, ut ſe illi conjungat, X. Graſſante in exercitu morbo epidemico extinguitur, *ibid.*

Odettus Caſtellio poſtea apoſtata fidei creatur Cardinalis a Clemente VII. 1533. LXXXVII. Qui titulus illi attributus, *ibid.*

Œcolampadius nequit convenire cum Lutheranis, 1529. VI. Monetur a Philippo Haſſiæ Lantgravio de perſpicuitate & certitudine verborum Chriſti, *ibid.* Reſpondiſſe fertur cum gemitu optare, ut prius ſibi dextera fuiſſet præciſa, quam de ea materia ſcribere orſus eſſet, *ibid.* Œcolampadii ſophiſma Euchariſtiam dici ſignum ergo non ibi eſſe corpus, VII. In Lutherum germanice ſcribit, 1527. LVII. Cum eo digladiatur Melanchton, 1530. CXVII. Œcolampadius Zuingli Zuinglianorumque ſtrage audita præ dolore in lecto extinctus reperitur a concubina, 1531. XXIX. Prius ſibi mortem ferro deinde veneno inferre erat conatus, ſed a ſuis fuerat impeditus, *ibid.* De ejus & ſociorum morte triumphat Lutherus, XLIX. Plura Divi Joannis Chryſoſtomi, aliorumque Patrum ſcripta corrupit, 1536. XXXVII.

Olaus Magnus Upſalenſis archiepiſcopus ob ſacerdotum & religioſorum libidines graſſatam hæreſim in Suecia deplorat, 1531. VIII.

Olaus Petri Strengenſis diaconus hæreſim ex Germania in Sueciam infert, 1532. LXXXVIII. Corrumpit Andream Laurentium archidiaconum, qui Regem corrupit, *ibid.*

Opera: Bonorum operum neceſſitas oſtenditur, 1540. XLIX.

Oratio: Frequens orationis uſus in Carolo V. 1539. XXXII.

Orchadenſes: Implorata S. Magni ope hoſtes divinitus vincunt, 1529. XCIII.

Ordinantio: Ad Epiſcopos non ad Laicos ſpectat Miniſtrorum ordinatio, 1540. XLIX. *Artic.* XIV.

Oſiander a Luthero in doctrina de Juſtificatione diſcrepat, 1537. XXXVII. In Pontificem, & Doctores Catholicos contumelioſus, *ibid.*

Oſtenta: Dæmonum ſpectra in aere a Monaſterienſibus viſa cum extrema calamitas iis immineret, 1534. XX.

Otto Brunsfeldius hæreſiarcha negat data a Chriſto præcepta, 1527. LXXX.

Otto Pactius Lutheranus Georgii ducis Saxoniæ conſiliarius proditionem confſit ad perdendos principes catholicos, 1528. XLII.

P

PAcimontanus. *Vid.* Balthaſar Hiebmayer.

Pamphilus a Straſoldo Protonotarius Apoſtolicus & intimus Papæ Cubicularius ad Sigiſmundum Poloniæ Regem pro Concilio mittitur, 1536. XLI. Idem Epiſcopus Raguſæus, 1537. V.

Papa: Papæ nomen ex omnibus libris abradi jubet impius Henricus VIII. 1535. I. *& ſeq.* Papæ in Eccleſia Primatus conſtantiſſime a Sanctiſſimis viris uſque ad ſanguinis effuſionem aſſeritur, 1535. IV. 1540. LXIV. Negatur ab Henrico VIII. 1536. XXVII. *& ſeq.* Papæ poteſtas non modo legitima, laudabilis, & neceſſaria, verum etiam Divini juris, & præſcriptionis a Thoma Moro affirmatur, 1535. XV. In eam invehitur Henricus, XVIII. 1536. XXVIII. Contra eam impudentiſſime obloquuntur hæretici, 1537. XVII. Papæ electio non ad Concilium, ſed ad Cardinales ſpectare decernitur, 1536. XXXIII. De Papæ Primatu Authores varii erudite tractant, 1536. XXXVII. Studium hæreticorum ad commovendos in Pontificem animos, 1536. XLII. *& ſeqq.* Contra Pontificem Henricus Angliæ Rex ſcriptum nefarium edit, 1539. XXXV. A Martino Bucero Antichriſtus vocatur, 1541. XVI. Caput eſſe Eccleſiæ, & Conciliorum negat Bucerus, aliquando tamen, ut Caput habitum, fatetur, 1541. XXVIII. Papæ iter agenti Sanctiſſimum Sacramentum ex antiqua conſuetudine præcedit, 1541. LI.

Parochi: Londini juſſu impii Henrici VIII. Parochus fidei Catholicæ ardentiſſimus excarnificatur, 1535. VI. Trecenti Parochi maxima ex parte Apoſtatæ excucullati ad Bernenſem Pſeudoſynodum Zuinglianam confluunt, 1536. XLVI.

Paſſio Chriſti: iis diebus quibus Chriſti paſſionis memoria recolitur, ducta centum millium Mexicanorum ſe flagellis cædentium pompa, 1527. LXXXV.

Patræ captæ a Cæſarea claſſe, 1532. XLIX.

Patritius Hamiltonius abbas Fernenſis exuſtus in Scotia ob hæreſim, 1527. LXXXV.

Paulus Zina epiſcopus Brixienſis naſcentem Brixiæ hæreſim Lutheranam præfocat, 1528. CVII.

Paulus Virdanus archiepiſcopus Strigonienſis rem Chriſtianam prodit ac deficit ad Solimannum, 1529. XLII. Strigonium, in Ferdinandi Regis obſequium redigit, 1530. CLXXXIV.

Paulus III. Pontifex Maximus antea Alexander Farneſius Sacri Collegii Decanus, 1534. I. De coercendis Tunetanorum prædonum graſſationibus agit, IV. Thiara Pontificia a Cardinale Cybo redimitur, II. Decimas concedit Cæſari ad parandam claſſem contra Tuneti pyratas, *ibid.* 1535. XV. Diſciplinæ Eccleſiaſticæ farciendæ concilio celebrando, & paci inter Principes conciliandæ ſtudet, III. *& ſeqq.* XXIX. XXXVII. Ferdinandum, & Joannem de regno Hungariæ decertantes componere nititur, 1535. VI. Joannis Luſitaniæ Regis Oratorem excipit, eique gratias agit, VIII. Jacobum Scotiæ Regem ad proſequendam fidei Catholicæ defenſionem hortatur, X. In America plures conſtituit Epiſcopos, 1534. XIII. 1535. LIX. Cardinales creat Alexandrum Farneſium nepotem, & Guidonem Aſcanium Sfortiam, 1534. XIV. Plures Cardinales inter quos Joannem Fiſcherium in vinculis pro fide catholica detentum, creat, 1535. VII. De ejus morte, cæteriſque Henrici VIII. perſecutionibus graviter conqueritur, X. Contra Henrici tyrannidem, Imperatorem, Regeſque commovere nititur, XI. *& ſeq.* Privatum regno Henricum declarat, XIII. Ipſum, ejuſque fautores excommunicationis ſententia percellit, XVIII. Sabaudiæ Ducem, ne Bernenſibus aſſentiatur, commonet, XXVI. Helvetios catholicos quid illo tempore agere ipſos oporteat, edocet, ac ſtipendia pro mille ſclopetariis eiſdem ſtatuit, XXVII. Duci Venetorum gratias agit pro ſolicitudine in hæreticis puniendis adhibita, XXVIII. Hæreticos reſipiſcentes benigne recipit, ac fovet, *ibid.* Tuendæ in Polonia fidei ſtudium commendat, XXIX. Concilii celebrationem cum Imperatore promovet, *ibid.* Petrum Paulum Vergerium in Germaniam ad id peragendum literis datis Romanorum Re-

gi, & Imperii electoribus mittit, xxxi. *& ſeqq.* Joannis Eckii pietatem commendat, xxxiii. 1536. xxxviii. Triremes Carolo V. in Tunetana expeditione ſuis ſumptibus mittit, xliii. Magiſtrum Equitum Rhodienſium ad ſuarum triremium cum aliis conjunctionem literis ſolicitat, *ibid.* Gallorum item Regem, ſed fruſtra, XLV. *& ſeq.* Claſſem in Turcas paratam, ut eam benedictione ſua dimittat, Centumcellas ſe confert, xliv. Supplicationes ad Divinam opem in hac expeditione implorandam indicit, 1535. xliv. xlviii. *& ſeq.* De Goletiæ expugnatione Cæſari gratulatur, xlix. Reſcinduntur in Conſiſtorio fœdera cum Muleaſſe Tuneti Rege a Carolo V. poſt Tunetanam expugnationem pacta, lxv. Legatos ad Cæſarem in Italiam adventantem decernit, liv. Miniſtrum Generalem Ordinis Minorum ad Cæſarem pro Africana expeditione perſequenda mittit, lv. Ad illam adjuvandam Luſitaniæ Regem ſolicitat, lvi. Alphonſum Congi Regem ſtrenuum fidei catholicæ propagatorem ſuis literis commendat, 1535. lix. Carolum V. Romam venientem ſummo honore excipit, ac de pace, & concilio longius diſſerit, 1536. I. *& ſeq.* Eidem Apologiam de rebus ſuis texenti in Cardinalium cœtu reſpondet, uſurumque ſe poteſtate Eccleſiaſtica contra leges pacis reſpuentem, indicit, VII. Purgat ſe cum Gallis Oratoribus de Apologia a Cæſare facta, IX. Gallorum Regem, ut dimiſſis cum Cæſare ſimultatibus, contra Turcam arma aſſumat, vehementer obteſtatur, XII. XV. Idem a Cæſare expoſcit, xviii. Cardinalem Trivultium Legatum ob id ad Regem mittit, xiv. Annæum Memorancium, qui paci componendæ ſtudebat, ac Venaiſinum comitatum a graſſatione defenderat, ſummis laudibus effert, xix. *& ſeq.* Ut congreſſu armorum Cæſar, & Rex abſtineant, ſuis nuntiis impetrat Paulus, XX. Ad Turcas in Dalmatiam, & Poloniam irrumpentes propellendos, quum adhortationibus, qua ſubſidiis incumbit, XXII. *& ſeq.* Regem Galliæ ad affinitatem cum Rege Scotiæ contrahendam, ac ne Henrico VIII. opem ferat, hortatur, XXX. Jacobum Scotiæ Regem a ſocietate cum Henrico ineunda deterret, XXXII. Bullam pro concilio Mantuæ celebrando in Conſiſtorio legi jubet, xxxiii. Mox in S. Petri baſilica, *ibid.* Refertur diploma indictionis, XXXV. Acceptis a Joanne Fabro Epiſcopo Viennenſi pluribus ſuper concilio monitis, cum gratiarum actione reſpondet, XXXVI. *& ſeq.* Joannem Eckium ſuis literis commendat, ac Joannem Petrum Caraffam, & Reginaldum Polum pro concilio maturando ad ſe vocat, XXXIX. *& ſeq.* Europæ Reges ad concilium miſſis Nuntiis invitat, XLI. *& ſeq.* Reviviſcentem Mediolani Beghinarum hæreſim coercet, XLV. Cardinales creat, XLIX. Per literas, & Nuntios ad pacem Imperatorem, & Regem Galliæ extimulat, 1537. I. *& ſeq.* Ducem Mantuæ ad res pro concilio diſponendas monet, Roſamque a ſe benedictam illi dono mittit, IV. Concilium per viros præcipuos ubique indicit, V. Joanni Morono inſtructionem mittit, quomodo ſe gerere debeat in Germanica & Hungarica legatione, vi. *& ſeq.* Item Epiſcopo Aquenſi per inferiorem Germaniam Nuntio, XII. Pauli Brevia elector Saxoniæ vix accepta, remiſit, XIV. Præſidiarias copias a Ferdinando Mantuæ Duce concilii tempore poſtulatas, ne concilio libertas adempta dicatur, omnino denegat, 1537. XXVI. Concilium ea de cauſa prorogat, xxviii. Carolum V. de totius rei ſucceſſu certiorem facit, XXIX. Item Ferdinandum Romanorum Regem, & Cardinalem Tridentinum, *ibid.* XXX. Supplicationes pro pace univerſali Chriſtiano orbi imperat, XXXII. A Venetis pro concilio urbem aliquam expoſcit, XXXIII. Vicentiam concedunt, XXXIV. Prorogatu ad Kalendas Maii inchoatione concilii Imperatorem, ut adeſſe velit, invitat, XXXIV. LV. Item Ferdinandum Romanorum, ac Franciſcum Galliæ Reges, LVII. Aloyſium Lippomanum, & Hugonem Rangonium ad reddendas ſenatui grates ac cuncta diſponenda pro concilio præmittit, XXXIV. LX. Cardinalem Langium Salisburgii Archiepiſcopum, quod alieno tempore Synodum coegerit, atque alio, quam par erat, ordine, celebraverit, coarguit, XXXV. Joannem Fabrum ſtrenuum Catholicæ fidei pugilem Epiſcopum Viennenſem commendat, XXXVI. Reginaldum Cardinalem Polum Legatum in Angliam deſtinat, xxxviii. Abeuntem ingenti pecuniæ vi adjuvat, ac Leodicenſi Cardinali commendat, XLII. Eundem concordiæ interpretem inter Carolum V. & Franciſcum I. cum per ipſorum fines tranſiret, deputat, XXXIX. Scotiæ Regem ad opem Reginaldo Polo ferendam, atque ad pacem promovendam hortatur, *ibid.* Eidem Regi gladium cum pileo in nocte Nativitatis Domini benedictum dono mittit, XL. Galliæ Regem ad pacem, & ad Reginaldum Cardinalem Polum ſuis auxiliis fovendum invitat, XLI. Mariam Hungariæ Reginam Belgii gubernatricem ad Legatum Polum Regiis officiis complectendum extimulat, XLII. Polum in capitis diſcrimen ob Henrici VIII. inſidias adductum ad ſe revocat, ejuſque in reditu indemnitati conſulit, XLIV. Regem Poloniæ pecunia contra Novatores inſtruit, ac Regni Præſules de oſtenſa conſtantia commendat, XLV. Cliſſienſibus contra Turcas opitulator, XLVI. Portum Piceni munitionibus contra eoſdem firmandis incumbit, XLVIII. Cardinales tres pro rebus neceſſariis, contra Turcas præparandis deputat, *ibid.* Nuntium pro pace inter Principes componenda deſignat, XLVIII. Monet Imperatorem, ut imminente Turcarum periculo pro pace cum Franciſco Galliarum Rege componenda Oratorem ad ſe mittat, XLIX. *& ſeq.* Eadem cum Franciſco tentat, XLIX. Venetorum Ducem, ut cum Cæſare fœdus contra Turcas ſanciret, extimulat, lii. Liberata a Turcarum metu Italia gratias Deo agit, ac Imperatorem iterum ad pacem urget, liii. Fœdus cum Cæſare, & Venetis contra Turcas celebrat, LIV. LXI. Subditos Romanæ Eccleſiæ propoſita bonorum proſcriptione, alterius Principis ſtipendia accipere vetat, lviii. Legatos pro pace deſtinat, lix. lx. Sigiſmundum Poloniæ Regem pacis interpretem inter Ferdinandum, & Joannem Hungariæ Reges conſtituit, lxii. Oratorem ejuſdem Sigiſmundi ad ſe venientem, ut conſueta Pontificibus deferret obſequia, benigne excipit, lxiii. Decem millium aureorum ſubſidium eidem contra Tartaros dimicanti tribuit, lxiii. Simonem Epiſcopum Zagabrienſem quanta pro pace firmanda, ac Turcis coercendis præſtiterit, Paulus ſuis literis edocet, lxiv. Fœderis articuli inter Pontificem, Cæſarem, ac Venetos contra Turcas in Conſiſtorio leguntur, 1538. III. Poloniæ Regem, ut ſuas vires cum Ferdinando Rege contra Turcas conjungat, hortatur, 1538. V. Andream Auriam ſacri fœderis Ducem ſuis epiſtolis ad præclare agendum accendit, VI. Patriarchæ Aquilejenſi Pontificiæ claſſis Præfecto vexillum rite benedictum porrigit, VII. Decimas in Luſitania pro bello ſacro imperat, VII. Cum Imperatore, & Rege Galliæ Niciam convenire ſtatuit, ut pax inter illos firmaretur, VIII. Niciam ejuſque Arcem a Duce Sabaudiæ pro ejuſmodi conven-

vento expoſcit, *ibid.* Legatum urbis Cardinalem Neapolitanum creat, IX. Cardinales, Campegium, Simonettam, & Alexandrum, ut Vicentiam ad concilium mitteret, Legatos declarat, IX. Lucam, ſublato prius interdicto, ſolemniter intrat, X. Placentiæ ſubſiſtens Vicentinum concilium prorogat, *ibid.* Alphonſum Cardinalem Luſitanum Romam, ut concilii tempore ibi interſit, evocat, *ibid.* Genuenſium Oratores Placentiæ excipit, *ibid.* Extra Niciam in cœnobio S. Franciſci, negata a Sabaudiæ Duce Arce, commoratur, *ibid.* XI. Cum Cæſare colloquitur, XI. XIII. Rex Galliæ valetudine implicitus ſui adventus tarditatem apud Pontificem per Oratores excuſat, XI. Sacram Syndonem Niciam delatam Pontifex veneratur, XII. Excipitur in conſiſtorio Niciæ extra urbem Franciſcus Galliæ Rex, qui cum Pontifice colloquitur, *ibid.* Regina, ac Delphinus Pontificem ſalutant, XIII. Tentat ut ſe præſente Reges in colloquium, & complexum veniant, ſed fruſtra, XII. Decennales inducias inter Cæſarem, Gallorumque Regem conciliat, XIII. Romam redit, *ibid.* Margaritam Navarræ Reginam ad concordiam inter Reges alendam hortatur, XIX. Hieronymum Cardinalem Aleandrum Legatum in Hungariam ad confirmandas concordiæ pactiones inter Ferdinandum, & Joannem mittit, XX. Gratulatorias epiſtolas ſcribit Joanni XXI. Ferdinandum Gonzagam Proregem Siciliæ monet, ut claſſem, quam habebat inſtructam, Venetæ contra Turcas conjungat, XXII. Carolum V. ad Conſtantinopolim expugnandam extimulat, XXIV. Decimam Clero Hiſpano pro bello contra Turcas imperat, XXV. Indulgentiam Plenariam orantibus pro expeditione contra infideles largitur, *ibid.* Contra Guidobaldum Urbini Ducem inobedientem, & contumacem arma movere ſtatuit, ſed omnis apparatus brevi ſedatur, XXX. Novem Cardinales pro rebus ad Concilium pertinentibus deputat, XXXI. Tres quoque Præſidentes Concilii Vicentiæ indicto deſignat nempe Campegium, Simonettam, Aleandrum, XXXI. *&* *ſeq.* 1539. XXV. Dilationem aperitionis Concilii propter Prælatorum paucitatem imperat, 1538. xxxia. ia. Dilationis cauſas, quas Sturmius carpit, Cardinalis Sadoletus elucidat, XXXVI. Ad Lutheranos ad concordiam, & fidei catholicæ unitatem redigendos Cardinalem Aleandrum Legatum in Germaniam dirigit, XXXVIII. Eidem committit, ut Bohemorum reductioni incumbat, 1538. XXXIX. Henricum Angliæ Regem in criminibus, & apoſtaſia ſordeſcentem iterum damnat, XLV. *&* *ſeq.* Cardinales creat, XLVII. Octavium Farneſium Præfectura Urbis donat, *ibid.* Alphonſum Cardinalem Luſitanum Romam, ut ejus conſilio uteretur, accerſit, *ibid.* Fœderi catholico in Germania conflato ſe conjungit, 1539. I. Ferdinandum Regem monet, ut Francfordienſe decretum catholicæ Religioni iniquum reſcindat, ix. xi. *&* *ſeq.* De Lundenſi Archiepiſcopo graviter conqueritur, quod anno corruptus decreto Francfordienſi ſubſcripſerit, X. Conſulit, ut conventui Ordinum Imperii Cæſar interſit, xiii. De Maria Hungariæ Regina in Lutheranam ſectam aliquantulum propenſa expoſtulat, xiv. Sigiſmundum Poloniæ Regem per Hieronymum Rorarium internuntium monet, ut Aula Regia impoſtores arceat, xx. Pileum, ac gladium conſecratum Sigiſmundo Poloniæ Principi mittit, xxi. Reformationem Curiæ Romanæ molitur, xxii. Contra ipſam Lutherus, ac Sturmius inſurgunt, *ibid.* Alexandrum Cardinalem Farneſium ad Carolum V. Legatum mittit pro morte Iſabellæ, pro pace, pro rebus Angliæ, ac Concil. xxiii. xxxii. Suſpendit iterum Concilium Vicentiæ indictum ad tempus incertum, xxvi. Summa vigilantia ad arma contra Turcas excitat Poloniæ Regem, xxxii. Item Ferdinandum Romanorum Regem, xxxiii. Ac Joannem Hungariæ Regem, XXX. Decimas in Hiſpania, ad duos annos aſſignatis duabus quartis fructuum Eccleſiaſticorum Carolo V. pro paranda claſſe contra Turcas concedit, XXXI. Nec ipſos Cardinales a decimis vult illo tempore immunes, *ibid.* Ad exscindendas ſerpentes hæreſes Jacobum Cardinalem Sadoletum in Avenionenſi ditione cenſorem fidei declarat, XXXIII. Georgium Archiepiſcopum Armachanum ad hæreticos transfugam Epiſcopatu dejicit, Robertoque Wancop illius Eccleſiæ adminiſtrationem confert, XXXVI. Oppidum civitatis regalis in Indiis in Cathedralem evehit, *ibid.* Cardinales creat, XXXVIII. Marcellum Cervinum Alexandro Cardinali Farneſio Legato ad Principes conſiliarium addit, *ibid.* Redeunte Cardinali Farneſio ſummopere dolet, pacem haud quaquam concludi potuiſſe, 1540. XII. Poloniæ Regi de his ſcribit, XIII. Marcellum Cardinalem Cervinum Legatum ad Cæſarem, & Romanorum Regem in Spirenſi conventu conſtituit, xxvi. Spirenſi dietæ intereſſe Cardinalem Moguntinum hortatur, xxviii. Bavariæ Ducibus Religionis cauſam commendat, xxix. Item Epiſcopis Viennenſi, & Herbipolenſi, xxx. *&* *ſeq.* Conventui Spirenſi Haganoam tranſlato Joannem Moronum adeſſe jubet, XXXII. Thomam Campegium Feltrenſem Epiſcopum cum aliis viris doctis ad dietam Wormatienſem deſignat, LII. Inſtructiones illi datæ, LIV. Albertum Pighium comitem Thomæ adjungit, LVI. Antonium Perenottum Granvellanum Attrebatis Epiſcopum ſuis literis ad tuitionem catholicæ fidei in dieta Wormatienſi accendit, LVII. Strigonienſem Archiepiſcopum, aliosque Hungariæ Regni Epiſcopos poſt Joannis Regis mortem, ne ad Turcas deficiant, ardenti, ſed irrito ſtudio per epiſtolas commonet, LXII. *&* *ſeq.* Epiſcopum Veronenſem pro reformatione cleri Romam vocat, ac Cardinales pro Tribunalium reformatione deputat, LXV. Eborenſem in Luſitania Eccleſiam ad Archiepiſcopalem dignitatem evehit, LXV. S. Franciſcum Xaverium Apoſtolicum Legatum in Indias mittit, LXVI. Societatis Jeſu Sodalitium confirmat, LXVII. Gaſparem Cardinalem Contarenum Legatum in Germania declarat, 1541. I. Præceptiones illi datæ, *ibid.* Fœderi catholico ſe conjunctum declarat Pontifex ac pecuniam apud menſarios deponit, XX. XXXIII. Proteſtantes armis aggredi non conſulit, XXI. Articulos quoſdam parum catholicæ religioni conſonos, vel ad tempus tolerari, omnino diſſentit, XXII. XXXIII. Concilium proponit, XXIII. XXVI. Plurima ad Germaniæ reductionem conducentia eidem ſuggeruntur, 1541. XXV. Cardinalem Contarenum ab invidis inſimulatum mirifice laudat, ac Bononiæ Legatum creat, XXXVIII. Gerardum Kildariæ Comitem Hibernum pro fide Catholica extorrem Leodienſi Epiſcopo commendat, XL. Wltoniæ Princeps ſtrenuus catholicæ religionis pugil meritis a Paulo III. encomiis celebratur, XLI. Joannem Codurium, & Alphonſum Salmeronem Societatis Jeſu ad fulciendam Hibernorum in fide catholica conſtantiam ſubmittit, XLII. Regem Scotiæ ad arma contra Henricum Angliæ Regem provocat, XLIII. Helvetiorum validam manum contra Turcas contrahit, XLV. Peruſinos rebelles pullis veſtibus, & laqueo ad collum appoſito ante pedes in portico S. Petri ve-

veniam deprecantes abſolvit, XLVI. Lucam, ut cum Imperatore conveniat, relicto Romæ Legato Cardinali Pio, ſe confert, & quæ ibi cum Imperatore tranſegerit, XLVIII. & ſeqq. Miſſo in Gallias Protonotario Dandino a Rege expoſcit, ut ab induciis cum Cæſare non diſcedat, L. Sanctiſſimum Chriſti Corpus Pont. iter agentem ex antiqua conſuetudine præcedit, LI. Agit cum Cardinalibus de concilio inchoando, LII. Item de fœdere catholicorum contra hæreticos firmando, pluraque ſuper hoc aguntur, LIII. Rex Galliæ expoſcit a Pontifice, ut judicet de violatione pactorum a Cæſare commiſſa ob necem Fregoſii, & Rinchonii, LIV. Cæſarei urgent Pont. ut pro liberatione Georgii Auſtriaci Valentini Archiepiſcopi apud Galliarum Regem inſtet, ibid. Qui tandem liberatus eſt, LXI. Nicolaum Ardinghellum pro his omnibus Nuntium mittit, ibid. XLIV. LXI. Cardinalem Contarenum e Ratisbonenſi dieta revertentem Romæ in conſiſtorio audit, LXII. Decem Cardinales pro reformatione Eccleſiaſticæ diſciplinæ delegat, ibid. Cardinales in Gallia agentes pro celebratione concilii adhibendos Romam vocat, LXIII. Hiſpanos ſimiliter, indulgens in gratiam Regis, dumtaxat Cardinalibus Toletano, atque Hiſpalenſi, ut in Hiſpania remanerent, LXIII. Hieronymum Verallum ad Regem Romanorum Nuntium miſſum variis, ac ſalubribus monitis inſtruit, lxiii. Margaritam Navarræ Reginam antea hæreſis inſimulatam, cum catholicæ pietatis ſpeciem exhibuiſſet, ſuis epiſtolis commendat, LXVI.

Paulus Barchitius globi ictu interfectus exercitum Ferdinandi Regis Hungariæ cujus dux erat, maximum in diſcrimen adducit, 1537. LXV.

Paulus Capiſucchius cum eſſet Epiſcopus Neocaſtrenſis, & Pauli III. Vicarius Peruſinæ civitati præficitur, 1535. LVIII. Carolo V. Romam venienti obviam mittitur, eique ante portam S. Sebaſtiani Crucem oſculandam offert, 1536. I.

Paulus Cardinalis Ceſius diſciplinæ eccleſiaſticæ reformandæ præficitur, 1534. III. Pro Concilii celebratione deputatur, 1536. IV.

Paulus Juſtinianus Venetus Pontificiam claſſem in Tunetana expeditione, conſilio, & peritia ſua adjuvare jubetur, 1535. XLIII.

Pauperes: Duodecim pauperum pedes in cœna Domini Romæ Carolus V. lavat, eiſque egregia donat munera, 1536. IV. Sint maxime curæ Epiſcopis, 1541. XXIX. Pauperum de Lugduno ſectam reviviſcentem Mediolani extingui Paulus III. imperat, 1536. XLV.

Pax quanto ſtudio inter Chriſtianos Principes a Pontifice promota, 1536. VII. XII. XIV. XV. 1537. XLVIII. L. Ad illam promovendam Legatos dirigit, 1540. XII. XIX. & ſeq. Pontifex ipſe Niciam pro ea promovenda ſe confert, 1538. xi. Pro pace obtinenda preces univerſis juſſu Pontificis imperantur, 1541. xxii. Nicolaum Ardinghellum in Gallias ad pacem enixe promovendam Pontifex mittit, 1541. liv. Per amica colloquia haud ſperanda, 1540. xvii. Ab hæreticis conditiones pacis ſemper confractæ, 1540. xxxix.

Peccatum: Peccata non remittuntur fide qua creduntur eſſe remiſſa, 1532. lxxiii. Peccata neceſſitate committi fingunt Lutherani, lxxvi. Nullum eſſe præter incredulitatem, ib. Peccati auctorem Deum conſtituunt Lutherani, ib. Deum peccati cauſam fecere Joannes Calvinus, 1535. xxiv. Et Philippus Melancthon, 1540. xlix.

Pecunia: Ad alliciendos Lutheranos, ut ad fidem catholicam revertantur, pecunia uti non approbat Pont. 1541. xxi.

Perſæ Turcas gravi clade afficiunt, 1535. xlv. xlviii.

Peruſiæ tumultus exortos compeſcit Paulus, 1535. lviii. Supplices in portico S. Petri veniam petunt, 1541. xlvi.

Peruſini: Gallicas partes adverſus Carolum V. amplexi, 1529. LIII. Objurgati a Clemente, ib.

Perovia: In regno Peruano, aucto fidelium numero, erigitur in Cathedralem civitas, cui nomen Cuzco, 1536. xlviii.

Peſtis cauſa Spirenſis conventus Haganoam transfertur, 1540. xxxiii.

Petrus Gandavenſis Minorita bis centena Mexicanorum millia baptiſmo abluit, 1529. xcv. Pueros quingentos ad fidem prædicandam erudit, xcvi. In convertendis & erudiendis fide Chriſtiana Mexicanis mira gratia pollet, 1531. CV.

Petrus Balma Epiſcopus Gebennenſis deſidiæ notatur, 1535. xxv. Cardinalis creatur, 1539. xxxviii.

Petrus Bembus Venetus Cardinalis creatur, 1538. xlvii.

Petrus Pacecchus Epiſcopus Giennenſis de cauſa Conceptionis Immaculatæ Virginis in Concilio agi poſtulat. Vid. Maria Virgo.

Petrus Suavius quam inepte mentiatur de cauſa Indictionis concilii Mantuæ, 1536. xliv.

Petrus Veſtrius Epiſcopus Aquenſis ad indicendum Romanorum Regi concilium mittitur, 1537. V. xi. & ſeq. Magno plauſu a pluribus in Germania excipitur, xiii. Smalcaldam concedit, & quæ ibi egerit, xiv. & ſeq.

Petrus Vireius Orbenſis Farello additur comes ad Genuam hæreſi fœdandam, 1537. xxv.

Petrus Paulus Pariſius Epiſcopus Nuſcanus Cardinalis creatur, 1539. xxxviii.

Petrus Paulus Vergerius Romam e Germania accitus denuo ad concilium promovendum in Germaniam remittitur, 1535. xxxi. Quæ egerit cum Saxoniæ Duce, XXXIV. Wittembergæ cum Luthero colloquitur, xxxvi.

Philibertus Auraniæ princeps occiſo Carolo Borbonio cæſarei exercitus ſummum imperium gerit, Pontificemque obſidet, 1527. xxii. Ad deditionem cogit, ibid. Jubetur a Carolo V. Pontificem dimittere, xxix. Differt libertati reſtituere Pontificem, ibid. xlvi. Enſis & pileus ei miſſi a Clemente, 1529. LI. Peruſio Malateſtam ejicit, LV. Cæſareas copias in Florentinos educit, lxxiv. Aretium & Cortona illi deduntur, ibid. In Florentinum agrum irrumpit, ibid. Empolim & Volaterras expugnat, 1530. clxxvii. Florentiam obſidet, ibid. In agro Piſtorienſi cæſus moritur, ibid. Pœnas oppreſſi Pontificis dat, ibid.

Philippinus Auria Genuenſis Gallicæ claſſi præfectus a Franciſco I. 1528. V. Mari obſidet Neapolim, ibid. Hugonem Moncadam proregem cum Hiſpana claſſe profligat, ibid. Multos proceres capit, ibid. A Philippino eos repetit Franciſcus I. nec præmia victori perſolvit, x. Abalienatus a Franciſco I. deficit ad Carolum V. ibid. Ea defectione Neapolitanum regnum Gallo adimit aſſeritque Hiſpano, ibid. Deinde Andreas Auria pulſa Gallica claſſe Genuam libertati reſtituit, xii.

Philippus Haſſiæ Lantgravius fruſtra Zuinglianos conciliare nititur cum Lutheranis, 1529. V. Monet Zuinglium & Oecolampadium de perſpicuitate & certitudine verborum Chriſti, VI. Quid ipſi ab Oecolampadio reſponſum, ibid. Non poteſt obtinere, ut ſe fratrum loco habeant, vii. Fœdus percutit cum Zuinglianis adverſus Carolum V. 1530. cxxi. Rebellat in Ferdinandum, 1534. xii. Tumultuario prælio fundit Ferdinandi exercitum XVII. Pacem init cum Ferdinando, XVIII.

Philippus Bavarus Cæſarei exercitus dux propulſat Viennæ Solimanum, 1531. LXXVIII. A Philippo Lantgravio vincitur tumultuario prælio, 1534. XVII.

Philippus Bolonius creatus Cardinalis a Clemente VII. 1533. LXXXVII. Qui titulus illi attributus, *ibid.*

Philippus Lantgravius: In ſuas partes ipſum trahere Joannes e Bokelſon Anabaptiſtarum Rex fruſtra ſtudet, 1535. XXXVIII. *& ſeq.* Quam male Nuntium Apoſtolicum acceperit, 1537. XIV. Fœdeis a catholicis contra hæreticos ſanciti fortuito factus conſcius, Smalcaldicos ſocios convocat Francfordium ad retundendos catholicorum animos incitat, 1539. II.

Philippus Melancthon deſiderium concordiæ ſimulat, cui tamen fidem adhibendam Coelæus negat, 1540. II. Peccati authorem Deum facit, 1540. XLIX. Eloquentiæ ſuæ phaleras in Wormatienſi colloquio oſtendit, 1540. LIX. De originali peccato cum Eckio diſputat, *ibid.* In conventu Ratisbonenſi cum catholicis diſſerit, 1541. VII. De fide juſtificante, atque abuſibus Eccleſiæ emendandis multa ſcribit, 1541. XVII.

Philippus Sciabotius Gallorum Dux Sabaudiam, & Pedemontium mira celeritate occupat, 1536. XI.

Philippus Strozzius a Coſmo Florentiæ Duce in carcere detentus ſe ipſum jugulat, 1538. XLVII.

Pileus rubeus Alexandro Farneſio, & Guido Aſcanio Sfortiæ Cardinalibus creatis Bononiæ imponitur ab Archiepiſcopo Sipontino Gubernatore, 1534. XIV.

Placentia: De concilio in ea celebrando agitur, 1535. XXX. Cæteris illam proponit Cardinalis Sadoletus, 1537. LVIII. Paulus III. Niciam profecturus, Placentiæ per aliquot dies ſubſiſtit, ac decretum de prorogando Vicentino Concilio, habito Cardinalium Senatu, promulgat, 1538. X.

Pluralitas Epiſcopatuum. *Vid.* Epiſcopatus.

Pœnitentia: Senonenſis concilii decretum de pœnitentia, 1528. XCI.

Polonia quomodo Lutherana hæreſia ipſam infecerit, 1535. XXIX. Sigiſmundus Poloniæ Rex Turcas & hæreticos ſtrenue arcet a regno, 1536. XLI. Pamphilo a Straſoldo demandatur cura denuntiandi concilium in Polonia, 1537. V. In maximum diſcrimen propter diſſeminatas hæreſes adducitur, 1537. XLV. Regem Poloniæ pecunia Pontifex adjuvat, *ibid.* LXIII. Splendidam legationem Pontifici mittit, 1537. LXIII. In conjunctionem armorum contra hæreticos a Pontifice invitatur, 1538. V. Inter Ferdinandum, & Joannem Hungariæ Reges pacis interpres a Pontifice adhibetur, 1537. LXII.

Polygamia inducta a pſeudopropheta Anabaptiſtico deprehenſo in adulterio, 1534. XXXI. Qui polygamiæ adverſati cæſi, *ibid.* Tunc omnes virgines Monaſterienſes ſtupratæ, *ibid.*

Pompejus Columna Epiſcopus Reatinus reconciliatur Clementi VII. 1527. XLVI. Favet illi, ut libertati a Cæſareis reſtituatur, *ibid.* Illius oppida ditata urbis ſpoliis evaſtata ab Urſino abbate Farfenſi, 1528. V.

Pontifex Romanus: Lutheranus dux pontificem ſtrangulare meditatus plectitur a Deo, 1527. XIX. Deridentium Lutheranorum majeſtatem pontificiam infelix exitus, *ibid.* Quo ritu Carolus V. Cæſar Bononiæ Clementem VII. ſit veneratus, 1529. LXXXIII. Pontificis ſacris operaturi manibus aquam affundit, LXXXIX. Pontifici Romano fidei rationem reddit David Æthiopum Imperator, 1533. XXVIII. Oratoris opera illi obſequium defert, XXIX.

Poteſtas ſæcularis non minus, quam Eccleſiaſtica a Martino Luthero tollitur, 1540. XLIX.

Præfectura Urbis Octavio Farneſio a Paulo III. conceditur, 1538. XLVII.

Presbyteri: An ipſis concedendum conjugium, diſſeritur, 1540. XLIX.

Primatus Eccleſiæ Romanæ in Anglia a Sanctiſſimis viris effuſo ſanguine aſſeritur, 1535. IX. *& ſeqq.* Contra ipſum Henricus VIII. inſurgit, 1535. I. *& ſeq.*

Prodigia varia quæ Monaſterienſibus imminentem cladem oſtentarunt, 1534. XXIX. *Vid.* Oſtenta Præſagium.

Proteſtantes: Eorum origo, 1529. XXV. Rogati deferendo in Turcas auxilio conjurant in Cæſarem, *ibid.* Poſcunt concilium, *ibid.* Iidem ſpernunt concilia œcumenica, *ibid.* Quæ fuerint eorum fraudes in petendo concilio, *ibid.* Quid iis a Carolo V. reſponſum, *ibid.* Ad ipſos paterna charitate Paulus Pontifex literas mittit, 1535. XXXI. Pontifici ad concilium invitanti ſtulte, ac irreverenter reſpondent, XXXVI. Quæ ſcripſerint ad Carolum V. circa concilium, 1536. XLIII. *& ſeq.* 1537. V. XV. *& ſeqq.* Quid de Epiſcoporum poteſtate ſentiant, 1540. XLIX. Smalcaldam conveniunt, 1536. XLII. 1537. XIV. *& ſeq.* Conventum Francfordiæ contra fœdus catholicum celebrant, 1539. II. Bona Eccleſiaſticis direpta reſtituere detrectant, 1540. LI. Gallorum Regem fruſtra in ſuas partes trahere contendunt, 1540. LX. Itero Henricum Angliæ Regem, irrito conatu tamen, falſitatis in pluribus notantur, *ibid.* Concordiam a catholicis impeditam in conventu Ratisbonæ mendaciſſime prædicant, 1541. XXXVII. In receſſu Cæſareo urgent, ut multa ipſis concedat, 1541. XXXV.

Pruſſia ab imperio divulſa, 1531. LVIII.

Pſeudoapoſtoli viginti ſeptem creati a Rege anabaptiſtico, 1534. XXXV. Data iis promiſſa fallacia ne pileum quidem capitis eorum periturum, *ibid.* Intercepti omnes ſunt variiſque ſuppliciis damnati, *ibid.* Pars a dæmone illuſa pertinaciſſima moritur, pars ſeductam ſe fatetur, *ibid.*

Pueri qui ſine baptiſmo decedunt, probabilius eſt, quod nulla ſenſus pœna torqueantur, quamvis contraria ſententia non ſit proſcripta, 1538. XLIII.

Pulices habitæ pro numinibus a Mexicanis, 1527. CIX.

Purgatorius ignis: Purgatorium ignem eſſe probatur a concilio Senonenſi contra hæreticos, 1528. XCVI. Nomen Purgatorii aboleri mandat Henricus VIII. licet orare pro defunctis non vetaret, 1536. XXVIII.

Q

Quadrageſimale jejunium ab Apoſtolis fidelibus commendatum, 1527. CI. Divinæ vindictæ exemplum in duos quadrageſimalis jejunii irriſores, 1531. LXIV. Cruciferorum equitum impietas in irridendo jejunio quadrageſimali inſtructa, ut ajebant papiſtica & evangelica menſa, *ibid.*

R

Ranæ pro numinibus habitæ a Mexicanis, 1527. CIX.

Ratisbona: Colloquium Wormatienſe ad Ratisbonenſem Dietam transfertur, 1540. LIX. Conventus Ratisbonæ indicitur, & Cardinalis Contarenus ſummo honore ibidem excipitur, V. Liber concordiæ in eo conventu exponitur, VIII. XII. Catholicæ parti plurimum incommodus, XXV. Receſſus Ratisbonenſis catholicis æque, ac hæreticis improbatur, XXXIII. XXXV. Acta a Bucero infideliter, ac procaciter conſcribuntur, XXXVII.

Ratisbonenſis conventus: In eo actum de pro-

pulſando Solimanno, 1532. XIII.

Ravenna: Oppreſſa a cæſareo exercitu Clemente VII. a Venetis occupata, 1528. XIII. Ex Cæſaris imperio Pontifici reſtituta, *ibid.*

Reformatio Eccleſiæ ficta ab Anabaptiſtis, 1534. XXVI. Reformationis ſpecies fallax inducta ab hæreticis avertendam Eccleſiam, 1527. LXVI. Ficta a Zuinglio, 1528. XXI.

Reformatio a Paulo III. ipſo ſui Pontificatus initio expetitur, 1535. III. XXIX. XXXVII.

Reformatio Romanæ Curiæ a Joanne Fabro Epiſcopo Viennenſi ſuadetur, 1536. XXXVII. *art.* LIV. LV.

Reformationis conſilia a Paulo III. ſuſcepta, 1539. XXII. Plures præſtantiſſimi Viri ſententiam ſuam ſuper ea dicere, 1539. XXII. Lutherus, & Sturmius adverſus eam duos edunt libellos, *ibid.* Promovetur Cleri & Curiæ reformatio, 1540. LXV.

Reformatio in Clero Germaniæ a Cardinali Contareno promovetur, 1541. XXIX. Decem Cardinales pro reformatione Eccleſiaſticæ diſciplinæ Romæ a Pontifice deputantur, 1540. LXV.

Reges quo ritu Carolus V. Clementem VII. veneratus ſit, 1529. LXXXIII. *& ſeqq.*

Reginaldus Brigittenſis monachus, morti ab impio Henrico VIII. adjudicatus triduum ad ſe præparandum ea poſcit, 1535. VI. Invicta conſtantia, ad patibulum, negato dilationis ſpatio, properat, *ibid.*

Reginaldus Polus luculento commentario Henrici VIII. fautorumque ejus contra Pontificea calumnias confutat, 1534. X. Immanem ab Henrico in tot pios viros exercitam lanienam deplorat, 1535 IV. Cardinalis Roffenſis virtutes celebrat, VIII *& ſeq.* Henrici impia facinora exagitat, XIV. Romani Pontificis authoritatem paratus ad ſanguinem fundendum tueri, XV. Thomæ Mori egregiam in tormentis virtutem prædicat, XVI. *& ſeq.* Pontifex illum ad ſe honorificis epiſtolis accerſit, 1536. XL. Diaconus Cardinalis SS. Nerei, & Achillei creatur, 1536. XLIX. Ad res Angliæ componendas Apoſtolicum de latere Legatum in Angliam ipſum creat, 1537. XXXVIII. Per Galliam tranſiens pacem inter Regem, & Cæſarem componere jubetur XXXIX Commendatur a Pontifice Scotiæ, ac Franciæ Regibus, nec non & Belgii Gubernatori, XL. *& ſeqq.* Ad ſumptus itineris, atque ad ſublevandam catholicorum inopiam ingenti auri vi inſtruitur a Pontifice, XLII. Pariſiis ſummo honore excipitur, XLIII. Henricus Angliæ Rex Franciſcum Regem poſtulat, ut Polum in ſuam traderet poteſtatem, *ibid.* Cameracum ad avitandas Henrici inſidias tendit, *ibid.* Crucem, Legationis inſigne, quam cæteri præ timore ferre trepidabant, invicto animi conſtantia palam ipſe ſua manu effert, *ibid.* Everardus Cardinalis de Marchia Reginaldum honorificentiſſime Leodii recipit, XLIV. Quæſitus ad mortem ab Henrico VIII. miratus Regis amentiam dixit, ſe jam dudum vitæ hujus tædio affectum mortem appetiviſſe, *ibid.* Revocat illum ad ſe Pontifex, ipſius capiti metuens, *ibid.* Militarem cuſtodiam Romæ commoranti contra Regis inſidias attribuit, *ibid.* Ejus caput quinquaginta aureorum millium pretio licitatur, 1537. XLIV. Deputatur cum pleriſque aliis Cardinalibus pro tractandis rebus ad concilium pertinentibus, 1538. XXXI. Carpenctorati ob Regis Angliæ inſidias aliquandiu moratur, 1539. XXIV.

Regulares pluſquam decem millia ad ſæculum ſub Henrico VIII. rediere, 1536. XXIX.

Relapſi ex Senonenſis ſynodi decreto tradendi judicio ſæculari, 1527. XC. In Belgio morte affici juſſi a Carolo V. 1529. XIV.

Religio reformata vere deformatiſſima inducta a Zuinglianis, 1528. XXI.

Reliquiæ plures ab Hiſpanis ex urbe avectæ, 1527. XLIV. Ab iis cum tempeſtate graviore jactati eſſent conſignatæ Calaritano archiepiſcopo, *ibid.*

Revelationes: Anabaptiſtarum principes falſis revelationibus illuſi, 1532. LXXXVI. 1534. XXVI. *Vid.* Illuminati & viſa.

Rhodus: daſunt Chriſtiani Reges præclaræ occaſioni pro recuperanda Rhodo, 1529. IV. & V.

Richardus Ferthefunus ob defenſam juſtam Reginæ Catharinæ cauſam in carcerem conjectus, 1533. LXXV. Quod Catharinam Angliæ Reginam defendiſſet, atque Pontificiam in Henrico dignitatem agnoſcere noluiſſet, extremo ſupplicio afficitur, 1540. LXIV.

Riccardus Farmerus bonis ſpoliatus in carcerem ab Henrico VIII. truditur, 1540. LXIV.

Robertus Laurentius Carthuſianus pro aſſerendo Romani Pontificis Primatu in Anglia occumbit, 1535. III. *& ſeq.*

Robertus de Loncourt epiſcopus Catalaunenſis Cardinalis creatur, 1538. XLVII.

Robertus Vancop. inſignis Theologus Armacanæ Eccleſiæ in Hibernia adminiſtrandæ præficitur, 1539. XXXVI.

Rodulphus Pius Carpenſis Epiſcopus Faventinus in Galliam Nuntius, 1535. XIII. 1536. XX. Cardinalis creatur tit. S. Potentianæ, 1536. XLIX. Concilium in Gallia indicit, 1537. V. Legatus in Gallias deſtinatur, 1537. LIX. 1538. VIII. Cum Pontifex Placentiæ moraretur, e Legatione redux, quæ pro pace cogenda egerit, Pontifici narrat, 1538. X. Ad colloquium Nicienſe Pontificem ſolicitavit, XI.

Roccandulpus militum Dux Buda potiendi occaſionem præ inani gloria elabi ſinit, 1541. XLVI.

Rogendorffius dux Strigonium Ferdinando ſubjicit, 1530. CLXXXV. Viſſegradum & Vaciam recuperat, *ibid.* Budæ Joannem tyrannum Hungariæ obſidet, CLXXXV. Ad famem adigit, *ibid.* A Turcico exercitu obſidione depellitur, *ibidem.*

Rullius miniſter Anabaptiſta correptus a dæmona perverſum pœnitentiæ genus prædicat, 1534. XXII. Dum apud Batavos contrahere exercitum pro liberando Monaſterio nititur captus exuritur, XXVI.

Roma & Romani: Romæ everſio prædicta, 1527. I. Excitati ad pœnitentiam Romani, II. Prædicta etiam Romano clero divina ira niſi reſipiſceret a Joanne Fiſchero, *ibid.* Aſcribit Thomas de Vio Cardinalis excidium urbis peccatis cleri, II. Negant Romani pro Clemente Pontifice adverſus Carolum V. arma ſumere, XXVI. Capta tranſtyberina regione detrectant pontes rumpere, vel eos tueri, XVII. Romani ignavi & perfidi in primo ardore a Cæſareo exercitu ad quatuor millia cæſi dum fruſtra cæſareum nomen implorant, *ibid.* Tormentis ſubjiciuntur a Cæſareis, ut prodant reconditum aurum, XVIII. Lutheranorum militum horrenda in urbe Romana ſacrilegia, XIX. Plurimæ ſacræ reliquiæ ab Hiſpanis ex urbe ablatæ, XLIV. In Sardinia ab Hiſpanis quos divina ultio perſequebatur relictæ, *ibid.* Miſeranda Romanorum calamitas potito urbe cæſareo exercitu, LII. Proceres ac nobiles ad herbas eſitandas compulſi, *ibid.* Famem peſtis conſecuta plures depaſcitur, *ibid.* Roma egredi coguntur Germani, 1528. IV. Ad quinque tantum millia egreſſi, *ibid.* Reliquis obtruncatis Roma in Pontificis poteſtatem redacta, *ibid.* Romam Clemens revertitur, XV. Triſtiſſima Romæ facies in illius reditu, XVI. Concilio celebrando apta proponitur, 1535. XXX. Solemni pompa Romam Carolus V. ingreditur, ibique per aliquot commorans dies plura edit pie-

Digitized by Google

pietatis argumenta, 1536 I. IV. Romanæ curiæ abuſus tolli ſuadet Joannes Faber, LXXXVII. Quam male hæretici plus cum dogmatibus confundant 1537. XVI. Romam concilium Tridentinum transferri cogitatur, 1535. XXV.
Roſa ex antiqua Pontificum conſuetudine Dominica quarta Quadrageſimæ benedicitur, 1537. IV.
Roſa Mediana a Pontifice benedicta Duci Mantuæ dono mittitur, 1537. IV.
Roſarii Sodalitium a Clemente VII. Sacris indulgentiis pietatis ergo donatum, 1534. LXIX.

S

SAcerdos & Sacerdotium : Sacerdotum cœlibatus apoſtolica traditione inductus, 1527. CII. Sacerdotium non magis pertinere quam regnum ad ſ... ... contendunt Lutherani a Sigiſmundo Rege Poloniæ, 1528. LXXIX. Senonenſis concilii decretum de ſacerdotio quo illud probatur adverſus hæreticos 1528. LXXXVIII. Dæmonis Lutherum docentis argumenta contra ſacerdotium, CLIII. *Vid.* Miſſa. Sacerdotum cœlibatum omnino retinendum gravi pœnarum edicto mandat Henricus VIII, 1536. XXVII. *& ſeq.* 1539. XXXV.
Sacramentarii : Lutheri contra Sacramentarios argumenta valida, 1531. XLI. *Vid.* Zuingliani; A Rege Chriſtianiſſimo plectuntur; & ejiciuntur, 1535. XXIV.
Sacramentum : Conſcientiæ ſtimulis cruciatus ad mortem Lutherus confugit ad ſacramenta, 1527. LXII. Senonenſis concilii decreta de ſeptem ſacramentis, 1528. LXXXVII. *& ſeq.* Sacramenta pro ſua libidine immutat, vel contrahit Henricus VIII. 1536. XXVIII. Sacramentorum numerus ſeptenarius, 1540. XLIX.
Sacrificia humana : Mille homines in uno ſacrificio immolati, 1527. CXIII.
Sacrificium Miſſæ : *Vid.* Miſſa.
Sampſon Epiſcopus Ciceſtrenſis carceris cuſtodiæ ab Henrico VIII. mancipatur, 1540. LXIV.
Sancti : Audiri ab iis noſtras preces & pro nobis orare probatur a concilio Senonenſi, 1528. XCVII. *Vid.* Deipara Virgo. Sanctorum cultus, atque invocatio contra Proteſtantes aſſeritur, 1540. XLIX.
Sanctiſſimum Sacramentum ex antiqua conſuetudine, Pontifici iter agenti præfertur, 1541. LI. *Vid.* Euchariſtia.
Satisfactio : Eam neceſſariam pro temporariæ pœnæ reatu abolendo probatur a Senonenſi concilio, 1528. XCVI.
Satisfactio Sacramentalis a Proteſtantibus rejicitur, 1540. XLIX.
Schiſma Anglicanum : Jacta illius ſemina inſtinctu malo Thomæ Volſæi Cardinalis Eboracenſis infeliciſſimi politici, 1528. CIX. Cur ſchiſma Anglicanum conflatum, 1534. V. Qui fuerint præcipui illius ſigniferi, 1534. XI. Ab Henrico VIII. conflatur, 1535. I. *& ſeq.*
Scholæ hæreticorum a Lutheranis ſplendide inſtituuntur, 1540. V.
Scriptura : Eraſmus ſtultitiæ Lutherum arguit, qui ſcripturam tantum admittat, eamque ſibi interpretandam reſervet, 1527. LX. Sacra ſcriptura in germanicam linguam a catholico theologo traducta cum a Luthero corrupta fuiſſet, LXV. Ex diſtorta ſcriptura omnes hæreſes fingi poſſunt, LXXX. Coclæi de ea re teſtimonium, *ibid.* Veri ſenſus ſcripturæ authoritas ab Eccleſia petenda, XCVIII. Omnia divina oracola ſcripturæ non ſunt commiſſa, ſed per traditiones tranſmiſſa, XCVIII. Oſtenditur ex ſcriptura ſola controverſias dirimi non poſſe, 1528, XX. Hæreticorum axioma impium nihil in Eccleſia ratum habendum niſi quod in ſcriptura continetur, XXXVII. Refellitur, *ibid.* Convincuntur hæretici ex ipſorum conſenſione ſcripturas non ſufficere, 1529. XX. Agnoſcunt Germani ex temeraria interpretatione ſcripturæ graviora mala exorta, *ibid.* Objurgatus Lutherus de corrupta ſcriptura quid reſponderit, LXXXVII. Ex ſcriptura confuſi ſunt Lutherani aſſerentes hominem ſola fide juſtificari, 1531. XIV. Negata a Lutherano ſcriptura ubi ab ea convincitur, *ibid.* Ex libidine interpretandæ ſcripturæ conflatæ in dies novæ hæreſes, 1532. XVI. Ex ſcripturæ arbitraria interpretatione conflatæ novæ hæreſes, 1532. LXXIX. *& ſeq.*
Scriptura Sacra, ejus authoritas, & qualis apud hæreticos, 1540. LX.
Sebaſtianus Francus hæreticus librum peſtiferum edit, 1533. LXIII. Fingit miſſam recenter fictam, *ibid.* Refellitur, *ibid.*
Sena : Oratores ad præſtandam Pontifici obedientiam Senarum civitas mittit, 1536. XLV.
Servus : Plures hæretici hoc titulo addito Servus Servorum Chriſti ſe ſubſcribunt, 1540. L.
Sigiſmundus Rex Poloniæ Goſtavo Regi Sueciæ petenti ejus filiam in uxorem promittit ea lege, ... fidem catholicam in Suecia reſtituat, 1527. LXXI. Repudiata impie a Goſtavo conditio, *ibid.* Poſcit a Clemente VII. ut B. Hyacinthus ordinis Prædicatorum in ſanctorum numerum ob ingentia miracula collocetur, CV. Tartarorum in Lituaniam excurſiones ducum opera reprimit, CVI. Appellatur de fœdere contra Ferdinandum Hungariæ & Bohemiæ Regem a Joanne Tranſilvano, CVII. Eumdem repellit, *ibid.* Coercet Pruſſos Lutheranos negantes decumas epiſcopis, 1528. LXX. Convincit eos tam vere Reges eſſe quam ſacerdotes quod ſine crimine læſæ majeſtatis dicere nequeunt, *ibid.* Solicitatur a Clemente VII. ut arma in Turcas conjungat cum Ferdinando, 1530. CLXXVIII. Inter Ferdinandum & Joannem Tranſilvanum concordiæ interpretem agit, CLXXXV. Albertum Pruſſiæ magiſtrum apoſtatam in clientelam accipit, 1531. LVIII. Moldavi & Valachi Turcarum vectigales in Poloniam irrumpunt, LXXIV. Ingenti clade deleti a Sigiſmundo ducibus, *ibid.* De parta victoria illi gratulator Clemens, LXXV. Albertum Brandeburgenſem apoſtatam tuetur contra Carolum V. 1531. LVIII. Rogatur a Clemente, ut opem ferat contra Solimannum Dalmatiam infeſtantem, LXIX. Moldavos & Valachos irruentes in Poloniam delet, LXXIV. Solicitatur ad Chriſtianum imperium contra Solimannum defendendum, 1532. VI. Initas cum eo inducias abrumpere non vult, *ibid.* Polonos Wittembergam ire vetat, 1534. XLVI. Apud Pontificem pro expeditione adverſus Turcas, & Concilio agit, 1540. XIII. A Pontifice monetur, ut pravos impoſtores aula ejiciat, 1539. XX.
Sigiſmundus Germanus Venetam ditionem hæreſi inficere tentans, comprehenſus, juſſu Ducis Vicario Vicentino ſiſtitur, 1535. XXVIII.
Sigiſmundus Auguſtus Poloniæ princeps pileo & gladio in nocte Nativitatis Domini conſecrato a Pontifice donatur, 1539. XXI.
Simon Vaſæus ſacerdos pius fidem in Mauriciis inſulis propagat, 1534. LXII.
Simon Zagabrienſis epiſcopus : Ad eum Pontifex de infelici Hungariæ ſtatu literas dat, 1537. LXIV. Exercitum Ferdinandi pollicito commeatu tardius, ac male confirmat, LXV.
Sleidanus Calviniſta hiſtoricus Lutherum colit a quo damnatus, 1530. CXVII.
Smalcalda : Principes Proteſtantes ibi, ut concilio celebrando ſe opponant, conveniunt, atque inde fœdus Smalcaldicum, 1536. XLII. Sectariorum præcipui eo confluunt 1537. XIV. *& ſeq.* Aquenſis Epiſcopus Apoſtolicus Nuntius

tius illuc ſe confert, xiv. A Principibus Proteſtantibus inurbane acceptus, *ibid.* Matthias Helt Imperatoris nomine a Principibus ibi congregatis reſponſum circa Concilium extorquet, xv. Refertur eum-objectorum confutatione Novatorum reſponſum, *ibid.*

Socirtas Jeſu apoſtolico diplomate confirmatur, 1540. lxvii.

Sodomia: Calvinus ob turpe Sodomiæ crimen lilio candente ad humerum uſtus, & exilio mulctatus, 1535. xxi.

Solimannus I. Selimi filius audito Romæ excidio Pontificis ab Hiſpanis impie capti miſertus eſt, 1527. xxii. Indoluit ſacra Chriſti prophanata a Chriſtianis quæ ipſe Conſtantinopoli permitteret, *ibid.* Tartaros incitat, ut in Lithuaniam irrumpant, CVI. Joannes Vaivoda e Tranſilvaniæ pulſus a Ferdinando I. ad Solimannum confugit illique Pannoniam vectigalem ſubiicit, CVII. Concitatur a Joanne Vaivoda in Ferdinandum Regem, 1529. xxxi. Adulta æſtate irrumpit in Hungariam, xl. Hungari inter ſe diviſi illi ſubiiciunt, *ibidem.* Budenſes præſidiarii ſe illi dedunt, xli. Eos contra fidem datam contrucidat, *ibid.* Archiepiſcopus Strigonienſis turpiſſime ad illum deficit, xlii. Viennam obſidet ſubacta Hungaria, xliii. Immittit apoſtatas ad Viennæ iniiciendos ignes, xliii. Inſidiæ illius divinitus ſuperatæ Turcæ ad Chriſtum converſi opera, *ibid.* Fruſtra Reges Galliæ & Angliæ in eum a Pontifice ſolicitati, XLVI. Solimanni ardor ingens pro opprimendo imperio Chriſtiano, *ibid.* Summa vi obſidionem urget, *ibid.* Sævit in ſuos, *ibid.* Repulſus obſidionem ſolvit, xlvi. Octoginta millia Turcarum in ea obſidione amiſit, *ibid.* Reverſus Budam Joannem Vaivodam beneficiarium regem conſtituit, xlviii. Exponit Carolus V. in Auguſtano conventu licet abierit Solimannus copias reliquiſſe in Hungaria, 1530. lxx. Cum majoribus poſtea copiis reverſurum, *ibid.* De conjungendis in eum Germanorum viribus actum, lxxi. Sæva illius in Chriſtianos conſilia, CLXXVIII. Decernit Clemens in eum Chriſtianos conjungere, *ibid.* Datæ eo argumento ad eos literæ, *ibid.* Maximum terrorem Solimannus incutit Chriſtianis, CLXXXIII. De ejus progreſſibus, *ibid.* Solimannus ducum opera Ferdinandi exercitum Budæ obſidione depellit, CLXXXVI. Decem Hungarorum millia in ſervitutem abſtrahit, *ibid.* Ob Lutheranorum in Germania tumultus ad eam ſibi ſubiiciendam animatur, *ibid.* Ingentem claſſem adverſus Chriſtianum imperium comparat, 1531. LXVIII. Nonnulla Dalmatiæ loca invadit, *ibid.* Claſſem in mare robram adverſus Luſitanos transfert, *ibid.* Moldavos, & Valachos in Poloniam immittit, at ii clade ingenti deleti, lxxiv. Affectat occidentale imperium, 1532. i. Animatum ad invadendam Germaniam ob mota a Lutheranis diſſidia, *ibid.* Italiam maritima claſſe invadere meditatur, ii. Cum Sophy Perſarum Rege fœdus init, *ibid.* Pacis ſpe Chriſtianos lactat dum bellum parat, ix. Interpretem concordiæ fallacis adhibet Joannem Vaivodam, *ibid.* Miſſi ad eum a Carolo V. & Ferdinando oratores de pace acturi, xi. Eos audire dedignatur, ſed caſtra ſequi jubet, *ibid.* Ex illius adventu ferociunt Lutherani, xxv. Irrumpit in Germaniam, xxix. Ob Lutheranam hæreſim inſoleſcit, xxx. Graves illius progreſſus, *ibid.* Quingenta millia Turcarum educi veluti ad certum triumphum, xxxi. Ad Guntimum oppidulum ea divina providentia retardatur, xxxii. Ab equite cœleſti apparente in aere terretur ejus exercitus, xxxiii. Viginti tribus diebus cum tanto exercitu oppidulum expugnare non potuit, *ibid.* Solvit obſidionem ea lege, ut vexillum turcicum in propugnaculo defigatur, XXXV. Dum retardatur, collectæ ſunt Germaniæ vires a Carolo V. XXXV. Ducenta & ſexaginta Chriſtianorum millia ad Viennam caſtra locant, ut cum eo congrediantur, *ibid.* Chriſtianas vires formidat, xxxvii. Belgradum revertitur, *ibid.* Triginta Chriſtianorum millia adducit in ſervitutem, *ibid.* Aliquot millia in agris cædit, *ibid.* Septemdecim millia equitum prædatoriorum amittit, XXXVIII. Diſſipata ejus expeditio, XXXIX. Fertur monitus a Lutheranis ne pugnam iniret, XXXIX. Carolus V. de eo inſequendo deliberat, XLI. Diſſoluta a Carolo V. expeditio, *ibid.* Claſſis Solimanni fugata a cæſarea, XLVII. Coronem, Patras & alias arces amittit, XLVIII. Bello petit Thammaſum Perſidis Regem, 1534. LIV. Hariadenum Barbaruſſam ad ſubiiciendam ſibi Africam immittit, *ibid.* Aloyſium Grittum ad conſtabiliendam turcicam tyrannidem in Pannoniis præficit Hungariæ, *ibid.* Sæva ejus conſilia pro imperio Chriſtiano excindendo, *ibid.* Præfecto claſſi Hariadeno Barbaruſſa Italiæ littora populatur, LX. Romam pavore opprimit, *ibid.* Tunetanum regnum ſibi ſubiicit, *ibid.*

Solymannus Ibrahimum in Perſas, & Hariadenum in Africam mittit, qui Tunetum Muleaſſe ejecto occupat, 1535. XLIII. Ejus exercitus in Perſide ingenti clade afficitur, xliv. XLVII. Juxta Nimphatem montem a Perſis clade affectus in Aſſyriam ad Babylonem ex improviſo oppugnandam movet exercitum, XLVII. Contra Carolum V. a Franciſco Galliarum Rege excitatur, 1536. XXII. 1537. III. Arma in Italiam movet, 1537. LXI. Corcyram immaniter vaſtatam deſerit, *ibid.* Maximos terra, marique apparatus ad Chriſtianorum internecionem adornat, 1541. XLV. Iniquas conditiones Ferdinando pacem petenti imperat, 1541. XLVII. Spoliato Hungariæ regno Joannis filio, ultra Tybiſcum Hippam in Principatum ei tribuit, *ibid.* Eccleſias Hungariæ Mahometano ritu prophanat, *ibid.*

Solodurenſes ab hæreticis Zuinglianis vexati, 1533. LX. A ſociis vindicati, LXI.

Sophi: *Vid.* Iſmael Sophi.

Spectra viſa in urbe Monaſterienſi, 1534. XX. *Vid.* Viſa.

Spina dominicæ coronæ Madriti a Franciſcanis pie ſervata, 1533. XXXVI. Expetita ab Elizabetha Imperatrice, *ibidem.* Illi conceſſa a Clemente, *ibid.*

Spira: Colloquium Spiræ ab Imperatore indictum Alexander Cardinalis Farneſius diſturbare tentat, 1540. XV. Haganoam epidemia graſſante transfertur, XXXIII. *& ſeq.*

Spirenſes conventus: Quænam in iis decreta fuerint, 1529. XV.

Spiritus Sanctus: Ejus divinitas impugnata ab Eraſmo, 1532. LXXXI.

Strigonium Turcis ejectis receptum a Ferdinando, 1530. CLXXXIV.

Sodor Anglicus. *Vid.* Anglicus ſudor.

Suecia: Sueci ob ſacerdotum & monachorum licentiam in hæreſim prolapſi, 1532. lxxxviii. Raptis bonis Eccleſiaſticis non ditati, *ibid.* Paulus III. Regem Sueciæ ad concilium invitat, 1536. XLII.

Superſtitio: Mexicanorum inſanæ ſuperſtitiones, 1527. CVIII. 1531. CIV. *Vid.* Mexicani.

Supplicationes pro pace expoſcenda, 1538. xviii.

Suſpenſio concilii pluries peracta, 1537. XXVI.

Symbolum fidei pure exponendum genubus, 1532. XCII.

Syndon: Sacram ſyndonem Niciam delatam Paulus III. veneratur, 1538. XII.

Synodus: Salisburgenſis ſynodus alieno multum tem-

tempore celebratur. *Vid.* Matthias Langius. Zuingliani diverſis in locis, ac demum apud Bernenſes conventicula congregant, ac Synodum generalem appellant, 1536. XLVI.

T

TArtari hyeme in Lituaniam per concreta gelu ſtagna irrumpunt, 1527. CVI. Cæduntur receptaque ex iis quadraginta millia captivorum, *ibid.*

Te Deum: Joannes Cardinalis Roffenſis ſupplicio proximus hymnum, *Te Deum laudamus* recitat, 1535. IX.

Temperantia inter hæreticos verſanti ſumme neceſſaria, 1537. X. *& ſeq.*

Ternatenſes baptiſmo initiati, 1534. LXIII.

Thammaſus Iſmaelis Sophi filius Perſarum Rex: Bellum illi infert Solimannus, 1534. LIV.

Theodoricus Hezius regendæ Geraldi Kildariæ Comitis pro fide catholica exulis adoleſcentiæ a Pontifice admovetur, 1541. XL. *& ſeq.*

Theologia Scholaſtica a Lutheranis contemnitur, ut retinetur, 1536. XXXVII.

Thomas de Vio ordinis Prædicatorum conſultos a Clemente in cauſa Henrici Regis, 1530. CXCIV. Quid in ea cauſa ſcripſerit, *ibid.* Scribit adverſus hæreticos, 1531. XVI. *& ſeq.* Conſulitur ab Henrico Rege in controverſia conjugii, 1534. XIV. Diſſolvit ejus argumenta petita ex Scriptura, *ibid.*

Thomas archiepiſcopus Eboracenſis: actæ illi gratiæ a Clemente de miſſo exercitu pro eo liberando, 1527. LI. Inſtigat Henricum Regem Angliæ, ut repudiet uxorem quod prius fratri nupſiſſet, 1528. CIX. Initio abhorret a repudio Henricus, *ibid.* Inde dilabitur ad ſcorta & quanta inde mala ſecuta, *ibid.* E regia gratia excidit, 1529. CXIII. Intentatum illi judicium ab Henrico, *ibid.*

Thomas Cromuelus hæreticus ad evertendum ſtatum Eccleſiæ in Anglia conjurat, 1533. LXIX. Nefaria Henrici VIII. conſilia promovet, 1535 I. In exagitandis Religioſis viris impie laborat, 1535. III. Conſtituitur ſupremus Henrici vicarius in cauſis Eccleſiaſticis in Anglia, 1537. XXVII. Hæreſim occulte fovet, 1536. XXVIII. Supplicio capitali affectus, impias, quas ſuaſerat leges patitur, 1540. LXIV

Thomas Morus libellum edit pro eccleſiaſticis, 1533. LXX. Confutat hæreticorum calumnias, *ibid.* Conjicitur in vincula ab Henrico Rege ſchiſmatico, 1534. VII. Ingenti martyrii deſiderio flagrat, 1535 IX. Ejus virtus a Pontifice commendatur, XI. Ejus conſtantia varie tentata, XV. *& ſeq.* Libros merces ſuas vocabat, XV. In carcere detentus duos ſcripſit libros, alterum *de ſolatio in tribulatione*, alterum *de poſſeſſione Chriſti*, *ibid.* Orat pro iis, qui ſuæ mortis erant authores, XVI. Carbone ad Margaritam filiam moriturus præclariſſima effata conſcribit, *ibid.* Ejus præclara dicta ſub mortem, XVII. Præciditur illi caput die VII. Julii, *ibid.*

Thomas Abelus ob defenſam juſtam Catharinæ Reginæ cauſam in carcerem conjectus, 1533. LXXV. Ultimo ſupplicio ab Henrico VIII. afficitur, 1540. LXIV.

Thomas Badia Apoſtolici Palatii Magiſter formulæ palinodiæ recantandæ ſuper quibuſdam male prolatis ab Auguſtino Tarviſino ſubſcribit, 1538. XLIII.

Thomas Belchianus Ordinis Minorum in carcere Londinenſi fame necatur, 1538. XLIV.

Thomas Campegius Feltrenſis Epiſcopus, ad conventum Wormatienſem Nuntius, 1540. LII. Orationem in conventu habet, LIX.

S. Thomas Cantuarienſis, ab impio Henrico VIII. in judicium vocatur, ejuſque corpus concremari jubetur, 1538. XLV. Sarcophagum ipſius ejuſdem juſſu expilatum viginti ſex plauſtris auri, argenti, & ſacrarum veſtium inde avectis, XLV.

Thomas Cortus Ordinis Minorum ſqualllore, atque ærumnis Londini in carcere confectus pro Apoſtolica authoritate aſſerenda, 1538. XLIV.

Thomas Veſtævus erga religioſos viros S. Franciſci in Anglia propenſus, eorum vitam ad tempus producit, *ibid.*

Ticinum ab Antonio Læva e Gallis recuperatum, 1528. VIII. Receptum iterum a Gallis, XVII.

Tigurini: Thuricenſes antea ſedi Apoſtolicæ addictiſſimi, 1531. XXII. Defraudati ſtipendiis a trapezitis ab Eccleſia ſe averterunt, *ibid.* Promiſſa illis debita ſtipendia a Clemente ſi ad ad fidem revertantur, *ibid.* Minantur hæreſim & vaſtitatem inferre Italiæ, XXIII. Catholicos nituntur opprimere armis atque ab iis cæduntur, XXV. *& ſeqq.* Quatuor prælis obtriti divinæ iræ terrore perculſi Zuinglianiſmum deſerunt, XXXVIII. Subornantur iterum ab Henrico Bullingero, XL. *Vid.* Zuingliani.

Toleratio in articulis fidei ab hæreticis controverſis a Cardinale Contareno Legato in Germania, & a Pontifice reſpuitur, 1541. XVIII. XXII.

Traditio: Objurgat Œcolampadius Anabaptiſtas quod traditiones non admittant, 1529. CXVIII. Docet in ſacræ ſcripturæ interpretationem traditionem veri ſenſus expliciti a ſanctis patribus amplectendam, *ibid.*

Trajectum a Carolo Gelriæ duce & Lutheranis ereptum epiſcopo, 1528. CIII. Pulſis Lutheranis recuperatum, CIV. Illius principatus jura ab Epiſcopo in Carolum V. transfuſa, *ibid.* Donatio a Clemente VII. confirmata, *ibid.*

Transſubſtantiatio: ab hæreticis vocabulum iſtud non admittitur, 1541. XVII. Prætermitti hanc vocem quidam optant, ſed renuit Legatus Contarenus, XVIII.

Trinitas impugnata a Michaele Serveto, 1532. LXXIX. Et a Joanne Campano, LXXX. Scripſit Lutherus vocem Trinitas ſibi non placere, *ibid.*

Troilus Pignatellus ejectus Neapoli Turcas de modo invadendi regni edocet, ſed fruſtra, 1537. LI.

Tunetanum regnum pulſo Muleaſſe ab Hariadeno Barbaroſſa occupatum, 1534. LX. Ad illud occupandum ſe parat Carolus V. 1535. XLIII. Expugnatur, LIII.

Turcæ Pannonia potiti, 1529. XLII. Viennam Auſtriæ obſident, XLIII. Octoginta eorum millia in obſidione cæſa, XLVIII. In pueros ac ſenes diram crudelitatem exercent, *ibid.* E Budæ obſidione Ferdinandi exercitum depellunt, 1530. CLXXXVI. Decem millia Hungarorum in ſervitutem abducunt, *ibid.* Adenam obſident, CIV. Luſitanæ claſſis adventu ſolvunt obſidionem, *ibid.* Guintio divinitus propulſati, 1532. XXXIII. A Carolo V. propulſati Germania, *Vid.* Bajazethes II. Selimus Solimannus. Inſigni clade a Perſis juxta Nypharem montem afficiuntur, 1535. XLVII. In fugam ab exercitu Caroli V. Tunetum obſidentis compulſi, LIII. Cliſſiæ muniti ſſimæ Arci in Dalmatia occupandæ inhiant, 1536. XXII. A Gallorum Rege in auxilium evocantur, XXII. 1537. XII. Ad propulſandas imminentes Turcarum clades deputantur a Pontifice tres Cardinales, videlicet capita Ordinum, 1537. XLVIII. Magnus Turcarum metus Italiam quatit, LI. LVI. Fœdus contra ipſos a Pontifice cum Cæſare, & Venetis XIV. In Hungariam multis cladibus illatis irrumpunt, LXIII. Tartaros in Polonos excitant, LXIII. Contra illud regnum plura moliuntur, 1538. XXI. Chriſtiano orbi grandia

dia mala intentant, 1539. xxvii. De Ferdinandi exercitu præclaram victoriam, nullo ex ipſis deſiderato, reportant, 1541. xlvi. A Vaſco Gamma Luſitano, & Claudio Abyſſinorum Rege profligantur, 1541. lxvii.

V

Vaticana bibliotheca. *Vid.* Bibliotheca Vaticana.

Ubertus Gambara Epiſcopus Terdonenſis Cardinalis renunciatur, 1539. XXXVIII.

Ubiquetarii fingunt ubique eſſe corpus Chriſti, 1527. LV. Damnati a Concilio Senonenſi, 1528. C.

Udalricus dux Witembergenſis principatum Lutheranorum armis recuperat, 1534. XVII. Pacem init cum Ferdinando, XVIII.

Vectigal: Carolus V. Muleaſſi Tunetano Regi vectigal falconum, atque equorum imperat, 1535. LIII. Plures Angliæ Provinciæ vectigalibus crudelibus ab Henrico VIII. oppreſſæ, contra ipſum arma capiunt, 1536. XXX.

Veneti a Gallo Rege pacem ineunte cum Carolo V. deſeruntur, 1529. lxvii. Conciliantur Carolo lxxxvii. Urgentur ut Ravennam & Cerviam reſtituant Pontifici, *ibid.* Quanti ipſis conſtiterit eas non ante reddidiſſe, *ibid.* Partas urbes in Neapolitano regno reſtituunt Cæſari, *ibid.* Repoſcit ab iis Clemens urbes eccleſiaſticas, 1528. XII. Ravennam reſtituere detrectant, XIII. Conjuncto Cæſari Clemente ad Ravennam & Cerviam reſtituendam, adiguntur Cæſaris imperio aliaſque plures urbes in Regno Neapolitano amittunt, *ibid.* Ad capienda arma pro repellendo Solimanno ſolicitati, 1532. VI. Detrectant initas cum eo inducias abrumpere, vii. Eximiæ occaſioni gerendæ rei contra Turcas deſunt, 1532. xlvi. Prætendunt ictum fœdus cum Solymanno, XLVII. Ad commune fœdus contra Turcas Italiæve invaſores ſolicitantur a Clemente, 1533. XXXIII. Novum inire fœdus detrectant, *ibidem.* Rogati a Clemente, ut conſilia pro pace Italica conferant, 1532. LXVIII. Conſentiunt fœderi, LXX. Contra Venetos Solymannus bellum decernit, 1537. LII. Fruſtra tyrannum demulcere ſtudent, LIII. Ab ipſo pacem efflagitant, 1539. XXXI. Ad fœdus cum Cæſare ineundum a Pontifice ſolicitatur, 1537. LII. Cum Pontifice, & Cæſare fœdus percutiunt, LIV. Decretum Eccleſiaſticæ libertati noxium abrogant, 1538. X. Venetam ditionem hæreſi inficere molitur Sigiſmundus Germanus, contra quem ſtrenue inſurgit Dux Venetiarum, 1535. XXVIII. Laudatus propterea a Pontifice, *ibid.* Veneti a Sacro fœdere in Tunetana expeditione ineundo ſe excuſant, 1535. XLIII. Mediolanenſem Ducatum non Cæſari, aut Gallo, ſed alicui Regulo conferri optant, LVII. Oratores obedientiæ ad Pontificem mittunt, 1536. XLV. Urbem Vicentiam Pontifici pro concilio celebrando offerunt, 1537. XXXIII. & *ſeq.* Ad grates ipſis peragendas Pontifex duos Epiſcopos legat, xxxiv.

Venuſinus Comitatus Jacobo Cardinali Sadoleto procurante, ab hæreſis periculo eripitur, 1538. xlii.

Verbum: Incarnatio Verbi negata ab Anabaptiſtis, 1534. xxxi. Dæmon in ſuo colloquio cum Laurentio Donero Lutherano miniſtro eam negat, *ibid.* Mentitur Chriſtum quod peccaſſet in legem Moyſis crucifixum, *ibid.*

Vicentia pro concilio celebrando apta civitas judicatur, 1537. LVI. & *ſeq.*

Vienna Auſtriæ obſeſſa a Solimanno, 1529. XLIII. Submiſſi ab eo tres apoſtatæ incendiarii, *ibid.* Inſidiæ divinitus ſuperatæ, *ibid.* Ferente opem Ferdinando ſoluta obſidio a Solimanno, xlviii. Capta in agro Viennenſi ſexaginta millia Chriſtianorum, *ibid.* Turcarum octoginta millia periere in obſidione, *ib.*

Vincentius Capellius Venetæ claſſis præfectus negat ſexaginta triremes quibus præerat conjungere cæſareæ claſſi contra Turcas, 1532. xlvii. 1538. VII.

Vincentius de Valverda Ordinis Prædicatorum Epiſcopus Civitatis Cuzco in Regno Peruano eligitur 1536. xlviii.

Vinum: Nimia vini potatio mortem affert, 1540. lxi. Nimio vino abſtinere jubentur Apoſtolicæ ſedis miniſtri, 1537. X.

Virginitas: Virgines ſervatæ ab Angelis militari cultu ne a militibus ſtuprarentur, 1527. xiv.

B. Virgo: Helvetii catholici victis hæreticis quatuor prælis ſolemnem ſupplicationem ducunt ad templum B. Virginis miraculis illuſtre, 1531. xxxiii. Hæretici id templum evertere meditati ſumma clade a catholicis affecti, xxxiv. Blaſphemi in Deiparam damnati, 1532. xxviii. Eraſmi reſipiſcentis de B. Virgine elogium, lxxxiii. Architectum irreligioſe percutientem mutum Lauretanæ ædis ad portam aperiendam plectit præſenti ſenſuum privatione, 1533. xl. Religioſe rem aggreſſus portam aperiri ſinit, *ibid.* Imago Virginis apud Batavos in mediis flammis illæſa, xlii. Negat dæmon in ſuo colloquio cum Laurentio Donero miniſtro Lutherano Deiparæ virginitatem, 1534. xxxvi. Sodalitii Roſarii conceſſæ indulgentiæ, lxix. Roſarium precantium impetituris indulgentiæ, propoſitæ, CVIII.

Virginius Urſinus triremibus Pontificiis in Tunetana expeditione præficitur, 1535. xliii.

Ultio divina in ſacrilegum Iconoclaſtam, 1528. CIII. *Vid.* Sacrilegium. Hæretici.

Unctio extrema: Senonenſis concilii de ea decretum, 1528. xciii.

Vormatia: Haganoenſi conventui Vormatienſis a Ferdinando ſubſtituitur, 1540. L. Pro eo cogendo plura, & ſalubria monita Joannes Faber ſuppeditat, LIII. Vetant Principes Vormatienſis colloquii acta illius publicari, priuſquam ad Cæſarem referantur, lix. In Ratiſbonenſem diætam rejiciuntur, quæcumque Vormatiæ fuerunt agitata, *ibid.*

Vota infringi jubent hæretici, 1528. xxiii. Si pacta hoſti ſervanda ſint, multo magis illa Deo ſervanda ſunt, *ibid.* Votum caſtitatis, & viduitatis non temere factum neceſſario perſolvendum, docuit Henricus VIII. ac in ſecus docentem, ſupplicia animadvertendum decernit, 1536. xxvii. Sententia hæreticorum circa vota, 1540. xlix.

Warendorpenſes a pſeudoapoſtolis Regis Anabaptiſtici corrupti, 1534. XXXV. A Franciſco epiſcopo Monaſterienſi mox armis caſtigati, *ib.*

Wittembergenſis academia una cum literis inſtillat hæreſim, 1534. XLVII. Vetiti catholici eam adire, *ibid.*

Wittembergæ: Impudens Lutheri cum Pontificio Nuntio Wittembergæ colloquium, 1535. XXXVII. & *ſeq.* Synodum hæretici Wittembergæ congregant ad Lutheranorum cum Zuinglianis pacem tentandam, 1536. XLVI. Contra Concilium generale a Pontifice indictum Wittembergæ impudentiſſimæ prodeunt propoſitiones, 1537. V.

Wittembergenſes Lutherani inter ſe graviter diſſentiunt, 1538. XLI.

X

S. Xaverius Indiarum apoſtolus pietate imbuitur a S. Ignatio, 1534. XLV. *Vid.* S. Franciſcus Xaverius.

Z

Zuinglius hæreſiarcha in Lutherum inſurgit, 1527. LVIII. Bernenſes concitat ad abolendam religionem catholicam, 1528. XVIII. Novæ eccleſiæ reformationis imo deformationis nequiſſimæ author eſt, XXI. Convincit eum Lutherus diviſionem ejus eſſe a ſathana, XXV. Conciliari nequit cum Luthero, 1529. V. Vanæ ejus argutiæ contra Euchariſtiam, VI. Confutantur a Lutheranis, *ibid.* Zuinglii argumentum corpus non poſſe eſſe ſine loco, & dimenſione, VII. Quid Lutherus reſponderit, *ibid.* Rogat cum lachrymis Lutherum, ut fratrem dicere velit ac ſpernitur, *ibid.* Zuinglius cum Zuinglio non convenit, X. Sectatores ſuos concitat ad opprimendos armis Helvetios catholicos, 1531. XXVII. Cum duceret viginti millia armatorum ab octingentis catholicis funditus divinitus, *ibid.* Saucıatus reperitur inter media cadavere adhuc ſpirans, XXVIII. Interrogatus an vellet confiteri, tacet, *ibid.* Recognitus trucidatur, *ib.* Re delata ad duces bibitur in judicio ejus corpus & velut proditor damnatur, atque ut hæreſiarcha exuritur, *ibid.* Ejus cineres cultis ab hæreticis, qui ſanctorum cineres conculcant, XXIX. Œcolampadius audita ejus morte extinguitur præ dolore, *ibid.* De eorum morte triumphat Lutherus, XL.

Zuingliani : Bernenſes Zuingliani novam Eccleſiæ reformationem imo deformationem nequiſſimam conſtituunt, 1528. XXI. Apoſtatas loco Apoſtolorum, Pontificem pro antichriſto habent, *ibid.* Catholicos Helvetios opprimunt, 1529. IV. Zuinglianos cum Lutheranis fruſtra conciliare nititur Haſſiæ Lantgravius, V. Rogant Lutheranos, ut ipſos fratres velint dicere ac ſpernuntur, VII. Habentur pro hæreticis a Lutheranis & Lutheranos damnant, ut hæreticos, X. In Spirenſi conventu nil in Zuinglianos decretum, XVIII. Zuinglianos deteſtantur Lutherani, 1530. CXVI. Zuingliani in Auguſtano conventu errorem profeſſi, CXVIII. Confutantur, *ibid.* Interrogantur an errorem damnare vellent, CXIX. Cum Lantgravio Haſſiæ percutiunt fœdus, CXXI. De Cæſare queruntur, *ibid.* Cæſareum ad eos reſponſum, *ibid.* Quid blaſphemare auſi in eos decretum, CXXIX. Miſſam eſſe extremam Dei blaſphemiam, CXXXIII. Quinque præliis Zuingliani deleti cum catholicos armis opprimere niterentur, 1531. XXVII. & *ſeq.* Pars magna divinæ iræ terrore perculſa ad fidem catholicam redit, XXXVIII. Zuingliani Helvetii Gebennenſibus ferunt auxilia contra Carolum ducem Sabaudiæ, 1531. XXI. Conjecere ſe in hæreſim ex concepta ira quod a trapezitis Pontificis defraudati fuiſſent promiſſis ſtipendiis, XXII. Promiſſa illis ſtipendia ſi ad Eccleſiam revertantur, *ibid.* Minantur vaſtitatem inferre Italiæ, XXIII. Regum auxilia in eos Clemens implorat, *ibid.* Catholicos opprimere armis annituntur, XXV. Fallaces eorum prætextus, *ibid.* Cæduntur a catholicis, XXVI. Divinitus iterum profligati, XXVII. Zuinglius inter alios trucidatur, *ibid.* Majores vires parant adverſus catholicos, XXXI. Cæduntur iterum a catholicis inferioribus, XXXII. Revertentes ad fidem clementer habiti, *ibidem*, Noctu tertium prælium inſtaurent, XXXIII. Vincuntur amiſſis ſuorum ſex millibus, *ib.* In quarto prælio ad quinque millia trucidantur, *ibid.* Virginis templum miraculis clarum evertere meditantur, XXXIV. Victi quinque millia ſuorum amittunt, *ibid.* Pacem ineunt, & quibus legibus, XXXV. Pars eorum magna divinæ iræ terrore perculſa hæreſim ejurat, XXXVIII. Ad impietatem ab Henrico Bullingero revocata, XL. Zuinglianos inſectatur Lutherus, *ibid.* Contra Zuinglianos præſentiam Chriſti in Euchariſtia profitetur Lutherus, 1534. XXXIX. Fruſtra Bucerus Zuinglianis Lutheranos conciliare nititur, XLI. Plura conventicula Baſileæ, Tiguri, ac demum apud Bernates cogunt, 1536. XLVI. Synodi generalis nomine ridiculum hunc conventum apud Bernates appellant, *ibid.* Zuingliani idololatras dicunt omnes, qui Imagines, vel in Eccleſiis, vel in domibus, vel in triviis habent, 1540. XXXIII.

I N D E X

A N I M A D V E R S I O N U M

In quo paginarum numerus indicatur.

A

Academiæ, incertum an Henrici Anglorum Regis cum Catharina connubium jure divino & humano nullum declararint, 235.

Alexander Medices, primus e ſua familia Florentiæ Dux, 467. Ejus virtutes, vitia, & mors, *ibid.* 468. Qui ei ſucceſſerit, *ibid.*

Anglicanæ reformationis articuli ſea quo anno prodierint in lucem, 407. Iis hic præfigitur titulus : *Articuli per regiæ Majeſtatis ſerenitatem conſtituti*, *ibid.*

Auguſtana Comitia quo anno, menſe, & die indicta fuerint, 147. Quid in iis actum, *ib.* Qui ad colloquendum ex catholicis, quive ex Lutheranis delecti fuerint, *ib.*

B

Anabitæ : Eorum initium, & progreſſus, 298.

Beati : Notatum diſcrimen inter Beatos & Sanctos, 45. Quo anno ſit ejus initium conſignandum, *ibid.* Omnium primum in S. Hyacintho ejuſdem diſcriminis exemplum apparuit, *ibid.*

C

Calvinus : Ejus inſtitutiones quo loco & tempore in lucem prodierint, 373. Errores in iis comprehenſi, *ibid.*

Catharina Havarda : Quale ejus ſupplicium, & quo tempore illi mors acciderit, 592.

Chriſtiernus Danorum Rex, 276. Extructa claſſe in Norwegiam ex Hollandia tranſit, *ibid.* In hoſtium poteſtatem venit, *ibid.*

Clemens VII. P. M. Quid in eo commendatione, & quid reprehenſione dignum, 353. Ejus mors, *ibid.*

Colonienſe concilium quo anno coactum, & quid in eo conſtitutum, 426. Plures ejus canones in commodum Eccleſiæ univerſalis PP. Tridentini concilii transferunt, *ibid.*
Comitia Colonienſia quo tempore coacta, & quid in iis actum, 200.
Comitia Schwinfurtenſe, Nurimbergenſe ac Ratisponenſe quo anno celebrate ſint, & quid in iis agitatum, 250.
Cramnerus quo anno ad Epiſcopatum Cantuarienſem aſſumptus ſit, 235.

E

ERaſmus; Ejus ſcriptum pro efferenda hominis libertate, 26. Lutherani illud nunquam edendum ſibi blandiebantur, *ibid.* Ejus mors quo die, menſe, & anno contigerit, 433. Quæ ejus ſcripta, *ib.*

F

FErdinandus in Romanorum Regem eligitur, 200.
Florentini annuos eccleſiarum, locorumque piorum redditus, & latifundia venum exponunt, 119.
Fœdus Cameraci initum inter Pontificem, & Imperatorem, & inter Cæſarem ipſum, & Galliæ Regem, 115. Eo ſtabilito ſed nondum in Italia renunciato fuſus eſt in Inſubria Gallorum exercitus, *ibid.* & 116.
Franciſcus Turnonius Archiep. Bituricenſis Synodum in ſua provincia habet, 83. Quo anno ea celebrata ſit, & quid in ea actum, *ibid.*
Fridericus Rex Daniæ, 70. Authoritatem Epiſcoporum etſi plane non tollit, intra fines tamen anguſtiores coercet, *ibid.* Quando palam Lutheraniſmum oſtentarit, *ibid.*

G

GEorgius dux Saxoniæ catholicæ religionis propugnator, 505. Quo anno, menſe, & die ejus mors contigerit, *ibid.* Eidem immatura morte erepti filii, *ibid.*

H

HEnricus Angliæ Rex litem intentat adverſus Clerum & quo anno, 265. Eam non multo poſt remittit, *ibid.* Quo anno ei Clerus juramentum obedientiam ſpoponderit, 314. Quo anno prolem ex Anna Bolena ſuſceperit, *ibid.* Falſum eſt ſententiam Romani Pontificis in eam cauſam ſubvertendæ in Anglia religionis dediſſe, 328. In eum Angli rebellantes conſurgunt, 452. Quo anno id contigerit, *ibid.* Obſtrata ab ipſo veniam rebelles acceptant, *ibid.* An tulerit legem, ut abſentes rei læſæ majeſtatis poſtulati, & ob abſentiam damnati, ita rite cenſeantur damnati, ac ſi duodecimvirali judicio pronunciati fuiſſent, 564.
Hermannus præeſt Synodo Colonienſi, 426. Dein fidem cum hæreſi commutat, *ibid.*
S. Hyacinthus: In eo primum diſcriminis inter beatos, & ſanctos notati exemplum apparuit, 45. Illum Pontifex modo Beati, modo Sancti titulo appellat, *ib.*

I

JOannes Saxoniæ elector Vindebonenſi urbe obſeſſa vectigal indicit ad exercitum comparandum, 110. Eo nondum comparato ceſſat obſidio, *ibid.* Ejus mors, 274. Quid in ſuprema tabulis caverit, *ibid.*
Joannes Fridericus Saxoniæ Dux & Joannis electoris filius, 200. Nomine patris ſui intereſt Comitiis Colonienſibus, *ibid.* Curat, ſed fruſtra, retrahere electores ab electione Ferdinandi in Romanorum Regem, *ibid.*
Joannes Œcolampadius, 210. Ejus vita, mors doctrina, & errores, *ibid.*
Italos inter & Hiſpanos milites orta ſeditio, 194. Hæc Florentinis detrimenti nihil, commodi plurimum tulit, *ib.*

L

LUca; Lucenſes interdicto percuſſi, 474. Lucam Paulus III. P. M. bis inviſit, *ib.* Ei honoris ergo Lucenſes legati occurrunt, *ib.*
Lugdunenſes Epiſcopi Lugdunum ad provincialem Synodum conveniunt, 83. Ei præeſt Claudius de Longovio Epiſcopus Matiſconenſis nomine Franciſci de Bohan Lugdunenſis Archiepiſcopi, *ibid.* Quid in ea actum, & quo anno ejus celebratio ſtatuenda ſit, *ibid.*
Lutherus: Lutherani Principes colloquium habent Smalchaldiæ ante Spirenſem conventum, 537. Quid in eo actum, *ibid.*

M

MOldavi: Ficta vel ambigua eorum victoria de Turcis, 482. Sultano deditionem faciunt, *ib.* Eorum Princeps Vaivoda conſtituitur, *ib.*
Monaſterienſis clades quo anno abſoluta, 383.

P

PAriſienſe concilium provinciale; quo anno celebratum ſit, 38. 83. Quid in eo actum ſit, 38. Multi ejus canones a Tridentino confirmati, *ibid.* Non duplex, ſed una ſtatuenda eſt ejus celebratio, 83.
S. Philippus Agyrenſis ſumma religione colitur apud Siculos, 603. Ejus ſacra Lypſana pellendi Dæmones ab obſeſſis virtute pollent, *ibid.* Incertum an is S. Petri diſcipulus ſub Nerone, vel Arcadio Impp. ſit paſſus, *ibid.*
Philippus Haſſiæ Lantgravius duas ſimul habet uxores, 537. Id agit conſultis Proteſtantium Theologis, *ibid.*
Philippus Strozzius; Varia de ejus morte fama, 496.
Polus Cardinalis; ejus ornamenta, 452. Adeſt illi cœtui in quo Henricus Anglicanæ eccleſiæ caput declaratur, *ib.* Reliquorum ſuffragiis an addiderit ſuum, *ibid.*

S

SPirenſis conventus quo tempore celebratus, 537.

V

VIndebonenſis urbs obſidione liberatur, 110. Divino miraculo, non frigoris vi quæ Mahometanos eam obſidionem invitos deſerere adegerit tribuenda eſt hæc liberatio, *ibid.*
Vormatienſe colloquium, quo tempore celebratum, & quid in eo actum, 567.

Z

ZUinglius, 210. Quæ ejus vita & mors, qui mores, doctrina, & errores, *ibid.*

FINIS.

A01 1469709

Digitized by Google